tali contractu intelligitur quando fit in ſcriptis vt
prædictum eſt. & quando fit in ciuitate. ſi non ſi-
ne ſcriptis fiat & non fiat in ciuitate: valet quod
fit. in authen de fide inſtrum. §. oportet verò col.
6. quæ conſueuit poni. C. ſi certum pe. l. fi. & ca-
ueas tibi quod illud quod dictum eſt in depoſitio-
ne pecuniæ locum habet quando fit priuata ſcri-
ptura non publica. vt in prædicto. §. oportet. de
hoc plene dicitur in dict. aut. de fide inſtrum. §.
ſed is qui depoſitum dat. †Item in inuentario fa- 89
ciendo debent eſſe tres teſtes. vt in aut. de hęret. &
fal. §. ſcimus. &. §. ſi verò abſunt. col. 1. & conſue-
uit notari C. de iure delib. l. fi. §. ſin autem dubius.
ver. cæterorumque, &c. Item† in alio caſu ſunt 90
neceſſarij. 5. teſtes. ſ. quando aliquis per literas ſi-
ue per epiſtolam dat ſeruo ſuo libertatem C. de
latina lib. tol. l. vna. §. 1. Item† in alio caſu ſunt 91
neceſſarij 7. teſtes. ff. de rep. l. nullum. Item † in 92
alio caſu ſunt neceſſarij 12. teſtes C. de erogatione
mi. l. per hanc. 51. 12. Item † in alio. 15. vt C. de 93
proxi. ſacrorum ſcri. l. vnicuique. 51. 12. Item† ge- 94
neraliter verum eſt quòd duo ſufficiunt. vt ff. de
teſtibus l. vbi cum ſuis ſimilibus etiam ſi pater te-
ſtetur inter filios. C. de teſtamentis l. hac conſul-
tiſſ. ex imperfecto. Quandoque tres vel quatuor 95
vel pauciores C. de teſtib. l. ſi non ſpeciali. Quan-
doque 5. vt in teſtamento ruſtici. C. de teſtamen- 96
tis. l. fi. Item† quatuor ſunt neceſſerij: vel 5. ad re- 97
probationẽ publici inſtrumẽti vt in aut. de inſtr.
cau. §. ſi verò talẽ. coll. 6. vbi de hoc. & C. qui po.

in pig.ha.l.pe.& C.de teſtibus.l.teſtium.&.C.de
contrahen.& commit.ſti.l.pe. extra de fide inſtr.
98 c.cum Io.extra de proba.c.3.vbi de hoc. Item †
quandoque ſunt neceſſarij.72. teſtes quandoque.
26. quandoque plures quandoque paucio res. vt
2.q.4.præſul. vbi dicitur præſul autem non dam-
netur, niſi.70. duobus teſtibus, præsbyter autem
cardi.niſi cum.74.teſtibus deponatur. dyaconus
card.vrbis Romę, niſi 26.teſtibus non damnetur.
Subdiaconus:acolytus:exorciſta:lector:hoſtiari-
us niſi in 6.teſtibus non damnetur:teſtes autem &
99 accuſatores ſine aliqua ſint infamia. Item † teſtis
dictum non valet niſi de viſu & auditu deponat.
argum.extra de teſti.c.pręterea.& c.cum cauſam.
& c. licet ex quadam. extra de ſucceſ. ab inteſ. c.
cum dilectus,& extra de ele.c.per inquiſitionem.
licet ſit contra.ff.de aqua plu.arcen.l.labeo.in.§.
item labeo.Sed ſpũ le eſt & ibi conſueuit notari de
iſta materia.ff.de proba.l.ſi arbitr. ad hoc facit in
aut.de hæret.& fal.§.ſi vero abſit.coll.1.C.de te-
100 ſtibus.l.teſtium. & 9.q.3.§.de his. Item † teſti-
monium Iudęi vel alterius infidel.non valet con-
tra Chriſtianum.vt.C.de hæretici.& mal.l.pe. &
in aut. ibi poſito.ſi hæreticus.extra de teſti.c. Iu-
101 dæi.& c.licet.& c.1.&.ff.e.ti.l.1.& 2.valet † tamẽ
in vltimis voluntatibus C.de hæreti.l.pe.in fin. in
aut.ibi poſito.& 2.q.7.§.pagani.& §.ſi hęreticus,
102 tamen † hæreticus admittitur in defectum. C. de
hæreti.l. quoniam.& de hoc dicitur.ff.e.l. inuiti.
ſuper verbo vltimo ſecundum quoſdam.ſed quod
dicitur de hæreticis, hodie ſublatum eſt de medio
103 per ius canonicum: † niſi in hoc: quia hæreticus
contra hęreticum teſtificari poteſt etiam pro fide-
li, non antem contra. vel in capitulis ſupradictis.
& hoc locum non habet de hęreticis. quia hodie
104 funguntur: & merito tanquam inimici creatoris
omnipotentis. extra de hæreti.per totum. & om-
nes debemus inſurgere in eoſdem C. de hęret. l.
manicheos, vbi dicitur quod in religionem diui-
nam cõmittitur: in omnium fertur iniuriam, quos
bonorum etiam publicatione perſequimur ipſos
quoque volumus amoueri ab omni liberalitate &
ſucceſsione quolibet titulo veniente.Pręterea non
vendendi:non emendi:non donandi: non poſtre
mo contrahendi cuiquam conuicto relinquimus
facultatem:in morte quoque inquiſitio tendatur,
105 &c. Item † teſtis non valet:niſi reddat cauſam ſui
dicti. vt extra de teſtibus. c. cum cauſam. vbi de
hoc.& extra de re iudi.c.ſicut & in authen.de teſti.
§.& licet dudum.ibi & cauſam.&c.coll.7. hoc ta-
men intellige eſſe, verum ſi de ſua ſcientia fuerit
requiſitus, alias non tenetur dicere cauſam ſui te-
ſtimonij. vt in prædicto. c.ſicut argument. ff. de
tranſact.l.cum hi. §. in cauſa.ff.de noui ope. nũ.
l.de pupillo.§.qui nunciat C.de edicto di. tol. l.
fi.§.ſin autem & de hoc conſueuit notari.C.de te-
ſtibus.l.11.& 3.vbi plenè de hoc, & l. teſtium. ex-
tra de reſcriptis.ca.fi.quando in glo. hic eſt ar.&c.
106 Item † ſocer pro genero:vel econuerſo teſtis eſſe
non poteſt.ff.e. l. lege Iul. licet alia qualiter intel-
107 ligant: & hæc eſt ratio quia † ſocer vicem parentis
108 obtinet.ff.ſo. ma. l.qui parentis. Sed † pater pro

filio teſtis eſſe non poteſt vt ff.e. l.teſtis, ergo nec
ſocer pro genero. & de hoc conſueuit notari in
prædicta. l.teſtis. Item † teſtis dicere debet ſe in- 109
terfuiſſe his ſuper quibus deponit.& dicere ſic eſſe
vel non eſſe.In authen.de hæred.& fal. §. ſi verò
abſint in coll.1.& C.de teſtibus.l.fi. Item † obijci 110
poteſt contra teſtem quòd non valet niſi.50.aure-
os in bonis habeat.in authen.de teſtibus.§.primo.
&.§.ſancimus,col.7.argument.ff.de edendo l. ſi
quis ex argen.§.1.argu.C.ad l.fal. authe. ſed cum
teſtator, vbi dicitur ſuccedat præſentia trium te-
ſtium locupletum & bonæ opinionis,&c. & 2. q.
1.in primis circa medium quòd videndum eſt an
inopes teſtes ſint & 4.q.3.c.teſtes. ver. Item teſti-
um.vbi dicitur an locuples vel egenus ſit, &c. vi-
detur tamen contra.extra de teſti.c. ſi qui teſtium.
Sed leges illæ loquuntur † de ſuſpectis teſtibus qui 111
ſine quæſtione amittendi non ſunt. & hoc notatur
in prædictis ca. ſi qui. & c. in primis. & Inſtitu.de
de excuſa.tu.in.§.Item tria.ff.de accuſa.l.nõnul-
li. vbi dicitur quòd nonnulli propter pauperta-
tem vt ſunt qui minus quàm 50.aureos habent. &c.
ff.de ſti.l.teſtium argument.contra.ff.de ſuſpec.
tu.l.ſuſpectum C.de inceſt.nup.l.humilem.Quis
† dicitur pauper vel inops hoc pertinet ad arbitri- 112
um iudicis ar.C.de epiſcopali aud.l.tam de men-
tis,& de hoc conſueuit notari C.vnde vir & vxor
authe.præterea. Item † teſtis non valet ſi receptus 113
fuerit in quarta productione ſine ſolennitate iu.
quæ traditur C. de teſtibus in authen. ſed qui ſe-
mel.extra de teſtibus.ca.fin.in auten.eod.titul.§.
quia verò col. 7. Item † ſi teſtis receptus fuerit 114
poſt renunciationem vel publicationem ſuper v-
no eodem capitulo non valet, extra de teſtibus c.
intimauit & c. de teſtibus, &c. fraternitatis &c.
conſtitutus 2.in fine. & ca. cum veniſſet. vbi de
hoc & extra de procura. c. auditis, & extra de fide
inſtrum.c.cum dilectus C.de teſtibus. in authen.
qui ſemel. vbi de hoc. ff. eo.produci & bene in-
nuitur C. eod.l. fi. in authen. & de hoc plene di-
citur in authen.eo. §. quia verò.ſuper verbo pro-
ductionem &c. in col. 7. Item † teſtis ſi loquatur 115
tantum ſuper alio quam ſuper quo inductus fuit:
non valet vt.ff.de petition.hæredita. l. ſi quis li-
bertatem.§.ſi.in fine C.qui legiti.per l.fi.extra de
teſti.c.de teſti.& extra de offi.delega.c.cum olim
ar.C. ſi à non compet.iud. l.prima.& tertia.ff.de
iureiurand. l. ſi duo patroni, & l.eum quem cir-
ca prin. Item † ſi teſtis dicat aliquid pro illo qui 116
ante depoſitionem proteſtatus fuerit ſe aliquid
velle obijcere ei: de facili non creditur ei extra de
teſtibus c.præſentium. cum illa diſtinctione quæ
ibi notatur. Item † ſi teſtes varij fuerint & vacilla- 117
uerint in ſuo teſtimonio non valebunt. vt extra
de cauſa poſſ.& proprie. c. cum eccleſia,& extra
de pœnis c. ſuper his & vt eccleſiaſtica benefi. c.
vt noſtrum. 2. q. 9.pura. 4. q.3.§.item in crimi-
minali vbi pleniſsime notatur de varietate ſiue
diuerſitate teſtium in gloſ.quæ incipit circa ar. ff.
de dolo matrim.l.prima. in princ. & l.ex libero.
in fi.ff.de teſti.l.1.in prin.& 2.& l.qui ſal.& l. te-
ſtium.imo † ſi vacillauerint ad quæſtionem poni 118
debent

debent. ff. de quæſtionibus. l. ex libero. in prin. à
contrario ſenſu & l. vnus §. teſtes ad hoc facit ex-
tra de app. ca. dilectis filijs circa med. vbi ille qui
119 variat reprobatur. † & iudex quilibet poteſt ta-
lem teſtem vacillantem & falcitatem dicentem
punire cuiuſcunque fori ſuerit ille teſtis vt C. eo.
120 tit. l. nullum. Item † teſtimonium proxenetæ vi-
detur non valere propter rationem: quia ille re-
cipit pecuniam ab altera partium vel ab ambabus.
& idcirco videtur ſerre teſtimoniũ vt illud quod
fecerat valeat, & hoc intellige quòd ſi ambæ par-
tes conſentiunt compellitur teſtificari. Si verò al-
tera pars voluerit: bene valet ſed non compelli-
tur. Si verò neutra pars conſentit non valet. De
hoc plene dicitur in authen. de teſtibus. §. quoni-
am vero col. 7. communi diui. l. arbor. §. de veſti-
121 bulo. Item † ſi teſtes dicant idem per omnia erit
præſumptio contra ipſos de ſubornatione. ff. de
teſtibus l. teſtium. i. reſpon. vbi dicitur quòd iu-
dex debet præuidere an teſtes vnum eundemque
præmeditatum ſermonem attulerint, & 4. q. 3.
Item in criminali. ver. Item in teſtibus. ver. eadem
verba ponuntur arg. C. de pœnis. l. qui ſententi-
122 am. Item † teſtis non valet niſi cognoſcat partes
litigantium & nomina dicat. extra eo. licet ex qua-
dam. in fin. C. de iure delibe. l. ſancimus. §. ſi au-
tem dubius. in fin. §. ar. in authen. de teſtibus. §. 1.
col. 7. & in authen. de inſtr. caute. circa princip. §.
ſi quis vult. ver. & hunc noluerint &c. col. 6. ta-
men ſpeciale eſt in inuentario vt ibi dicitur. Item
123 † potes dicere opponendo & bene: quòd teſtes nõ
valent niſi de loco & tempore & perſonis conue-
niant. 3. q. 9. nihilominus extra de teſti. cum cau-
124 ſam. † vbi notatur quòd teſtis requiri debet de tem
pore & qualitate temporis & de viſu & auditu &
ſcientia credulitate & fama. De qualitate tempo-
125 ris quęritur quando eſt ſuſpectus † & ſi teſtis de lo-
co interrogatus fuerit, & non reſponderit non va-
lebit licet eſt quòd dicit lex C. e. l. ſolam atteſta-
tionem prolatam: nec alijs legitimis adminiculis
cauſam approbatam nullius eſſe momenti. in au-
then. e. ti. §. & licet ibi cauſam teſtimonij, &cæt.
126 Item † ſi teſtes contrarij ſuerint, non valębunt C.
de libe. cauſa. l. cum precum. C. de fide inſtrum. l.
ſcripturæ extra de probat. ca. licet cauſam. & extra
de ap. c. ſollicitudinem in fin. & extra de teſti. c.
in noſtra in textu & in glo. ar. ff. quando app. ſit. l.
127 pe. §. ſed alius vbi dicitur † quòd teſtis contrarius
ſeipſum excludit & in authen. de teſtibus. §. ſi ve-
128 ro quidam col. 7. Item † ſi teſtis ſibimet contra-
dicat in aliqua parte ſui teſtimonij non valet 3. q.
9. puta. 23. q. 7. quòd autem & in. c. ſolicitudinem
& prædicta. l. cum precum. imo in Italia vſitatum
eſt quòd ſi teſtes adinuicem contradicant debent
inter ſe pugnare vt in Lombardia dicitur. De con-
trarietate teſtium plene notatum eſt 4. c. 4. q. 3.
§. Item in criminali. ver. ſi teſtes glo. circa contra-
129 rietatem, &c. Item † no. quòd quidam caſus ſunt,
qui per teſtes non probantur, & ſi fiat talis proba-
tio non valebit C. de ſacroſanctis ec. autem hoc
ius porrectum, & C. de non nume. pecu. l. gene-
raliter, & C. de fi. inſtrum. l. contractus & C.

de iure emphyt. l. 1. & C. de manda. princip. l. 2. &
C. de ſuff. l. vna & C. de teſ. l. teſtium. & C. qui
teſtamen. fa. poſ. l. hac conſultiſsima, & C. de
probat. l. ſenſus, & l. cum de indebito in fin. in
glo. in ver. nota exigi, & in authen. de æqualitate
do. §. quia vero. in coll. 7. & de hoc dicitur C. de
pac. l. pac. quòd bona. Item † ſi crimen quod ob- 130
ijcitur teſti, contingit cauſam de qua agitur repel-
litur à teſtimonio & etiam punitur extra de ex-
cep. c. i. in fi. Item † ſi teſtes non ſuerint recepti ſi- 131
gillatim: non valent vt C. de teſtibus l. nullum.
extra e. ti. c. venerabilis: in fine & extra de elec. c.
quia propter: & ſecundum Danielem & extra de
accuſa. c. inquiſitionis. §. tertiæ. Tamen in monte
Albano fit contrarium à conſuetudine. Item † ſi 132
obijciatur crimen teſti, & in illo crimine perſeue-
rat non valet. 3. q. 9. Neganda 32. q. 5. præceptum
extra de teſtibus. ca. teſtimonium. Item † dum 133
aliquis accuſatur per aliquem: ipſe accuſatus non
poteſt ferre teſtimonium pro aliquo pendente ac-
cuſatione. ff. eo. l. teſtimonium Arg. C. de pro-
cu. l. reum. 2. q. 7. teſtes extra de excep. c. denique
& extra de teſt. c. fi. arg. ff. de ſolu. l. ſi ſorte ibid.
Idem dico & ſi quis ſciens &c. & Inſtitu. de ſuſpec.
tu. §. ſi quis & C. de ſuſpec. tu. l. eum quæ ar. C.
de municipibus. l. libertus §. in quæſtionibus. C.
de reis poſtulatis l. vna in lib. X. Item † poteſt ob- 134
ijci teſti, ſi ignotus: ar. in authen. de teſti. §. ſi verò
igno. col. 7. C. de iure delib. l. fi. §. ſin autem. & in
authen. de fide inſtrumen. §. oportet verò, & §.
ſed his. col. 7. † Sed videtur contra extra de iudic. 135
c. cum deputati. Solutio ibi loquitur de actore,
hic de teſte. Item † iudex habet interrogare te- 136
ſtem an ſit criminoſus, & an ſit amicus vel inimi-
cus alterius partis, & teſtis tenetur reſpondere an
ſit amicus vel inimicus: ſed non an ſit criminoſus:
arg. ff. de teſtibus l. teſtium §. primo. & extra de
excep. c. 1. vbi de hoc, & 4. q. 3. §. primo. & §. ſi te-
ſtes, & ar. extra de accu. c. inquiſitionis. §. primo.
& de hoc notatur extra. de teſti. c. cum cauſam. q̃
Item † ſi amore, odio, vel timore, vel commodo 137
aliquo tulerit teſtimonium: non valet. extra. de
teſti. c. quoties & c. ſicut. 4. q. 2. §. Item teſtium. &
C. de teſti. l. eos. Item † ſi teſtis cohabitet cum ini- 138
micis illius contrá quem producitur, non valet:
ar. C. de inoffi. teſta. l. quoniam liberi. in fine.
extra de accu. c. repellatur. & c. cum oporteat. ff.
de teſti. l. penultima † vbi dicitur eos teſtes quos 139
accuſator de domo produxerit: interrogari non
placuit. hoc autem intellige in criminalibus cau-
ſis. in ciuilibus verò eſt præſumptio contra ipſos
vt ſupradictum eſt in §. primo. vbi plene de hoc.
Item † ſi quis in cauſa fuerit iudex vel aduocatus 140
non valet: argumento. ff. ad Trebellianum. l. ille.
in §. penultimo. ff. de iuriſd. omni. iudi. l. præter.
ff. de pact. l. ſi plures C. de aſſeſſo. l. nemo. ff. ad
municipal. l. libertus. §. præſcriptio. 2. q. 6. c. hoc
etiam placuit & c. ſtatutum. alias ſtatuendum vbi
dicitur † Non liceat clericum in iudicium ad te- 141
ſtimonium deuocari eum qui præſes vel cogni-
tor fuerit & ibi plene notatum eſt de hoc. & extra
de teſti. c. dilecto, & c. cum à nobis 4. q. 3. §.

Item

142 Item in criminali. ver. Item †teſtes vbi dicitur pa-
troni quoque in cauſa cui patrocinium præſtant
teſtimonium non dicant quod etiam in executo-
ribus negotij obſeruandum eſt C. de teſti. l. fi. vbi
dicitur mandatis cauetur vt præſides accedant:
ne patroni in cauſa cui patrocinium præſtiterint
143 teſtimonium dicant† quod etiam in executoribus
144 negotiorum obſeruandú eſt† attamen iudex & ar-
biter bene admittuntur ſuper his quæ acta ſunt co-
ram ipſis: quia non prohibentur &c. ff. de teſti-
bus. l. 1. & hoc notatur C. de arbi. l. ne §. ſin autem
in ſcriptura, & ff. de teſtibus l. ob carmen §. pri-
mo. & notatur in dicta lege. ff. e. l. fi. in gl. appari-
toribus &cæt. & hoc intelligitur ſecundum quoſ-
dam in negocijs quorum modo ſunt iudices: ſed
fuerunt: vt ibi notatur. Alij dicunt quòd non cre-
ditur eis niſi quatenus &cęt. nec poſtea in teſtimo-
nium admittuntur: vt plenè notatur in prædicto
ca. ſtatuendum. 2. q. 6. in gl. prohibetur ergo &c.
145 Sed †an procurator poſsit eſſe teſtis in cauſa in qua
pro Titio procurator fuit contra Sempronium di-
citur quòd non: ar. ff. de teſtibus l. fi. & eſt expreſ-
ſum extra eo. c. fi. quod incipit Romana, & ad hoc
facit 2. q. 1. In primis. §. quia Stephanus. & extra de
verborum ſignif. c. forus. §. in omni. pro Sempro-
nio tamen credo quòd poſsit teſtificari, vt nota-
tur in prædicto capite. Romana, ad hoc facit 4. q.
146 3. Item in criminali. §. item teſtes. Item † ſi teſtis
cauſam habeat contra vel cum eo contra quē pro-
ducitur vt ſuſpectus cum alijs ad cauſam admini-
culis poterit expelli extra de purg. ca. c. cum in iu-
147 uentute in fi. & hoc notatur extra de iudi. in ca.
cauſam quæ. Item † ſi quis in cauſa criminali ſe-
mel tulerit teſtimonium contra aliquem, & po-
ſtea in alia cauſa velit contra eundem iterum teſti-
ficari non poteſt: quia eius præſumitur inimicus.
ff. de teſtibus. l. produci. extra de accuſa. c. memi-
nimus, & c. cum. p. mancone, & 4. q. 3. §. Item in
148 criminali, †. & nota quòd teſtes producti in cauſa
criminali debent eſſe clariores: vt extra de iudi. c.
atſi clerici C. de proba. l. fi. 5. q. 6. epyphanium.
149 Item †ſi teſtis voluerit corrigere dictum ſuum, ni-
ſi incontinenti ſaciat, non poteſt poſtquam à præ-
ſenti iudicio receſſerit & correctioni ſuæ aliquod
poſuerit interuallum, extra de teſt. eo. c. præterea,
in fi. & de hoc notatur in authen. c. §. illud autem
in dubium &cæt. ſuper verbo non habebit &cæt.
150 col. 7. Item † ſi teſtis titubauerit repelli poterit:
quia titubans pro ignorante habendus eſt. C. de
151 cód. inde. l. fi. ff. de libero hom. ex. l. 3. §. his† imo
qui titubat quodam modo errat, & nihil dicit, ar-
gum. ff. de reg. iu. l. non debet. §. in re obſcura. de
hoc dicitur. extra de cauſa poſſe. & proprie. c. cum
eccleſia ſutri. & extra de pœnis. c. ſuper his. & ff.
152 de iur. & fact. ignor. ſuper rubrica. Item †ſi teſtis
ſemel tulerit teſtimonium ſi poſtea in eadem cau-
ſa, & ſuper eodem capitulo depoſuerit non vale-
bit C. de teſtibus authen. qui ſemel: ar. C. e. ti. l. fi.
§. primo. &. ff. eo. l. produci ſecundum vnum in-
tellectum, & extra eo. cum cauſam quæ in fi. &c.
153 veniens. Item †laicus in cauſa criminali dum agi-
tur criminaliter contra clericum teſtis eſſe non

poteſt. extra de teſti. c. de cætero, & ex. de accuſ. c.
cum primo, cum ſuis concordan. niſi in caſibus. l.
in crimine læſæ maieſtatis, in crimine hæreſeos: &
in ſymonia. extra de ſymonia. c. tanta. 2. q. 7. ſa-
cerdotes, & c. oues. C. de epiſcopis & clericis. l. ſi
quanquam. 16. q. 3. ſane. & de hoc plene dicitur in
dicto. c. cum p. in glo. Nota quòd laici. Item † ſi 154
teſtis loquatur tantum de alieno auditu: non va-
letar. extra de elec. c. per inquiſitionem: & extra
de teſti. c. cum noſtris literis: in fine &c. cauſam.
& extra de conſanguin. & affinit. ca. tua. & extra
de ſucc. ab inteſta. c. cum dilectus. & in authen. de
hæredi. & fal. §. ſi vere abſint colla. l. licet videa-
tur contra eod titul. c. præterea cum quis. &c. cum
cauſam. 22. q. 1. dixit. Solutio ibi erat fama. & eſt
ibi ſpeciale de hoc notatur C. eod. titul. l. teſtium.
in glo. ſic ergo. ff. de aqua plu. ar. l. labeo. §. Item
labeo. ff. de probat. l. ſi arbiter. 9. q. 3. §. de his. vbi
notantur plures caſus in quibus valet teſtimoni-
um de auditu alieno. Item † ſi teſtis ante litem 155
conteſtatam receptus fuerit non valebit vt extra vt
lite non conteſ. per totum: exceptis quibuſdam
caſibus: quos habes, extra vt lit. non conteſ. in c.
quoniam frequenter: & extra de teſti. c. ſignifica-
uit, & c. albericus, & extra de fideiuſ. c. conſtitutus
3. q. 9. quartæ. Item † ſi teſtis habeat conſimilem 156
cauſam eius teſtimonium reprobatur. vt extra de
teſti. c. perſonas. 3. q. 3. §. liberi teſtes. &c. veniens
& extra de confeſsis. c. 1. vbi de hoc. & extra de
iud. c. cauſam quę. In †ſumma notabis, quòd po- 157
tius eſt credendum ingenuo quam liberto. C. de
teſtibus authen. ſi dicatur. & l. ſeruos & extra de
verborum ſignificatione. c. forus: cum ſuis ſimili-
bus. Item † honeſtioribus & dignioribus potius 158
credendum eſt quam alijs: vt extra de teſtibus. c.
in noſtra. C. de teſti. l. iuriſiurandi. vbi de hoc. ff.
e. l. 3. §. 2. & l. ob carmen. 4. q. 3. §. Item in crimi-
nali, ver. in teſtibus. vbi dicitur, in teſtibus mores,
fides, grauitas examinanda eſt. & §. iuriſiurandi.
vbi dicitur iuriſiurandi religione teſtes priuſ-
quam perhibeant teſtimonium coerceantur: &
honeſtioribus potius fides teſtibus habeatur. ad
hoc facit extra de elec. c. electione &c. dudum.
Item †potius eſt credendum maſculo quàm fœmi- 159
næ. ar. C. de inofficioſo teſtam. l. filia. ff. de ſena-
tori. l. 1. ibidem. quia maior, &c. extra de verbo-
rum ſignificatione. c. forus in fine. vbi dicitur,
quòd inſpiciatur an vir ſit teſtis an fœmina. †Nam 160
fœmina varium & mutabile ſemper producit. ad
quod facit prouerbiorum vltimo vbi dicitur. Mu-
lierem fortem quis inueniet &c. &. ff. de fide in-
ſtrum. l. fi. vbi dicitur. Semper ſeniorem minori:
& amplioris dignitatis inferiori: & matrem fœ-
minæ & ingenuum libertino ſemper præferimus.
arg. ff. ſi cer. peta. l. tertia. vbi de hoc. vnde potes
notare tria vitia mulierum. Primum † eſt quia 161
eorum voluntates ſunt momentaneæ. Nam mo-
do vnum: modo aliud volunt: vt in prædicta. l.
filia. & prædicto c. forus. in fine. Secundum eſt
quia dant conſilium contra propria commoda: vt
C. de ſponſalibus. l. ſi pater. Tertium eſt quia
genus earum eſt auariſsimum. recipere enim vo-
lunt.

ſunt. dare autem raro. vt C. de donat. ante nupt.
l. ſi à ſponſo. ff. de donat. inter virum & vxorem.
l. ſi ſtipulata, & ff. ad ſenat. conſul. vell. l. ſed ſi
162 ego. Item potius credendum eſt † veridico: quam
163 mendaci. Item † emendato quam luxurioſo: &
magis alij quam amico pro quo teſtificatur. 3. q.
5. c. 1. ar. C. de teſtibus l. etiam. ff. e. titul. l. 3. §. 1. de
hoc conſueuit notari in authen. de monachis. §.
164 cogitandum coll. 1. Item † magis creditur diuiti
quam pauperi. ff. eod. l. 3. circa princip. & in prædicto. c. forus. ar. de teſtibus. §. 1. coll. 7. &. §. ſancimus. & Inſti. de ſuſpec. tuto. §. Item tria. 4. q. 3. teſtes. & c. item in criminali. ver. Item teſtium. vbi dicitur. Item teſtium fides diligentius examinanda
eſt. Ideoque in perſona eorum exploranda erunt
165 iſta. † In primis conditio cuiuſque vtrum quis decurio an plebeianus ſit: & an honeſtæ & inculpatæ vitæ. an vero vocatus quis & reprehenſibilis. an locuples vel egenus ſit: vt lucri cauſa quid facile admittat, an non. an inimicus ſit ei aduerſus quem frater: vel amicus ſit ei pro quo teſtimonium dat. Nam ſi careat ſuſpitione teſtimonium: vel propter perſonam à qua fertur quòd honeſta ſit, vel propter cauſam quòd neque lucri neque gratiæ neque inimicitiæ cauſa ſit admittendum. Ad hoc facit. C. ad l. fal. in authen. ſed cui teſtatur. & ſuper his omnibus nota verſus. Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, ſama, Et ſortuna fides, in
teſtibus iſta requires. Item † nota quòd non eſt 166
multitudo teſtium attendenda: vt in auth. de referenda. in. §. fin. coll. 2. vbi dicitur. Innumeroſa. n. multitudo nihil habet honeſti. & §. ſequenti. 4. q. 3. §. Item in criminali. vbi dicitur. Non enim ad multitudinem reſpicici oportet. ff. eo. l. ob cauſam circa fi. & l. prima. in fin. extra. eod titul. c. In noſtra. & in authen. de eccleſiaſticarum rerum
adml. in princi. colla. 5. Item † nota quòd contra 167
teſtem verboſum eſt præſumptio. ar. C. de preci. Imper. offer. l. ſi. & de hoc nota. C de teſt. l. ſolam. in fine. glo. C. de poſtul. l. quiſquis. ad quod facit verſus. Contra verboſos noli contendere verbis. Iſta ſufficiant contra teſtes. attamen quotieſcunq; voluerit quis dicere contra teſtes videat illam. l. ff. e. ti. l. teſtium totam de verbo ad verbum vſq; in finem.

LAVS DEO.

Explicit Tractatus ſolennis de Teſtibus Excellentiſſimi Iureconſulti D. Nepotis de monte Albano.

TRACTA-

TRACTATVS CIRCA MATERIAM TESTIVM D. IACOBI BVTRIGARII V. I. D. EXCELLENTISSIMI.

SVMMARIVM.

PVpillus, & ſeruus à teſtificando, reijciuntur, et nu. 20.
2 Teſtis de quo multa mala dicuntur, & qui non eſt bonæ opinionis & famæ non admittitur.
3 Pauper à teſtificando repellitur.
4 Delinquens in vno omnium factus eſt reus.
5 Leges non ſeruans, earum beneficio vti non debet.
6 Infamis à teſtimonio repellitur.
7 Teſtis amiciſſimus, & qui non habet centum in bonis non admittitur. Item & qui maximam habet ſuſpicionem.
8 Teſtes varia dicentes repelluntur, & puniendi ſunt.
9 Teſtis cui data eſt, vel promiſſa pecunia, non eſt admittendus.
10 Et qui malum teſtimonium tulit.
11 Minor quatuordecim annis quo caſu à teſtimonio repellatur.
12 Teſtis qui dixit quæ natura non conueniunt, non eſt admittendus. Et qui duo contraria ſimul dixit.
13 Teſtis qui cauſam dicti ſui non reddit, non admittitur.
14 Teſtis qui prolixè teſtimonium fert, & teſtes qui vacillant, non ſunt admittendi.
15 Item nec inimicus, neque ſuſpectus.
16 Teſtis vnum & eundem præmeditatum ſermonem dicens repellitur.
17 Damnatus de publico iudicio & non reſtitutus, & qui in vinculis cuſtodia publica detinetur. Qui cum beſtijs pugnat, vel qui ſe locat ad pugnandum. Qui palam quæſtum faciunt à teſtimonio repelluntur.
18 Inuiti teſtimonium dicere qui non cogantur.
19 Idonei non ſunt teſtes quibus imperari poteſt, & qui ſint.
21 Domeſtici à teſtimonio reprobantur.
22 Pater & filius an & quando volentes vel inuiti inter ſe poſſint ferre teſtimonium.
23 Teſtis in re propria quis eſſe non poteſt.
24 Damnatus crimine adulterij à teſtimonio reijcitur.
25 Repetendarum damnatus, etiam hermaphroditus ad teſtimonium adhiberi non poteſt.
26 Teſtes falſa vel varia vel eorum dicta partibus referentes puniendi ſunt, nec eis creditur.
27 Damnatus ob crimen famoſum teſtis eſſe non poteſt, nec teſtimonium dicere.
28 Vindicaturus qui eſt ſuper aliqua re, patroni cauſarũ, & executores teſtes eſſe non poſſunt.
29 Teſtis vnius dicto ſtandum non eſt.
30 Remiſſus ab exercitu ignominia cauſa. Et qui artis ludicræ cauſa in ſcenam prodierit. Et qui lenocinium fecit ad legitima teſtimonia non admittuntur. & nu. 31. & 32.
33 Damnatus præuaricationis cauſa. Et qui vſuras vſurarum exercuit teſtificari non poteſt. & nu. 34.
35 Damnatus furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, et de dolo malo, vel pactus. Et qui eam vxorem ducit quæ virum intra tempus lugere noluit. ad legitima teſtimonia non admittitur. & nu. 36.
37 Bina ſponſalia, vel binas nuptias qui eodem tempore ſuo nomine exercuit. Et qui paſſus eſt filium eam ducere quæ nubit intra tempus luctus, teſtis eſſe non poteſt. & nu. 38
39 Conuictus de hereditate expilata. Et qui in teſtamento patris increpatus eſt. Et per Prætorem fuſtibus cæſus. Et qui improbi & inteſtabiles appellantur, ad teſtificandum non admittuntur. Et nume. 40. 41. & 42.
43 Separatus à ſacroſancta eccleſia teſtimonium dicere non poteſt. Nec qui hæreticorum vocabulo continetur. num. 45.
44 Teſtis non eſt admittendus, qui pupillam vel adultam filio copulauit.
46 Damnatus ſuo nomine mandati, depoſiti, tutelæ, pro ſocio teſtificari non debet.
47 Inceſtas nuptias contrahens. Et qui deſerto ſacramento venit ad ſecunda vota, à teſtimonio repellitur, num. 48.
49 Mulier quæ nupſit in virum, et vir qui nupſit in mulierem. Et qui falſam monetam cudunt. Et adulteram monetam ſcienter expendunt. Et qui falſum teſtimonium dederunt, in teſtes produci non poſſunt. nu. 50.
51 Bona ſua adminiſtrare prohibetur, periurus, & omnes reprehenſibiles. & notatæ opinionis in numero teſtium non ſunt.
52 Teſtes iurati abſente parte contra quam producuntur non ſunt admittendi. Nec qui ſolenniter non iurauerunt. & nu. 53. Et quid ſi pars teſtificata dedicerit ante apertionem. nu. 54.
55 Teſtis qui obſcurè depoſuit & dictum ſuum non declarauit repellitur.
56 Teſtis depoſitio ſi non fuit lis conteſtata non valet, nec teſtes ſunt recipiendi niſi in certis caſibus.
57 Capitula ſi data ſunt, & teſtes ſuper illis non deponunt malitia vel negligẽtia iudicis, an ſint poſtea admittendi.
58 Teſtis conſanguineus aduerſarij non admittitur.
59 Teſtis qui in cauſa criminali contra aliquem depoſuit, in alia cauſa contra eundem repellitur.
60 Confeſſus de ſuo crimine tangens principalem cauſam non probat. Sed de ſuo crimine puniri debet.
61 Particeps eius cauſa à teſtimonio repellitur.
62 Matri aſſerenti ſe prægnãtem vt mittatur in poſſeſſionem bonorum defuncti, non creditur.

CIrca materiam teſtium dic. Quidam reijciuntur ipſo iure. Quidam officio iudicis. Ipſo iure: † vt pupillus & ſer- 1
uus illa ratione: quia teſtificari non poſſunt: vt C. de teſt. l. hac conſultiſsima. in prin. ff. de teſt. l. teſtiũ. §. lege. Officio iudicis dic quod ex quibuſdam cauſis repellatur quis à teſtimonio quæ infra ſequuntur. In † primis ſi de eo multa 2
mala

mala dicuntur:vt in aut. de teſti.§. 4. Secũdo: quia
non eſt bonæ opinionis & famæ. in d. §. quarta. &
3 ff. ad leg. Fal. l. ſed cùm teſtator. Tertio:†quia pau-
per. vt in d. §. 4. &. ff. de ſuſpe. tut. l. dicitur in tuto-
4 re. Quarto † cum in alijs ſit malus: ergo in hoc:
quia cum in vno delinquit omninm factus eſt reus:
vt. ff. de leg. 1. l. quæ. & de bo. lib. l. in ſuis. & ad
Syllania. l. ſi quis in graui. §. ſi quis. Quintò cum
reus fuerit, ergo adhuc præſumitur. vt. C. ad leg. Iu.
5 maie. l. quiſquis. & de proba. l. ſiue Sexto: quia †
non ſeruat legem quæ tribuit ius petentibus. ergo
non debet legis auxlium. &c. quia offerre minus.
vt ff. de mino. l. auxiliũ. & de agrico. & cenſi. l. quo
ties. Septimò: quia huius rei ignarus eſt: ergo verbe-
ribus eſt ſubdendus: vt in aut. de teſtib. §. quarta.
6 Octauò: quia † infamis: vt. ff. de accu. l. qui accuſa-
7 re. & de teſti. l. teſtium fides. Nono: quia † amiciſ-
ſimus eſt. vt. ff. de teſti. l. teſtium. in prin. Decimò:
quia non habet in bonis centum aureos. ff. de accuſ.
l. nonnullis. Vndecimo: quia ſuſpicionem habet
maximam cum ſit violẽtus. ff. de accuſ. l. alij. Duo-
8 decimò: † quia varia dixerunt & tales puniẽdi ſunt.
9 ff. de teſtibus. l. qui falſa. Decimotertiò † ſi data vel
promiſſa ſit ei pecunia. vt. C. de teſti. l. ſi quis. De-
10 cimoquartò: quia † malum teſtimonium in eum tu-
lit. vt. ff. de teſti. l. produci. Decimoquintò: quia
11 † minor eſt. 14. annis. ff. de teſtib. l. in teſtimoni. &
de mino. l. nullum. & hoc vt 4. q. 3. c. 1. In crimina-
libus autem minor. 20. annis. vt 4. q. 3. c. in crimina-
12 libus. extra eo. de teſtibus. Decimoſextò: quia †
ea quæ dixit non conueniunt naturæ. vt. ff. de teſti.
l. ob carmen. Decimoſeptimò: quia duo contra-
ria ſimul dixit: vt. ff. de re iudic. l. illa duo. C. de
fide inſtrum. l. ſcripturæ. ff. de teſtibus. l. vbi repu-
gnantia. Sed in hoc caſu vbi contraria dicunt non
ſunt admittendi. ſed iudex debet veriſimilia videre
13 vt d. l. ob carmen. in fi. Decimooctauò: quia † non
reddit cauſam teſtimonij ſui ſiue dicti. vt ff. de lib.
can. l. ſi pater. §. 2. C. de fide inſtr. l. ſi res. ff. de trãſ-
ac. l. cum hi. §. cum cauſæ extra de teſti. c. cauſam.
14 Decimononò † ſi prolixè teſtimonium ferat vt præ-
ſumatur quòd non recordetur bene. vt. ff. de Car-
bo. edic. l. 3. §. finge alias cauſam. nã & alibi de tem-
pore dicit lex quòd non poteſt omnium teneri me-
moria: vt. ff. de proba. l. ſi arbiter. C. qui teſta. face.
poſ. l. hac conſultiſsima. Viceſimò ſi teſtes vacillãt
25 ff. de proba. l. in teſtib. Viceſimo primò † ſi eſt ini-
micus. ff. de prob. l. teſtiũ. in prin. Viceſimoſecun-
dò ſi ſuſpicio in teſtibus ſit: vt. C. de teſt. l. teſtium.
26 in prin. Viceſimotertiò † ſi teſtis vnum & eundem
præmeditatum ſermonem attulerit. ff. de proba. l.
17 teſti. in princ. Viceſimoquartò: quia † damnatus eſt
publico iudicio, & non fuit reſtitutus, qui in vin-
culis cuſtodia publica detinetur, qui cum beſtijs pu
gnat, vel ſe locauerit ad pugnandum, qui palã quæ-
ſtum faciunt, & quidam propter reuerentiam. ff. de
18 teſti. l. teſtium. §. lege Iulia. Viceſimòquinto † quæ-
dam ſunt perſonæ quę non coguntur ferre teſtimo-
nium inter ſe: videlicet gener, ſocer, vitricus, priui-
uignus, ſobrinus, ſobrina, ex ſobrino natus, & om-
nes qui in proximo gradu ſunt. patronus & patro-
na, vxor patroni, patronæ maritus, liberi & eorum
filij, ſponſus etiam generi appellatione continetur.
ff. de teſt. l. lege. Iul. cum l. ſequen. Quidam ſimili-
ter ſunt qui inuiti non vocantur ad teſtimonium
dicendũ, vt valitudinarij, vel milites, vel qui cũ ma
giſtratibus cauſa reipu. abſunt, & illi quibus venire
non licet qui omnes not. in l. inuiti. ff. eod. Et qui-
dam ſunt alij vt publicani. Item ij qui non detre-
ctandi teſtimonij cauſa aberint. Item ij qui exerci-
tui præbendam conduxerunt & pupillus. ff. de te-
ſtibus. l. inuiti. Viceſimoſextò quibus † imperari po 19
teſt, & qui ſint no. de teſti. l. idonei. Viceſimoſe-
ptimò † qui eſt ſeruus in caſu tamen ei creditur. ff. 20
de teſt. l. ſeruus. Viceſimòoctauò qui † ſunt dome- 21
ſtici: vt. C. de teſti. l. etiam. Viceſimo † nonò pater, 22
& filius, nec volentes nec inuiti inter ſe poſſunt fer-
re teſtimonium: vt C. de teſti. l. ſi parentes & liberi.
ff. eo. l. teſtis. & extra e. tit. ca. ſuper eo. el. 2. prę͏ter-
quam in duobus caſibus qui ibi dicuntur videlicet:
in cauſa grauitatis cauſæ & matrimonij. & ſuper iſta
materia diſtingue quòd apud parentes teſtificantur
ſuper ætate filij in cauſa inter eos communi, & poſ-
ſunt. Trigeſimo qui † in re propria teſtificantur: vt 23
C. de teſti. l. omnes. ff. eo. nullus. Triceſimo primò
† qui eſt adulterij crimine damnatus. vt. ff. de teſti. 24
l. ſcio. Triceſimoſecundò qui eſt crimine repetun- 25
darum damnatus etiam hermaphroditus qui ſexu
fœmineo incaleſcat: vt. ff. de teſti. l. repetundarum.
Triceſimotertiò † qui falſa vel varia: vel qui eorum 26
dicta partibus referunt, non ſolum iſtis non creda-
tur: ſed puniantur: vt. ff. de teſt. l. qui falſo. Trice-
ſimoquartò † qui ob crimen ſamoſum dãnatus eſt, 27
nec teſtis eſſe poteſt, nec teſtimonium dicere: vt. ff.
de teſtib. l. ob carmen. Triceſimoquintò † qui vin- 28
dicaturus eſt ſuper aliqua re, vel qui nouit. Item pa-
troni cauſarum & executores: vt. ff. de teſtib. l. ob
carmen. §. illud. & l. fi. Triceſimoſextò dicto † v- 29
nius teſtis. l. iuriſiurandi. in fine. C. de teſtibus. in fi.
Triceſimoſeptimò † qui ab exercitu ignominię cau- 30
ſa remittitur: vt. ff. de inſa. l. quod ait. Triceſimo-
octauò † qui artis ludicræ cauſa in ſcenam prodierit: 31
vt. ff. de inſa. l. athletas. Triceſimononò † qui le- 32
nocinium fecerit. vt. ff. de inſa. l. athletas. §. primo. 33
Quadrageſimò † qui præuaricationis cauſa damna-
tus eſt: vt. ff. eo. l. 1. Quadrageſimoprimò † qui v- 34
ſuras vſurarum exercuit, & improbum fœnus exer-
cuit. C. e. l. qui improbum. C. de inſa. improbum.
Quadrageſimoſecundò † qui furti, vi bonorum ra- 35
ptorum, iniuriarum, de dolo malo damnatus eſt,
vel pactus: vt. ff. de inſa. l. 1. C. de inſa. l. 2. & l. non
damnatos. Quadrageſimotertiò † qui eam vxorem 36
duxit quæ virum intra tempus lugere noluit. C. de
inſa. l. decreto. quamuis hodie caſus iſte non proce-
dat de iure canonic. Quadrageſimo † quartò qui 37
bina ſponſalia eodem tempore vel binas nuptias
ſuo nomine exercuit: vt. ff. eo. l. 1. in fin. Quadra-
geſimo † quintò qui paſſus eſt eum filium quem ha- 38
bebat in poteſtate, eã ducere, quæ nubit intra tem-
pus luct⁹: vt. ff. de inſa. l. 1. Quadrageſimoſexto † qui 39
conuictus fuerit hereditatem expilaſſe. C. eod. l. ſi
teſt. Quadrageſimoſeptimò † qui in teſtamento pa- 40
tris increpatus eſt. C. e. l. ea quæ. Quadrageſimo-
octauò † qui per prætorem fuerit fuſtibus cæſus. C. 41
e. l. fuſtibus. Quadrageſimononò † qui improbus 42
& inteſtabilis appellatur. C. e. l. verbum precibus.
Quinquageſimò † qui ſeparatur à ſacroſancta eccle- 43
ſia. C. de hæret. & mani. l. hi qui. Quinquageſimo

44 primò † qui pupillam vel adultam filio copulaue-
rit C. de interdi. ma. l. 1. Quinquageſimoſecundò
45 † qui hæreticorum vocabulo continetur: vt in aut.
46 Gazaros. Quinquageſimotertiò † qui depoſiti, tu-
telæ pro ſocio, mandati, ſuo nomine damnati fue-
47 rint. ff. eo. l. 1. Quinquageſimoquartò † qui ince-
ſtas nuptias contraxerit. vt. ff. eo. quid ergo. §. eum.
48 Quinquageſimoquintò † qui deſerto ſacramento
venit ad ſecunda vota. vt in aut. eiſdem, quæ eſt. C.
49 de ſecun. nup. Quinquageſimoſextò † mulier quæ
nupſit in virum. & quando vir nupſit in mulierem.
ff. ad l. Iul. cum vir. C. de adul. cum vir. Quinqua-
50 geſimoſeptimò † qui falſam monetam cudunt: &
qui adulterinam monetam ſcienter expendunt. qui
falſum teſtimonium dedit: vt ff. de teſtibus. l. pro-
51 duci teſtes. Quinquageſimooctauo † qui prohibe-
tur ſua bona adminiſtrare, mutus, ſurdus, furioſus,
mentecaptus, prodigus, reprobantur. qui periurus
eſt quocunque modo repellitur, etiam ſi non infa-
mis: quia ſemper præſumitur deierare: vt. ff. de ac-
cu. l. ſi cui. §. eiſdem de ſenato. l. Caſibus. C. de
tranſa. l. ſi quis maior. & no. ff. de inſa. l. Lucius. &
generaliter omnes qui repræhenſibiles & notatæ o-
pinionis & obſcuræ famæ cenſentur, nõ ſunt in nu-
52 mero teſtium. Quinquageſimononò † ſi teſtes iu-
rauerunt abſente parte contra quam producuntur.
extra de teſti. ca. in nomine domini. C. eod. l. fin.
53 quando. Sexageſimò † ſi teſtes ſolenniter non iura-
uerint 35. q. 5. de parentela extra de teſti. c. cauſam.
54 C. de teſt. l. iuriſiurandi. Sexageſimoprimò † ſi pars
teſtificata didicerit ante apertionem. extra de teſti-
bus. c. conſtitutus. in aut. de teſti. §. quia verò. Sexa-
55 gemoſecundò † ſi obſcurè depoſuit & non declara-
uit. extra de ſtib. ca. cum clamor. & de teſtibus. eo.
lib. c. pręterea. ff. de ver. ob. l. in conuentionalibus.
56 Sexageſimotertio † ſi non fuit lis conteſta. non va-
luit teſtificatio, nec teſtes ſunt recipiendi, niſi in ca-
ſibus. vt. lit. non conteſta. c. quoniam frequenter.
& c. ad hoc. alias. in aut. de teſti. §. & hoc verum.
57 Sexageſimoquartò ſi fuerint † data capitula, & teſtes
non depoſuerunt ſuper illis malitia vel negligen-
tia iudicis. extra de teſtibus. c. per tuas. C. eod. l. 1.
58 Sexageſimoquintò † ſi eſt conſanguineus aduerſa-
rij. 3. q. 5. conſanguinei. & c. accuſatis. Sexageſimo-
59 ſextò † qui dixit teſtimonium contra te in cauſa cri-
minali. 6. quæſti. 1. quicunque. 22. q. 5. ſi quis con-
60 uictus. & c. paruuli. Sexageſimoſeptimo, † qui
confiteretur de ſuo crimine tangens principale non
valet: ſed debet de ſuo crimine puniri. extra de con-
61 feſ. c. cum ſuper. Sexageſimooctauò † ſi eſt parti-
ceps eius cauſæ. ff. de teſtibus. l. nullus. Sexageſi-
62 mononò † non creditur matri aſſerenti ſe prægnan-
tem, ad hoc vt mittatur in poſſeſſionem bonorum
defuncti per edictum. de ven. in poſſeſſio. mit. ff. de
ven. in poſſeſſio. mitt. l. 1. & §. 1. & de acquir. hered.
l. quidam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtibus quibus potius credatur.*
2 *Teſtis fides ex eius dignitate approbatur.*
3 *Teſti dicenti quod naturæ negocij conuenit, magis quã alijs creditur.*

Quibus potius credatur.

DIctum eſt ſupra quibus modis teſtes reijciun-
tur, nunc dicendum eſt quibus potius creda-
tur. Et dicendum quòd illis † potius fides adhibe- 1
tur, qui ſunt in dignitate poſiti, & quanto magis in
maiori, tanto magis creditur, & Imperatori magis
quàm præſidi. & ſic de cæteris. C. de teſti. l. omnes.
& de teſti. l. teſtium. §. quæ argumenta. quia † fides 2
teſtis ex eius dignitate approbatur. In authenti. de
teſti. §. ſignamus. Item magis nobili quam plebeio,
magis honeſto quam inhoneſto: magis diuiti quam
pauperi: vt ff. de teſti. l. teſtium. in prin. Item ma-
gis † creditur illis qui dicunt quod naturæ negocij 3
conuenit, quam alijs. ff. de teſti. l. ob carmen.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium certus numerus in quibus caſibus requiratur.*

De numero teſtium.

DIctum eſt ſupra quibus potius credatur. nunc de teſtium numero. Et videndum eſt quod vbicunque certus numerus teſtium non adijcitur, tunc duo ſufficiant: quia pluralis locutio duorum numero contenta eſſe debet. ff. de teſtibus. l. vbi in quibuſdam caſibus tres, alias quinque teſtes requiruntur: vt in mutanda voluntate quæ per decennium ſtetit. C. de teſtam. l. ſancimus. Item in idiochira facienda, id eſt, priuata ſcriptura. C. qui po. in pig. ha. l. ſcripturas. Item in inuentario faciendo. in aut. de hære. & ſal. §. hæc. Item in comparatione literarum facienda. C. de fide inſtrum. l. comparationes. Item in caute. deponendo, id eſt, in priuata ſcriptura depoſitarij quando confitetur apud ſe depoſitum. in aut. de fide inſtrum. §. ſi quis igitur. & §. ſed & ſi quis. Item in inſtrumento in quo mulier confitetur ſe per fideiuſſorem aliquid accepiſſe. C. ad Velle. l. antiquæ. Item in quibuſdam caſibus quatuor requiruntur ab eis vt in prædictis exemplis apparet, in quibuſdam quinque vt in codicillis faciendis. C. de codicil. l. fi. Item in contractu excedente libram auri celebrato in ciuitate. C. ſi cer. pet. aut. ſed nouo iure. Item in libertate per epiſtolam, vel inter inimicos data, vel in inſtrumento manumiſſionis reddendo. C. de lati. lib. tol. l. 1. Item in confeſſione creditoris dicentis ſibi ſolutum eſſe. C. de teſti. l. teſtium. Item in teſtamentis in villis celebratis. C. de teſta. l. fi. Item in teſtamentis tantũ inter liberos conditis, vbi qualitercunque confectum valeat. C. de teſti. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. & C. fami. erciſ. l. fi. Quandoq; ſeptem: vt. ff. de repndijs. l. nullus diuortium. Item in recuſatione ſubdiaconi: accolytii exorciſtæ: lectoris, hoſtiarij Romanæ eccleſiæ: vt in decre. 2. quæ. 4. Item in teſtamentis in ſcriptis, vel ſine ſcriptis. inſtitu. de teſt. §. fin. C. qui teſt. facere poſſunt l. hac conſultiſsima. Quandoque 8. vt in teſtamento cæci in quo non fuit notarius. C. qui teſt. ſa. poſ. l. hac conſultiſsima. §. ſed quia. Quandoque. 11. vt in accuſatione eius qui militarem annonam defraudauit. C. de de eroga. mili. anno. l. per hanc. lib. 12. Quandoque. 15. vt in ſurrogatione præpoſiti ſacrorum ſcriniorum. C. de præpo. ſa. ſcri. l. vel vnicuiq;. Quandoque. 43. vt in accuſatione diaconi cardinalis. quandoq; requiruntur. 44. vt in accuſatione preſbyteri cardinalis. Quandoqne requiruntur. 72.

vt in accuſatione epiſcopi cardinalis. Sed teſtes & accuſatores ſine aliqua ſunt infamia, vt in decre. 2. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes in quibus caſibus rogati eſſe debeant.*

In quibus caſibus debent rogari.

DIctum eſt ſupra vbi certus numerus requiritur, nunc in quibus caſib. rogari debent. Dic breuiter in omnibus caſib. in quibus certus numerus requiritur ibi rogari. excepto in codicillis, in quib. non eſt neceſſe vt rogatio fiat. C. de codi. l. fina. §. vltim. in alijs debent rogari. C. de teſti. l. teſtium. & in aut. rogati.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes qualiter interrogari debeant.*

De Interrogationibus teſtium.

VIdimus ſupra de numero teſtium & in quibus
1 poſsint rogari. Nunc videamus† qualiter debeant interrogari. Dic quòd interrogandi ſunt de præſentia: & vtrum interfuerunt ipſi teſtes maleficio perpetrato: vel alij contractui nec ne. Item de viſu, auditu, loco, & tempore, de nocte vel de die, tempore nebuloſo vel claro, de menſe, die, & anno. Item qui, & quot interfuerunt contractui. Item ſi contrahentes erant ſtantes & ſedentes cum contraxerunt. Item ſi propoſuerunt & ſi cognouerunt ſigna, ſi præſtitit patrocinium huic cauſæ, ſi eſt amicus vel inimicus, cognatus vel affinis, ſi fuit mediator, vel cognouit eum contra quem producitur. Itẽ ſi fuit rogatus, vel tranſiens hoc vidit. Item ſi impubes vel ſeruus, decurio vel plebeius, libertus aut ingenuus. Si ad dicendum teſtimonium pecuniam acceperit. Si damnum vel emolumentum ad eum ſpectat. Item ſi ſimul viderunt & interfuerunt contractui. Item ſi fuerunt inſtructi vel rogati vt taliter dicerent. Item de credulitate & ſcientia & ſimilibus circũſtantijs: extra de teſt. c. cũ cauſam. 2. q. 1. in pri. c. in primis. extra de teſtib. c. licet. 3. q. 4. in. c. nihilominus. & c. præſentata.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes præſente altera parte deduci et iurare debent. Et quòd pro vtraq; parte veritatem dicent.*
2 *Teſtes expenſis producentis alendi ſunt.*
3 *Teſtificata qui didicit, non poteſt teſtes ſuper eiſdem articulis producere.*
4 *Teſtes qui produxit an quartam productionem habeat.*
5 *Dilatio an vna eſſe debeat intra quã productiones dari debeant & quot.*
6 *Teſtis poteſt dictum ſuum obſcurum declarare.*
7 *Teſtis ſynodalis errans, poteſt incontinenti ſe corrigere.*
8 *Iudex an ſi poſt publicationem cognouit teſtes malè depoſuiſſe, poſsit iterum examinare, & punire.*
9 *Iudex ex officio debet compellere teſtes venire ad deponendum, quos vltra quindecim dies in iudicio detinere non debet, quòd an procedat in criminalibus. vid. nu. 10.*
11 *Iudex ineffrenatam multitudinem teſtium admittere non debet.*
12 *Teſtes an lite conteſtata produci poſsint.*
13 *Teſtes cauſas dicti ſui reddere debent.*
14 *Mulier quando teſtis eſſe poſsit.*
15 *Renuntians productioni teſtium proteſtari debet, quòd ſibi ſalua ſint exceptiones opponendæ tam contra eorum dicta, quàm contra ipſos teſtes, alias poſt aperturam dictorum ipſorum teſtium aliquid opponere non poteſt.*
16 *Producens an teneatur dicere ſuper quo capitulo vult teſtes producere, & hæc in ſcriptis facere redigi. Et an hoc dicere debeat coram iudice audiente. nu. 18.*
17 *In iudicio nihil occultum nihilq; coopertum eſſe debet.*
19 *Iudex ex officio tenetur ſcribi facere dicta teſtium per perſonam publicam ne veritas pereat. Et omnia quæ à partibus dicuntur in iudicio.*
20 *Teſtium numerum & nomina vtrum quis dicere cogatur.*
21 *Teſtes debent eos cognoſcere contra quos producuntur.*

Quædam forma circa teſtes de offic. iudi. circa quaſdam quæſtiones ad ipſos pertinentes.

ET in primis teſtes† pſente altera parte deduci de- 1
bẽt vt iurẽt. vt extra de teſti. c. in nomine domini. Item ſufficit ſi iurent altera parte citata: licet ſit abſens per contumaciam. extra eod. c. 1. & C. de teſti. l. ſi quando §. his quoque. Et debent iurare præſentibus partibus quòd dicent veritatem pro vtraque parte. nec prece, vel dolo, odio vel amore negabunt veritatem, vel admiſcebunt falſitatem. C.
de teſti. l. iuriſiurandi. 35. q. 6. de parentela. Item† 2
teſtes ſunt alendi expenſis producentis. 4. q. 3. c. ſi teſtes. §. venturis autem. C. de teſt. l. quoniam libe-
ri. Item ſi† teſtificata didiciſti non poteris de cætero 3
teſtes producere ſuper eiſdem articulis. extra de fide inſtr. c. cum Ioannes. extra de teſti. c. cauſam. &
c. fraternitatis. in aut. de teſti. § quia verò. Item † ſi 4
teſtes produxiſti non habebis quartam productionem: niſi cum ſolennitate legali quam habes. extra de teſti. c. ſi. & c. licet. in aut. de teſti. §. quia verò. & debet iurare quod nullo modo didicit teſtificata, & quod malicioſè non facit, & quòd eos primo habe-
re non potuit: vt ibidem dicitur. Item † no. quòd 5
vna debet eſſe dilatio de iure communi. infra quam debent tres productiones. extra de teſti. c. in cauſis. & c. ſignificaſti. & C. de dil. l. 1. tamen de conſuetudine generali dantur dilationes tres & quarta cum ſolennitate quæ eſt optima legũ interpres. extra de ver. ſig. habere, extra de conſue. ca. cum dilectus. ff.
de legi. l. ſi interpretationem. Item quæro † quid ſi 6
teſtis obſcurè dixit vtrum poſsit illud declarare. dic quòd ſic. ff. de præto. ſtipu. l. in prætorijs. ff. de iudi. l. ſi quis intentione. C. de legi. l. ſi imperialis.
extra de teſti. c. cum clamor. Item† teſtis ſynodalis 7
ſi errat poteſt ſe corrigere incontinenti. extra de te-
ſti. cog. præterea. Item quæritur nũquid† iudex poſt 8
publicationem ſi cognouerit teſtes malè depoſuiſſe, poſsit iterum examinare & punire ſi opus fuerit. 3. q. 8. nihilominus. ff. de quæ. repeti. extra de teſtibus. cum clamor. & c. præſentata. C. de teſtibus. l. fi. & ſic primo ad aliud duces ipſos teſtes: extra de
teſti. c. cauſam. & c. veniens. & c. præſentata. Item† 9
quæritur vtrum iudex ex officio ſuo poſsit & debeat compellere teſtes venire & deponere? dic quod ſic. C. de teſtib. l. ſi quando. Nec vltra. 15. dies ipſos detinere debet in iudicio. vt d. l. ſi qui. ff. de ta. exhi. l. ſecunda. §. exhibere. extra de vſur. tuas dudum.
tamen ſecundum† Canoniſtas hoc non procedit in 10
criminalibus. extra de teſti. cog. c. delictorũ. 4. q. 3.

cap. qui intendit. nec etiam ſi agit ciuiliter: poterit
literas habere quod teſtes compellantur in crimi-
11 nalibus.extra de teſti.cog.peruenit. Item†no. quòd
ineffrenatam multitudinem teſtium non debet pati
iudex produci. ff. de teſti. l. 1. §. quanquam extra de
teſt. ſignificauit. & numerus. 40. extra de teſti. cum
12 cauſam. Item† quæro vtrum lite nõ conteſt. poſſint
produci teſtes. dic ꝙ non. extra vt lite nõ conte. c.
quoniam frequenter. & c. ad hoc Deus. in aut. de
teſti. §. & hoc verum. & §. & ſi vero niſi in caſibus in
quibus poſſint produci etiam lit. non conte. vt pu-
ta ſi timetur de morte teſtium, vel abſentia diutur-
na, & ſenes, & valetudinarij & infra annum annun-
ciabitur parti contra quam ſunt producti, alioqui
non valet. pro hoc faciunt omnia iura proximè ſu-
pra allegata. ſ. c. quoniã frequenter. & c. ad hoc De-
13 us. &. §. & hoc verum. & §. ſi vero. Item† quæro v-
trum teſtes debeãt reddere cauſas dicti ſui. dic quod
ſic, ſi ſint interrogati. C. de teſti. l. 1. & l. ſolam. 4. q.
3. c. Item ſolam. ſi autem non fuerint interrogati va
let eorum teſtimonium. extra de ſen. & re iud. c. ſi-
14 cut nobis. Item quæro † quando mulier teſtis eſſe
poſſit. dic ſecundum leges in omni cauſa teſtis eſſe
poteſt, exceptis teſtamentis. Inſti. de teſt. §. teſtes 15.
q. 3. decernunt. Sed ſecundum canones in cauſis cri
minalibus non poteſt eſſe teſtis. extra de ver. ſig. c.
forus 32. q. 5. mulierẽ. In ciuilibus ſic, & maximè in
matrimonio. extra de teſti. c. cum literis. & c. quo-
15 niam aliqua. Item ſcire debes † quod poſtquam re-
nunciaſti productioni teſtium, debes proteſtari vt
tibi ſaluæ ſint exceptiones opponendæ tam contra
dicta teſtiũ, quàm contra ipſos teſtes, dicẽdo: quòd
intendas aliquas exceptiones opponere, & ſi talem
proteſtationẽ non feceris, non poteris poſt apertu-
ram dictorum teſtiũ aliquid contra ipſos, nec ipſo-
rum dicta opponere, niſi de nouo veniſſet exceptio
in notitiam. Et ſi diceret actor, imò mei ſunt pri-
mò recipiendi: quia habeo onus probationis, & pri-
uilegium quia prior appel. ff. de iudi. qui prior. &
de prob. l. ei qui extra de or. cog. c. cum dilectus.
Reſpõdet aduocatus imò mei ſunt primò recipien-
di. C. de inoſ. teſt. l. liber. in ſ ff. de proba. l. certũ.
de ferijs. l. feriæ. de reg. iur. non debet. Sed totum
hoc habet iudex terminare ex ſuo officio, vt videat
ſi actor dicatur, vt nõ producat: vel vt impediat vel
ſi verè vult producere, ad hoc. ff. de rei vindica. l.
in fundo. in fin. & videat ſi periculum eſt in mora,
vbi non poteſt ſeruari regula de rigore iuris. ff. de
16 offi. proconſul. l. alioqui. & ſimilibus. Item quæri-
tur vtrum teneatur producens dicere ſuper quo ca-
pitulo vult teſtes producere. & hæc in ſcriptis face-
re redigi, videtur quod ſic: quia ſi vult probare inu-
tile non eſt audiendus C. de proba: l. ad probatio-
nem. Item debet hoc dicere & prædicere: vt ſciatur
vtrum velit quid tale probare, quod ſit admittẽdus:
quia non omnia debent probari. ff. de petitio. hęre.
l. ſi quis libertate. vltra medium. C. qui legi. perſo.
l. momentaneæ poteſt reſpondere aduerſarius, tibi
non dico: quia tibi non probo: ſed iudici probo, &
fidem facio, & ei dicam ſi debeo dicere. ff. de proba.
l. quinquaginta. C. de condi. ob turpem cau. l. pri-
ma. hic qui petit ſic reſpondet, ſi debes dicere, iudex
17 dicet mihi: quia † in iudicio nihil occultum, nihil
coopertum eſſe debet. præterea iudex neſciret vtrũ
eſſet vtile vel inutile & merita negociorum &c. C.
ſi per vim vel alio modo. l. fin. Vltimò dic† quod 18
debet hoc dicere coram iudice audiente parte ad-
uerſa, vt poſſit contradicere, ſi habet cauſam con-
tradicendi. Item videtur quod id ſuper quo teſtes
producuntur debeat in ſcriptis redigi: quia produ-
cens poterat ſecunda & tertia die dicere hoc don di-
xiſſe. & ſic dabitur materia negandi verum, & pro-
bandi falſum. vt. ff. de eden. l. 1. §. editiones. & ibi
plenè reſpondeat duerſarius, ſufficit quod ego ver-
botenus dico, & ſic non teneor facere ſcribi. vt. ff.
de eden. l. 5. §. edere. Iudex † ex officio ſuo faciet 19
ſcribi per perſonam publicam ne veritas poſſit de-
perire. ff. de teſti. l. curent. C. de fide inſtr. l. plures.
& hæc locum habent in omnibus quæ dicuntur à
partibus in iudicio. extra de proba. c. quoniã con-
tra falſam. ff. de proba. quoties. Interrogationes dẽ-
tur ergo in ſcriptis, & in actis probãdi, & iudex cau-
ſam videat diligenter, & quod eſt illegitimum di-
mittat. deinde dat dilationem ad producendũ ſer-
uata doctrina. C. de dila. l. 5. Item † quæro vtrum 20
quis cogatur dicere numerum & nomina teſtium?
dic quod quod nomina teſtiũ quis nõ tenetur dice-
re abſolutè, niſi eſſet cõſuetudo loci, vel niſi appa-
reret quòd fraudulenter quis ſubticere., ſuper eis
inſtrueretur aduocatus vtriuſque partis. ff. de excep.
l. non ex omnibus. C. de poſtu. l. pe. finita dilatio-
ne venient teſtes, & ille contra quem producuntur
cognoſcet eos: quia† teſtes debent eos cognoſcere 21
contra quos producuntur. C. de iure deliberan. l.
fina. §. 5. & ibi no.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones quæ & qualiter teſti opponantur. & nu. 2.*
3 *Teſtis qui eſſe non poteſt, recipi non debet.*
4 *Iudex quando pronuntiat teſtes recipiendos vel non recipiendos eſſe, quomodo agendum.*
5 *Teſtimonium teſtium qui dubitant vel vacillant non valet. Dubitare & vacillare idem ſignificant.*
6 *Teſtimonium dicentis neſcire diem & horam an valeat.*
7 *Copia interrogatoriorum an dari debeat parti contra quam producitur.*
8 *Teſtis verbum ambiguum vel obſcurum ad poſtulationem alicuius dictum, an per iudicem vel per teſtem interpretari debeat.*
9 *Teſtis iurati ante dilationẽ libelli dictum differtur ſcribi, quouſque libellus factus ſit. Qui teſtis per quindecim dies expenſis producentis expectare debet.*
10 *Tempus quod ſpectari debeat in teſte, ſi erat teſtabilis eo tempore quo iurauit, & inteſtabilis eo tempore quo ſcribitur.*
11 *Dicta teſtium an abſente parte aperiri debeant.*
12 *Teſtes qui non reperiuntur interrogati de omnibus interrogationibus factis & approbatis, an iterum interrogari debeant.*
13 *Teſtis an poſſit iterum produci ſi pars requiſiuit infra tempus vt adificarentur, & ſuccubuit: quia non teſtificati ſunt.*
14 *Teſtis qui noluit iurare, ad damna partis tenetur.*
15. *Teſtes producti & publicati quorum dicta ſunt amiſſa, an poſſint iterum reproduci.*
16 *Teſtes qui produxit, an teneatur reſpondere poſitionibus factis per illum, contra quem teſtes ſunt producti ſuper dictis eorum, vel eorum perſonis.*

17 Diſſe-

17 *Differentia inter teſtificata & teſtificanda.*

18 *Teſtes an poßint induci ad eorum dicta corroborãdum, poſtquàm pars teſtificata didicit.*

19 *Teſtes an poßint induci ad reprobandum teſtes poſt didicit a teſtificata.*

20 *Sciens teſtes infames eſſe & criminoſos dum producuntur, ſi nihil dixit, an ſibi praiudicet ita, vt eos reprobare non poßit.*

21 *Pars an poſt publicationem poßit aliquas interrogationes facere à teſtibus aduerſa partis, per quas aliquid probet.*

22 *Quod ſi renuntiatum eſt teſtium productioni per partem teſtificata tamen non didicit, an teſtes poßint produci.*

23 *Teſtes an primo vel ſecundo dicto ſtandum ſit, ſi dicit malè dixiſſe, vel quòd dixit aliud coram arbitro. Et alium coram iudice.*

24 *Dicto teſtis dicentis ſe aliter depeſuiſſe quàm notarius ſcripſit, an potius ſtandum ſit, quàm dicto notarij contrarium aſſerentis.*

25 *Tabellio ſi legit citationem factam à pracone dicente, pradicta die ſe non citaſſe, an ſtetur dicto tabellionis vel praconis.*

26 *Teſtis qui die feriato falſum teſtimonium tulit, vtrum de falſo puniatur.*

Qualiter exceptiones opponantur teſti, & quid in ipſis exceptionibus fieri debet.

1 DIC quòd ſi teſtes † producuntur contra te, &
eis potes obijcere aliquam exceptionem illarum exceptionum propter quas teſtes ſubmouentur: vt quia ſeruus, vel inimicus &c. obijcies dicendo dico talem teſtem contra me introductum teſtem eſſe nõ poſſe propter talem cauſam, & ſic non eſt admittendus: vt ff. de teſti. l. prima. §. adhiberi. habebit reſpondere pars imò admittendi ſunt.
2 Et † vtrum cauſa illa vera ſit diſputationi ſeruabitur vtrum ſint admittendi an ne, reſpondeat aduocatus partis contra quam producuntur teſtes, iſti teſtes non debent recipi ſub conditione: quia actus illegitimus eſt. C. de ſen. l. pen. ff. de re. iur. l. actus. Ad
3 hoc reſpon. ſi conſtat † quod non poteſt eſſe teſtis non debet recipi. vt d. l. 1. ff. de teſti. & quia ſuperfluis exceptionibus, & ſuperfluo iuramento non eſt quis grauandus. Si verò nõ conſtat ſed incontinenti vult facere fidem quod non poteſt eſſe teſtis, recipienda eſt probatio. ff. ad exhi. l. 3. §. ibidem. ff. ad Trebel. l. ille à quo. & ibi no. extra de teſti. c. veniens. 2. extra de teſti. ſpo. c. literas. vltra medium.
4 Recepta † probatione ſi iudex pronunciabit recipiendos teſtes eſſe appellet ille contra quem teſtes producuntur. ff. qui ſatiſda. cog. l. arbiter. ar. contra quorum ap. non re. ante ſen. Si verò pronuncietur non eſſe recipiendos, appellet ille qui produxit ſi vult de iure canonico de iſta appellatione cognoſci, & ceſſabit interim cauſa principalis iure eccleſiaſtico, & ſi incontinenti non vult eos reprobare, recipiantur ſeruato in tempore diſputationis quid & inquantum debet eis credi: vt C. de teſtibus. aut ſi verò ff. de tut. l. mutuum. §. primo. Cum verò conſtet teſtes recipiendos, dicat ille contra quem producti ſunt, volo facere libellum & interrogationem meam contra teſtes quos vis producere. quod
5 vſu magis eſt approbatum quàm lege cautum. Quid ſi teſtes dubitant vel vacillant? non valet eorum teſtimonium. extra de appel. ſolicitudinẽ: quia quaſi contra ius eſt, & dubitare & vacillare idem ſignificant. C. de acqu. poſ. l. nemo. Quid † ſi teſtis dicat 6
neſcire diem vel horam. vtrum ipſius teſtimonium valeat? dic quòd ſic. ff. de accuſ. l. libellorum. niſi negocium eſſet tale in quo requireretur ſcientia diei vel horæ. ff. quod vi aut clam. l. aut. §. dicitur. quod ſi denunciatum fuit nouum opus quod debet poni in inſtrumento denunciationis dies & hora diei: vt C. de contrah. & commit. ſtip. l. pe. & etiã in caſu in quo qui prior eſt, potior eſſet: vel vbi & de quo poſteriores derogãt prioribus. ff. de leg. l. ſed poſteriores. ff. lo. & condu. l. in operis. ff. de pig. l. ſi fundus.
Quęro † vtrum debeat dari copia interrogatoriorũ 7
parti contra quam producitur, cùm in ſecretum ſit dandum iudici: quia ſi pars ſciret teſtem inſtrueret. Reſpon. ſi tales interrogationes continent quæſtiones ad deſtructionem teſtis ſecretum ſit omnino, vt dictum eſt. Si verò quæſtiones ad probandum intentionem vel exceptionem illius contra quẽ producitur, & tunc danda eſt copia ad hoc vt ſeruetur æqualitas. Eſt iſtud interrogatorium, de quo ſupra eſt facta mentio, fiet ſi conſuetudo eſt loci vel fori quòd poſt aperturam interrogantur ad poſtulationem illius contra quem producuntur. ſatis eſt quòd fiat tunc interrogatorium poſt aperturam, ſi nõ eſt conſuetudo loci oportet quòd fiat ante. Quęritur † 8
quid ſi teſtis dicat aliquod verbum ambiguum vel obſcurum ad poſtulationem alicuius. Dico quòd tale verbum ambiguum interpretabitur per iudicem, vel per teſtem ex ſuo officio. ff. de reg. iur. l. in ambiguis. & l. Neracius. ff. qui teſt. face. poſ. l. hæres. §. 1. Si verò non dixit verbum ambiguum, ſed dixit aliquid ſuper quo ille contra quem producitur non potuit eſſe inſtructus. dico adhuc ipſum teſtem interrogandum. Quid † ſi iurauit, & adhuc non 9
eſt datus libellus? Reſpon. dabitur poſteà, & differetur ſcribi dictum teſtis quouſque ſit factus libellus. Sed quantum expectabit teſtis? Reſpon. forte per 15. dies. C. de teſt. l. ſi quando. Sed cuius expenſis interim? dic producentis. C. de teſti. l. quoniam de appel. l. eos. Vel dic quòd ſi quid eſt quod ei imputetur qui debet ferre libellum, ipſe interim faciet expenſas & deſidiæ pœnam luat C. de po. l. fi. in fi.
† Quid ſi erat teſtabilis eo tempore quo iurauit, & 10
inteſtabilis eo tempore quo ſcribitur, dic ſpectari tempus iuramenti. C. de teſti. l. teſtium. in prin. Vel dic tempus quo ſcribitur. ff. de teſta. mili. l. antep. Vel diſtingue cuius dolo vel culpa fuerit dilatum tempus. ff. de mino. l. intra vtile. 1. reſpon. ff. de excu. tuto. l. ſed & ſi præferatur. C. ad l. Iul. ambi. l. fi.
† Item quæro vtrum dicta teſtium debeant aperiri 11
abſente parte? maximè parte cõtra quam teſtes producuntur. Dico quòd non. niſi abſens eſſet per contumaciam. ff. ad leg. Iul. de adult. l. ſi poſtulauerit. §. de quæſtione: ad hoc vt prædicta pars poſſit proteſtari contra perſonas & dicta teſtium: vt extra de teſti. c. præſentium. † Quid ſi non reperiuntur in- 12
terrogati de omnibus interrogationibus factis & approbatis? Reſpon. interrogentur: vel iudex vel tabellio qui prętermiſit reſarciet. ff. de iud. l. nõ quicquid. §. vno. † Quid ſi pars requiſiuit teſtes infra tem- 13
pus vt teſtificarentur: & ideo fortè ſuccubuit: quia non teſtificati fuerunt. Dic quòd imputabitur vo-

lenti eos producere, ſi non fecit eos dicere, cum per
ipſum remanſit quin faceret eos cogi. ff. de tab. exh.
l. locum. §. hoc. & hoc ſiue cauſa ciuilis ſiue crimi-
nalis ſit C. de teſti. ſi quando. ff. eo. tit. l. 1. §. 1. quod
verum eſt ſi non fuit petitum à iudice. ſed ſi petitum
fuit & ipſe iudex recuſauit, tunc iudex reſarciet dam
num. ff. de mag. conue. l. 1. ff. de dam. infec. l. 4. §.
14 pen. Sed † nunquid teſtis qui noluit iurare tenebi-
tur? dico quòd ſic: quia teſtificari publicum munus
eſt: vt ff. quemadmodum teſta. aper. l. cum. & l. ſi
quis. ideo debet damnũ reſarcire. ff. de admi. tut. l.
quidam. in fi. & l. tutor. & C. de excu. tuto. quoniã.
15 † Quæro quid ſi teſtes ſunt producti, & publicati, &
eorum dicta ſunt amiſſa? Sic diſtingue. Si quidem
apud iudicem ſunt amiſſa, vel apud publicam per-
ſonam, vel aliter ipſe reſarciet damnum, & grauiter
punietur. C. de appellat. l. ne cauſas. & de teſti. l. ſi
quando. Si apud illum contra quem ſunt producti
iterum producantur, ne poſſit obijcere propter vi-
tium ſuum: vt quia ſemel ſunt producti, & ad hoc.
ff. ſi quis omiſ. cau. teſta. l. quid autem. §. nõ ſimpli-
citer. Sin autem apud illum qui produxit videtur ꝙ
imputet ſibi, & quod iterũ non detur ei facultas pro
ducendi: quia ſic daretur materia & occaſio delin-
quendi & fingendi ſe amiſiſſe, & producendi iterũ,
& ſubornandi, & materia peccandi auferenda. ff. de
iureiurando. l. ait prætor. §. primo. & de edendo. l.
prima. §. editiones. Si probet ſe euidenti caſu amiſiſ
ſe producet iterum: vt. ff. de edendo. l. ſi quis ex ar-
bitris. §. final. & l. ſequent. Videtur tamen quod in
in primo caſu poſſit producere, quando ſtetit per
iudicem: quia periculoſum ei eſſet litigare cum iu-
dice, & probare intereſſe eſt difficile, vel ad minus
per beneficium reſtitutionis ex illa clauſula gene-
rali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. vel ex illa ſpeciali
& perpetuò. Sed quomodo probabit damnum? dic
fortè ſacramento illius qui produxit teſtes: vt. ff.
ꝙ vi aut clã. l. ſemper §. hoc. C. vnde vi. l. ſi quis.
16 Sed quæro vtrum ille qui teſtes produxit tenea-
tur reſpondere poſitionibus factis per illum con-
tra quem teſtes ſunt producti ſuper dictis teſtium,
vel ſuper perſonis eorum: vt quia ponat quod di-
ctum eorum non tenet: quia varia dixerunt, & cæt.
vel quia ſunt infames, &c. Dubitatio huius quæſtio
nis eſt: quia poterit dicere producens. non teneor
accuſare teſtem meũ, nec indicare turpitudinẽ ſuã:
vt C. vt nemo inui. ag. ſed illud habet locum, quan
do principaliter & ab initio criminaliter quis cogi-
tur. Sed cum quis admitteretur ad probandam cau-
ſam remotionis: ergo & per quemlibet legitimum
modum probationis. Sed poſitio eſt legitimus mo-
dus probationis: ergo omnimodò tenetur reſpon-
17 dere. Item quæro † quid ſi aliquis volebat, ꝙ quis fer-
ret teſtimonium pro eo. & cùm eum duceret ad te-
ſtimonium dicendum, teſtis iſte libenter volebat iu
rare. dixit & exclamauit coram omnibus dicendo.
Domine iudex de iſto facto nihil ſcio, quod ipſe di
xit videlicet: producens. & hic producens ſemper
præſens erat vtrum amplius eum inducere poſſit?
Dubium eſt. quia teſtificata didicit. & ſic videtur ꝙ
eum vlterius producere non poſſit. Sed contrarium
puto: quia differentia eſt inter teſtificata & teſtifi-
canda. Teſtificata dicuntur, cùm teſtes teſtimoniũ
dixerunt. & eorum dicta in actis redacta. & poſt ali
qua partium didicit teſtificata. Teſtificanda ſunt,
quę non ſunt dicta, ſed dicenda. ſed quòd hoc ſit ve
rum aut. qui ſemel hoc euidenter probat. Quæro † 18
vtrum poſtquam pars didicit teſtificata, poſſit ſal-
tem teſtes inducere ad corroborandum eorum di-
cta. & videtur quod ſic. vt aut. de teſti. §. quia verò
multi. Sed contrà puto. & ſic ſe habet conſuetudo.
Sed † nunquid poſtquam pars didicit teſtificata poſ 19
ſit teſtes inducere ad reprobandum teſtes? videtur
quòd non: quia teſtificata didicit. Contrarium pu-
to. vt cùm velit dicere pars quòd ſint criminoſi &
infames, & ſi ſciui eos ab initio infames vel crimi-
noſos eſſe, ſi tamen ab initio proteſtatus fui de iure
meo, & eis quæſtio ſeruata eſt poſteà. & prædicta
probat aut. ſed dicatur. C. de teſti. & l. ſi quis teſti-
bus. Sed † vbi à principio ſciui teſtes eſſe infames & 20
criminoſos dum producerentur, & nihil dixi præiu
dicaui mihi, & ita dominus Azo dixit vt audiui. Sed
ſi velim reprobare dictum teſtis, ſemper teſtes poſ-
ſum producere: & in aut. de teſti. §. quia verò. Sed
decretalis dicit, quòd ſi nihil ab initio proteſtatus
fui, nec aliquid dixi, quod poſt publicationem poſ
ſum dicere criminoſos vel infames: vt in cap. deni-
que. extra de except. in gl. fin. & extra de teſti. cap.
præſentium. Sed nunquid † aliqua pars poſt publi- 21
cationem poſſit aliquas interrogationes facere à te-
ſtibus aduerſæ partis, per quas aliquid probet? & vi
detur quod ſic. & in hac opi. erãt multi Docto. Bo-
no. Sed cõtrà dico quòd poſſit cauſam ſui dicti ex-
plorare, & ſententiam ſuam mutare & variare. vt. ff.
de teſti. l. hęredes. & de hęre. inſt. l. aſſe. ſuper nouo
tamen capitulo & de nouo emergente bene poſſunt
fieri interrogationes & teſtes induci. vt. C. de teſti.
l. ſi quis. & extra de teſti. cap. fraternitatis. Quæro † 22
quid ſi renunciatum eſt teſtium productioni: teſtifi
cata tamen nõ didicit, vtrum poterit non ob. renun
ciatione teſtes producere? credimus ꝙ ſola renun-
ciatio nõ facit quod teſtes vlterius nõ poſſint pro-
duci, ſed ſcientia dictorum teſtium. vt in aut. de te-
ſtib. §. quia verò multi. & C. de indi. aut. iubemus.
non enim poteſt poſtquam teſtificata didicit teſtes
producere. vt. C. de probat. l. exceptiones. & de rei
vendi. l. officium. Sed quidã dicunt quod aut. cor-
rigit. ll. iſtas, & omnes alias quæ hoc dicũt. ſed hoc
nobis dicere non placet. Sed domino meo viſum
eſt diſtinguẽdum vtrum quis produxerit teſtes ex-
tra iudicium vel in iudicio. Si extra iudicium didi-
cerit teſtificata ſuorum teſtium, non fiet ei præiudi-
cium, ſed ſi in iudicio produxerit, locum nõ habet
hæc aut. Itẽ † pone ꝙ teſtis dixit ſe malè dixiſſe: vel 23
pone quod teſtis dixit aliud corã arbitro, & aliud
coram iudice: quid erit hoc caſu faciendũ. & dicim⁹
quod vltimo dicto ſtetur; & puniatur vt falſarius.
ff. de teſt. l. qui falſa. quod vltimo dicto ſtetur facit
ff. de quæſt. l. repeti. & in aut. eo. §. licet. ff. de inoff.
teſta. l. ſciens. Alij dicunt ꝙ primo ſtetur: quia præ-
ſumitur quod corruptus hoc dicat. ego neutrum di
co nec credo. & ita de facto ſeruatur Bono. Sed po-
ne † ꝙ teſtis dixit teſtimonium & notarius cauſæ ſcri 24
pſit. & dum notarius legit dictum ſuum in publica-
tione dicit teſtis ſe ſic non dixiſſe. Vel † pone quod 25
tabellio legit citationẽ factam è præcone, qui dicit
prædicta die ſe nõ citaſſe. nunquid ſtabitur dicto te
ſtis, vel præconis, ſiue tabellionis? dic quòd ſtabitur
ſcriptu-

ſcripturæ. nam talis facit fidem ſine teſtibus. vt. C.
de dona. l. donationibus. & extra de proba. c. quo-
niam contra falſam. & ibi dicitur plenè per Innoc.
26 Item † pone quod teſtis tulit falſum teſtimoniũ die
feriato, quamuis ipſum dictum non teneat, vtputa:
quia de feriato, dixit vt dictum eſt, vtrum puniatur
de falſo. dic ꝙ ſic. C. de epi. audi. l. ſi clericus. ff. ad
leg. Cor. de fal. l. ſiquis legatis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes cum ſunt contrarij an eorum teſtimonia valeant.*
2 *Teſtimonium vnius an iuſtificet vel damnet.*
3 *Teſtes inſtrumentarij contrarij an inſtrumento obſtent.*
Diuerſæ ſcripturæ contrariæ ex eadem parte productæ non valent.
4 *Teſtimonium plurium quando teſtimonio paucorũ præualeat, & econtra. & nu. 5.*
5 *Teſtes contradicentes teſtibus, & inſtrumenta contraria, à iudice concordari debent ſi poteſt.*
6 *Sententia pro quo ferri debeat, quando ex vtraq; parte teſtes ſunt pares & in numero, & in dignitate.*
7 *Teſtes contradicentes inſtrumento quando præualeant inſtrumento, & econtra. & nu. 8.*
9 *Teſtes contra inuentarium publicè confectum non admittuntur.*
10 *Teſtimonium vnius de collegio pro collegio, vel contra collegium, an valeat.*
11 *Teſtis dicentis quem vidiſſe tenuiſſe, & poſſediſſe, & neſcientis quid ſit poſſeſſio, teſtimonium an valeat.*
12 *Teſtis ſi obſcurè depoſuit in iudicio, pro quo debet fieri interpretatio.*
13 *Statutum puniens producentem teſtes falſos, an comprehendat producentem vnum tantum teſtem.*
14 *Teſtibus affirmatiuam deponentibus an magis credatur, quàm deponentibus negatiuam.*
15 *Teſtes producti ſuper vno articulo, an debeant ſuper alio interrogari.*
Intellectus ad auth. ſi verò dicatur. C. ad Tertull.
16 *Dominus an totam familiam exhibere debeat, vt teſtis delinquentem cognoſcere poſſit.*
17 *Inquiſitus quando teſti exhiberi debeat, & quomodo, vt teſtes illum cognoſcere valeant.*
18 *Teſtes ſi falſum teſtimonium dixerunt corrupti pecunia, nunquid alterum probare ſufficiat.*
19 *Inſtantia iudicij perempta, an dicta teſtium perempta ſint.*
20 *Teſtis dictum aliquod falſum in ſe continens, vtrum totum vitietur.*
21 *Teſtimonium qui ferre non coguntur, an ipſis volentibus admittantur.*

De contrarietate teſtium quid ſit tenendum.

1 CVm teſtes † ſunt contrarij diſtingue. Aut vnus
teſtis contradicit ſibi expreſsè, & eius teſtimo-
nium non valet. vt 3. q. 9. pura. extra de op. ſolici-
tudinem. C. de li. cau. l. cum precum. niſi hoc fece-
rit corrigendo ſe in continenti. extra de teſt. c. præ-
terea. Aut eſt falſus, & videtur in nullo valere. dixi
ſupra diſtinctio. 9. ſi ad ſcripturas. Aut vnus teſtis
contradicit pluribus, & tunc talis contrarietas non
2 obſtat: quia † teſtimonium vnius non iuſtificat nec
damnat. 33. quæſtio. 2. admonere. niſi contradicat
pluribus teſtibus cum quibus ſcriptus eſt in vno in-
ſtrumento. ff. quemadmo. teſtam. aper. l. 1. in fin.
3 Sed † quid ſi in tali inſtrumento ſunt tot teſtes quòd
ſine ipſo ſufficiunt quamuis vnus contradicat, nun-
quid talis contradictio obſtet? & dic quod non: vt
no. in d. l. 1. ſupra proxi. allegatâ. Si verò plures
pluribus? ſubdiſtinguunt quidam: quia aut contra-
dicunt teſtibus ex eadem parte productis: & tunc
nullius teſtimonium valet 3. quæſt. 9. nihilominus.
& videtur hoc expreſſum extra de probatio. c. licet.
ſicut quando diuerſæ ſcripturę ex eadem parte pro-
ducuntur quæ ſibi contrariæ ſint, & tunc nulla ex
illis valet. extra de fide inſtrumen. c. ſcripta. † Sed 4
ſi contradicunt teſtes partis aduerſæ præualet plu-
rium teſtimonium teſtimonio paucorum, niſi illi
teſtes pauciores ſint meliores vel magis veriſimili-
ter loquantur. Hanc opinionem non approbo, li-
cet enim teſtes eiuſdem partis contradicant, non di-
co hoc caſu quod eorum teſtimonia non valeant,
licet ita ſit in inſtrumentis: quia inſtrumẽta ſua po-
teſt quis prouidere an ſibi contradicant, vnde im-
putet ſibi ſi contraria exhibet inſtrumenta, ſed in
teſtibus neſciunt quid dicturi ſint. † Dic ergo quòd 5
ſi teſtes contradicant teſtibus ſiue ex eadem parte ſi-
ue ex aduerſa parte productus, primò concorda-
bit iudex contradictionem illam ſi poteſt. extra de
teſti. cum tu fili. in decre. 1. diſtin. periculosè. extra
de verbor. ſignific. nihil obſtat. Idem poteſt dici de
contrarijs inſtrumentis. extra de conſue. c. cum di-
lectus. niſi ſit manifeſta contrarietas. 3. quæſt. 9. ni-
hilominus. 35. q. 6. de parentela. vbi ergo teſtes con
trarij ſunt, teſtimonium plurium præualet, niſi ex
altera parte tanta ſit dignitas ꝙ merito debeat præ-
iudicare numero, vel veriſimilia loquatur, vel niſi
per pauciores teſtes plura probentur quàm per plu-
res, verbi gratiâ. plures teſtes probant me poſſediſſe
rem per decem annos. pauciores probant te poſſe-
diſſe per 40. annos talem rem. & præterea dicunt ti-
tulum poſſidendi & dicemus valere teſtimonium
paucorum. extra de prob. hoc verum eſt vbi teſtes
de eodem tempore introducti ſunt. † Si autem te- 6
ſtes ex vtraque parte ſunt pares & in numero & in
dignitate, tunc fertur ſentẽtia pro reo. extra de pro-
ba. ex literis. & de fide inſtru. inter. niſi in matrimo
nio & in cauſa liberali pro teſtamento, & in dote.
extra de ſenten. & re iud. c. fi. Si autem neuter poſ-
ſidet ſed vterque petit rem ab extraneo, tunc ſi vtri-
uſque partis teſtes ſunt pares diuidatur res ſi poteſt.
extra de præſump. afferte. ſi res eſt indiuidua poteſt
iudex gratificare & dare cui vult. extra de parochi.
cap. 1. vel res ſorte dirimitur 26. quæſtio. 2. ſors.
Si † verò teſtes contradicunt inſtrumento. aut con- 7
tradicunt inſtrumento in quo ſunt ſcripti. aut inſtru
mento in quo non ſunt ſcripti. Primo caſu præua-
lent teſtes inſtrumento. extra de proba. cap. 3. & de
conſue. per tuas. ff. quemadmod. teſta. aperi. l. 1. in
auth. de fide inſtru. §. ſi verò. Secundo caſu dicunt
quidam quod ſemper præiudicat viua vox mortuę.
in auth. de fide inſtr. §. ſi verò. col. 7. Alij dicunt ꝙ
ſi factum eſt remotum ab hominum memoria, po-
tius credatur inſtrumento quàm teſtibus. ſed ſi fa-
ctum eſt certum, potius credatur teſtibus. tunc
ideo: quia memoria vltra annum non habetur. ff.
de proba. l. ſi arbiter. tunc idem quia teſtes conſue-
uerunt eorum fidem variare ex tractu temporis. ff.
de car. edi. l. 3. §. duæ. ff. de dam. infec. l. q bona. §.
fi. Ego † credo quod contra inſtrumentum admit- 8

 tantur

tantur teſtes quantumcunque ſit publicum: extra
de præſcrip. ad audientiam. C. de proba. l. cum pre-
cibus. non tamẽ credo quod teſtimonium duorum
vel trium præualet inſtrumento. nam cum inſtru-
mentum obtinuat vicem duorum teſtium, & prete-
rea tabellio equipollet vel maior ſit vno teſte, opor
tet ꝙ ad minus reprobetur inſtrumentum per qua-
9 tuor teſtes. extra de fide inſtr. cum Ioannes. † Fallit
tamen hoc in duobus caſibus vbi videtur quod con-
tra inſtrumentum non admittantur teſtes ſicut con-
tra inuentarium publicè confectum nõ admittun-
tur teſtes. C. arbi. tu. l. fi. & in confeſsione quæ fit à
muliere in inſtrumento in quo confitetur ſe rece-
piſſe pecuniam pro intercesſione: vt l. antiquæ. C.
10 ad Velle. Quæro † quid ſi vnus de collegio ferat te-
ſtimonium pro collegio, vel contra collegium, an
tale teſtimonium valeat necne? dic quod ſic: vt no.
ff. quod cuiuſq; vniuer. l. item eorum. §. vniuerſita-
tem, Quæro quid ſi aliquis accuſatus eſt quod inter-
fecit aliquem in quadam domo teſtes producti ad
probandum dictum maleficium probant ꝙ dictum
maleficium commiſſum fuit ante dictam domum
vtrum ſit probatum? videtur quod ſic: vt. ff. de ver.
11 obl. l. qui ante calen. Quid † ſi teſtis dicat quem vi-
diſſe tenuiſſe, & poſſediſſe, & neſcit quid ſit poſſeſ-
ſio, nunquid eius dictum valeat: & ſi valet de qua
poſſeſsione videtur ipſum probaſſe. Sol. dic quòd
eius dictum valet & videtur probare illam poſſeſ-
ſionem ſuper qua' introductus eſt: vt not. ff. de ver-
bor. oblig. l. ſtipulatio. §. hæc quoque ſtipulatio. &
12 ibi per Dyn. Quid † ſi teſtis obſcurè depoſuit in iu-
dicio, pro quo debet fieri interpretatio? dic vt per
Dy. extra de reg. iur. c. contra eum. lib. 6. Pone ſta-
13 tuto † cauetur quòd ſi quis produxerit teſtes falſos
quòd ſoluat certam pœnam, modo quidam pro-
duxit vnum. modo queritur vtrum teneatur ad pœ-
nam ſtatuti. dic quod ſic. ff. de nego. geſt. l. ait præ-
14 tor. in prin. §. negotij. Item † quæro ſi duo teſtes
dicant quòd quidam fundus valet centum & non
plus. duo dicant quod valet ducẽta, cui dicto ſta-
bimus. Dico ꝙ ſtabimus dicto duorum. nam gloſ.
dicit quod plus creditur duobus aſſerentibus affir-
matiuam, quam decem proponentibus negatiuam,
quanuis contrarium ſit in arbitris. nam ſtatur dicto
illorũ qui conſenſerunt in maiori quantitate, quan-
uis ſint pauciores in numero: vt plenè no. ff. de ar-
15 bi. l. diem proferre. §. idem quæritur. Quæro †
vtrum teſtes producti ſuper vno articulo debeant
ſuper alio interrogari? videtur quod non: arg. l. ſi
quis libertatem. in fi. ff. de peti. hære. de iureiur. l. ſi
duo. §. fidem. in fi. C. de or. cog. l. 2. Sed contra fa-
cit. auth. ſi verò dicatur. C. ad Tertul. ſol. ibi inter-
rogatur an ſit liber à natiuitate, vel non. Et dic de
materia iſta per Innoc. extra de teſti. cap. per duas.
16 Quæro, † pone ꝙ ex familia alicuius vnus deliquit,
dicit teſtis quòd nomen delinquentis ignorat: ſed
ſi videret bene cognoſceret, vtrum dominus debeat
totam familiam exhibere vt teſtis poſsit cognoſce-
re delinquentẽ: dic quod ſic. ff. ad exhi. l. 3. §. ſiquis
noxali. ff. de pub. l. ſi cum exhibuiſſet. §. ante acto-
rem. extra de teſtibus. c. cum cauſam. Idem † ſi ali- 17
quis erat in loco aliquo & vnus delinquit. Itẽ ſi ali-
quis commiſit maleficium & dum cõmiſit erat in-
dutus alijs pannis quàm nunc ſit, quod debet ſe in-
duere: vt teſtis eum recognoſcat. Pone † quod te- 18
ſtes falſum teſtimonium dixerunt corrupti pecu-
nia: nunquid ſufficit alterum probare? dic quòd nõ
vt l. diuus. ff. de re iud. quib. ex cau. in poſ. ea. l. Ful
cinius. §. 2. & §. quid ſit latitare: vi bono. rap. l. 2. §.
dolo autem. & §. ſeq. & extra de prob. c. licet. nam
ad hoc ſe aſtrinxit ex quo ſic limitatè locutus fuit:
vt ſupra dicta iura probant. Secus ſi dicerem quod
teſtes falſum teſtimonium dixerunt, & pecunia cor-
rupti ſunt: quia tunc videor duo ponere, & ſufficit
alterum probari. ff. de verb. ſign. l. ſæpe. §. quod ve-
rò credimus: & per dictum. cap. ſupra allegatum.
Quæro † vtrum inſtantia iudicij perempta dicta te- 19
ſtium perempta ſint. Dic ꝙ aut inſtantia eſt perem-
pta ante publicationem teſtium: & tunc dicta teſtiũ
perempta ſunt. nam poſtea non faciunt fidem. aut
inſtantia prout poſt publicationem teſtium, & tunc
dicta teſtium non pereunt. vt no. Cy. de iud. l. pro-
perandum. Quid † ſi teſtis adijciat aliquid falſum 20
in dicto ſuo ſeu teſtimonio, vtrum totum ſuum di-
ctum corrumpatur? dic quod ſic. extra de reg. iur.
c. defleat peccator. † Quæro cum ſint quidam qui 21
non coguntur ferre teſtimonium. vt. ff. de teſt. l.
inuiti. nunquid ipſis volentibus admittantur. dic
quod ſic: vt no. in fi. Glo. & d. l. proxi. alleg.

ADDITIO.

QVID ſi teſtis vnum dixit in iudicio, aliud extra
iudicium? dic quod quandoq; teſtis variat in eadem
cauſa inter eaſdem perſonas, & tunc aut ſecundum
dictum eſt cum tormentis, & ſtatur ſecundo, vt l. ſi
poſtulauerit. §. ratio. verſicul. ſed ſi negauerit. ff. de
adulteri. Aut ſine tormentis, & tunc aut dicit animo
ſe corrigendi, & incontinenti, & poteſt, & valet ſe-
cundum, in auth. de teſti. §. quia verò. in Glo. ma.
& extra de teſti. c. ſicut. Aut non animo ſe corrigen-
di, & tunc habetur vt teſtis varians, & punitur. vt l.
eos. ff. de falſis. Quandoque teſtis variat in iudicio
ab eo quod dixit extra iudicium, & tunc aut primò
teſtificatus eſt in iudicio, deinde contrarium dicit
extra iudicium, & tunc ſtatur primo dicto. l. gene-
raliter. de non nume. pecu. & d. c. ſicut. Aut dixit
extra iudicium, deinde dicit contrarium in iudicio,
& tunc punitur vt falſarius vt d. l. eos ſecundo reſp.
Aut profert diuerſa & varia teſtimonia contra di-
uerſos, & tunc punitur vt d. l. eos in tertio reſp. Et
iſta colliguntur ex dictis Bar. in d. l. eos &c.

Explicit tractatus de teſtibus ſecundus Iacobi Butrigarij.

TRAC-

TRACTATVS TESTIMONIORVM D. BART. DE SAXOFERRATO, LEGVM LVMINIS.

Cum additionibus D. Thomæ Diplouatarij V.I.D.

ADDITIO.

TRACTATVS teſtimoniorum. Iſtum pro tracta. Bar. alleg. docto. maximè Fely. in c. ſicut nobis. in 3. & 5. col. de re iudi. & Alex. in l. legatis. in prin. ff. de lega. 3. in apoſtil. Bart. & in conſ. 54. in fin. in 1. volu. & in conſ. 109. in eo. volum. viſis. & vt oportet conſidera. in 6. col. & in conſ. 10. in 6. volu. in 1. col. Ludo. Ro. in l. 1. in 8. col. ff. de verbo. oblig. & dicit quod pauci habent hunc tract. & dicit Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſol. matr. ꝙ ipſe habet tracta. huiuſmodi duplicatum vnum breuem & alterum longiorem, & licet dicat ꝙ ſi tract. alimentorum, tamen quia alleg. Bar. in c. oppoſita prudentiæ voluit allegare Bar. hic & iſtum pro tract. Bart. alleg. Bal. in l. ſolam. in pen. col. C. de teſti. & vide Nelum de ſancto Gemi. in tracta. de teſti. in 20. col. & ſeq. & Felyn. in c. quoniam frequenter. in §. porro. in 9. col. vt lite non conte. & dicit idem Felyn. in cap. cum cauſam. in 9. col. de teſti. ꝙ Bart. compoſuit huiuſmodi tract. de teſt. quem morte præuētus non compleuit. allegat ita referre Bal. in l. de quibus. ff. de legi. & in l. 3. C. de teſti. & in d. cap. cum cauſam. in 2. fallen. Adde Bald. in l. edita. in repe. Pata. in pe. col. in prin. C. de eden. vbi dicit ꝙ Bart. de Saxoferrato præceptor ſuus illuſtris compoſuit tracta. de teſti. & morte præuentus incompletum reliquit. qui vltra etiam quam legiſtis expediat cum intellectu volauerat ad ea quæ non poſſunt intelligi niſi per ſummos viros qui cognoſcunt genus & differentias, & virtutes & vitia quæ generantur ex actibus, vnde Bal. ad hunc tract. ſuſpirans, ſubiungit, quis dabit mihi pennas columbæ & in altum volabo. Tho. diplo. I.V.D.

SVMMARIVM.

1. *Teſtes an probent in dubiis arbitrio relinqui, lex facit conſiderationem circa perſonam & dicta teſtium.*
2. *Teſtis cauſam ſui dicti reddere debet ſufficientem ſimpliciter ſi de ea fuit interrogatus.*
3. *Teſtis interrogatus in cauſa ſcientiæ, dicens ſcio quia ſcio, non probat.*
4. *Teſtis reddere debet cauſam dicti per aliquem ex quinque ſenſibus corporeis.*
5. *Teſtis dicens quem dominum & non reddens cauſam dicti, etiam non interrogatus non probat.*
   Idem ſi dixerit quem ebrioſum.
6. *Teſtis deponens ſuper his quæ diſcurſu intellectus percipiuntur, debet reddere cauſam ſui dicti, etiam non interrogatus, ſecus ſi ſine diſcurſu vel modico.*
7. *Teſtis deponens fundum valere decem, non probat niſi reddat cauſam ſui dicti.*
8. *Teſtis deponens quem dominum & adijciens cauſam, quia vidit eum tanto tempore, quòd præſcripſiſſet probat vtile dominium.*
   Teſtis de cauſa cauſæ ſi non interrogatur: non deponit.
9. *Teſtis dicens aliquem poſſediſſe quòd probet etiam ſi nō adiecit cauſam.*
10. *Teſtis deponens aliqua vera eſſe: quia audiuit dici non probat.*
11. *Dicta teſtium quādo teſtificata per ipſos ſunt deperdita probantur per teſtes qui dicunt vidiſſe teſtes in cauſa iurare ſolēniter examinari, & eorum dicta vidiſſe probantur.*
12. *Teſtis deponens de credulitate non probat niſi in conſiſtentibus in peritia.*
    Teſtes qui de credulitate deponere poſſint.
13. *Teſtis deponens ſe vidiſſe probat, licet interrogatus cauſam non deponat.*
14. *Teſtis deponens de vita & moribus alicuius reddens cauſam: quia conſanguineus vel vicinus, probat.*
15. *Vinum eſſe dulce ſi teſtis dicit, & reddit cauſam: quia bibit, probat.*
16. *Teſtis dicens vidi Titium promittere Seio, facit probationem.*
17. *Teſtis dicens ſcio quia præſens fui, vel interfui, quòd probet.*
    Dicens ſe fuiſſe præſentem neceſſario dicit & intelligentem: ſecus ſi alium dicit præſentem.
    Intellectus ad §. ſi verò abſint. in aut. de hered. & falci.
18. *Lex vel teſtator mandans aliquid fieri & aliquo præſente, intelligitur & intelligente.*
19. *Notarius dicens aliquid factum in præſentia alicuius, includit etiam intelligentiam.*
20. *Teſtis deponens per verbum videtur, non probat.*
    Teſtis dicens vidi Titium poſſidere, et mihi videtur quòd ſunt decem anni, probat.
21. *Subſtantia rei apud legiſtas quomodo capiatur: & eſt aut rerum corporalium aut incorporalium.*
22. *Subſtantia rerum comprehenditur per accidentia rerū quæ ſenſu percipitur.*
23. *Teſtis deponens ſuper his quæ ita nobis communia ſunt, quòd aſpectu ab omnibus recognoſcuntur: vt in lapide, ligno, & ſimilibus, & dicat quòd erat lignum quia probat.*
    Teſtis qui dixit neſcio, ne ſibi ſit contrarius intelligitur niſi vt ſupra dicit.
24. *Teſtis deponens circa aromata, lapides pretioſos, & ſimilia, ſufficit quòd dicat ſe vidiſſe, & ſe ſcire illius conditionis eſſe.*
25. *Quidditas rei quæ non poteſt niſi per valde peritos cognoſci, quomodo probetur.*
26. *Binominis ſi aliquis ſit, qualiter probetur eſſe illum de quo agitur.*
27. *Homo ex auditu vocis non cognoſcitur.*
28. *Identitas fundi qualiter probetur.*
29. *Identitas animalis qualiter probetur.*
30. *Teſtis deponens ſuper identitate rei mobilis vt probet qualiter deponat: & qualiter probetur.*
31. *Fructuum identitas quomodo probetur.*
32. *Teſtis deponens ſuper peremptione vel amiſſione rei vt probet qualiter deponat: & peremptio ſeu amiſſio*

76 *Prudens prudentia perfecta ea perfectione qua in hominibus cadere poteſt naturaliter qualiter quis poßit eſſe.*

77 *Prudentia particularis eſt cum ad ſui ipſius regimẽ quidam prudentes inueniuntur qui habent ea qua generaliter ſuprà de prudentia dicuntur.*

78 *Eremita & vita contemplatiua dediti quoad ſe ſunt boni & prudentes & aliorum negotiorum inexpertes.*

Eremita excuſantur à tutela & ad prælaturam non promouẽtur: & ſi ſunt vitæ laudabilis in teſtimonijs multum eis creditur.

Epiſcopum oportet eſſe prudentem, non ſolum literarũ peritia: Sed ſecularium negotiorum diſpenſatione.

79 *Oeconomica prudentia pertinet ad regimen familiæ.*

80 *Carolus Quartus conceßit Bartolo & eius deſcendentibus poteſtatem concedendi veniam ætatis.*

81 *Mores Ciuitatis qui dicantur.*

Habitus in moribus probatur per tempus trium annorum.

82 *Aliquem honeſtè viuere qualiter interpretetur.*

83 *Teſtis dicens aliquem prudentem diligentémque patremfamilias: Quia per triennium vidit diligenter gerere negotia ſua probat. Et interrogatus quid reſpondeas.*

Teſtis dicens ſe continuè vidiſſe, intelligitur de viſione continua quæ cadit in ſocium vel vicinum.

84 *Modicus defectus animæ non facit quem nõ prudentem videri. Sed vitium notabile & damnoſum.*

Iudæus publicus fœnerator non reprobatur vt imprudens.

85 *Prudens vt quis dicatur & diligens circa celebrationem actus particularis à ſe geſti ſiue gerendi: Tria ſunt neceſſaria ſcilicet prudentia, circumſpectio, & cautio.*

Teſtes qualiter reddere debent cauſam cum deponant.

86 *Prudentia regnatiua conſiſtit in bene operando bonum finem, hoc eſt in quietem & bonum ſubditorum non in fidem ſui lucri vel gloriam.*

87 *Prudentia regnatiua in principe præſumitur quando gradatim aſcendit, vel quòd ita de eo ſit fama, vel ex vnico actu notabili declaratur & hoc iure ciuili.*

88 *Prudentia negatiua alia in principe eccleſiaſtico, alia in ſeculari requiritur.*

89 *Vilis nullus qui ex turpibus lucris lucratus eſt dignitatẽ, habet prudentiam regnatiuam.*

Prudentiam regnatiuam in aliquo eſſe, ad probandum non requiritur tantum tempus, quantum in œconomica.

90 *Actum particularem fuiſſe prudenter factum à regente probatur per circumſtantias vt ſuprà in œconomica.*

91 *Prudentia ciuilis ſiue politica quæ in ſubditis requiritur, conſiſtit vt in bonum finem domini operetur.*

Mercatorem vel artificem prudentem diligentemq́; eſſe probatur vt ſuprà in œconomica.

92 *Prudentia militaris conſiſtit in bene operando in finem victoriæ ob quietem reipublicæ.*

Prudentia militaris quòd in aliquo ſit generaliter vel particulariter, qualiter probetur.

Nobilis & aſſuetus equis præſumitur quòd præualeat in militia equeſtri.

Carnifices & Fabri præſumitur quòd præualeãt in militia pedeſtri.

93 *Imprudentia quæ contingit ex ætate vel caſu eſt oppoſita prudentiæ particulari, ad ſui ipſius regimen.*

94 *Furioſum quem eſſe probatur, ſi teſtis dicit quòd vidit eum furere, & actus furioſorũ facere: ſecus ſi dicit quia vidit eum carceratum, niſi aderit & audiuit verba inſaniæ dicere.*

95 *Actus factus ab habente dilucida interualla quando in furore, & quando in ſana mente dicatur factus.*

96 *Aliquem furorem fingere ex ſuſpitione poteſt cognoſci.*

De quodam qui biennio finxit ſe dementem vt vindictã de inimico ſumeret, & fecit.

96 *Imprudentes ex ſenſus defectu qui.*

Mutus & ſurdus qualiter dicuntur, & probentur imprudentes.

98 *Mente capti alij ſtulti, alij fatui, & qualiter probentur.*

Stulti dicti à ſtupore quia ſtupenda non ſtupent, & non ſtupenda ſtupent.

Fatui à fando dicuntur, id eſt, loquendo: quia ſuam fatuitatem loquendo fatentur.

99 *Prudentia œconomica quæ alia opponuntur.*

100 *Dolus eſt omnino oppoſitus prudentiæ œconomicæ.*

101 *Doloſus deceptor, vel ſimilis quòd quis ſit, probatur ex vno actu.*

Doloſus quis non dicitur ſi poſt dolum commiſſum per triennium bonam vitam ducat.

102 *Dolus an fuerit cõmiſſus in aliquo actu particulari qualiter probetur.*

103 *Teſtis deponens aliquem fugitiuum, equum calcitroſum, vel quid ſimile: vt probet qualiter deponat circa ſcientiam.*

104 *Aſſerens aliquid eſſe quod non eſt, quando dicatur dolum committere.*

Scientia alicuius tripliciter ſumitur.

105 *Dolus aduerſus ſolertiam qualiter probetur.*

106 *Dolus dicitur quod verbo vel facto committitur, ſicut quod facto.*

107 *Latior culpa an ſit dolus.*

108 *Dolus manifeſtus dicitur de quo præſumptiones ita claræ ſunt, vt iudex in claram fidem inducatur.*

Dolus præſumptus dicitur quando præſumptiones non ſunt ita claræ ſed aliqua inditia apparent.

Minor excuſatur à dolo præſumpto.

109 *Lata culpa eſt deuiatio indeliberata quæ ineſt communiter omnibus qui ſunt eiuſdem inſtructionis & profeſſionis.*

110 *Lata culpa poteſt committi contra quamlibet prudentiæ partem.*

111 *Culpa in faciendo & in non faciendo qualiter committatur, & per teſtes probetur. & nu. 112. cum ſequen. vbi exempla habes.*

115 *Leuis culpa quid ſit, qualiter diuerſimodè conſideretur, & probetur. & nu. 115. cum ſeq.*

122 *Culpa quomodo æſtimari poßit.*

123 *Culpa leuior quid ſit, & quid leuiſsima, & qualiter cognoſcantur. & num. 124. cum ſequen.*

TESTIMONIORVM vſus frequens eſt & neceſſarius. Et circa perſonas & modum producendi, cogendi, iurandi, examinandi, & publicandi multa dubia oriuntur, ad quæ declaranda præſens opuſculum non intendit

tendit. Poſtquam verò prędicta diſcuſſa ſunt, ad di-
cta teſtium litigantes veniunt, & an dicta ſufficien-
tia ſint ad probandum id quod intenditur, ad diſpu
tationem veniunt, ſuper quo iurium conditores, &
antiqui iuris interpretes: ac etiam moderni cuncta
vniuerſaliter tractauerunt, quod ad particularia
trahere eſt contentioſum partibus. iudicibus durũ:
quoniam contra ſe moleſtè ferunt litigantes prop-
ter quæ veritas ſæpè ſubuertitur, & ſcandala ſæpè
oriuntur. Super his viri ſcholaſtici, & etiam cauſi-
dici remanent ſcientes, quibus obuiare cupit ſcri-
bentis intentio. Igitur prout ille qui trinus & vnus
bene miniſtrabit eidem, ita poſteris tradet, & ſi quid
bene traditũ eſt, ei ſoli aſcribatur, ſi quid verò mi-
nus bene vel imperfectè, imbecillitati ſcribentis il-
lud lector attribuat. Omnis enim imperfectio quæ
hic eſt ſcribentis eſt: audet enim ſcribens ſcribere:
quia etiam minus bene dicta proſunt, incitant enim
alios ad inueſtigationem perfectam. Cupit igitur
ſcribens corrigi & ſuppleri. charitas enim eum inci-
tat ad laborem, vel vt detur ſitientibus potus, vel vt
via aperiatur per quam inducatur intelligentia, vbi
his plena ſunt vaſa. ille qui ſcribit eſt Bart. de Saxo-
ferrato. ll. doc. minimus, Peruſij ciuis, cuius in tra-
dendo, forma hæc eſt, vt horum vnum opuſculum
facit teſtimoniorum liber vocatur, qui liber per ru-
bricas ſubſcriptus diuiditur, quælibet autem rubri-
ca per multas particulas diuiditur, ſicut ſunt multa
teſtimonia: & quælibet per ſe particella teſtimoniũ
nuncupetur ſeu nominetur &c.

1 Testivm dicta † an probet princeps certa lege
non tradidit ſed ius dicenti in hæc verba reſcripſit.
vt ff. de teſt. l. 3. §. idem diuus. Tu magis ſcire potes
quanta fides adhibenda ſit teſtibus, qui & cuius di-
gnitatis, & cuius æſtimationis ſint, & qui ſimplici-
ter viſi ſunt dicere verum, vtrum vnum eundemq́;
præmeditatum ſermonem pertulerint, an ad ea quę
interrogaueris ex tempore veriſimilia reſpõderint.
Hic annotandum eſt pijſſimum principem non in
ſola iudicis poteſtate hæc poſuiſſe. ſed ei quatuor
conſiderãda iniunxit. Primum circa perſonas dum
dicit, & cuius dignitatis & æſtimationis ſint. & hæc
ad præſentem tractatum non pertinent. Secundum
circa ipſius teſtis dictum reſpectu ipſius teſtis & di-
cti dum ſubijcit, & hoc dum dicit, qui ſimpliciter
ſunt viſi dicere verum. Tertium circa ipſum di-
ctum reſpectu habito ad aliorum teſtiũ dicta dum
innuitur, vtrum vnum eundemq́; præmeditatum
ſermonem attulerint. Quartum circa ipſum di-
ctum reſpectu habito ad circunſtantias temporis,
loci, & ſimilium, dum dicit, an ad ea quæ interro-
gaueris ex tempore veriſimilia reſponderint. ad
quæ tria præſens inueſtigatio intendit. Primò igi-
tur qui teſtis videatur ſimpliciter dicere veritatem
ſubſequenti teſtimonio declaratur.

2 Testis † cauſam ſui teſtimonij faciat manife-
ſtam. in aut. de teſti. §. & licet. quod interpretatum
eſt. vt no. C. de teſti. l. ſolam. per Inn. de teſt. c. cum
cauſam. Si interrogatus fuerit de cauſa aliâs ſtabitur
dicto ſuo: quia verboſus eſſe non debet, hæc mani-
feſtè docentur quod qui cauſam ſufficiẽtem ſui di-
cti non reddit, non ſimpliciter, ſed malitioſè loqui
videtur, vel loquitur ſimpliciter ea ſimplicitate quę
ſtultitiam includit, quæ eſt legib⁹ inimica: qui verò
cauſam ſufficientem aſſignat videlicet ſimpliciter,
hoc eſt purè & ſine plica viſus eſt loqui ſimpliciter,
quæ ſimplicitas legibus eſt amica. Qualiter autem
cauſa reddatur declarabitur in ſequenti.

Testis † interrogatus de cauſa eius quod dixe- 3
rat dixit ſcio: a quia ſcio vel quia ſic eſt. Reſponſum a
eſt huius dicto ſtandum non eſſe per Inno. extra de
teſti. c. cauſam. & in Spec. eo. tit. §. nunc tractãdum.
ver. de vſu. & cum eadem ſit ratio cum dicto quod
eſſe non debet. ff. de peti. hære. l. pro hærede. & no.
de offi. procu. Cæſa. l. fi. in prin. & de procu. l. La-
beo. & de exce. l. 1. cui aſſentio. nam dictum debet
probari per aliud manifeſtius eo, non per idem, vel
per aliud manifeſtum æquè vel minus.

ADDITIO.

Dixit ſcio. Vide Bald. in l. 2. voluntate. ff. ſolu. a
matri. & Abba. in c. peruenit. de teſti. cogen. & Spe.
in tit. de teſte. §. 1. verſ. quod viſu. & Bal. in l. diem.
§. coram. ff. de arbi. & in l. ſi non ſpeciali. C. de teſt.
& Angel. in aut. de teſtibus. §. ſi quis. per Gloſ. &
Doc. in c. in præſentia. de teſti. Tho. Diplo.

Testis † b cauſam ſui dicti reddere debet per 4
id quod aliquo corporis ſenſu percipitur: quia ſe- b
cundum naturam nil eſt in intellectu quod prius
non fuerit in ſenſu. vnde ſi de aliquo viſibili inter-
rogetur, per viſum cauſam reddat vt dicat id ſic ſci-
re quia vidit: & eodem modo ſi de dicto vel cantu
per auditum. Si de odore per odoratum. Si de ſapo-
re per guſtum. Si de lenitate vel aſperitate per tactũ,
& pariter de ſimilibus iſtud legibus comprobatur.
vt ff. de teſ. l. qui teſta. in fin. de his quæ in teſta. de-
len. l. 1. in prin. l. teſtium. C. de teſti. ibi in eo quòd
requirit eos fuiſſe præſentes. & in aut. de hære. &
fal. §. ſi verò abſint. ibi, ſe affuiſſe & vidiſſe, & à no-
ſtris maioribus eſt receptum per Innoc. in d. c. cum
cauſam. & in Spec. eo. ti. §. nunc tractandum. & Iac.
de Are. & Cy. C. e. l. teſtium. ſunt etiam quædam
quæ per diuerſos ſenſus percipimus vt motum ali-
cuius rei, per viſum, per tactum & auditum. vt mo-
tum campanæ per ſonum. Similiter & alicuius rei
quam per viſum, & per tactum percipimus. quan-
doque etiam ad cognitionem non ſufficit vnus ſen-
ſus: & tunc vtraque ratio reddi poteſt ſeu debet.

ADDITIO.

Teſtis. Vide Petr. Corne. in conſi. 27. in 3. vol. in b
præſenti conſulta. in 2. column. & Abba. in conſi.
conſuluit de appel. Tho. Diplouata.

Testis † dixit aliquem eſſe dominũ rei & cau- 5
ſam non addidit: quoniam nec interrogatus fuit, an
eius dicto ſtetur? reſponſum eſt per Inno. in d. cap.
cum cauſam. & in Spe. in d. §. nunc tractandum. nõ
eſſe ſtandum. quod enim traditum eſt valere dictũ
ſine cauſa cum nõ interrogetur in his receptum eſt,
quæ ab aliquo ſenſu corporis percipiuntur a vt di- a
ctum eſt. dominium autem magis ab hominibus ra-
tione iudicatur quàm ſenſu percipitur. hoc autem
ad iudicem pertinet non ad teſtem. Idem dicendum
ſi teſtis dixerit aliquem ebrioſum vel iracundum, &
cauſam non adiecit, cum etiam hoc ſenſu non per-
cipiatur, & hoc iure vtimur: & hoc contra videtur
his quæ conſtituta ſunt in l. teſtium. C. de teſt. enu-
merationem pecunię poſſe probari per teſtes qui vi-
derunt. ſolus enim color videtur. an autem ſit pe-
cunia vel aliud, & an ſit aurea vel argentea iudicat
intel-

intellectus. Et ſimiliter per auditũ ſolum vox au-
ditur, ſignificatio antem in intellectu percipitur.
ſenſus autem corporis maioribus & infantibus eſt,
& nobis & in brutis, illi tamen non iuſtificantur:
quoniam carent iudicio : per aliud ergo quam per
id quod ſenſu percipitur ratio reddi debet: cum er-
go dicitur ſenſu corporis percipi latius aſſumẽdum
eſt. ſ. id quod per omnem ſenſum homini in notitiã
deducitur: ita quòd illud ignorare in ſupinam igno
rantiam caderet: & ita ſenſerunt qui dictam doctri-
nam primitus tradiderunt: quis enim tam ſtultus
tam ignorans reperitur vt pecuniam an ſit aurea vel
argentea non cognoſcat aſpectu? vel quis eſt qui ex
ſono verborum intellectum non capiat? tales qui-
dem vt dementes iudices non admittant ſi ſuper
eorum teſtimonio non diſputatur: ſed propter per-
6 ſonam non creditur: & vt † hoc euidentius declare-
tur conſiderari oportet quòd res quędam ſenſu per-
cipiuntur, & ex his cum magno diſcurſu per intel-
lectum aliquid iudicatur, vt quem eſſe dominum.
nam quia vidit. & quia vidit legitimis temporibus
poſſidere. Ex his concludo dominum, per modum
enim cuiuſdam ſyllogiſmi ad notitiam huius dedu-
citur, & hæc ſunt quæ dicta non ſufficiunt niſi cau-
ſa reddatur per præmiſſa quæ ſenſu percipiuntur.
b Sed quædam ſunt quæ non ſolo ſenſu *b* abſque diſ-
curſu aliquo : vel ſaltem cum modico percepit in-
tellectus: vt quem poſſidere, & loquor de ea poſ-
ſeſsione quæ facti eſt, numerare pecuniam, quem
ambulare, & ſimilia: & in his dictum ſufficit, cum
non interrogetur de cauſa eius cuius gratia de facto
7 † quæſtionem occurrentem ſubdamus. Teſtis dixit
c fundum valere decem *c* an probet ſi non fuit inter-
rogatus de cauſa, dixi non probare. nam valor fun-
di non niſi cum magno diſcurſu percipitur : ſed ex
fructuum quantitate, exitu, & circumſtãtijs rerum,
ex valore. Sillogizat enim intellectus ex his, nec ho
rum eſt communis notitia, in frumenti vera æſti-
matione, vel alterius animalis ad vſum hominis de-
ſtinati: ſecus eſſet. nam ex ſolo affectu vel tactu ęſti-
mationis eſt communis notitia, in equo verò æſti-
mando ſicut in fundo diſcurſus requiritur, & fortè
d vehementior. *d*

ADDITIO.

a Percipiunturr. Adde Bal. in l. ſolam. C. de teſti.
Inno. do. Ant. Bal. & do. Cardi. Flo. in c. cum cau-
ſa. de teſti. & ibi vide Abb. Vbi alleg. Bart. hic. in 2.
colum. & ibi vide plures concor. per Fely. in 5. co-
lum. vbi omnino videas. Tho. Diplo.

b Senſu. Adde Abbatem poſt Cardi. in c. cum cau-
ſam. de teſti. cum concor. de quibus per Felyn. ibi.
in 5. col. in ver. modo hanc fallentiam. Tho. Di-
plouatatius.

c Valere decem No. quòd dicit Bart. hic quòd te-
ſtis deponens ſuper valore non probat niſi aſsignet
cauſam etiam non interrogatus. vide Cardi. & Ab-
ba. in d. c. cum cauſam. de teſti. & Bal. in l. pe. C. de
ſenten. quæ ſine cer. quanti. cum concor. de quibus
per Felyn. in præalleg. c. cum cauſam. in 4. col. de
teſti. Tho. Diplouatatius.

d Vehementior. Vide Alexan. de Imol. in l. precia
rerum. in vlti. col. ff. ad l. fal. & ibi ſcripſi. Tho.
Diplouatatius.

8 TESTIS † dixit aliquem dominum, & cauſam
adiecit: quia vidit eũ poſſidere tanto tempore quòd
præſcripſiſſet. Reſponſum eſt per Inno. in d. c. cum
cauſam. & Spe. eo. tit. §. nunc tractandum. vti le do-
minium eſſe probatum ſi non fuit vlterius interro-
gatus. ſicut enim probat dictum ſi non interrogatur
de cauſa, ita ſufficiens cauſa eſt, ſi de cauſa cauſæ vel
eius circumſtantijs non interrogatur, hic de ea præ-
ſcriptione intelligendum eſt in qua titulus non re-
quiritur, & ſic ex eo quòd poſſidere conſpexit ſine
magno diſcurſu comprehenditur eum dominum.
quòd ſi titulus requiratur non ſufficeret niſi de ti-
tulo ſufficiẽs teſtimoninm reddetur. eſt enim quid
à poſſeſsione ſeparatum.

TESTIS † dixit aliquem poſſediſſe, & cauſam 9
non adiecit videbatur non probare : quia poſſeſsio
eſt ius inſiſtendi rei non prohibitæ poſsideri : hoc
quippe ſenſu non percipitur, ſicut nec dominium.
Sed reſponſum eſt per Glo. in l. ſtipulatio *a* iſta. §. a
hi quoque de ver. obl. & per Inno. in d. c. cum cau-
ſam. ad poſſeſsionem quæ facti eſt & ſenſu percipi-
tur hoc referendum. Idem in ſimilibus quæ ius &
factum ſonant.

ADDITIO.

In l. ſtipulatio. Adde Bart. in d. l. ſtipulatio iſta. a
§. hi quoq;. cum concor. de quibus ibi per Alex. &
Iaſo. & vide Feli. in d. c. cum cauſam. in 6. col. de te-
ſti. in ver. ſecundo tempera. Tho. Diplo.

TESTIS † dixit aliqua vera eſſe: quia audiuit di- 10
ci. reſponſum eſt quod non probet: vt no. C. de teſ.
l. teſtium. & de aqua plu. arc. l. 2. §. idem Labeo. &
e. licet ex quadam. & c. ſeries. extrà de teſt. in auth.
de hæred. & fal. §. ſi verò abſunt. col. 1. & in Specu.
eo. §. 1. verſ. item quòd non prohibet. Teſtimoniũ
de auditu alieno regulariter non valet, huius ratio
eſt : quia ratio non eſt maniſeſtior dicto : ſed æquè
vel minus, iudex enim nõ audit à teſte & ex eius di-
cto certus non redditur. ideo de cauſa quæritur. ſi
igitur ab alio ſe audiuiſſe reſpondit ignotum per ig-
notius oſtendit. Sed ſi addat ſe audiuiſſe ab aliqui-
bus qui ſe vidiſſe dixerunt, cauſa videtur aliquali-
ter maniſeſtior dicto, ſufficiens tamẽ eſt. Non enim
teſti creditur niſi in iudicio per iudicem iuramento
præſtito parte præſente vel contumace ſolenniter
examinetur : ſed cum teſtis audiuit alium ſeu alium
vidiſſe dicentem iſta, ſolẽnitas deſuit, igitur inſuf-
ficiens eſt canſa. ſed † fortè ſi ſcriptura continens di- 11
cta teſtium deperiret, & extarent qui dicerent ſe vi-
diſſe aliquos teſtes idoneos *b* iurare in cauſa, & ſo- b
lenniter examinari : & dicerent ſe vidiſſe, tunc eo-
rum teſtimonio ſtandum eſſet: vt no. ff. eo. l. curẽt.
facit. C. eo. l. teſtium. in fi.

ADDITIO.

Aliquos teſtes idone. No. quod dicit Bart. hoc, b
quòd ſi ſcriptura continens dicta teſtium eſt deper-
dita, & extant teſtes qui dicunt ſe vidiſſe aliquos te-
ſtes idoneos iurare in cauſa : & ſolenniter examina-
ri, tunc dicto eorum ſtandum erit. vide plures con-
cor. per Felin. in c. ſicut nobis in 2. & 3. col. de re iu-
dic. Tho. Diplouatatius.

TESTIS † dixit aliqua vera eſſe: quia credit, *a* ſic 12
eius dicto ſtandum non eſſe ab omnibus reſponſum a
eſt per Iac. de Aret. & Cy. in l. teſtium. C. eo. magis
enim indicat quàm teſtificetur niſi cauſam propter
quam credit ſufficientem annectat, niſi in his quæ

conſiſtunt in artis peritia, vt medici & obſtetrices,
& ſimiles qui de credulitate deponunt. non enim
ſunt propriè teſtes ſed magis vt iudices aſſumuntur
ad illum cauſæ articulum iudicãdum vt l.*1*.de ven.
inſpi.& quod ibi no.

ADDITIO.

a Quia credit. Vide plures concor. per Felin. in
cap. ſicut nobis in *2*.& *3*.colum.de teſti. Tho.Di-
plouatatius.

13 TESTIS † dixit aliqua ſe vidiſſe, & interrogatus
de cauſa nullã reddit, reſponſum eſt per Inno.eius
dicto ſtandũ in d.c.cum cauſam. quia in dicto ſen-
ſum exprimit quod verum eſt: quod enim demon-
ſtratum eſt amplius demonſtrari fruſtra eſt: vt.ff.
de dote præle.l.*1*.in fi.nec repugnat quòd viſus de-
cipi poteſt, ſimiliter & cæteri ſenſus. nam intelligi-
mus perſonas teſtium eſſe probatas in quibus ſecun
dum quod communiter accidit nõ cadit ſenſus de-
b ceptio, ita quòd non cognoſcatur ab eis porro ſi ſen
c ſum decipi cognoſcerent non *b* teſtificantur. *c*

ADDITIO.

b Non. Vide Alex.in l.*2*. in pen.col.C.de reſcin.
ven.in apoſt.Bar.& ibi vide apoſtil.meam vbi ple-
nè ſcripſi.
Tho.Diplouatatius.

c Teſtificantur. Vide Alex.in l.*2*.in penul.col.in
apoſtil. Bar.& ibi dixi in apoſtil.mea.C. de reſcin.
vendi. Tho.Dip.

14 TESTIS † dum de vita & moribus alicuius inter-
rogaretur depoſuit, & cauſam ſcientiæ reddidit: qa
& vicinus & cõſanguineus eſt. videbatur eius dicto
d non ſtandum: quia per nullum ſenſum corporis *d*
cauſam reddit, dicebam ſtandum eſſe, ſufficit enim
ſenſum exprimere vel aliquid per quod ſecundum
communiter accidentia per ſenſum habeatur noti-
tia: quia eius vicinus, vel conſanguineus eſt, videtur
ſecundum quòd communiter accidit vitam & mo-
res eius per viſum ſcire, ergo cauſam reddidiſſe vi-
detur, hoc etiam legibus comprobatur: vt.C.de in
e integ.reſt.l.de tute. *e* ff. vnde cogna.l.octaui.extrà
de præſump.c.quoſdam.& c.ſi.ff.loca.l.dominus
horreorum.de fun.inſtru.l.ſi ita.in fin.

ADDITIO.

d Nullum ſenſum corporis. vide Bart.in l.Labeo.
ff.de ſupel.leg.& ibi Alex.in addi.pe. Tho.Dip.

e L.de tutel. Et ibi vide Alex.in *2*.col.in prin.&
ibi apoſt. Tho.Dip.

15 TESTIS † de ſapore *f* vini interrogatus dixit eſſe
f dulce.cauſam reddit: quia bibit: videtur non vale-
re: quia bibere tactum reſpicit. ſapor autem habetur
per guſtum. ſed cum per talem tactum perueniatur
ad guſtum: inſtã cauſam reddidiſſe videtur. guſtus
enim quidem tactus eſt vt Ariſto.dicit.

16 TESTIS † dicit quòd vidit Titium promittere
Seio.an tale teſtimonium valeat dubitatur: quia ma
gis auditu quàm viſu percipitur actus promittendi.
ſed reſponſum eſt per Iac.de Are. & Cy.in l.teſtiũ.
C.de teſti. & per Spec.eo.tit.§. nunc tractandum.
ver.de auditu videtur aliter dici &c. quòd appella-
tio videndi videtur communis ad omnem ſenſum
g quo aliquid percipitur. quotidie *g* enim dicimus vi-
di tale vinum eſſe dulce. & vidit talem rem eſſe du-
h ram vel mollem *h* & ſimilia. cum rectè alio ſenſu
percipiãtur.an autem de tactu hæc poſſent dici pro-
babiliter dubitatur. ſæpe enim dicimus nos mani-
bus *i* tangere id quod non eſt tangibile. vt in epiſto- i
la canonica Io.in prin.Ibi manus noſtræ pertracta-
uerunt quæ ſunt de regno vitæ. ſed in noſtram cla-
ram peruenit notitiam. ſed illud pro claro intelle-
ctu apponitur nõ quòd vnum tangere pro alio ſen-
ſu ponatur.

ADDITIO.

Teſtis de ſapore. Vide Bar.in conſil.*110*.quidam f
Maſiolus.& infrà in *7*.col.*5*. vinum dixit. vide etiã
Feli.in c.cum cauſam. in *8*.col.in *2*.fallen.de teſti.
& ibi vide plures concor. Tho.Dip.

Quotidie. vide Alexan.in l.*1*.in prin.in *8*.col.ſi g
cer.pet. Tho.Dip.

Vel mollem. Adde Gl.in c.teſtes.& in cap. quia h
vide nam.*3*.q.*11*. de qua facit feſtum Lud.in l.ſcien
dum.in *6*.col.ff.de ver.ob. cum concor.de quibus
per Fely.in d.c.cum cauſam.in *8*. col.ver.ſed iſtam
concluſionem.vide Alex.in l.*2*.§.fi.in *3*.col.ff.ſo.
matrim. Tho.Dip.

Nos manibus. vide plenè per Iaſ.in l.manumiſ- i
ſiones.in *4*.col.ff.de iuſt.& iur.Tho.Dip.

TESTIS dixit ſe † aliquid ſcire: quia præſens fuit 17
vel quia interfuit an probet, non enim per ſenſum
aliquam cauſam reddit, & poteſt eſſe quòd fuit prę-
ſens: non tamen videns nec audiens, quod plerique
dixerunt.pro hoc.C.de erro.aduo.l.*1*.& ibi Glo.&
Ioan. And.extra de teſti.cap. præſentium libr.*6*. &
Specu.eod.titu.§.*1*.verſi. item quòd non perhibet.
arbitror tamen quòd probet. quòd enim dixit ſe *a* a
præſentem ſcire creditur per ſenſum ſuum cum nõ
ſit interrogatus vlterius vt in præcedentibus eſt re-
latum.non autem potuit ſcire ſe præſentem fuiſſe
negotio nisi id intellexiſſet, hoc etiam imperiali
conſtitutione probatur, quæ dicit, validum eſſe eius
teſtimonium qui ſub præſentia ſua dicit debitum
eſſe ſolutum.C. eo.l. teſtium. Sed contra facit in
authen.de hære. & fal.§. ſi verò abſunt. vbi innuit
quòd debet dicere ſe præſentem fuiſſe & vidiſſe.
Sed ſol.patet, aliud eſt dicere ſe præſentem, & aliud
ſi alium diceret fuiſſe præſentem, quod ad præſen-
tiam corporis refertur quæ ſenſu percipitur, non ad
præſentiam animi alterius quàm teſtis, quæ ſenſu
non percipitur.& ita intelliguntur contraria. † Sed 18
ſi lex, teſtator, vel contractus aliquid fieri debere
aliquo pręſente requireret, ſemper intelligitur prę-
ſente & intelligente: vt. ff.de arbi.l.diem.§.coram.
& de verbor.ſign.l.coram.ſecus † ſi notarius in in- 19
ſtrumento aliquid factum eſſe ab aliquo præſente
narraret: quia de præſente & intelligente intellige-
tur: verba enim notarij & iudicis ſunt cum effectu
iuris intelligenda aliter quàm in teſte, vt patet in
verbo promiſit.ff. de verbor.oblig.l.ſciendum.&
quod ibi dixi.& Inſti.de inuti.ſtipu.§.ſi ita ſcriptũ.
& de fideicom.§.fi.

ADDITIO.

Dixit ſe. vide Bar.in l.*1*.§.tutor.& ibi vide apo- a
ſtil.in *5*.quòd ſufficiat.ff. de aucto. tut. & ibi dixi
& vide Alex.in conſ.*29*.in *7*. vol.incipi. clariſſime
doctor.in *7*.col. & in conſ.*174*.in *6*. volu.in cauſa.
& lite.in pen.col.in fi. Tho.Dip.

TESTIS ſuper aliquo † depoſuit dicens: quia ſic 20
ſibi videtur.quidam putabant eum probare exem-
plo iudicum qui pronunciant ſibi ſic videri.ſed hęc
diſsimi-

diſsimilia ſunt. iſtud enim verbum mihi, refertur ad
iudicium intellectus, quod iudici congruit & non
teſti. vnde dicebam non probare niſi hoc quod di-
b cit ſibi videri *b* ſit coniunctum ſenſui. vt ſi dixit ꝙ
vidit talem poſsidere: & videtur ſibi quòd ſint. 10.
anni. ex eo enim quòd vidit, coniuncto eo quòd ſi-
bi videtur, bonũ eſt teſtimonium. vel ſi dicit ſe vi-
diſſe vnum hominem: & videtur ſibi quòd fuerit
Titius & ſimilia.

ADDITIO.

b Videri. Nota hic quòd verbum videtur, quando
iungitur cum ſenſu corporis, tũc teſtis probat. Ad-
de Bar. in l. quid tum. §. arbiter. ff. de arbi. & Alex.
in conſ. 109. viſis & vt oportet conſideratis. in 6. col.
in 1. vol. & hæc adde ad no. per Felin. in c. quotiens.
in vlti. col. de teſti. & vide Alexa. in conſ. 147. in 2.
vol. in vlt. col. in princ. & Iaſ. in l. 1. in prin. in vlti.
col. ff. de iuſti. & iur. Tho. Diplo.

POST tractatum rerum vniuerſalium pertinen-
tium ad teſtium dicta eſt ad particularia deſcenden
dum. Omnis autem res ſuper qua poteſt teſtis inter-
rogari aut eſt res aliqua in actu, aut in potentia ad eſ-
ſe. Item earum quę ſunt in actu, aut eſt res aliqua in-
fra intentionem: aut eſt res aliqua extra intentionẽ.
Item earum quæ ſunt extra, aut eſt ſubſtantia, aut
quantitas, aut qualitas, aut relatio, aut actio, aut paſ-
ſio, aut tempus, aut ſitus, aut habitus, aut eſt aliquod
compoſitum ex prædictis vel aliquibus prædicto-
rum, & prædicta per ſuas rubricas infrà ſingulariter
proſequemur: quia tamen ea quæ ſunt in potentia,
non intelliguntur niſi per ea quæ ſunt in actu. quæ
verò ſunt in actu, & in intentione non intelliguntur
niſi per ea quæ ſunt extra: ideo ab his quæ ſunt ex-
tra eſt inchoandum: & primò de ſubſtantia videa-
mus.

SVASTANTIA ſi accipiatur pro genere generaliſ-
ſimo, vel ſubalterno, vel ſpecie aliqua ſupra indiui-
duum, ſiue dicamus quòd ſit intẽtio ſola ſiue quòd
ſit extrà animam, vt dialectici diſputant, ad tracta-
tum noſtrum non pertinet. non enim illo modo
ſumpta in noſtro eſt commercio. licet enim dicatur
hominem deberi in genere, non tamen ipſum ge-
nus vel ſpecies ita debetur. ſed iſtud indiuiduum
21 quod ſoluetur † igitur prout in hoc nomen ſubſtan-
tia reſpicit indiuidua quæ in noſtro cõmercio ſunt,
inueſtigationis noſtræ eſt: aut enim eſt ſubſtantia
rerum incorporalium aut corporalium. de incor-
poralibus teſtificari non poſſumus directo: quoniã
ſenſu non percipiuntur: ſed per alia dicta vel facta
comprehenduntur. ideo de his ſub titulo de actio-
ne & paſsione dicetur. corporalis autem res ſenſu
comprehenditur, igitur de his dicendum eſt. licet e-
nim iuriſcõſultus res corporales ſubdiuidat in plu-
res: tamen illæ ſubdiuiſiones magis qualitates re-
rum quàm ſubſtantiam reſpiciunt. ideo de his in
tractatu de qualitate dicetur. de ſubſtantia ergo re-
rum corporalium eſt dicendum.

a REM aliquam *a* eſſe conſtat omne id quod ſenſu
percipitur, ſed quæ ſit vel fuerat eius ſubſtantia ſi du
bitatur ad teſtes decurritur. quamuis enim res cor-
porales & viſibiles ſint, ipſa tamen ſubſtantia inui-
ſibilis eſt, vt in homine anima. vnde circa rationem
22 dicti teſtis poteſt probabiliter hæſitari. † Aduerten-
dum eſt igitur quod per rerum accidentia quæ ſenſu
percipiuntur ſubſtantiam comprehendimus. hoc
autem tripartitum eſt. † quædã enim ita nobis com- 23
munia ſunt quòd aſpectu ab omnibus cognoſcun-
tur. vt lapis: lignum: ferrum & ſimilia. & in his ſuf-
ficit ſi teſtis dicat lignum fuit quia vidi: & ſi vlterius
interrogetur quod vidit, & dixit vidi habere formã
ligni ſeu qualitatem ligni ſatis exprimit. ſi vlterius
interrogetur quæ erat illa forma ſeu quales illæ
qualitates non cogitur reſpondere. nec debet inter-
rogari: quoniam non habemus nomina manife-
ſtiora his. non enim color ligni eſt albus ſimplici-
ter nec niger nec vllo alio nomine expreſsius dici
poteſt quàm cum dico color ligni eſt. rectè teſtis de
his interrogatus dixit neſcio aliter quàm dixerim:
& ſi ſimpliciter dicat neſcio debet intelligi eo mo-
do ne ſibi contrarius ſit. † Quædam autem non 24
omnibus communia ſunt: ſed certæ conditioni ho-
minum, vt aromata, lapides pretioſi, & ſimilia quæ
à mercatoribus & eorum artificibus manifeſtè co-
gnoſcuntur: ab alijs non tunc pro cauſa ſufficiend
duo teſtem oportet dicere ſcilicet ſe vidiſſe & ſe ſci-
re illius conditionis eſſe. creditur enim ei in hoc
cum nihil contrarium probetur. ſed quòd ſimplici-
ter dixerit ſe vidiſſe ei non ſtatur *b* niſi per alia il- b
lius conditio doceatur. † Alia verò ſunt quæ non 25
per homines illius artis niſi per valde peritos co-
gnoſcuntur, quid ſit quod ſæpè contingit in his re-
bus quæ multas ſimiles habent: tunc ſi res de qua
dubitatur poteſt haberi: quia ius dicit quibuſdam
peritis committat qui de rei quidditate renuncient
quibus ſtatur, & illud magis iudicium quàm teſti-
monium eſt, vt in his quibus committitur litera-
rum comparatio facienda, quòd ſi de quidditate
rei quæ deliјt vel haberi non poteſt dubitetur &
tam difficilis fuerit cognitionis. & hoc conſtat te-
ſtibus peritis qui talem rem viderunt eſſe creden-
dum eſt, vt in his qui priuilegiorum deperditorum
tenorem probant conſtitutum per canones eſſe com
perimus quod & à noſtris præceptoribus approba-
tur. † Contingit aliquando aliquem eſſe binomi- 26
nem, & ex aliqua honeſta cauſa nomen proprium
commutaſſe: tunc dicendum eſt iuſtum eſſe erro-
rem qui alio nomine Philippus vocatur. vel qui a-
lio nomine nuncupatur, cauſam autem dicti red-
dit, vt ſupra, illud † autem quod à quibuſdam eſt 27
receptum. vt auditu vocis cognoſcatur homo nun-
quam approbaui. multæ enim ſimilitudines repe-
riuntur in vocibus: & ſæpe vidi vnum alterius vo-
cem fingere, vt auditu idem omnibus videretur. &
in voce eiuſdem multas mutationes videmus. vt
idem nõ videatur. alia enim eſt vox pueri: alia adul
ti: alia iuuenis alia ſanis: alia ſani: alia ęgrotantis vel
rauci: alia ieiuni: alia ſaturi vel ebrioſi. Ex hoc etiã
apparet mutatio vocum. aliter enim percipimus vo
cem exiſtentis in eodem cenaculo. aliter eius qui
eſſet in alio exiſtente medio pariete. Et etiã ex tem-
pore contingit mutatio vocum. aliter enim per vo-
cem percipimus cum ventus expirat. aliter quieto
tempore, cum hæc ſi quædam aeris repercuſsio ap-
paret hoc non vniformiter fieri. quin tamen indi-
cium aliquod faciat non negarem.

ADDITIO.

Rem aliquam. vide Iaſo. in l. 1. in princ. in 5. col. a
ff. ſi cer. pet. Tho. Diplo.

b Ei non ſtatur. vide plenè per Feli. in rub. decretalium, in vlti. col. in fi. & Iaſ. in l. 2. §. volun. in 5. col. ff. ſol. matr. Tho. Diplo.

28 Hanc eandem † rem numero eſſe iſtam cum illa de qua retro, aliam quidem fuiſſe ponitur, ſi de re aliena ab homine loquitur, fortis probatio eſt. hæc enim dubitatio contingit interdum in rebus ſolo cohærentibus. pone enim inſtrumẽtum emphiteuſis continere fundum cuius fines ſunt fundus Titij, & fundus Sempronij qui fines curſu temporis Dominos mutauerunt. Vt igitur illum eſſe eundem fundum cum eo qui in inſtrumento continetur oſtendam hoc modo, habeo ponere & probare quòd talis fundus cuius olim erant tales fines, & talis fundus cuius hodie confines ſunt tales, eſt vnus & idem fundus. & ſi teſtis hoc dixerit verum eſſe, & pro cauſa adiecerit: quia vidit olim illos fuiſſe poſſeſſores dictorum fundorum qui pro finibus apponuntur. tunc verò videt poſsideri ab iſtis ſanè dicit. non enim de domino finiũ diſputatur: ſed ſufficit quòd teſtis aliquid dicat propter quod illi fines taliter denominati fuiſſent: ſed conſtat à poſſeſſore fundum denominari ſolere. Sed aliquando vetuſtas vt teſtes habeantur de viſu non patitur. tunc puto ſufficere ſi teſtis dixerit ſe à ſuis audiuiſſe antiquis fide dignis quòd talis fundus qui pro fine apponitur iam fuit Titij, poſtea venit ad alium gradatim ſingulos nominando vſque ad eum qui nunc poſſeſſor eſt: & hæc eſt opinio circum colentium, hoc enim receptum eſt ſufficere in probatione conſanguini-
29 tatis: quia grauius eſt. † Aliquando dubietas hæc occurrit in animalibus, vt ſi dubitatur vtrum equus, vel mulus ſit ille qui ante fuit Titij. non enim iſta per faciem cognoſcuntur vt homines: ſcilicet cum corpora animalium non cognoſcantur ſuper corio poſſunt eſſe ſigna per quæ recognoſcantur de facili, ex quibus teſtis ſui dicti cauſam poterit comprobare. Aduertendum tamen eſt ne contingat deceptio: quia quædam ſunt quæ mutari poſſunt facto hominis, vt in boue cornua quæ in ignem apposita in partem aliam volui poſſunt. Quædam etiam animalia in eo ferro ſignantur vt valeant recognoſci.

30 Sæpe † etiam de hoc dubitari contingit in ſpeciebus aliarum rerum mobilium, & harum quædam ſunt multa varietate compoſita vt libri, vaſa argentea, & talia varijs formis ornata, & his ſimilia. & hæc recognoſcuntur de facili. & ſi teſtis ideo ſe recognoſcere dixit: quia vidit, & diligenter aſpexit. puto ſufficere ſicut de aſpectu faciei de homine diximus. Quædam horum ſunt magis ſimplicia. & tunc propter multam ſimilitudinem quam cum alijs eiuſdem ſpeciei reperiuntur habere, recognitio difficilis eſt: & harum quędam accipinnt formam operæ manuſactam. quædam ab ipſa natura formata producuntur. primæ quidem: quia eiuſdem hominis operæ ſecundum varietatem temporis ſunt diuerſæ de facili poſſent habere ſigna, vel in ipſarum confectione concurrentia, vel ex poſtfacto accidentia ex quibus recognoſcuntur. tunc teſtem oportet per illa ſigna vel ipſorum vnam tantum cauſam notabilem reddere. cum receptum ſit quòd per duas demonſtrationes, vel vnam notabilem res certa demonſtratur, quòd ſi hæc ſigna deficerent cauſam reddi oportet per aliquod quod ſit extra ipſam rem. Exempli gratia, quædam referamus interdum ex vaſe ad fidem de rei identitate adducimur. Quid enim ſi habebam cultellos communis formæ in vagina difformi, & apud te vagina dignoſcitur cum cultellis. vel quid ſi in marſupio difformi & difformiter ligato pecuniam certam poſui quod marſupium apud te eſt cum tanta pecunia: quamuis enim cultelli per ſe nec pecunia per ſe recognoſci non valeant, ex vaſe tamen eadem eſſe numero rectè dicam. Interdum etiam aliarum rerum coadunatione adducimur ad dicendum idem eſſe. quid enim ſi in marſupio formæ communis poſui certam quantitatem pecuniæ aureæ. certam argenteam, certam ære contaminatam, & marſupium apud te reperiatur illius formæ communis cum eiſdem quantitatibus. certè ad fidem adducor quòd corpora ſunt eadem. Interdum ex perſona habentis hoc comprehẽditur: quid enim ſi ciphum meum communis formæ perdidi, & apud te reperiatur, nempe cum à me cauſam habeas illum eundem eſſe certum eſt, niſi aliud doceatur expreſsè: vel quid ſi apud famulum pauperem reperiatur ciphus argenteus formæ communis dicam eſſe ciphum domini ſui quem eiuſdem formę communis ante habuiſſe conſtat niſi aliud doceatur. hoc etiam Salamonis probatur exemplo qui illius iudicauit eſſe infantem, qui eum diuidi contradixit, nec his contrà dicit quod conſtitutũ & reſponſum eſt in libello tam in reali quàm in perſonali ſufficere ſi pecuniæ dicatur numerus. materiæ verò factæ materia & ſpecies: vt ciphum argenteum, & ſimilia. & iſtud ſufficit vt admittatur libellus. non autem in probatione ſufficeret quando conſtaret quòd eiuſdẽ materiæ & formæ reperirentur: quia enim plurium diuerſitas rerum vno nomine comprehenſarum probationem facit obſcuram, vt conſtitutũ eſt. hanc igi-
tur rerum multiplicitatem reus doceat. † Quædam 31
ab ipſa natura formata producuntur, vt fructus, in quibus cum natura vniformiter operetur ex forma, & plurium recognitio eſt impoſsibilis: vt in vino & frumento in eadem regione nato, igitur recurrendum eſt ad ſigna quæ ab extra veniunt. Si enim frumentum meum fuit in certo loco depoſitum & vbi reperiatur, illud idem eſſe præſumitur niſi de mutatione doceatur. ſi tamen aliqui fructus eſſent qui ſummum gradum bonitatis attingerent: hi certi dicuntur, vt conſtitutum eſt: & tunc recognitio eſſet poſsibilis ex colore, ſapore & ſimilibus. licet autem hæc probatio quòd ſit eadem res difficilis ſit, tamen probatio quòd non ſit eadem res facilis eſſe poteſt ex diuerſitate formæ, & etiam qualitatum quæ non poſſunt abeſſe abſque corruptione ſubſtantiæ, vt quòd liber parui voluminis efficiatur magni voluminis abſq; adiectione charitatũ, aliud in his qualitatibus quæ adeſſe & abeſſe poſſunt abſq; corruptione ſubſtantiæ.

Peremptam † rem ſeu deperditam eſſe qualiter 32
probetur, dubium eſt: quoniam hoc priuationem ſignificat, & quantum ad eum ad quẹm rem perueniſſe nõ conſtat. ſatis liquet rem non eſſe vel deperditam eſſe, ſi adhibita diligenti inquiſitione rem nõ reperit, & non reperire ſe aſſerit, niſi per aduerſariũ aliud doceatur. ſed ſi ad aliquem rem perueniſſe conſtat, & ipſe rem deperditam vel peremptam eſſe

eſſe dicat, hoc probare debet. hoc autem interdum
iuramento ſolo probatur. vt ſi ad rem exhibendam
ſolo iudicis officio arcebatur, vt conſtitutum eſt in
eo à quo inſtrumenti prodncti exhibitio poſtula-
tur: ſed ſi ad hoc inre obligationis tenebatur, tunc
hoc debet manifeſtè probare quòd in rebus ſolo co
hærentibus fit de facili per aſpectum, vt ſi ibi erat
domus quæ nunc non eſt. Si ibi erit fundus qui nunc
non eſt: quia caſmate perijt. In rebus verò mobili-
bus etiã poſsibile eſt quòd quis caſum viderit quo
res perempta eſt, vt rem extingui incendio, vel im-
petu aquarũ, vel facto hominis. & in his directò per
viſum teſtis rationem dicti reddere poteſt, quòd ſi
talis caſus viſus non fuerit poteſt aliquando ex na-
tura ipſius rei probari peremptio: ſunt enim quæ-
dam quæ longo tempore ſeruari non poſſunt: ſed
modico tempore naturaliter pereunt. vt fructus,
quorum quidam paucis diebus, quidam menſibus,
quidam anno pereunt. & animalia ſuæ ætatis tem-
pus longiſsimum habent naturaliter limitatum.
quòd tempus ſi elapſum fuerit rem conſtat eſſe ex-
tinctam, vt eſt in homine dictum. In his verò quæ
ſeruari poſſunt eſt ad alia indicia recurrendum. vt
ſi horrea in quibus res erat reperta ſunt fracta: & a-
liæ ſimiles præſumptiones, hæc omnia legibus com
probãtur. An autem perdentis culpa inueniſſe præ-
ſumatur alibi dicemus.

a CVRA carnium *a* † in abundantia habendarum
33 commiſſa eſt aliquibus de populo Peruſino qui ani-
malia multa emerunt in Apulia, & conduxerunt ea
in territorio Peruſino, & ea tenuerunt per annum,
faciebantq; de eis occidi prout quotidiana neceſsi-
tas exigebat. paſtores quàm plures ex illis animali-
bus in itineribus & in paſcuis perempta & perdita
retulerunt. & ſic in libro rationis dicti officij ſcriptũ
eſt, qui ab eis rationes exigebant nõ adhibebant eis
fidem. dixi ſi communiter ſic aliâs contigiſſet. vt ex
tanto numero tot animalia alio tempore perdidiſ-
ſent: & hoc probaretur, & etiam eis hoc veriſimili-
ter eueniſſe: & ſic probatũ eſſet ea deperdita per hoc
veriſimile. ſi enim in hoc genere cauſarum etiam de
hominis morte per veriſimilia receptum eſt proba-
ri: multo fortius hoc dicebam in paſtoribus depo-
nentibus eſſe credendum. ſicut enim duci de morte
militis creditur, ſic & paſtori de morte animalium
eſt credendum, quod ita ęquum viſum eſt. vt lege
lata ipſius ciuitatis ſic terminaretur.

ADDITIO.

a Cura carnium. Vide Alex. in conſi. *10.* in *6.* vol.
incip. mature. quod eſt duplicatum in conſ. *141.* in
1. vol. vbi Alex. in *1.* col. dicit quòd tracta. iſte non
inuenitur eſſe Bart. niſi vſque ad hoc capitulum. &
quòd ipſe habet perfectum. & iccirco conclud. hu-
iuſmodi tractatum eſſe perfectũ ex verbis d. Alex.
Tho. Diplo.

34 VINVM dixit † vidit, dixi *b* probare: quia hoc ꝙ
b dixit vidit omnẽ ſenſum reſpicit per quem ad iſtius
notitiam peruenitur. ſed ſi dixit quia vidit colorem,
dubium habet. nam aqua tincta nebulis vel moris
colorem vini habet. ſimiliter lixiuium & vrina.
Quædam ergo per teſtem addi oportet, ſcilicet quia
vidi & odoraui. ex his enim duobus ſenſibus circa
vinum non contingit deceptio communiter. vel
dicat quia vidi & guſtaui, vel vidi hoc in taberna
vinaria, vel extrahi de vaſe vinario, & ſimilia. ſe-
cus autem ſi in apotheca ſpeciaria: potuit enim eſſe
ſirupuſ: vel quid ſimile. viſus ergo in prædictis ſine
alijs adminiculis ad fidem iudicem non adducunt.
Sunt autem alia adminicula vel ſenſus alij atten-
dunt vel locum vel tempus. licet enim in cereo pa-
ſchali tẽpore facto vuæ videãtur aſpectu. tamen ex
loco & tempore comprehẽdimus ceram eſſe ad il-
lam ſimilitudinem coagulatam. Aliud ſi in vite
tempore congruo viderentur quod in ſimilibus
arbitror admittendum. † & etiam ex his modis ne- 35
gatiua directò probatur. ſcilicet quòd talis res non
erat lignum, & ſimilia. cum enim ad certum corpus
non referamus eſt negatiua coartata. & ſic per qua-
litates quas percipit ſenſus directò repræſentatur
eidem quòd alia ſubſtantia non eſt. ſicut cum diem
video directò comprehendo noctem non eſſe. &
econuerſo, vt Proculus reſpondit. de alijs verò ne-
gatiuis infrà locis ſuis dicetur.

ADDITIO.

Dixit. Adde quæ no. Bartol. in conſil. *110.* qui- b
dam Maſiolus. & ſuprà in *4.* col. verſ. de ſapore.
Tho. Diplo.

HOMINEM † viuum fuiſſe, vel aliud animal di- 36
xit. qualiter autem huius dicti cauſa reddatur eſt
manifeſtum ſi de ſano loquamur. dico enim me
ſcire: quia vidi operationes hominis, vel alterius ani
malis illius ſpeciei, ſcilicet edere, bibere, ambulare,
loqui, & ſimilia. Sed in puero poteſt eſſe dubium.
quid enim de partu quem dicunt natum viuum, ſed
ſtatim mortuum, alij negant viuum fuiſſe. vel de
eo qui in actu moriẽdi erat, quidam iam mortuum.
alij adhuc viuere dicunt. Reſpondeo ſi teſtis dixe-
rit viuere: quia vidit eum mouere non probat. nam
in mortuo ſæpe viſum eſt ventoſitates in corpore
ſæpe motum facere. dicat igitur teſtis quo motu, ſi
tibias vel brachia extendere vel artare vidit, hæc
quidem actio vel paſsio animæ eſt. vel ſi dicat ſe
ſenſiſſe diaſtholem & ſiſtolem pulſum, hæc qui-
dem à corde cauſantur vbi radix ſpiritus vitalis eſt.
Idem ſi dicat quia vidit emittere & attrahere flatũ,
aperire oculos, & claudere, hæc proculdubio vi-
uentis ſunt.

MORTVVM † hominem *a* dixit qualiter cauſa 37
ſiue ratio reddatur hæſitatio eſt. Mors enim eſt pri- a
uatio vitæ. ſi priuatio ergo negatiua cuius difficilis
probatio eſt. Sed animaduerte de morte. quid in
cauſis paruis, quid in magnis, maioribus, & maxi-
mis. in paruis quidem vbi præiudicium modicum
verſatur. vt ſi de aperiendo teſtamento tractatur, &
ſimili. non ſolum per viſum ſed per leuem præ-
ſumptionem *b* probatur mors. † In cauſis verò ma- b
gnis vbi magnum pręiudicium vertitur. vt ſi de hę- 38
reditate contenditur, vel alio commodo pecunia-
rio etiam magno, per famam mortem probari iuris
interpretes tradiderunt, quod intelligendum opi-
nor, non de fama quæ ab hominibus vilibus & cau-
ſis leuibus ſumpſiſſet originem. illam enim leuem
præſumptionem reputo, quam in præcedenti arti-
culo ſufficere receptum eſt. Sed intelligo de fama
quæ ab hominibus grauibus, & cauſis rationalibus
originem trahat. Quid enim ſi intrauit mare *c*, & c
ſuperuenit tempeſtas, & expectato tempore con-

gruo non eſt reuerſus, & perquiſitus per loca veri-
ſimilia: nec ipſe eſt inuentus nec nauis eſt inuenta?
Quid etiam ſi in magno exercitu viſus eſt, & finito
alias ſecuto conflictu non inuentus & expectatus
eſt: & à conſanguineis perquiſitus? Quid enim ſi per
loca inſidioſa tranſiuit nec poſtea eſt repertus? Quid
etiam ſi per loca non inſidioſa tranſiturus de domo
receſsit mercator bonæ vitæ diues: & à familia ex-
pectatus per tempora non reuertitur, & perquiſi-
tus non reperitur? dico quòd fama quæ ex cauſis
iſtis progreditur, & ſimilibus non eſt leuis præſum-
ptio, ſed probatio, quæ iudicem & bonum virum
adducit ad fidem. ſit ergo cauſidicus in proban-
do attentus. Sed & ſi ponamus ſenem diſceſsiſſe
& tanto tempore ſtetiſſe quòd nunc ſi viueret cen-
tum annorum ætatis eſſet. erit quidem hæc ſuffi-
ciens probatio. qualiter autem poſsit talis ætas pro-
bari infrà in titul. de tempore diſcernemus. De
profugo autem ſeu vagabundo. vel alio in qno
prædicta indicia ceſſant plus dubitationis eſt: ſed
cauſas abſentiæ inueſtigandas arbitror. Si enim pro-
pter inimicorum potentiam aufugit, & ſe per mun-
dum occultat, & vbi ſit ignoretur, quantiſcunque
temporibus ignotus extiterit ad mortis fidem iu-
dex non adducetur niſi indicia alia doceantur, vel
ad exceſſum ætatis longiſsimæ & legitimè venia-
tur: ſed ſi per mundum vagari ceperit iuuenis lu-
ſor, luxurioſus, bellicoſus: tunc ab eo tempore de
eius vita cœpit dubitari. ſi poſtea quinquennium
ſit elapſum, nec de eius ſoſpitate aliquid ſit no-
tum mortem probatam arbitror. hoc enim Impe-
rator conſtituit in muliere quæ virum tanto tem-
pore expectauit. & licet hoc poſteriores leges mu-
tauerint: tamen quantum ad matrimonium illud
fecit, quæ cauſa eſt maior & ſequentem articulum
reſpicit. In prædictis etiam puto iudicem poſtu-
lante eo cuius intereſt debere exploratores mitte-
re pro fama, ſicut cum rerum diſcuſsio agitatur:
quia ſi in minoribus cauſis hoc ſit, & in maioribus
d quidem cauſis fieri debet, vbi maius periculũ d ver-
titur, vt puta ſi famæ vel ſtatus cauſa ex hoc princi-
paliter oritur, inter quas eſt ſi de alio matrimonio
contrahendo tractaretur. graue eſt enim vxorem
propriam alij copulatam recipere, & bona apud a-
lium tranſlata retractare dictæ probationes non
ſufficerent: ſed conſtitutum eſt quòd ſi mulier
mortuum virum audierit, illius ſub quo militabat
dictum recipiatur, qui acta cum iuramento depo-
nat, quòd ille de quo quæritur pro veritate mor-
tuus eſt, quæ conſtitutio oſtendit famam ſolam
non ſufficere, niſi ſaltem dicto vnius teſtis cauſa
idonea comprobetur. Sed aduertendum eſt, quòd
conſtitutio non requirit quòd dicatur quòd vide-
rit eum mortuum: ſed quòd in veritate mortuus
eſt, quæ veritas poteſt in noſtram notitiam perue-
nire etiam ſine viſu, ſicut receptum eſt de eo qui iu-
rat de veritate dicenda. quod in alijs teſtibus non
ſufficeret ſecundum ea quæ relata ſunt. Sed finge
quem in terra longinqua mortuum, qui ſub nemi-
ne militabat, qualiter in hoc genere cauſarum ta-
lis fiet probatio: puto quòd ſi fama eſſe probare-
tur in loco vbi cauſa agitur, & probaretur etiam ea
forma certi loci vbi mortuus dicitur ſufficere: vt
illius loci fama loco eius ſub quo militabat ſuc-
cedat: quod enim dictum eſt in hoc genere famæ
probationem non ſufficere, intelligendum eſt de
fama ſimplici quem mortuum eſſe, non de fama
quæ in certo loco eſt, vbi quis mortuus dicitur. hæc
enim eſt vehementior. † Pone teſtes dicere quem 39
mortuum: quia inteſfuerunt eius ſepulturæ, non
quòd ipſi viderunt cadauer: quia erat in capſa coo-
pertum lintheis, vel pannis inuolutum. ſed ſi tunc
ab hominibus dicebatur, proculdubio in hoc gene-
re cauſarum probabit. ſatis enim ad fidem iudicem
adducit, ſecundum ea quæ communiter à noſtris
maioribus obſeruantur. † In maximis verò cauſis 40
vbi hominis vita periclitatur: vt ſi de homicidio
accuſetur, val de puniendis ſeruis qui non inuene-
runt dominum, vel de torquendis eis pro homici-
dio inueniendo: lege cautum eſt, quòd debet con-
ſtare, & liquere hominem interemptum, id eſt, li-
quido apparere. quod quandoque ſit per relatio-
nem officialis qui ad hoc mittitur. quandoque ad
teſtium examinationem recurritur: vt in occiſis poſ
ſunt aliquando manifeſtam cauſam reddere: vt ſi
viderunt eum capite mutilatum. ſi viderunt venas
gulæ præciſas, & inde ſanguinem effundi, donec
frigidus remaneret, & ſine ſenſu, & ſimilia. Ali-
quando talia ſigna viſa non ſunt, vt in eo qui dici-
tur ſuffocatus: nonnunquam etiam ad ſui defen-
ſionem dicit quis aliquem ante naturaliter mor-
tuum: quàm ab eo percuteretur, nonnunquam con
tingit & mortem expedire probari. verè in cauſis
maioribus & magnis, vt cum certa die & hora quis
mortuus dicitur, hæc enim ita limitatè rarò in fa-
mam deducuntur, vnde ad probationem teſtium
de viſu peruenitur. †Si igitur dicit teſtis quòd talam 41
vidit mortuũ, nec interrogetur vlterius, puto ſuffi-
cere: & ſi interrogetur quomodo cognouit quòd
mortuus eſſet, & ſi dixerit quòd vidit eum abſque
aliquo motu abſque emiſsione & attractatione ſpi-
ritus tetigit, & nullus motus erat in pulſu, hæc enim
certa ſigna ſunt mortui. Sed ſi diceret quia mori &
expirare vidit eũ: puto ſufficere. ſatis enim cõmu-
niter cognoſcitur id nec verbis clarioribus poteſt
exprimi. Sed & ſi dixerit quia vidit habere omnia
ſigna, & omnem aſpectum mortui, ſatis exprimit.
aſt enim ille aſpectus cõmuniter notus etiam in mor
tuo de recenti. hęc enim teſtificatio euangelico cor-
roboratur teſtimonio dicente: ad Ieſum autem cum
veniſſent & viderunt eum iam mortuum, non fre-
gerunt eius crura. ſed & ſi teſtis dixerit quòd eum
ſepeliri vidit, hęc ſufficere ſuſceptum eſt. Sed ſi quis
viderit aliquem vel in mari, vel in flumine proijci,
& corpus nunquam reuiſum eſt, de illius morte re-
ctè teſtificatur. licet non viderit mortuum. certum
eſt enim poſt illum actum quem modico tempore
victurum, & ſalutis nulla indicia ſupereſſe. Si quis
etiam viderit quem in carcerem claudi, vbi nil erat
ad victum. & carceris cuſtos fuerit, ita quòd eidem
carcerato aliquid quod ipſe nõ vidiſſet inferri non
potuit. poſt aliquos dierum curſus rectè teſtifica-
tur de morte: licet cadauer non viderit, & multa his
ſimilia viſa ſunt, quę enarrare magis laborioſum eſt
quàm ſubtile.

ADDITIO.

Mortuum hominem. Vide ſuprà in tractatu a
Barto. quomodo probetur mors. & illa verba ſunt
eadem

eadem prout hic. & vide Felin. quomodo probetur
mors. in c. quoniam frequenter. in. §. porro. in 9.
col. vt lit. non conteſt. Tho. Diplo.

b Per leuem præſumptionem. Vide Alexan. in
conſil. clxxij. in 6. volu. nu. 8. & in cóſil. clxxxvij.
in eod. volum. in fin. Tho. Diplo.

c Intrauit mare. Adde Bart. in l. ſi quidem. C. ſo-
lu. matr. & in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemad. teſta.
ape. & in l. quoties. C. de naufragi. lib. 11. cum con-
cor. de quibus per Pet. Corn. in conſi. 204. in 2. co-
lum. quanquam. in 3. vol. & vide Alex. in l. 1. §. ſi
dubitetur. in addi. Bart. ff. quemad. teſta. aper. & e-
undem Alex. in conſ. 25. in 4. volu. in 2. col. in cau-
ſa & lite vertente. Tho. Diplo.

d Maius periculum. Vide Bart. in tracta. de morte
poſt principium vbi idem extendit etiam ſi de ma-
trimonio contrahendo oritur contentio. & Cyn.
poſt Gl. in l. ſi quidem. C. ſo. matr. & Bar. in l. 2. §.
ſi dubitetur. ff. quéad. teſta. aper. & ibi fortius tenet
Ioan. de Imol. ſequut⁹ Cyn. in d. l. ſi quidé. ꝙ indi-
ſtinctè vbi tractatur de magno præiudicio & com-
modo pecu. requiratur vera probatio mortis & non
per famam & coniecturas, vide Alex. in conſi. 187.
in 6 volu. in fi. & Felin. in c. quoniam frequenter.
in §. porro. in §. porro. in 9. col. vt lite non conte. &
eundé Feli. in c. ſicut. in 5. col. de re iu. Tho. Diplo.

42 Titivm † eſſe a vel fuiſſe vult aliquis probare:
a quia pars aliquid factum eſſe fatetur per vnum ho-
minem, ſed illum fuiſſe Titium negat, propter
quod ad teſtes recurritur. Si teſtis dixerit Titium
fuiſſe illum: quia vidit ſatis eſt. Idem ſi dixit vidi
faciem eius, ſatis exprimit. Nam Paulus reſpondit
quòd per imaginem recognoſcimur. tot enim Deus
fecit in facié quòd ferè eſt impoſsibile reperire ho-
mines qui in facie omninò ſimilentur. ſecus putò
ſi à tergo dixerit ſe vidiſſe. Huic autem dicto de
viſu derogaretur ex loci diſtantia. Si enim à lon-
ge dixerit ſe vidiſſe, aduertenda eſt diſtantia: vt ſi
eſt tanta in qua ſenſus cõmuniter poſsit decipi, ple-
nam fidem non facit: ſecus ſi diſtantia eſſet modica,
& hoc à noſtris maioribus eſt receptum: & ideo vt
prædicta ceſſent, ſæpe dicto teſtis adijcitur: quia vi-
dit, & præſens fuit: ſed ſi ſimpliciter dicat vidit, in-
tellige de viſione plenaria, quæ eſt de propinquo,
niſi interrogetur vlterius cùm etiam à longe vidiſ-
ſe ſe dicit vt conſueuit apponi loci diſtantia, vel per
menſuram, vel per exemplum alicuius loci diſtan-
tiam vel per menſuram vel per exemplum alicuius
loci notorij, vt ex hoc cognoſcatur an iudex ad fi-
dem adduci debeat: ſed ſi ſimpliciter dixerit à lon-
gè ſe vidiſſe, nec de diſtantia aliquid exprimatur,
eius dicto ad plenam fidem ſtandum non puto.
43 †Huic etiam derogatur ex tempore, quid enim ſi de
b nocte b dixerit ſe vidiſſe. cum enim illo tempore
ſenſus decipiatur faciliter, non putarem ei ſtan-
dum, niſi bene ſe recognouiſſe exprimeretur, vel
ex approximatione multa, vel ex lumine alicuius
44 magni ignis vel lunæ. † Et etiam derogatur ex qua-
litate, quod qualiter fit eſt videndum. quid enim vt
in facto accidit, ſi teſtis dixerit quòd dum in taber-
na tonſoris in ſpeculo ſe aſpiceret, in eodem ſpecu-
lo illum vidit, & Titium fuiſſe cognouit. huic enim
dicto ſtandum non arbitror. illa enim viſio per li-
neam reflexa fit & imago perſonæ multò minor
quàm ſit oculis noſtris cernitur, ſicut ſi multum
perſona diſtaret: ideo non facit fidem niſi ſicut de
diſtantia loci receptum eum. Quod autem dictum
eſt quòd ſufficiat dicere ſe vidiſſe etiam ratione il-
la, non videtur ſubſiſtere. non enim ſufficit videre
ſolum niſi etiam anterior præcedat notitia: de quo
in reddendo cauſam, de cauſa nil dicit. ſed cum nul-
lius dictum intelligi debeat vt loquatur: vt ſtultus.
maximè in propoſito vbi de teſte loquimur, cuius
perſona vt idonea eſt recepta dicendum eſt ſuffici-
entem cauſam reddidiſſe: vt ſic dicendo ſe vidiſſe il-
lum fuiſſe Titium, omnia dixiſſe videatur: quæ ad
ad cognoſcendum, quid ſit Titius requiruntur niſi
interrogetur vlterius, cui congruit quod relatum
eſt ſufficere cauſam dicere. niſi de cauſa etiam fue-
rit interrogatus. Sed ſi † interrogatus fuerit, ſi eum 45
prius cognoſcebat. & qua notitia, reſpondere te-
netur. ſi enim dixerit: quia erat ſuus vicinus conti-
nuus, vel aliter cum eo aſsiduè conuerſabatur, ſatis
exprimit. quòd ſi eum dicit alias vidiſſe ſemel tan-
tum, & leui notitia: & poſtea magnum tempus ex-
ceſsit, tunc plenam fidem non faceret. de facili enim
talis recognoſcendi notitia perditur. vel ex imbe-
cillitate memoriæ recognoſcentis, vel ex mutatio-
ne quæ incognita perſona contingit propter anti-
quitatem ſeu infirmitatem & alios caſus. Sed ſi e-
um in pueritia recognouiſſe ſe diceret, nunc verò ad
ætatem adultam ſeu virilem proceſſerit ille, qui di-
citur cognitus, proculdubio non probaretur pro-
pter mutationem quæ contingit in membris. & hoc
expreſſe ex edicto prætoris de partu cuſtodiendo
colligitur. Iſta enim iudicialis inueſtigationis ſunt
ſecundum cauſarum veritatem. Interdum † teſtes 46
dixerunt quòd viderunt hominem aliquid facere,
quo autem nomine vocetur ignorant. tunc ad iudi-
cem ſpectat illum hominem exhiberi, vt ſi ille fue-
rit cognoſcatur à teſte. Sed & ſi de mortuo homi-
ne quæratur quis ſit, puto ex aſpectu recognoſci. vt
diximus in viuente. nonnunquam tamen in morte
tanta ſit permutatio vt recognitio ſit difficilis ex
aſpectu faciei. tunc de neceſsitate recurritur ad eos
qui partium corporis recognoſcunt ſigna quæ coo-
perta portantur.

ADDITIO.

Titium eſſe. Adde Bar. in l. ſignata. & ibi Ioan. de a
Platea. C. de fra. diffe. libro. 11. & vide concor. per
Fely. in c. ſicut nobis. in 5. col. de re iud. & Iaſo. in l.
non minorem. in fin. C. de tranſact. Tho. Dipl.

Si de nocte. Vide plures concor. per Iaſo. in l. non b
minorem. in fi. C. de tranſac. licet de Bart. hic non
faciat mentionem. & vide Fely. in c. ſicut in 5. colu.
de re iudi. & vide Bart. in l. aut facta. §. tempus. ff.
de pęn. & ibi Alex. in addi. Tho. Dipl.

Qvantitas alia eſt corporis continui per-
manétis perpetuò, vel per aliquod tempus, alia cor-
porum ſeparatorum. altera rei fluxibilis & tranſe-
untis vt qualitas temporis de quo non habemus niſi
præſens. quod enim præteritũ eſt eſſe deſinit. quod
verò futurum eſt nondum eſt. de hoc in tit. de tem-
pore dicetur. Alia eſt qualitas qualitatiua: pruden-
tes enim ſuo ingenio qualitates metiuntur per gra-
dus. vt bonus, melior, optimus, peſsimus, & medio-
cris, & alijs modis diuerſis, & hęc in tit. de relatione
ponemus. De primis ergo duabus inueſtigandum

 eſt

eſt, de qualitate corporis continui quęramus, vel de
linea longitudinis vel latitudinis, vel de ſuperficie
tota vel de toto corpore. hoc autem qualitas quate-
nus ad nos ſpectat, cognoſcitur per menſurationem
ad aliquid aliud: ideò conſtitutum eſt, & de con-
ſuetudine obſeruatur: vt ciuitas ſuas habeat menſu-
ras, & pondera, & ad quas rei quantitas menſure-
tur & diſcernatur; vt puta, pedem, paſſum, cantarũ,
47 modium, ſtarium, & ſimilia. Si igitur † de longitu-
dine alicuius rei quæritur determinatè, vt quot pe-
dum ſit tota longitudo talis rei: teſtis dixit eſſe decẽ
pedum: quia vidit, ſufficientem canſam non red-
dit: quia per viſionem ſolam ipſius rei de hoc certi
non reddimur. debet ergo dicere: quia vidi & men-
ſuraui, vel menſurari vidi. menſurare enim longi-
tudinem & latitudinem communiter omnibus no-
tum eſt. ſi verò de hoc indeterminatè quæratur, po
teſt per viſum ſimplicem cauſam reddere, vt ſi teſtis
interrogatus dixerit rem paruam, vel magnam, vel
mediocrẽ: quia vidit, ſatis enim exprimit. hæc enim
ſatis eſt ab hominibus communiter cognoſcibilis
per aſpectũ in rebus quæ eiuſdem ſpecie ſunt. Idem
ſi dixerit interrogatus de longitudine alicuius rei
reſpondit eſſe decem pedum & vltra: qnia vidit, tan
tum enim poteſt eſſe exceſſus: quòd decem pedum
eſſe ab omnibus qui illud viderunt cognoſcatur.
Idem ſi dixerit non eſſe decem pedum, quia vidit.
48 † De ſuperficie verò tonus corporis menſurandi
tractatur, cùm fundus venditur ad menſuram: &
cum de aliquo pariete quod cannarum ſit quęritur.
vel de tabulis, vel de ædificio ex tabulis compilato
quæritur, quot pedum ſit & ſimilibus. hoc enim
communiter omnibus notum non eſt, ſed conſiſtit
in artis peritia. ideo ſi res de qua quæritur haberi po
teſt per iudicem menſuratoribus committenda eſt,
quod ſi res haberi non poteſt, non eſt credendum
teſtibus qui de rei menſura dicerent limitatè, niſi
eos conſtet in dicta arte peritos, & ſe menſuraſſe,
vel menſurari vidiſſe teſtentur, vt in præcedentibus
eſt de ſubſtantia dictum. Indeterminatè verò de ta-
li quantitate per viſum ab omnibus recognoſci &
teſtificari eſt facile. de toto verò corpore menſu-
rando difficile eſt, ſi quæratur, quoniam corpus
quodlibet per ſuperficiem tegitur, quæ eſt ſecun-
dum omnem eius viſionem, & accedit ad menſu-
ram quæ ineſt ſtante corporis integritate, & eſt poſ-
ſibilis, ſi diuidatur vel perforetnr tũc ſuperficies e-
rit. Eſt ergo neceſſe quòd ipſius corporis quanti-
tas per aliquod extrinſecus oſtendatur, vt contin-
git in his quæ pondere, & menſura conſiſtunt. Si e-
enim quæratur de quantitate maſſæ anri, vel argen-
ti, non de longitudine vel latitudine: ſed de toto
corpore quæritur. & ſi dicatur quòd eſt libra, vel
alterius ponderis, non reſpondetur de qnantitate,
ſed de qualitate ponderis. pondus enim qualitas
eſt: ſed in his rebus quas conſiſtere in pondere dici-
mus hoc euenit vt ex pondere grauiori vel leuiori
maior vel minor quantitas diſcernatur. vnde con-
49 gruè de pondere reſpondetur. † Si igitur teſtis dixit
maſſam eſſe decem librarum: quia vidit, nil probat,
non enim per viſum comprehenditur pondus: ſo-
lum enim ſuperficies videtur poſſe eſſe concauitas
intrinſecus: ſed ſi diceret ponderani ponderibus,
vel vidi ponderibus ponderari, ſatis eſſet, etiam ſi
de ponderibus limitatè non dicatur. pondera enim
& ponderandi modi communiter cognoſcuntur.
Sed ſi diceret quia ponderauit: vel quia ſuis mani-
bus ponderauit, idem puto quia ponderare in vero
eloquio idem eſt quòd ponderibus examinare. ſed
ſi diceret cum manibus tetigi, vel in meis manibus
vel in meis humeris ſubleuaui vel portaui: tunc po-
teſt indeterminatè teſtificari de pondere non de-
terminatè. licet enim per tactum iudicetur de pon-
dere. non tamen determinatè, niſi inſtrumenta pon
deratoria adhibita ſint. ſicut enim ſi † quæratur de 50
quantitate eorum quæ menſura conſiſtunt. vt vini
& olei, & dicatur decẽ lagenas eſſe vel fuiſſe in ali-
quo vaſe: quia vidit, & ita determinatè loquitur:
non probat niſi adijciat: quia menſurauit vel men-
ſurari vidit. ſecus ſi indeterminatè loquitur ſecun-
dum quod eſt in præcedentibus dictum. Aduer-
tendum eſt tamen quòd licet per menſuram totum
illud quod in vaſe menſurato continetur, com-
menſuratum comprehendatur. tamen verè & pro-
priè in vaſe non eſt: niſi illa ſuperficies vini vel olei
quæ tangit ſuperficiem vaſis, cæteræ verò partes vi-
ni vel olei vna ſuper aliam ſucceſsiue in vaſe conſi-
ſtunt, tamen totum in vaſe eſſe dicimus. † In his 51
verò quæ non conſiſtunt in pondere vel menſura.
vel ad iſta non reducuntur, menſuratio totius cor-
poris eſt difficilis, nec poſſet fieri niſi à peritis in ar-
te. oportet enim quòd menſuretur ſuperficies cu-
iuslibet diuiſionis, quæ ſunt ſex, ſcilicet ſupra & in-
fra. ante & poſt: dextra & ſiniſtra. exemplum de
taxillo. Ex his quæ ſit quantitas totius corporis col-
ligitnr. poſſet etiam hic eſſe deceptio ſi intra corpus
eſſet concauitas. Corporum verò † ſeparatorum 52
per quantitatis inueſtigationem ſcire oportet. quia
quædam ſunt corpora ita minima quòd eorum di-
numeratio eſſet impoſſibilis: vt in farina & cinere.
& etiam in cæteris pulueribus. In quibuſdam ve-
rò dinumeratio eſt difficilis, poſſibilis tamen. vt in
frumentis. & in his ſicut in corporibus liquidis per
menſuram vel pondus quantitas cognoſcitur. & e-
tiam in modo atteſtandi eſt idem quod ſupra di-
ctum eſt. Eorum verò corporum quorum numera-
tio facilis eſt quantitates cognoſcuntur per nume-
rum. numerus autem percipi poteſt tam per viſum
quam per tactum. recte ergo dicit teſtis quòd fue-
runt decem aurei: quia vidit. & ſi de materia conſta-
ret, & ſolum de numero dubitaretur rectè dicetur
etiam ſi certus eſſet quòd fuerunt decem: quia teti-
git. & iſta quantitas quæ numerus vocatur eſt ab om
nibus cognoſcibilis.

Dixit testis † vidi tradi decem corbes frumen- 53
ti: eum probare iudicaui. tunc enim ad menſuram
ſe vidiſſe tradi domino, de neceſsitate infertur
quòd menſurari vidit. aliud ſi dixerit ſe vidiſſe tra-
di aceruum frumenti quod erat decem corbes. hoc
enim non dicit eſſe traditum ad menſuram: ſed de-
bet aceruum traditum tantæ quãtitatis exiſtere. hoc
enim viſu determinatè non percipitur, vt traditum
eſt. Idem in ſimilibus.

Vas vini † plenum fuerat, totum conſumpſerat, 54
de eius quantitate quæſtio eſt, ad menſuram vaſis
recurrendum eſt, quod fit replendo eum de alio ad
menſurã. & hoc eſt ab omnibus notum, vel menſu-
rando quantitatem ſpacij vacui: & hoc conſiſtit
in

in artis peritia. qui igitur aliquo dictorum modorum vas viderit menſurari, de quantitate & continentia ipſius rectè iudicat.

55 VICENA † millia paſſuum in ſingulos dies dinumerari prætor iubet. qualiter autem hæc probetur diſtantia dubitatur, dixi ſi vulgi opinione & ſama inter loca certus miliarum numerus nuncupatur illi ſtandum, niſi probetur contrarium. credendum eſt enim illud vulgare & antiquum à certa antiquorum menſuratione ſumpſiſſe exordium. Eſt autem qui poſtulat menſurari illud ſuis expenſis mos gerendus eſt. erit autem hæc menſura facienda pariter ſecundum quod communiter commeatur, ſecundum ipſius longitudinem, & hęc cum de dando ſpacium ad veniendum quærimus. Sed ſi ſuper aliqua locorum diſtantia vel vicinitate quæratur, per directum eſt facienda menſura itinere non attento: & ſi loci diſpoſitio per terram ad menſurandum non patiatur: quia fortè paluſtris vel ſpinoſus erat, per aerem eſt fienda menſura, vt eſt conſtitutum in extrauaganti quæ monaſterium mendicantium conſtrui infra certum numerum cannarum interdicit, quæ menſura fiet cordula per directum tranſducta. eſt enim poſsibilis menſura cuiuslibet diſtantiæ per aſpectum tamen, ſed hoc non omnibus, ſed Geometris tantum, ſi de hoc determinatè loquimur. indeterminatè verò eſt communiter cognoſcibile.

QVALITAS ſine ſubſtantia naturaliter eſſe non poteſt. Subſtantia autem aut corporea aut incorporea. Corporea autem eſt animata: alia eſt inanimata. Animata alia eſt anima rationalis: alia ſenſitiua: alia vegetatiua: alia inanimata. de qualitatibus
56 ergo quarumlibet eſt videndum. Sed † ſubſtātia incorporea eſt Deus in quo cum ſit ſimplex omnino nulla eſt qualitas: & tam ſummas res ad inueſtigandum iuriſtarum non ſpectat intelligentia. Aliæ etiam ſunt ſubſtantiæ incorporeæ. & ſimiliter non ſunt inueſtigationis noſtræ, huiuſmodi etiam ſunt animæ ſeparatæ: quia de his quandoque quæretur in foro ciuili: de cuius memoria damnanda tractatur. hoc autem fit propter ea quæ geſsit in vita. vnde cum qualitas quam habuit in vita diceretur homo propter quæ damnatur memoria doctrina ſumetur. de hoc etiam quæritur cum de aliquo comprobando in ſanctum agitur, tunc enim vita & miracula ſunt probanda, vt ex ſacris canonibus conſtitutum vitam probāre facile eſt. de miraculis vi-
57 deamus. † Miraculum quaſi dicitur admiratione plenum, & eſt miraculum id cuius effectus manifeſtus eſt. cauſa autem eius omnibus ſimpliciter eſt occulta: quia ſolus Deus ſcit vnde quæ à Deo fiunt propter cauſas nobiles ignotas quòd vires noſtras excedunt: ideo miracula nuncupantur. Et ſancti Doct. tradunt hoc tribus modis contingere. Primò circa ſubſtantiam facti, vt quando Deus facit aliqua quæ natura nullo modo facere poteſt. vt quòd ſol ſtet. vt fuit tempore Ioſue. vel quòd homo habeat corpus glorificatum, vt Chriſtus poſt reſurrectionem, & id quod in ſacramento altaris fide cernimus: & iſta in miraculis ſummum gradum obtinent. Secundo quando illud fit quod natura facere poteſt, nũ in illo in quo fit. ſicut reſurrectio mortuorum: illuminatio cæcorum, & ſimilia. poteſt enim natura dare vitam, alias ſecare vitām. ſed non in mortuo. & poteſt præſtare viſum: ſed non tamen in vera cæcitate: & hoc tenet ſecundum locum in miraculis. Tertiò quando illud quod fit natura facere poteſt. ſed non illo ordine: vt quando aliquis virtute diuina ſubito liberatur à febre nullis adhibitis remedijs. vel cum non conſueto proceſſu naturæ panis multiplicatur, poteſt enim homo naturaliter facere panem, ſed non illo ordine. liquet ergo quòd miraculum probari oportet: probando aliquid naturæ alias verè. ita quod vires noſtræ naturæ exceduntur vel in ſubſtantia eius quod fit: vel in ſubiecto eius in quo fit: vel in ordine faciendi: ſed ſi illud potuiſſet per cauſas naturales reduci nō eſſe miraculum: clare probatur: quòd autem Deus fecerit propter inuocationem illius ſancti. probata inuocatione vel voto ad illum ſanctum emiſsis, quibus probatis rectè concluditur illam animam eſſe beatam: quia tamen in iſtis poteſt faciliter eſſe deceptio. iſtud eſt determinationi Eccleſiæ Romanæ reſeruatum: cui ſtandum eſt.

SVBSTANTIAE † animatæ anima rationali quali- 58
tates triplices ſunt, vt iuriſconſultus ſuper edicto ædilium currulium diſtinguit. Aut enim ſunt in anima, aut in corpore, aut in vtroque. In anima verò qualitas quandoque ſupernaturaliter infunditur, vt in ſacramento fidei noſtræ. Sacramentum enim eſt ſacræ rei ſignum. Item ſacramentum eſt in miraculis gratiæ viſibilis forma: vt Sancti Doc. docent. In baptiſmo enim quædam qualitas animabus noſtris infunditur: hæc eſt gratia per quā Chriſtiani dicuntur. Eodem modo in ordine ſacerdotali in anima infunditur quædam gratia quæ eſt quædam qualitas in anima per quam ſacerdos dicitur. Idem in ſimilibus. Si ergo quæratur an aliquis ſit Chriſtianus, & dixerit teſtis quòd ſic: quia vidit eum baptizari: ſatis exprimit, modus enim & verba ſacramenti huius communiter omnibus nota ſunt: ſed ſi probaretur quòd ritum Chriſtianorum ſeruauerit diu in foro noſtro, omnia præſumuntur ſolenniter acta, & ſolenniter proceſsiſſe. Idem ſi dubitaretur an aliquis ſit ſacerdos, debet probari quòd ſecundum ſtylum Eccleſiæ fuerit ordinatus. Idem in ſimilibus. hæc autē Canoniſtis relinquenda ſunt, & Theologis, ad quos magis quàm ad nos pertinet.

ALIAE QVALITATES ſunt naturaliter acqui- 59
ſitæ hominibus de quibus Ariſtoteles facit quatuor ſpecies. Prima vocatur habitus & diſpoſitio ex quibus quis dicitur ſcientificus alicuius ſcientiæ: vt Grammaticus, Phiſicus, vel Legiſta: vel artifex alicuius artificij: vt cerdo, faber, & ſimiles, virtuoſus, vel vitioſus. & iſtæ qualitates ſi quidem de anima faciliter mouerentur, dicitur diſpoſitio. ſi difficiliter habitus: quia habitus acquiritur ex frequentibus actibus. & quanto plus frequentatur, tanto plus ſeu maior fit habitus. Omne enim artificium per exercitium ſuſcipit incrementum, de his ergo qualitatibus probandis videamus.

IVRISTAM † eſſe ſolum vna probatione pro- 60
bare poſſunt Iuriſperiti, quos dicere ſufficit ſic eſſe: quia eum examinauerunt. in hoc enim verbo interrogatio, & reſponſio includitur: & ſic per ſenſum cauſa redditur. Idem ſi dixerit, quia vidit ipſum alle-

allegare legem, & allegationibus reſpondere, vel
aliquem actum qui in alium quàm in iuriſtam non
caderet. Si in cæteris ſpeculatiuis ſcientijs puto idẽ.
teſtis autem qui iuriſta non eſſet coniecturis aliqui-
bus probabiliter demonſtraret. vt quia eum in ha-
bitu aduocatorum vidit incedere, & eum vidit co-
ram iudice aduocare. licet quod dixit ignorat. hæc
enim tantam præſumptionem inducerent quòd ei
ſtaretur, niſi in contrarium doceretur per Iuriſperi-
tos qui per examinationem: ita non eſſe ſicut eſſe
peritum dicitur comprehendunt. & idem in cæteris
ſcientijs. quarto periti ſecundum mores ciuitatis v-
tuntur diuerſo habitu à communi. Et ſi quæratur
an ſit iuriſta. non curatur an magnæ vel paruæ ſuf-
ficientiæ ſit. Si vero determinatè quæratur vt an
iuriſta ſit ſufficiens ad doctoratum, vel ad aliud ſi-
mile. tunc teſtem oportet eſſe eiuſdem ſufficientiæ
vel maioris, quàm ſit ille de quo quæritur: ſecus ſi
eſſet minoris. nullus enim poteſt iudicem certum
reddere de eo quod vires intelligentiæ ipſius teſtis
excedit.

a CERDONEM a † eſſe vel artificem alicuius artis
61 mechanicæ teſtificari poteſt quilibet, cum id opus
quod ex artificio illo reſultat ab illius artis artifice
proceſsiſſe omnibus notum eſt. Si ergo teſtis dixe-
rit Cerdonem eſſe: quia vidit eum exercere dictam
artem, ſatis probat, ſi non interrogetur vlterius.
ſed ſi adiecerit. quia vidit eum operari in illa arte:
non probat: quia præparare corium cerdoni eſt o-
perari in illa arte: non tamen eſt artifex. vt ergo lu-
cida ſit probatio dicat quòd vidit eum aliquod o-
pus facere, quod certum ſit abſque illius artis peri-
tia fieri non poſſe. & hoc cum ſimpliciter an ſit cer-
do quæritur. Si vero quæratur quantum gradum
perfectionis in illa arte quis teneat. vel quantum ar-
tificem illum vnus excedat non poteſt teſtimoni-
um reddi rectè niſi per illos qui ſunt in artificio illo
periti.

ADDITIO.

a Cerdonem. Vide Alex. in l. cętera. §. ſed & quis.
in princ. in 1. col. ff. de leg. 1. Tho. Diplo.

a MERCATOREM a † ſeu negociatorem eſſe non eſt
62 artificium: quoniam ex communi vſu dicitur abſ-
que ſingulari doctrina. & ideo hoc officium appel-
lamus: niſi in hoc alij ſint perſpicatiores alijs, non
ergo mercator dicitur quòd huius rei notitiam ha-
bet: quia ſic omnes mercatores dicerentur: ſed hanc
appellationem perſonæ ex vſu mercandi adijcimus
non ex vſu quolibet. non enim qui propter eminen
tes neceſsitates mercatur mercator dicitur: ſed qui
cum quadam perpetuitate deputauerit ſe ad hoc.
Idem in cæteris qui in officio magis quàm in artifi-
cio conſiſtunt. & ita à legumlatoribus, & à noſtris
prædeceſſoribus eſt receptum. Teſtem enim qui
hoc deponit, cauſam oportet reddere concluden-
tem. prædicta puto quia vidit eum tabernam tene-
re, vel menſam ad hoc, vel quia vidit eum ſic age-
re, ſic contrahere, vt faciunt hi qui mercatores ap-
pellantur.

ADDITIO.

a Mercatorem. Vide Bar. in l. legatis ſeruis. in pr.
ff. de leg. 3. & ibi vide plenè Alex. in apoſtil. ma-
gna. & eundem. in d. l. cætera. §. ſed & ſi quis in 1.
col. ff. de lega. 1. Tho. Diplo.

ALIQVAM EX † prædictis qualitatibus non habe- 63
re quem probatur eo ipſo quòd contrariũ non pro-
batur: ſed ſi conſtet eum ſemel talem fuiſſe: quali-
ter probetur quòd talis eſſe deſierit dubitabile eſt.
puto ꝙ ſi quæratur de his quæ in officio conſiſtunt,
probari oportet, ꝙ depoſuit animum exercendi il-
lud. ex eo tantum talis dicebatur talis eſſe, & durare
præſumitur donec de cõtrario doceatur: quod pro-
babitur ſi expreſſe de eius conſtiterit voluntate, vel
ſi fortè profeſsionem facit in qua negociari non li-
cet. vel ſi tanto tempore mercandi conſuetudinem
dimiſerat quod animũ dimiſiſſe veriſimiliter pro-
batur ad quod quinquennium requiritur, vt reperi-
tur in notarijs Reipublicæ. & etiam in domeſticis
conſtitutum. †Sed ſi de artificijs mechanicis dubita- 64
tur, plus difficultatis habet, quoniam ex habitu &
peritia illius artificij talis dicitur qui habitus eſt de
facili mobilis. maximè cum talia artificia ſic conſi-
ſtant etiam vt in modicis: vt in ſcripturis redigi non
ſit neceſſe: ſed probabiliter dic quòd ſi per decen-
nium deſierit tale artificium exercere quòd artifex
eſſe deſinat. tantę enim tempore obliuionem lex
præſumit vt ſtatuit de poſſeſsione perdenda. †De 65
ſcientijs vero ſpeculatiuis cũ varias & implicitas ha-
beant concluſiones alia inſpectio eſt. Quid enim ſi
ſcholaris in quo nõdum habitus ſcientia firmus erat
vel habiturus erat habitu multum leui ad exerciti-
um armorum ſe tranſtulit, & à ſtudio ex toto ceſſa-
uit, proculdubio per actus tales habitus tales di-
cuntur extincti modico tempore, quod tempus
iudicis arbitrio relinquendum eſt. cuiuſcunque ta-
men fuerit firmiſsimi habitus per decennij ceſſatio-
nem ab actu abſentiæ. & extinctio præſumetur: vt
dictum eſt ex prædictis: ergo liquet qualiter probe-
tur quòd talis eſſe deſierit. poteſt etiam per perito-
rum examinationem probari.

DE VIRTVTIBVS † & vitijs oppoſitis videamus. 66
Eſt autem virtus vt Ariſt. ait: habitus electiuus im-
mediatè conſiſtens quo ad nos determinata ratio-
ne, & vt ſapiens determinabit. Ex eo quòd dicit ha-
bitus. apparet quòd eſt qualitas animæ: de qua nunc
tractamus. Ex eo quòd dicit electiuus, differt ab ha-
bitu alicuius ſcientiæ vel artis qui nõ eſt habitus ele-
ctiuus, ſed ſcientificus, poteſt aliquis aliquid ſcire,
& nolens, & ſic actus ſcire neceſſe nõ eligitur per im
perium voluntatis, quod non eſt in actibus virtuo-
ſis. Ex eo ꝙ dicit immediatè conſiſtens differt à vi-
tijs quæ in extremitatibus aſsiſtunt, vt nil largiri a-
uaritia eſt. omnia largiri prodigalitas eſt. & vtrun-
que vitium tenere medium temperantia eſt, & eſt
virtus. Idem in ſimilibus. Ex eo ꝙ dicit quoad nos
apparet ꝙ ſecundum diuerſas cõditiones perſona-
rum diuerſificatur medium. alia enim eſt moderata
expenſa in nobili & diuite. alia in ruſtico & paupe-
re. & ideo iura hæc moderantur ſecundum nobili-
tatem natalium & patrimonij quantitatem. & idem
de alijs. Ex eo enim quod dicit determinata ratio-
ne apparet quod habitus electiuus debet fieri ad fi-
nem boni. bonum enim eſt debita ratio & cauſa om
niũ. ſi enim fieret in malum finẽ non eſſet virtus: vt
dicetur inferius. †Ex eo vero ꝙ dicit vt ſapiens de- 67
terminabit. apparet hoc commiſſum arbitrio boni
viri: hoc eſt iudicis, qui ſapiens & bonus vir apud
nos eſt, quod meritò dicitur & infrà probabitur.

Appa-

Apparet ergo ex prędictis quòd cum habitus animę
non poſsit probari: niſi per actus extrinſecos quòd
ille virtuoſus probatur cuius actus tales probantur,
qui apud iudicem & bonum virum virtuoſi deter-
minantur. & econtra de vitijs eſt: ſed quia hæc eſt ge
neralis doctrina ſtudioſos certos non reddit. ideo
eſt ad particularia deſcendendum.

68 Virtvtvm † alię ſunt morales, alię Theologicę.
primo moralium quatuor ſunt principales quas
cardinales vulgo appellamus, ſicut eſt hoſtium in
cardinibus: ita & his quatuor omnes aliæ reuol-
uuntur. & ſunt hæ. ſcilicet prudentia: Iuſtitia: For-
titudo, & Temperantia. huius ratio eſt. quia ad rectè
viuendũ primo requiritur in homine recta ratio per
quam inter ſe ſyllogizat: & quod melius eſt cogno-
ſcat: & hic pertinet ad prudentiam. Secundo cogni-
tionem boni debet ſequi operatio. & tunc ſi eſt ad
alterum, & pertinet ad iuſtitiam, quæ ius ſuum vni-
cuique tribuit. Si vero reſpicit operationem prout
eſt inter ſe, tunc prudentia ſola non ſufficit. licet
enim quis cognoſcat quod melius eſt, poteſt eſ-
ſe aliquis appetitus qui contrarietur vt vltra velit.
& vt hic appetitus noxius limitetur eſt neceſſaria a-
lia virtus quæ dicitur temperantia. Quandoque eſt
aliquis appetitus per quem ab eo quod bonum co-
gnoſcit deſiſtit propter timorem vel laborem: & ad
hunc appetitum noſtrum refrenandum alia virtus
neceſſaria eſt. ſ. fortitudo. & hæc vera ſunt & legi-
bus probantur. de qualibet ergo ſingulariter videa-
mus.

69 Prvdentia † eſt vt ait Ariſto. li. 6. Ethicorum:
habitus cum ratione actiuus circa hominis bona vel
mala. Ad quod declarandum ſciendum eſt, quòd
70 ſapientia, ſcientia, & prudentia differunt. † Eſt enim
ſapientia habitus ſpeculatiuus conſiderans cauſas
altiſsimas: & hoc pertinet principaliter ad Theolo-
giam, & Metaphyſicam, quæ Deum, & primas cau-
ſas conſiderant, & de principijs omnium aliarum
ſcientiarum iudicant. & etiam de iſta ad iuriſtas. vn-
de merito dicitur. eſt enim res ſanctiſsima iſta ciui-
lis ſapientia, vt Vlpianus ait. ipſa enim cauſas altiſ-
ſimas conſiderat: quia eſt diuinarum: atq; humana-
rum rerum notitia, & cognitio, iudicat de principijs
aliarum ſcientiarũ. reprobat enim principia omnia
quæ fidei catholicę repugnant, & hac conſideratio-
ne bonus iudex rectè ſapiens dicitur, & cum ad con
ſilium ſapientis recurritur vulgo de iuriſperito in-
71 telligitur. † Scientia autem eſt habitus ſpeculatiuus
demonſtratiuus ratione vera conſiderans cauſas in-
feriores, & hæc ad ſcientias naturales ſpectat. hæc
quidem de vniuerſalibus & neceſſario ſe habenti-
bus hoc nomine ſcientia & iure noſtro attribuitur
per principem in prima conſtitutione ff. orum. &
merito: quia etiam cauſas inferiores conſiderat. nõ
ſolum enim diuinarum: ſed etiam humanarum eſt
cognitio: ſed etiam de vniuerſalibus iudicat. Iura
enim non ad ſingulares perſonas, ſed generaliter
conſtituuntur. ſunt etiam de neceſſario ſe habenti-
bus. leges enim conſtringunt hominum vitas, & eis
omnes obedire oportet. maximè: quia eſt inuentio,
& donum Dei: vt ait Demoſthenes, & retulit Mar-
cellus in l. 2. ff. de legi. Nec prædictis obuiat: quia
mutabilia ſunt per principis imperium, vel alterius
cui attinet: quia etiam iura quæ naturalia ſunt, mu-
tabilia ſunt diuino imperio, vel alterius, cui Deus
conceſſerit: vt in miraculis declaratum eſt. nec ta-
men per hoc minus dicuntur neceſſario ſe habere. † 72
Ars verò eſt habitus ratione naturæ factiuus. vnde
per talem habitum inſpicitur opus faciẽdum, quod
tranſit in materiam exteriorem, vt aliquod opus
domus: liber: & ſimilia, quorum operum bonitas
non conſiſtit in faciente: ſed in opere iſto, quocun-
que enim appetitu bono vel malo artifex opus fe-
cerit ex hoc bonum vel malum non dicitur. ſed ex
ipſo opere, quod nomen etiam iuri per Iuriſconſ.
tribuitur dum dicit, ius eſt ars boni & æqui. & meri-
to, cum iura noſtra vt plurimum actum intrinſe-
cum intuentur, & actum materiæ intrinſecum non
præmiat nec punit. apparet ergo quòd ſecundũ di-
uerſas conſiderationes poteſt ius noſtrum appella-
ri ſapiẽtia, ſciẽtia, & ars, cũ ſit recta ratio ſtabilium,
& recta ratio factibilium. Nunc † ad prudentiam 73
redeamus, quæ differt à prædictis: quoniam pru-
dentia conſiſtit circa particularia. & ea quæ contin-
genter eueniunt, & inter ſe conſiliare & diſputare.
& recta ratione vniuerſalia particularibus congru-
entibus applicare. & hæc eſt vltima diffinitio ſupra
poſita. Eſt enim prudẽtia habitus: & ſic patet quòd
requiruntur frequentati actus. vnde licet conſtet a-
liquem eſſe magnum iuriſtam vel medicum. non
tamen ſequitur ergo eſt prudens iuriſta, vel medi-
cus. ad hoc enim requiritur quòd per practicam
præcedentem habitum fecerint adaptandum vni-
uerſalia particularibus. & hæc recta ratione. Si enim
ſine ratione & caſualiter bene operetur, vel cum
ratione non recta: quia non in bonum finem non
erit prudentia: eſt enim habitus actiuus. & per hoc
intendit quòd non ſit ſpeculatiuus. ſpeculari enim
eſt circa cognitionem vniuerſalium quæ neceſſario
ſe habent. ſed cõſiliari, & diſputare intra ſe ad con-
tingentia pertinent. dicitur enim actiuus, vt diffe-
rat ab arte quæ eſt habitus factiuus. differunt enim
agere, & facere hoc loco: quia factio tranſit in ma-
teriam exteriorem. agere eſt ſecũdum operationem
manens materia. licet Labeo. in tit. de verb. ſignifi.
verbum agere, latius aſſumpſerit. Eſt enim iſte ha-
bitus circa hominis bona vel mala. & ſic circa con-
tingentia. ſcilicet ei & ea bona agentia, & conſeruan
tia, & diminuentia. circa quod etiam ius noſtrũ con-
ſiſtit, & circa mala fugienda, & præcauenda ne eue-
niant. vel ſi euentura ſunt minus lædant. qui ergo ta
lem habitum habet prudens eſt. † Hoc aũt probare 74
per probationes neceſſariò concludẽtes, aut impoſ-
ſibile, aut difficile eſt valde. conſiſtit enim actus
perfectus talis virtutis ex multis quæ ſunt in anima,
& extra ipſam diffunduntur, ex quibus virtus appa-
ret. quæ autem ſunt illa quæ requiruntur in diuerſis
diuerſimodè tradita ſunt, & per diuerſa nomina: ſed
ego ponã eo ordine, & his nominibus quę nobis ma
gis congruunt. dico ergo quòd requirit primo co-
gnitio quæ ſiquidẽ eſt pręteritorum dicitur memo-
ria: ſi pręſentiũ dicitur intelligentia. Secundo requi-
ritur ipſius cognitionis acquiſitio, q̃ quandoq; ꝓce-
dit ex doctrina q̃ ab alio percipitur. & hæc appella-
tur docilitas. quandoq; etiã per inuentionẽ experi-
mentalẽ: & hęc appellatur experientia, & hęc quan-
doq; fit cũ tarditate, & appellatur deliberatio. quan
doq; fit cũ velocitate, & quaſi ſubito. & appellatur
ſoler-

ſolertia, i. facilis, & prompta cooiecturatio. & hoc
ſæpe expeditum eſt. Tertio requiritur vis cognaooo-
nis: vt cooongẽtia adaptentur recta ratione. ad hoc
autem requiruntur tria. Primo vt hæc ordinentur
ad aliquem bonum finem, & hoc pertinet ad proui-
dentiam quæ reſpicit futura. Secundo vt adaptẽtur
circunſtantiæ negocij: & hęc vocatur circunſpectio
per quam prouidetur ne impedimenta occurraot.
Tertio vt euadamus impedimenta ſi occurrent, &
hæc vocatur cautio. & in his etiam cadit vel experi-
entia in ſe vel docilitas ab alio: & ex his dicitur ho-
mo prouiſus, circunſpectus, & cautus. ſi ergo bene
computes nouem ſunt quæ requiruntur memoria,
intelligentia, experienoa, docilitas, deliberaoo, ſo-
lertia, prouidenoa, circumſpectio, & cauoo. Quis
ſit ergo ille io quo omnia prædicta concurraot v-
oiuerſaliter, des mihi, & laudabimus eũ. ſunt enim
multi in quibus prædicta imperfectè concurrunt.
multi. n. ſunt in quibus prædicta perfectè concur-
runt, in quibuſdam ſpeciebus agendorum. & hoc
cognoſcere, ſcire, & probare nobis expediens eſt. &
ideo de his aliquid tangamus.

75 PRVDENS † prudenoa perfectè præſumitur quili-
bet maior, niſi contrarium probetur, quilibet etiam
naturaliter bonũ appetit, cuilibet ineſt ratio ex eo
quòd homo eſt: quia etiam quædam principia ſta-
bilium & agendorum habet, licet non perfectè. Ex
hoc ineſt nobis naturaliter, vt conſultus peritior ei
credatur humiliter, cum ſcriptum ſit, ne initaris pru
dentiæ tuæ. Ideò ad oſtendendum quomodo ſcien-
tia & prudẽtia iuris cuilibet ineſſe præſumitur. Pau.
in ó. debo. poſ. ait, ſcientiam non hanc accipi quæ
viris prudenóbus ſit: ſed eam quam quis aut per ſe
76 habet, aut conſulendo prudenoores. † Prudens ve-
ro perfecta prudenoa ea perfectione quæ in homi-
nibus cadere poteſt naturaliter. poteſt eſſe io qui-
buſdam ſpeciebus agendorum, ex quo diuerſæ ſpe-
cies agendorum dicuntur ipſius prudentiæ. Quæ-
dam enim prudentia eſt circa regimen ſuijpſius, quę
appellatur prudenoa ſingularis ſeu particularis.
Alia eſt prudentia qua regitur multitudo, & hæc
multiplex eſt. Aut enim eſt multitudo coaduoata
ad totam vitã. vt vna domus, ſeu familia: & ad eius
regimen prudenoa requiritur, quæ dicitũr œcono-
mica: ſi vero non ſit coadunata ad totam familiam
ſed ad vniuerſalia. vt multitudo, ciuitas, vel regnũ.
& hæc in principe dicitur prudentia regnatiua. in
ſubditos verò dicitur prudentia politica. Si verò ſit
multitudo quæ congregetur ad certum finem: vt
exercitus ad pugnandum, & ſimilia: tunc dicitur
prudenoa militaris. de qualibet iſtarum aliquid vi-
deamus.

77 PRVDENTIA † particularis eſt cum ad ſui ipſius
regimen quidam prudentes inueniuotur, qui habẽt
ea quæ generaliter ſupra de prudenoa dicta ſunt. Et
notaodum quòd quo ad alios prudens quis eſſe nõ
poteſt: niſi quo ad ſuijpſius regimen prudens ſit.
78 ſed hoc non conuertitur. † Suot. n. aliqui qui quo ad
ſe boni & prudentes ſunt aliorum verò negociorũ
inexpertes. de illis dicitur ſancta ruſticitas ſibi ſoli
prodeſt. quod de Eremitis & alijs viris contempla-
tiuis, & à vita actiua ſeparaós dictum eſt, iſti à tute-
la excuſaotur ſecundum leges, & hi ad prælaturam
ſecundum Canones non promouentur. oportet er-
go epiſcopum eſſe prudentem nõ ſolum literarum
peritia: ſed ſecularium negociorum diſpenſatione.
his io dicendis teſtimonijs multum creditur. ſi ſuot.
n. vitæ laudabilis, nec eorum fides vacillat, huiuſ-
modi autem prudentia quam exiſtimo particula-
rem in videndi & conuerſandi modo probabitur,
& per eum reddere teſtes ratiooem oportet, vt in ſe-
quentibus clareſcet.

OECONOMICA † prudenoa, id eſt, diſpenſatiua ad 79
regimen familiæ pertinet habentem eam diligen-
tem patremfam. appellamus. hoc nobis probãdum
bipartitè occurrit. ſ. vt diligenter ſeu prudenter eſſe
patremfam. ſimpliciter oullius ſiogularis actus re-
ſpectu vel alicuius actus reſpectu. primum occurrit
cum de aliquo creando tutore quæritur, vel de ętã-
tis venia coocedenda. hoc imperiali conſtituoooe
docetur, qua de eo cui ætatis venia eſt conceſſa etiã
cautum quòd idoneis vocatis teſtibus morum ſuo-
rum inſtituta probitateſque communis teſtimonio
honeſtioris vitæ edoceant. quid eſt. n. quòd morũ
ſuorum inſtituta dicit. apparet per actus extrinſecos
prudentes eſſe probatos. Sed quia ex actibus quis
ooo efficitur virtuoſus vel prudeos: niſi faciat eum
retinere mores, vt io diffinitione virtutis, & pruden
tię docuimus, ideo ſubdit probitatem quę commu-
ni teſtimonio vitæ honeſtioris edoceant. Ex vita
enim & conſuetudine honeſta præſumimus eũ mo-
res retinere. E contrario contrarium. ideo cautum
eſt legibus imputandum eſſe contutori, qui eum tu-
torem ſuſpectum non ſecerit, ſi eum malè viderit
conuerſari. Hæc quidem † mihi præcipuè inueſtigan 80
da ſunt. cum Carolus Quartus Sanctiſsimus & No-
biliſsimus Imperator ioter alia multa coonceſſerit:
vt ego meiq; deſcendentes quos legibus doctos eſſe
contigerit, per vniuerſum imperium ætatis veniam
concedere valeamus ſeruata forma quæ legibus re-
peritur inſerta. Quid ergo morũ ioſtituta ſint, quid
honeſtior vita, ioſerendum eſt primo, poſtea qua-
liter probentur mores, licet per loca, & tempora va-
rientur, tamen hoc intelligendum eſt de bonis mo-
ribus. verbi gratia. Labeo dixit ſuper edicto de ioiu-
rijs. † nonnunquam tamẽ dicuntur mores ciuitatis, 81
id eſt, populi ipſius ciuitatis: vt ſunt mores qui vim
legis obtinent: vt conſuetudines quæ pro lege ſer-
uantur. & ad hanc inducendam loci & temporis
curſus requiritur: vt in materia conſuetudinis eſt re-
ceptum. & de his non loquimur in præſenti. oon-
nunquam verò dicuntur mores ciuitatis & ſingulo-
rum de ciuitate hi qui legis vicem non obóoent, &
vitas hominum non cooſtringuot. quilibet enim
ſecundum ſuum placitum ſuam familiam regit,
ſua animalia paſcit, ſuaque prædia colit: & genera-
liter ſuæ rei quis moderator & arbiter eſt. quæ verò
in prædictis à pluribus obſeruantur, illi mores ci-
uitatis dicuntur. Et quod dico à pluribus ſecundum
gradum intelligo. aliter enim diſponenda eſt fami-
lia diuitum & magnatum. aliter mediocrium & hu
milium Iuriſconſult. oſtendit dum de alimentis
pupillo præſtandis tractauit. ſecundum quod ait
morum inſtituta, id eſt, ſolidata & firmata. q. d. ha-
bitum morum qui eſt difficilis mobilis probari o-
portet. ad hoc autem noo longi temporis curſus re-
quiritur. etenim hoc in iuuene. 20. aooorũ. de quo
cooſtitutio loquitur impoſsibile reperiri. ſed hoc
faci-

facile eſt colligi ex conſtitutione principis quæ de
monachis loquitur. ait enim ſi vitium in priori eſt
geſtum vita humana, natura quodammodo labitur
ad delicta: attamen ſufficit ad meliorem purgatio-
nem peccatorum & virtutum augmentum trienna-
lis temporis teſtimonium. apparet ergo quòd ex
moribus trium annorum probatur habitus. ex hoc
edicto enim inducitur virtus. Virtus enim eſt ha-
bitus vt dictum eſt. & hoc verum etiam ſi vitium
præceſsit, quod intelligo niſi magnus habitus vi-
tioſus præceſſerit. Quid enim ſi poſt perfectam æ-
tatem longo tempore vitam geſſerit vitioſam. tunc
talem habitum non puto per bonos mores triennij
emendari: ſed tunc lõgioris temporis curſus requi-
ritur, vt in decurione & curiali volente ad clerica-
tum aſcendere contra ſenatũ vita honeſtiore: & ho-
neſta ititelligo vt ex his quæ in primo relicta con-
82 ſtructione proſequitur. † Oſtenditur hic vnum iu-
ris præceptum, ſcilicet honeſte viuere, quod inter-
pretatum eſt quo ad ſe. hæc autem honeſtas ſpecies
temperantiæ eſt. & ideo ſicut virtutes cęteræ conſi-
ſtunt in medio vtique ſecundum quòd vir bonus &
ſapiens determinabit. & hoc ex multis comprehen-
ditur, ſcilicet ex conuerſatione cum bonis: vt di-
ctum eſt. & hoc ſecundum temperantiam. non e-
nim honeſtum eſſet homini mediocri aſsiduè cum
magnatibus & viris præexcellentibus conuerſari.
nec eorum veſtibus vti. nec nimis delicatis, nec ſor-
didis vtatur: ſed medio quodam: vt vel ſolus, vel
ſociatus mediocriter. tamen ſecundum ſuam condi-
tionem & regionis morem incedat, & quòd potibus
& cibis congruis in qualitate & quantitate & con-
gruis horis ſecundum perſonæ conditionem vta-
tur: & quòd ſit temperatus in lingua. nec luxurię de
ditꝰ: & generaliter nulli notabili vitio ſit ſubmiſſus.
In his vero tota ſecularium vita conſiſtit, hæc pro-
babilibus auctoritatibus probarentur: ſed ita mani-
feſta ſunt quòd probatione non indigent. Appa-
ret ergo probandos eſſe mores reſpectu ad alios, vi-
tæ honeſtatem reſpectu ſui, ſine his œconomica
83 prudentia non contingit eſſe probata. † Ad teſti-
um dicta ſuper his venientes dico, quòd ſi teſtis di-
xerit aliquem eſſe prudentem diligentemque pa-
tremfamil. qui per triennium vidit eum diligenter
gerere negotia ſua, & bene, & honeſte viuere, quòd
ſatis ſufficienter probat. hæc enim diligentia & ho-
neſta vita in communem hominum notitiam ca-
dit. vnde rectè per viſum cauſa deponitur, etiam ſi
actus ſingulariter non exprimatur. nec his obſtat
quòd per triennium continuum teſtis videre non
potuit: quia etiam ſi teſtis expreſsè dixerit continuè
ſe vidiſſe. debet intelligi de illa continua viſione
quæ cadit in ſocium vel vicinum, non quòd omni
momento vidiſſe exigatur. vt Labeo ait in muliere
cui legatur dum cum filio ſuo communiter erit, &
ſi teſtis particulariter interrogatur quos actus eũ fa
cere viderit, debet reſpondere: vt puta: quia vidit e-
um ad modum diligentis patrisfam. ſuam familiam
regere: ſiue prædia colere: fructus congruo tempo-
re vendere. & his ſimilia. & ſi de omnibus actibus
emergentibus in prædictis non expreſſerit, dictum
eorum non vitiatur: & ſi diuerſi teſtes dixerint a-
ctus ad hoc pertinentes vidiſſe, ſingulares non erũt,
vt in ſimilibus à noſtris maioribus eſt receptum.

quanto verò tempore prædicta magis declarantur:
tanto lucidior probatio redditur. in quibuſdam ta-
men puto aliquem eſſe prudentem diligentemque
patremfamil. vulgi opinione probari. vt in caſibus
in quibus receptum eſt ex vulgi opinione probari
quem vergere ad inopiam. vel malè vti ſubſtantia
ſua, & in his ſimilem rationem habentibus. Ex qui-
bus dico quòd ſi omnia quæ requiruntur ad œco-
nomicam prudentiam ſunt probata. Ex aduerſo
docetur † quòd vſurarius eſt. dico ſi aliquid ex ad- 84
uerſo probetur. ſiquidem ſecundum morem ciui-
tatis, in ſeculari perſona ꝓ modico reputatur apud
bonum virum, ex hoc probationem non infringi.
maior enim pars hominum aliquo defectu tenetur.
vt enim in corpore modicus defectus nõ facit cor-
pus iudicare morboſum: vt ſi cum Deus abeſt, ita
nec defectus modicus animæ quo ad nos faciet
quem non prudentem videri: ſed ſi vitium eſt no-
tabile & damnoſum. vt vſurarius: fur: latro: raptor,
falſarius: & ſimilia. tunc ex his redderetur non pru-
dens: niſi ex ſecta vel locorum varietate eſſet aliter
ſtatuendũ. Quid enim de Iudæo creando tutore al-
teri Iudæo qui in omnibus diligens reperitur atque
honeſtus: ſed in hoc deficit: quia infidelis eſt. &
Chriſtianus publicus fœnerator, quę licet apud nos
grauiſsima ſunt. non tamen apud ſectam eorum
nempe ex hoc non reprobatur vt imprudens, hęc ea
lege probari videntur quæ tutorem eſſe permittit.
Quid etiam quod dolenter refero, vt quibuſdam
ciuitatibus accidit, quaſi omnes etiam honeſtiores
publicè vſurentur, oportebit quippe iudicem qui
hunc habet citare tutorem propter duriciem popu-
li, & errorem eorum, & ſemitas impœnitentium ne-
minem reprobare, tamen veniam talibus non con-
cedere. † Cum vero tractemus de aliquo pruden- 85
te & diligẽte alicuius certi actus celebrati, non pro-
pter hominum prudentiam hominem prudentem
probamus, cum prudentia ſit habitus mentis qui ſin
gulari actu non limitetur: ſed propriè tractamus an
actus ſit prudenter ſectus. hoc eſt in quocunq; pru-
dente & diligente. & hoc lex oſtendit. & pro nego-
tijs vtiliter ceptis actiones concedunt. & pro his quę
diligenter geſta ſunt, minorem non reſtituunt. ad
hoc autem requiruntur tria. ſcilicet prudentia: &
circumſpectio: & cautio. prudentia reſpectu finis.
puta vt emat rem ſibi neceſſariam. circumſpectio
reſpectu circunſtantiarum. vt puta res quæ emitur
caſmati vel alteri caſui veriſimiliter non ſubiace-
at, quod non ſit vicinis peſtilentibus confinata
vel ſimilibus. Cautio vt euadantur impedimen-
ta ſi fortè contigerit, vt de euictione ſibi promitta-
tur, idoneè, & hoc à quocunque prudente fieret, &
ſi ex cauſa hoc redundaret in damnum non impru-
dentiæ hoc imputaretur, ſed facto ſiquidem vero
deficeret, factum diligens non dicitur prudens. vt
Vlpianus ſuper edicto de minoribus ait. Quidam
actione negociorum geſtorum agebat, probauit, ſe
aliquod negocium vtiliter & diligenter geſsiſſe per
teſtes qui pro ratione ita eſſe dicunt: quia quilibet
prudens & diligens paterfam. ita feciſſet, ſecundum
mores illius ciuitatis, an ſufficientem rationem
reddiderunt dubitatur. dixi aduertendum: quia
quædam ſunt negocia quæ quo ad omnes homines
illius ciuitatis ſeu quodammodo vniformiter ſe ha-

bent, vt in cultura vineæ fundi oliueti. & ſi de
iſtis quæratur ſufficiens ratio redditur, quando ta-
lis diligentia in communem omnium hominum
notitiam cadit. Quædam ſunt negocia quæ diffor-
miter valde ſe habent, vt emere vel vendere pro a-
lio equum: ſeruum: fundũ: & ſimilia. & in his præ-
dicta ratio non eſt ſufficiens ratio. hæc enim dili-
gentia in communem hominum notitiam non ca-
dit. habet ergo teſtis dicere in ratione circunſtantias
vt iſtud negotiũ appareat ſactum diligenter. vt pu-
ta: quòd equus venditus erat ſenex, vel alium deſe-
a ctum habebat, a propter quem illum vendidiſſet
quilibet diligens paterfamilias vel quòd negocia
quæ gerebat erant magna & diffuſa. vnde quilibet
diligens potius emiſſet equum cauſa viſitandi ne-
gocia quàm continuè conduxiſſet ad vecturam, &
quòd equus ille emptus eſt communi pretio. his ex-
emplis contenti ſumus. Nec prædictis ob. quod ſu-
pra diximus, cum de hominis prudentia ſimpliciter
quæritur, ſufficere ſi teſtis dicat quod congruo tem
pore vidit quem bene & diligenter gerere negocia
ſua. cum enim de hominis prudentia quæritur ſim-
pliciter, ſufficit ſi ſimpliciter cauſam reddit, ſicut cũ
quæritur an iudex ius dixerit, quę notitia in eum ca-
dit, qui actus exteriores viderit, qui pertinent ad ius
reddentem: licet ex his ſit ſorſan aliquis actus ini-
quus. & ſi de actu ſingulari quæritur an in eo ius di-
xerit. niſi omnes ipſius actus & circunſtantias quis
cognoſcat de eo rectè non teſtificari.

ADDITIO.

a Defectum habeat. Vide Alex. in l. de minore. §.
plurimam in 1. col. in addi. quæ incip. dicit. ff. de
quæſt. Tho. Dip.

86 REGNATIVA prudentia † conſiſtit in bene o-
perando in bonum finem, hoc eſt in quietem & bo-
num ſubditorum: non in finem ſui lucri: vel glo-
ria. hæc quidem requiruntur in principe, hoc aſt in
quolibet poteſtatem garente publicè. hoc in quoli-
bet poſito in dignitate præſumitur, niſi contrarium
probetur, & in probando non requiritur perſonæ
examinatin quòd qui circa ſcientiam per examina-
tionem expeditur, circa mores ſecundum canones
87 idoneus præſumitur. † Iura vero ciuilia hanc pru-
dentiam aliqualiter probari exigunt, & quòd ex eo
æſtimatur quòd quis fecit dum in inferiori gradu
conſiſteret. ſi enim indignus quis eſſet inferiori gra-
du indignior eſſet ſuperiori: vt Pomponius reſpon
dit. Eſt etiam conſtitutum vt gradatim à minori-
bus ad maiores gradus perueniatur. hæc enim vide-
tur eſſe neceſsitas. nam gerendorum bonorum non
permiſcua facultas eſt. ſed ordo certus huic rei ad-
hibitus. nam neque prius maiorem magiſtratum
quiſquam niſi prius minorem ſuſceperit gerere po-
teſt. vt Calliſtratus ait. quæ auctoritas oſtendit eo
ipſo quòd quis per gradus præcedentium dignita-
tum tranſiret ad maiores gradatim ad ſequẽtes ido-
neus præſumatur: niſi contrarium doceatur. & hoc
non immeritò. quia ſecundum Ariſtotelem virum
principatus oſtendit. in principatibus enim tot oc-
currunt ardua quorum expeditionem oportet om-
nibus eſſe maniſeſta, quòd iuſtè ad fidem adduci-
mur quòd eſt idoneus, niſi de contrario diſcerna-
tur. Si quis tamen præſumptioni ſoli ſtandum non
putaret, putarem ſufficere ſi per eos qui eis ſuberant
fama bona boni regis pbeatur, nec enim in his ſatis
ad fidem iudicem adducunt: hęc autem præcipue in
quolibet præſide requiritur: vt ſubditis iuſtitiam
ſeruet, bonas leges condendo, & bene iudicando:
quod qualiter probetur in tractatu de iuſtitia dice-
tur. poteſt etiam de vno principe vnus actus nota-
bilis declarari. quòd ex eo ſolo ad fidem adduci-
mur. quòd habeat prudentiam regnatiuam: vt de
Salomone legitur in libro Regum qui in quæſtio-
ne de infante dixit. Afferte mihi gladium. † No- 88
tandum eſt quòd ſecundum diuerſitatem graduum
in principatibus diuerſa debet eſſe prudentia re-
gnatiua. alia enim requiruntur in principe eccleſia-
ſtico, vt in Epiſcopo, quæ ponit Apoſtolus: vt in
ſacris Canonibus declaratur. alia requiruntur in
principibus ſecularibus. & in alijs: & ſecundum di-
uerſitatem graduum diuerſa notaui. In eo vero
qui nunquam gradum dignitatis tenuit, inſpicitur
fortè ſi fuerit conſiliarius vel decurio, ideo conſti-
tutum eſt, vt qui non ſunt decuriones ad honores
non promoueantur. ſi vero nullo modo dignita-
tis gradum tenuit per ſe vel per aliquem aſcenden-
do quaſi impoſsibile eſt probari eum habere pru-
dentiam regnatiuam. quomodo enim poteſt proba-
ri habitus prudentiæ regnatiuæ in eo in quo nun-
quam aliquis actus aliàs præceſsit, cum habitus ex a-
ctibus generetur. veruntamen tunc eſſet ſola diſpo-
ſitio intuanda quæ ex natalibus & facultatibus præ-
ſumitur. & Calliſtratus in titulo de mu. & hono. re-
ſpondit: in hac enim prudentia requiritur perſona
omni turpitudine depurgata. Infamis enim de iu-
re vel facto ad nullam dignitatem vocatur. vt con-
ſtitutum eſt. licet hoc prudentiæ œconomicæ repu-
gnet. poteſt enim tutor eſſe infamis: vt patet ex edi-
cto prætoris in quo tutor infamis ad poſtulandum
pro ſuo pupillo admittitur: † nullus enim ex viliſ- 89
ſimis negociatoribus adiectus ad hibitusque officijs
ſi de foribus & miniſtris vel ex turpibus lucris lu-
cratus fuit aliquam dignitatem habere poteſt. vt cõ-
ſtitutum eſt. Si qua de his probarentur apparet ta-
lem carere prudentia regnatiua & merito. ſunt e-
nim tales puſillanimes, quod vitium repugnat pru-
dentiæ regnatiuæ in qua magnanimitas, & magnifi-
centia requiritur, vt inferius declarabitur. nec puto
in hac prudentia probandum tanti temporis cur-
ſum requiri, quantum & in œconomica dicimus. in
dignitate enim facilius homo cognoſcitur. Sunt eti-
am actus excellentes & notabiles qui cum maiore
deliberatione fiunt. ideo ex his habitus prudentiæ
facilius generatur, & prædicta ſi ſimpliciter quæra-
tur an aliquis ſit prudẽs tali prudentia. Sed † ſi parti- 90
culariter & ſimpliciter quæratur de aliquo actu ſin
gulari facto ab eo qui præſidet, an prudenter ſit fa-
ctum dubitatur. & tunc erunt probandę circunſtan
tiæ vt in œconomica dictum eſt: & manifeſtius in
tractatu iuſtitiæ declarabitur.

POLITICA † ſiue ciuilis prudentia requiri- 91
tur in ſubditis, quæ in hoc conſiſtit, vt in bonum fi-
nem domini operentur. eget enim ciuitas multis ſci-
licet domino cuius prudentia rogatur, eget ſubditis
diuerſarum conditionũ. nam alij conſiliarij regen-
tium, vt ait Pompo. decuriones dicti ſunt, eo quòd
in numero decem eligebantur conſilij publici gra-
tia. & eodẽ modo alij qui alia munera ſubibãt, iſto-
rum

rum actus multum appropinquat actibus regenti-
um. ideo eodem modo eorum puto probare pru-
dentiam: prout dictum eſt de prudentia regnatiua.
Alij ſunt negociatores. alij alia miniſteria artificia
& officia exercentes, hi ſunt omnes actus ad ciuilem
vitam ordinandam. vt in libro conuerſationis ci-
uilis declaratur. licet tamen prædicta ad finem ciui-
lis boni inuenta ſint, tamen homines vtuntur his ad
finem proprij boni ſcilicet, vt propriam ſubſtanti-
am augeant. & ſic ſecundum vſum pertinet magis
ad prudentiam œconomicam. quis ergo ſit prudens
& diligens mercator vel artiſex alicuius negocij eo
modo probandum eſt quo dico de œconomica. aut
de hoc vniuerſaliter quæritur, aut reſpectu certi a-
ctus. & in hoc inſpiciendi ſunt mores ciuitatis ſcili-
cet hominum eiuſdem negocij & artificij, quod ſi
fortè in ciuitate tãtum vnus eſſet artiſex mores eo-
rum intuendi ſunt qui in vicinis ciuitatibus operan-
tur: vt eſt in ſimilibus conſtitutum.

92 MILITARIS † prudentia conſiſtit in bene o-
perando in finem victoriæ ob quietem reipublic.
loquor autem de militia armata, & hæc militia alia
eſt terreſtris. alia marina. Terreſtris, alia pedeſtris,
alia equeſtris, & inter hos alij ſunt regentes, alij qui
reguntur. & regentium quidam ſunt qui preſunt to-
ti exercitui, qui continet multos numeros militum:
alij præſunt legioni, alij cohorti, alii alæ. vt Vlpia-
nus ſuper edicto de infamibus no. & iſtorum preſi-
dentium prudentia ſiue multipliciter ſiue reſpectu
certi actus probanda occurrit. eodem modo pro-
batur quo dictum eſt ſupra de prudentia regnatiua.
Aliorum verò qui regunt prudentia militari ſi pro-
bari expediat, exercitio illius actus probari oportet,
vel in actibus bellicis contra hoſtes, vel in haſtilu-
dijs & certaminibus quæ gloriæ cauſa fiunt in ciui-
tate, per illa acta homines apti redduntur ad arma,
& qui viribus victorioſus extitit, noſtram vocatio-
nem conſequitur. vt Imperator in titul. de athletis
conſtituit. aliorum vero qui in his exercitari non
ſunt prudentia militaris directo probari non po-
teſt, præſumptio eſt tamen quòd in militia equeſtri
præualeant nobiles & alij aſſueti in equis. In mili-
tia verò pedeſtri præualent homines robuſti corde,
& maxime carnifices qui in exercitio gladij & effu-
ſione ſanguinis ſunt experti. & etiam fabri & mal-
leatores qui in actibus percuciendi operam dant aſ-
ſiduam, vt dicit Vegetius de re militari, & etiam Ae-
gidius Romanus de ordine eremitarũ, in libro quẽ
fecit de regimine principum. in vltima parte ſui li-
bri, vbi de re militari multa pulchra tractauit.

OPPOSITA prudentiæ ſunt diuerſarum ſpe-
cierum, ſecundum quod diuerſas ſpecies prudentiæ
93 poſuimus, quę per ordinem proſequamur. † pruden
tiæ quidem particulari quæ ad ſui ipſius regimen
pertinet, opponitur imprudentia quæ contingit ex
ætate vel caſu. Ex ætate, vt in pupillo maximè in-
fante vel infantiæ proximo, quibus cum nec ſe nec
familiam ſuam regere ſciant, datur tutor qui & per-
ſonæ & familiæ ſuę habet curam. In adulto verò
non præſumitur imprudentia talis. ideo non perſo-
næ ſed bonis curator datur. hæc autem ætas quali-
ter probabitur in tractatu de tempore declarabitur.
Ex caſu vero contingit imprudentia in his qui ca-
rent iudicio intellectus: quod contingit in quibuſ-
dam actibus furoris, & dicitur furioſus in quibuſ-
dam: & in quibuſdam non, ſecundum furorem. &
hoc quandoque ex ſenſus defectu procedit: vt ſur-
dus & mutus qui quandoque nihil, & quandoque
aliquid intelligunt. & illi nullo alio nomine ſpe-
ciali nuncupantur. ſed eos mutos vel ſurdos vel
morbo impeditos lex appellat. quandoque ſtante
ſenſus integritate contingit aliquos eſſe dementes,
& hos omnes mente captos appellamus: ſed & ſe-
cundum diuerſas cauſas alijs etiam nominibus nun-
cupantur: vt ſtultus & fatuus. & his etiam datur cu-
rator qui perſonæ & patrimonij curam habet, † fu- 94
rioſus probatur ex actibus: & ſi teſtis dicat quòd vi-
dit eum furere, & actus furioſorum facere, ſatis ex-
primit. ſunt enim tales actus communiter noti. Sed
ſi interrogetur vlterius oportet teſtem exprimere
actus, id eſt, quia ſine cauſa ſtantes ibi vidit percu-
tere, & aſtantes ſine cauſa a fugere. lapides proij- a
cere ſine cauſa & ſimilia. Quid ſi dixerit quòd vi-
derit eum detinere in carcere, vel ligatum funibus
vt furioſum? puto hoc non ſufficere. ſed adminicu-
lari. ſed ſi adderet quòd in vinculis vidit inſania
eum verba dicere ſufficeret ſi prædicta aliquo tem-
pore fecerit ſufficit dicere, ad hoc vt furioſus etiam
hodie præſumatur, niſi aliud doceatur. ait enim lex
ipſum tandiu eſſe ſub cura quandiu ſanitatem rece-
perit. qui ergo dicit quòd ſanitatem receperit do-
cere debet. Sed ſi diceretur quòd alternatis vicibus
in ſanitate fuerit & in furore: & ſic habet dilucida
interualla ſatis erit ad tollendam illam conſequen
tiam legis, ſcilicet quòd hodie furioſus præſuma-
tur. vt reſcripti verba oſtendunt. Sed † an actus de 95
quo agitur in quiete vel ſanitate factus fuerit in du-
bio ipſe actus oſtendit. Quid enim ſi matrem vel
filium vel coniunctum percuſsit? quid ſi contra-
ctum fecit in quo enormiter læſus eſt, certè ipſe a-
ctus oſtendit eum in perfecta quiete non eſſe: & in
talibus Imperator requirit quod actus per eos fi-
ant per interualla quæ perfectiſsima ſunt. Sed ſi
actus fecit quos quiſque diligens feciſſet in perfecta
quiete factus eſſe præſumitur. † Sed an quis furo- 96
rem fingat poteſt dubitari, b fortè ei imputarem b
quandoque propter ſimulatum furorem, vt ciuilia
munera detractet vel euitet. & ideo cauſæ cogni-
tionem adhibendam puto: vt ait Vlpianus in reſcri-
pto prædicto, ſi monitus nec ſubeſt vlla ſuſpicio
matrem ab eo ſimulatione dementiæ occiſam ex
ſuſpicionibus. ergo ſimulatio arguitur & ex vita
præambula. Quid enim ſi homo eſt ſimilia facere
conſuetus: vt ſunt illi quos vulgò camatores appel
lamus. Ex actu etiam ſuſpicio arguitur. Quid enim
ſi inimicum propinquum interfecit. antiquorum
enim relatu percepi in hac ciuitate quendam cupi-
ditate vindictæ fratris occiſi ficto colore demen-
tiæ apoſteraſſe. & demens per biennium commea-
uit inimicumque ſuum interfecit de ſe vt à demen-
te non præcauente. quod de ſuſpicione dico intelli-
go non leui: ſed non de tali quæ ad fidem iudicem
ducat. & in his etiã multum operatur aſpectus & fa
ma. Aliquos † vero imprudẽtes eſſe contingit ex ſen- 97
ſus defectu ſtante mentis integritate, cum enim ad
prudentiam requiratur preſentiũ notitia & memo-
ria pręteritorum: & prouidentia futurorũ. Iſta enim
propter defectum ſenſus in tales non cadũt meritò

& imprudentes curatorum conſilio reguntur : vt mutus & ſurdus. loqnor autem de his qui nutu non percipiũt tantum quod ſufficiat ad rectum iudicium intellectus quos inſanti Iuriſconſul. Metianus in titul. ad Treb. æquiparat. licet ergo nutu intelligant aliqua minima vt ad cibum vel potum pertinentia, & ſimilia, nihilominus imprudens eſt. hoc enim in infanti contingit. Sed ſi mutus & ſurdus nutu vel alio modo ſufficienter perciperet non dicitur imprudens, vt ibidem Metianus ait. & meritò in eo ſufficienter cadunt ea quæ ad prudentiam requiruntur. Quod dico de muto & ſurdo, idem ſi eſſet cæ-
c cus, vel quouis alio modo propter ſenſus c defectum in eum non caderet notitia eorum quæ apud prudentem requiruntur. meritò in lege dictum eſt generaliter curatorem dari his, qui aliquo perpetuo morbo rebus ſuis ſupereſſe non poſſent. iſtorum autem ſenſus defectus qualiter per teſtes probetur in tractatu de ſenſibus dicemus, hos verò non percipere nutu probatur ex eo quod teſtes dicunt vidiſſe quòd cum eis aliquid nutu ſignificabatur, nec voce, nec nutu, nec alio modo reſpondebant, per quem eum intelligere comprehendere poſſunt.
98 † Mente capti verò qui ſtante ſenſus integritate ca-
d rent iudicio intellectus. d quidam ſtulti: quidam fatui appellantur. Stulti dicti ſunt à ſtupore: quia ſtupenda non ſtupent, vel non ſtupenda ſtupeſcunt. Quid enim ſi mortis metus litis vel famæ, vel concuſsionis omnium bonorum immineat: & hæc tanquam non cognoſcens non reſpondere procurat, nec ſtupeſcit. & ſua auferri patitur à quocunq; vel è contra. Quid enim ſi quolibet leui caſu: vt à caſu mortis non terretur, propriè hic ſtultus eſt, & his actibus approbatur. Fatui verò dicũtur à fando: hoc eſt loquendo: quia loquendo ſuam fatuitatẽ oſtendunt, hi probantur per eos qui viderunt eos aliena loqui. & qui per vicos more inſanorum deridentia loquuntur. vt Vlpia. ait in tit. de ædil. edi. & prædicta ſecundum vocabulorum proprietatem. licet in iure quandoq; iſtis vocabulis abutamur. Sed quid ſi multa verba ordinatè proferebant, inter quæ alia fatua interſerunt? certè in illo actu fatuus pſumitur. vt Modeſtinus reſpondit in eo qui in hæredis inſtitutione inſeruit conditionem ſi reliquæ eius in mari proijciantur. hæc autem præſumptio remoueri poteſt perſpicuis rationibus. vt ibidem Modeſt. ait. vt ſi homo erat hiſtrio. vel alias conſuetus ſimilia
e verba proferre, & ad riſum prouocantia e, vel ſi humilitatis cauſa non reputant ſe dignum in Eccleſia ſepeliri talia verba protulit. erunt quippe huiuſmodi perſpicuæ rationes vel probationes, de aliqua dubitatur, an quis ſit furioſus vel mẽte captus morbo perpetuo dixi hoc peritorum medicorum iudicio committendum. vel etiam ſi morbus eum per annum tenuerit perpetuus præſumitur. interim. n. cerebrũ læditur, ꝙ cura redditur impoſsibilis. Huic etiam particulari prudentię opponũtur omnes mali & inhoneſti actus intrinſeci, vel extrin. etiam ſi totaliter non puniantur. ſed eorum inueſtigatio ad iuriſtam non pertinet, ſufficiat quòd de honeſtate
99 circa prudentiam œconomicam diximus. † Opponuntur etiam œconomicæ prudentiæ omnia ea quæ contingunt hanc eſſe ſine illa. Opponuntur etiam omnia alia ſupraſcripta. præſumunt enim legumlatores quemlibet minorem hac prudentia carere. ideò eis tutores vel curatores dant. ex ætate ergo hæc imprudentia præſumitur. Opponitur etiam omnis culpa. eſt autem culpa deuiatio ab eo quod à prudente fieri debet. Culpa alia eſt leuis alia leuior, alia eſt latiſsima ſeu leuiſsima, quæ eſt dolus, alia lata &c. Opponitur etiam prudentiæ omnis ignorantia ex qua reipſa cõtingit deceptio: de qualibet proſequamur per ordinem. Et primo de dolo videamus quomodo opponitur prudentiæ.

ADDITIO.

Sine cauſa aſtantes. Vide per Bar. in l. mutum. ff. a
de acqu. hęred. & in l. nec codicillos. ff. de codicil. cum concor. de quibus per Iaſo. in l. furioſum. in 3. colum. C. qui teſtam. fa. poſ. ver. verum quia. & in l. apud Iuli. §. conſtat. in 2. colum. ff. de leg. 1. Tho. Diplo.

Poteſt dubitari. Vide plenè Iaſo. vbi ponit plu- b
res concor. in l. furioſum. in 3. col. C. qui teſta. fa. poſ. vbi videas. in ver. quid autem ſi non apparet. & Alex. in conſi l. quod incipit ad quęſitum vbi alleg. Bart. hic quod conſilium non eſt impreſſum. ſed in 22. vol. meorum conſi. à Char. 15. & vide Alexan. in conſi. 54. ad quæſitum in fin. in 1. vol conſi. vbi allegat Bart. hic. & vide plures concor. quę ſcripta ſunt ad Bar. in addi. in l. mutus ff. de bon. poſ. furi. de la. & in l. is qui. ff. de tuto. & cura. dam. ab his. & Iaſo. in l. item furioſo. in 3. colum. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Tho. Diplo.

Propter ſenſus defectum. Vide Alex. in l. Idem c
Iulia. §. conſtat. in 1. colum. ff. de leg. 1. & in conſi. 10. in 6. vol. in. 1. & 5. colum. quod eſt duplicatum. in conſi. 141. in 1. vol. & Pet. Co. in conſ. 69. in 1. vol. viſis nonnullis. in 10. col. & in conſi. 73. eo. vol. viſis diligenter. & in cõſil. 209. ſed videatur per totũ. & in conſi. 309. videatur primum. in eo. vol. per totum. & in conſi. 21. viſa dicta repudi. in 2. vol. in 1. col. & per totum. & in conſi. 22. incip. viſis nonnullis. in 4. volu. in 2. col. & ſeq. Tho. Diplo.

Iudicio intellectus. Vide Bal. in l. ſi furioſi. C. d
de nupti. l. humanitatis. in 3. col. C. de impube. & Alex. in conſi. 54. in 1. volumi. Tho. Diplo.

Ad riſum prouocantia. de hoc eſt caſus. in l. qui- e
dam in ſuo. ff. de condi. inſti. & gl. in c. cum autem in ver. Marcellinus. 21. diſt. Tho. Diplo.

DOLVS † omnino eſt oppoſitus prudentiæ œ- 100
conomicæ tam ex parte eius contrà quem committitur: quoniam ex eius culpa ſubſtantia eius minuitur, quàm eius qui committit: quoniam no recta ratione, nec in rectum finem agit. Labeo autem, cuius diffinitio eſt approbata, diffinit dolum malum eſſe omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad decipiendum, fallendum ve alterum adhibitum vt interpretatum eſt. Calliditatem in tacendo. Fallaciam in mentiendo. Machinationem in arte verborum quæ non tacet omnino nec expreſsè mentitur verbis generalibus & æquiuocis loquendo, alium decipere nititur. Committitur dolus aliquando nihil agente eo contrà quem committitur, vt furtum, rapina, & his ſimilia delicta quę in proprium nomen cadunt, de quibus ſuo loco dicitur. Aliquando dolus facit alium facere: quod aliàs facturus nõ erat vel facturus erat, alio tamen modo.
† nunc videndum eſt ſi indiſtinctè quæritur, an 101

aliquis

aliquis ſit doloſus deceptor, vel quouis alio ſimili modo nuncupatus, vnius talis actus probatio ſufficit. ſicut receptum eſt fugitiuum vel furem eſſe qui ſemel fugit, vel ſuratus eſt. Cur autem hęc tam variè quòd ad probationem bonæ virtutis curſus triennij requiritur, ad malitiam vero probandam ſufficit vnus actus naturalis, & ciuilis ratio ſubeſt. iſta enim enormia non ſine multiplici deliberatione committuntur. licet ſemel in actum extrinſecum producantur. ex qua multiplici deliberatione inducitur habitus. meritò ſimpliciter dicitur talis de tali vitio vitioſus cui ciuilis ratio ſubeſt, vt homo ab his committendis deſiſtat. cognoſcens ex vno actu ſaltem de facto diffamare valeat. ſi tamen poſt tale commiſſum bona vita triennalis ſequatur, talis amplius non dicetur, quantum ad prudentiam œconomicam. vt ſuperius dictum eſt. † De aliquo actu particulari ſi quæratur, an in eo dolus ſit commiſſus. dico circa quælibet eorum quæ ſupra dixi ad prudentiam requiri, poteſt dolus committi ad prudentiam, etiam vniuerſaliter loquendo, requiritur rectitudo mentis. ſi ergo ad mentis rectitudinem turbandam aliquid committitur, iſta ſunt perſpicua indicia doli, vt receptum eſt in eo qui vinum album dedit pro aqua vt ſumens ebrius fieret. Idem puto ſi quid aliud tale commiſerit, ex quo mente alienari contingit. Si vero in particulari quæratur, requiruntur nouem, ſcilicet memoria præteritorum, notitia præſentium, experientia, docilitas, deliberatio, ſolertia, prouidentia, circunſpectio, & cautio. Circa quodlibet iſtorum. aut enim quis habet experientiam à ſe, vel eget docilitate ab alio. dico igitur in his quibus quis habet experientiam per ſe, & à ſe, & non cadit dolus: quoniam ſcienti dolus de quo hic loquimur, non inſertur circa docilitatem: ergo dolus ſolum committitur propriè. Sed quandoque docilitas quamlibet dictarum ſpecierum poteſt reſpicere. ideo largè loquendo circa quemlibet dicere poſſumus dolum committi. & ideo aliqua exempla circa quamlibet prout eſt poſsibile inſeramus. Rem aliquam emi à te, de ea aliqua præſentia vel præterita intimaſti quæ vera non erant. quæ ſi ſciuiſſem empturus non eram, vel non tanto pretio. probo ea te dixiſſe & ſciuiſſe & vera non eſſe, probatus eſt dolus, tua enim doloſitate & fallacia me decepiſti, & tui lucri cauſa. Idem ſi procuraſti vt per expreſsionem non veri factam cum alio vt audirem. vel diceretur mihi ab alio mea decipitur notitia: quòd ſi verbis generalibus vſus eſt. vt bonus eſt hic ſeruus, hic expreſsè non dicitur dolus committi. non enim decipitur mea prudentia cum ea particularium notitia requiratur. Idem ſi ſciebas aliquid præteritum vel inſtans de re, nec me certioraſti. cum enim ex natura contractus reddere me docilem tenearis: tacendo: improbato modo verſatus es & meam prudentiam decepiſti: quare ergo taciturnitas eſt probata niſi probetur contrarium. Si probo te ſciuiſſe, probatus eſt dolus. ſicut autem ea quæ dici non debent ex generali locutione non videntur expreſſa, vt dolus videatur eſſe commiſſus. ita enim ea quæ taceri non debent ſi verbis generalibus exprimantur, non videntur expreſſa, vt excuſent à dolo, vt in eo qui ſciebat ſeruitutem deberi dixit. ſi qua ſeruitus emerſerit ſe nolle teneri, vel ſi ſciebat fundum alienum, vel pro alimentis obligatum, hac enim machinatione verborum me decepit. ſi ergo ipſius ſcientia probatur, probatus eſt dolus, niſi ſingulariter contrarium expreſſe doceatur. hoc quidem noſtris legibus comprobatur, de emptore idem. Quid enim ſi cum equum haberem eum à me emiſti pretio cariori, ex hoc nanque præſumitur dolus. Imperator enim conſtituit quòd dolus emptoris qualitate facti non quantitate pretij æſtimetur. quod autem dixi qualitate facti interpretatum eſt ſi emptor falſa dixit de re vituperando eam diſsimulando præſentia, & annunciando futura. Quid enim ſi cum equum in nundinis emiſſem, dixiſti eum mihi habere notum ipſumq́ue pauidum, calcitroſum, vel aliter vitioſum, vel quod certo tempore anni conſueuit infirmari, propter quod tibi vendidi eum, nempe hoc ſi probatur quòd hæc dixiſti, & quod ſciebas hoc verum eſſe, probatus eſt dolus. & hoc cum emptor vituperet ſeu exprimat, ſed ſi laudes rei venditæ tacet vel non exprimit conſideranda eſt regula Vlpiani quæ generaliter loquitur. tunc contrahentem eum improbato more in celando verſatum eſſe. ad officium autem emptoris ſecundum mores noſtros non pertinet rem quæ venditur laudare. tunc ergo dolum non committit. prædicta vera niſi fortè venditorem in rei ſubſtantia, vel aliter enormiter errare viderit. Quid enim ſi ruſticus aurum vendebat pro ære, vel lapidem pretioſum pro vitreo, vel alio vili lapide hoc quippe emendo improbato more verſatus eſt, & dolus eſt, & prædicta quæ circa rem ipſam ſunt: vt qualitas ipſius. Quid enim ſi cum ſcirem rerum magnam copiam euenturam, & ſic ipſarum pretium minuendum, & hoc tibi non indicaui, & ſic pretio cariori emiſti. vel quid ſi ſcirem penuriam magnam futuram propter caſum qui aduenerat mercatoribus qui conſueuerunt portare non tibi indicaui, & à te emi pretio viliori hic quippe dolus nõ videtur. & hoc quippe Thomas de Aquino in ſecunda ſecundæ cum tractat de peccatis quæ occurrunt circa voluntarias commutationes ſic ait. cum in futurum res expectatur eſſe minoris valoris propter ſubuentum negociorum quæ ab ementibus ignorantur. venditor qui vendit ſecundum pretium quod inuenit, non videtur contra iuſtitiam facere, ſi quid ſuturum eſt non exponit. ſi tamen exponeret vel de pretio ſubtraheret abunde virtutis eſſet, quamuis ad hoc non videatur teneri ex iuſtitiæ debito. prædicta vera puto cum tacet. ſecus ſi eius quod ſciebat contrarium aſſerebat. tunc enim eſt mendacium inexcuſabile, quod in dolum incidit: vt declarabitur in ſequenti. & hæc de his quæ ab aliquo contrahentium proferuntur. ſin autem tertio ſtatim ſubiungam eum cui mutare volebam affirmaſti idoneum eſſe cum non eſſet. an dolum dicaris committere? reſponſum eſt non teneri de dolo: quia hæc actio non datur niſi ex magna & euidenti cauſa. & niſi ex perſpicuis probetur indicijs. vt ſi probetur de hoc ſciuiſſe non idoneum eſſe: tamen lucri cauſa idoneum affirmaſti: vt Caius ait. tunc autem lucrum intelligitur ſi tibi illam pecuniam ſoluturus erat, vel erat tecum aliquando contracturus. cum enim ſimpliciter dico quem idoneum, etiam ſi cum pauperem

ſcio excuſor: quoniam ſecundum multos pro bo-
nis maioribus reputatur ne illius detegatur pauper-
tas. vnde improbato more verſatus non eſt. & ſic
excuſabile eſt. Sed eo quod inde commodum ſpe-
ctat mendacium inexcuſabile eſt. Item ſi te ingeſsi-
ſti ad hoc dicendum cum de hoc non eſſes interro-
gatus. non enim eſt excuſabile quod quis ad menti-
endum ſe ingerat. cum etiã alius eo ipſo quòd ſe in-
gerit ſuſpectus reddatur. Item ſi in finibus aſſeuera-
tis non ſtetiſti, ſi interrogatus vel non vltra proceſ-
ſiſti dicendo quòd hoc nõ habebam inueſtigare ab
alio. hic enim improbato more verſatus eſt. & tale
dictum ſecundum mores bonos culpabile eſt ma-
gis quã laudabile. me enim impediſti ab alio fieri
docilem. Item ſi cum aliquis ſe diceret Titium cum
eſſet Sempronius, & tu ſciens affirmaſti. licet enim
excuſabile ſit ſi eius paupertatem uon detegas, non
tantum excuſabile eſt eum alium eſſe affirmes,
quàm ſi tacendo vero tertius dolum non commit-
tit. non enim cogebatur ſe rei quæ ad ſe non perti-
nebat immiſcere: ſed loquendo ambiguè æquè do-
lum committeret. ex quo enim ſuo dicto cœpit ali-
103 um inſtruere clarè loqui debet. † Super prædictis
ad dicta teſtium deſcendamus quandoque aliquid
dixiſſe probatur per teſtes qui audiuerunt: ſcientia
enim alicuius qui aliquid audiuit, tacuit, vel obſcurè
locutus eſt cum maiori difficultate probatur, cum
facti ignorantia regulariter præſumatur. Quan-
doque tamen ſcientia directò probatur: vt ſi affir-
mauerit ſeruum fugitiuum non eſſe, & equum non
eſſe calcitroſum, probatur per teſtes qui dicunt ſe
vidiſſe quòd ſeruus ſe præſente, vel illo fugit, & e-
quus eo præſente calcitratus eſt, & ſimilia. Quan-
doque iſti teſtes de viſu haberi non poſſunt, tunc
ſcientia aliter vehementioribus probationibus pro-
bãda eſt: vt ſi ſeruus de quo aliquid affirmauit ſuus
domeſticus fuerat per tempora, ſi equũ de quo af-
firmauerat tenuerat, & recalcitrauerat, vt receptum
eſt in tutore qui ætatem & conditionem pupilli, &
conſanguineus conſanguinei ſcire præſumitur. Itẽ
ſi ei fuerat dictum, & denunciatum per epiſtolam,
vel erat de hoc fama in vicinia: vt conſtitutum eſt
in tutore, qui iſtis modis ſcire ſe eſſe tutorem datũ
probatur. Item illud probabimus in volente adi-
re hæreditatem: quia iſtis modis probatur ſcire quẽ
mortuum eſſe ſe inſtitutum, & ſimilia. & hoc cum
probanda eſt ſcientia alicuius quod fuit in eſſe. Sin-
autem tractaretur de probanda ſcientia alicuius
quòd non fuit in eſſe. vt ſi volo probare te ſciuiſſe
quòd ſeruus non erat cæcus: vel quòd liber non e-
rat corruptus: tunc ſiquidem eſt talis negatiua quæ
per viſum, vel alium ſenſum percipi poteſt: ſube-
runt omnes modi probandi quos diximus: aliàs
ceſſaret modus ille quo per ſenſum probatur cæte-
ra locum habere.

104 † Supereſt aliud: quia eo ipſo quòd conſtat non
eſſe vel fuiſſe id quod aſſeueratum eſt. apparet aſſe-
uerantem dolo feciſſe. nulla enim ſubeſt cauſa qua-
re non dixerit propria malitia niſi aliquid ad doli
excuſationem probetur, hoc loco ſubiungendum
eſt, quòd ſcientia alicuius tripliciter ſumitur. ſcire
enim dicimus rem per cauſas cognoſcere, vt in ſcien
tijs contingit. dicimus enim aliquid eſſe: quia per ra
tiones illius ſcientię ſic demonſtratur. & in his do-
lus faciliter excuſatur, & difficiliter probatur. ſi e-
nim iuriſta aliquid conſuluerit, vel medicus, & ap-
paret contra veritatem dixiſſe, non pręſumitur do-
lus commiſſus, poteſt enim in his quę de facili erra-
re. & poteſt moueri rationibus apparentibus nõ ex-
iſtentibus. niſi probaretur corruptus pecunia, vel
précibus. vel quòd dixerit cognoſcere ſe facerę con-
tra iuſtitiam, vel ſi aliqua perſpicua indicia ſupereſ-
ſent. Secundo modo dicimus ſcire ea quorum noti-
tiam habemus ex ſenſibus noſtris: videlicet viſu, au-
ditu &c. & in his dolum vehementer opinamnr: vt
quòd eſt nobis ab alio nunciatum: vel quòd fama
percipimus per hanc ſcientiã dolus quandoq; pro-
batur: quandoq; excuſatur. Quid enim ſi dixi tale
quid eſſe quod non eſt. ſi probo mihi pronunciatũ
fuiſſe, vel famam eſſe excuſabor. & prędicta legibus
comprobantur. & aduerſus eam partem prudentiæ
quæ deliberata dicitur docilitas, dolus cõmittitur:
vt ſi cũ deliberare vellem de adeunda vel repudian
da hæreditate aliquis mihi perſuaſit vt repudiem:
quoniam ſoluendo non erat, vel vt opòrteret talem
ſeruum cum melior in hæreditate non eſſet, de de-
lo tenebitur ſi callidè fecit: vt Vlpianus ait.

† Qualiter autem probetur quòd callidè fecerit, 105
probatur ex his quæ dicta ſunt aduerſus ſolertiam
dolus committitur. vt ſi cum ad iudicium pergerem
iturus in termino aliquid intimaſti. aut dixiſti ali-
quid propter quod non habui neceſſe ire, cum verũ
non dixeris, dolum commiſiſti. tua enim calliditã-
te meam ſolertiam impediuiſti aduerſus prudentiã
quæ futura reſpicit. certè poteſt dici ꝙ dolus cõmit-
titur, cum circa præterita, vel præſentia quis menti-
tur. ex hoc enim ex prouidentia futurorum quis de-
cipitur: ſed ſi nullo dicto de præterito, vel præſenti
mihi perſuaſiſti vt aliquid facerem vel non face-
rem, ſiquidem in aliquam delicti ſpeciem caderet
ex qualitate facti quod perſuaderet dolus probatur.
ꝙ ſi in delictum non caderet: vt ſi perſuaſiſti quòd
ante tempus fructus venderem vel non venderem:
quia ſic tibi melius videtur: ego tibi credidi, cum ta-
men eſſet deterius hoc idem cum difficultate dolus
probatur: nam an ſic putares cum perſuaſiſti ſolum
ex tua deliberatione conſiſtit quæ potuit decipi ſi-
cut in ſpecialibus dictum eſt. Probandi ergo modus
hic erit idem qui ibi, & eadem aduerſus circumſpe-
ctionem, & cautionem dicenda ſunt. fraus quid ſit
poteſt dubitari: ſed Labeo per ti. de pactis. ait ꝙ in-
eſt dolo fraus. quod variè interpretatum eſt. † Qui- 106
dam enim dicunt quòd dolus eſt genus. fraus eſt
ſpecies. ſcilicet quando mei cõmodi cauſa commit-
to alij quod dolus quãdo re & conſilio. fraus quan-
do re tantum. in hoc videtur magis gloſatores incli-
nare. huic etiam aſſentit Tho. de Aquino dicens ꝙ
dolus committitur ſiue per verba, ſiue per facta.
fraus verò per facta tantum: cuius teſtimonio ſtan-
dum eſt. Sed aduertendum puto quòd interdum
fraus ſumitur pro ſpecie diſtincta à dolo. nã ad do-
lum requiritur, quòd fiat contra aliquam perſo-
nam: vt patet ex eius diffinitione. ſcilicet ad decipi-
endum alterum. fraus etiam ſi non contra perſo-
nam ſed legis pręcepta principaliter fit, vt cum fraus
legi fieri dicitur: ſed quandoque contra perſonam
dolus eſt genus. fraus vero ſpecies eſt. licet iura
quandoq; iſtis vocabulis abutantur. ex dictis autem

107 & alijs dicēdis modum probandi lector inueſtiget.

a LATIOREM † a culpam dolum eſſe Proculo diſplicebat, Celſo veriſsimum viſum eſt, cuius ſententia approbata eſt: quidam tamē à ſignificatione verborum ſine cauſa recedentes exponunt latiorem, id eſt, latam dolum eſſe, id eſt, dolo comparari: quod nec menti nec verbis congruit. eſt ergo hic latior culpa dolus: ſcilicet præſumptus. Differunt ergo à dolo ſicut manifeſtum à præſumpto. Exemplum ponit Celſus, ſi rebus depoſitis adhibuit eandem diligentiam quam in ſuis. ex varijs autem legibus varia colliguntur exempla: quorum pauca referam. Dicit ergo Vlpianus in titul. man. dolus eſt ſi nolit proſequi quod proſequi poteſt, aut ſi quis non exegerit, quod exigere poteſt, aut ſi quis nolit ſoluere quod exegit. & Paulus reſpondit in tit. ad l. Falcid. dolo carere non videtur qui controuerſia hæreditatis mota legata ſine cautione dat. licet autem omnis
108 dolus probetur ex præſumptione & indicijs. † ille tamē dolus dicitur manifeſtus, de quo ita claræ præſumptiones habentur quòd iudex in claram & perfectam fidem deducitur. quando autē præſumptiones ita claræ non ſunt: aliqua tamen apparent indicia, dolus præſumptus dicitur, qui idē eſt quod culpa latior, hic dolus præſumptus nō ſufficeret ſi criminaliter ageretur: quoniam probationes tunc requiruntur quæ ſunt luce clariores. Ab hoc dolo præſumpto excuſatur minor: vt in titu. de eden. receptum eſt, licet non excuſetur à manifeſto. hic dolus ſicut leui præſumptione inducitur: ita præſumptione leui tollitur, vt præſumptus dolus non dicatur. Quid enim ſi res ſuas precioſiores rebus depoſitis prætulit? excuſatur: vt in ti. man. receptum eſt. Item ſi res proprias prætulit communibus non eſt dolus præſumptus: propter ius enim quod in rebus communibus habebat nō eſt præſumptio quòd eas doloſè perire pateretur: vt in titulo. familiæ erciſcundæ, receptum eſt. Circa prædicta autem in modo probandi inſiſtendum non eſt: quoniam ex ſe patet, & clarius patebit in ſequenti.

ADDITIO.

a Latiorem. Vide Bart. in l. quod Nerua. in 3. & 4. col. & ſeq. ff. depoſi. & ibi vide apoſtil. in ver. culpa. Tho. Diplo.

109 LATA culpa † a eſt deuiatio indeliberata ab ea
a prudentia quæ ineſt communiter omnibus qui ſunt eiuſdem inſtructionis & profeſsionis. ideo autem dicitur deuiatio generaliter: vt comprehendat deuiationem ſiue faciendo ſiue omittendo. & quod dico indeliberata ad differentiam doli dicitur, qui ex deliberatione manifeſta vel præſumpta committitur. Ex eo quod dicitur quòd ab ea prudentia apparet quod prudentiæ opponitur. Ex eo quòd dicitur, quæ ineſt communiter omnibus differt à leui, leuiori, & leuiſsima: vt patebit inferius. quod verò infrà dicitur qui ſunt eiuſdem conditionis & profeſsionis, adijcitur propter latam culpam quæ committitur ab aliquo in aliqua arte perito, cuius experientia cōmuniter omnibus non ineſt qui ſunt eiuſdem artis: dicitur autem lata culpa quæ eſt manifeſta & publica, & omnibus patet: vt Paulus de verbo. ſigni. proponens ait. Latæ culpæ finis eſt non intelligere quod omnes intelligunt: vel poteſt dici lata culpa, hoc eſt ampla & magna. nam vt Vlpianus ibidem ait lata culpa eſt negligentia nimia nō intelligere quod omnes intelligūt: et etiam hoc ſenſu hic aſſumimus. Iſta enim eſt culpa magna. maior eſt culpa latior. maxima eſt culpa dolus. non enim poteſt maior culpa eſſe, quàm ea quæ ex vera deliberatione committitur. † Hæc autem culpa lata poteſt 110
cōmitti contra quamlibet prudentiæ partem. Quid enim ſi quis ignorat præſentia vel præterita quæ communiter omnes ſciunt? vel quid ſi prudentes non conſuluit de eo de quo omnes communiter aliorum conſilium quærerent? vel quid ſimile fecit, latam culpam dicemus eſſe commiſſam. committitur enim hæc culpa in faciendo quod fieri nō debet: & in non faciendo & in omittendo ſeu negligendo quod fieri debet committitur. de quibus aliqua inſeramus exempla. † In faciendo quidem ex- 111
empla ſunt multa. qui mea gerebat negotia domum ædificauit. nec legum formam ſeruauit, lata culpa eſt, & probatio manifeſta. Conductor pullum nimis & præmaturè onerauit, vnde mortuus eſt, lata culpa eſt. probabitur autem hæc per homines qui talis animalis miniſterio vtuntur. pullos enim communiter ante dictum tempus non ſunt ſoliti onerare. & hoc per teſtes qui dicunt quòd ſic viderant onerari per homines dictæ conditionis. In modo enim faciendi ſciendum eſt quòd de factis quæ habent cauſam permanentem ex aſpectu præſenti. poteſt de maleficio præterito iudicari: vt quod murus ſit malè factus, vel domus malè compoſita: vel liber malè ſcriptus: & ſimilia: & ſic teſtes poſſunt dicere malè factū eſſe illud opus: quia illud viderunt: & quia communiter homines illius conditionis & artis à tali defectu abſtinere viderunt: vel dicunt quòd viderunt communiter homines illius artis ſic operari, quòd opus in tale vitium nō incideret. Sed ſi dixerit teſtis quòd omnes homines illius artis à tali vitio vidit abſtinere: & videtur quòd falſum aſſeruit: quia non potuit omnes homines illius artis videre: ſed eius dictum ſuſtinendum puto vt intelligatur oēs quos vidit operari, exemplo Iuriſconſulti, qui volens probare quòd liberorum educatio ſit iuris naturalis, rationē adiecit dicens. videmus enim animalia huius iuris peritia cenſeri. conſtat enim quòd non omnia animalia viderat. & quod ait in tit. qui ſatiſda. cog. inter omnes ſcilicet de hoc interrogatos. & plura ſimilia. Diceret aliquis. potuit vidiſſe paucos. ſed hoc non contingit in artibus quæ in ciuitatibus multum frequentantur. In his verò quæ rarò non probarentur. in his verò habent cauſam tranſeuntem. contingit etiam quòd ex præſenti notitia poſſunt multa facta præterita iudicari: vt ſi menſor certum agri modum retulit eius cuius culpa poteſt ex præſenti experientia demonſtrari. Idem in eo qui per ſeruum imperitum ſcidit vel vineam imperitè putauerit. nam infra certum tempus poteſt imperitia facti præcedentis detegi. & ſic ille erit modus probandi quem dixi. Quædam verò facta ita pertranſeunt vt ex nulla præſenti notitia poſsit de præterito iudicari: vt ſi equum tibi commodatum currere vel ſaltare plus ſolito coegiſti, vltra id quod cōmuniter homines illius conditionis feciſſent: tunc per teſtes qui actum viderunt eſſet probandum. Quædam autem in faciendo modo dixi hanc culpam

committi poteſt cõtingere reſpectu loci, temporis,
perſonæ.& omnium qualitatum quas circa delicta
Iuriſconſultus dixerat, quæ per ſingula explicare
112 longiſsimum eſſet nec expediens. † Quoniam dictũ
b eſt *b* in hoc libello qualiter probentur omnia quæ
requiruntur, ad hoc colligitur omittendo ſeu neg-
ligendo committitur lata culpa. hæc autem negli-
gentia ſenſu non percipitur. ideo non ſufficeret te-
ſtẽ dicere: quia vidit: ſed oportet aliqua facta dici
ex quibus iudex de negligentia iudicet. oportet au-
tem per negligentem omitti id quod communiter
homines illius conditionis non omiſiſſent. hæc au-
tem negligentia ex his quæ præſentia ſunt probatur
recte commiſſa. per totum enim annum ex vineæ
aſpectu cognoſcitur ſi putata non fuerit ex multi-
tudine ſarmentorum. vel ſi prædium cultum non
fuerit agnoſcitur ex multitudine herbarum & ſpi-
narum. communiter autem omnibus ineſt hęc pru-
dentia: vt vineæ putentur, prædia colantur. hoc ita-
que tam notum eſt quòd probatione non indiget.
poterit ergo teſtis dicere, vidi eam non putatam,
agrum non cultum iſto anno: quia vjdit, ex hoc e-
nim ſola negligentia coloni qui in latam culpam
cadit comprehenditur. Quædam verò negligentia
ex aliquo præſenti comprehẽdi non poteſt. & quo-
niam neceſſe eſt per teſtes de viſu probari: vt ſi do-
mum omiſiſti claudere, & fures ingreſsi ſunt. vel ſi
certa hora & certo loco venire debuiſti quod face-
re omiſiſti. poteſt idem probari per teſtes qui illa
tota hora ſteterunt & viderunt quòd non veniſti.
nec venire potuiſſes quin te vidiſſent. Interdum la-
titudo loci vel temporis non patitur. vt per teſtes
de viſu te non veniſſe probari poſſet. quid enim ſi
debebas venire Peruſium, quis enim per viſum com
prehendere poſsit te non veniſſe in tam lata terra:
vt ſi eſt lata terra, vel quid ſimile, infra annum ve-
nire debeas certo loco vel aliquam impoſitionem
ſoluere. & hoc modo occurreret quòd duo illo lo-
co toto anno ſtetiſſent. tunc enim difficile eſt. tunc
autem alius modus probandi videtur inuentus ſi
fortè inde publicus confectus eſt liber omnium ve-
nientium, vel omnium ſoluentium, in quo talis nõ
reperitur. poterit etiam probari per illos qui in ci-
uitate illa explorauerunt à perſonis qui ſcire hoc
debebant. & in locis in quibus veriſimiliter venire
debebant, & non reperitur eum veniſſe, probatum
eſt eum non veniſſe: vt Pomponius reſpondit. Si
Lucius Titius ante chalen. in Italiam non venerit
decem dare ſpondes, vt non ante peti poſsit quàm
exploratum ſit, nec veniſſe, nec venire poſſe, cui
congruit quod eſt receptum ſic probari quem non
eſſe ſoluendo, ſcilicet per diſcuſsionem, vtique diſ-
cuſsioni locum eſſe iura conſuluerunt. cum aliter
probari non poſsit ad iſtas coniecturas recurri ne-
113 ceſſe eſt. † pone aliquem negligentem infirmo me-
dicum non adhibuiſſe. hæc culpa lata eſt. probabi-
tur autem per aſtantes & vicinos, cum medicus de
facili ad infirmum non vadat, quo minus per vici-
nos nõ videatur, ſi infirmitas fuerit longa. ita quòd
neceſſe fuit per medicum viſitari ſæpius, etiam per
medicos ciuitatis poterit iſta negligentia probari ſi
ſingulariter dixerit dè ſe nõ vidiſſe veniſſe. hi enim
magis de facto ſuo interrogãtur quàm teſtificentur.
c Dicet aliquis *c* non ſufficit probare medicum non
eſſe adhibitum. forſan enim non erat in ciuitate, ni-
ſi hoc probetur, dico in ciuitate & locis in quibi eſſe
prȩſumitur copia medicorum peritorum legibus &
canonibus comprobatur. In alijs autem locis ad hãc
neglig ẽtiam arguendam probari debet ibidem me-
dicum fuiſſe qui poterat adhiberi: argu. eius quod
Vlpia. ait, tunc imputari ſocio ſi alij non commiſit,
cum enim abſuturus fuerit facilis erat per alium ſo-
cietatis adminiſtratio prædicta exerceri poterat. &
hoc ſi perſonæ conditio, & quantitas patrimonij re-
quirebat vt medicus etiã ex vicinis ciuitatibus quæ-
reretur. †Similis dubitatio oritur vbicunque neg- 114
ligentia aliter arguitur in eo quòd perſonam vel
rem aliquam non adhibuit. vbi neceſſe erat, & hoc
cum de culpa in aliquo certo actu adhibita quæri-
tur, contingit interdum quæri ſimpliciter an ali-
quis ſit negligens, deſidioſus, culpabilis tali culpa
quæ in latam culpam cadat, hi ſunt qui licet ex ſer-
monibus mentis compotes videantur, tamen fu-
rioſi faciunt exitum. quibus tanquam prodigis da-
tur curator: vt diuus Pius reſcripſit. & Vlpianus in
titul. de tuto. & cura. retulit. Hi propriè prodigi nõ
ſunt: quoniam prodigalitas in expendendo conſi-
ſtit. nec propriè appellantur deſidioſi ſeu negli-
gentes: quoniam hæc culpa etiam in faciendo com-
mittitur: vt nimia ſæuitia in ſeruos, vel nouas & pe-
riculoſas negotiationes inchoando, talem enim di-
cimus culpoſum. ad hoc igitur vt huic culpoſo &
prodigo curator detur, probari oportet ſic malè
tractare eum negotia ſua. quod niſi ſubueniatur ei
deducetur in paupertatem. vt eiuſdem principis re-
ſcripto continetur. ſiue hoc faciendo, ſiue negligen
do oſtendat. Pone enim aliquem ſolum in neceſſa-
rias cauſas expendere, tamen ob hoc pecuniam ſub
vſuris accipere, & prædiorum ſuorum culturã neg-
ligere. ſuosq; fructus pati marceſcere potius quàm
ſuo tempore vendere, pro alijs fideiubere incautè,
impoſitiones publicas non ſoluere. ex quo in gra-
ues pœnas incidit, & ſimilia. iſta quidem propriè ad
prodigalitatem non pertinent. ſed magis ad impru-
dentiam quæ poteſt culpoſitas nominari.

ADDITIO.

Lata culpa. Vide Bar. in l. quod Nerua. in 5. col. a
ff. depoſi. & ibi apoſtil. Alex. in ver. culpa. & Alex.
in l. item quærit. in prin. ff. pro ſocio. in duobus lo-
cis in additio. Bar. Tho. Diplo.
Quoniam dictum eſt. Not. Bartol. hic qui ponit b
quæ requirantur ad proban. negligentiam: & adde
eundem Bartolum in conſilio 102. cariſsime domi-
ne. & ibi ſcripſi in additio. & vide Felin. in cap. ſi ti-
bi in 2. colum. de reſcri. & Gl. in cle. fin. in ver. ne-
gligentia. de religio. domi. & cui culpæ aſcribatur
negligentia. vide Bart. in l. ſi mora vbi doc. ff. ſolu.
mat. & no. in l. 2. in Gl. fi. C. de arbit. & in l. ſi ſer-
uum Stichum. in prin. in Glo. in ver. in non facien-
do. & ibi per Bar. ff. de verb. obl. & vide Gloſſ. in c.
quæſitum. de pœni. & remiſ. Tho. Dip.
Dicit aliquis vide Bar. in l. 1. in fi. prin. in proce- c
ſſorum. & in l. itemq;. ff. pro ſocio. & Saly. in l. hac
edictali. §. is illud. C. de ſecun. nup. Tho. Dip.
LEVIS *a* culpa † quæ prout propriè ad iuriſtam a
pertinet, diuerſimodè conſideratur. aliter enim ſu- 115
mitur in rebus alienis ſeu alij debitis, aliter in re-
bus communibus incidenter, aliter in communibus
ex con-

ex conuentione. primo modo leuis culpa eſt deuia-
tio indeliberata ab ea prudētia quæ ineſt diligenti-
bus hominibus qui ſunt eiuſdem cōditionis, & pro-
feſsionis. quod Paulus volena oſtendere cum dictū
eſſet in pignoratitia actione venire, & dolum, & cul
pam, ſubiunxit hæc verba. Ea igitur quæ diligens
paterfamiliàs ſuis rebus præſtare ſolet à creditore
exigitur: & idem in tit. ad l. Aquil. ait culpam eſſe
quòd cum aliquid diligenter prouideri potuit non
eſt prouiſum. per hoc dico quod ab ea prudētia quæ
ineſt diligentibus differt lata culpa. per illam enim
deuiatur à prudentia quæ communiter ineſt omni-
bus. per hanc autem ab ea quæ requiritur in diligen-
tibus, & expertis hominibus illius conditionis. cæ-
tera diffinitionis verba expoſita ſunt in præcedenti.
Contingit autem hanc culpam committi circa om-
nes prudentiæ partes tam in faciēdo, quàm in omit-
116 tendo. aliqua exempla ponamus. † Facta quædam
ſunt quæ ſua natura regulariter hanc culpam inclu-
dunt. vt ſi furtum rei commodatæ factum eſſe aſſe-
ris, diligens enim homo bene cuſtodiendo præca-
uiſſet. niſi fortè ab vxore factum eſſet, vel ab alia
perſona fida, de qua confidendum magis quàm præ-
cauendum erat: vel ſi fortia facta eſſet vel magna
vis adhibita doceatur. Item ſi equum: quia ferrum
perdidit aſſererem damnificatum, diligens enim ho
mo ſua prouiſione ab hoc præcauiſſet ſæpius pedes
117 videndo. † Quædam verò facta culpam ſine ex-
preſsione manifeſtant: vt ſi vineam meam vinde-
miaſti, & vinum vuis commixtis in dolijs recondi-
diſti tempore debito: poſſum tamen tuam culpam
arguere quod communiter omnes homines diligen
tes illius conditionis ſimiles vuas habentes faciunt,
& facere ſoliti ſunt per tempora præterita ſepara-
tim. & hoc per teſtes qui dicant ſe vidiſſe quod in il-
las commiſcuiſti: & ꝙ ex hoc res mea in tantum ſit
deterior: vel probare poſſum oſtendendo quantus
ſit valor vini excuſsi ex vuis ſeparatis, & quantus eſt
valor vini excuſsi ex vuis commixtis: tunc exceſſus
apparet quòd diligens paterfa. hoc debuiſſet pro-
118 uidere. † Omittendo etiam & culpa committitur.
huius autem exempli facilia & modi probandi fa-
ciles ſunt. & quoniam ex prædictis colligitur non
proſequar. Ex rebus verò communibus commu-
tione incidenti incidit culpa quæ ſic diffinitur.
119 † Leuis culpa eſt deuiatio indeliberata ab ea diligen
tia quā ſuo tempore ſeu illo tempore ſuis rebus ad-
hibet. Paulus enim in tit. famil. erciſ. ſic ait. Non ta-
men talem diligētiam præſtare debet hæres qualem
diligens paterfa. quoniam per ſuam partem cauſam
habet gerendi: talem enim diligentiam præſtare de-
bet qualem in ſuis rebus eadem ſunt, & ſi duobus
eadem res legata ſit. nam & hos coniungit ad ſocie-
tatem non cōſenſus: ſed res ex his verbis à viris ſub-
tilis ingenij prolatis apparet qualis culpa æſtime-
tur: & qualiter aliter quàm ſuprà ſumatur. hæc au-
120 tem ſtatim declarabuntur. † Circa res verò com-
munes ex conuentione culpa ſic diffinitur. Leuis
culpa eſt deuiatio indeliberata ab ea diligentia,
quam ante contractum rebus ſuis adhibere ſolebat.
Paulus enim ait, ſocius ſocio culpæ nomine tene-
tur. culpa autem non ad exactiſsimam diligentiam
dirigenda eſt. ſufficit enim talem rebus commu-
nibus adhibere, qualem rebus ſuis adhibere ſolet:
quia qui parum diligentem ſocium ſibi acquirit de
ſeipſo queri debet. hoc idem Imperator in libro in-
ſtitutionum conſtituit: ſed cauillari poteſt. cum e-
nim adhibere debet diligentiam illam quam in ſuis
adhibet, præſupponit eum diligentem. & ſic tene-
tur ad id ꝙ diligens homo facturus eſſet. videtur
enim idē in alienis quod communibus: ſed fateor
quòd eum videntur præſupponere diligentem. illa
tamen diligentia quæ communiter ineſt omnibus
quæ largo modo diligentia eſt, ſed non propriè, vt
hic ſumitur ꝙ ſi ſic acciperetur diligentia vt accipi-
tur: ꝙ declarabitur in culpa ſequenti. credo ꝙ idem
ſit in alienis & cōmunibus. † Cuius gratia ſciendum 121
eſt ꝙ licet plures alias ſpecies poſſumus facere: ta-
men inter ſe quælibet habet gradus ſuos. dolus enim
maior eſt ſi fit corruptione pecuniæ, quàm ſi fit pre-
cibus: ſic enim ex alijs cauſis dicitur maior & mi-
nor. Latior culpa dicitur maior vel minor ſecun-
dum quòd leuis vel grauis eſt doli præſumptio. La-
ta enim culpa dicitur maior vel minor ſecundum ꝙ
in eo erratum eſt, vel manifeſtum, vel manifeſtius,
vel manifeſtiſsimum. ſimiliter & culpa leuis de qua
loquimur, nam inter homines diligentes vnus eſt
in maiori gradu diligentiæ quàm alter. In propo-
ſito ergo dico quòd culpa leuis in rebus alienis æſti-
matur ſi deuiat ab ea diligentia vel prudentia quæ
ineſt hominibus diligentibus eiuſdem conditio-
nis & profeſsionis. intelligo autem de hominibus
diligentibus ſimpliciter in quocunque gradu dili-
gentiæ quis deuiet in leui culpa. In rebus verò com-
munibus ſufficit quòd habeant eandem diligen-
tiam quam in ſuis. forſitan enim in ſuis erat in ſum-
mo gradu diligentiæ. † Subeſt alia dubitatio quid 122
erit ſi quædam communia erant fortè merces, qua-
rum ſimiles proprias nunquam habuerat, quomo-
do talis culpa poterit æſtimari. cum ad exemplum
ſuarum teneatur ne tale reperiatur exemplar nem-
pe ex prædictis apparet reſponſio. videatur e-
nim in quo gradu diligentiæ erat in ſuis rebus: li-
cet res iſtis eſſet communibus diſsimilis in eodem
gradu diligentiæ in communibus eſſe cenſetur. hoc
ex verbis prædictarum legum oſtenditur. dicunt e-
nim requiri eam diligentiam quam in ſuis ſimpli-
citer, nec ad res ſimiles communibus ſe aſtringit, ſi
tamen ſimiles res reperiantur culpa talis clarius de-
nuncietur. & quòd teſtes haberent dicere facile eſ-
ſet: ſed quando ad gradus diligentiæ recurrimus eſt
difficilis: ſed in culpis ſequentibus declarabitur.
Alia etiam dubitatio ſubeſt cum in rebus commu-
nibus incidenter culpa æſtimetur, ſi non adhibet
eam diligentiam quam in ſuis adhibebat. Quid e-
nim ſi tunc in ſuis nullam diligentiam adhibeat.
nec tunc circa res ſuas aliquid feciſſe probari po-
teſt? Dico diligentia eſt quædam executio pruden-
tiæ: prudentia autem eſt habitus mentis. & ſic con-
ſiſtit in animo. ſicut ergo poſſeſsio ſemel habita
animo retinetur & continuatur niſi probetur inter-
ruptio: ita hæc diligentia, probata igitur diligen-
tia anteriori ſuis rebus illo tempore affuiſſe præſu-
mitur. quid ergo articulandum, quid probandum,
patet ex prædictis.

ADDITIO.

Leuis. Vide Bar. in l. ꝙ Nerua. in 4. col. ff. depo. & a
ibi vide apoſtil. in 3. col. in ver. culpa. Tho. Diplo.

Leuior

a LEVIOR a CVLPA † eſt deuiatio inde liberata
123 ab ea prudentia quæ ineſt diligentibus hominibus qui ſunt eiuſdem conditionis & profeſsionis. hanc culpam antiqui legum latores vel noui iuris interpretes per ſpeciem culpæ diſtinctæ à leuiſsima non poſuerunt: ſed de ea ſicut de leuiſsima vniformiter iudicarunt: qnia igitur inter eas non eſt iuris diuerſitas, antiquorum ſequentes veſtigia vno nomine leuiſsimam appellamus.

ADDITIO.

a Leuior. Vide Bart. in l. quod Nerua. in 4. col. ff. depoſiti & ibi apoſtillam in ver. culpa. Tho. Dip.

124 LEVISSIMA a CVLPA † eſt deuiatio inde liberata ab ea prudentia quæ ineſt diligentioribus hominibus, & diligentiſsimis, qui ſunt eiuſdem conditionis, & profeſsionis: & quod dico diligentibus, & diligentiſsimis. dico ad differentiam leuis culpæ, & de deuiatione ab ea quæ ineſt diligentioribus. Caius in titu. de actio. & obl. loquens de commodatario ſic ait. Exactiſsimam diligentiam præſtare compellitur cuſtodiendæ rei. nec ſufficit eum eandem diligentiam adhibere, quam in ſuis adhibet, ſi alius diligentior potuerit cuſtodire. & idem Imperator in lib. Inſtit. conſtituit de ea quæ ineſt diligentiſsimis. Idem Caius in titul. commo. ſic ait. In rebus commodatis, talis diligentia præſtanda eſt qualem quiſque diligentiſsimus paterfa. in ſuis rebus adhibet. cum ergo receptum eſt in commodato venire leuiſſimam, apparet quòd deuiatio ab ea diligentia quæ ineſt diligentibus & diligentiſsimis eſt culpa leuiſſima. ex eo enim quod dicitur qualem quiſque diligentiſsimus apparet loqui de diligentiſsimo cuiuſ-
125 que gradus. † Qualiter ergo cognoſcantur diligentes, diligentiores, & diligentiſsimi. & qualiter gradus inter eos videndum eſt cuius gratia, vnum exemplum intelligibile ponamus, in ætate ſenili, quæ vt noſtri maiores tradiderunt incipit à ſeptuageſimo anno excluſiuè, & terminatur in centeſimo anno. Illud eſt enim longiſsimæ vitæ tempus. & ſic in ſuperlatiuo. Aſſumamus igitur medium inter iſta quod eſt. 85. dico ergo quod vſq; ad iſtud medium eſt ſenilis ætas, ab inde ſupra dicitur ſenior vſque ad ſuperlatiuum. ab inde intrà ſuperlatiuum. & dicitur longiſsimum vitæ tempus. iſta tria cauſa doctrinæ ponuntur vt ſpecies, & quælibet Iſtarum habet ſuos gradus. nam quot anni, quot menſes, vel quot momenta ſunt in pnolibet dictorum temporum, poſſunt dici gradus illius differentes ſecundum plus & minus. Ita in propoſito imaginamur terminum à quo diligentia incipit. & eſt illa communis prouidentia quæ communiter omnibus ineſt quantumcunque rudibus, & groſsis poſt illam ſtatim incipit diligentia, & progreditur vſque ad exactiſsimam diligentiam quæ vltra non progreditur. ille igitur qui habet diligentiam aliquam aſcendendo gradatim vſque ad medium totius latitudinis diligentiæ, ille dicitur diligens. ille verò qui excedit medium vſque ad vltimum terminum, ille dicitur diligentior. ille verò qui vltimum terminum attingit, ille dicitur diligentiſsimus &c.

ADDITIO.

Leuiſsima. Vide Bar. in l. quod Nerua. in 8. col. a
& ibi apoſtillam. in ver. culpa. ff. depoſiti. & Bal. in l. ſolam. in pen. col. C. de teſti. Tho. Diplo.

LAVS DEO.

TRACTATVS CIRCA MATERIAM TESTIVM PER DO. BAL. DE PERVSIO V. I. DOCTOREM, IDEO HIC ATTENDE QVAMPLVRA.

SVMMARIVM.

1 *Sed dictio, quid importet.*
2 *Iudex cauſa debet ire, vel mittere ad epiſcopum, quando epiſcopus in teſtem producitur.*
3 *Teſtis quod ſenſu corporis percepit, dicere debet.*
4 *Teſtis pro vtraq; parte de veritate deponere debet.*
5 *Credere quis præſumitur quod aſſerit. Et quæ ſit iuſta cauſa credulitatis.*

PRIMA PARS.

1 SEO IVDEX. Iſta † dictio ſed, aduerſatur, & corrigit inquantum. l. C. dicebat quòd epiſcopus nō admittitur ad teſtificandum.
2 Et † nota quòd iudex cauſæ debet ire vel mittere ad epiſcopum quando epiſcopus producitur. Secundo not. quem debet mittere: quia per eum debent ſcribi acta. hic declarat Iac. Bu. in l. 1. ff. de off. procon. & Bar. in l. ſi vni ex pluribus. ff. de re ind. Item: quia cauſæ continentia nō diuidatur. vt in c. ad hic. extra de ſeq. poſ. Tertio † not. ꝙ teſtis debet dicere 3
quod nouit. i. quod ſenſu percepit. ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. fi. & quia veritas in omnem partē eandem eſt neceſſaria, ex hoc ſequitur ꝙ debet deponere veritatē pro vtraq; parte. Nota † quòd teſtis debet 4
deponere de veritate nō de credulitate. & pro vtraque parte. Circa hęc vide quæ no. Bar. in l. is poteſt. de acqui. hæredit. fu. dic. † quòd id quod quis aſſerit 5
præſumitur credere. & quæ ſit iuſta cauſa credulitatis. vide per Bart. in l. cum quidam. §. 1. de acquir. hære. & ita ſeruat conſuetudo, ſecūdum Glo. quam no. & adde quod dicam in l. proxima. &c.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteri pro teſtimonio non torquentur.*
2 *Teſtes vacillantes in teſtimonio torquentur.*
Notarius ſcribit vacillationem teſtis de mandato iudicis: trepidationem & mutationem coloris.
3 *Falſum committit etiam qui verum tacet.*
4 *Notarius cui facta eſt commiſſio de examinando teſtes*

poteſt

poteſt de ſua commiſſione eſſe rogatus.

5 *Pro examinandis teſtibus in territorio alterius exiſtentibus debet commiſſio fieri illi iudici.*

6 *Forma iuramenti qualiter teſtis habeat iurare.*

7 *Teſtis ſtudioſè non reddens cauſam ſui dicti tenetur pœna falſi. infrà in tracta. Nelli. nu. 234.*

8 *Teſtis qui dixit ſe non recordari punitur niſi cauſa obliuionis ſit probabilis: & quando excuſetur infra in tracta. Nelli nu. 234.*

Teſtis interrogatus de loco loci dicẽs ſe neſcire an ſit repellendus.

9 *Locus commiſſa falſitatis in veritate tacenda, quis debeat poni in libello accuſationis.*

10 *Iudex ex officio in cauſa ciuili teſtes non examinat, & examinati non probant: ſecus in criminali.*

11 *Teſtis examinatus qui iurauit probat, licet productus in iudicio & non citatus.*

12 *Reatus excludit honorem.*

13 *Pœna falſi teſtis qua ſit.*

Poteſtas compellens teſtem dicere falſum eadem pœna qua teſtis punitur.

14 *Poteſtas non admittens defenſionem iuris punitur ac ſi non admitteret defenſionem vera innocentia. vide infra in tract. Nelli. nu. 232.*

Intellectus ad l. lege. §. fin. ff. ad leg. Iul. peculat.

15 *Iudex punit teſtem falſum dicentem coram ſe parte præſente ſine citatione infrà in tracta. Nelli. nu. 234.*

Sententia in notorio fertur ſine ſcriptis.

Intellectus ad dictum Archidiaco. in can. Ita Notatius. 2. quæſt. 1.

16 *Teſtis qui dicit ſe homicidam non poteſt ex hoc puniri: ſecus ſi dixit ſe falſum dixiſſe.*

17 *Iudex cui non liquet plenè de teſtis falſitate, debet ſententiam temperare.*

18 *Teſtis qui non vult comparere ad teſtificandum criminaliter punitur crimine ſtellionatus: ciuiliter tenetur parti ad intereſſe.*

19 *Teſtis quando inquiritur de falſo, debet apponi locus commiſſa falſitatis: ſecus in notario. & ibi rationem.*

20 *Teſtis qui in cauſa depoſuit et conſtat ipſum non iuraſſe, qualiter puniatur.*

Intellectus ad legem ſi quia legatum. 1. reſponſo. ff. de falſ.

21 *Notarius qui non facit iurare teſtes an puniatur de falſo.*

Solennitatis prateritione falſum committitur.

22 *Poteſtas qui habet arbitrium procedendi: non poteſt abſoluere vel condemnare ex depoſitione teſtium non iuratorum.*

23 *Notarius non reprobatur per duos vel tres teſtes deponentes contrarium ſine redditione cauſa.*

24 *Notarius & teſtis tenetur ad intereſſe partis etiam ratione erroris.*

Error in notario & teſte eſt lata culpa.

25 *Obliuio in teſte non eſt lata culpa.*

SECVNDA PARS.

PResbyteri. Presbyteri ſunt priuilegiati. vt occaſione teſtimonij non torqueãtur. ſed in alijs
capitulis ſeruatur ius commune, ſi falſam tamen di-
1 xerint cauſam puniuntur. h. d. Not. † primò quòd
presbyteri occaſione teſtimonij non ſunt torquen-
di. licet ergo infames infamia facti, & criminoſi
non admittantur ad teſtimonium ſine tormentis,
tamen ſpeciale videtur in presbytero quod non
torquetur. vel dic quòd non loquitur de presbyte-
ro infame vel criminoſo: ſed de eo qui vacillat in
teſtimonio. nam licet alij torqueantur, tamen preſ-
byteri non torquentur. Et dic. de hoc vt ſciamus
quid debemus tenere per Ius canonicum. vt legitur.
& not. 6. quæſtione prima. presbyteri. el. 2. & ibi per
Archi. Secundo not. † regulam quòd omnes in te- 2
ſtimonio vacillantes poſſunt et debẽt torqueri pro
eruenda veritate. Quando autem teſtis vacillat di-
cit Inno. quod mandato iudicis notarius debet ſcri-
bere quomodo vacillat. Item ſi trepidat vel mutat
colorem in facie: quia omnia iſta ſunt ſigna quaſi
falſi teſtimonij. & de hoc ponit Innoc. in cap. quo-
niam contra falſam. extra de probat. hoc totum in
arbitrio iudicis relinquitur inquirendum ex alijs
coniecturis, non ex ſolo pallore vultus vel trepi-
datione: vt. ff. de quæſtio. l. de minore. §. tormen-
ta. Tertiò not. quòd contra falſum teſtem datur
actio parti ad intereſſe. Quartò not. † quòd non 3
ſolum ille falſus eſt teſtis qui falſum deponit. ſed
etiam ille qui tacet verum, id eſt, tacet veritatem.
& hoc eſt valde notandum. Quæro † an ille nota- 4
rius cui eſt facta commiſſio de recipiendis teſtibus
poſsit talem commiſsionem ſcribere & eſſe roga-
tus: Bart. in l. ex ſententia. ff. de teſta. tu. dicit quòd
ſic. qui dicit quòd tutius eſt quòd alius ſcribat & ro-
get. circa hanc commiſsionem examinationis teſtiũ
committendam. vide Bartolum in l. 2. §. quod ab
initio. ff. quemadmodum teſta. ape. vbi dicit quòd
ſi teſtes ſunt in ſuo territorio, debet iudex mittere
ſuum notarium ad recipiendum teſtes & eorum iu-
ramenta & dicta: ſed ſi † eſſet in territorio alterius, 5
tunc facienda eſt commiſsio illi iudici de prædi-
ctis, & quòd facta examinatione remittit dicta te-
ſtium & iuramenta: vt ipſe iudex principalis cauſæ
publicet. Item iudex committens debet mittere il-
li iudici articulos diſtinctos, & interrogatoria ſe-
cundum quæ teſtes interrogentur. Ex hac l. con-
iũcta auth. † ſed iudex. ſupra eo. ti. colligitur forma 6
iuramenti teſtis quæ debet eſſe talis. Ego talis te-
ſtis iuro veram & plenam dicere veritatẽ pro vtra-
que parte de his ſuper quibus ſum productus, de
quibus fuero interrogatus. ita colligitur hoc apertè.
vnde poſtquam teſtis depoſuit correctio non excu-
ſat teſtem. nec præſumitur correctio veritatis. niſi
faciat antequam teſtis loquatur cum parte, & aper-
tum proceſſum, ſecundum Inn. qui no. extra de acc.
c. cum dilecti. & ibi vide. Ex prædictis etiam † ap- 7
paret quòd teſtis ſtudioſè reddens cauſam nõ con-
cludentem tenetur pœna falſi, ſicut ſi deponeret ta-
cita veritate vt hic. ſecus ſi ex ſui ſimplicitate ſit lo-
cutus. ſicut plerunque faciunt ruſtici, qui neſciunt
melius reddere cauſam ſui dicti: quia tunc magis
habet locum pœna falſi: vt no. ff. de his, qui no. in-
fa. l. Lucius. vbi Gloſſ. eſt notabilis ad id quod no.
Ex prædictis etiam dicit † quòd ſi teſtis dicit non re- 8
cordor, quòd puniatur: quia certum eſt quòd de-
bet recordari: certus debet eſſe & memor eorũ quæ
iam fecit, vt no. Bart. in l. filio. ff. de reb. dub. ſi au-
tem eſſet probabilis cauſa obliuionis, tunc non pu-
niretur. Super quo dicit Innoc. ꝙ teſtis debet magis
recordari de loco & de perſonis, quàm de die. Quid
ſi teſtis interrogatur particulariter & diuiſim de
loco

loco loci. puta in quo agro vel domo, & in qua par-
te agri vel domus: & certè videtur quòd ſi dicat ſe
neſcire in qua parte agri vel domus quod ob hoc nō
ſit repellendus: arg. l. ſi quis fundnm. ff. de acquir.
poſ. quam vide ſi fecit necne. Vnde ſuper tempore
multum eſt excuſabile dictum teſtls qui dicit ſe non
recordari, ſecundum Innoc. qui ita tenet. & no. ex-
tra de accu. cap. qualiter, & quando. in magna Glo.
9 vbi vide. Iuxta † hoc incidenter quæro, quando te-
ſtis in tacendo committit falſum in tacenda fraude,
quis locus ponitur in libello accuſationis pro loco
commiſſæ falſitatis: nam non videtur quod non fa-
ctum vel non dictum poſsit certo ſcribi loco. ſed
dicendum eſt per hanc l. quòd quando omittitur
aliquid in tacendo in indice, locus iudicij eſt ille lo-
cus qui circumſcribit delictum, & debet poni in li-
bello. ff. ad Sil. l. 1. §. occiſorum. & vide per Bart. in
l. libellorum. ff. de accu. de eo qui fuit negligens in
denunciando quod. no. Deinde nota quòd teſtes
debent eſſe petiti & producti ſecundum vnam ex-
poſitionem: vel, id eſt, citati ſeu moniti ſecundnm
10 aliam. Iuxta primam † expoſitionem quæro. pone
quòd teſtes non ſunt producti, ſed iudex ex mero
officio recipit eos, quæritur vtrum dictum eorum
probet. & dictum eſt quòd ſic. dic quòd non in cau-
ſa ciuili: quia non poteſt iudex in cauſa ciuili inqui-
rere de facto ex mero officio. iuxta no. in c. ad no-
ſtram. lo. 2. extra de iureiur. per Inno. Sed in crimi-
nali ſiquidem eſt proceſſum per inquiſitionem po-
teſt ex mero officio recipere teſtes etiam poſt pub-
licatum proceſſum: vt no. Inn. extra de teſti. c. cum
clamor. & Archi. 4. q. 3. placuit. vbi plenè vide.
Sin autem eſſet proceſſum per accuſationem, tunc
poſt aperturam non poteſt. ſed ante aperturam eſt
quæſtio vtrum ab eo ad iuuandam accuſationem
iudex maleficiorum poſsit recipere teſtes ex mero
officio. Iſta. l. facit quòd non ſecundum primam
expoſitionem. ſed contrarium diſputando diſputa-
uit Bar. in quæſtione quæ incipit. Iudex maleficio-
rum. quam diſputauit Piſis. & hoc per id quod no.
in l. idem eſt. §. ſi tibi. ff. de condi. ob tur. cau. & in
auth. de tabu. §. 1. cum ſua Glo. ff. de pœnis. l. ſi non
defendantur. & extra de collu. c. 1. & infra de aboli.
11 l. 2. vbi videtur expreſsè & benè. Sed ſecundum †
aliam expoſitionem reuoco in dubium pone quòd
teſtis eſt productus in iudicio, & non citatus. moni-
tus iurat, & deponit, vtrum valeat? videtur quòd
non. vt hic. Nam videtur ſuſpectus ſe ingerendo.
Contrarium determinat Gloſſ. in l. poſt legatum.
§. is verò. ff. de his, qui. vt indi. quod verum credo.
Nam eo ipſo quod iudex defert ſibi iuramentum,
tacitè videtur eum monere quòd deponat verum.
de iuramento autem conſtat ſi notarius teſtatur iu-
raſſe, quòd creditur notario eum iuraſſe: vt not.
Gloſſ. in l. Theopompus. ff. de do. præleg. de quo
12 ibi per Bart. Vltimo no. † quòd reatus excludit ho-
norem: immò aggrauat reatum: vt C. vbi ſena. vel
cla. l. 1. & infrà de procur. & conduc. do. Ang. l. fi.
13 Extra † quæro: quia materia eſt vtilis, qualiter puni-
tur teſtis falſum deponens in criminali. Reſpondeo
quòd punitur pœna talionis: vt no. ſecunda quæ-
ſtione 3 §. 1. in Glo. ordinaria. & eſt text. in l. 1. §. 1.
ff. ad legem Corneliā. de ſica. & dicit ibi Bar. quòd
eadem pœna punitur poteſtas compellens eum te-
ſtem ad dicendum falſum. quod eſt notādum. Ad-
de ad hoc quod habes in l. lege. §. fin. ff. ad legem
Iuliam pecu. vbi eſt alius text. quòd † poteſtas non 14
admittens defenſionem iuris perinde punitur ac ſi
non admitteret ad defenſionem veræ innocentiæ.
quod eſt notandum. de quo dicam in l. raptores.
Secundo † quæro hic, pone quòd teſtis depoſuit fal- 15
ſum, & hoc liquet iudici, an poterit eum condem-
nare ſine citatione? dic quòd non: quia quando fa-
ctum eſt tale in quo certè perſonæ condemnatio
exigitur. tunc quantumcunq; ſit iudici notorium,
tamen non proceditur ad condemnationem: niſi
præmiſſa citatione: vt. ff. de re mil. l. 3. §. ſi ad diem.
eſt bene verum quod in iſtis notorijs non eſt neceſſe
quòd ſententia feratur in ſcriptis: vt no. in auth. vt
iudi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſsitatem. Sin autem
aliquod factum eſt notorium in quo non exigitur
condemnatio, ſed alia ordinatio, vel inhibitio. ver-
bi gratia. Statutum eſt factum in aliqua ciuitate con
tra libertatem eccleſiæ. tunc ſuperior ex officio po-
teſt inhibere, & mandare ne obſeruetur, licet nemi-
nem citet ſecundum Archidiaconum, qui ita not.
2. q. 1. c. ita Lotharius. & ibi videas animo. Tu adde
quòd ſi iudex deprehendit teſtem in falſitate non
eſt neceſſaria citatio. ex quo eſt ibi pars præſens. di-
ctum enim Archid. debet intelligi parte abſente.
Ad hoc. C. de teſti. l. nullum. & quod not. ff. de his,
qui notan. inſa. l. ictus fuſtium. Tertio † quæro. po- 16
ne quòd teſtis confitetur ſe homicidam, vtrum iu-
dex poterit eum punire ex ſua cōfeſsione? dic quòd
non: quia non eſt facta in iudicio. quia non ageba-
tur ad hoc. de hoc Gloſſ. ordina. 3. q. 6. c. hoc quip-
pe. ſecus ſi cōfiteatur ſe falſum dicere: quia hoc cri-
men incidit cauſæ principali. vt d. l. nullum. Et ad-
de † quòd quando iudici non liquet plenè de falſi- 17
tate teſtis: ſed ſuſpicatur de eo, tunc debet ſententiā
temperare: quia præcedit ſola ſuſpicio ſeu præſum-
ptio: vt d. l. nullum. ſed ſi ei bene liquet, tunc debet
punire per diffinitiuam. & debet exaggerare ſenten-
tiam: vt hic. nec debet diffinire. Vnde alibi dicit Gl.
no. contra officiales qui pœnas legis impoſitas: vel
gratia, vel diſsimulatione differunt. l. 1. infra de de-
ſerto. libr. 10. quòd ipſi tenentur. quod. no. pro iſtis
officialibus qui ſyndicantur. Deinde vos videtis
hoc quòd teſtis qui non dicit plenam veritatem pu-
nitur. quid in eo † qui vt veritas occultetur non vult 18
comparere ad teſtificandum? Innoc. tangit in cap. 1.
extra de fal. veritas eſt, quòd vt falſus teſtis non po-
teſt puniri ex iſto capite: quia falſitas teſtis eſt pro-
priè periurium. ſed iſte non eſt periurus: quia non
acceſsit ad iurandum. ſed ſecundum quoſdam te-
netur de falſo in genere: quia facit ne veritas appa-
reat animo occultandæ veritatis. quod non credo
verum, niſi fortè eſſet teſtis rogatus qui aſſumpſiſ-
ſet ſibi officium teſtificandi. nam poſt aſſumptum
officium non debet tacere veritatem: vt l. 1. in prin.
ff. ad leg. Corn. de fal. tamen probabilius eſt dicere
quòd criminaliter puniatur crimine ſtellionatus. &
ciuiliter teneatur parti, vel reip. per actionem de do-
lo. ar. eorum quæ not. per Cynum in titu. de ſepul.
viol. Quæro hic † vnum, cum tabellio iuret ſicuti 19
teſtis: vt not. ff. de eden. l. quædam. §. nummula-
rios. quare ſi tabellio accuſatur de falſo non poni-
tur locus iuramenti: ſecus in teſte? Reſpondeo: quia
ille

illelocus incertus, & propter omnimodam incer-
titudinem poteſt omitti locus: quia hoc eſt propter
factum rei maximè in inquiſitione: vt no. Inſtit. de
20 pub. iudi. in princ. Quæro † pone quòd teſtis in ali-
qua cauſa ciuili, vel criminali falſum depoſuit, po-
ſtea conſtat eum nõ iuraſſe, nunquid poterit de fal-
ſo puniri? do. Rizar. Mal. diſputauit hanc quæſtio-
nem, & determinauit quòd ſic: quando dictum te-
ſtis habet debitam formam, & figuram teſtimonij:
vt quia in actis publicis, cum figuris publicis, & in
ſcriptis in ea figura exteriori, & viſibili depoſuit:
quæ deponunt teſtes qui iurauerunt, tunc iſtud di-
ctum quantumcunq; non habet in ſe iuramentum,
habet tamen figuram eſſe, & poteſt tanquam falſus
teſtis accuſari, & puniri. & iſtud probatur in l. ſi quis
legatum. *1*. reſpon. ff. de fal. Si verò non habet de-
bitam formam: vt, quia non in actis publicis. nec in
forma qua veri teſtes deponunt, tunc non punitur
de falſo. vt d. l. ſi quis legatum. *2*. reſpon. Facit pro
hoc l. *1*. §. hoc interdictum. de tab. exhi. & quemad.
teſta. ape. l. *2*. §. *1*. & vide Bar. in d. l. ſi quis legatum.
in fi. Sed nunquid criminaliter propter hoc punie-
tur. dicit idẽ Mar. in dicta ſua diſputatione ꝙ ſic, ſi
ad hoc depoſuit dictum ſuum in cedula. vt poſtea
per notarium in actis redigeretur, & factum eſt, ſed
non tanquam falſus teſtis, ſed tanquam committens
falſum in genere: vt. ff. de fal. l. *1*. §. qui in rationib.
Sed ſi non ad hoc depoſuit vt ponerentur in actis.
ſed vt doloſè mendacio ſuo aliũ læderet quem læ-
ſit ciuiliter tenetur de dolo. ff. de fur. l. falſus. §. ſi
quis in perſona. criminaliter autem tenetur crimine
ſtellionatus: vt. ff. de cri. ſtel. l. *3*. ibi. Item ſi quis in
poſterũ. ſi verò neminem lædere voluit, tunc nullo
modo cuiquam tenetur. ff. ad leg. Falc. l. venditor.
21 Sed nunquid † tabellio qui fuit negligens id facien-
do iurare teſtes tenetur de falſo? videtur quod non.
ſed debet ab officio remoueri: vt l. ſi quis ver. non
ex malitia. de off. præfect. præ. Contrariũ tenet Ri-
zar. quia prætermiſsione ſolennitatis falſum com-
mittitur. vt. C. de teſta. l. iubemus. in fi. & facit l. *1*. §.
qui in rationibus. ff. de fal. & vide de omnibus Bar.
in d. l. ſi quis legatũ. de fal. vel dic melius quòd iu-
ramentum generale tabellionis eſt cauſa remota, &
ideo non debet poni locus iuramenti. ſed iuramen-
tum teſtis ſpeciale eſt, & cauſa immediata. & locus
eſt concomitantia ſpecierum non generum: vt in c.
22 Abbate ſanè. extra de re iudi. libr. *6*. Quæro † aliud,
pone quòd poteſtas habet arbitrium procedendi
abſq; ſolennitate, vtrum procedere poterit ad con-
demnationem, vel abſolutionem ex depoſitione
teſtium non iuratorum? dicit Bar. quòd ſic. quia iu-
ramentum teſtis eſt de iure ciuili, & remiſſa ſolen-
nitate intelligitur remiſſum iuramentum. ita no. ip-
ſe in l. filius. ff. de dolo. quod non credo verum:
quia quantumcunque habeat arbitrium tamen de-
bet conſtare de facto: vt. ff. de mili. teſta. l. diuus.
ſed non conſtat niſi teſtis ſit iuratus: quia iuramen-
tum in teſte eſt magis ſubſtantia, & materia quam
ſolennitas. Ad hoc facit quod no. in c. ſæpe. extra
23 de verb. ſig. in clem. Iuxta prædicta † quæro vtrum
tabellio poſſit reprobari per teſtes duos, vel tres cõ-
trarium deponentes ſine redditione cauſæ. certum
enim eſt quòd teſtimonium probatorium non re-
quirit cauſam, ſi teſtes non interrogentur de cauſa.

de his quæ ſunt facti ſenſibilis quæ intuitiuè com-
prehenduntur. nõ dico in his quæ ſunt iuris, in qui-
bus ratio debet eſſe coniuncta conſenſu de neceſſi-
tate: aliâs non ſit probatio: vt not. Innoc. in c. cum
cauſam. extra de teſti. nunquid eſt ergo ita in teſti-
monio reprobatorio do. Iaco. in quæſtione quam
diſputauit quæ incipit, quæſtio talis eſt. quidam pe-
tijt à Titio. *10*. dixit eleganter. quia quando teſtis
non reddit cauſam non interrogatus de ea non ita
probat perfectè, ſicut ille qui reddit bonã cauſam.
& ideo tabellio talibus teſtibus præponderat. Item
teſtes reddentes rationem præualent ſecũdum eum,
quod eſt notandum. apparet ergo quòd duo teſtes
reddentes legitimam rationem præponderant toti-
dem teſtibus dicentibus vera eſſe tamen non inter-
rogatis de cauſa: quia vera redditio cauſæ præpon-
derat cauſæ præſumptiuæ. in his autem in quibus
concluditur ſolum per viam iuris, & rationis, & nõ
per ſenſum merum corporeum eſt certum quòd ſi-
ne redditione cauſæ non reſultat probatio teſtium:
vt in d. cap. cum cauſam. per Inno. Adhuc † adde: 24
quia notarius, et teſtis tenentur ad intereſſe partis nõ
ſolum ratione falſitatis, quæ eſt ſtudioſa mutatio
veri, ſed etiam ratione erroris: quia error in nota-
rio, & teſte eſt lata culpa: vt l. fi. infra de mag. con-
ue. Obliuio † autem non eſt lata culpa in teſte: quia 25
licitum eſt ei ſi non recordatur dicere ſe non recor-
dari. Adde not. per Bar. in l. *1*. §. ſi quis. ff. quemad.
teſtam. aper. & no. Innoc. in d. c. qualiter, & quan-
do. extra de accu. & iſta ſunt aurea.

SVMMARIVM.

1 *Ratio in teſte attenditur & non dictum, & ideo ſi te-
ſtis dicit cred: quia præſens fui & vidi probat. Ratio eſt
in teſte quæ dat eſſe rei, id eſt, teſtimonio.*

2 *Teſtis non probat quotienſcunq; oppoſitum eius quod te-
ſtis deponit poteſt ſtare cum veritate cauſæ, per quam
teſtis fundat dictum.*

3 *Teſtis quare non poſſit in ſcriptis deponere vel per nun-
cium remiſsiuè.*

4 *Teſtis interrogatur de tempore, quando eſt ſuſpectus. &
quid quando dixit ſe non recordari de tempore?*

5 *Teſtis qui deponit ſuper vita & moribus alicuius: & red-
dit rationem: quia vicinus vel conſanguineus, quando
probet: contra Bar. & vide nu. 13.*

Intellectus ad l. dominus horreorum. ff. locati.

6 *Fines antiqui: quòd probentur per teſtes deponentes de
auditu antiquorum, & generali opinione.*

*In ſacris multum antiqua opinio generalis habetur pro
veritate.*

7 *Teſtis in tribus caſibus debent cognoſcere contrahentes.*

8 *Teſtis deponens de auditu quòd probat quando viſus nõ
requiritur.*

9 *Ratio teſtis non debet eſſe idem quod dictum, ſed aliud
à dicto.*

10 *Ratio teſtis debet procedere plena & ſimplici via, non
per difficultates intellectus.*

11 *Argumentum à toto integrali quòd procedat in te-
ſtibus.*

12 *Argumentum à nomine procedit in teſte. Item
Argumentum ab impoſsibili. Item
A communiter accidentibus.*

14 *Argumentum à differentia ſitus vel loci quod procedat
in teſte. item*

Ab eo quod eſt proprium hominis.
15 *Mors probatur per ea quæ accidunt mortuis.*
16 *Teſtis an reddat rationem dicti per locum ab auctoritate.*
17 *Argumentum à ſimilitudine rationis procedit in teſte.*
18 *Teſtis qui dixit ſcio: quia habeo menti probat.*
19 *Tacita ſubſtitutio vel tacita hypotheca probatur per teſtes probando expreſſam.*
20 *Teſtis debet reddere rationem dicti per ſenſum corporis qui dicto congruat. & nu. 22.*
Teſtis qui in reddendo rationē dicit: videtur mihi quod poſſedit 10. annis, probat. & nu. 43.
21 *Teſtis deponens ſuper his quæ percipit intellectu magis quàm ſenſu non probat, niſi reddat rationem dicit, etiā non interrogatus.*
23 *Senſus viſus eſt generale ad omnem ſenſum corporis.*
24 *Teſtis deponens: quia præſens fuit intelligitur, & intelligens, vt probet.*
25 *Dictum teſtis ambiguum, quomodo declaretur, remiſſiuè.*
26 *Teſtis deponens de valere rei ſi deponit de credulitate vel opinione probat.*
27 *Teſtis deponens ſuper identitate rei qualiter habeat deponere. & ibi ſi de ſanitate vel infirmitate: ætate: vel ſenectute. & nu. 33.*
28 *Verba enunciatiua in teſtibus non probant.*
29 *Teſtis ſuper qualitate animi deponens qualiter probet.*
30 *Teſtis deponens ſuper his quæ curſu temporis mutantur, vt probet qualiter deponat.*
31 *Teſtis qualiter rectè probet damnum eſſe datum culpa vel negligentia.*
32 *Articulus disiunctiuus non admittitur niſi ſuper facto alieno.*
34 *Dictum teſtis inſufficiens poteſt confeſſione partis adiuuari.*
35 *Nomina rerum vel hominum ſi ſunt variata quomodo fiet probatio remiſſiuè.*
36 *Ratio eorum quæ ſcripta ſunt in libro rationum qualiter probetur per teſtes.*
37 *Teſtis quando videatur repetiſſe locum & tempus: aliâs dictum in dicto ſuo.*
38 *Iudex ex cauſa non adhibet fidem teſti clarè deponenti.*
39 *Fama qualiter probetur.*
40 *Copia articulorum, an detur parti petenti.*
41 *Copia interrogatoriorum fiendorum teſtibus non datur parti.*
42 *Iudex ſi omiſit examinare teſtes ſuper ſubſtantialibus publicato proceſſu poſſunt iterum examinari.*
44 *Teſtis qui ſemel declarauit dictum ſuum obſcurum non poteſt illud iteratò declarare.*
45 *Teſtis non interrogati de loco & tempore inquiſitione contentis dictum non valet.*

TERTIA PARS.

CONVENTICVLAM. Proſequendo materiam teſtium non accipiendo niſi id quod do. Bal. in ſua lectura tangit circa materiam teſtium ibi dum dicit. modo venio ad teſtes. Et dicit ꝙ maior difficultas quæ ſit in materia teſtium eſt concludere per
1 rationem. Eſt autem ratio † teſtis duplex vna coniuncta ſenſu. ſiue ipſe ſenſus. & hoc ratio præponderat dicto. vnde ſi teſtis diceret ita, nihil ſcio, niſi ꝙ vidi contenta in articulo. tamen probaret veritatem articuli: in auth. ſed iud. dum dicit dicant quod nouerint. vt. ff. de teſta. l. qui teſtamento. §. 1. & infrà de teſti. l. teſtium. in verbo præſto fuerint. & in verbo ſub præſentia. Idem multo fortius ſi teſtis dicit credo: quia vidi, & præſens fui. nam tunc probat vi rationis quæ neceſſariò infert ita eſſe & fuiſſe. & ex hoc do regulam quòd vbi teſtis in dicto minus probat, in ratione verò probat efficacius ſemper attenditur ratio. Nam in teſte ratio eſt quæ dat eſſe rei, id eſt, teſtimonio: vt not. infrà. de teſtib. l. ſolam. facit quod no. ff. de acquiren. poſ. l. ſi is qui animo. & hoc patet per contrariam regulam. nam vbicunque dictum teſtis habet ſe in plus, ſed ratio teſtis habet ſe in minus, tunc ratio minuit dictum. & ſi ratio eſſet friuola & non concludens, tunc trahit ad ſe dictum: vt non concludat nec probet aliquid. vt verbi gratia, ſi teſtis dicit ſcio: quia audiui à Martino. & probatur hoc per rationem naturalem: quia cum ratio ſit fundamentum deſtructa ratione deſtruitur fundamentum: vt not. in iſta. l. conuenticula. ſin autem dictum & ratio congrueret, & ſiquidē vtrunque tendit ad probandum eſt efficax probatio, ſin autem neutrum tendit ad probandum, tunc certum eſt quòd nulla reſultat probatio: quia ex impertinentibus nil pertinens poteſt reſultare. iuxta not. in ſimili in l. 1. ff. de eden. in princi. Ex prædictis inſero quaſdam concluſiones. Primò † quòd vbicun- 2
que oppoſitum eius quod teſtis deponit poteſt ſtare cum veritate cauſæ per quam teſtis fundat dictum ſuum ibi nunquam teſtis probat: quia ad conceſſionem cauſæ impertinentis vel non inferentis, non ſequitur conceſſio antecedentis. verbi gratia. dicit teſtis ſcio: quia credo. nam quia credulitas ſtat cum oppoſita veritate ſimul, id eſt, ſtare poteſt, teſtis nihil probat. nam poſſibile eſt quod ego credo, tamen non eſt verum: vt not. infrà. de teſta. mi. l. de
tutela. Sed quare † teſtes non poſſunt deponere in 3
ſcriptis vel per nuncium. vide Bart. in l. qui boni. §. pen. de dam. inſe. & adde no. in l. iureitur. C. de teſt.
Item teſtes † non ſunt interrogandi de tempore. niſi 4
quando ſunt ſuſpecti. vt not. Bar. in l. 1. in fin. ff. de aqua plu. arc. & ibi quando, & qualiter valeat teſtimonium de auditu & credulitate. & quis ſit modus probandi negatiuam. Sed quis ſit modus quando teſtis dixit ſe non recordari de tempore. vide Bart. in l. 1. §. ſi quis. quemad. teſta. aper. & ibi dat conſi-
lium circa hoc. Et pro hoc pono † quandam illatio- 5
nem contra Bartol. dicit ipſe quòd teſtimonium de vita & moribus alicuius fundatur per hanc rationem: quia ſum vicinus. nam iſta ratio coadiuuatur lege. nam ſi ſum vicinus præſumor vidiſſe vitam & mores. vt l. 1. §. 1. ff. de flu. & de fun. inſtr. & inſtru. le. l. ſi ita. & l. dominus horreorū. ff. loca. Et ſi dicatur teſtis non deponit per ſenſum corporis, ergo non probat. Reſpondetur quòd immò deponit per ſenſum corporis, nam ad depoſitionem eius quod depono ſequitur ſenſus iure præſumptionis ſecundum Bart. ſed quòd iſtud non ſit verum probatur: quia poteſt eſſe ratio vera, ſcilicet, ꝙ ſum vicinus, & tamen dictum non eſt verum. nō enim ſequitur dictum ad rationem. niſi dicamus ſuſtinendo Barto. quod aut loquimur de probatione neceſſaria ex eo ꝙ non apparet de cauſa immediatè. aut loquimur de præſumptiua probatione. & tunc refert. aut lo-
quimur

quimur de probando actum in genere. verbi gratia
quòd quis ſit malæ famæ: vel quòd quis ſit pauper
vel ſimilia: tūc ſufficit ratio: quia ſum vicinus: quia
concludit per locum à communiter accidentibus:
vt l. 1. §. 1. de flumi. aut loquimur de probando actū
in ſpem: & tunc aut eſt actus qui à communiter acci-
dentibus cōſueuit eſſe notus vicinis: vt mors & ætas
& idem: vt. ff. vnde cogna. l. octaui. Aut eſt talis a-
ctus qui à communiter accidentibus non conſueuit
eſſe notus vicinis: vel habet ſe pariter ad notum &
ignotum: vt homicidium Petri, vel furtū de re Mar-
tini. tunc nullo modo probat. Non ob. ll. ſuperius
allega. quia loquuntur quantum ad teſtes recipien-
dos ad iudicis inſtructionem: ita loquitur .l. domi-
nus horreorum: ſed quantum ad probationem non
probant: niſi reddant cauſam congruentem. Vbi do
talem regulam quòd ſemper ratio trahit ad ſe di-
ctum, & in ſuam naturam ipſum conuertit. & de-
ſtruit dictum ſi ei non congruit. & tota virtus pro-
bationis ſtat in ratione. quia oīs ratio eſt argumen-
6 tum vt ſuppoſui in prin. Ex his † etiam infero con-
tra Bart. dicit Bart. quòd ſi ego volo probare fines
antiquos ſufficit habere teſtes deponentes de auditu
antiquorum, & de generali opinione. ratio eſt: quia
ita eſt veriſimile per locum à communiter acciden-
tibus: ſed ego dico quòd probare dictum cum opi-
nione: niſi probetur per modū notorij non eſt pro-
bare: niſi ſolam famam. Eſt tamen verum quòd in
factis multum antiquis opinio generalis habetur ꝓ
veritate: nec eſt neceſſaria alia probatio, dummo-
do talis opinio ſit vniformis apud omnes. nec ſit
opinio de qua ſit contradictio apud peritos: & ideo
dicebat dominus Vabrenſ. Cardinalis quòd licet
eccleſia non habeat inſtrumenta de ciuitatibus ſuis.
ſi tamen habet generalem opinionem: vt ita di-
xerim præſcriptam apud omnes, quòd hæc ſuffi-
cit eccleſiæ pro plena probatione allegabat ipſe In-
noc. in ca. cum cauſam. extra de iur. cal. nam ſi non
ſufficeret nō poſſet probari quòd Cæſar fuiſſet Im-
perator ſecundum Inooc. & adde quod not. Innoc.
7 in c. cum veniens. extrà de ver. ſig. Item † ſcias quòd
in tribus caſibus teſtes debent cognoſcere cōtrahen-
tes ſeu partes. Primò quando factum venit proban-
dum per teſtes. Secundo quando imperitus contra-
hit & in ſcriptis. Tertiò quando ſit inuentarium: vt
not. Gloſſ. in l. fin. §. ſubſcriptionem. C. de iur. de-
lib. quæ limita, per Gloſſam. l. 3. in prin. ff. de teſti.
quæ dicit, aut in perſonali. & tunc ſic. aut in reali,
& tunc non. Modo pono quandam aliam propoſi-
tionem: & dic ſic quòd quando poſitio dicti ſequi-
tur ad poſitionem rationis teſtis probat. Ex hoc
8 † infero contra Bartolū qui dicit quòd cortina exi-
ſtente in medio, id eſt, dempto viſu auditus nō pro-
bat: quia dicit ipſe quòd auditus poteſt decipi niſi ſit
iunctus cum viſu. ex eo quòd vox recipit multas al-
terationes: & aliter ſe habet in ſano: aliter in ægro:
aliter in iuuene: aliter in ſene: aliter in eo qui loqui-
tur ſeſſe: aliter in robuſto. & ſic in l. ſi non ſortem.
§. libertus. de cond. indeb. Item quis poſſet eſſe ho-
mo ſuppoſitus qui pro alio loqueretur, & mutaret
vocem. Sed ego dico pro Gloſſatoribus quòd talis
probatio eſt ſufficiens. niſi in caſibus in quibus re-
quiritur viſus: vt not. in l. 2. in fin. ff. de aqua plu. ar-
cen. & infrà. de iure deliber. l. fi. §. ſi autem dubius
& ad hoc. ff. ad Sil. l. 1. §. occiſorum. Et ſi dicatur
vox poteſt permutari vel alius ſubijci. Reſpondeo
quòd hoc non præſumitur. Item qui habet perſonā
notam cognoſcit qualitatem vocis in quolibet. in
hoc tamen iudex debet eſſe multum cautus, & exa-
minare ſingulas circumſtātias. Hoc etiam habemus
in illo Patriarcha qui non fuit deceptus in voce ſed
in tactu manuum dum dixit. Vox quidem vox Ia-
cob eſt. manus autem eſt Eſau. Sicuti dixit Rex Ro-
bertus Legierio Andriocij nobili Peruſino. Item
† adde quòd ratio nō debet eſſe idem quod dictum. 9
ſed aliud à dicto. & ſufficeret quod dictum eſſet in
genere. & ratio foret in ſpecie. vt no. in l. 1. ff. de ex-
cep. in Glo. & ibi per Bart. Facit quod not. in l. fin.
ff. de offi. procu. Cæſa. Item vide quod not. in repe-
titione auth. ingreſſi quòd teſtis in reddendo cau-
ſam ſui dicti poteſt omittere maiorem propoſitio-
nem. & ſufficit ponendo minorem. & ibi vide quæ-
dam alia ad materiam teſtis. & quæ not. in l. 1. ff. ſi
certum petatur in q. 3. per Bartolum. Poſt hoc not.
† quòd ratio teſtis debet procedere plana & ſimplici 10
via non per difficultates intellectus. ſi tamen teſtis
vult per argumentum fundare dictum: vt quando
deponit ſuper dominio vel poſſeſſione. dico quòd
probat ſi ex his quæ requiruntur ad eſſe pręſcriptio-
nis vel dominij format ſuum argumentum inferen
do in cauſis facti in ſuo ſenſu cadentibus concluſio-
ne iuris: quia tunc intellectus adminiculatur ſen-
ſui. & ſupplet quod deficit in ſenſu: vt not. Innoc.
in c. cum cauſam. extra de teſti. Vltimo no. † quod 11
in teſtibus procedat argumentum à toto integrali.
Nam ſi formaui articulum de poſſeſſione partis. &
teſtis dicit de toto includit partem. Item à toto nu-
merali: quia ſi formaui articulum de 5. & teſtis di-
cit de 10. probat. Item à toto generali: quia ſi for-
maui articulum quod promiſit clamidem ſuam, &
teſtis quod promiſit omnia veſtimenta probat. in-
frà qui bo. ced. poſ. l. penul. Item à toto vniuerſali:
vt ſi pono quòd Titius reliquit mihi immobilia. ſi
teſtis deponit quod reliquit mihi hæreditatem pro-
bat. Ratio prædictorum hæc eſt. vno conceſſo alte-
rum de neceſſitate ſequitur. probato eo ex quo ſe-
quitur, probatur & id quod ſequitur de neceſſitate.
Item † in teſte procedit argumētum à nomine. Nam 12
ex nomine probatur ſubſtantia: vt dico quod iſte
erat Titius: quia ſic vocabatur infra de inge. ma. l.
ad recognoſcendos. Item procedit argumentum ab
impoſſibili: vt dico quòd tali die non fuit vulnera-
tus: quia præcedenti die fuit occiſus. vt l. 1. C. qui
accu. non poſ. Item argumentum à communiter ac-
cidentibus. Circa † hoc vide Bar. in l. 1. ff. ſi cert. pet. 13
qui diuitiæ ſanitas vel infirmitas, & quod quis ſit
malæ vel bonæ conditionis poteſt probari per te-
ſtem dicentem hoc ſcire: quia vicinus vel conſan-
guineus. vt infrà. eo. l. qui probabilem. & infrà. de
proba. l. neque natales. Item † à differentia ſitus vel 14
loci: vt quia non ijdem fines: ergo non idem locus:
vt l. eos. ff. finium regundorum. Item procedat ar-
gumentum in teſte ab eo quòd eſt proprium homi-
ni: vt homo erat in domo: quia reſpondebat vel
quia loquebatur. leo quia rugiebat. nam accidentia
magnam partem conferunt ad cognoſcēdum quod
quid eſt: vt Ariſtoteles in primo de anima. Et pro
† hoc infero vnam concluſionem. quod per ea quæ 15

accidunt mortuis ita quod non viuentibus proba-
tur mors: vt per ſepulturas, per non habere ſenſum,
nec motum, per alia quæcunq; per quæ quilibet ho-
mo greſſus intelligit eum mortuum ſecúdum Bart.
qualiter mors probetur. vide Bartolum in l. 1. §. fi.
quemad. teſta. ape. l. quoties. de naufr. lib. 11. Vlti-
mò dic quòd ſunt quædam quæ non probantur per
teſtem directè, ſed indirectè: vt eſt argumentum à
contrario ſenſu quod conſiſtit in perſpicacia intel-
16 lectus. nec eſt extra intellectum. Sed an † teſtis poſſet
reddere rationem dicti ſui per locum ab auctorita-
17 te? vide Bart. in l. 1. ff. ſi cer. pet. Item † argumentum
à ſimilitudine rationis: quia eſt quid abſtractum à
ſenſu, ſicuti teſtis bene probat album. ſed non poſſet
18 probare albedinem in abſtracto. Item † quid ſi dixit
reddendo rationé ſcio: quia habeo menti? dic quòd
poteſt: quia memoria melius colligitur per ſenſum
auditus quàm per aliud. vt dicit Iacob. Butr. in l. ſi
19 arbiter. ff. de proba. Item tacita † ſubſtitutio vel ta-
cita hypotheca non poteſt probari directè per te-
ſtem: quia quæ ſunt in humano ingenio adiuncta
non pertinent ad teſtem qui habet vti puris natura-
libus, niſi ad coadiuuandum vtatur ciuilibus. Sed
indirectè probantur iſta hoc modo: quia teſtis pro-
bat expreſsim. & ad probationem expreſsi iu-
ris diſpoſitio ſequitur tacitum: ergo probat tacitum
legis auxilio cooperante non per ſe: vt l. 1. infra. de
20 rei vxor. ac. & ibi per Bald. Iuxta prædicta † quæro
per quem ſenſum corporeum teſtis debeat reddere
cauſam ſui dicti? dic per illum ſenſum corporeum
qui dicto congruit. nam ſi volo deponere de facto
alicuius reddam cauſam: quia vidi. vt l. teſtium. C.
de teſti. Sed quid ſi teſtis in redditione rationis vel
cauſæ dixit. videtur mihi quòd 10. annis poſſederit
Titius, an valeat eius dictum? dic quòd ſic: vt not.
Bartol. in l. diui. §. in ea cauſa. ff. de lib. cauſa. Item
21 † quid ſi teſtis non reddit rationem ſui dicti, ſed ſo-
lum deponit ſuper his quæ percipit intellectu ma-
gis quàm ſenſu, & rationem non reddit: quia non
fuit interrogatus? dicit Bartol. quòd dictum ſuum
non valet: vt no. in l. ſciandum. ff. de verbor. obli.
& per eum in conſilio quod incipit commune Lu-
cignani. & in alio conſilio. vbi ipſe ponit de teſti-
bus qui dixerunt quod viderunt talem ad ſui defen
22 ſionem feciſſe, ſi volam † reddere cauſam de verbo
alicuius dicti quod audiui. vt l. ſæpe. ff. de off. præſi.
& de re mili. l. diuus. Si de ſapore reddam cauſam:
quia guſtaui: vt l. ſi emptorem. §. alia. ff. de contra-
hen. empt. & ſic de ſimilibus ſenſibus corporis tactu
23 & odorato. Vnum tamen addas † quòd verbum
viſus eſt generale ad omné ſenſum corporis. nam,
dicitur in Exod. vidi voces &c. & audiui. & per in-
tellectum vidi vt habetur. 12. q. 8. c. teſtes. & de con-
ſe. diſt. 4. c. veniſti ad ſontem. & infra de rei vxo.
ac. §. videamus. & per hoc poſſet defendi dictum
teſtis volentis probare: quia Titius dixerat iniuriam
Martino, interrogatus de cauſa ſcientiæ, reſpondet:
quia vidit. & iuuetur quòd intelligatur quòd vide-
rit ſcilicet per intellectum corporeum alio ſenſu
corporeo ſcilicet auditu. ſimile dicit Bart. in l. fin.
C. de pec. no. libr. 11. quòd ſi teſtis interrogatus de
cauſa ſcientiæ quomodo ſcit? dixit quia tetigi cum
manibus, licet non eſſet res tangibilis, quòd refer-
tur ad ſenſum congruum illius rei. alia vide quæ
ſcripſi in l. teſtium. C. de teſti. ſeu qualiter probe-
tur librum eſſe vel non eſſe correctum per teſtes. &
argentum eſſe purum vel mixtum. vide Barto. in l.
ſi quando. ff. de aur. & ar. leg. vbi dicit quod ſuffi-
cit ſi dicat ſe vidiſſe illud argentum ſine mixtione.
& quia vidi librum. Item ad hoc vt teſtis rectè de-
ponat oportet quòd id ſuper quo deponit ſit ali-
quid formatum quod ſenſu percipi poſsit. vt not.
per Bar. in conſilio quod incipit. Cariſsime domi-
ne &c. Sed iuxta hoc † quæro, an ſufficiat ſi reſpon- 24
deat reddendo cauſam ſui dicti: quia ſui præſens. iu-
uatur enim iuris præſumptione quòd viderit per ſen
ſum corporeum. vt dicitur ſupra eo. in prima con-
cluſione. vbi tangit quod ex vicinitate probantur
vita & mores Titij. domi. Bart. dicit quod ſic. vt. ff.
de auth. tu. l. 1. §. fin. Io. An. tenet contrarium in c.
præſentium. extra de teſti. lib. 6. & hoc d. Bar. quan
do teſtificatur de ſe teſtem fuiſſe præſentem quòd
præſumatur intellexiſſe: ſecus ſi cum teſtibus teſti-
ficaretur fuiſſe præſentem: quia tunc non ſequitur
ergo fuerunt intelligentes. adde no. per Barto. in l.
furioſo. ff. de re iud. an & quando is qui eſt præſens
actui præſumatur ibi fuiſſe vel aliter. Item dicit ibi
Bart. quod quando lex vel homo præcipit aliquid
fieri aliquo præſente, debet intelligi eo intelligente.
vt dicit in d. l. 1. in fi. ff. de auth. tuto. Sed † quæro ꝑ 25
quo debet interpretari dictum teſtis ambiguum? de-
clara plenius per Bar. in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff.
de verb. oblig. & per Inn. in c. cauſam quæ extra de
reſcript. Item no. † quòd circa depoſitionem valo- 26
ris rei ſufficit quòd teſtis deponat de credulitate ſeu
opinione: vt no. Bartol. in l. fin. C. de prædi. & alijs
rebus nauicul. libr. 11. Sed † qualiter teſtis debet de- 27
ponere cautè ſuper recognitione rei, & maximè in-
terrogatus vtrum ſit ille qui ſic fecit. & teſtis dicat
ſe recognoſcere dicta: interrogatus debet dicere:
quia vidit & inſpexit factum eius cum tali ſigno: &
cum tali cicatrice, & ſimilibus: vt nota. Bartol. in l.
ſtigmata. C. de fabr. libr. 11. ſuper ſanitate corporis.
& quacunque aliqua re ſuſpecta vel vitioſa. rectè
teſtis reddit cauſam de viſu: vt not. Bartol. in l. pri-
ma. C. de mendican. vali. lib. 11. & idem dicit ibi de
ætate & ſenectute. de quo etiam no. plenè in ſua re-
pe. l. de ætate. ff. de mino. & in l. 1. C. de cano. fru-
men. libr. 11. Sed † nunquid verba enunciatiua in di- 28
ctis & atteſtationibus teſtium probent? dicit Bartol.
quòd non in quodam ſuo conſilio quod eſt quin-
tú in ordine. & ibi qualiter debet deponi ſuper adul
terio. Sed quid ſi ipſi teſtes dicant quod viderunt
dictum Martinum accuſatum percutere an probant
ipſum eſſe ciuem, cum in accuſatione continetur
quòd ille Martinus erat ciuis. dic quod non: quia
eorum dictum coarctatur per rationem ſcilicet per
viſum loco & tempore in accuſatione contentis,
quæ ratio non poteſt trahi niſi ad delictum ſeu per-
cuſsionem. nec potuerunt videre eum eſſe ciuem
poſito quòd viderunt eum ibi habitare. vt l. ciues.
C. de incolis. ita cóſuluit do. Ray. de monte Vbia-
no. & cum eo videtur tenere Ia. de Aret. in l. ſi præ-
ſens. ff. de pœnis. Quæro † qualiter teſtis debet de- 29
ponere ſuper aliqua qualitate animi. dic quòd de-
bet teſtificari per actus exteriores quos vidit: vt no.
Bartol. in l. is. §. 1. ff. de tuto. & cura. da. ab his: &
circa hoc adde no. in l. poſſeſſ. §. qui in aliena. ff. de
acqui.

acquirenda poſſeſsione an animus ſit iuris vel facti
varietas ſignificantis: ſeu ſignificati in dictionibus
grammaticalibus quæ in vulgari non reperiuntur
diuerſitatem habere, non cadit in dictis teſtium: ſed
in legibus & ſtatutis ſic: vt not. Bartol. in l. ſi quid
earum. ff. de leg. 3. & adde no. in l. ſi quis filiabus.
30 ff. de teſtamen. tu. Item not. † cautè qualiter teſtis
debet deponere in his quæ curſu temporis mutantur.
Nam ſi dicat quòd vidit iam ſunt plures anni
tales viuere, non ſequeretur: ergo viuunt hodie: vt
not. Bartol. in l. ſecunda. ff. iudic. ſol. ad probandum
negligentiam & aliam negatiuam. vide in conſilio
dicti Barto. 57. qualiter teſtis debet deponere.
Item ſimiliter qualiter quis debet probare diligentiam
ſuam. quod conſilium incipit. Cariſsime do-
31 mine, iſti noſtri Nucerini. Sed qualiter † debet probari
rectè damnum eſſe datum culpa vel negligentia:
& qualiter ſit cautè articulandum. vide Bartolum
in conſilio quod incipit. commune Lucignani.
& ibi etiam dicit quòd quando articulus eſt incertus:
& dictum teſtis eſt etiam incertum: quod
nõ valet teſtificatio illa: apparet ergo neceſſe quod
dictum teſtis ſit certum, vt ibi videtur dicere, quod
32 eſt no. Item no. † quòd nemo poteſt articulare ſubdiſiũctiuè,
niſi articuletur ſuper facto alieno in quo
eſt probabilis ignorantia: vt not. Innoc. in capitulo
33 ex parte. extra de reſcrip. Item quomodo, † & qualiter
probari debet ætas maior & ætas minor. dic ſuper
hoc vt no. Barto. in l. de æta. ff. de mino. & vide
ibi ſuper quibus teſtis interrogatus reſpondere non
debet, & qualiter in talibus cautè reſpondere debet:
& ibi vide an ſufficiat teſtem comprehendere dictũ
ſuum per ſenſum corporeum, an etiam per ſenſum
intellectus. Sed quid ſi teſtis non recordatur de tem-
34 pore? Aduerte quòd † dictum teſtis eſt inſufficiens
& non concludens. & ideo fiat vnus articulus quomodo
ille contractus fuit celebratus inter partes. &
ſi partes confitebuntur. tunc dictum teſtis non probantis
tempus adiuuabitur ex tali confeſsione, &
fieret valida probatio. vt not. & maximè per Bart.
in l. prima. §. ſi quis. ff. quemadmo. teſt. aperi. Sed
35 † quid ſi ſunt variata nomina perſonarum ex aduentu:
& volo probare illum eſſe illum etiam eundem
hominem. vel alium eſſe illum et eundem fundum:
& maximè quando mutata ſunt nomina confinantium.
vide Bartol. in l. demonſtratio. in princip. in
quæſtione fin. ff. de condi. & demonſt. Sed quæro
36 † qualiter redderetur ratio eorum quæ ſcripta ſunt
in libro rationum, puta ſe aliquem tantum expendiſſe
in tali domo: vide Bartolum in l. ſub conditione.
ff. de condit. & demonſtra. vbi dicitur quòd
debet ſic articulari: dico me tantum expendiſſe in
tali domo, & quòd tantum expendiſſet quilibet
bonus vir, & ad probationem rerum. l. 1. infrà, ſi
cui plus quàm per legem Falcidiam. Sed † quæro 37
an ſi teſtis non repiloget, ſeu repetat locum, & tempus
aliâs dictũ in dicto ſuo videatur repetiſſe, prout
erat capitulatum: dic vt not. per Bartol. in l. Labeo.
de ſupp. leg. Sed † an poſsit iudex ex cauſa non ad- 38
hibere fidem teſti clarè probanti: vide no. per Bart.
in l. Lucius. ff. de his, qui no. ĩnfa. Sed † qualiter 39
probatur fama? dic quòd teſtis dicere debet: & de
prædictis eſt publica vox, & fama. interrogat⁹ quomodo
ſcit. reſpondit: quia audiuit publicè dici: &
non dicat, quòd publicè dicitur: quia non redderet
bonam cauſam: quia non de auditu ſuo: & ſic de
nullo ſenſu: vt not. Iaco. de Are. in l. teſtium. C. de
teſti. Dy. conſuluit de facto, quòd fama ſit probata,
dicendo quòd publicè dicitur ſic per l. penul. in
princip. ff. ad Maced. ibi, ſed quia publicè. & C. ad
Maced. l. 1. & 2. de quo per Bartolum latiſsimè in l.
de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. Sed † quæro an 40
debeat dari copia articulorum alteri parti petenti.
vide Innocen. in cap. per tuas. extra de teſti. vbi dicit,
quòd non. adde no. in l. ſi duo patroni. §. idem
Iulianus. ff. de iureiur. Sed quæro † quid de interro- 41
gatorijs fiendis teſtibus, an debeat dari copia alteri
parti? Innoc. dicit quòd non in dicto cap. per tuas.
extra de teſti. dicit tamen ſi iudex det, non peccat.
Sed † quid ſi iudex omiſit examinare teſtes ſuper 42
ſubſtantialibus: idem Innoc. in d. cap. per tuas. dicit,
quòd etiam publicato proceſſu, poteſt pars petere,
quòd examinentur. Sed pone † quòd teſtis red- 43
dit cauſam congruam in primo dicto ſuo: ſi poſtea
ſtudendo reddat incongruam an probet. verbi gratia,
dicit teſtis dico, quod vidi Titium poſsidere.
poſtea interrogatus quanto tempore. reſpon. quòd
decem annis vt ſibi videtur. dic quòd probat: vt l.
quid tamen. §. 1. ff. de arbi. & ibi per Bartolum ſecus
ſi dixiſſet in primo dicto, mihi videtur quòd Titius
poſſederit, iam ſunt 10. anni. & vltra: quia iſtud non
valet. vt ibi. Sed † quæro, teſtis qui depoſuit dictum 44
ſuum obſcurum, declarauit ſemel dictum ſuum, an
iterum interrogandus ſit? dic quòd non: vt l. 2. §.
qui obſeruari. ff. de iura. cal. & per Bartolum in l. 1.
ff. ſi cer. pet. Sed an teſtis examinetur ſuper maleficio,
ſeu ſuper inquiſitione. & non interrogatur de
loco, & tempore, an valeat eius dictum, ſi non interrogatur
de loco, & tempore in inquiſitione contentis.
dic quod non: vt not. Bart. in l. prima. §. item
notandum. ff. de aleato.

LAVS DEO.

TRACTATVS DE REPROBATIONE TESTIVM BARTOLI.

ADDITIO.

Tractatus de reprobatione. *Adde quòd huiuſmodi tracta. eſt Bart. ſine alleg. iuriu. & ita in libris antiquißimis inueni, & maximè in 10. volu. conſi. in con. 101. licet in primis impreßionibus attribuatur do. Iaco. Aegidij. ſed conſiderandum puto quòd iſte tracta. vſque ad capitulum teſtium facilitati. eſt Bar. abinde infra ſunt addit. do. Iaco. Aegidij. & poſtmodum additi. do. Angel. de Peru. vt infrà ſuis locis ſcribam.* Tho. Diplo.

IN NOMINE Domini Ieſu Chriſti eiuſque glorioſæ matris virginis Mariæ Amen. Incipit doctrina Bar. de Saxoferrato ad reprobandũ teſtes. Et in primis reprobãtur videlicet. Infames. Serui. Rectores eccleſiarum, ſcilicet monachus, abbas. & ſi. Fratres minores & prædicatores & œconomi. Mulieres. Minores. Furioſi. Pauperes. Infideles & excommunicati. Domeſtici. Si nó iurauerint. Si in cauſa propria. De debitore. De venditore. De fideiuſſore. De tutore curatore. De negotiorũ geſtore. De iudice. De aduocato & procuratore. Si ſint ſingulares. Si in cauſa communi. Si participes & ſocij. Si ſint obſcuri. Si teſtes reuertuntur ad iudicem. Si cauſam ſui dicti non dixerint. Si iudex non interrogauerit. Si ſunt inimici, vel criminalis lis ſit inter eos mota. Si vnum pro alio dicunt. Si corrupti dixerunt. Si verum non dicant. Si proximiora rei de qua quæritur teſtimonia non dixerint. Si præmeditatum & vnum ſermonem dixerint. Reprobantur notarij qui extensè dictum teſtis non ſcribunt. Si vnus dicit de vna re & alius de alia. Si vnus dicit de vna perſona & alius de alia. Si non bene computant gradum conſanguinitatis Si diſcordant de loco. Si diſcordant de tempore. Si diſcordant de re. Si ſinguli diuerſa & varia deponant. Si aliquis de meis pro te, & de tuis ꝓ me dixerint. Quando non dicunt ad cauſam: quia falſa vel varia. Si ſunt vſurarij. Reprobantur etiam iudices ſuſpecti. De recuſationibus iudicum. Si recipiantur iterato. Si aliàs ſunt falſi, vel fuerint falſi. Si contra te ſunt teſtificati: & vis pro te producere. Si didicerint teſtificata. Si ſecretè non dixerint dictum ſuum. Si à iudice non recipiantur. Si deficiunt in numero ordinato quando certus numerus exigatur. Si articuli non faciunt ad cauſam. Si deponunt extra intentionem. Si interrogétur de ſuis facinoribus. Si multitudo fuerit magna. Si non ſunt redacta in publicam formam eorum dicta. Si contra ſe reputantur induci teſtes & inſtrumẽnta. Qui compelluntur inuiti, & qui non. Reprobantur proxenetæ & cenſuales. Hermaphroditi. Parentes & matres in infinitum. De liberis. De his qui ſunt in mortali peccato. Si non dicant de viſu ſed de credulitate & auditu. An teſtes dati reprobentur, & qualiter, & qui non.

LAVS DEO.

TRACTATVS DE TESTIBVS ET EORVM REPROBATIONE D. IACOBI AEGIDII DE VITERBIO, CVM ADDITIONIBVS D. ANGELI DE PERVSIO.

ADDITIO.

Teſtibus. *Hic incip. addi. domini Iaco. Aegidij de Viterbio prioris Auielien. qui legit Romæ, & rogatu do. Gualfredi Mediolanen. maioris iudicis eccleſiæ Viterbien. edidit hunc tracta. per viam addi. & commentationis, qui ſingula verba incipiendo à reprobatione infamium &c. & adde quod in quodam libro antiquo inueni hunc eundem tracta. attributum fuiſſe dom. Angel. de Amelia, qui fuit tempore Bart. Aliqui tamen attribuunt huiuſmodi tracta. do. Ange. de Vbal. ſed vt paucis verum abſoluam eſt domini Iaco. Aegidij publicatus in ciuitate Viterbien. vt ex plurimis ſubſcriptionibus voluminum antiquorum inueni.* Tho. *Diplouatatius.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſecundum allegata & probata iudicare debet.*
Sancius eſt delinquenti facinus impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare.
Teſtis falſi dictum quibus obnoxium ſit.
Teſtis infamis non admittitur.
2 *Serui teſtimonium reprobatur.*
3 *Monachus, canonicus regularis, & ſimiles teſtificantur in cauſis ſuæ eccleſiæ.*
4 *Fratres minores & prædicatores de licentia ſui ſuperioris teſtificantur. & ipſis magis creditur.*
Veritatem occultans mortaliter peccat.
Serui admittuntur ad teſtimonium contra dominum.
5 *Mulier non admittitur in criminalibus ad teſtificandum, in ciuilibus ſic.*
Mulieres varium, & mutabile cor ſemper tenent.
Fœminæ in teſtamentis, & vltimis voluntatibus ad teſtimonium non admittuntur, in codicillis verò ſic.
6 *Minor in criminalibus non eſt teſtis idoneus.*
Impubes teſtificatur de his quæ vidit in pupillari ætate.
Seruus factus liber teſtificatur de his, quæ ſeruitutis tempore vidit.
7 *Furioſus & mentecaptus repelluntur.*
8 *Pauper admittitur ad teſtificandum, ſed ei tanta fides non adhibetur.*
Teſtes pauperes facilius corrumpuntur quàm diuites.

Teſtis

Teſtis non tantum ex facultatibus, quàm ex fide idoneus reputatur.
9 *Excommunicati, infideles, & hæretici repelluntur à teſtimonio.*
Excommunicatio quid ſit.
10 *Domeſtici & familiares item repelluntur, vxor dicitur domeſtica.*
11 *Teſtes debent cum iuramento deponere, & tale iuramentum non poteſt remitti.*
Sacramentum calumniæ partium volũtate remitti non poteſt.
Sacramentum an in cauſa criminali poſsit remitti, vel alia cauſa ardua.
12 *Teſtis in cauſa propria quis eſſe non poteſt.*
Monachus pro eccleſia non teſtificatur.
Nec de vniuerſitate pro vniuerſitate.
13 *Venditor pro emptore non teſtificatur.*
Fideiuſſor pro emptore ſic.
Tutor, curator, & ſimiles pro dominis non teſtificantur.
Aduocatus durante aduocatione non teſtificatur: ea verò finita ſic.
14 *Teſtes ſingulares reprobantur.*
15 *Socij & conſortes in cauſa communi non teſtificantur.*
16 *Particeps & ſocius criminum repellitur.*
17 *Teſtes obſcuri, & ignoti ad teſtimonia non admittũtur.*
Iudex cogit teſtem dictum obſcurum declarare.
18 *Teſtis incontinenti poteſt dictum ſuum mutare in totum vel in partem, & ſtatur vltimo.*
19 *Teſtis non reddens cauſam dicti non probat.*
Iudex non interrogans teſtem de cauſa dicti, tenetur parti ad intereſſe.
20 *Inimicus repellitur à teſtimonio.*
21 *Teſtis dicens falſum reprobatur.*
22 *Teſtificans corruptus pecunia repellitur.*
23 *Teſtis celans veritatem non probat.*
24 *Teſtis vero ſimilia non deponens non admittitur.*
25 *Teſtes deponentes per eundem præmeditatumq; ſermonem non probant.*
26 *Teſtes de diuerſis rebus deponentes reprobantur.*
27 *Teſtes deponentes de diuerſis perſonis reprobantur.*
28 *Teſtes reprobantur ratione computationis graduum.*
29 *Teſtes de diuerſis locis deponentes non probant.*
30 *Teſtes iurantes, & deponentes in eccleſia reprobantur.*
31 *Teſtis vnus quando dicit de vno tempore, & alius de alio non admittitur.*
Teſtis quando ſit interrogandus de tempore, & varietas in tempore noceat.
32 *Decima non probatur per teſtes quorum vnus de fabis, & alius de ciceribus.*
33 *Officium iudicis quale eſſe debeat, cum teſtes variant: ſiue inter ſe, ſiue inter alios.*
34 *Teſtes dicentes vnum pro alio, & pluribus dixerunt ſua teſtimonia reprobantur. & tanquam falſarij puniuntur.*
35 *Vſurarij & conſiſtentes in peccato mortali à teſtimonio repelluntur.*
36 *Teſtis reprobatur ex illis cauſis ex quibus iudex vt ſuſpectus recuſatur.*
Iudex propter quas cauſas, vt ſuſpectus recuſetur.
37 *Teſtes ſuper eiſdem articulis iterato recipi non poſſunt.*
38 *Teſtis qui aliàs falſum teſtimonium protulit, repellitur.*
39 *Teſtis qui contra me teſtificatus eſt, ſi modo per me producitur repellitur.*
40 *Teſtes pir didicita teſtificata repelluntur.*
41 *Teſtis ſecretè, & ſigillatim non deponens reprobatur.*
42 *Teſtis non receptus à iudice, vel ab alio de eius mandato non admittitur.*
43 *Teſtes recepti ante litem conteſtatam non probant.*
44 *Teſtes deficientes in numero requiſito reprobantur.*
45 *Teſtes non rogati non probant.*
46 *Teſtes reprobantur ſola voluntate illius contra quẽ producuntur coram arbitro.*
47 *Teſtis non admittitur in illis caſibus in quib. oportet probare per ſcripturam.*
Scriptura in quibus caſibus requiritur.
48 *Teſtes quando articuli producti ad cauſam non faciũt, non admittuntur.*
49 *Teſtes producti ſuper id de quo eſt actum reprobantur.*
50 *Teſtis de facinoribus ſuis interrogari poteſt.*
51 *Multitudo effrenata teſtium reprobatur.*
Numerus quadragenarius dicitur effrenata multitudo.
52 *Teſtes quorum dicta non ſunt redacta in publicam formam non probant.*
53 *Producere teſtes, vel inſtrumẽta cõtra ſe quis nõ cogitur*
54 *Senes & valetudinarij non admittuntur ad teſtificandum.*
Senex dicitur qui compleuit 60. annos.
55 *Proxeneta non admittitur niſi vtraq; parte volente.*
56 *Hermaphroditus teſtificari non compellitur.*
57 *Aſcendentes & deſcendentes inter ſe non teſtificãtur.*
Mater teſtificatur pro filio de ætate.

TESTIVM Facilitati ac varietati, & ipſorum falſitati machinationibusq; fraudoloſis per quos multa veritati cõtraria perpetrantur. vt. C. de teſti. l. teſtiũ. & furta clandeſtina committuntur, dum dictis † 1 ipſorum iudiciaria auctoritate. qui dum habet ſecundum allegata & probata iudicare: vt. ff. de offi. præſi. l. illicitas. verſi. veritas. & extra de ſenten. excõ. c. lator. & in diſcretis. *24*. q. *2*. ſi quis non certè. miſeri domini rerum enormiter ſpoliantur: vt alibi dicit. l. ff. de vſuc. transfor. l. inſontes & innocentes grauiter puniuntur. cum ſancius ſit deliquenti facinus impunitum relinquere, quã innocentem aliquatenus condemnare: vt ff. de pœ. l. abſentem. & in decre. *12*. q. *1*. c. *1*. Et in his iniqui peiores ſunt furibus latronibus abigeis & aliquibus criminoſis. Nam falſi dictũ teſtis tribus obnoxium eſt perſonis. primo Deo qui tactis ſacroſanctis eccleſię ſcripturis præſentiam ipſorũ deuiat & periurat. deinde iudici quem mentiendo decepit atq; fallit. poſtremo innocenti quem lædit teſtimonio ſuo falſo: vt extra de falſis. c. *1*. Ideo propoſui obuiare contra voces teſtium ſceleratas: & ipſorum quibus & ex quibus cauſis teſtimonia reprobantur: nil de contingẽtibus obmittendo: quia nil videtur actum donec aliquid ſupereſt ad agendum: vt C. ad Sylla. l. vl. ſecundum iura canonica & ciuilia breuiter explicabo. & primo.

Reprobantur teſtes ſi ſunt infames. vt de teſti. l. *3*. §. lege Iulia & extra de ver. ſig. c. forus. §. teſtes.

Sed infamia iuris & non facti: vt C. de digni. l. neque. & de infam. l. *1*. Sed quid de alio crimine cui

crimen opponitur: dic vt extra de teſtibus. c. teſti-
monium eius. Sed an præcedente appellatione dam-
natores de crimine admittũtur in teſtem: dic vt no.
extra de teſti. c. fi.

Quibus caſibus quidam infamantur infamia iu-
ris & facti, habetur. ff. quib. ex cau. infa. irro. l. 2. §.
vlt. & l. qui autem. & l. athletas. §. ait prætor. & per
totum. & C. ex quib. cau. infa. irro. l. ea quæ. & l. ſi
te. & l. decreto. & l. fuſtibus. & l. non damnatos. &
Inſti. de pœ. teme. liti. §. ex quibuſdam. nam infa-
mes ex quolibet actu legitimo repellũt: vt ff. quem-
ad. teſta. ape. l. ſi quis &. ff. de teſti. l. ſcio. C. de ſum.
2 Tri. l. 1. vbi de hoc. Reprobãtur † teſtes ſi ſunt ſerui.
vt. C. de teſti. l. ſeruos. & l. eos. quia ſerui timore do
minorum ſupprimerent veritatem: vt extra de ver.
ſig. c. forus. §. teſtes. & 3. q. 8. c. item in criminali. &
4. q. 3. c. accuſatores. & C. de teſtibus. l. quoniam li-
3 beri. cum ſi. Sed † nunquid monachus: canoni-
cus, regularis: archipresbyter: abbas: rector: cum
ſint ſerui Dei & monaſterij: quia nihil proprij ha-
bent & renunciant propriæ voluntati: vt 12. q. 1. non
dicatis. & 29. q. 3. c. ſtatuimus. &. c. ingredientibus.
& quia ſunt mortui mundo: vt ſupra de epiſcop. &
cler. l. Deo nobis. Sed nunquid ſint compellendi
ferre teſtimonium: pro locis ſuis teſtificari. & pro
monaſterijs & ſuis eccleſijs vbi degunt, & certè ſic
vt argu. 15. q. 1. c. monachi. & c. qui vere. & in auth.
de ſanc. epiſ. §. ſi quando. col. 10. & extra de teſti. c.
inſuper. & c. cum nuncius. 14. q. 2. c. ſuper pruden-
tiam. & de iureiur. c. & ſi Chriſtus. in fin. & hoc in
ciuili, & in criminali verò cauſa. dic vt no. in d. c.
4 nuncius. Sed † nũquid fratres minores & prędicato-
res compellantur teſtificari & dicere veritatem li-
centia prælati habita? & certè quia compellitur epi-
ſcopus qui eſt religioſior eis, præpoſitis tamen ſa-
croſanctis ſcripturis non tactis. vt de epiſcopo. &
cleri. aut. ſi iudex. quæ eſt ſignata ſuper lege nec ho-
nore. & quia iſti ſunt teſtes omni exceptione maio-
res. & non eſt veriſimile quòd deierent vel ſuppri-
mant veritatem. cum hic ſit præcipuus timor natu-
ræ. & ſint filij præcipue Dei qui eſt vla veritas & vi-
ta. ff. de offi. præfec. prætor. l. 1. in fi. Et ſæpe ſolet
filius ſimilis eſſe patri. & de arbore dulci dulcia po-
ma cadunt. iuxta illud verbum Chriſti. Si verita-
tem dico vobis cur non creditis mihi. Et aliud ver-
bum. Iurauit dominus & non pœnitebit eum. vt
extra de iureiu. c. & ſi Chriſtus. Nam ſi pro veritate
deierent tanquã hæretici repudiandi ſunt: quia qui-
dam hæretici non iurant: & qui veritatem occultat
mortaliter peccat. 11. q. 3. c. quiſquis. & circa confu-
ſionem teſtium, dic vt no. de teſti. c. pe. & hoc eſt
quod legitur contra eos. 22. q. 1. clericum. & c. conſi
dera. Serui enim admittuntur contra dominum. vt
3. q. 3. itẽ in criminali. vt in ver. item ſerui. ff. de te-
ſti. l. ſerui. & ſi non admittuntur iſti religioſi, com-
pelluntur enim ad teſtimonium veritatis. nam aliàs
facultas probationum anguſtaretur. quod eſſe non
debet. vt C. de hære. & mani. l. quoniam. in fi.
5 Item † mulieres à teſtimonio repellũtur: quia fœ
minæ non admittuntur in criminali: vt 30. q. 3. mu-
lierum. & eſt ratio: quia varium & mutabile cor
ſemper tenent. extra de verbor. ſignifi. c. forus. §. te-
ſtes. vnde verſus dicit. Fœmina fallere falſaque di-
cere quando carebit. Beccharia piſcibus, & mare
fluctibus tuncque carebit. Et alibi dicitur. Fœmina
nulla bona: quia ter mutatur in hora. In ciuilibus
autem admittuntur: vt. 15. q. 4. §. ex eo. & ff. de te-
ſti. l. ex eo. In criminalibus autem admittuntur cum
ciuiliter agitur. vt contra hæreticos: vt extra de te-
ſti. c. quoniam. & c. tam literis. In teſtamentis & vl-
timis voluntatibus non admittuntur: vt C. de teſta-
ment. l. hac conſultiſsima. in pri. & l. qui teſtamen-
to. §. mulier. ff. de teſtamen. In codicillis autem be-
ne poſſunt eſſe teſtes. vt ff. de teſta. l. qui teſtamen-
to. §. mulier.

Reprobantur † teſtes minores. 14. annorum. in 6
ciuili. vt C. de teſti. l. 3. §. Iulianus. 4. q. 3. c. 1. §. in
criminali. ver. item teſtimonium. In criminali re-
pelluntur minores 20. annorum. vt ff. de teſti. l. in-
uiti. la. 2. Impuberes tamen in his quæ viderunt in
pupillari ætate poſſunt teſtificari. & idem in ſeruo
libero facto: vt ff. de verb. ſign. l. notionem. §. in-
ſtrumentorum. & no. in l. de minore. ff. de quæſt.
& in l. fi. C. ad Silla.

Repelluntur † furioſi & mente capti, ſicut ab of- 7
ficio iudicandi. 4. q. 8. §. tria.

Repelluntur † pauperes: quia non tanta fides eis 8
adhiberi debet: quia timor eſt ne pecunia corrupti
teſtificentur: quia facilius corrumpuntur pauperes
quàm diuites: vt ff. de teſtib. l. teſtium. & in auth.
de teſti. §. ſanci. ff. de excu. tu. l. ſpadonem. Sed
admittuntur interdum pauperes: quia non tantum
ex facultatibus ſed ex fide teſtis idoneus reputatur.
vt Inſti. de ſuſpe. tuto. §. fi. & in auth. de teſtib. §. ſi
quis. & in decr. 4. q. 3. §. ſi teſtes. & quicquid dicatur
pauperi non tanta fides adhibetur ſi inſpicitur eius
propoſitum. vt ff. de teſti. l. actione. §. in perſonam.
de ſuſpec. tuto. l. ſuſpectum. de admi. tu. l. ſcire o-
portet. in fi.

Reprobantur † infideles, & excommunicati hæ- 9
retici non participantes communioni Sanctæ Ro-
manæ Eccleſiæ. vt 2. q. 7. ſi hæreticis. & extra de ſen
tent. excommu. c. pe. nam excommunicatio eſt ſe-
paratio à communione omnium fidelium: vt 8. q. 3.
§. euidenter &c.

Et ideo excommunicati ad teſtimonium non
admittuntur, nec ſentẽtia, laudum, nec pręceptum,
nec arbitrium ab excommunicato latum tenet, nec
vt patronus aduocare poteſt ſi ſit excommunica-
tus. nec poteterit eſſe in iudicio, licet ſe defendere
poſſet, & cauſam appellationis exercere: vt extra de
appell. ca. à nobis. & c. inter. & c. ſignificauerunt. &
c. exceptionem. & extra de hæreti. c. ad abolendã,
Nec literas poteſt impetrare excommunicatus: nec
pro alijs poſtulare. vt extra de ſenten. & re iudica. c.
per tuas. extra de officio ordina. c. ex parte. & extra
de probat. c. 1. nec mirum ſi non poteſt eſſe teſtis.
Ex ſupradictis autem ſex, teſtes repelluntur, cauſæ
autem ſunt: ętas: conditio: ſexus: diſcretio: fama. Et
fortuna, fides in teſtibus iſta requires.

Item † repelluntur teſtes ſi ſunt domeſtici fami- 10
liares, & ſerui, liberti, mercenarij: qui ſunt ad ali-
quos ſolidos cum dominis. & illi dicuntur dome-
ſtici. de quibus legitur. ff. de pœnis. l. reſpiciendũ. §.
furta. & ff. ad Sillan. l. fi. & ff. de regulis iuris. l. cum
teſtimonio. de quæſtionibus. l. prædoni. ff. de ædi-
litio edicto. l. ædiles. §. familiæ. & ff. de religio. l.
familiaria. & vxor videtur domeſtica: quia eſt ſocia
diuinæ

diuinæ & humanę domus, & duo ſunt in carne vna. vt C. de crimi. expil. hæredi. l. aduerſus. Quidam dicunt quòd vxor contra virum teſtificatur, nó pro eo, quod non placet: quia qui agere non poteſt pro me, nec contra me: vt C. de teſtibus. l. parentes. & l. ſeruos. & extra de teſti. c. in literis. vbi de hoc.

11 Reprobantur † teſtes niſi cum ſacramento depoſuerint dicta ſua: vt C. de teſti. l. iureiur. niſi ſacramétum fuerit remiſſum teſti: ac ſi iuraſſet habita fide, partium voluntatę: quia vnicuique licet facere gratiam alteri de iura ſibi competente. vt C. de pac. l. ſi quis in conſcribendo. & pactis priuatorum poteſt iuris ſeueritas mitigari: vt C. de appel. l. vl. & ff. de fer. l. 1.

Sed ſacramentum calumniæ partium voluntate remitti non poteſt: vt C. de iuram. calum. l. 2. §. ſed quia veremur. ſed tacitè ſic: arg. C. de procur. l. ita demum. Credimus tamen contrarium quòd remitti non poſsit, nec tenet proceſſus ſi remittatur, cum in lege prædicta dicatur expreſsè teſtem debere iurare, & hodie ferè teſtes cum ſacramento exprimant veritatem propter malitiam ipſorum nedum ſine ſacramento: licet quidam contra nos ſentiant. & ita in quibuſdam partibus de cóſuetudine obſeruatur. ſed non exemplis ſed legibus eſt iudicandum cum omnium veritatem legum & iuſtitię ſequi debemus veſtigia: vt C. de ſen. & interlo. om. iudi. l. nemo. Sed contra nos eſt extra de teſti. c. tuis. ſed illud capitulum loquitur in monachis & cóuerſis, licet quidam intelligant largè prout litera ſonat: ſed litera occidit: ſpiritus autem viuificat.

Sed nunquid in cauſa criminali poterit ſacramentum remitti, vel ardua alia cauſa, nó credimus: quia vbi maius periculum vertitur: ibi cautius eſt agendum. ff. de car. edic. l. 3.

12 Reprobantur † teſtes in cauſa propria dum damnum, & emolumentum ſpectat ad eos. vt. ff. quando appellan. ſit l. 1. §. in propria. nec iudex eſſe poteſt. C. ne quis in ſua cauſa. l. 1. nec arbiter: vt C. de arbi. l. vlt. ſic nec teſtis. vt C. de teſti. l. omnibus. In cauſa tamen vniuerſitatis, cómunis, & eccleſię monachi licet conuerſi, ferunt teſtimoniú pro eis quando non eſt cauſa propria: vt ff. quod cuiuſq; vniuer. no. l. ſicut. & de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. 12. quæſt. 2. ſuper prudentia. extra de teſti. c. inſuper. & c. cum nuncius.

13 Venditor † non teſtificatur pro emptore niſi remiſſum ſit onus euictionis ei, nec creditor pro debitore in cauſa pignoris: quia propria eſt cauſa ipſorum. vt ff. de appell. l. ab executore. §. alio condemnato. ff. quando appell. ſit l. 2. §. ſed ſi ab alijs. Fideiuſſor teſtificatur pro debitore quãdo non eſt propria cauſa: quia regreſſum habet actione mandati contra debitorem: vt extra de fideiuſſ. c. vltim. C. man. l. ſi fideiuſſor. & C. de fideiuſ. l. ſi vero. Sed debitor non teſtificatur pro creditore: tutores: curatores: negociorum geſtores: procuratores: œconomus non teſtificantur pro dominis ipſorum ſecundum vnam exceptionem quam facimus. C. de teſti. l. mandati. Sed nec iudices nec arbitri in cauſis quas recipiunt in mandatis: nec aduocati in cauſis quas recipiunt aduocandas: licet quidam dicant contrarium, & intelligant nomen executoris ſtrictè. Nos diſtinguimus quòd durante officio prædictarum perſonarum teſtes eſſe non poſſunt ne animosè teſtificari videãtur, poſt finitum officiú poſſunt: nedum ad vtrunque feſtinant neutrum benè peragant. C. de aſſeſſ. l. fi. & ne rerum mixtura turbentur officio. C. de teſt. l. conſulta.

Reprobantur † teſtes ſi ſint ſingulares: vt extra de elec. c. dudum. & cap. cum dilecti. nam annotatione vnius teſtis non pronunciatur & ſi clarę dignitatis honore præfulgeat: vt C. de teſti. l. iureiur. niſi modica ſit ſumma & inopia probationum ſit: vt C. de re. cre. l. iureiur. §. in bonæfidei. Sed fallit in cauſis ciuilibus & canonicis quòd ſtetur dicto vnius teſtis in quibus hoc non procedit aliquãdo, quod nó proſequor nunc ne faſtidium generem: & quia hic tantum tractamus de teſtium reprobatione non de ipſorum admiſsione: licet aliqua intendamus dicere ad remedium rudium & prouectæ ætatis. 14

Reprobantur † teſtes in cauſa communi: quia conſortes & ſocij non poſſunt teſtificari in cauſis ſociorú: & quia teſtificantur in cauſa propria quod prohibitum eſt: vt ſupra diximus. & arg. ff. de ri. nup. l. illud. 15

Reprobantur † ſi ſunt participes, & ſocij criminum. C. de teſt. l. quoniam. extra de teſt. c. veniens. 4. q. 3. item in criminali. in ver. item liberi. C. de de accuſ. l. fi. 16

Reprobantur † ſi ſunt obſcuri & ignoti: vt in aut. de teſti. §. ſancimus. poſſunt tamen cum tormentis admitti. Sed an iudex poſsit compellere teſtem: vt dictum ſuum determinet & declaret: certè ſic rationem diuerſitatis ſermonum ante publicationem & poſt: vt extra de teſti. cogen. c. præterea. 35. q. 5. de parentela. ff. de quæſtio. l. nepoti. Quod enim obſcurè dicitur pro non dicto habetur: vt ff. de his quæ pro non ſcri. l. 2. & ff. de inter. actiõ. l. de ætate. §. nihil. Et obſcurum dictum ſcriptum, pro non ſcripto habetur: vt. ff. de his quæ pro non ſcrip. l. 2. Item ſi neceſſariæ interrogationes ſint omiſſæ iterum interrogantur teſtes: vt extra de teſti. c. per tuas. & ibi. Innoc. Item ſi teſtes obſcurè deponant vtrum interrogentur ante aperturam vel poſt: vt extra de teſtib. c. cum clamor. † Sed quid ſi teſtis ſpontè reuerſus ad iudicem velit mutare dictum ſuum in totum vel in partem, debet ne audiri? ſi cum aliqua partiú non fuerit locutus: & de hoc quæret iudex an fuerit locutus cum patre, ſi non fuit locutus admittet iteratò dictum ſuum. & ſtabitur vltimo dicto ſuo: vt ff. de hæred. inſti. l. ſi ita ſcriptum ſit. in prĩn. & l. Stichum aut Pamphilú. ff. de manumiſ. teſtam. & ibi de hoc. & dic vt in corpore auth. de teſti. §. quia vero. in Gl. magna quę incipit imò videtur. col. 7. extra de teſti. c. per tuas. & no. in d. c. cum clamor. 17 18

Reprobantur † ſi cauſam ſui dicti non dixerint ſiue nó reddiderint: quia dicitur atteſtatio indiſcreta & nuda: vt C. de teſtib. l. ſolam. & C. de edi. diui Adri. tol. l. fi. ff. de tranſac. l. cum hi. & ff. de prob. l. cum de indebito. & l. nuda ratio. ff. de dona. quia nuda ratio facit aliquem debitorem, & hoc eſt verum, ſi de cauſa fuerint interrogati, aliter nó tenentur reddere rationem ſui dicti: quia teſtis non debet eſſe verboſus. vt de preci. impe. offe. l. inſtrumentorum. Sed an teneatur iudex parti ad intereſſe: quia de cauſa non interrogauit? Quidam dicunt quòd 19

ſic

ſic.ar. C.eod.l. ſi quando.in fi.& de offic.præfect. præt.l.ſi quos iudices.nos diſtinguimus quòd ſi iudex propter multas occupationes ſui officij & oppreſsiones ſubiectorum ſiue ſubditorum non potuit teſtes examinare: quia pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, parcitur ſibi alias tenetur: quia cum diligentia teſtem examinare debuit: vt dixi. C. de teſt.l.nullum. & arg. extra de teſtib.c.cum clamor.& ibi per Inn.16.q.1.c.presbyteros.facit.l. hac conſultiſsima.§.cum humana.C. de teſta.

20 Reprobantur† ſi ſint inimici eiuſdem contra quẽ producantur, ſi dicatur teſtis odioſus: quia criminalis lis fuit inter eos mota. & hæc approbantur vt nõ antea audiatur quàm de crimine iudicetur. Si vero ex lite pecuniaria procedat receptio teſtis tempore diſputationis reſeruetur, ne talibus teſtibus fides adhibeatur: multa leguntur. C.de teſti.l.quoniam liberi.& in auth. ſuper ipſa.l. ſignata. & extra de teſti.§. ſi vero à lite odioſus.

21 Reprobantur † teſtes ſi falſa teſtimonia proferunt vnus pro alio: quia falſitas eſt mutatio veritatis: vt C.de teſti.l. nullum. vbi dicit quorum voces falſitate carere non proſpexit: vt in auth.de fide inſtrum.in prin.& de hoc membro infra dicemus copioſius.

22 Reprobantur† ſi promiſsione pecuniæ vel datione verum vel falſum tulerint teſtimonium: vt C.de teſtib. l.ſi quis teſtibus. & 27. q. 5. non ſane, vltra factas expenſas teſtes recuperare non debent. vt C.de teſti.l. quoniam liber. 4.q.3.à veritate. ff. de teſti. l. teſtium. §. Sabino.nec iudices ordinarij vel delegati vltra recipiunt niſi in fraudem: vt extra de vi. & hone. cleric. c. cum ab omni ſpecie malinam vt bene ſcrutetur quicquam recipere non debent: vt ff.de cond. ob turpem cauſam l.2.& l.mercales. cum ſimi.

23 Reprobantur† ſi non dicant veritatem: quia non minus falſitatem committunt qui veritatem occultant, quàm qui exprimunt falſitatem: peccant mortaliter religioſi vel quicunque alij ſi vocati ad teſtimonium veritatem celauerint. vt 11. q.1. aliqua. & 12.q.1.prædicandum.& 22.q.2.præceptum. & maximè peccat qui metu alterius veritatem tacet. Vnde Augu. quiſquis timore alicuius veritatem celat, iram Dei ſuper ſe prouocat: quia non magis timet Deum quàm humanam naturam: & poſt pauca reus eſt vterque: & qui veritatem occultat,& qui mendacium profert: quia ille prodeſſe non vult, iſte nocere deſiderat: vt 11.q.3.quiſquis.

24 Reprobantur† ſi aptiora & promptiora veri teſtimonia non protulerint: vt ff.de teſti.l. ob carmen.

25 Reprobantur † ſi vnum & eundem ſermonem præmeditatum pronunciauerint: vt ff.de teſti.l.teſtium. Et ideo malè faciunt tabelliones qui nõ ſcribunt dictum teſtis extenſum & longum vt ipſe teſtis dixit volendo euitare laborem. Sed ſi dicit notarius in ſuis ſcripturis talis teſtis dicit idem quod talis,& malè facit, & multo deterius dicit, cum interrogando teſtẽ ſcribit, dixit vera eſſe quæ in articulo continentur: & ſic non quærit de his quæ ſunt in articulo incluſa: quia iudex debet ſermonem & vocem teſtis conſiderare, & conſtantiam & trepidationem. vt ff.de quæſt.l.denunciare.§.1. Itẽ reprobatur dictum teſtis ſi eſt repetitum. vt 5. q. 5. §. ſed aliud eſt.& 4.q.3.in teſtibus. Item habet ætatem vt de ſe loquatur: vt in conſtitu.di.4.cum Paulus: & cautè ſubiunxit ſex dirigendo ſermonem ad ſempiternum iudicem.tu magis ſcire potes quãta ſit fides teſtibus adhibenda: vt ff. de teſti. l. teſtium. & d.l. de minore.§. tormenta.no. in l. vir bonus. ff. iudi. ſol. no. in l.cęteræ.§.1. ff. famil. erciſc. & in l.continuus.§.cum ita. ff.de verb.oblig.cum ſimil.

Reprobantur † teſtes ſi vnus dicit de vna re alius de alia: qui ſingulares ſunt in omnibus ſuis dictis: vt extra de electionib. cum dilectus.& extra de probation.cap.licet. 26

Reprobantur† ratione perſonarum: quia vnus dixit de vna perſona: alius de alia: vt extra de ord. cog.c.tua.& ar.l.ad probationem. C.de prob. 27

Reprobantur† ratione computationis gradus parentelæ 35.quæſt.5.de parentela. 28

Reprobantur† teſtes ratione diuerſitatis locorũ: vt quia ſi vnus dicit fuiſſe factum maleficium, vel commiſſum, vel perpetratũ in vno loco, alius dicit in alio. exemplo Danielis quando interrogauit teſtes & vnus dixit ſub pino, alius dixit ſub cino. nam de loco teſtis dicere debet. vt arg. C. de contrahen. & commit. ſtipu.l.optimam.& ff.de accuſ.l.libellorum. ff.de inuti. ſtip.§.item verborum. & de priuati.deli.c.in pr.& C.de accuſ. l.in cauſis.& Gloſſ. ordina. in c.quoniam contra.de probatio. 29

Item† reprobantur teſtes ſi depoſuerint & iurauerint in eccleſia: vt extra de immu.eccl.decet. lib. 6.& ibi eſt Glo.in argu. 30

Reprobantur† ratione temporis ſi vnus dicit de vno tempore, alius dicit de alio tempore: vt 4. q. 9. nihilominus. Sed an de tẽpore ſit interrogandus teſtis. Azo dicit quòd non. Sed ſi eſſet ſuſpectus: tunc iudex debet interrogare & ſtudere vt teſtem capere poſsit in ſermone, quęrendo ſi tempus erat nebuloſum vel clarum quando hęc acta fuerunt, qualiter erant induti vel calciati delinquentes, vel quid habebant in capite, & qui conſules erant tunc, vel quis tunc erat Imperator, & quo anno, & quo menſe ſecundum vnam lec. quę legitur. ff. ad Sillania.l.quo anno.admiſit: ſed nos credimus de tempore etiam quærendum. & ſi dixerit bene quidem. & ſi non dixerit. aut antiquum eſt negocium vel pactum & ſimile: & tunc non eſt curandum: quia omniũ habere memoriam, & in nullo penitus peccare &c. vt C. de vete.iur.enucle.l. tanta. §. non omnes per omnia. ſed certi per certa quando meliores deteriores inueniuntur: vt C.de vete.iur.enu.l. 1. & ff.de proba. l. ſi arbiter. & ideo teſtes ex tractu temporis & varietate variare ſolent. vt ff. de carbo.edic.l.3.§. diu. & ff.de dam. infec.l.qui bona.§. vltim. Si recens eſt & nouum, tunc vitiatur teſtimonium eius ſi de tempore interrogatus non dixerit, niſi eſſet talis homo qui filium ſuum & familiam ſuam ignorat, quæ eſt craſſa & ſupina ignorantia: vt. C.de hæred. inſt. l. vlt. has diuerſitates ſuperius declaratas vno verſiculo comprehende. Res, perſona, locus, gradus his ſunt conſona tempus. Sed hæc dicuntur vera in facto non iterabili vt homicidio eiuſdem hominis. In facto reiterabili: vt eſt adulterium diuerſitatem temporis vel loci dicerem non nocere. Nam & ſi teſtes in his variant vt non probent illud adulterium propter diuerſitatem loci vel temporis, probãt 31

tamen

tamen adulterium contra quem producuntur. Sed
hoc reprobatur à Daniele ſiue Danielis exemplo; &
reprobat decre. extra c.ex tenore. & ibi no. talis e-
nim diuerſitas in tempore non nocet: vt ſi vnus di-
cit in die dominico, alius dicit in hora nona illius
diei: quia dictum ſecundi comprehenditur ſub di-
cto primi ſicut habetur de tribus arbitris ſi vnus di-
cit de duplo. alij de decem. omnes conſentiunt in 10.
vt ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſi plures; quando-
que pluris vel vtique tanti eſt: vt. ff. de iniu. l. furti.
Sed eſto quòd teſtis dicat de edicto in alia aula vel
quid aliud de domo, alius dicit de camera; idem e-
rit. Item in facto durabili non nocet diuerſitas tem
poris: vt ſi vnus dicat ſe vidiſſe epiſcopum vel preſ-
byterum in hora tertia canere miſſam. alius dicit in
32 hora ſexta. miſſa enim tantum durare ſolet. †
Sed quid ſi vn⁹ interrrogatur de decima; & dicit de-
cimam fuiſſe ſolutã. interrogatus quid viderit ſol-
ui. reſpondit ſabas: alius dicit ſiceram. nũquid pro-
bat decimam fuiſſe ſolutam? Reſpon. non: quia in
rebus diſcordant. De diuerſitate autem epiſcoporũ
plenè no. 4. q. 3. item in criminali. in Gloſſ. quę in-
33 cipit. & ita. †Sed vt plenam & perfectam habeas ma
teriam tibi traditam à maioribus noſtris in hoc o-
puſculo præſenti tradimus & inſerimus breuiter: &
ſic breuiter duximus diſtinguendum. Si teſtes quos
ego induco varia & diuerſa proponant, erunt ſin-
gulares in ſuis teſtimonijs ſingulariter: vt extra de
electi. cum dilectus. & c. in Geneſi. & c. bone. & de
prob. c. licet. & de app. c. ſolicitudinem. & ff. quan-
do appe. ſit l. 2. & C. de fur. l. 1. & C. de mune. pa-
tri. l. profeſsio. lib. 10. Sed ſi quidam de teſtibus me-
is dicant pro me, quidam pro aduerſario meo: iudex
conſiderabit numerum & condicionem illorũ qui
dicunt pro me; & aliorum qui dicunt pro aduerſa-
rio, & qui dicunt veriſimiliora & negocio aptiora.
vt 4. q. 3. Item in criminali. in verſi. ſæpe. Si verò
induco teſtes pro me, & tu tuos pro te. & teſtes tui
dixerunt contraria his quæ dixerunt teſtes mei: tunc
conſiderabit numerum & conditionem meorum
& tuorum, & qualitatem dictorum. & ſic præfert
meos tuis: & tuos meis. & ſic omnia paria inueniun
tur, quod difficile eſt, tunc interpretabitur iudex ex
officio ſuo ſi interpretari poteſt. tunc poteſt abſol-
uere reum: vt extra de proba. c. ex literis. & ff. de re
iudi. l. inter pares. &. ff. de reg. iur. l. libertus. 12. q. 2.
cum redemptor. ff. de inoffi. teſtam. l. ſi quis iudi-
cantiũ. 30. q. 1. ſi quis acceperit. vnde verſus, Teſta-
mentum coniugiumque ſi ſunt æquales qui produ-
cuntur vtrinque.

34 Reprobantur † teſtes & tanquam ſalſarij puni-
untur qui dixerunt vnum pro alio in dicendo, & va
rie, & quidquid in vno ſuo dicto dixerunt de teſti-
monio in alio negauerunt, vel pluribus reuelaue-
runt dicta ſua. vt ff. de teſta. l. falſa vel varia. C. de
teſt. l. nulla. de hac varietate diximus in præcedenti
quæſtione.

35 Reprobantur † teſtes ſi ſunt vſurarij, & in pec-
cato mortali conſtituti, & vſurarij ſint infames ca-
nonica infamia, & non iuris ciuilis. vnde in terris
eccleſiæ ſuppoſitis in temporalibus & ſpirituali-
bus obtinet quod hic dicimus. In alijs autem pro-
uincijs dici aliud videretur, & iura ſunt ad hoc pa-
ratiſsima. 2. q. 8. teſtis 3. q. 5. infames. & in auth. de
eccle. tit. col 8. & extra de appe. c. ſi duobus. Sed tu
opponis mihi quòd nullus poterit teſtificari, cum
pauci homines aut nulli inueniantur ſine peccato
mortali: & ſic probatorum facultas anguſtabitur,
quod eſſe non debet. vt C. de hære. l. quoniam. Sed
reſponderi poteſt quòd ſi iſti tales ſumant pœniten
tiam ante quàm teſtificentur, quòd omnia peccata
in confeſsione laxantur: quia quilibet tenetur in an-
no ſemel ſaltem ſumere pœnitentiam: vt extra de
pœni. c. omnis vtriuſque ſexus. & corpus Chriſti a-
lioqui denegantur ſibi eccleſiaſtica ſacramenta &
ſepultura: vt dicit dictum c. quod ſing. nota. & no.
in l. 4. §. l. Iulia. ff. de teſti. in Gloſſ.

Reprobantur † teſtes ſuſpicione qualibet qua iu- 36
dex recuſatur: quia tanta fides non adhibetur: imò
dicunt quidam nec aliqua fides. vt qui ſunt ſuſpecti
in iudicando ſint ſuſpecti in teſtificando cum par
ſit ſuſpicio: quia iſtud eſt generale quòd omnes te-
ſtes & iudices debent eſſe ſine ſuſpicione: vt 2. q. 7.
teſtes.

Cauſæ propter quas iudex vt ſuſpectus recuſa-
tur ſunt iſtæ: vt ſi iudex ſit ſuffraganeus litigatoris
alteri parti, meritò eſt ſuſpectus: vt extra vt lit. non
conte. c. accedens. el. 2. Item ſi à iudice appellatum
ſit, in alijs meritò eſt ſuſpectus: vt extra de appel. c.
ad hæc vt propoſuit. Item ſi iudex habet familiari-
tem cum litigatore: vt. 4. q. 5. litigatores. & extra de
appel. c. inſinuante. Qui autem ſint familiares di-
xi ſupra. Item ſi eſt affinis. vt. 4. quæſt. 8. c. abſens.
Item de iniurijs. l. lex Cornel. Item ſi litigatores
fuerunt homines iudicis. vt. ff. de offic. præſi. l. ſe-
natus. Item ſi conſanguinitate aliqua iungatur iu-
dex litigatori: vt extra de appe. c. poſtremo. Item ſi
eſt excommunicatus: vt extra de offi. dele. cum. R.
canonicus. Item ſi iudex habet ſimilem cauſam: vt
extra de iudi. cauſam quæ. arg. ff. de excuſat. tut. l.
propter litem.

Reprobantur † ſi recipiantur iteratò ſuper eiſdẽ 37
articulis, quod fieri non poteſt: vt. ff. de teſti. l. pro-
duci. & extra de teſti. c. per tuas.

Reprobantur † teſtes ſi ſunt conuicti in alia cau 38
ſa falſum teſtimoniũ protuliſſe & depoſuiſſe. præ-
ſumitur enim quod nunc falſa deponunt: vt. ff. de
accuſationi. l. ſi cui. §. eiſdem. no. in l. infames. §. à
Barbaris. ff. de renunciatio.

Reprobantur † ſi contra te teſtificati ſunt, & nunc
pro te vis producere quod non potes: quia ſubor- 39
nati præſumuntur ſecundum vnam expoſitionem.
vt l. produci. ff. de teſti.

Reprobantur † teſtes ſtatim poſtquam didiciſti
teſtificata ante labentem dilationem poſt primam 40
ſecundam & tertiam dilationem & poſtquam ter-
minus datus ad probandum eſt elapſus, niſi docue-
ris te fuiſſe impeditum quominus producere potue-
ris, & ſi concluſeris in cauſa & teſtium productioni
renunciaueris: vt ff. eo. l. vl. & C. de teſti. l. apud an
tiquos: & in aut. ſi quis in aliquo ibi poſita.

Reprobantur † teſtes ſi ſecretè & ſigillatim non 41
depoſuerunt ſecretum Iudicis intrando: vt C. de te-
ſti. l. nullum. Fallit vt quidam dicere voluerunt,
quando teſtes recipiuntur ad perpetuam rei me-
moriam: quia tunc publicè teſtificari poſſunt, &
partibus præſentib⁹: vt extra de teſti. c. ſignificauit:
& notare ſolẽt docto. in illa. q. quæ incip. quæritur
quæ

quæ ſit differentia &c. & no. domi. Vgo in ſum. vt lit. non conteſt. §. ſunt & alij caſus.

42 Reprobantur† ſi à iudice non recipiantur, vel ab alio eius mandato, cum ipſe impeditur receptioni intereſſe non poteſt. vt. C. de epiſco. & cleric. aut. ſi iudex. & extra de offic. deleg. c. ſuper quæſtionum.

43 Reprobantur† teſtes ſi recipiantur lit. non conte. quia regulare eſt: quia nec ad diffinitiuam ſententiam, nec ad receptionem teſtium procedi poteſt lit. non conteſta. vt in aut. de teſtib. §. penultim. & extra vt lite non conteſta. per totum. niſi in incidentibus & emergentibus, & quando contingit iudicem facere inquiſitionem: vt cum teſtes ad perpetuam rei memoriam publicantur, vt in famoſo teſte: licet omnia per text. plenius explicantur: vt. C. de iudi. l. properandum. C. quomodo, & quando iudex. aut. qui ſemel. & no. de hac materia. C. qui ad eccl. confu. auth. præſente.

44 Reprobâtur† teſtes ſi deficiunt in numero, quando fuit certus numerus deſignatus & introductus: vt in teſtamentis vbi ſunt neceſſarij. 7. teſtes. C. de teſta. l. hac conſultiſsima. in codicillis. 5. C. de codi. l. vlti. Et in debito quod celebratum eſt in ſcriptis. & debitor vult partem illius debiti, vel totum ſoluere creditori vbi ſunt quinque teſtes neceſſarij facta differentia. Item in donatione cauſa mortis, vbi ſunt quinque teſtes neceſſarij: vt. ff. de donatio. cauſa mor. l vltima. aliàs vbi numerus teſtium non adijcitur duo ſufficiunt. ff. de teſtibus. l. vbi.

45 Reprobantur† teſtes ſi non ſunt rogati, vt in confectione teſtamenti, & in creditoris confeſsione dicentis ſibi ſolutam pecuniam: vt in authen. niſi rogati. C. de teſtam. & in diuortio: vt inſti. de mili. teſta. §. planè. ac teſtamenti apertione: vt C. quemadmod. teſta. ape. l. 1.

46 Reprobantur† teſtes voluntate illius contra quē producuntur coram arbitro. C. de teſt. l. vlti.

47 Reprobantur † teſtes in omnibus caſibus in quibus oportet probari per ſcripturam & non per teſtes. qui caſus multi ſunt in quibus non valet probatio facta per teſtes, ſed neceſſaria eſt ſcriptura. In primis in emancipatione: vt C. de fide inſtrumentorum. l. in emancipatione. C. de emancip. lib. l. vltim. Item cum ſalarium datur aduocato pro patrocinio ſuo: vt C. de ſuffra. l. vnica. Item in contra. celebrato ab eccleſia: vt in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccl. Item in teſtamentis in ſcriptis habitis & codicillis: vt C. de teſtam. l. hac conſultiſsima. Item in ſententijs diffinitiuis & interlocutorijs quæ in ſcriptis ſunt proferendæ: vt C. de ſenten. ex breuicu. re. l. 2. & 3. Item in contractu emphyteutico: vt. C. de iure emphyteutico. l. 2. Itē cum vadit clericus extra prouinciam, qui literas teſtimoniales ferre debet: alias fides nō habetur quòd ſit clericus: vt C. de epiſcop. & cleri. l. ſi qua per calumniam. Item cum dicit aliquis ſe habere mandatum ſuper iuriſdictione aliqua, vel negocio, à Domino Papa vel Imperatore ſacras literas debet habere: alias non creditur ei. vt C. de manu. prin. l. 1. & extra de off. de leg. cum in iure peritus. Item in donationibus inſinuandis quę excedūt libram auri, & in omnibus cauſis in quib. eſt neceſſaria auctoritas iudicantis præſtari, vt in emancipatione tutorum & curatorum, donationibus, & inuentarijs faciendis, & in ſingulis actis ſcribendis. Item in alienatione rerum minorum: vt extra de proba. c. quoniam contra falſam. C. arbit. tu. l. fi. C. de admini. tu. l. lex quæ tutores. & Inſtit. de adop. §. 2. & 3. C. de dona. l. ſi quis argentum. §. ſancimus. Item in proteſtationibus fiendis ne tempus currat alicui. & ad interrumpendas præſcriptiones: vt C. de epiſco. audi. l. ſi præſul. & l. vlti. & C. de anna. excep. l. vt perſectius. Et in quodam alio caſu qui legitur. C. ſi mi. ma. ſe di. l. ſi quis alterius. poteſt tamen in omnibus ſupradictis, & in alijs etiam quando ſpecialiter hoc actum eſt vt non valeat aliter cōtractus niſi ſcriptura interuenerit: C. de teſti. l. teſtiū. vt C. de fi. inſtru. l. contractus. cum minori numero illorum quos ſcriptura exegit. vt diximus ſupra, & no. in l. emancipatione. C. de fideiuſ. & C. de bon. poſ. l. bonorum. & extra de ſen. & re iudi. in capitulo. ſi dicat. & omnia not. ibi.

Reprobantur† ex quo probatio non releuat pro- 48
ducentem: quia articuli non faciunt ad cauſam: vt C. de probat. l. ad probationem.

Reprobantur †teſtes ſi producantur teſtes extra
vel ſuper quibus non eſt actum: vt argu. ff. de peti. 49
hæred. l. ſi quis libertatem. ff. de iureiur. l. ſi duo patroni: quia de qua re cognouit iudex de ea pronunciare debet: vt. ff. de iudi. l. de qua re. & . l. ſolutionem. & . l. non poteſt. ff. fami. erciſcun. l. ne ſundus
ff. communi diui. Sed quæritur †an teſtis debeat in- 50
terrogari de facinoribus ſuis ſi furtum, vel dolum, vel rapinam commiſerit, vel ſi ſit excommunicatus, & de alijs cauſis quæ tanquam infames de iure reprobantur: cum multæ ſint, vt dixerunt quidam. Et dixerunt quidam quòd non: quia non ſunt ad hoc producti. nam ſuper alijs non debent teſtificari niſi ſuper his ſuper quibus ſunt producti. & ſi ſuper alijs deponant non tenent eorū teſtimonia per iura ſuperius allegata. Alij dicunt quòd non debent interrogari: ſed ſi interrogentur, & confiteantur aliquid non tenet vel valet quòd præiudicet eiſdem. vt illud per patientiam multa toleramus. & illud multa fieri non debent, facta tamen tenent, & multa à principio non tenent quæ tractu temporis conualeſcunt. Alij diſtinguunt inter teſtes malitioſos, & malæ famæ. Infamia facti notati interrogentur alij non, nos credimus interrogandos: quia iudicem oportet cuncta rimari. vt 30. q. 5. iudicantem. C. de iudi. l. iudices. & in authentica. ibi ſignata. nam interrogandi ſunt teſtes de omnibus circunſtantijs an ſint honeſti, de alijs: vt 4. q. 2. & 23. q. 8. cecidit. & de pœn. diſt. 1. §. aut facta. & extra de teſtib. c. cum cauſam.

Reprobatur † effrenata multitudo teſtium per 51
ipſum iudicem refrenata ſaltem vſque ad quadragenarium numerum terminata: vt extra de teſtib. c. cū cauſam. & extra de proba. c. licet. & extra de cler. excom. mi. c. latores. & hoc intellige numerum minuendo, vel ſuperſtitem, cum in dicto numero ſecundum magnitudinem cauſæ & paruitatē, & qualitatem perſonarum: vt. 26. q. 9. pauca vel multa dicunt. 45. diſtin. diſciplina. non enim quadragenarij poſſunt conueniri ex illa generali clauſula reſcripti. extra de reſcrip. ca. ſedes. ſed hoc eſt magis ne conueniantur ex clauſula generali. Quidam alij dicunt

dicunt quòd determinatur capit. Inno. quod incipit multis iuris articulis per quod capitulum. 4. teſtes debent interuenire per vnumquenq; articulum.

52 Reprobantur† teſtes ſi eorum dicta ſunt redacta in publica monumenta ſeu forma: vt extra de teſti. ca. licet. & C. de fide inſtru. l iudices, & auth. ibi ſignata.

53 Reprobantur† teſtes vt non compellatur quis teſtes, vel inſtruméta contra ſe vel ſibi nocitura producere: vt C. de teſti. l. 1. & l. qui accuſare. niſi in caſu qui eſt notatus cum præſes conuenitur finito officio, compellitur enim exhibere iudices, & alios domeſticos, & familiares ſuos quos habuit in officio, vt inueniantur. vel fortè, vt conferant teſtimonium de his quæ commiſſa ſunt in officio: vt C. de aſſeſſ. l. 1. no. in l. conſenſu. C. de repu.

54 Reprobantur † teſtes qui velut inuiti non compelluntur contra voluntatem ipſorũ ferre teſtimoninm: ſicut ſunt ſenes, valetudinarij, miles, & quicunq; magiſtratus qui reipublicæ cauſa abſunt, vel quibus non licet venire ad publicum, vel qui in exercitum annonam conducunt. vt ff. de teſti. l. inuiti. Senes intelliguntur qui compleuerunt. 70. annos, ſicut in excuſatione tutelæ, & publicorum munerũ obſeruatur: vt ff. de iur. immuni. l. 3. & C. qui ętate. l. 1. Quidam malè gloſauerunt: dicitur hoc fortè in valetudinarijs & infirmis mittere ſacramentũ eis ad domum. ſicut aliàs fiet in iuraméto neceſſario & iudiciali: vt ff. de iu. iur. l. ad perſonas egregias, cũ ſimi.

55 Reprobantur† proxenetæ ferre teſtimonium niſi vtraq; parte præſente & conſentiente perhibeant teſtimonium, poſſunt tamen admitti ſi volunt: vt in auth. de teſti. §. quoniam non poſſumus. contra in decre. noua. de teſti. c. mediatores. quæ loquitur in ſimonia & ibi nota.

Reprobantur† hermaphroditi. vel non compelluntur. ſed qualitas ſexus conſideratur: vt ff. de teſti. l. repetundarum. & l. ex eo. hermaphroditus dicitur qui vtrumq; ſexum habere probatur: vt ff. de ſtatu hominũ l. quæritur. proxeneta eſt qui intereſt hominibus laudandis, & tanquam mediator inter contractus & ipſos ad cócordiam reducit. vt ff. de proxenet. l. 2. & vlt. 56

Reprobantur † teſtes ferre teſtimonium ratione adminiculi ſanguinis & parentelæ. vnde liberi & parentes deſcendentes & aſcendentes vſque in infinitum teſtimonium inter ſe ferre non poſſunt: vt C. de teſtib. l. parentes. Fallit in filio famil. milite teſtamentum faciente ante militiam quòd poteſt eſſe teſtis: vt ff. de teſtib. l. qui teſtamento. Profeſsio vero matris eſt reſpicienda cum quæritur de ætate filiorum, non vt teſtis ſit, ſed vt ex eiuſdem reſponſione iudex melins inueſtiget veritatem. & ita intelligitur. l. rem. ff. de proba. & ad hoc. 4. q. 3. Item in criminali. 10. q. 5. ité teſtis. ff. de teſti. l. teſtis. Item fallit caſualiter, vt cum quæritur de ætate & natiuitate filiorum: vt extra qui fi. ſint legiti. cauſa referente. & c. per tuas. a 57

ADDITIO.

a C. per tuas. *Hic finitur tract. domini Iaco. Aegidij. & incipiunt additiones Ang. de Peruſio ad præfatum Barto. tract. Tho. Diplouatatius.*

ADDITIONES D. ANGELI DE PERVSIO.

SVMMARIVM.

1 *Mater cum agitur de impedimento matrimonij ratione conſanguinitatis vel affinitatis, an poſſit eſſe teſtis.*
2 *Frater contra fratrem in criminalibus non cogitur ferre teſtimonium.*
Qui & contra quos teſtimonium ferre non compellãtur.
3 *Exiſtẽs in peccato mortali an teſtimoniũ ferre valeat.*
Teſtes & iudices omni ſuſpicione carere debent.
4 *Teſtes qui nõ dicunt ſe vidiſſe et interfuiſſe reprobãtur.*
5 *Teſtis debet probare, & teſtificari per ſenſum & tactum qui conueniat dicto ſuo, cui ſubijcitur.*
6 *Teſtes debent iurare veritatem quam nouerint. nec immiſcere falſum, nec de ſuo aliquid adijcere, & pro vtráque parte deponere debent.*
7 *Teſtis deponens per verbum credit, quam probationem faciat.*
8 *Iuramentum teſtis in probando impedimento matrimonij quid continere debeat.*
Teſtis qualiter iurare debeat.
9 *Teſtes quando poſſunt reprobari ante aperturã, vel poſt aperturam teſtium.*
10 *Teſtes à me productos quantum ad perſonam reprobare non poſſum, ſed dicta ſic.*
11 *Reprobatio teſtium vltra quartam productionem non admittitur.*
12 *Infinitas euitanda eſt.*
13 *Teſtibus reprobatis quæ pœna imponatur.*
14 *Pœna periurij quæ ſit.*
15 *Teſtis falſus qualiter puniatur.*
16 *Iudex vel notarius qui patitur dicta teſtium videre ante aperturam falſi tenetur.*
17 *Teſtis, iudex, vel notarius, vel alius reuelans ſecreta teſtium cauſa vel alterius rei tenetur pœna falſi.*
18 *Iudex reuelans ſententiam quam laturus eſt de falſo tenetur.*
19 *Teſtis dicens aliquid quod proſit etiam parti contra quã producitur quod probat.*
20 *Iudici, nõ creditur, niſi quatenus per legitima documenta conſtat.*
21 *Iudex cogit teſtes etiam non ſuæ iuriſdictionis teſtimonium ferre.*
22 *Teſtes omnes qui ſunt de iuriſdictione, an ad teſtificandum teſtimonium veritatis poſſint compelli.*
23 *Teſtes in criminalibus an ad deponendum ſint cogendi.*
24 *Teſtes compelluntur teſtificari mulcta indicta & pignoribus, & alijs remedijs.*
25 *Conſuetudo ciuitatis vbilibet ſeruanda eſt.*
26 *Teſtes in criminalibus coram iudice examinantur, in ciuilibus ſecus.*
27 *Volenti probare per teſtes non currit tempus donec teſtes ſunt contumaces.*
28 *Hæres teſtis qui noluit comparere ad perhibendum teſtimonium, & mortuus eſt, tenetur damnũ emendare probare volenti pro eo quod amiſit: quia nõ potuit probare.*
29 *Occaſionem damni dans, damnum dediſſe videtur.*
30 *Teſtes recepti ſuper proceſſu nullo, an probent.*
31 *Principale quando non tenet, nec eius acceſſorium.*

32 *Articuli & interrogatoria debent in actis poni.*
33 *Notarius ſi dicat teſtes receptos ſuper poſitionibus & a-ctis factis, quòd non ſufficiat vt dicatur ſuper quibus articulis ſint recepti.*
34 *Generalitas parit obſcuritatem.*

1 ITEM cum agitur † de impedimento matrimonij
ratione conſanguinitatis & affinitatis: vt extra de
teſti. c. quoties. & extra de ſenten. & re iudi. ca. te-
nor. extra qui ma. accuſare poſ. c. vlti. 30. q. 7. c. 1. &
3. & c. cæterum. Si agitur antequam matrimonium
ſit contractum vel non diſtractum tunc admitti vi-
deatur, decretalis. c. ſuper eo. extra de teſti. in quo
caſu dicitur in ipſo tex. conſultationi tuæ taliter re-
ſpondemus. quia mater filiæ incrementum videtur
diligere & honorem, vbi vir eſt potentior & ſupe-
rior diuitijs potentia & honore, ac nobilitate ſuſpe-
ctus eſſe videtur. vnde verſus. Si qua vult aptè nu-
2 bere nubat pari. † In criminali non cogitur ferre te-
ſtimonium frater contra fratrem. ſed nec cogitur
quis ferre teſtimonium contra ſocerum, generum,
vitricum, priuignum, ſobrinum, ſobrinam, & qui
priore gradu ſunt contra parentes patroni ſui. Item
nec libertus viri compellitur contra vxorem, nec
libertus vxoris contra virum. Item nec patronus
cogit libertum liberti. & volentes non recipiuntur
contra patronos. Item eſt notabile quòd libertus
patroni mei cõtra me & libartum ſuum nõ poſſunt
compelli ferre teſtimonium, nec pro eis compelli
poſſunt, vt ff. de teſtib. l. 3. & l. ſi aduerſus. & ſi-
cut contra prædictos non cogitur ferre teſtimoni-
um, ita nec pro eis: quia teſtis iurat pro vtraq; parte
veritatem ſe dicturum. ſed ſi ego cogor dicere con-
tra eum ergo & pro eo. Si autem velim vltro teſtifi-
cari teſtificabor pro eis & contra eos. licet Placenti-
3 nus nil ſe legiſſe dicat de his: † nec hic omittamus in
hoc membro: qnod ſupra dixi. quia nullus exiſtens
in peccato mortali valeat ferre teſtimonium. licet
aliqui Doc. contradicant, & malè, ea ſuſpicio quæ
reddit iudicem & iudicantem ſuſpectum eadem ſi-
mul reddit teſtimonium ſuſpectum, & ea ratione.
& quia iudices & teſtes debẽt carere omni ſuſpicio-
ne, & ſi hoc eſt in iudice, multo fortius in teſte, à cu-
ius ſententia & dicto non poſſumus appellare.
4 Reprobantur † ſi non dicunt ſe vidiſſe & inter-
fuiſſe: & in eorum præſentia eſſe actum & contra-
ctum maleficium: vt C. de teſti. l. teſtium. no. ff. de
teſta. mili. l. diuus. in fi. ibi, qui affirmarent ſe audi-
5 uiſſe dicentem aliquem &c. vbi per doc. no. † quòd
teſtis debet probare & teſtificari per ſenſum & tactũ
qui conueniat dicto ſuo cui ſubijcitur. vt. d. l. 3. de
teſtibus. no. in l. 2. §. itẽ Labeo. ff. de aqua pluuia.
arcen. no. per Innoc. in c. cum cauſam extra de te-
6 ſtibus. † nam teſtes debent iurare veritatem quam
nouerint. vt. 4. q. 9. certum, nec miſcere falſum: vt
3. q. 2. nullam. nec de ſuo aliquid adijciant: nec
quod bonum videtur addant: vt 3. q. 9. pura. Item
quòd dicant pro vtraque parte: vt 14. q. 5. non ſanè.
7 † Vnde regulare eſt quod dictum teſtis non valeat
ſi dicat ſe ita credere. facit tamen aliqualem præ-
ſumptionem tale teſtimonium vt dicitur de priua-
ta ſcriptura ſicut cum adiuncto protulero. ſicut di-
cimus de delinquente tormentato accuſante ſocios
ſuos & complices in facinore commiſſo. Item in
caſu valet teſtimonium de auditu & credulitate: vt
de aqua plu. arcenda. & facti operis memoria. ff. de
proba. l. fi.
Item † cum agitur de impedimentis matrimonij, 8
conſanguinitatis, & affinitatis: tunc teſtis præſtet ſa-
cramentum continens duo, ſcilicet auditum & cre-
dulitatem. debet enim dicere ita audiuiſſe à maio-
ribus. & creditur. extra de teſtibus. quotiens. 30. q.
5. parentela. hodie oportet quòd iſti qui teſtifican-
tur viderunt aliquos in gradibus conſanguinitatis
conſtitutos. extra de teſt. licet ex quadam in fi. ve-
runtamen forma iuramenti eſt quòd iuret plenè di-
cere veritatem. extra de ſimon. licet eli. vel cum a-
gitur de ſtatu Eccleſiæ vel monaſterij quòd aliquis
ordinarius, ſuperior, vel delegatus ad hoc miſſus
quòd aliquam eccleſiam vel monaſterium refor-
met in capite & membris, tunc duplex eſt forma iu-
ramenti teſtis. nam iurat dicere veritatem de his,
quæ ſcit, vel credit in eccleſia vel in monaſterio re-
formando. vt in d. c. cum dilecti. de accuſa. Item
cum aliquis dicat teſtem infamatum de crimine,
cum de crimine contra eum non probetur infama-
tus iuret ſe immunẽ à crimine eſſe quo infamatur.
& purgatores iurabunt ſe credere illum verum iu-
raſſe. extra de pur. cap. fina. & c. quoties. aliter enim
non poſſent iurare ne ſubeat anceps periuriũ quod
permittendum non eſt. C. de in litem iuran. l. vi-
deamus. ff. re. amo. l. Marcellus. † Vltimo quæri- 9
tur an teſtes dati valeant reprobari, & quando. &
certè ante aperturam poſſumus reprobare exceptio-
nem in perſonas eorum opponendo, & poſt apertu
ram obijcimus contra perſonas & dicta. l. ſi quis. &
l. teſtium. & l. fi. Secundum ius canonicum nõ licet
poſt publicationem teſtiũ obijcere in perſonas niſi
iuramentum opponens firmauerit hoc quòd ex ma
litia non procedat, niſi ante publicationem fuerit
proteſtatus id, vel potuerit oſtendere quòd poſt
publicationem didicerit quod modo obijcit in per-
ſonas teſtium. Sed quid ſi pro ipſo dixerit de facili
ſe non credere vt extra de teſti. c. præſentium. & ibi
not. Ber.
TESTES † verò ab aduerſario inductos poſſu- 10
mus reprobare vt dictum eſt. teſtes verò meos vel
datos à me non poſſum reprobare, ſi velim in eo-
rum perſonas apponere: quia quod à me approba-
tum eſt, amplius non poſſum reprobare. ff. de nego.
geſt. l. Pomponius. C. de re. cre. l. generaliter. Sed
dictis eorum opponere poſſum, quia à principio
præmeditari non potui quid teſtes dicturi eſſent:
ſecus in diuerſis ſcripturis à me approbatis: quia à
principio videre potui. & ipſis non vtendo proui-
dere. & hanc materiam vide copioſè. C. de fide in-
ſtru. l. ſcripturę. extra de fide inſtr. ca. ſcripta. & ex-
tra de teſtibus. c. teſtimonium, & eo modo excipe-
re mihi licebit contra tuos & alios, inducere ad re-
probandum perſonas tuorum: & mihi à iure con-
ceditur perſonas teſtium defendere extra de ſi-
mon. licet eli. & ca. per tuas. & etiam confirma-
re. 3. q. 3. de iudice. Vlterius † non licet reprobare te- 11
ſtes meos quos vltra produxi. nam ſi hoc tibi lice-
ret iam quartos produceres cõtra tertios computa-
tis his quos in principali produxi: & ſic liceret pro-
ducere quartos. & ſic nõ eſſet finis in infinitũ produ
ci. extra de teſti. c. licet dilectus † infinitas enim eſt 12
euitan-

euitanda.C. deſacroſan. ec.l. vt inter diuinum.C.
de iudi.l. properandū.& extra de do. & contu.c.fi-
nem litibus.ff.de iudi.l.à diuo Pio.§. ſed ſi emptor
ff.de arbi.l.non diſtinguemus.§. quæſitum. Et idē
dici poteſt ſi ego & tu produximus teſtes in princi-
pali cauſa, nam tibi licebit obijcere in perſona eo-
rum, id eſt, meorum. & in perſonas tuorū, & ſic tui
teſtes producuntur contra meos.& mei contra tuos.
& ſic cuilibet noſtrum licebit tertios producere te-
ſtes ad defenſionem illorum quns in principali cau
ſa produxi : & ad reprobationem illorum qui pro-
13 ducti ſunt ad reprobandnm.†Sed quęritur quę pœ-
na imponatur teſtibus reprobatis, videtur quòd
nulla.C.de re cre.l.2.nam iureiur. religioſus habet
Deum vltorem vt ibi dicitur. Sed diſtingue: quia
14 pœna † periurij remotio iuris eſt.22.q.1.prædican-
dum: hæc enim imponitur pro quolibet peccato
mortali.hoc eſt in iudicio animæ. ſi iudicio corpo-
ris eſt pœna depoſitionis. 22. q. 3. qui ſacramento.
in foro iudiciali eſt amotio à beneficijs extra de iu-
reiur. c. tuam.& c.querelam.Sed hoc ſecundum iu-
ra canonica : ſed ſecundum iura ciuilia Deum ſatis
habet vltorem , niſi iuramentum in contractibus
opponatur.ff.de crim. ſtellion.l. fi. & C. de tran-
ſac.l.ſi quis maior.& C.de pign.l.quoties li.12. Tu
dicas teſtem reprobatum puniri motu iudicis.C.de
teſti.l.teſtium & l.nullum.nec eis fides amplius de-
bet adhiberi : quia qui ſemel malus, ſemper præſu-
metur malus &c. Iudicamus enim de præterito &
15 præſenti ad futurum: vt ſupra diximus. †Quidam
dicunt teſtem falſum poſſe cōueniri ciuiliter actio-
ne in factum vt emendet damnum quod quis pro
teſtimonio falſo paſſus eſt, cum his duobus modis
agitur. ff.de fal.l.dom.& l.falſi.& l.fi. non eſt du-
bium teſtem falſum lege Cornel. de Fal.teneri. cu-
ius pœna in libero homine eſt deportatio & bono-
rum publicatio, in ſeruo vltimum ſupplicium. ff.
ad leg.Corne.de fal.l.2.1.reſpon. vbi dicit. §. vlti-
mus quòd pœna legis corrigatur qui falſas teſtifica-
tiones facit, & teſtimonia falſa adinuicem dicentia.
hodie autem aliter videtur per iura.authen. vt nulli
16 iudicum.§.fin. † Sed quid ſi iudex, vel tabellio, vel
alia perſona ſimilis patiatur videre dicta teſtium
productorum antequam aperiantur & publicentur
aduocatis vel partibus, ſicut multi faciunt, & malè
certè tenentur crimine falſi. ff. ad leg. Cornel. de
17 fal.l.1.in princi. † Sed quid ſi teſtis, iudex, vel no-
tarius reuelauerunt dicta ſecreta partibus, vel aduo-
catis partium, certè crimine falſi tenentur. & hoc
in quolibet reuelante ſecreta conſilij vel dignitatis
vel ciuitatis, ſecreta poteſtatis, præſidis, vel alicuius
18 præſidis, alicui ſenatui. Et † idem in iudice qui re-
uelat ſententiam quam ſit laturus antequam pro-
nunciet. ff.de ſal.l.1.1.reſpon. vbi dicitur ſi cauſa
pronunciandi vel non dicendi pecuniam acceperit:
argum.l.1.§.is.qui deponit. ff. de pœ. l. ſi quis ali-
quid.§.iuſtitiam.C.de his qui ſibi aſcri.l.pen.ff.de
19 offi.præſi.l.obſeruandum. † Sed quid ſi teſtis di-
xerit aliquid quod proſit alteri parti contra quam
producitur? Dicunt quidam valere, cum teſtis iuret
pro vtraque parte dicere veritatem. Alij contra,
cum tantum ſuper articulo producentis ſit indu-
ctus : ergo tantum ſuper his teſtificari debet. ff. de
peti.habetur.l.ſi quis libertatem. Et de hac materia
in alio caſu tangemus. Nos diſtinguimus : quia ſi
apparet in actis ſuper quibus aduerſarius producit
teſtem quòd contra ipſum teſtificari voluerit, & a-
liquid in his teſtis dixerit, valet & prodeſt eis, aliter
non: quia omnia in actis debet apponere: quia † non 20
creditur iudici niſi quatenus conſtat per legitima
documenta. C.de proba.l. fin. & de fide inſtrumen.
l.comparationes. † Sed quæritur an iudex ordina- 21
rius: vel delegatus poſsit vocare homines non ſuæ
iuriſdictionis ad teſtificādum ſuper negocio quod
vertitur coram eo. & lex videtur dicere quod ſic.
C.de teſtibns.l.nullum.& no.glo. ordi. in l.edita.
in princip.C.de edi.di. Adri.tollen.no. ff. quem-
admod.teſt.aperiā.l.ſi quis ex ſignatoribus. no. in
l.1.in fin.ff.de requi.reis.& ibi latè per Bart. & no.
in l.cum vnus.§.is qui.de bo.auth. iudi. poſſ. cum
ibi ſi. † Sed quæritur an omnes teſtes qui ſunt de 22
iuriſdictione ad teſtificandum teſtimonium veri-
tatis poſsint compelli, & videtur quòd ſint compel
lendi in ciuilib. maximè. C.de teſti.l. ſi quando.ff.
de tab.exh.l. vtrum.§.exhibere. & in aut.de teſtib.
coll.7.§. quoniam.& in multis decr[illegible] de teſti.cog.
14.q.2.quanquam.†.& in criminali[illegible] videtur te- 23
ſtes eſſe cogendos extra de teſti.ca.cum cauſam. &
de teſti.cog.c.præterea.& c. ſuper his. & c. cæterū.
& c.fi.& extra de ſimo. licet eli. Itē cum certæ per-
ſonæ ſunt quibus nocet ſi denunciat vt teſtimoniū
ferant veritatis. ff.de teſtib.l.3.§.Iul. & l.inuiti, ſe-
quitur quòd in alijs perſonis aliter eſt ſeruandū. ff.
ad muni.l.1.ſed hæc vera ſunt quòd in criminalib.
compelluntur teſtes ad teſtificandum cum de cri-
mine ciuiliter agitur. & ita ſeruatur vbi pœnæ pecu-
niariæ pro criminibus imponuntur, vt corporalis
deportatio ſiue aliæ. Si verò verò iſtæ pœnæ impo-
nuntur corporales ſiue aliæ non videntur compel-
li teſtes. Alij dicūt cōpelli iſtos teſtes qui ſe ſubtra-
xerunt gratia vel timore, odio, vel amore. Alij di-
cunt compelli in criminalib. ſi aliter veritas liquere
non poteſt, quàm per teſtes, quos quis compellere
poteſt.& ita videtur decretalis velle.14.q. 2. quan-
quam. extra de teſti. co.ca.1. & c. contra & c.perue-
nit. prima verior: licet hodie conſuetudo Romanæ
Curiæ teneat quòd nullus teſtis cogatur vbi de cri-
mine agitur qualitercunq; agatur de crimine, & ita
obſeruatur in literis non apponendo clauſulā con-
ſuetam.Si autem teſtes qui fuerunt nominati gratia,
odio, vel timore ſubtraxerunt per cenſuram eccle-
ſiaſticam veritatis teſtimonium perhibere cogan-
tur. † Sed quæro, eſto quia teſtes compelluntur ad 24
perhibendum teſtimonium veritatis qualiter com-
pelluntur? Reſpon. mulcta indicta. vt. ff. ſi quis ius
di. non obtem.l.1.vel captis pignoribus ad exem-
plum tutoris, vel curatoris ſatiſdare nolentiū, quo-
rum publicum eſt officium ſicut teſtium: vt Inſtit.
de ſatiſ.tu.§.1.& de excu.tu.§.fi. Vel ad exemplum
parentum nolentium alere filios. ff.de lib.agno.l.ſi
quis à liberis. Item poteſt exbāniri ſecundum con-
ſuetudinem ciuitatis, † quæ tenenda, & obſeruanda 25
eſt vbilibet. vt. ff.de of.proconſul.l.ſi aliena. Item
per iudicem eccleſiaſticum poteſt excommunicari,
ad quam pœnam deueniendum eſt cum alia defici-
unt remedia. extra vt lit. non conteſt. tuæ. licet præ-
lati noſtri temporis pro leuibus, & minimis cauſis
ipſos exercent tanquam gazaros & pueros minimè

inſtructos, & ipſos proijciunt tanquam lapides, &
in ipſos ſententiamq́ excommunicationis ferunt nó
recolentes eius quod legitur. ff. de lib. & poſthumis.
l. cum quidam. & ff. de pœnis. l. interpretatione. 11.
q. 3. nonne. & c. Deus omnipotens. extra de appel-
latio. reprehenſibilis. 11. q. 3. indignè. & extra de
ſen. excómu. ſacro. & nouiſsimè Inn. 4. c. cum me-
dicinalis ſit excommunicatio, & non mortalis, exe-
git & requirit quòd ſententia excommunicationis
penſata correctione feratur, & in ſcriptis certa de
26 cauſa. Sed † quare dicit de teſtibus quod in criminali
ſint coram iudice præſentandi ad teſtificandum, te-
ſtes in ciuili ſi ſunt in alia prouincia, ſunt literæ de-
ſcribendę ad alium rectorem prouincię vel loci vbi
teſtes degũt, & partes mittere, vel eius procuratores
vt ibidem recipiantur teſtes. C. de fide inſtr. l. iudi-
ces. & aut. ibi ſignata. & in aut. de teſt. §. ſi verò ſan-
cimus. Sed ſi iudex, præſes, vel rector non vult pa-
rere talibus literis, & recipere teſtes, iuxta formam
articulorum & interrogatoriorum interclusorum,
poterit ne iudex qui mandauit dictos teſtes recipi,
iudicem vel [illegible] oré prouinciæ cũ non obediat cor-
rigere? & v[illegible] quòd non: quia par in parem non
habet imperium. ſed cum iuriſdictio commiſſa, &
alia deſtinanda cum literis ſupradictis nulla eſſent
ſine aliqua correctione quod lex non vult: vt ff. de
offi. eius cui man. eſt iuriſd. l. mandata. in fi. & ff. de
27 iuriſdi. om. iudi. l. magiſtratibus in fin. † Sed nun-
quid tempus currat probare volenti quòd teſtes ſint
contumaces vocati legitimè qui nolunt teſtificari?
certè non, cum per ipſum nó ſtetit: ar. ff. qui ex cau.
ma. l. ſed & ſi per prætorem. §. ait prætor. & ff. de
le. 3. l. pater filium, aliàs non reſtituitur. Si vero ſte-
tit per iudicem, tunc contumaci non debet iuriſdi-
ctio denegari: vt e. l. §. ſed ſi cum decreto. no. in l.
cum ea. C. qui accu. nó poſ. no. per Bart. in l. ſi quis
Iuſtiniani. §. ſi bono. ff. de hære. inſti. cum ſimi. &
28 in mancipiorum. ff. de opti. lega. Ang. † Sed quid ſi
iſti teſtes moriuntur medio tempore, & ſic volens
ipſos producere non poteſt probare de iure ſuo. &
ita cum non deficiat ius ſed iuris probatio. ff. de te-
ſtament. tu. l. duo ſunt Titij. perdit ne emolumen-
tum quod ex actione propoſita conſequi poterat, &
habebat, an hęredes iſtorum teſtium teneantur dam
num emendare quod ſuſtinuerat: quia teſtificari
noluerant? Dicunt quidam quòd non, ex regula
generali: quia quando morte naturali crimina ex-
tinguuntur, hęredes non tenentur, niſi lis eſſet con-
teſtata cũ defuncto, vel in eo quod ad hæredes per-
uenit. C. ex deli. defun. l. 1. Dic tamen contra: quia
† qui accuſationem damni dat, damnum dediſſe vi- 29
detur. ff. ad leg. Aqui. l. qui occidit. §. in hac quo-
que. tamé peccat mortaliter: quia ſubtrahit teſtimo
nium alicuius, qui non poteſt probare niſi per te-
ſtes. ideo compellendi ſunt ad ſatisfactionem ſicut
in alijs mortalibus contingit. 7. q. 1. illi qui. 22. q. 1.
prædicandum. 30. q. 1. præceptum. † Sed adhuc 30
quæritur. eſto quòd teſtes ſunt recepti ſuper aliqua
cauſa & quęſtione proceſſus non tenet ipſo iure or-
dine non ſeruato, nunquid atteſtationes & acta va-
leant. Dicunt quidam quòd ſic. C. de iudi. l. prope-
randum. C. de teſti. l. publicati. C. de re iudica. in l.
geſta. Sed nos contra ſentimus: † quia quando prin- 31
cipale non tenet, nec eius acceſſorium, & quidquid
ſequitur ex eo vel ob id. C. de legi. l. non dubium.
C. de ſen. & inter. om. iu. l. prolatã. Sed adhuc quia
articuli dantur ad probandum intentionem partis
aduerſę, & altera pars facit interrogatorium contra
datos articulos, & certè vltro citroque copia danda
eſt: vt ff. de eden. l. 1. §. edenda ſunt omnia. † Sed an 32
articuli & interrogatoria in actis poni debeant. cer-
tè ſic, vt nil de contingentibus omittatur: & quia
omnia ſunt in publicam formam redigenda. extra
de proba. c. quoniam contra falſam. Sed quia adhuc
ita dicitur in rubricella tabellionis iſti ſunt teſtes
recepti à tali contra talem, nec apparet teſtes rece-
ptos in præſentia partium, nunquid aduerſa parte
præſente poterit reprobari: quia non apparet de
præſentia niſi demonſtretur. C. de contrahe. &
commit. ſti. l. optimam. Sed † quæro, pone quòd 33
dicantur teſtes recepti ſuper poſitionibus & actis fa
ctis, ſicut faciunt tabelliones volentes vitare labo-
rem ſcribendi, an ſufficit vt certum ſit ſuper quibus
articulis ſint recepti? dicunt quidam quòd ſic, vt vi-
deatur vndecunque & quomodocunque in iudicio
ius ſuum deduxiſſe. C. de anna. excep. l. fi. Nos dici-
mus contra: † quia generalitas parit obſcuritatem. ff. 34
de iur. fiſ. l. ita fidei. quæ generaliter dicuntur niſi
ſpecialia annotentur eſſe neglecta. ff. de iniur. l. ité
apud Labeonem. §. hoc edicto &c. Et hæc de re-
probatione teſtium ſufficiant. a

ADDITIO.

a Sufficiant. *Adde quòd hæc ſcripta ſunt per do. Angel. de Vbal. de Peru. addita ad tracta. de reprobatione teſtiũ. & ſequitur queſtio diſputata per d. do. Ang. in his terminis videlicet quæſtio talis eſt, &c. Tho. Diplouatatius.*

LAVS DEO.

QVAESTIO ANGELI DE VBALDIS DE PERVSIO.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes iurati in termino, quãdo examinari poſſũt extra terminum. & nu. 2. cum ſeq. per totam quæſtionem.*
2 *Actio tempore peritura per ſolam citationem perpetuatur. ita quod poteſt lis conteſtari, & in cauſa procedi.*
3 *Iuriſdictio iudicis aliàs tempore peritura perpetuatur per ſolam citationem.*
4 *Argumentum à maiori in iure validum.*
5 *Probationum facultas non eſt anguſtanda, imo fauorabilis eſt, & ei leges pinguius ſubueniunt.*
6 *Iudicis negligentia in non examinando teſtes partibus nocere non debet.*
7 *Mora in iudicijs purgatur.*
Reus paratus poſt terminum facere deponere teſtes, audiendus eſt.
8 *Iudex poſt peremptorium gratificari poteſt parti in præiudicium alterius partis. Contrarium vide nu. 17.*
9 *Iudex poſt peremptoriũ teſtes iuratos examinare poteſt*
10 *Citatio ſola non ſufficit ad probandum teſtimonium, & teſtium receptio ad iuramenta.*
11 *Actum nil credimus dum aliquid reſtat ad agendum.*

12 Verba

12 *Verba ſunt accipienda cum effectu.*
13 *Perfectum illud eſſe dicitur quod conſtat ex omnib. partibus ſuis.*
14 *Iura contemptoribus ſui iuris denegantur.*
15 *Reo imputandum eſt ſi teſtes ſuos examinare non fecit, eos cogendo per iuris remediũ, nec eius proteſtatio ſuper hoc prodeſt.*
16 *Teſtiũ examinatio ſine partis requiſitione fieri nõ debet.*
17 *Iudex ita debet vni parti deferre vt alteri parti iniuriam non faciat.*
18 *Iudex non debet poſt terminum teſtes audire.*
19 *Intellectus ad l. Inter litigantes. ff. de iudic. & l. properandum. C. eod.*

QVAESTIO talis eſt. Datur terminus vtrique
parti ad probandum. *15.* dierum infra quem
terminum teſtes rei fuerunt vocati: & iurauerunt co
ram iudice, & non depoſuerunt, elapſo dicto termi-
mino fuit alius terminus partibus aſsignatus, & per-
emptorius infra quem probare deberent quidquid
vellent, nec in dicto termino depoſuerunt dicti te-
1 ſtes. †Quæſitum eſt an de iure poſsint dicta teſtium
recipi, & examinari, & an poſsint procedi dictis te-
ſtibus non receptis neq; examinatis, & quòd teſtes
ſunt recipiendi pluribus rationibus oſtenditur. Pri-
2 ma ratio eſt: quia †ſicut actio tempore peritura per-
petuatur per ſolam citationem, ita quòd poſsit lis
conteſtari, & in cauſa procedi. C. de anna. excep. l.
vt perfectius. Ita & teſtium receptio perpetua vide-
tur, ex quo citati coram iudice iurauerunt, vt poſtea
& maximè cum dies iuramenti, & dies depoſitionis
3 ſcribi debeat? quid plura †per ſolam citationẽ per-
petuatur iuriſdictio iudicis aliàs tempore peritura,
extra de offi. deleg. c. gratum. quanto magis debe-
4 tur perpetuari per acta iudicij: †ar. à maiori. C. de
ſacroſan. eccle. aut. multo magis. de diuer. & temp.
5 reſcri. l. de aceſsionibus. Secunda ratio ſumitur: †
probationum facultas non eſt anguſtãda. C. de her.
l. quoniam. imò eſt fauorabilis, & ei leges pinguius
ſubueniunt. C. de iureiuran. l. generaliter. ff. de te-
ſtib. l. ſerui ff. de interdi. l. neq;. & ſic nõ videtur di-
cendum quòd teſtes iurati non deponant ne proba-
tionum facultas depereat. Tertia ratio ſumitur ex
6 †eo quòd ſatis diligens videtur reus poſtquam cu-
rauit quòd teſtes ita iurarent, & compareant coram
iudice. vnde iudex debuit facere examinari tempo-
re iuramenti, quòd ſi non fecit, ſtetit per iudicem
non per partem, & negligentia iudicis non debet
afferre nocumentum. cum alteri per alterum non
debet iniqua conditio inferri. ff. de reg. iur. l. non
7 debet. Nimirum poſito †quòd non fuerit diligens
reus in probãdo: quia non fecit teſtes deponere ſu-
um dictum. tamen in iudicijs mora purgatur. ff. ſi
quis. cau. l. 2. & quod ibi not. Accur. Si ergo paratus
eſt reus poſt terminum facere deponere. audiendus
eſt: argum. ff. de arbit. l. ſi cum dies. §. ſi quis ex liti-
8 gatoribus. Quarta ratio eſt: quia †iudex poſt perem
ptorium poteſt gratificari parti in præiudicium al-
terius partis. extra de offic. dele. c. conſuluit. & quæ
ibi. Bartol. no. & C. quomodo, & quando iudex l.
9 1. †poteſt etiam poſt peremptorium teſtes iuratos
examinare. d. l. ſi cum dies. §. ſi quis ex litigatori-
10 bus. & hæc pro hac parte dicta ſufficiant. † E con-
tra quòd teſtes non ſunt recipiendi ſatis euidenter
oſtenditur. Prima ratio: quia non ſufficit ſola cita-
tio ad probandum teſtimonium, & teſtiũ receptio
ad iuramenta, & maximè propter verba ſecundi
termini quo continetur quòd infra terminum pro-
bare debeat. verum eſt enim reum non probaſſe:
arg. ff. in ius vo. vt ea. l. fi. †nihil enim actum credi- 11
mus dum aliquid reſtat ad agẽdum. C. ad Sill. l. cũ
Sillanianum, †verba enim ſunt accipienda cum ef- 12
fectu. ff. quod quiſque iur. l. 1. † & illud dicitur eſſe 13
perſectum quod conſtat ex omnibus ſuis partibus.
Secunda ratione defenditur quòd teſtes non ſunt
recipiendi: quia † iura contemptoribus ſui iuris de- 14
negantur. ff. de anna. excep. l. fi. in fin. †debet enim 15
reus eſſe ſolicitus vocari facere teſtes ſuos vt depo-
nant, & eos cogi facere per remedia iuris, vel præ-
toris, quæ ſint multa. ff. de ven. inſpi. l. 1. quod ſi nõ
fecerit ei eſt imputandum. vt d. l. 1. Et ſi prædicta
non fecit, ſi tamen proteſtatus fuiſſet ei non profu-
iſſet. vt de inoffic. teſtamen. l. contra maiores. & C.
de anna. except. l. prima. nec enim in hoc caſu ex
mero iudicis officio proceditur, † nec ad officium 16
iudicis pertinet teſtium examina[illegible]ine partis re-
quiſitione. extra de accuſa. c. qua[illegible]c. ad requiſi-
tionem partis teſtes ſunt examina[illegible] & cogendi.
vnde dic teſtes prædictos examinandos non eſſe. ex
quo infra terminum examinati non ſunt: quia †non 17
poteſt iudex gratificare vni in detrimentum alte-
rius partis. 4. q. 4. ca. fi. & ita debet vni parti deferre
vt alteri parti non faciat iniuriam. C. de ſtatu. &
imagi. l. 1. & 2. q. 3. quæritur. Et dicit Papa ita ſumus
in iuſtitia debitores: vt alijs non faciamus iniuri-
am. extra de foro compe. c. exteriore. & poſt ter-
minum ita debet audiri: ſi ius partis non fiat dete-
rius. ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. ſed hæc ſi recipi-
antur fit deterius in totum ius partis & tollitur per
exceptionem probandam. quæ probata non eſt. ff.
de petition. hære. l. deperditum. & de tribu. l. illud.
Tertia ratione non ſunt teſtes examinandi: quia † 18
iudex poſt terminum non debet eos audire: vt de
adopt. l. mancipiorum. ff. de accuſa. l. Titia. de in
ge. manu. l. diffamari. maximè cum iuri ſuo reus
videatur renũtiaſſe. C. de remiſ. pig. l. ſi eo tempore
alias nullus eſſet litium finis. Et hæc ſufficiant pro
alia parte. Solu. in hac quæſtione videtur ſine præ-
iudicio melioris ſententiæ. quòd de rigore iuris te-
ſtes examinandi non ſunt, ſed de æquitate ſi iudici
videbitur examinabit teſtes: ar. d. ca. conſuluit. de
offi. deleg. & quæ ibi no. tamen de neceſsitate non
faciet: quia quidquid &c. Et ſic relinquitur iudicis
officio & arbitrio penſatis circunſtantijs: argum. de
teſt. l. 3. Odofre. in quæſtione prædicta conſuluit
domi. Rober. de Nouaria: quia producens fecit
quod potuit & debuit, ſcilicet faciendo teſtes iura-
re & introducendo coram iudice: cum examinatio
eſt facienda motu iudicis examinandi debent ſe-
cretum iudicis intrare. vt in Daniele. C. de teſ. l.
nullum. Ad illud quod dicitur de l. ſi quando. re-
ſpondetur quod lex iſta non intelligitur de citatio-
ne data iudici. ſed cum teſtes de longinquo produ-
cuntur: producuntur interdum inuiti & nolunt re-
cedere nouatione. l. à primis negotijs & l. prædicta
dat dilationem indicialem fauore teſtium. 15. die-
rum infra quem terminum debent examinari face-
re dictos teſtes, quod ſi non fecit tenetur. Non ob.

17 l.†inter litigantes.& l.properandum.quę loquuntur quando actoris & rei præſentia eſt neceſſaria, & aliàs procedi non poteſt. Sed in caſu præſenti eorum præſentia non eſt neceſſaria.do. Dy. eſt in hac ſententia quòd examinatio teſtium infra dilationem iuratoriam, etiam poſt dilationem fieri poſsit per l.1.in fi.ff.debo.poſ.ex teſtam.milit. vbi dicit quod miles receptus ad iuramentum ad tota receptus videtur.& in hac opi.eſt Gui.in Spe.in titu.de teſte.§.& qualitatem.& qui ſunt producendi.ver.his quoque.& de dila.ver.in primo.&ver.ſed quid ſi inſtrumenta.

LAVS DEO.

EIVSDEM ANGELI. AN FRATER POSSIT ESSE TESTIS IN CAVSA CRIMINALI FRATRIS.

SVMMARIVM.

1 *Frater an in cauſa fratris criminali teſtimonium dicere poßit. & nu.2.*
Anima eſt cunctis rebus præferenda.
2 *Teſtis valde amicus pro amico à teſtimonio repellitur.*
3 *Amicitia tanquam res accidentaliter proueniens de facili variatur & tollitur.*
4 *Fraternitas eſt res naturalis, & adeo ſtabilis quòd nullo alio facto [illegible] rari poteſt.*
5 *Amicitia [illegible] eſt inter fratres.*
6 *Iniuriam [illegible] genere inferens totum genus iniuriaſſe videtur.*
7 *Teſtis in cauſa propria nemo eſſe debet.*
8 *Frater de iniuria facta fratri ſuo cognoſcere non poteſt vel iudicare.*
9 *Vim neceſſarijs ſuis illatam quilibet propulſare poteſt.*
10 *Inimicus teſtis eſſe non poteſt, quia inimicus de inimico facile mentitur.*
11 *Inimicus amici ad teſtimonium non eſt admittendus.*
12 *Teſtis prohibitus ſi admittitur repellitur.*
13 *Teſtes ij ſunt admittendi qui ſuſpicione carent.*
14 *Teſtis conſanguinitas ſuſpicionem inducit.*
15 *Iudicium de ſimilibus idem eſſe debet.*
16 *Argumentatio de teſtibus ad tutores & ad iudices eſt conformis.*
17 *Iudex in cauſa conſanguinei quis eſſe prohibetur.*
18 *Probationes luce meridiana clariores in criminalibus eſſe debent. Et teſtes omni ſuſpicione idonei carentes, et omni exceptione maiores.*
19 *Conſanguinei offenſi an teſtes eſſe poßint.*
20 *Conſanguinei accuſatoris aduerſus extraneum teſtimonium dicere non debent.*
21 *Intellectus ad l.lex Iulia.cum ſeq. ff.de teſti. Et l.1.§ nec quidem fratrem. ff.de queſtio.*
22 *Argumentum à contrario legis ſumptum fortißimum eſt in iure. & nu.24.*
23 *Argumentum à contrario legis ſumptum valet. & nu. 24.*
24 *Intellectus ad legem conuenticolam. C. de epiſcop. & cleric. l.not. C. de iur.omn. iud. & l. 2. C. de condit. in ſert.*
25 *Teſtimonium dicere eſt munus publicum, ad quod inuiti coguntur.*
26 *Fratres, nepotes, & alij conſanguinei vſq; ad quem gradum non cogantur inuiti in cauſa conſanguinei teſtimonium dicere.*
27 *Ratio vbi eadem eſt, ibi idem ius ſtatui debet.*
28 *Frater iniuriam illatam fratri tanquàm propriam vendicare tenetur.*
29 *Dictum fratris admißi ad teſtimonium in cauſa fratris per iudicem, non valet nec fidem facit. Quid in conſobrino. numer. 31.*
30 *Factum iudicis iura conſanguinitatis & ſanguinis tollere non poteſt.*
32 *Teſtes omni ſuſpicione carere debent.*

QVAERO an frater †in cauſa criminali fratris poſsit ferre teſtimoniũ? & videtur quòd volens ſic: inuitus non: arg. à contrario ſenſu. l.1.ff.de teſt.& l. lege Iul.& l.ſeq.& ff.de quæſtiò. l.1. §. nec quidem. ibi, inuitus teſtimonium &c. & etiam dicit Azo. in tit. de teſt. etiam inter parentes & liberos & in infinitum. C. de teſ. vbi de hoc. præterea conſanguineos quos prætor prohibere voluit prohibuit vſque in infinitum. C. de teſt. l. parentes. & ff. eo. l. teſtis. Si idem voluiſſet de fratribus hoc feciſſet. C. de ca. tol. l. vnica. §. ſed ne veritas, & omnes qui nõ prohibentur &c. arg. l.1.ff.de teſt. Præterea non eſt præſumendum quòd charitas fraterna deſierit: & immemor ſit ſuæ ſalutis. C. ad leg. Iul. re. l. fin. cum anima ſit rebus præferenda. l. ſancimus. C. de ſa. ſanct. eccle. † Econtra videtur etiam quod volens non admittatur: quia valde amicus pro amico repellitur. ff. de teſt. l. teſtium. 1. reſpon. vt ideo multo fortius repellitur frater: quoniam fortius vinculum. & ideo maior eſt affectio conſanguinitatis quã amicitiæ. †nam amicitia tanquam res accidentaliter proueniens de facili variatur & tollitur. ff. de confir. tu. l. in confirmando. ad fi. †Sed fraternitas eſt res naturalis, & adeo ſtabilis quòd nullo alio facto poteſt ſeparari. ff. de pac. l. ius agnationis. & ff. de re. iur. iura ſanguinis. †Dulcis eſt enim amicitia inter fratres. C. cõmunia vtri. iudi. l. poſſeſsionum. & de leg. 1. l. ſi domus. §. qui confitetur. merito ergo frater fortius quàm amicus vilis eſt à teſtimonio repellendus. † Præterea qui vni de genere iniuriã infert, totum genus iniuriaſſe videtur. ff. de lib. cau. l. 2. & 3. ff. de iniur. l. 1. §. iniuriarum. ver. item ait. Et ſi frater per mediam perſonam erit teſtis, certè nullo modo, cum eius †propria cauſa videatur, & omnibus in cauſa ſua principaliter & ſecundario dicendi teſtimonium facultas interdicenda eſt. C. de teſt. l. in omnibus. C. qui acc. non poſſ. l. ſenatus. vbi eſt optima nota conferens ad hanc queſtionem. † Præterea ſi fratri meo vel vlteriori conſanguineo inferatur iniuria, de illa non poſſum cognoſcere vel iudicare. ff. de iniur. l. lex. Corn. in pri. Et ratio eſt vt ibi dicit Gl. quia toti generi iniuria videtur illata. hoc probant tres. ll. ff. ad l. Cor. de ſic. l. 1. §. fi. ibi, vel ſibi vel ſuis. & l. ſancimus. C. de agri. & cenſ. li. 11. & C. qui ac. nõ poſ. l. ſenatus. in apparatu: arg.

erg. ff. de li. cau. l. 1. 2. & 3. Accedit ergo ad prædi-
9 cta † quòd pariter conceditur mihi à iure impunè
propulſare vim neceſſarijs meis illatam ſicut & quæ
mihi infertur: vt d. l. 1. in prin. ff. de ſic. & no. vnde
10 vi. l. 1. Præterea † cum per mediam perſonam fratris
videar offenſus ſum inimicus, & inimicus teſtis eſſe
non poteſt. ff. de teſti. l. teſtium. in prin. & in auth.
eo. tit. §. ſi verò odioſus. Et ratio eſt: quia inimicus
de inimico facilè mentitur. ff. de quæſtion. l. 1. §.
11 quæſtionum. Præterea † nedum de inimico ſuſpi-
cantur legis auctores: ſed de inimico amici mei. ff.
de teſti. l. ſi eundem. §. ſi accuſario. Præterea vt ta-
12 ctum † eſt in contrarijs allegationibus edictum de
teſtibus prohibitorium eſt, & prohibiti repelluntur
ſi admittuntur. l. 1. §. 1. ff. de teſt. ſed patet quod fra-
ter teſtificari in cauſa criminali fratris prohibetur,
& à verbis & auctoritate legis minimè eſt &c. nam
13 dicit auctor legis † quòd iſti demum ſunt ad teſti-
moniũ admittendi qui ſuſpicione carent. ff. de teſt.
l. ob carmen. ad fi. eod. tit. l. 3. §. 1. ibi, ſuſpicione ca-
reant. & in auth. de teſtib. §. ſancimus. & fratres &
14 vlteriores ſuſpicione non carent: † quia conſangui-
nitas inducit ſuuſpicionẽ. ff. de ap. l. etiam ſi perlu-
ſorio. lex quippe cum conſanguinitate tantũ præ-
ſumit ſuſpicionem quòd repellit tutorem & remo-
uet à tutela, & procuratorem à procuratione, & iu-
dicẽ à iudicãdo. C. de excu. tu. l. humanitatis. ff. de
procu. l. affinitatis. & ff. de iniu. l. lex Cor. 2. reſpon.
Item dicimus vt repellantur à teſtificãdo teſtes mul-
15 to magis, † cum de ſimilibus idem debeat eſſe iudi-
cium: vt C. de conſtit. pe. l. 1. §. hoc interdictum.
16 † Conformis eſt enim argumentatio de teſtibus ad
tutores, & ad iudices: quia quorumlibet eſt officium
ſeu munus ciuile perſonaliter & publicum. ff. de
mune. & hon. l. munerum. 2. reſponſo. ff. quemad.
teſta. aper. l. ſi quis ex ſignatoribus. Et ſi oppona-
tur teſtis iurat: & ſic non eſt præſumendum quòd
non diceret affectione conſanguinitatis: reſpon.
non obſ. talis obiectio: quia & tutor & iudex iurãt:
vt in auth. vt iud. ſine quoquo ſuf. §. ſic igitur. & in
auth. iuſiurandum quod præſtatur ab his. in prin. &
§. & nihilominus. nam vt iureiurando pręponderat
17 ſuſpicio conſanguinitatis, † quod propterea iudex
à iudicando prohibetur in cauſa conſanguinei. d. l.
lex Cor. & tutor ab adminiſtrando ſeu tutelam ge-
rendo, cum habeat tutor litigare cum ſuo cõſangui-
neo pupillo cauſa ipſius tutoris. vt d. l. affinitatis.
cum diuerſum in reddẽdo teſtimonio in cauſa con-
ſanguinei non video. Cum igitur fratris teſtimoniũ
non caret ſuſpicione, & teſtes ſuſpicione non caren-
tes improbati ſunt, & fratres merito repelluntur.
18 † Præterea conſtat ad probanda crimina exiguntur
probationes luce meridiana clariores. & teſtes ido-
nei omni ſuſpicione carentes, & omni exceptione
maiores. l. ſciant cuncti. C. de proba. & C. de con-
trahenda & commit. ſtip. l. optimam. ad fin. ibi, per
teſtes itcque idoneos. ff. de teſti. l. ob carmen. & in
auth. de teſti. §. ſancimus. quæ perfectio & idonei-
tas non cadit in perſona fratris volentis deponere
adeo in obiecto flagitio lucide conuerti oportet vt
vix negare audeat quæ commiſit. C. de pœnis. l. qui
19 ſententiam. Quid plura? caſus eſt in iure, † con-
ſanguinei offenſi teſtes eſſe non poſſunt. 3. q. 5. con-
20 ſanguinei. vbi conſanguinei accuſatoris † aduerſus
extraneos teſtimonium non dicant. c. accuſatoris.
& c. teſtes. extra de accu. ca. cum oportet. Nec obſt.
† ff. de teſt. l. lex Iul. & l. ſeq. & ff. de quæſt. in l. 1. §. 21
nec quidem fratrem. Et quibus. ll. dicunt quidam
potius ſuperficialiter, quàm medulliter iura intel-
ligentes & conſanguinei & affines vſque ad 12. gra-
dum volentes poſſunt eſſe teſtes: ſed leges illæ cer-
tè non dicunt, imò dicunt quòd non cogantur in-
uiti: vnde arguunt & dicunt à contrario ſenſu legis
admittuntur: & ſic intelligentes errant. Sic arguo
prout dominus. N. quia ponit duo brocharda ad in-
uicem dependentia, vnum eſt tale, † fortiſsimum eſt 22
argu. à contrario legis ſumptum. ff. de offi. eius cui
man. eſt iuriſ. l. 1. §. 1. ff. de teſt. l. ex eo. ff. de li. &
poſthu. l. Gallus. 1. reſpon. extra de his quæ fiunt à
præla. c. cum apoſtolica. Et appoſitũ brochardum
† quòd licet à contrario ſenſu. l. arguere. l. conuen- 23
ticulam. C. de epiſ. & cle. C. de iur. om. iu. l. nos. &
C. de cõd. inſer. l. 2. † Vera ſolutio huius brochardi 24
eſt duplex. ambæ tamen in idem recidunt. Primo ꝙ
quotienſcunque ex lectione argumentationis con-
trarij ſenſus reſultat prauus intellectus contrarius
conditioni legis: tunc non eſt licitum ſumere arg. à
contrario ſenſu legis. & ita intellige iura pro ſecun-
do brochardo allegata. Et eſt ratio: quia iniquus &
prauus intellectus ſubaudiendus non eſt. ff. de ver.
obl. l. Titia. §. idem reſpondit. & l. cum patrem. C.
de cond. inſer. vel aliter & quod in idem quoad ef-
fectum recidit cum primo quotieſcunq; à contrario
ſenſu electio eſt circa prohibitionem ratio quæ in-
eſt expreſſè à lege poſita tunc non licet ſumere arg.
à contrario ſenſu. l. aliâs ſic. verbi gratia quilibet in-
uitus poteſt cogi ad teſtimonium perhibendum. &
ratio eſt: quia † officium teſtis eſt munus ciuile: & 25
publicum merè perſonale ad quod inuiti cogantur.
ff. de mu. & hono. l. magiſtratus. & d. l. ſi quis ex ſi-
gnatoribus, & C. de teſt. l. ſi quando. † Hoc fallit in 26
fratre, nepote, & alijs conſanguineis vſque ad gra-
dum 12. vt non cogantur inuiti in cauſa conſangui-
nei teſtimonium dicere: & loquuntur iura bene in-
telligentibus in contrarium allegata, & conſimilia.
l. Iulia. cum ſeq. ff. de teſt. & ff. de quæſt. l. 1. §. nec
quidem fratre, & eſt ratio defectus fidei propter ſu-
ſpicionem parentelæ: quia cum occaſione conſan-
guinitatis ſuſpicione non careant tales teſtes: igitur
fruſtra cogentur teſtimonium dicere, & ea ſuſpicio-
nis ratio ſibi vendicat locum in fratre ſeu alio con-
ſanguineo ſponte teſtificante, quę in coacto & inui-
to. ſponte ergo talis contrarius ſenſus ſubaudiri nõ
debet, cum eadẽ ſit ſuſpicio & prohibitionis ratio:
& † vbi eſt eadem ratio ibi idem ius ſtatui debet. l. à 27
Titio. ff. de verb. obli. Et accedunt ad iſta quæ glo-
ſantur. C. ad turp. l. ſi fœmina. vbi eſt Gloſſ. ordi.
quæ prædicta dicit, & eſt Glo. ordinaria in c. tranſa.
extra de conſtit. denuo quis dicet in cauſa criminali
fratrem idoneum teſtem contra fratrem † cum iniu- 28
riam illatam fratri tanquam propriam vendicare
teneatur. C. de his, quibus vt indig. l. fratrem. & l.
ſororem & C. qui acc. non poſ. l. ſenatus. Sol. dico
fratrem non eſſe idoneum teſtem in cauſa crimina-
li fratris, ſed ſuſpicioſum, ideo non admitten-
dum. † Quid autem ſi iudex eum admiſit & exami- 29
nauit. Reſpon. non valet dictum eius nec fidem
facit: quia † factum iudicis non poteſt tollere iura 30

naturalia, vt conſanguinitatis & ſanguinis. C. de fe-
rijs. l. 1. §. ſi verò. ff. de reg. iur. l. factum iudice. in prin. & hæc omnia vera ſunt ſi non ſunt in eiuſdem patris poteſtate. multo magis ſi ſunt in eiuſdẽ patris
31 poteſtate. † Quid in conſobrino. Reſpon. idem: qa eadem ratio: ergo & idem ius. Præterea ſola affinitas videtur repellere poſſe teſtem: vt in authen. de teſt. §. quia verò. in Gloſ. magna quæ incipit immò videtur. quòd affinitas inducit ſuſpicionem. ff. de procu. l. affinitas. C. de excuſa. tuto. l. hnmanitatis
† & teſtes debent omni ſuſpicione carere. l. Titium. 32
in principio. ff. de teſtibus.

Lavs Deo.

TRACTATVS DE TESTIBVS AVCTORE FEDERICO SCHENCH EX LIBERIS BARONIBVS A TAVTEMBERG IVRISCONSVLTO CLARISSIMO.

In quo compendioſè admodum & eleganter uniuerſam teſtium materiam perſtrinxit, quam alij uix iuſtis uoluminibus complexi ſunt.

SVMMARIVM.

1. *Teſtes citari debent.*
2. *Suſpectus eſt qui ſe vltrò ingerit. & nu. 35.*
3. *Teſtes aute omnia ſacramento adſtringendi ſunt ad veritatem dicendam.*
4. *Epiſcopus citari non debet, nec ad iuſiurandum adigi teſtimonij ferendi cauſa, ſed ad eum iudex mittere debet.*
5. *Iuſiurandum præſtari debet tactis ſacroſanctis euangelijs.*
6. *Iuſiurandum teſtibus remitti poteſt conſenſu litigantiũ.*
7. *Teſtis productus quid iurare debeat.*
8. *Teſtes iurare debent vtraq; parte præſente, aut per contumaciam abſente.*
9. *Teſtes aliquando citari nen debent, ſed ad eorum teſtimonia recipienda, iudex mittere debet, & quando id fieri debeat.*
10. *Teſtibus in alio territorio conſtitutis, iudex illius territorij rogandus eſt vt eorum teſtium dicta recipiat.*
11. *Teſtium examinationem iudex alij committere poteſt.*
12. *Teſtes euocari ex alia ciuitate, vel non euocari debent prout conſuetudo eius prouinciæ patitur.*
13. *Pupillus à teſtimonio ferendo arcetur, præterquam in crimine læſæ maieſtatis. cuius occaſione etiam torqueri poteſt.*
14. *Minor vigintiquinq; annis in cauſa criminali teſtis eſſe non poteſt.*
15. *Maior vigintiquinq; annis teſtimonium ferre de eo poteſt, quod ipſe idem cum eſſet minor vidit.*
16. *Teſtimonium ferre non poſſunt publico iudicio damnati, & infames, qui ſi quando admittantur, nõ ſine tormentis fides illis adhibenda eſt.*
17. *Teſtis eſſe non poteſt qui in cuſtodia eſt, nec quæ quæſtum corpore ſuo palam facit, quemadmodum nec qui pecuniam accepiſſet vt teſtimonium ferret conuictus fuerit.*
18. *Hæretici à teſtimonio repelluntur præterquam in vltimis voluntatibus.*
19. *Parentes, & liberi inuicem aduerſus ſe nec volentes teſtimonium ferre poſſunt, & nu. 13.*
20. *Pater itemq; frater filio, aut frater de peculio teſtanti, aut etiam vxorem ducenti teſtis eſſe poteſt. & nu. 22.*
21. *Patrem filio, aut contra teſtem idoneum non eſſe quomodo accipiendum ſit.*
24. *Parentum & maiorum appellatione qui veniant.*
25. *Teſtes domeſtici non admittuntur.*
26. *Familiæ appellatio quid contineat.*
27. *Domeſtici qui dicantur.*
28. *Domeſticorum teſtimonium quando admittatur.*
29. *Canonicorum teſtimonium recipitur ſuper his, quæ in capitulo geſta ſunt.*
30. *Frater poſſit ne in cauſa fratris teſtimonium ferre.*
31. *Frater aduerſus fratrem teſtimonium dicere non eſt cogendus, niſi cum per alios veritas haberi non poteſt.*
32. *Frater aduerſus fratrem volens teſtimonium ferre poteſt.*
34. *Coniunctæ perſonæ, quæ iu iure ciuili cogi nõ debent aduerſus coniunctos teſtimonium ferri in quibus cauſis iure canonico etiam inuiti aduerſus eoſdem coniunctos teſtimonium ferant.*
35. *Patronus in ea cauſa teſtis eſſe non poteſt in qua patronus fuit: quemadmodum nec executor in negotio, quod adminiſtrauit.*
36. *Teſtis idoneus eſſe in re propria nemo poteſt, atq; inibi quæ dicatur propria cauſa.*
37. *Participes criminis in cauſa communi nõ teſtificantur, quemadmodum, nec ſocij eius rei, qui in iudicium deducitur.*
38. *Mulier quibus in cauſis teſtis adhiberi poßit tam iure ciuili, quàm iure canonico.*
39. *Teſtes idonei non ſunt quibus imperari poteſt vt teſtes fiant, atq; inibi de interpretatione huius regulæ.*
40. *Inimicus capitalis idoneus non eſt.*
41. *Perſonæ aliquot enumerantur. quæ teſtimonium inuitæ non dicunt.*
42. *Teſtis dicti ſui, & ſcientiæ cauſam ſi quidem hac rogatus fuerit in medium proferre debet.*
43. *Cauſa ſcientiæ quomodo à teſte reddenda.*
44. *Adulterium probari poteſt per teſtimonium de auditu.*
45. *Teſtes deponentes quod ex alijs audierunt non plenè pro-*

probant, niſi in aliquot caſibus ibidem enumeratis.

46 *Teſtes diligenter examinandi ſunt per iudicem de ſingulis circunſtantijs, & qua ſint illæ circunſtantia.*

47 *Teſti ſides non ideo minus adhibenda eſt, quod diem rei geſtæ ignorat niſi ſicubi diei & horæ ſcientia eſſet neceſſaria.*

48 *Teſtis qui obſcurius teſtimonium tulit in iudicium reduci poteſt, vt dictum ſuum interpretetur.*

49 *Teſtes etiam quarto produci poſſunt, vt tamẽ id ſiat ante edita teſtimonia.*

50 *Publicatis teſtimonijs non amplius conceditur teſtes producere ſuper ijſdem ſeu contrarijs articulis tam in principali cauſa, quàm in cauſa appellationis.*

51 *Publicatis teſtimonijs teſtes ſuper nouis articulis producere tam in principali inſtantijs, quàm in cauſa appellationis permittitur.*

52 *Teſtes in quibus caſibus reprobari poßint poſt publicata eorum teſtimonia.*

53 *Teſtis dictum ei prodeſſe non debet, qui proteſtatus eſt eum ſe teſtem velle repellere.*

54 *Teſtis neutri partium teſtimonium ſuum prodere debet, aliâs puniendus eſt.*

55 *Auctoritas, & integritas teſtium nonnunquam efficit, vt pauciores pluribus proferantur.*

56 *Vnius teſtis teſtimonium non recipitur.*

57 *Teſtes ſeptem in teſtamentis adhiberi debent.*

58 *Vltima quæq; voluntas excepto teſtamento quinque teſtibus munita eſſe debet.*

59 *Solutio debiti in ſcriptis relati, aut etiam partis eius quinq; teſtibus probanda eſt.*

60 *Contractus libram auri excedenti quinq; teſtes adeſſe debent cum in ſcriptis à literarũ imperitio celebratur.*

61 *Libram auri conſtituunt ſeptuaginta duo auri. Libram verò argenti quinq; ſolidi.*

62 *Solidum pro aureo iuris interpretes accipiunt.*

63 *Teſtes quindecim quando neceſſarij.*

64 *Teſtes tres in quibus caſibus adhiberi debent.*

65 *Teſtes quinq; adhibẽdi ſunt cum quis per epiſtolam ſeruum manumittit.*

66 *Vnius teſtimonio cum adminiculo famæ publica quibus in cauſis ſides adhibeatur.*

67 *Iudicis prudentia cuiuſmodi eſſe debeat in excutienda veritate.*

68 *Teſtium receptionem in cauſis criminalibus iudex alij committere non poteſt.*

69 *Teſtium ſuperfluam multitudinem moderari iudex ex officio debet.*

1 PRODVCTVRVS teſtes † ad intentionis ſuæ probationẽ curabit eos citari à iudice: arg. à cõtrario ſenſu in l. in teſtimonium. ff. de teſtib. Si enim vltrò ſe teſtes obſerrent, poſſent nó immeritò tacita ſuſpicione notari. Ferè enim fit
2 vt qui † operas ſuas ingerit inuito pręſertim hoc ipſo ſuſpectus habeatur. l. quæ omnia. §. ſed & ſi aduerſarius. ff. de procur. Producti teſtes priuſquam per-
3 hibeant teſtimonium iureiurando † ſunt ad veritatem dicendam adſtringendi. l. iuriſiurandi. C. de teſtib. Idq; tactis ſacroſanctis euangelijs. ſecundum noſtròs. c. hortamur. 3. q. 6. Sacroſanctæ enim ſcripturæ nunquam non iudicio adeſſe debent. l. rem nouã. C. de iud. epiſcopus † tamen propoſitis tantũ 4
euangelijs, ſecundum ꝙ decet ſacerdotes, dicat ea, quæ nouerit, nó tamen iuret, poſtquã iudex ad eum miſerit. Nam ad teſtimonium dicendum citari non debet iure ciuili idque vt perſona honoretur, & ne dignitas ſacerdotij exempta confundatur l. nec honore, & auth. Sed Iudex. C. de epiſ. & cle. Conſuetudine tamen fori noſtri Cameræ Imperialis euangeliorum tactura non frequentantur, & fortè † mi- 5
nus bene, per ea quæ habet Gloſ. ſuper verbo tacta in fi. in c. 1. §. porro corã epiſcopo. de hære. in Cle. Idq; illis caſibus, quib⁹ ius expreſsè cauet iurari debere tactis ſacroſanctis euangelijs. Vide Glo. ſuper verbo corporali. in c. aut circa de ele. lib. 6. & Glo. primã in §. Item ſacramenta puberum. in tit. de pace tenen. inter ſubditos, & iura firmanda quæ dicit inter cætera plus operari tactum libri euangeliorum ratione maioris ſolennitatis. Conſenſu † tamen liti- 6
gantium quibuſuis teſtibus iuſiurandũ remitti poſſe Azonis, & Accurſij ſententia eſt, quæ & iure Canonico probatur. c. tuis quæſtionibus. & ibi Gloſſ. ſuper verbo remittatur. extra de teſti. & conſuetudine recepta eſt. Iurabit † autem teſtis nulla admixta 7
falſitate, aut mendacio, ſe dicturum veritatem pro vtraque parte. Quam clauſulam licet ius non exprimat, conſuetudo tamen adiecit. & tamen nihilominus iuri eſt conſona, quum ius dicat teſtem debere dicere quæ nouerit. d. Authẽ. Sed Iudex. Igitur tam ea dicet quæ nouit facere pro vna parte, quam quæ pro altera. Dic plenius vt in Glo. ſuper verbo iuramentis. quæ & vltima eſt in c. fraternitatis. extra eod. tit. Quæ etiam dicit teſtem iuraturum ſe nec pretio, nec amore, nec odio, nec timore, nec pro quoquam commodo teſtimonium dicturum. Iurabunt † autem teſtes vtraque parte præſente: & ſi 8
altera fortè abeſſet, citanda foret. Quòd ſi venire noluerit etiam ea abſente iudex atteſtationes recipiet, & perinde valebunt ac ſi ea præſente receptæ fuiſſent l. ſi quando. & Auth. ſed & ſiquis. C. de teſti. Quod initio † dictum eſt teſtes à iudice eſſe ci- 9
tandos, vt veniant teſtimonium perhibituri, obtinet niſi perſonarum qualitas aliud expoſcat. Teſtes ſiquidem valetudinarij, ſenes, vel debilitate confecti, aut paupertate oppreſsi, ita vt non poſſint ad iudicis præſentiam adduci, non fuerint euocandi, ſed ad dicta eorum recipienda idoneas, & congruas perſonas mittet Iudex. cap. ſiquis teſtium extra de teſti. Ita & ius ciuile ad perſonas egregias, eosq́ue qui valetudine impediuntur, domum mitti iuſiurandum ſtatuit. l. ad perſonas egregias. ff. de iureiur. Item: † Si teſtes abſint à loco vbi iudi- 10
cium agitatur poteſt requiri iudex loci, vbi teſtes degunt, vt teſtes examinet, atque recipiat, & ſi iudex habeat iuriſdictionem in ea prouincia, vbi teſtes morantur poterit † aliquibus teſtium receptio- 11
nem committere, vt dicta eorundem ſub geſtis monumentorum ſigna percipientibus, ad ſe remittantur. in Authentico de teſtibus. §. & quoniam ſancimus. verſic. multæ autem. Colla. 7. & ita quotidie videmus frequentari. Denique † quod ad te- 12
ſtes euocandos pertinet, diligentiæ iudicantis eſt explorare quæ conſuetudo in ea prouincia, in qua iudi-

dicat, fuerit: Nam ſi probabitur ſæpe in aliam ciui-
tatem teſtimonij gratia pleroſque euocatos, non eſt
dubitandum quin euocandi ſint quos neceſſarios in
ipſa cognitione deprehenderit qui iudicat l. 3. §. fin.
ff. de teſtibus. Porrò teſtes omnes eſſe poſſunt, qui-
bus non interdicitur teſtimonium, nec vlla legé à
dicendo teſtimonio excuſantur. l. 1. §. 2. ff. de teſti.
13 Interdicitur autem † teſtimonium pupillo l. tertia §.
lege Iulia. & l. inniti. l. 2. ff. de teſtib. & §. teſtes au-
tem. Inſtit. de teſta. niſi agatur de crimine læſæ ma-
ieſtatis. Tunc enim de minore 14. annis quæſtio ha-
beri poterit, eiuſque teſtimonium admittetur. l. de
14 minore. in princip. ff. de quæſtio. Alioqui † minor
viginti annis in cauſa criminali teſtis eſſe non po-
15 teſt. l. in teſtimonium. ff. de teſti. Sed † an ſactus
maior teſtimonium dicere poſsit de his quæ vidit in
pupillari ætate, Crebrior opinio habet poſſe ſecun-
dum Gloſſ. in d. §. lege Iulia. ſuper verbo impube-
res. & Gloſſ. ſuper verbo, contigerit. in fin. in l. ad
teſtium. ff. de teſta. & Gloſſ. ſuper verbo, neq; Im-
pubes. in §. teſtes autem Inſtit. de teſta. Quas Gloſ-
ſas ego veras eſſe intelligo in pupillo, qui cùm vi-
dit ea fuerit proximus pubertati. Secus igitur in-
fans, & nondum diſcretionis capax: arg. l. prima. §.
16 fin. ff. Commo. Interdicitur † & ſerre teſtimonium
in publico iudicio damnato, & infami. l. 2. in prin-
cip. & §. lege Iulia. & l. Quæſitum. ff. de teſti. Si ta-
men arenarius teſtis, vel ſimilis perſona infamis
adhibenda ſit, ſine tormentis teſtimonio eius cre-
dendum non eſt. l. ob crimen ſamoſum damna-
tus: inteſtabilis fit. §. ſi ea rei conditio. ff. de teſtib.
Imperator quoque ignobiles quoſdam artifices vi-
liſsimos, & nimis obſcuros ad teſtimonium vetat
procedere in Authen. de teſtibus. §. 1. verſic. Sanci-
17 mus autem. Colla. 7. Item interdicitur † ei, qui in
vinculis, cuſtodiáue fuerit. Item quæ quæſtum cor-
pore palam facit, ſeceríue. Item qui iudicatus, vel
conuictus fuerit ad teſtimonium dicendum, vel nó
dicendum, accepiſſe pecuniam. Nam quidam pro-
pter lubricum conſilij ſui, alij verò propter notam
& infamiam vitæ ſuæ admittendi non ſunt ad teſti-
18 monij fidem. l. 3. §. l. Iulia. ff. hoc tit. Item † inter-
dicitur hæretico, vtpote perpetua damnato infa-
mia. Authent. Gazaros. C. de hæret. & Maniche.
Nonnunquam tamen hæreticorum teſtamentaria
teſtimonia, & quæ in vltimis elogijs, vel in contra-
ctibus conſiſtunt, admittuntur propter vtilitatem
neceſſarij vſus, ne probationum facultas anguſte-
19 tur. l. penulti. C. eod. titu. † Item parentes, & liberi
inuicem aduerſus ſe, nec volentes ad teſtimonium
admittendi ſunt. l. parèntes. C. de teſtib. pater ta-
men in teſtamento filij de peculio teſtantis, teſtis
20 † eſſe poteſt ſimiliter & frater. l. qui teſtamento. §. 1.
ff. de teſt. Parentes quoque, fratres, & cognati vtri-
uſque ſexus in teſtificanone ſuorum ad matrimo-
nium coniungendum, vel dirimendum admittun-
21 tur. Quod verò legitur † teſtis idoneus pater filio,
aut filius patri non eſt. l. teſtis idoneus. ff. de teſti-
bus, hoc in criminalibus cauſis, & contractibus ve-
rum eſt. In matrimonio verò coniungendo, & diſ-
iungendo ex ipſius coniugij prærogatiua, & quia
fauorabilis res eſt congruè admittuntur. c. videtur
22 nobis. extra qui matri. accuſa. poſſunt. † Hæc tem-
peranda ſunt, niſi aliqua cauſa parentes redderet ſu-
ſpectos. Quare mulieris mater non admittetur, vel
pater viro negante ſe mulierem reſpondiſſe, ſi vir
ſuperior ſit diuitijs, & nobilitate, potentia, vel ho-
nore. Tunc enim teſtimonium parentum, qui vtiq;
filiæ incrementum & honorem cordi habent vide-
tur eſſe ſuſpectum. igitur prorſus non admittendú.
c. ſuper eo. 2. de teſtib. Vbi verò æqualitas eſſet in-
ter virum & mulierem, vel modica etiam diſparitas
& excellentia, tunc parentum foret teſtimonium
tam in coniungendo, quàm in dirimendo matrimo
nio admittendum d. c. videtur. ſecundum Gloſſ.
primam in fi. d. c. ſuper eo. 2. de teſtib. Liberi quo-
que † pro parentibus, aut contra parentes teſtimonij 23
fidem non obtinent d. l. parentes. C. de teſtib. & d.
l. teſtis idoneus. ff. eo titul. Parentes vtriuſque ſexus
accipe, parentes † vſque ad tritauum appellãtur, ſu- 24
periores maiores dicuntur l. Quiq; litigandi. §. Præ-
tor ait. ff. de in ius vocan. Teſtes etiam domeſtici, &
familiares † non admittuntur ca. in literis. extra hoc 25
tit. Teſtes igitur eos, quos accuſator de domo pro-
duxerit interrogari non placuit l. penul. ff. hoc tit.
Cum & iure ciuili domeſtici teſtimonij fides im-
probetur l. 2. C. eo. tit. familiæ appellatione omnes
qui in ſeruitio ſunt continentur † etiam liberi ho- 26
mines, qui bona fide alicui ſeruiunt, vel alieni. Ac-
cipe eos quoque qui in poteſtate eius ſunt l. ediles
etiam. §. familiæ. ff. de edil. edic. & l. pronuntiatio
§. familiæ. ff. de verborum ſignificanonibus. Fa-
miliaris quoque iure Canonico appellatur, qui cum
aliquo commoratur Gloſ. prima in cap. pri. 4. q. 5.
Inſinuante. extra de offic. iudic. de leg. Domeſtici
† dicuntur ſeruus, colonus, aſcriptitius, familiaris, 27
libertus l. vlt. §. ſanè enim. C. de his qui ad eccl. con
fugi. Item domeſticus eſt mercenarius, qui operas
ſuas alicui locat l. reſpiciendum. §. furta domeſtica.
ff. de pen. Domeſtica quoque eſt vxor, & coniux
cum appellatione familiæ comprehendatur. l. Qui-
cunque. C. de re mili. libr. 12. & familia viri & vxo-
ris, domus vna eſt, & coniuncta familia. l. 1. §. ſi vir.
ff. de ſenatuſcon. Silla. & domeſticis quoque vxor
annumeratur. Gloſſ. ſuper verbo à domeſticis in §.
neceſſe 47. diſtin. Ob probationis † tamen inopiam 28
& difficultatem, domeſticorum & familiarium te-
ſtimonium noſtri Panor. in c. vlti. ver. ſed quia ſu-
prà dixi. de his, qui me. cauſa fiunt, admittendum
ſentiunt. Proinde ſiquid nocturno tempore pater
familias amiſerit probare hoc poterit per ſuos do-
meſticos, ſi dicant pridie ſe eas res vidiſſe, & nocte
furem fuiſſe in ædibus illuceſcente die, ſe illas res
amplius non vidiſſe, vel ſi pater familias dicat ſibi
factam eſſe vim nocturno tempore, effractas fores,
ſeu quid ſimile, teſtimonium domeſticorum fidem
faciet: ar. l. conſenſu ver. ſeruis ſcilicet vel ancillis.
C. de repudijs, vbi ſi alia non adſint documenta,
ſeruorum, & ancillarum teſtimonia recipiuntur.
Quoniam (vt ait text.) non facilè, quæ domi gerun-
tur, per alienos poterunt reſci. & hæc maximè ob-
tinent, ſiquid nocturno tempore in ædibus cómit-
tatur. Præfata etiam probantur. in cap. veniens 2. in
fi. extra de teſtib. iuncta ibi Gloſſ. vltima. Vbi Ca-
nonici admittuntur † ad teſtimonij fidem ſuper his 29
quæ dicta ſunt in conuentu capitulari. quia res
quæ in capitulo aguntur, non facilè poſſunt niſi
per Canonicos ipſos probari, vt ibi dicit tex. Sed an

10 frater poſsit in † cauſa fratris teſtimonium dicere: & quidem pro fratre in cauſa ciuili (ſecundum noſtros) per doct. in cap. literas de præſumpt. maximè per Panor. quem ſequor, poterit, cum nulla lege prohibeatur, igitur admittendus. l. 1. ff. de teſtib. Quanquam non ſit teſtis omni exceptione maior, propter ſanguinis coniunctionem. In criminali verò cauſa pro fratre non recipitur. Nam & conſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimonium non dicunt. Quinimmò nec familiares, nec de domo prodeuntes, igitur multo minus frater. cap. 1. 3. quæſtio. 5. Quod autem dixi in ciuili cauſa fratrem pro fratre teſtificari poſſe, verû puto, niſi ſub vnius ſint poteſtate conſtituti, aut communi victu, ac vitæ conſuetudine vtentes vna degant, eiſdemq; ædibus commorentur l. 2. C. eod. titu. In defectum tamen aliorum teſtium videretur poſſe frater pro fratre in cauſa criminali admitti, ſaltem ad faciendum iudiciû, vt poſsit contra accuſatos procedi ad quæſtionem ſecundum noſtros. Panor. vbi ſupra arg. c. cum dilectus. & ibi Gloſſ. ſuper verbo & ſi tres. extra de elect. Quæ dicit aliquem admitti etiam ſuſpectum, & quodammodo de facto ſuo dicentem,
11 in defectum probationis. Frater † tamen contra fratrem nec in ciuili nec in criminali cauſa teſtimonium dicere cogitur. l. lege Iulia ibi, eóſue qui priore gradu ſint. ff. de teſti. cùm non poſsit conuinci. Illam legem magis in criminali quàm in Ciuili cauſa obtinere. Sed cùm generatim ſtatuat, & in ciuili, & in criminali quæſtione intelligetur ſecundû Gl: primam ibidem in fi. Hoc tamen Canonum interpretes Hoſt. & Panor. in cap. 1. de teſt. cogen. moderantur, vt ſcilicet parentes frater & conſanguinei, & cæteri de quibus in d. l. Iulia non poſsint cõtra conſanguineos cogi teſtimonium ferre, modo per alios
12 veritatis teſtimonium haberi poſsit. † Si igitur nequeat per alios haberi veritas & ipſi ad teſtimoniû dicendum cogentur. Vide in ver. Quod autem. Volentem autem fratrem contra fratrem teſtificari non repellendum nec in ciuili, nec in criminali cauſa: Quia d. l. lege Iulia ſolum dicit non cogi inuitos: volentes autem non prohibet. Et quia duntaxat parentes, & filij aduerſum ſe etiam volẽtes prohibentur teſtimonium dicera l. parentes. C. de teſtib. Ergo omnibus alijs cenſetur permiſſum. Et quod dixi volẽtes intellige à parte productos, à iu-
13 dice citatos, & non detrectantes. Secus ſi † vltrò ſe ingererent contra fratres, & obſerrent: Tum enim ſuſpecti forent, vt in principio huius tituli dictum eſt. l. quæ omnia. §. ſed ſi aduerſarius. ff. de procu-
14 rato. Quod autem Canon. interpretes † velint in defectum aliorum teſtium, vti dictum eſt, illos etiam tunc ad teſtimonium compelli, qui iure ciuili non coguntur, de quibus in d. l. lege Iulia non puto verum niſi in cauſa matrimonij arg. cap. 1. de teſti. cogen. & in cauſa hæreſeos arg. c. in fidei fauorem de hære. lib. 6. In reliquis autem cauſis non cogentur inuiti cùm hoc priuilegium habeant à lege, & nuſquam inueniatur eis eſſe ademptû. Quod igitur non mutatur, quare ſtare prohibetur l. Sancimus C. de
15 teſti. Inſuper † interdicitur patrono ne in cauſa cui patrocinium præſtitit, teſtimonium dicat. Quod & in executionibus negotiorum ſeruandum eſt. l.
16 vltim. ff. de teſti. Item in re propria † nullus teſtimonium feret. l. omnibus. C. de teſti. & l. nullus. ff. eod. ti. palam autem eſt eam propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo nomine pertinet. l. 1. §. in propria cauſa. ff. quando appel. ſit, & intra quæ tempora. Item ſocij, & participes † criminis in cauſa communi non teſtificantur, quia alterius abſolutio, alteri etiam prodeſſet. 17
l. quoniam liberi iuncta Gloſſ. c. de teſtib. Idem in ſocijs omnium bonorum vel eius rei, quæ petitur, & ſuper qua teſtimonium ferendum eſſet: tunc enim quia commune futurum eſſet lucrum. ſocij teſtimonium in cauſa ſocij reſpuendum foret ſecundum Gloſ. ſuper verbo participes, in d. l. quoniam liberi. Item produci teſtis non poteſt qui ante in eum teſtimonium dixit. l. produci. ff. de teſti. Item † mulier teſtamento teſtis adhiberi nõ poteſt. aliâs 18
autem teſtis eſſe poterit l. qui teſtamento hæres. §. mulier teſtimoniû. ff. de teſta. Quare c. mulierem 33. q. 5. dicens ſimpliciter mulierem teſtem eſſe nõ poſſe, intelligetur ſcilicet in cauſa criminali ſecundum Gloſſ. ibi ſuper verbo nec teſtis. Ita quoque intelligitur c. forus verſ. conditione extra de verb. ſignific. ſecundum Gloſſ. ibi ſuper verbo non fœmina, dicentem mulierem in ciuilibus, & matrimonialibus poſſe teſtimonium ferre c. tam literis. & c. ſuper eod. extra de teſtib. In criminalibus autem non ſecundum Canones d. c. mulierem. Quanquã aliud obtineat ſecundum l. ex eo. 15. q. 3. vbi Glo. ſuper verbo teſtimonium ait ſecundum leges mulierem in omni cauſa poſſe teſtificari ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit, exceptis duntaxat vltimis voluntatibus. Iure tamen Canonico mulier etiam malæ famæ admittitur ad accuſationem criminis expreſſi in cap. tanta de ſimo. & in inquiſitione admittitur ad teſtimonium ſine denunciatione capit. tam literis. & cap. Quoniam extra de teſtib. Denique † idonei non videntur eſſe teſtes, quibus imperari 19
poteſt vt teſtes fiant. l. idonei. ff. de teſti. Nam tales teſtes ſunt adhibendi, qui omni gratiæ, & potentatui fidem poſsint proponere l. 4. C. de teſti. quare non deſunt ex noſtris, vt Alberic. de Roſa. qui putent neminem ſubditorum eſſe idoneû teſtem poſſe in cauſa Regis, vel Principis. quod tamen per crebriorem opinionem Cy. & Bart. & aliorum reprobatur dicentium d. legem idonei obtineri in eo, cui imperari poteſt ratione iuriſdictionis tantum. Igitur Rex, Dux, Comes, cæteriq; iuriſdictionem habentes ſubditos ſuos in teſtimonium producere poterint, ſecûdum eos. Quia perſæpè de iure ſuo aliâs probare non poſſent huiuſmodi perſonæ niſi per ſubiectos. Quam opinionem ego nõ improbo, cum etiam reproborum teſtimonia admittâtur propter vtilitatem neceſſarij vſus, ne ſcilicet probationum facultas anguſtetur: l. quando multi in ſi. C. de hære. & mani. Poſtremo † & capitalis inimicus non eſt 20
idoneus teſtis. c. per tuas. & ibi Gloſſ. ſuper verbo inimicitias capitales extra de ſimo. & c. accuſatores 3. q. 5. & ibi Gloſſ. arg. l. licet de arbi. & in auth. de teſti: §. ſi verò dicatur. verſ. Si verò quis dicat odioſum præſente ſibi ad teſtimonium conſtitutum, & approbauerit ſtatim, quoniam criminalis inter eos lis mouetur, non adſit ad teſtimoniû, qui vſq; adeò infeſtus eſt donec de crimine iudicetur: Si verò aliter odioſus eſſe dicatur, aut conuentus pecuniariè, proce-

procedat quidem teſtatio. Tempore verò diſputa-
tiónum ſeruentur huiuſmodi quæſtiones colla. 7.
& in l. 1. verſ. præterea. ff. de quæſtio. dicitur. Præ-
terea inimicorum quæſtioni fides adhiberi non de-
bet, quia facilè mentiuntur. Nec tamen ſub prætextu
inimicitiarum detrahenda erit fides quæſtioni, ſed
cauſa cognita habenda fides, vel nō habenda. Qua-
re inimici (niſi capitales ſint) non ſunt à teſtimonio
repellendi: ſed iudicis erit æſtimare quantū, & qua-
tenus eis ſit credendum ſecundum Gloſſ. vnicam in
d. l. accuſatores in fi. 3. q. 5. Hæ igitur perſonæ mo-
dis præfatis non ſunt teſtes idonei. Porrò conſtat,
41 & quoſdam eſſe † qui tametſi teſtificari poſsint, ta-
men non coguntur inuiti, quemadmodum ſenes,
valetudinarij, milites, vel illi, qui cum magiſtratu
Reipublicæ cauſa abſunt, vel quibus venire non li-
cet l. inuiti. la. 1. ff. de teſti. Senes intellige maiores
70. annis. Illos enim onere publicorū munerum lex
eximit. ff. de iure immu. l. 3. & l. vnica. C. qui ætate
ſe excuſ. Item non coguntur publicani l. inuiti, la.
2. ff. de teſti. Publicani autē ſunt omnes, qui quid à
fiſco conducunt l. 1. §. hic titulus. ff. de pub. vectig.
& commiſ. Item necis, qui nō detractandi teſtimo-
nij cauſa abierit: Item necis, qui exercitui præbendā
conduxerit. d. l. inuiti. la. 2. Similiter quis non in-
uitus non cogitur teſtimonium litis dicere aduerſus
ſocerum, generum, victricum, priuignum, ſobri-
nam, ſobrino, ſobrináue natū, eóſue, qui pro priore
gradu ſunt l. lege Iul. ff. de teſtib. Generi autem ap-
pellatione, & ſponſus filię continetur: quemadmo-
dum & ſoceri appellatione ſponſæ pater compre-
henditur l. in legibus. ff. de teſti. Item cogi non poſ-
ſunt inuiti proxenetę ſiue contractuum mediatores
ad ferendum ſuper ipſis contractibus teſtimonium,
niſi vtraque parte hoc petenti. tum enim inuiti co-
gi poſſunt in authentico de teſtib. §. Quoniam ve-
rò legem colla. 7. quum iam dicta teſtium recipi-
42 enda fuerint. Sciendum eſt teſtem † debere dicti ſui,
& ſciētiæ cauſam in medium proferre ſi de hoc fue-
rit interrogatus. Nam ſolam teſtationem prola-
tam, nec alijs legitimis adminiculis cauſam proba-
tam nullius eſſe momenti, certum eſt. l. 3. C. de te-
43 ſti. Cauſam autem ſcientiæ † aſsignabit per illū cor-
poris ſenſum, quo percipitur id, de quo interroga-
tur. l. qui teſtamento hæres inſtituitur. §. vlti. ver. ſi
vel ſenſu percipiatur. ff. de teſta. vt ſcilicet quod vi-
ſu percipi poteſt dicat ſe vidiſſe quod auditu ſolo
percipitur, dicat ſe audiſſe, & ita de conſimilibus.
De viſu autem depoſiturus teſtis dicet ſe fuiſſe præ-
ſentem, & ita geri vidiſſe argu. l. teſtium. C. de teſti.
De auditu dicit ſe talia verba, talem ſonitum, vel ſi-
mile quid in ſenſum auditus cadens audiſſe, illiq́ue
creditur. Si dicat ſe in loco vbi talia facta fuerunt
præſentem, vigilantem, & mentis compotem fuiſ-
ſe. Teſtes quoq; per foramen vnus poſt alium quid
videntes, vel audientes, de hoc teſtificari poterint,
licet re vera actui non adfuerint ſecundum Gloſſ.
in c. nihilominus ſuper verbo ſimul 3. q. 9. à noſtris
Bart. in l. quærebatur. ff. de teſta. mili. Bald. in l. te-
ſtium. C. de teſt. approbatam. Et Gloſſ. ſuper ver-
bo auditu in c. præterea de teſti. dicit videri ſatis ꝓ-
44 barı † adulterium per teſtimonium de auditu, quia
audierunt aliquos commiſceri iuxta tenuem parie-
tem. Et text. in d. cap. præterea dicit cum quis accu-
ſatur aliquam cognouiſſe, ſi conueniens teſtimo-
nium de viſu reddatur, vel etiam de auditu, & præ-
ſumptionem violentam fama conſentiens ſubmi-
niſtret, ac alia legitima adminicula ſuffragētur, ſtan
dum eſt teſtimonio iuratorum. Per hunc tex. decla-
rantur gloſſæ præfatæ, vt ſcilicet obtineāt præſum-
ptione violenta, alijsq́; legitimis adminiculis ſuf-
fragantibus. Et quia teſtes deponere debēt quod ipſi
viderunt, & norunt, non † ſufficeret illos teſtificari 45
id quod ab alijs dictum factumúe eſſe audierunt:
Nam teſtimonium de auditu ad plenam probatio-
nem non ſufficit d. l. teſtium. Et quæ ibi notantur,
& in authen. de hære. & fal. §. hinc nobis ver. ſi verò
abſunt. Quod fallit. Primò ſi probandum ſit me-
moriam facti operis extare. Nam dum quæritur an
memoria extet ex facto opere, non vtiq; neceſſe eſt
ſupereſſe qui meminerint id factum eſſe, verum e-
tiam ſi qui audierunt eos qui memoria tenuerint l.
2. §. item Labeo ait, cum quæritur. ff. de aqua plu.
arcen. Secundò in computandis conſanguinitatis, &
affinitatis gradibus, teſtimonium de auditu admit-
titur, concurrentibus illis, de quibus in cap. licet ex
quaſi neceſsitate extra de teſti. ſcilicet ſi deponentes
perſonæ graues extiterint, & habentes ſcientiam pa-
rentelæ ante litem motam, ita vt ab vtroque latere
ſingulos gradus clara computatione deſignent, &
diſtinguāt, & iurantes concludant ſe recepiſſe à ſuis
maioribus quod deponūt, & credere ita eſſe, quod-
q́ue deponant ſe vidiſſe perſonas, vel in vno præ-
dictorum graduum conſtitutas pro conſanguineis
ſe habere, & ita reſtringitur ca. de parentela 35. q. 6.
Præterea † de ſingulis circumſtantijs teſtes per iudi- 46
cem prudenter ſunt inquirendi, Videlicet de cauſis,
perſonis, loco, tempore, viſu, auditu, ſcientia, cre-
dulitate, ſama, & certitudine. c. cum cauſam extra
de teſti. De qualitate tamen temporis an ſcilicet nu-
bilum fuerit, vel ſerenum, non interrogabit Iudex
niſi teſtes habuerit ſuſpectos, tum enim de omnibus
minutiſsimis etiam circumſtantijs de veſtitu, ve-
ſtium colore, cæterarumq́ue rerum exactiſsima
qualitate indagabit, vt ſcilicet explorare poſsit,
num ſuſpectorum teſtium dictis fides adſtipuletur
arg. l. is apud quem. C. de edendo, &c. Iudicantem
oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena in-
quiſitione diſcutere 30. quæſtio. 5. ſecundum Glo.
in verbo ex tempore. §. in teſtibus conſiderandum
4. quæſt. 3. in Gloſſ. ſuper verbo cauſam §. & licet
dudum in Auten. de teſtib. Quæ etiam Gloſſ. vult
de die † poſſe inquiri. Quem ſi teſtis ignorauerit, 47
non tamen ob id dictum ſuum fide deſtituetur arg.
l. libellorum. ibi neque autem diem neque horam.
ff. de accu. & c. cùm Ioannes heremita de fide inſtr.
niſi tale eſſet negotium ad quod ſcientia diei & ho-
ræ eſſet neceſſaria, deq́; hoc quæſtio haberetur, arg.
l. aut qui aliter. §. ſi quis ſe denunciauerit. ff. quod
vi, aut clam. Veluti ſi ageretur quæ prior eſſet facta
pignoratio, quod pactum ſoret nouiſsimum, vel
quid ſimile. Si verò † quid obſcurum teſtis dixerit 48
poteſt ad petitionem aduerſæ partis contra quam
eſt productus, vel per officium Iudicis ſi hoc ſibi
viſum fuerit expedire, reduci etiam poſt publica-
tionem teſtium, vt obſcurius per ſe dictum decla-
ret, & interpretetur, nec illa noua videbitur produ-
ctio, ſed prioris declaratio. non tamen id fiet ad
poſtu-

poſtulationem ſuæ partis, à qua ſcilicet primo fuit
productus ſecundum Gloſſ. ſingula. ſuper verbo
non habebit. §. quia multi teſtes. verſic. illud tamen
in dubium eſt in anthen. de teſti. quæ Gloſſ. etiam
vult non debere teſtem admitti ad declarationem
dicti ſui ſi vltrò veniat, & iam alteri partium ſit lo-
49 cutus. † Porrò indubitati iuris eſt ante edita teſti-
monia, ſeu vt noſtri aiunt ante didicita teſtificata
licere alicui trinas teſtium productiones facere:
Quartam autem non licere, niſi præſtito à litigato-
re ſacramento, quod nec ipſe, nec quiſquam omni-
no ſuorum teſtificationes explorarit, quodq́; nul-
la doli, aut calumniæ cauſa ſe neceſſariæ probatio-
nis gratia quartam dilationem petat. Hoc facto, &
quarta illi concedetur, ita tamẽ vt ob hoc non diſ-
ferantur lites, omni velocitatis diligentia per pro-
ducentem adhibenda vt quàm citiſsimè fieri poſ-
ſit productionem modis omnibus acceleret. Ve-
50 rum enim vero † ſi quis tantum ſemel, aut bis teſtes
produxerit, & teſtificata didicerit, nulla poſt mo-
dum productione vtetur; etiam ſi diuina iuſsio hoc
præceperit. §. quia verò multi in authen. de teſtib.
col. 7. & cap. penul. de teſti. Atteſtationibus ſiqui-
dem publicatis ſicut non licet ſuper eiſdem ſeu di-
recto contrarijs articulis alios, vel eoſdem teſtes in
principali cauſa producere, ſic nec in appellationis
cauſa licet cum vtrobique eadem cauſa ſuborna-
tionis ſit timenda cle. 2. de teſtib. in clemen. Qua-
re l. per hanc C. de temp. ap. permittentem in cauſa
appellationis non deductum deducere, & non pro-
batum probare, reſtringunt noſtri. Barto. vt locum
vendicet in articulis nouis, ſed ita nouis, vt ex anti-
quis dependeant exemplum in cap. cùm Ioannes
heremita extra de fide inſtru. non igitur ſuper arti-
culis eiſdem vel directè contrarijs nouæ probatio-
51 nes admittentur. † Quinimmò non ſolùm in cauſa
appellationis, ſed & in cauſa primæ inſtantiæ etiam
teſtibus publicatis poterint teſtes produci ſuper no-
uis articulis dependentibus tamen ex antiquis. cap.
cauſam quæ vertitur, & ibi Gloſſ. prima de teſtib.
Hæc vera cùm teſtes fuerint primo producti ſuper
certis capitulis editis. Nam ſi editi non forent certi
articuli, ſed ſimpliciter ſuper quæſtione totius con-
trouerſiæ producti eſſent teſtes, poſtea denuo pro-
duci non poſſent. Cum enim ſemel ſuper tota cau-
ſa generaliter, & indefinitè protulerint teſtimo-
nium nullum poſtea cenſebitur dependens ſuper-
eſſe, ſuper quo denuo teſtes poterint produci ſe-
cundum noſtros videlicet Bartol. in authent. qui
ſemel. C. de probatio. & Panor. in capitulo frater-
nitatis de teſtibus in vltim. col. Cùm teſtium dicta
fuerint publicata publicè poterit ſuper dictis ipſo-
52 rum diſputari cap. in cauſis de teſti. † ſed publicatis
atteſtationibus, nihil obijci poterit in teſtium per-
ſonas. Fallit primo ſi iuretur id ex malitia non fie-
ri. Secundo ſi quis ante publicationum proteſtatio-
nem ſibi in perſonas teſtium obijciendi facultatem
reſeruauerit. Tertio quando oſtendere poteſt ſe
poſt publicationem, quod obijcere vult didiciſſe
cap. præſentium authen. extra de teſti. inſuper poſt
publicationem teſtificatorum nõ debent teſtes po-
ſtea interrogari ad petitionem producentis, niſi vel
dolo, vel negligentia examinatorum ſuper omni-
bus articulis examinatio facta non fuiſſet cap. per
tuas nobis literas extra de teſti. Cæterùm † cùm quis 53
perſonas teſtium ſe velle poſt publicationem de-
poſitionum repellere fuerit proteſtatus, ſi quid pro
ipſo dixerint, de facili non credetur d. cap. præſen-
tium in fine. Poſtquam iudex teſtem examinauit,
præcipiet ei ne alteri partium quicquam illorum
quæ dixit, reuelet. † Et ſiquid prodiderit, compe- 54
tenti pœna à iudice plectetur. §. qui falſo, vel variè
4. quæſt. 3. intellige ſi prodiderit ſcilicet ante pub-
licationem. Et in quibuſdam cauſarum audito-
rijs teſtis cum cæteris articulis iurat etiam ſe dicta
ſua taciturum. Porrò multitudinem teſtium non
oportet tantum ſpectare, ſed etiam teſtium quali-
tatem, ipſorumq́; dicta penſare, quibus potius lux
veritatis aſsiſtat, ex quibus animi ſui motum, iudi-
cem conuenit informare. Proinde † ſi teſtes alte- 55
rius partis tantæ ſint fidei, integritatis, & præemi-
nentiæ, vt eorum auctoritas meritò ſit multitudini
teſtium alterius partis præferenda, non eſt dubium
quin ſecundum dicta eorundem iudex debeat pro-
nunciare, quanquam multitudine ſuperentur. cap.
in præſentia noſtra extra de teſti. Aliâs ſi quidem
numerus teſtium, aliâs dignitas, & auctoritas atten-
denda. In ſumma iudex magis ſcire poterit quan-
ta fides habenda ſit teſtibus, qui, & cuius dignita-
tis, & cuius æſtimationis ſint, & qui ſimpliciter niſi
ſint dicere. Vtrum vnum eundemq́ue præmedita-
tum ſermonem attulerint an ad ea quæ interroga-
ta ſunt ex tempore veriſimilia reſponderint. De-
nique iudicem ex ſententia animi ſui æſtimare o-
portet quid, aut cui credat, aut parum probatum
opinetur l. tertia. §. Ideoque & ſequen. ff. de teſti.
Vnius tamen † dictum teſtis non audietur etiam ſi 56
præclarè curiæ honore præſulgeat. l. iuriſiurandi.
C. eod. titul. nulla enim eſt cauſa, quæ vnius teſti-
monio quamuis legitimo terminetur cap. licet vni-
uerſis extra eodem titulo. Fallit in caſu l. Theo-
pompus. ff. de do. præleg. vt ibi plenè per noſtros.
Quanquam in qualibet cauſa Chriſtiani, & maxi-
mè clerici non minus quàm duorum, vel trium vi-
rorum, qui ſunt probatæ vitæ & fidelis conuerſa-
tionis teſtimonium admittatur. Iuxta illud Domi-
nicum, in ore duorum, vel trium ſtet omne ver-
bum. d. cap. licet vniuerſis. Quædam tamen ſunt
cauſæ, quæ plures quàm duos exigant teſtes vt ibi-
dem. Ita † ad teſtamentum condendum requiri- 57
tur numerus ſeptem teſtium. l. hac conſultiſsima.
C. qui teſtamentum facere poſſ. Adeo vt ſi vnus de
ſeptem teſtibus defuerit, iure deficiat teſtamentum
l. ſi vnus. C. de teſtib. Hos teſtes, & puberes eſſe
conuenit. l. hac conſultiſsima. C. de teſta. Ita & in
codicillis conficiendis quinque teſtes deſideran-
tur. Etenim in omni vltima † voluntate excepto 58
teſtamento, quinque teſtes, vel rogati, vel qui for-
tuito venerint in vno eodemq́ue tempore debent
adhiberi, ſiue in ſcriptis, ſiue ſine ſcriptis voluntas
conficiatur. teſtibus videlicet, quando in ſcriptis
voluntas componitur, ſubnotationem ſuam ac-
commodantibus. l. final. C. de codicil. Ita quoque
coram quinque teſtibus fit donatio mortis cauſa ſi-
ue in ſcriptis, ſiue abſque literarum monumentis
fiat. leg. vltim. C. de dona. cauſ. mor. Inſuper † 59
quinque teſtibus probãda eſt ſolutio debiti in ſcri-
ptis relati, ſi quis ſe dicat omnis debiti, vel partis

ſolutionem ſine ſcriptis feciſſe. Quinque enim te-
ſtes idoneos, & ſummæ, atque integræ opinionis o-
portet præſto fuiſſe ſolutioni celebratæ, hoſq; cum
ſacraméti religione deponere ſub præſentia ſua de-
bitum eſſe ſolutú, quod ſi ſoluerit quis, & per ſcri-
pturam à creditore ſecuritatem acceperit, hæcq; ſe-
curitas ſortuito quopiam caſu interierit, poterit eo
caſu probato, etiam debiti ſolutioné per teſtes pro-
bare, damnumq; ex amiſsione inſtrumenti effuge-
re. Idem ſi poſt ſolutionem teſtes interfuerint con-
feſsioni creditoris, dicentis ſibi pecuniam debitam
ſibi ſolutam eſſe. hæc eſt vera mens, & genuinus in-
tellectus legis teſtium. C. de teſtibus iuncta ibi Au-
60 thenti. Quicquid noſtri ibi ſomnient. † Item quin-
que teſtes intereſſe debent contractui libram auri
excedenti ſi in ſcriptis à literarum imperito celebre-
tur: Inter quos teſtes tabellio connumeratur. Si au-
tem ſine ſcriptis celebretur contractus, aut per te-
ſtes, aut per iuſiurandum fidem percipiet. Actore
quidem teſtes deducente, pulſato autem inrante,
aut referente, ſicuti iudex negotium diſpoſuerit.
Hæc in ciuitatibus obtinent: Nam in agris (vbi mul
ta ſimplicitas eſt, & neque ſcribentium, aut teſtium
multorum copia eſt) quæ hactenns apud eos value-
runt, & in poſterum quoque firma perſiſtant. §. fin.
in Auth. de inſtrumen. caute. & fide. col. 7. Per hæc
corrigitur ius Codicis dum ait ſi contractus quin-
quaginta librarum auri ſummam ſupergrediatur,
chyrographo neque debitum neque debiti ſolutio
probetur niſi tres teſtes probatæ opinionis chyro-
grapho ſe ſubſcripſerint. l. vltim. C. ſi certum peta.
61 libram † autem auri conſtituunt ſeptuaginta duo
aurei. l. Quotieſcunque. C. de ſuſcept. præpoſ. &
arc. libr. 10. libra verò argenti ex quinque ſolidis
62 conſtat. l. vnica. C. de argenti pretio, quod theſau-
ris inſertur in fi. libri. Solidum † vbique pro aureo
Glo. iuris exponunt, vt Gloſſ. in verbo aureos in l.
vltima. ff. de in ius voc. & Glo. in verbo vel 20. ſo-
lidis in l. Quicunque. C. de ſeruis fugit. & alijs locis
infinitis. De his latius in VIRIDARIO meo conclu-
ſionum iuridicarum Tomo primo, concluſione ſe-
63 ptuageſima tertia. Nonnunquam & quindecim † ad-
hibétur. Nemini enim proximorum ſacrorum ſcri-
niorum penitus licet, cum ſit poſterior tempore lo-
cum præcedentis ambire niſi forte ab eo, qui tem-
pore vincit, laborum comparatione ſuperetur, vt
15. primatum eiuſdem ſcrinij teſtimonio cum ſa-
cramenti religione ſubnixus pręcedentibus dignior
iudicetur l. vnicuique. C. de proxi. ſacrorum ſcri-
64 nio lib. 12. Interdum trium † teſtium conſignatio re-
quiritur. Nam ſi mulier pro alio interceſſerit, & in
ipſo inſtrumento interceſsionis dixerit ſeſe aliquid
accepiſſe, & ita ad interceſsionem veniſſe, & hoc in-
ſtrumentum publicè confectum inueniatur, & à
tribus teſtibus cóſignatum, omnimodo credendum
eſt eam pecuniam vel res accepiſſe, & non eſſe ei ad
Senatuſconſulti Velleia. auxilium regreſſum. l. an-
tiquæ. C. ad Senatuſconſul. Velle. Item & trium te-
ſtium requirit præſentiam inuentarij confectio, de
qua in §. hinc nobis ver. ſancimus in Authentico de
hære. & fal. col. 1. Tabellarijs enim ſolis quantum
ad hoc competit, non creditur, vt ibidem. Inſuper
† quinque teſtes fidem probent ſubſcripti manumiſ- 65
ſionis chartæ: Nam ſi quis per epiſtolam ſeruum
ſuum in libertatem producere maluerit licet ei hoc
facere quinque teſtibus adhibitis, qui poſt eius lite-
ras ſiue in ſubſcriptione poſitas, ſiue per totum tex-
tum effuſas literas ſupponentes, fidem perpetuam
poſsint chartulæ præbere. Et ſi hoc fecerit ſiue per
ſe ſcribendo, ſiue per tabellariú libertas ſeruo com-
petat. l. 1. §. ſancimus. C. de lati. liber. toll. Alios
conſimiles caſus, quibus plures duobus teſtibus ad-
hibendi ſint breuitatis gratia in alium locum ſepo-
nemus. Porrò † tametſi vnius non credatur teſtimo- 66
nio vti ſuperius dictum, tamen ſi famæ publicæ ac-
cedat adminiculum ei fides adhibebitur. ſecundum
Glo. ſuper verbo famam in c. 1. extra de appella. Id
in ciuili cauſa obtinet nó etiam in criminali, in qua
aptiſsimas decet eſſe, & luce meridiana clariores ꝓ-
bationes. l. vlti. C. de proba. ſecundum Glo. ſuper
verbo illorum in c. veniens extra de teſtib. Intenta
conſiderationis indagine perpendet Iudex † quo 67
vultu, qua conſtantia, quaúe trepidatione teſtes de-
ponant. Plurimum quippe in excutienda veritate
etiam vox ipſa, & cognitoris ſubtilis diligentia ad-
fert: Nam & ex ſermone, & ex eo, qua quis conſtan-
tia, qua trepidatione quid diceret, vel cuius exiſti-
mationis quiſque in Ciuitate ſua eſt quædam ad il-
luminandam veritatem in lucem emergunt. l. de
minore. §. vlti. ff. de quæſtio. Conſiderabit quoque
an hi qui ſimpliciter viſi ſunt dicere vnú, eundem-
q́ne præmeditatum ſermonem attulerint, an ad ea
quæ ab illis interrogata ſunt ex tempore veriſimi-
lia reſponderint. l. 3. §. Ideoque diuus. ff. de teſtib.
Hoc demum non fuerit prætermittendum in ciui-
libus cauſis ſi teſtes abſint teſtium receptionem poſ-
ſe committi † ſed in criminalibus cauſis, in quibus de 68
magnis eſt periculum omnibus modis apud iudices
præſentari debere teſtes, & quæ ſint eis cognita edo-
cere, vbi & tormentorum forſan erit opus, & alijs
omnibus obſeruationibus in Authentico de teſti-
bus. §. & quoniam ſcimus in fin. col. 7. Nam in cri-
minalibus teſtes apud iudices repræſentandi ſunt,
vt cum res exegerit tormentis ſubiciantur. Authen.
apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtruméntorum.
† Deniq; iudices cum ſolum numerum teſtiú quem 69
neceſſarium eſſe putauerint, euocari patiantur, nec
effrenata poteſtate ad vexandos homines ſuperflua
multitudo teſtium protrahatur. l. 1. §. fi. ff. de teſti.

FINIS.

TRAC.

TRACTATVS DE TESTIBVS ET EORVM REPROBATIONE, D. NELLI DE SANCTO GEMINIANO I.V.D.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes omnes eſſe poſſunt, qui non prohibentur.*
Cuncta licita ſunt, niſi decreto, aut lege prohibentur.
2 *Teſtes omnes eſſe prohibentur, qui accuſare non poſſunt.*
Teſtis qui non admittitur in cauſa principali, non admittitur in cauſa appellationis.
3 *Inimicus etiam de recenti reconciliatus à teſtimonio repellitur.*
Habitans cum inimico à teſtificando reijcitur.
Inimicitiæ obliuio ex antiquitate temporis præſumitur.
Inimicitia parua teſtem non repellit.
4 *Inimicitia an ſit parua vel magna arbitrio iudicis relinquitur.*
Inimicus habens iuſtam cauſam inimicandi non repellitur à teſtimonio.
5 *Amicus an omnino à teſtimonio repellatur.*
Habitantium in eadem domo an poßit vnus pro alio teſtificari.
6 *Coniurator ſeu conſpirator repellitur à teſtimonio.*
Teſtes inſtrumenti vel ſcripturæ propter amicitiam non repelluntur.
7 *Pater vel mater pro filio, vel filius pro patre, vel matre: quando poßit eſſe teſtis.*
8 *Conſanguineo in contradictorio iudicio minus creditur, ſeu in contradictorio magis.*
Frater pro fratre & contra fratrem in cauſa ciuili admittitur ad teſtimonium: ſecus in cauſa criminali.
9 *Collaterales & conſanguinei volentes inter ſe admittuntur ad teſtimonium etiam in cauſa criminali. Et quando inter extraneos in cauſa ciuili.*
10 *Socius pro ſocio teſtificatur: quando emolumentum ad ipſum non ſpectat.*
11 *Domeſtici quando ad teſtimonium admittantur.*
Domeſtici qui dicantur.
12 *Vaſallus teſtificatur pro domino, & contra dominum.*
Seruus non poteſt pro domino teſtificari.
Libertus contra patronum non teſtificatur.
13 *Teſtis de vniuerſitate quando poßit eſſe teſtis in cauſa vniuerſitatis.*
14 *Prælatus vel rector eccleſiæ an in cauſa ſua eccleſiæ teſtis eſſe poßit.*
Abbas poteſt eſſe teſtis in cauſa monaſterij.
15 *Criminoſus in crimine perſeuerans non admittitur ad teſtificandum.*
Teſtis cui opponitur crimen non admittitur in ciuili vel criminali priuſquam probauerit ſe innocentem.
Examinari an poterint alij quando ex quatuor exiſtentibus in vna domo vnus occiditur.
16 *Particeps criminis nõ admittitur ad teſtimonium, etiã ad indicium, præterquam in cauſa hæreſis, & ſimoniæ.*
Infamis Iudæus & legibus odioſus cõuinci per teſtes idoneos debet.
Criminoſus ſocius à teſtimonio repellitur.
17 *Homicida admittitur de iure ciuili ad teſtimonium: Secus de iure canonico.*
Teſtis interrogatus dicens ſe homicidam, puniri non põt.
18 *Fur, raptor, & adulter manifeſtus, vel quilibet exiſtens in peccato mortali, non admittitur ad teſtimonium.*
Aſſocians aliquem ad committendum adulterium, an teſtimonium dicat in cauſa adulterij.
19 *Infamis, an, & quando admittatur in teſtem.*
Teſtimonium dicere eſt dignitas, & actus legitimus infantibus interdictus.
Infamia teſtis poteſt etiam poſt mortem probari.
Teſti vacillanti non eſt præſtanda fides.
Teſti confitenti ſe eſſe infamem, vel inimicum, non creditur.
20 *Excommunicatus & ſuſpenſus à teſtimonio repellitur, & an pro excommunicato, vel cõtra excommunicatũ?*
Accuſator non poteſt eſſe teſtis.
Concubinarius manifeſtus, vel inceſtuoſus non admittitur.
Hermaphroditus ad teſtimonium non eſt admittendus.
Iudæus vel paganus, vel hæreticus contra Chriſtianum teſtis eſſe non poteſt pro Chriſtiano verò ſic.
Orthodoxus contra infidelem ad teſtimonium admittitur.
21 *Impubes quibus caſibus teſtificetur, & an actus pubes teſtificari poßit de eo quod vidit in pupillari ætate.*
Seruus factus liber an teſtificari poßit, de ijs quæ vidit, cum in ſeruitute erat. remißiuè.
22 *Monachus & canonicus regularis non teſtificantur ſine ſuperiorum licentia, in cauſa verò eccleſiæ ſuæ ſic.*
Clericus in cauſa ſuæ eccleſiæ in teſtem admittitur.
Adminiſtrator eccleſiæ ſuper contractu quem celebrauit teſtimonium dicit.
23 *Seruus quando poßit eſſe teſtis.*
Aſcriptitius poteſt eſſe teſtis, ſtatuliber verò non.
24 *Teſtis inteſtabilis qui communi opinione reputabatur teſtabilis, an, & quando admittatur.*
25 *Conditio teſtis tempore teſtimonij inſpicitur, quando ſunt de ſubſtantia rei.*
Intellectus l. 1. C. de teſtа. & ff. ad Carbon. l. tertia. §. de cauſis.
26 *Teſtis in probanda inhabilitate duo teſtes ſufficiunt.*
Teſtes debent eſſe bonæ famæ tempore iuramenti, & depoſitionis.
27 *Dictum teſtis trahitur ad tempus iuramenti.*
28 *Teſtamentum qui facere non poteſt, teſtimonium ferre non valet.*
Mutus an teſtis eſſe poßit. remißiuè.
29 *Cæcus teſtificatur de auditu, quando habet voces notas, & de his quæ ante cæcitatem vidit.*
30 *Pauper quando ad teſtimonium admittatur.*
Crucem portantes, & publicè pœnitentes an ad teſtimonia admittantur.
31 *Iudex, aduocatus, procurator, aſſeſſor, executor, actor, vel arbiter, quando poßint eſſe teſtes.*
32 *Mulier an, & quando admittatur ad teſtimonium.*
Mulieri inſpicienti aliquam, & aſſerenti non eſſe cognitam, an credatur.
33 *Fideiuſſor pro debitore qui ſoluendo eſt teſtificatur.*

Fideiuſſor an poſſit eſſe teſtis inter creditorem & debitorem. remiſſiuè.

34 Cedens an teſtificari poſſit pro ceſſionario.

Creditor pro debitore non teſtificatur.

Teſtimonium quis non dicit contra eum, quem in ius vocare non poteſt.

Legatarius poteſt eſſe teſtis de his quæ in teſtamento continentur.

Tutor interdum teſtis eſt pro pupillo.

Familia officialis interdum tempore ſyndicatus examinetur.

35 Frater pro vxore fratris teſtificatur.

Beneficiati pro prælato de ſua creatione ſeu titulo teſtificantur.

Magiſter pro diſcipulis an poſſit teſtificari. remiſſiuè.

Compater an poſſit eſſe teſtis, vel iudex pro compatre. remiſſiuè.

36 Maior ſeptuaginta annis non cogitur eſſe teſtis.

Teſtes in qua ætate ſunt recipiendi. remiſſiuè.

Teſtes prohibiti an admittantur: quando proceditur ſine ſolennitate iuris remiſſiuè.

37 Iudex dat ſaluum conductum teſtibus.

Teſtes non ſunt à longè vocandi: quando plus expenderetur quàm ſit valor cauſæ.

Teſtibus debent expenſæ fieri, ſed non refici damna.

38 Teſtes citati ſi non veniunt quod remedium contra eos competat. & quid ſi tardant deponere.

Teſtis ſi extra iudicium coram iudice non in figura iudicij dicit ſe negotio non interfuiſſe, cogi debet ad deponendum, & ſtatur depoſitioni.

Teſtis qui teſtificari promiſit, cogitur teſtimonium perhibere.

39 Teſtis quis vt veritas occultetur, comparere non vult, crimine ſtellionatus punitur.

40 Teſtis quibus caſibus teſtificari cogatur.

Teſtis qui venit ad iudicium, & iurauit, ſine licentia iudicis recedere non debet, & vltra quindecim dies teneri non poteſt.

Litigatores ſine licentia iudicis recedere non debent. alias non dicuntur veniſſe.

Teſtis de non recedendo ſatiſdare debet, & ſi non poteſt debet iurare, & alterum nõ faciens ad carceres deduci debet.

42 Teſtis qui non fuit citatus nec monitus deponens cum iuramento probat.

Intellectus l. presbyteri. C. de epiſ. & cler.

Teſtis qui non cogitur teſtificari non eſt citandus.

43 Teſtium receptio contra non citatum non valet.

Cogi nunquid aliquis poſſit, vt dimittat teſtes contra ſe teſtificari.

44 Iudex de conditione teſtis inquirere debet, ſed licet nõ inquirat eius dictum valet.

Teſtis licet debeat cauſam ſui dicti dicere, & ſuper hoc interrogari, ſi eſt omiſſum teſtimonium non vitiatur.

45 Dilatio quarta ad producendos teſtes quando detur, & quando quinta.

Teſtes producti ſuper vna cauſa an poſſint iterum reproduci in alia ſuper eodem articulo.

46 Teſtes ijdem ante publicationem non poſſunt ſæpe produci niſi ex cauſa.

47 Teſtes poſſunt produci antè publicatis teſtibus etiam ſi eſt renunciatum productioni teſtium.

Renunciatio ſpecialiter facta de non producendo teſtes ſuper aliquo capitulo tenet.

48 Iudex inquirens, & promotor inquiſitus qui ſuam iniuriam, vel intereſſe non proſequitur, poſt didicita teſtificata poteſt teſtes inducere.

Teſtes in criminalibus coguntur venire ad iudicem qui de cauſa cognoſcet.

49 Iudex ex officio poteſt recipere teſtes in cauſa poſt aperturam teſtium, etiam ad coadiuuandum accuſationem.

Iudex in cauſa inquiſitionis an poſſit examinare teſtem poſt didicita teſtificata.

50 Procurator non inducit teſtes, ſtante ſtatuto quòd non poſſint induci niſi à principali.

51 Teſtes quando recepti ſunt parte abſente, intelligitur parti exceptio reſeruata.

Nomina teſtium iudici edens an poſſit aliqua detrahere.

52 Teſtium præſentium examinatio non poteſt per iudicem alij committi ſed per ipſum iudicem fieri debet.

53 Iudex quãdo poſſit mittere notariũ ad examinandum.

Intellectus ad § quoniam aut. in auth. de teſti. & de fideiuſſ. in l. iudices.

54 Teſtis quando dixit non dixiſſe prout notarius ſcripſit, magis notario creditur ſi fuit præſens iudex. & vide infrà nu. 246. & 251.

55 Teſtibus productis poteſt contra eorum perſonã opponi.

Exceptio quæ vni obſtat non retardat proceſſum ſi adſunt alij.

Exceptiones contra teſtem criminoſum qualiter formentur.

56 Exceptio contra teſtes quando ſit proponenda.

57 Producens teſtes opponit contra eius perſonas, ſi cauſa de nouo emerſerit.

58 Proteſtatio facta contra perſonam teſtis contra me producti ſi pro me deponit mihi non nocet, niſi talis proteſtatio fuerit per partem ratificata.

Teſtium facta publicatione non poteſt obijci contra eorum perſonas, niſi proteſtatio à principio facta fuerit.

59 Teſtis iuramentum quid continere debeat.

60 Teſtis qui depoſuit non iuratus, ſi poſtea iurat non probat.

61 Iurare de credulitate quis poſſit.

62 Eccleſia vt poſſit arma ſpiritualia exercere ſufficit, quòd habeat iuſtitiam veritatis indubitanter, licet non probatam.

63 Teſtis iurans dicere puram & meram veritatem, deponendo de fama non probat.

64 Teſtis iurans non tactis ſcripturis deponendo falſum puniri poteſt.

65 Dies depoſitionis teſtis qui iurauit, & depoſuit editur et non iuramenti. & vide nu. 71.

66 Teſtis poteſt per ordinarium compelli vt coram eo iuret.

67 Teſtis iurans dicere veritatem ſuper articulis, ſi extra deponit quando probet.

68 Iuramentum teſtis poteſt conſenſu partium remitti.

69 Teſtis iurans dicere veritatem ſuper tota cauſa principali, intelligitur etiam ſuper emergentibus.

70 Habens terminum ad probandum, probaſſe non dicitur, ſi facit teſtes in termino iurare.

Probatio quid ſit.

Probatio clara & certa eſſe debet.

Teſtes debent iuraſſe & depoſuiſſe intra terminum, ſi lex ſine miniſterio hominis terminum ad probãdum aſſignat.

72 Teſtis iurans in termino licet extra terminum deponat, in termino depoſuiſſe dicitur.

Partis citatio requiritur in iuramento teſtis.

Teſtes

Teſtes non præſumuntur iurati, niſi in actis de iuramento appareat.

73 Teſtes poſt litem conteſtatam non ante recipiuntur, vbi ponuntur triginta quatuor caſus in quibus recipiuntur ante litem conteſtatam.

74 Teſtes recepti ante litem conteſtatam, vt quia ſenes, vel infirmi non publicantur. & quando publicentur reo præſente in iudicio, & actore abſente, & quando publicentur. nu. 78.

75 Teſtes quando dicunt nihil ſcire, poſſunt publicatis teſtibus ſuper iiſdem capitulis produci.

76 Teſtes examinandi ad æternam rei memoriam coram quo iudice examinentur.

77 Teſtes publicati ad æternam rei memoriam pro reo, an valeat ſaluo iure opponendi contra perſonas & dicta.

78 Intellectus ad l. 3. ff. ad leg. Aquil. & ad l. in lege Aquilia ſi deletum.

Intellectus ad l. 3. §. dua cauſa. ff. ad Carb.

Actio oritur ex publicatione teſtium.

79 Citatio perſonalis an requiratur quando teſtes extra ordinem examinantur.

Citatus non eſt ſemper admittendus ad contradicendũ.

80 Præſentia partium quòd non ſit neceſſaria, quando teſtes publicantur.

Intellectus ad Gloſſ. in l. geſta. C. de re iudi.

81 Atteſtationes non publicatæ, non faciunt fidem.

82 Poſſidens poteſt petere examinari teſtes ad æternã memoriam, non poſſidens non.

83 Teſtes duo regulariter ſufficiunt.

Teſtes ſeptuaginta duo requiruntur in depoſitione Epiſcopi Cardinalis.

Quadraginta quatuor in presbytero Cardinali.

Viginti ſex in diacono Cardinali.

Septem aliorum clericorum.

84 Teſtes quinq; in probanda ſolutione debiti in ſcriptis, & in quibus caſibus requirantur plures, vel pauciores latè. & vide etiam infra nu. 87.

85 Teſtimonio vnius quando credatur, vbi ponuntur viginti nouem caſus.

86 Valens producere quadraginta teſtes, ſi iudex non vult recipere niſi viginti, appellare poteſt.

Teſtis vnius dictum cum aliis indiciis an ſemiplenam fidem faciat.

88 Tabellio qui inſtrumentum confecit, in numero teſtium non connumeratur.

Intellectus ad l. Domicius Labeo. ff. de teſt.

89 Practica examinandi teſtes non latinos per notarium latinum.

Teſtes duo ſi deponant vnus Latinè, & alius Græcè probant.

Defectus locutionis teſtimonium non vitiat.

Teſtes debent recipi ſecretè & deponere debent de his quæ percipiuntur ſenſu corporeo, non de his quæ percipiuntur iudicio intellectus.

90 Teſtis non poteſt dictum ſuum in ſcriptis deponere maximè in criminalibus. Nam iudex debet audire qua fronte, & qua trepidatione loquatur.

91 Teſtes non examinantur ſuper articulo ſuper quo non ſunt inducti. Nec debẽt iurare niſi ſuper eo ſuper quo inducti ſunt, niſi in caſibus in quibus iudex poteſt ex officio eius examinare.

92 Teſtis deponens ſuper dependentiis, & connexis non dicitur deponere extra articulum.

93 Articulus quòd producatur non eſt de ſubſtantia probationis.

Teſtis dictum quod deponit ſuper libello valet, ſi articuli non ſunt formati.

94 Dictum teſtis verum in articulo non vitiatur, ſi teſtis dixit falſum extra articulum.

95 Iudex cogit in iudicio ad dicendum veritatem, licet extra iudicium dixerit ſe nihil ſcire.

96 Teſtes qui compelli poſſunt: quando ſpontè deponunt, debent in actis redigi.

97 Teſtes pro vtraque parte deponere debent, & iurare.

Expenſis producentis ad egregias perſonas notarius mittitur.

Teſtes de longinquo producens facit expenſas.

98 Teſtium dicta ſcribi debent, aliâs ſententia non valet, nec dictã per iudicem & notarium probant.

99 Teſtes debent ſecundum interrogatoria examinari vt proſint producenti, aliâs pro non receptis habentur.

Interrogatoria teſtium an poſſint emendari.

Dictum teſtis non interrogati de cauſa ſcientiæ an valeat remiſſiuè.

100 Teſtimonia iudiciaria duobus modis dicuntur.

101 Teſtes ſeniores iunioribus præferuntur.

102 Inſtruere teſtes qui negotio interfuerunt licet.

Teſtimonium an valeat ſi teſtes ſe inuicem inſtruunt.

103 Teſtis ſuſpectus de circunſtantiis interrogatur.

104 Teſtis vnus ſurrogatus loco alterius propter caſum ad actum incboatum debet interrogare alios de geſtis in eorum præſentia.

Teſtes audire, & videre debent teſtatorem, aliâs non valet teſtamentum.

Teſtificari de facto ſuo an quis poſſit.

105 Teſtis ſentiens commodum etiam in conſequentiã quando teſtificari poſſit.

Intellectus ad l. qui teſtamento. §. legatarii. ff. de teſta.

106 Teſtes quando poſſint repeti.

107 Teſtis quando poſſit dictum ſuum damnare, corrigere, vel interpretari.

108 Iudex poſt concluſum in cauſa an interroget teſtes.

109 Teſtis etiam ex interuallo dictum ſuum declarat: quando fungitur officio iudicis & teſtis.

110 Teſtis varians an probet, & ſi dicit primò quòd non recordatur, poſtea ſic, ſtatur ſecundo dicto.

Dicto teſtis facto in iudicio ſtatur, licet contrarium extra iudicium dixerit.

111 Teſtis ſi dixit ſic: imò ſic, ſtatur ſecundo.

Teſtis qui dixit heri non credo, vel neſcio, poteſt hodie dicere ſcio, vel credo, & ſecundo dicto ſtatur.

112 Teſtis deponens ambiguè, quando poterit interpretari pro quo depoſuerit.

113 Teſtes magis idonei requiruntur in criminalibus, quàm in ciuilibus.

Probationes apertiſſimè in criminalibus requiruntur.

Iuramentum in ſupplementum probationum non defertur in cauſa criminali ciuiliter mota.

Probatio exacta magis requiritur cum agitur de crimine criminaliter, quàm ciuiliter.

Agi ciuiliter de crimine quando dicatur, & quando criminaliter remiſſiuè.

114 Teſtes in cauſa criminali torquentur, & quid in ciuili.

Teſtis vacillans in cauſa ciuili poteſt retorqueri.

Indicia eadem requiruntur ad torquendum teſtes, quæ in reo.

Teſtes an examinari poſſint parte non citata in cauſa inquiſitionis. remiſſiuè.

Teſtis in cauſa inquiſitionis non debet deponere de occultis, ſed de illis, vbi clamor aliquis proceſſit, & ſi de occultis deponit non propter hoc reus eſt puniendus.

115 *Teſtis quando vacillat notarius ſcribit vacillationem de mãdato iudicis. Idem ſi trepidat, vel mutat colorem in facie.*

116 *Teſtis deponẽs de viſu reprobari poteſt ratione naturali.*

117 *Teſtis deponens ſuper inquiſitione dicens occidentem cognouiſſe, ſed non occiſum non probat.*

118 *Teſtis deponens ſuper inceſtu, ſi deponit coniunctionem carnalem, & non conſanguinitatem an probet.*

119 *Teſtes quorum vnus deponit de veritate, alius de fama probant.*

QVIA TESTIVM materia ampliſsimè eſt diffuſa, & per multos doctores tractatur diffuſè. & maximè per Spe. decreui ſub compendio verborum omnia quæcunq; inueniam breuiſsimè per concluſiones colligere, ſequẽdo in quibuſdam ordinem Spe. & omnia eius dicta concluſiuè recitabo. ego Nellus de Sancto Geminiano Iuris Vtriuſq; Doctor precibus aliquorum ſociorũ meorum humiliter condeſcendi ad hoc opus compilandum. Suſcipiant igitur lucidũ, & fauorabile munus quod longo meo tempore inſtantiſsimè petierunt.

1 SCIENDVM † primò eſt, quòd omnes poſſunt eſſe teſtes, qui non prohibentur. vnde edictum de teſtibus eſt permiſſorium: vt ff. de teſt. l. 1. §. 1. cuncta enim licita ſunt niſi decreto aut lege prohibeantur. ff. ex quib. cau. ma. l. nunquã eis. & extra de deſpo. impu. c. ad diſſoluendum. ſic ergo. quicunque non prohibetur à teſtimonio poteſt teſtificari.

2 VIDEAMVS † ergo nunc qui prohibentur. Et generaliter nota quòd omnes qui prohibentur accuſare, per tit. C. qui accu. non poſ. prohibentur teſtificari in cauſa criminali: vt no. in rubr. C. qui accu. non poſ. & in c. teſtis. 4. q. 1. & qui non admittitur in cauſa principali, nõ admittitur in cauſa appellationis: vt in c. Romana. de ap. in 6. & qui repellantur. vide Glo. 1. q. 1. c. ſi quis. & 4. q. 5. in ſumma. & qui repellitur ab accuſando repellitur à teſtimonio. vide Glo. in ſumma. 4. q. 3. & 2.

3 INIMICVS † à teſtimonio repellitur. Idem ſi cum inimico habitat. Si eſt inimicus propter litem criminalem illa durante non admittitur. ſi propter ciuilẽ admittitur: ſed tempore diſputationis diſcutietur an ei ſit fides adhibenda. Inimicus ergo magna inimicitia repellitur à teſtimonio: ſecus ſi parua ſit: vt in Spe. de teſte. in prin. Sed Inn. in c. cum oporteat. in fi. de accu. dixit. quòd inimicus reconciliatus nõ admittitur ad teſtimonium ſi reconciliatio erat recens, ſecus in antiqua: quia ex antiquitate temporis præſumitur obliuio. vide Gloſſ. 4. q. 5. c. accuſatores. quæ eſt no. ad hoc facit. ff. de vſuca. l. furtum. §. fundi. & quod nota. in c. per tuas. de ſimo. in Gloſ. in verſi. teſtes. & ff. de excuſa. tuto. l. athletas. §. dat remiſsionem. Inſt. de inuti. ſtipu. in fi. & dixit Inno. vbi ſuprà, quòd inimicitia repellit, ſi erat capitalis inimicitia vel magna, vbi tamen erat parua non repellit: ſed ei adhibetur fides. & vide. C. de teſti. in auth. ſi dicatur. † An autem inimicitia ſit magna vel parua iudicis arbitrio relinquitur. ſecundum Inno. in c. cum oporteat. de accu. & vide per Bar. in l. 1. §. cum quis. ff. de quæſt. & in Glo. d. c. accuſatores. 4. q. 5. quæ probant ſupra dictam diſtinctionem. & dixit Inno. extra de re iudic. c. 1. quòd inimicus qui habet iuſtam cauſam inimicandi nõ repellitur à teſtimonio: vt ibi no. per eum vide. 4

AMICVS † maxima amicitia aſtrictus à teſtimonio repellitur: ſecus ſi leui. de verbo. ſigni. l. latè. in Spe. de teſti. in prin. & no. in Glo. l. ſciendum. ff. de vſur. non ergo in totum repellitur amicus à teſtimonio pro amico: ſed ei minus fidei adhibetur: vt eſt text. in auth. de mona. §. cogitandum. quod eſt verum, niſi inter eos eſſet tanta amicitia quòd in eis ſit vnum velle & etiam vnum nolle: vt l. etiam. C. de teſti. & l. 4. ff. e. & per Ange. in d. §. cogitandum qui dixit per illum tex. quòd ſi ſunt plures cohabitantes in eadem domo, vnus poteſt teſtificari pro alio, ſicut & monachi, nec repelluntur ratione cohabitationis, ſicut nec monachi. niſi alia de cauſa repellãtur: quod eſt no. ad multa. † Cõſpirator ſeu cõiurator à teſtimonio repellitur: vt in Spe. de teſti. in prin. in ver. item quod eſt conſpirator. Teſtes inſtrumenti vel ſcripturæ non repelluntur propter amicitiam: vt no. in C. qui po. in pig. ha. l. ſcripturas. 5 6

PATER † & mater regulariter pro filio, vel contra filium non teſtificantur: nec filius pro eis, nec contra eos. Idem in aſcendentibus & deſcendentibus vtriuſque ſexus in infinitum: vt in Specu. de teſte. in princ. verſ. item quòd eſt parens. & Inſt. de teſta. §. pater. & vide Bart. ff. de teſta. l. qui teſtamẽto. §. his quoque. vbi tractatur noſtra materia. Dicta regula fallit: quia pater poteſt eſſe teſtis in teſtamento filij teſtantis de Caſtren. pecu. Item pater teſtificatur pro filio in cauſa religionis. Item mater cum quæritur de ætate, genere ſeu cognatione filij. Quartò fallit in cauſis matrimonialibus ſcilicet cum quæritur an matrimonium poſsit ſubſiſtere cum eis propter conſanguinitatem vel affinitatem. Sed ſi quæritur an matrimonium ſit contractum vel non, ſponſa dicente contrarium, & ſponſo negante, ſi ipſe ſit ditior vel potentior vel honorabilior, pater vel mater ſponſæ non admittitur. Si verò pater vel mater inferior ſit, vel fauore matrimonij, ſi ſint pares videntur ſuſpecti, vnde iudex arbitrabitur. Sed ſi vir & vxor ſe habeant vt excedentia & exceſſa: vt quia vir eſt ditior illa nobilior, vel econtra, etiam iudex arbitrabitur. pater autem & filius qui eſt in eius poteſtate eodem teſtimonio vel negatiuè extraneo ſimul eſſe teſtes poſſunt. in patris verò teſtamento filius eſſe teſtis non poteſt, nec pater, vel qui in eius poteſtate eſt. niſi filius teſtator ſit miles, ſeu de caſtrenſi teſtetur: quia tunc ſi ante miſsionem facit teſtamentum, pater poteſt teſtis adhiberi: ſecus ſi poſt Spe. in tit. de teſte. in princi. ver. item quod eſt parens. de materia vide quod not. ff. de prob. l. etiam matris. & ibi etiam ponitur an pater poſsit eſſe teſtis pro filio emancipato: & etiam ibi no. an ſocer pro genero, vel econtra, frater pro fratre. & de viro & vxore. & an vnus canonicus poſsit eſſe teſtis in cauſa capituli. & vide quod not. C. de teſtibus, l. parentes. vbi punitur de filio adoptiuo. 7

CONSANGVINEO † minus creditur in contradicto- 8

dictorio iudicio.l.magis puto.§.in primis.ff.de re. eorum.& Bal.in concluſionibus tenet. ſed non in contradictorio magis creditur, nec eſt ſemper ſtandum confeſsioni eorum, frater pro fratre & contra fratrem admittitur in cauſa ciuili, cum non prohibeatur niſi habeant omnia bona communia pro indiuiſo. minor tamen fides ei adhibetur. In criminali vero non admittitur prçterquam in cauſa hçreſis.
9 nec etiam in criminali Affines admittuntur † ſed etiam collaterales & conſanguinei volentes inter ſe admittuntur etiam in criminali poſt tertium gradum: quia vſque ad illum non coguntur teſtificari. ſi tamen teſtes in pari gradu attinent producenti, & ei contra quem producuntur admittentur: quia par cauſa affectionis prohibitionem tollit: in ciuili autem remoti & propinqui conſanguinei inter ſe pro & contra, & inter extraneos admittuntur. Arg. tamen contra: quia ſunt domeſticæ perſonæ. Spe. de teſte. in princip. ver. ſed nunquid frater. & an frater admittatur? vide Barto. no. in d. l. qui teſtamento. & quando coniunctus pro coniuncto admittitur: vide quod no. etiam in dicta l. etiã matris. & ibi dixi. ſi conſanguinei in cauſa matrimonij, & in cauſa eccleſiæ, & domeſtici admittuntur ad teſtificãdum. 8. diſt. c. 2. in gloſſ. & an coniuncti ſint idonei. vide Gloſſ. 4. q. 3. c. 1.

10 SOCIVS † admittitur pro ſocio pro parte ſocij non pro ſua: vt per Inn. in c. 1. de teſti. idẽ ſi incidenter ſine ſocietate ſit res communis, ſecus eſſent ſocij omnium bonorum, vel illius quæ petitur, quæ communis eſt. ſi ergo ſolum conſideratur, an ad ſocium teſtificantem aliquo caſu emolumentum pertineat, vt tunc non admittatur: vide Spe. in titu. de teſte. in princi. verſi. ſed nunquid ſocius. & vide Ange. ff. ſi quis cau. l. ſi duo rei in princi.

11 DOMESTICI † teſtes nõ admittuntur ad teſtificandum. Fallit, C. de repudi. l. cõſenſu. ſed colonus & aſcriptitius licet domeſtici ſint, tamen admittuntur de conſuetudine pro domino, ſed minor fides eis adhibetur. Clientulus & mercenarius domeſtici ſunt. & dum ſeruiunt non admittuntur pro domino. ſed ſi fuerint olim nunc autem non ſunt, admittuntur. Eſt ergo conſilium quòd dominus eos liberet, & poſſunt teſtificari, niſi conſtet de fraude: vt in Specul. de teſte. in verſic. item excipitur: & qui dicuntur domeſtici. ibi vide. Domeſtici admittuntur in cauſa eccleſiæ. 28. di. c. 2. in Gloſſ. & quando admittuntur. vide in d. l. conſenſu. §. ſuper plagis. & C. de teſti. l. 2. & 14. q. 2. in Gloſſ. ſummæ admittuntur tamen domeſtici inter ſe vbi eſt par ratio affectionis. Idem quando aduerſarius eius inducit ſicut dicimus in aduocato. Fallit quando ſunt tales quibus imperari poteſt ratione patriæ poteſtatis vel dominij. Quid ergo in vaſallo. infra dicetur. & per Spe vbi ſupra. Seruitores autem familiares an poſſunt eſſe teſtes pro domino, eo quia domeſtici ſunt? vide Inſtit. de teſtam. §. pater. Sed an qui tempore contractus erat meus domeſticus, poſtea deſijt eſſe admittatur pro me. vide. ff. de quæſtio. l. 1. §. idem Quid econtra. vide eandem. l. prima. §. ſi ſeruus, ad hoc an ſubditus admittatur pro domino, vide C. de teſt. l. eos. quid econtra. vide ff. de teſt. l. idonei. & extra de offi. delega. c. cauſam quæ. familiares autem quibus hodie vtimur poſſunt teſtificari pro domino dummodo honeſti ſunt: vt per Inno. in c. fraternitatis. de teſti.

VASALLVS † poteſt teſtificari pro domino, licet non poſsit eſſe iudex: quia plures requiruntur eſſe iudices quàm eſſe teſtes. Vel diſtingue. aut eſt magnum ſeudum, & tunc non admittatur. aut eſt paruum, & teſtimonium dicat. Vel dic. aut vaſallus eſt obligatus ad prçſtandũ domino ſeruitia tantum, & non ad fidelitatem. & admittatur in illis qui tenent decimas ab eccleſijs. aut eſt obligatus: quia iurauit fidelitatem, & non poteſt: quia iuramẽtum repræſentat quandam ſpeciem ſeruitutis, & ſeruus pro domino non poteſt teſtificari. Spe. in tit. de teſte. §. ſed nunquid vaſallus. Vaſallus autem poteſt teſtificari contra dominum in cauſa feudi: vt C. de teſti. l. aduerſus, & poſui in noſtro repertorio in tit. de ſeudis. Libertus contra patronum non teſtificatur: quia eius perſona debet videri ſibi ſancta. Spec. vbi ſupra. Idem in filio liberti. Spe. eo. ti. ver. item quòd eſt libertus. 12

IN CAVSA † vniuerſitatis vel collegij quilibet de vniuerſitate vel collegio habet teſtificari, in defectum tamen aliorum, & non aliter, pro ipſa, vel ipſo. ſed contra bene poſſunt. vel dic indiſtinctè admitti in ciuili: quia cauſa vniuerſitatis non eſt ſingulorum. in criminali verò ſi prælatus accuſetur, tunc aut ab vno de vniuerſitate accuſatur, & alius de vniuerſitate admittitur: quia par in vtroque ratio eſt. Aut extraneus accuſatur ab vno de vniuerſitate, & accuſans non inducit ſocium niſi in ſubſidium. Spe. in titul. de teſte in prin. ver. ſed nunquid in caſu vniuerſitatis. de materia vide Gloſſ. 3. q. 8. ca. nihilominus. & Inſti. de re. diui. §. vniuerſitatis. & ff. de in ius vo. l. ſed cum hac. §. qui manumittitur. & ſic videtur quòd ſinguli de vniuerſitate ſint teſtes in cauſa collectarum. In contrarium videbatur quaſi ſinguli ferant vtilitatẽ: ar. ff. de leg. 1. l. ab omnibus. in prin. In contrarium eſt cõmunis opi. quia cauſa non tractatur nomine ſingulorũ, nec ſinguli propter partes iudicij. & præſertim ſi non ſint teſtes ſuper articulo principali. ſed ſuper incidenti: arg. Inſti. de teſta. §. legatarijs. & ff. de iudi. l. 1. Bal. in concluſioni. in princ. 13

PRAELATVS † vel rector eccleſię in cauſa eccleſiæ poteſt eſſe teſtis. actor tamen & teſtis ſimul eſſe non poteſt. vnde cauſam alij committit, & ipſe erit teſtis, & ſi conſtituto ꝓcuratore dicat Abbas & conuentus conſtituit talem procuratorem, abbas poterit eſſe teſtis & quilibet de conuentu. Et ſi adminiſtrator eccleſiæ contrahit, qui cõtractus in dubium reuocantur poterit adminiſtrator teſtificari, vt in Spe. de teſte. §. 1. ver. ſed nunquid rector. abbas poteſt eſſe teſtis in cauſa monaſterij: vt Inno. in c. ad hæc. extra de teſti. venditor pro emptore, donator pro donatario, an admittantur? dic vt no. ff. de teſt. in l. nullus per Cy. C. eo. l. nullus. 14

CRIMINOSVS † ſi in crimine perſeuerat non valet eius dictũ in criminali ſiue in ciuili, etiam dum de crimine ciuiliter agitur, niſi eſſet tale quod infamiam irroget & probet hoc per ſacerdotem cui crimen confeſſus eſt. & hoc vbi crimen manifeſtum eſt ſine probatione prçſumitur eum pœnituiſſe: & ſuæ ſalutis memorem eſſe. vbi verò agitur criminaliter ſiue ſit manifeſtum, ſiue ſit occultum re- 15

pellitur: ſi aliàs de crimine conuictus exiſtat, vel confeſſus, vel ſi ex hoc facto eius opi. ſit grauata, vel ſi ei probari poterit. licet egerit pœnitentiam. Is ergo cui opponitur crimen non admittitur in ciuili vel criminali, priuſquam probauerit ſe innocentem, ſiue conuictus fuerit ſiue non, dummodo conueniatur. Spe. de teſt. in ver. item opponitur quòd eſt criminoſus. Quid ſi in vna domo ſunt quatuor, quorum vnus occiditur, & neſcitur à quo, an aliquis eorum admittatur ad teſtificandum? vide in Spe. eo. tit. ver. quòd quatuor homines. & Ang. in l. 16 ſi in rixa. ff. ad leg. Cor. de ſica. † An autem particeps criminis admittatur ad probationem? Gloſ. in c. 2. de teſti. quę incipit. no. quia dicit quòd nõ, pręſumptionem ſic vt ibi. quod intellige ſpeciale, vt in crimine ſimoniæ. in alio autem crimine quàm in iſto excepto, non videtur quòd particeps criminis faciat indicium ſiue præſumptionem etiam ad torturam: vt in c. 1. de confeſ. ibi, ciuili cenſemus pœnę ſubdendo. ibi tamen Gloſſ. dicit quòd non creditur quantum ad conuincendum, ſed quantum ad præſumptionem. Et ſi intelligas in excepto, concordas cum Gloſſ. d. c. 1. ſi in alijs, cum propter pręſumptionem deueniatur ad torturã, torquebuntur alij ad iſtorum teſtimonium. & ſic pœnæ ſubdentur contra illum. per tex. in l. fi. C. de accu. vbi de hoc per Cy. facit de adul. c. ſignificaſti. & ad Syll. l. prius. Nam quantũcunq; quis ſit infamis, Iudęus, & legibus odioſus, tamen conuinci debet per teſtes idoneos. vt no. in c. teſtimonium. de teſti. Criminis ſocius à teſtimonio repellitur. Spe. de teſte. ver. item quòd eſt ſocius criminis.

17 Homicida † de iure canonico repellitur. de iure ciuili admittitur. Spe. eod. ti. ver. item quòd eſt homicida. & in ver. item quòd non eſt probatę vitæ. licet teſtis confiteatur ſe homicidam, non tamen poterit eum iudex punire ex illa confeſsione: quia non eſt facta in iudicio. non enim de hoc agebatur. Glo. ordi. eſt. 3. q. 6. hoc crimen incidit enim cauſæ principali. vt l. nullum. C. de teſt. & eſt. Glo. 1. q. 1. & hoc quippe. ſecus ſi cõſiteatur falſum: vt d. l. nullum. & C. de epiſc. & cle. l. presbyteri.

18 Fvr, raptor † & adulter manifeſtus. & generaliter in quolibet peccato mortali ſcilicet manifeſtè conſtitutus, repellitur, nam tales ſunt infames infamia canonica. nec poterit teſtis qui prætextu criminis repellitur mihi de crimine obijcere, nec aduerſarius meus in iſta cauſa mihi de crimine obijciet, niſi eſſet tale crimen quod obijcio teſti cujus ego particeps fuerim, in Spe. de teſte. ver. obijcitur quòd eſt fur. Sed nunquid poteſt eſſe teſtis illi qui aſſociauit aliquem ad committendum adulterium, etiam in cauſa ipſius adulterij? & an poſsit cogi? vide Innoc. in ca. qualiter, & quando. el. 1. de accu.

19 Infamis † & leuis opinionis non admittitur ad teſtificandum, niſi in criminibus exceptis: quia tunc admittitur cum tormentis, vel niſi accuſatus ſit malæ famæ. quod eſt verum in infamia iuris. Infamis autem de facto admittitur in cauſa ciuili vel criminali ciuiliter intentata. Ferre teſtimonium eſt dignitas, & eſt actus legitimus, qui actus infamibus interdicitur. & ideo periuri non admittuntur. Temerarium tamen iuramentum quem à teſtimonio non repellit: quæ infamia etiam poſt mortem teſtis poterit probari. Specu. de teſte. in ver. item excipitur quòd eſt infamis. Si teſtis confiteatur ſe infamem, vel inimicum, non creditur ei, qua ſi propter hoc non ſit productus, nec iuratus: quia acceſſorium eſt: quia nec currat vacillare, tamen ſi vacillat non creditur. Innocen. in c. inquiſitores. de accuſat. Bald. in concluſione. Specul. de teſte. verſic. quòd ſi teſtis ſe ſeruum. Infames inter ſe admittuntur ad teſtificandum: vt in authen. de teſtibus. §. ſancimus. Sed poterunt adhiberi teſtes in teſtimonio? vide. ff. de teſtibus. l. cum leg. An teſtis infamis vel receptus poſt terminum faciat indicium? vide Bald. in l. 2. C. de epiſcp. au. & per Barto. in l. 2. ff. de app. reci. Quid de infami infamia facti? & quid de bannito? vide Bald. ff. de Sena. l. Caſſius. Infamia facti cõtracti ex periurio repellit: quia periurium ſine infamia repellit. Bald. in l. Lucius. ff. de infam. Infamia poſteà ſecuta ſi retrotrahitur teſtimonium medij temporis infringit. ff. de infam. l. furti. §. 1. in Glo. vel contrafacit. ff. de ſolu. l. ſi quis offerenti. §. fi. & l. cum decem. §. fi. eo. titu. & ff. rem ra. habe. l. fin. & l. cum indebitum. §. fi. & quod ibi no. Bal. in concluſio.

20 Excommvnicatvs † & ſuſpenſus à teſtimonio repelluntur, an autem excommunicatus contra excommunicatum admittatur, ſi omnes de monaſterio ſint excommunicati? vnus contra alium admittitur, niſi iudex ex officio repellat. Spec. de teſte. ver. item quòd eſt excommuni. Accuſaor non poteſt eſſe teſtis, ſed promotor inquiſitionis vel denunciationis, poteſt ſi illam non proſequitur. Spec. eod. tit. ver. quòd ipſe. Item eſt teſtis & accuſator: & quando ſunt plures accuſatores iudex eligit magis idoneum, & cæteri repelluntur à teſtimonio. Gloſſ. 2. q. 1. c. in primis. & vide. 4. q4. in ſum. in Gloſſ. Concubinarius manifeſtus vel inceſtuoſus contra accuſatum non admittitur. Spe. eo. titu. ver. item quòd eſt cõcubinarius. Hermaphroditus non admittitur Spec. eo. tit. ver. item quòd eſt Hermaphroditus. Iudęus, paganus, infidelis & hęreticus nõ poſſunt contra Chriſtianum teſtificari, etiã ſi Chriſtianus à Chriſtiano ſit conuentus. hæreticus tamen contra hæreticum vel paganum admittitur. quod eſt verum cum hæreticus agit. Sed ſi Orthodoxus non opponit tenet dictum teſtis. Orthodoxus admittitur contra infidelem. Specul. de teſte verſic. item quòd eſt Iudæus. Infidelis pro catholico teſtimonium dicere poteſt. de pœ. diſt. 1. c. multiplex. in Glo. vide. C. de hær. in l. quoniam multi. & ibi per Cy.

21 Impvbes † teſtimonium non dicit niſi in caſibus. ff. de lib. cau. l. fi. in fin. & hoc in ciuili. 4. q. 3. c. 1. In criminali vero etiam factus pubes repellitur, niſi compleuerit viginti annos. nunquam tamen ad plenam fidem, ſed quantum ad præſumptionem faciendam pupillus quandoque poteſt recipi, maximè ſi dominus dicatur à familia occiſus. ff. ad Silla. l. 2. §. impubes. Sed an factus pubes poterit teſtificari de eo quod vidit in pupillari ætate. Dic quòd ſic, præſertim ſi erat proximus pubertati. Idem de eo quod quidam vidit antequam eſſet cæcus. Specu. in titul. de teſte. ver. item excipitur quòd eſt impubes de impubere. no. in l. 3. §. nihil. ff. de teſtib. de

ſeruo

ſeruo facto libero. not. Barto. de verb. ſig. l. inſtrumentorum. §. notionem.

22 Monachvs, † & canonicus regularis, conuerſus, vel alius religioſus, vel aliter ſub obedientia poſitus, non poteſt eſſe teſtis ſine licentia eius cui ſubeſt. In cauſis tamen ſuarum eccleſiarum teſtificari poſſunt. Specu. eod. titul. ver. item excipitur quòd eſt monachus. de hoc vide in authen. ingreſsi. C. de ſacroſ. eccle. & an clericus admittatur in cauſa eccleſiæ, vel ſui caoonici. vide. 14. q. 2. & in Gloſſ. 1. & 2. per Ang. in aut. de monachis. §. cogitandum. & Inſtit. de teſta. §. teſtes. & ibi not. per Spec. de teſt. ver. quid de monacho. & verſ. item quòd eſt clericus. An autem adminiſtrator eccleſiæ admittatur ſuper contractu quem celebrauit? vide per Arch. Io. And. in c. Roma. in 6. & in c. ſuper prudentia. 14. q. 2. vbi eſt tex. ſing. & Bal. in conclu. iuris.

23 Servvs † non poteſt eſſe teſtis niſi in defectu probationum ſecundum quoſdam. & niſi in criminibus exceptis. Nam tunc admittitur ſi accuſatus ſit de crimine diffamatus: tamen eis quandoque creditur cum tormento, & alijs præſumptionibus, contra dominum vel patronum eis non creditur, niſi in caſibus quos habes. 3. q. 2. §. in patrooos. Si tamen teſtis tempore quo depoſuit teſtimonium erat ſeruus: ſed communiter habebatur pro libero valet nihilominus teſtimonium. Idem ſi à maiori parte habebatur pro libero, & illud ſi teſtis dicit ſe liberum, & de hoc pendet iudiciũ, admittitur ad teſtimoniũ, & reſeruatur in tempus diſputationis. Aſcriptitius poteſt eſſe teſtis, ſtatuliber non poteſt. Spe. eod. tit. ver. item quòd eſt ſeruus. Teſtes non poſſunt eſſe ſerui niſi in caſu neceſsitatis. ff. de teſti. l. ſerui. dicit tamen ibi Glo. quòd ſi præcedit ſemiplena probatio, tunc teſtimonium ſerui cum illa ſemiplena probatione facit vnam probationem. & vide C. de te-

24 ſtibus. l. ſeruos. & l. quoniam. † Teſtes qui communi opinione liberi reputantur: licet ſerui ſint ex liberali ſucceſsione per decretum diui Seueri: vt in l. 1. C. de teſti. & ibi, in hac cauſa tractari & per conſequens eſt conteſtis vt teſtamentum non ſit ſine effectu, teſtificari poterunt in iudicio non obſtante ſeruitute. & ideo non traham illud reſcriptum ad alium caſum: quia non eſt noſtrum illud extendere. Si igitur teſtes fuiſſent infames: quia de crimine famoſo damnati: & per conſequens inteſtabiles: vt l. ob carmeo. ff. de teſti. licet communi opi. tunc reputarentur bonæ famæ, non tenere teſtimonium. Idẽ ſi ex alia cauſa: tunc ad teſtimonium nõ potuiſſent adhiberi: puta: quia erant impuberes, & communi opinione reputabantur adulti, vel erant mulieres, & reputabantur maſculi. C. tamen tenet contrarium in d. l. 1. & non bene iudicio meo: & eſt dictum. Ang. in conclu. Quid ſi teſtis tempore quo iurauit erat teſtabilis, ſed tempore depoſitionis erat inteſtabilis. Dic quòd ſi crimen quod reddit eum inteſtabilem non eſt notorium, dictum eius recipitur, & in tempus reſeruabitur diſputationis. ſi vero poſtea ſit notorium, non vitiatur eius dictum: ſed ſatuus eſſet ſi per illud reciperet. & vide quod plenè no. C. de teſtib. l. 1. ff. ad Car. l. 3. §. duæ cauſæ. Bal. C. de

25 legi. l. leges. † Vbi teſtes ſunt de ſubſtantia rei: tunc inſpicitur cõditio teſtis tempore teſtimonij: vt no. in l. ad teſtium. §. conditionem & §. nihil. ff. de teſti. Sed in alijs negotijs vbi teſtes non ſunt de ſubſtantia rei, impubes poteſt teſtificari pubes factus. & ſic de his quæ vidit propè pubertatem: & non de his buæ vidit prope ioſantiam. ff. ad Silla. l. excipiuntur. Ratio eſt: quia quando aliquid eſt de ſolennitate debet adhiberi in initio & vno contextu: vt ff. de teſt. l. hæredes palam. §. fi. ſed vbi non eſt de ſolennitate, tunc non inſpicimus initium ſed effectum rei. ff. de hær. inſtit. l. qui ſoluendo. & no. quòd ratio in contrarium idem facit in caſu ecõuerſo. Nam ſi tempore teſtamenti eſt habilis & probabilis reputationis, licet poſtea fiat iohabilis, non tamen vitiatur teſtimonium. C. de teſti. l. 1. quod eſt intelligendum de teſtamento in ſcriptis vbi teſtes non habent de veritate deponere: ſed ſolum de ſolẽnitate: Nam ibi ſi conſtat de ſolennitate: quia teſtes ſua ſigilla recognoſcunt, non poteſt referri quæſtio voluntatis: quia certa eſt, & per ſcripturam apparet, & toleratur teſtimonium eius: quia habet adminicula per ſe: ſcilicet ſubſcriptiones, & ſigilla ſua recognoſcant, & teſtes, ſic intelliguntur. l. 1. C. de teſt. & ff. ad Carb. l. 3. §. duæ cauſæ. Item poteſt iotelligi illa lex in teſtamẽto nuncupatiuo redacto in ſcriptis per tabellionem: quia non debet vitiari teſtamentum quod apparet ab initio legitimè confectũ. & quia dictum teſtis ſcriptura iuuatur: quia mutuo ſe iuuant: nec vitiaretur teſtamentum morte teſtis. ergo nec capitis amiſsione. Si vero non eſt ſcriptum nec manu authentica roboratum. diſtingue an ſit quæſtio ſolennitatis, & inſpicitur initium, an voluntatis: & tunc tempus iuramenti. & ideo primo caſu admittitur ſtatu mutato in malo. ſecundo non, & ſic nõ vitiatur teſtamentum: ſed probatio eius viriatur. Ratio differentiæ dictæ diſtinctionis eſt: quia vt dixi quo ad ſolẽnitatem inſpicitur initium. Bal. in conclu. † Sed quid ſi obijcitur contra teſtamentũ quod 26 eſt contra ſolennitatem: quia vnus ex teſtibus dicitur tunc fuiſſe inhabilis: nunquid ad probãdum eſt habilis. & ſic ad probandum ſolennitatem ſufficiunt duo teſtes. dic quòd ſic: quia poteſt hæc quæſtio examinari ſeorſum à principali, id eſt, à teſtamento, & eſt ſuæ materiæ per ſe: & quia eius contrarium, id eſt, infamia poteſt probari per duos teſtes: ſecus ſi quæſtio ſolennitatis non poteſt examinari ſeorſum à principali: vt not. in l. 2. C. ſecund. tabu. Bald. vbi ſupra. Cuius temporis conſideretur integritas teſtium, vide per Bald. in 10. col. in titul. an remoueri debeant teſt. qui. pa. eſſe delierint. Teſtes debent eſſe bonæ famæ non ſolum tempore iuramenti: ſed etiam tempore depoſitionis, non abſolute † quòd dictum trahatur ad tempus iuramenti: 27 vt in Cle. 1. de offic. deleg. quia illud reſpicit ſolennitatem: non ſecundum veritatem, quæ ſine examinatione liquere non poteſt. Bal. in c. 1. quot teſt. ſint neceſ. ad proban. 10. col. & quod depoſitũ trahatur ad tempus iuramenti eſt verum quo ad implicitam probationem: arg. ff. de hære. inſti. l. aſſe toto, non quo ad explicatam. ff. de teſtam. l. hæredes palam. §. ſed ſi notam.

Hi cvm † quibus non eſt teſtamenti factio non 28 poſſunt teſtimonium ferre. Specu. de teſte. §. item quòd eſt talis cum quo non eſt teſtamenti factio. Teſtis mutus an eſſe poſsit? vide in Specu. de teſte. §. nunc tractandum. verſ. quid de muto.

Caecvs

29 Caecvs † teſtificatur de auditu, maximè ſi con-
trahentium voces habuit notas, & maximè de eis
quæ vidit antequam fieret cæcus. Spe. in eod. titul.
ver. ſed nunqnid cæcus. & vide Ang. in aut. de hæ-
red. & ſal. §. ſi vero expreſsim. vide Glo. 3. q. 1. c.
teſtes. & ibi etiam ponitur quid de muto. cæcus non
teſtificatur de perceptibilibus per viſum, nec ſurdus
per auditum ſecundum Hoſt. in c. ex literis. de teſ.
Bal. in conclu. & vide Spe. de teſte. in prin. ver. ſed
nunquid cæcus. & dixit Cart. in l. ad teſtium. ff. de
teſta. quòd teſtificatur de eo quod vidit antequam
eſſet cæcus.

30 Pavper † ſuſpectus teſtificari non poteſt in ci-
uilibus: ſed in criminalibus admittitur cũ tormen-
to. pauper honeſtæ vitæ non repellitur: vt in Spec.
de teſte. ver. item quòd eſt pauper. Si enim ſint ini-
mici pauperes timetur de ſubornatione. 4. q. 3. c.
item nihil. & in aut. de teſt. §. 1. per totum. olim. vt
qui adhuc portant crucem. & publicè pœnitentes
an admittantur. Fuerunt opi. vide in Spe. eod. titul.
quid. de portantibus cruces. & C. de hæred. l. quo-
niam. & hæc de paupere ſufficiunt.

31 Ivdex † aduocatus, procurator, aſſeſſor, execu-
tor, actor, vel arbiter in eadem cauſa appellationis
vel principali repellitur à teſtimonio. eſt enim præ-
ſumptio quòd diceret pro ea parte ꝓ qua prius ſuit.
quidam tamen admittunt procuratorem cõtra do-
minum. Item admittitur negotio finito. De aduo-
cato dic, quòd admitur antequam incœperit patro-
cinari. licet de ſalario conuenerit, poterit tamen eſ-
ſe teſtis contra eum pro quo intercedit. Spec. eo. tit.
in princ. ver. item quòd fuit in eadem cauſa. An au-
tem ille qui eſt vel ſuit iudex poteſt eſſe teſtis? vide
Io. Cal. 28. di. per Bar. C. de arbi. l. ne in arbitris, &
vide de omnibus prædictis in Glo. 2. q. 8. ſtatuen-
dum. & quod dicitur quòd iudex non poſsit eſſe
teſtis, intellige lite pendente, & ſuper principali,
nam ſuper acceſſorio coram ſe poteſt. non tamen
in terrogandi ſunt vt teſtes, ſed cõſulendi tanquam
ſi fuerint iudices. Spe. eo. titul. ver. ſed quid ſi ſcri-
ptus. & ſi ſunt tres aut quinque iudices magis credi-
tur teſtibus quàm eis. niſi etiã ipſi iurati eſſent. Spe.
vbi ſupra, & ſi impetres iudicem quem volebam
producere in teſtem, remouebitur à iudicando, &
erit teſtis. Item ordinarius poterit eſſe teſtis coram
officiali, ſi neceſsitas imminet, & ſi iudex in teſtem
inducitur qui iurat ſe nihil ſcire de cauſa, videtur
quòd non remaneat iudex. Item iudex qui ſuit vt
ſuſpectus recuſatus non poterit in teſtem adhiberi
nulla de cauſa ſecundum quoſdam. Tu dic con-
trarium, maximè ſi producẽs non habebat niſi vni-
cum alium teſtem Spec. vbi ſupra. De procuratore
an poſsit eſſe teſtis, dic, aut de partium voluntate: &
poteſt. aut contra voluntatem patris: & non poteſt.
& ſi eſt procurator litis non poteſt, ſi negotiorum
poteſt in alio negotio non illo, Bald. in c. 2. in titu.
de le. Corrad. 10. col. An procurator ad iudicia vel
negotia poſsit eſſe teſtis? dic vt C. de teſtibus omni-
bus. & ibi not. de proxeneta. & per Barto. in l. de-
ferre. ff. de vſur. & per Ang. in aut. de teſt. §. quoni-
am. & in conſ. ſuo. 28. & in Specu. de teſte. ver. quid
de proxeneta.

32 Mvlier † in teſtimonio non admittitur in ci-
uilibus: ſed in criminalibus exceptis admittitur: In
codicillis & alijs vltimis voluntatibus, & ſic in alijs
caſibus an admittatur? fuerunt opi. tene tu quòd ad-
mittatur. Specu. eod. titu. ver. Item quòd ſi mulier.
& vide Gloſſ. 15. q. 3. de crimine. 18. q. 3. c. in deci-
ma. & de pœni. 34. q. 5. c. mulier. in Gloſſ. & Inſti.
de teſtamen. §. teſtes. Sed nunquid valeat teſtimo-
nium mulierum aſſerentium poſt inſpectionem a-
liquam non eſſe cognitam vide Gloſſ. 17. q. 3. c. nec
aliquam.

Fideivssor † poteſt eſſe teſtis pro debitore 33
qui eſt ſoluendo: aliàs non. in Spec. de teſte. ver.
quid de fideiuſſore. Sed an poterit eſſe teſtis inter
debitorem & creditorem? vide per Bar. ff. de leg. 1. l.
ſi cui. §. fi. An antem poſsit eſſe teſtis fideiuſſor. vi-
de Inſtitut. de teſta. in §. legatarius. Sed pone mu-
tuaui tibi decem cum hoc quòd non poſsit probari
niſi per duos filios meos, donaui Petro iſtam actio-
nem, an Petrus poterit per filios meos probare. Re-
ſpondeo ſi donatio incœpit ab actione non poteſt,
ſi à traditione poteſt: vt in Specu. eod. tit. verſi. ſed
pone mutuaui. Sed quid ſi non habeo niſi vnum te-
ſtem & cedo iura mea, an potero teſtificari pro ceſ-
ſionario. Spec. in titu. de procurato. in fi. quòd ſic.
facit de procu. c. in noſtra. per Archi. in ſumma &
per Ange. in l. hæredi. §. nos autem. ff. de pact. & in
l. ſi quis rem, de procura.

Cedens † an poſsit teſtificari pro ceſsionario. 34
& reſpon. quòd non poſsit vide per Bal. in ver. ceſ-
ſio. in conclu. Creditor prohibetur ferre teſtimoni-
um pro debitore. vide Ang. ff. de proc. l. non ſolũ.
§. quæritur. Quem non poſſum in ius vocare contra
eum teſtimonium perhibere non poſſum. C. de te-
ſti. l. aduerſarius. Legatarius poteſt interdum eſſe
teſtis de his quæ in teſtamẽto continentur. ff. de teſt.
l. qui teſtamento. Inſt. de teſ. §. legatarius. Tutor in-
terdum erit teſtis pro pupillo: vt no. in d. l. qui teſta
mento. Familia officialis interdũ examinatur tem-
pore ſyndicatus. vide Angel. in trac. de ſyndicatu.
† Pro vxore fratris poteſt quis teſtimonium ferre. 35
Ang. ff. de poſtu. l. cum eorum §. affinitatis. Bene-
ficiati per prælatum poſſunt eſſe teſtes de ſua crea-
tione ſeu titu. vt no. in d. §. legatarius. Magiſter pro
diſcipulis an poſsit teſtificari. vide Gloſſ. 11. q. 1. c. 2.
Compater an poſsit eſſe teſtis vel iudex pro compa-
tre. vide in Spec. latius in titul. de teſte. §. qualiter.
ver. quid ſit in ius de ſpirituali patre. & Guil. de Cu-
neo. ff. de In ius vo. l. generaliter. † Maior. 70. an- 36
nis non compellitur eſſe teſtis. Inſti. de excu. tu. §.
item maior. In qua ætate ſunt teſtes recipiendi. vide
Gloſſ. ſummæ. 4. q. 2. & 3. An teſtes prohibiti ad-
mittantur quando proceditur ſine ſolennitate iuris.
vide Barto. ff. de eden. in l. filius. † debet iudex dare 37
ſaluum conductum teſtibus vt veniant ad depo-
nendum. 6. q. 8. c. hortantur. in Gloſſ. & in Specu.
de teſte. §. qualiter. in ver. debet quoque ipſius. Te-
ſtes non ſunt vocandi à longe, quando plus expen-
deretur quàm ſit valor cauſæ. ſed debet eorum exa-
minatio delegari. Bar. in l. Mæuia. C. de an. & tri-
bu. li. 10. Teſtibus debent fieri expenſæ ſed nõ dam-
na: vt in l. quoniam liberi. C. de teſt. & l. ſi quando.
§. cum oporteat. & Bald. in l. fin. C. de fruc. & lit.
expen. & per eundem in d. l. quoniam liberi. C. de
teſti.

Si testes † citati non veniant quod remedium 38
compe-

competit contra eos. vide Bar. ad leg. Fal. l. 1. §. ſed &
ſi quis. Quid autem ſi veniunt & retardant depone-
re? vide per Ang. de Are. in l. pen. in fi. In Spec. de
teſte. §. qualiter autem, ver. cogi. debent. & adde
quod no. Io. Cal. 30. di. & ſequen. Quid ſi ſunt talis
conditionis quod nō coguntur teſtificari an ſint ci-
tandi. vide per Ange. in aut. de teſti. in prin. Si te-
ſtis extra iudicium coram iudice non in figura iudi-
cij dicat ſe non interfuiſſe negocio, tamen debet co
gi ad deponendum, & ſtatur depoſitioni. Bal. in §.
ſi enim in c. 1. in ti. quid ſit inueſti. licet Bar. contra-
rium teneat in l. eos. ff. de fal. Teſtis ſi promiſit nō
teſtificari cogitur teſtimonium perhibere. Bal. C.
39 qui accu. no. poſ. l. data opera. † Quid ſi teſtes nolūt
comparere vt veritas occultetur. qua pœna punien-
tur? reſpon. quòd non punientur tanquam falſarij:
quia falſitas teſtium propriè eſt per iuramētum. ſed
iſte non iurauit: ergo, &c. dic quòd criminaliter pu
nietur crimine ſtellionatus: ſed ciuiliter parti ad in-
tereſſe vel reipu. per actionem de dolo: arg. eorum.
quæ no. Cy. in l. 1. C. de do. & tangit Inno. in c. 1. de
fal. & Bal. in l. presbyteri. C. de epiſcop. & cleric.
40 † Qualiter teſtes cogantur, & qui non poſſunt co-
gi vide in Spe. de teſte. §. pe. Compelluntur autem
teſtes in ciuilibus cauſis vbi veritas per alios appare-
re non poteſt. 13. q. 1. c. quanquam. Item in cauſis
ſpiritualibus: vt in c. 1. de teſt. cog. Item in crimina-
libus ciuiliter intentatis. puta per inquiſitionem: vt
in c. ſuper his. eo. tit. Item in inquiſitione: & denun-
ciatione. licet quidam neſciunt qua de cauſa dubi-
tetur: quia tunc repelluntur vbique propter defe-
ctum veritatis: vt in d. c. quanquam. Quidam ta-
men intelligunt hoc fore verum niſi foret pericu-
lum animæ. In criminalibus autem dico non com-
pelli: quia ibi luce clariores debent eſſe probatio-
nes: vt C. de proba. l. ſciant. 4. q. 2. item nihil. ver.
fi. & Ange. in conclu. Item in caſibus aliquibus quis
cogitur ad teſtimonium qui regulariter non cogi-
tur. eſt arg. in l. 1. C. de teſti. quòd pater eſt cogen-
dus ferre teſtimonium contra filium, & è contra, ſi
veritas aliter ſciri non poteſt. & maritus cōtra vxo-
rem, & è contra, quamuis alias non ſunt cogendi.
ſicut tenuit Mar. de Fa. dum eſſet executor in qua-
dam cauſa, cū maritus teneretur actione depoſiti ad
10. nec aliter aduerſarius poſſet de iure ſuo probare
niſi per vxorem depoſitarij, ipſe compulit eam ad
41 iurandum: ar. d. l. 1. C. de repu. l. conſenſu. † Te-
ſtes poſtquam intrauerint ad iudicium pro redden-
do teſtimonium, nō debent redire ſine licentia iu
dicis. nec iudex poteſt eos tenere vltra. 15. dies, qui-
bus elapſis illico citati recedunt: vt no. C. de teſti.
l. ſi quando. & C. de ap. l. eos. & non vltra tenen-
tur expectare: ar. ff. de tab. exhi. l. 2. §. exhibere. &
in Spe. de teſte. ver. teſtibus autem iudici. in §. quali-
ter. Facit quod dicitur de litigatoribus quod non
debent recedere ſint licentia. alias non dicuntur ve-
niſſe qui non ſteterunt: vt in c. 1. de iudi. & per Inn.
in c. calumniam. de pœnis. Facit tex. in c. ſtatutum.
§. pro ferendo. de reſcrip. lib. 6. dum dicit ferendo
ſtando & ſequendo. & Ang. in conclu. Teſtis debet
ſatiſdare de non recedendo. vel ſi non poteſt debet
iurare. & ſi alterum non facit, debet duci ad carce-
42 res. no. in l. ſi quando. C. de teſtibus. Quid † ergo ſi
teſtes non fuerūt citati nec moniti & deponunt, an
faciant fidem. text. in l. libertorum. C. de teſtib. vi-
detur innuere quòd non.] quia voluntarium teſti-
monium reprobatur propter reuerentiam paterna-
lem. ergo ceſſante iſta cauſa videtur innuere quòd
poſsit & valeat teſtimonium tale. & videtur in glo.
in l. poſt legatum. ff. de his qui. vt indig. & eſt caſus
in l. presbyteri. C. de epiſcop. & cleri. vbi tex. dicit
quòd debent eſſe etiam petiti & citati moniti. vt ſe-
quitur. Iac. de Bel. in §. ſi verò ignoti. in aut. de te-
ſti. qui dicunt quòd ſi teſtis deponit non citatus
eius dictum eſt nullum. & ita intelligatur. l. presby-
teri, & quòd non eſt neceſſe quòd cogantur alijs re-
medijs: ſcilicet per capturam pignorum: quia ſola
citatio ſufficit concludens quòd d. Gloſſ. in l. poſt
legatum, eſt falſa. Sed Bal. in aut. ſed nouo iure. C.
ſi cer. pe. dicit quòd ſi tūc ſint producti per patrem
quòd creditur eius ſpontè iurantibus & deponenti-
bus: ſecus ſi non fuiſſent producti. & ita ſaluat. d.
Gloſſ. Ego credo illam Gloſſ. fore veram ex eo
quòd eo ipſo quòd iudex defert iuramentum teſti-
bus, videtur eos monere quòd dicant veritatem. &
illa monitio tacita videtur eſſe maioris auctoritatis
quàm citatio facta per nuncium. ita probat Gloſa
Ber. in c. conſuluit. de officio. delega. mouens ſe
hac ratione videlicet: quòd maioris auctoritatis eſt
illud quod fit per ſe, quàm illud quod fit per ima-
ginem. Sed conſtat quòd tacita admonitio reſultans
veuit ab ipſo iudice. eſt ergo maioris auctoritatis,
quàm ſit illa citatio quæ fit per nuncium: quia fit in
imaginem iudicis, per Ange. in conclu. & ponit Bal.
in d. l. presbyteri. & in addi. Spe. in titul. de teſte. &
per Bar. in d. l. poſt legatum. Teſtis tamen qui non
cogitur teſtificari non eſt citandus. Ang. in aut. de
teſti. in prin.

† Teſtium receptio facta contra non citatum non 43
valet. Abb. extra de teſtib. c. in nomine domini. &
C. de teſti. l. ſi quando. & Gloſſ. ibi dicit quòd eſt
nulla ipſo iure. Bal. in conclu. Nunquid autem po-
terit quis cogi vt dimittat teſtes teſtificari contra ſe?
dic vt nota. C. de teſti. l. nimis graue.

DEBET † iudex inquirere de condicione teſtis. 44
ff. de ma. conue. l. 1. §. ſi præſes. ff. de teſti. l. 3. §. 1.
ff. de quæſtio. l. de minore. §. fi. Sed ſi non inquiſi-
uit non obſtante hoc teſtimonium vitiatur: quia
cum iudex interrogat debet eſſe præſens. ff. de teſti.
l. curent. & modus quęſtionis eſt in arbitrio iudicis.
ff. de quæſtio. l. quæſtionis. & tamen iſta non ſunt
de neceſsitate: arg. ff. de iudi. l. non quidquid. qua-
litas enim teſtimonij eſt omiſſa quæ vitiari non de-
bet. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. viros. pro hoc facit
quod dicitur ꝙ teſtis debet cauſam ſui dicti dicere,
& ſuper hoc interrogari: vt in aut. de teſti. §. & licet.
& tamen ſi eſt omiſſum non vitiatur teſtimonium.
C. de teſti. l. ſolam. Iac. de Ra. dicit hoc verum eſſe
ſi teſtis deponit de inſenſibili. ſed intellige per alia
media ſenſibilia. quod not. Ad teſtes producen-
dos arbitrio iudicis dilatio danda eſt, in qua poſ-
ſunt fieri tres productiones, licet ſecundum aliquos
ſint tres dilationes. Spec. de teſte. §. qualiter. ver. iu-
dex. ergo † quarta dilatio ſeu productio non datur 45
ſine tali ſolennitate ſcilicet, quòd petens iurabit
quòd non fuit pronunciatū ſuper dictis teſtiū pro-
ductorum per ſe, vel per alium, & quòd illam non
petit dolo machinatu vel arte. ſed quia nequit vti
teſti-

teſtibus quos ꝑducere intẽdebat. & tunc cõcedetur
quarta, licet aduerſarius didicerit teſtificata: vt in
ver. quarta autem productio. in Spe. de teſte. & prę̨-
dicta habent locum cum producuntur ſuper prin-
cipali. Si verò ſuper exceptione probanda non da-
tur quarta dilatio: vt in ver. ſed cum ſuper exceptio-
ne. Quinta productio non conceditur ſi in prima
dilatione, & in tertia aliquos produxit. Si verò fuit
legitimè impeditus vt nullum produceret, hoc pro-
bato, dabitur quarta, & quinta, & milleſima. & ſe-
cundum aliquos ſecunda & tertia ſi neceſſe fuerit
ſine iuramento in verſi. quinta. refrenabit tamen
iudex effrenatam teſtium multitudinem: vt ibi per
Ang. in l. quoties. C. de naufra. lib. 11. Vſq; ad quem
numerum debet iudex examinare teſtes. vide Ang.
in auth. de referen. §. palam. An autem teſtes pro-
ducti ſuper vna cauſa poſsint iterum reproduci in
alia ſuper eodem articul. no. in l. prætor. §. hoc edi-
46 cto. ff. vi bono. rapt. † Et ante publicationem non
poſſunt ijdem teſtes ſæpe produci niſi ex cauſa. &
fortè non fuit de omnibus recordatus: vel ſi nõ fuit
plenè examinatus: aliàs autem tanquam ſuſpectus
repellitur. in Spec. de teſte. §. ſatis vtiliter. verſi.
47 nunquid ante: † licet ſit renuntiatum productioni
teſtium, tamẽ bene poſſunt alij produci ſi non ſunt
didicita teſtificata. Ang. in authe. de teſti. §. licet. &
Spec. in verſi. 4. ꝑ hoc dicto Ange. de renũciatione
eſt Gloſſ. no. & ibi per Bal. in auth. quod ſemel. C.
de proba. aliàs. l. 3. C. de fide inſtrum. & in auth. vt
ma. credi. & de. §. quia verò. in gl. mag. ſi tamẽ ſpe-
cialiter renuntiatur teſtibus ſuper aliquo capitulo
tenet renuntiatio. vt per Innoc. in. c. cum veniſſet.
de teſti. & non eſt locus pœnitentiæ. ad materiã vi-
de per Io. And. in c. fraternitatis. de teſti. & ibi per
48 Innoc. † Item iudex inquirens. & promotor inquiſi
tus qui ſuam iniuriam, vel intereſſe non proſequi-
tur, poſt didicita teſtificata poteſt teſtes inducere.
Bar. in conſi. ſuo. 188. Teſtes producuntur de pro-
uincia in prouinciam, vel de ciuitate in ciuitatem ſi
iudici videbitur illud expediens: aliàs reſcribet iu-
dici. & hoc in ciuili. In criminali verò præcisè co-
guntur venire ad iudicem qui de cauſa cognoſcet.
49 Specu. eo. tit. §. ſunt autem. † Iudex poteſt ex mero
officio in cauſa criminali inquirere de facto, & re-
cipere teſtes, etiam poſt publicatum proceſſum: vt
no. Inno. extra de teſti. c. cum clamor. & Archi. 4.
q. 3. c. placuit. Si autem eſt proceſſus accuſatus poſt
aperturam non poteſt ante aperturam. tamẽ eſt du-
bium an iudex maleficiorum poſsit ex officio tunc
recipere ad coadiuuandum accuſatorem. quod po-
teſt per Bart. in quæſtione incipiente iudex malefi-
ciorum. & per Bart. in l. presbyteri. C. de epiſco. &
cle. & vide quod no. ff. de teſti. l. teſtium. Gloſſ. in
ver. inimicitię. Et an in cauſa inquiſitionis poſsit iu
dex eum examinare poſt didicita teſtificata. vide
Bart. ff. de adul. l. 2. §. ſi extraneo. Sola teſtium per-
cunctatio eſt cauſa quare teſtes prohibentur poſſe
induci, vt patet ex ſupradictis. & ponit Bal. in quo-
dam ſuo conſilio quod habes in ordine. 178. ideò
poſt publicationem interdum recipiuntur. vide
Gloſſ. ordi. 4. q. 3. in fi. & in Spec. de teſte. §. ſatis v-
50 tiliter. ver. quod ſi publicatæ ſunt. † Quid ſi ſtatu-
tum prohibet ſub certa pœna inducere teſtes præ-
terquàm à principali perſona, nunquid procurator
eos inducit? Bar. quod non in conſilio. 209. † Et ſi 51
quando teſtes recipiuntur parte abſente intelligitur
parti contra teſtes omnis exceptio reſeruata. Bal. in
l. de tutela. C. de in inte. reſti. An ille qui edidit no
mina teſtiũ iudici poſsit aliqua detrahere. vide Bal.
C. de eden. l. edita.

Si teſtes † ſunt præſentes non poteſt alij iu- 52
dici committi examinatio. Ange. in aut. de teſti. §.
& quoniam † Idem poteſt iudex mittere notarium 53
cauſæ vel alios de partium voluntate ad teſtium re-
ceptionem, ſi videretur impeditus, puta ſi teſtis eſt
infirmus. ita quòd commodè non poteſt venire. vt
honeſta mulier, vel alius ſublimis præditus pote-
ſtate, vel egregriæ perſonæ. Spec. de teſte. ver. poteſt
etiam index, quæ commiſsio non valet niſi de par-
tium voluntate: vt ibi. Circa hoc tamen an produ-
ctio vel examinatio teſtium poſsit committi vltra
ſupradictam dictinctionem, adde, aut loquimur de
ciuili, aut de criminali. Primo caſu, aut produ-
cuntur teſtes qui pro ferendo teſtimonium ad iudi-
cem venire non compelluntur: vt ſunt egregiæ per-
ſonæ, & mulieres, & ſimiles. & tunc poteſt commit-
ti: vt. ff. de iureiuran. l. ad perſonas. C. de iura. ca-
lum. authen. principales. Aut producuntur tales qui
poſſunt compelli ad iudicem venire, & ſunt præſen
tes in iudicio: & tunc eorum examinatio committi
non poteſt. ſic intelligitur. §. quoniam autẽ. in aut.
de teſti. & de fi. inſtru. l. & iudices. & no. in §. opor-
tet. in aut. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtru.
& Gloſſ. in l. hac conſultiſsima. C. de teſt. dum lo-
quimur in criminali, & non poteſt committi teſtiũ
examinatio. ff. de teſtib. l. 3. §. idem. ſiue abſentes ſi-
ue præſentes ſunt teſtes. & pro hoc in auth. de teſt.
§. hæc omnia. Vel poſſumus dicere aliter & pro-
babilius: quia aut committitur teſtium examinato
habenti iuriſdictionem, aut non habenti. primo ca-
ſu poteſt fieri. ita loquuntur iura alleg. pro hac par-
te, ſi non habenti non: vt in alijs iuribus, & vide
quod no. ff. quemadmo. teſt. ape. l. ſi qui ex ſigna-
toribus. in Gloſſ. ſuper verſi. ſigillatim. de conſue-
tudine cõmittitur tabellioni: vt no. in Cle. 1. de oſ-
fi. delega. Ex prædictis apparet quòd ex ipſa com-
miſsione non acquirit fideicommiſſarius iuriſdi-
ctionem. Facit aut. ad hoc. de iudi. & ff. de excu. tu. l.
ſcire oportet. in verbo ſub commemorationibus.
& exponitur ibi coram notarijs. & ita exponitur vt
procedat no. Gloſ. ſed receptio teſtium poteſt com
mitti. Bal. in conclu. † Sed quid ſi iudex committit 54
notario teſtium examinationem: & teſtis accuſatur
de falſo, qui teſtis dicit ſe illud non dixiſſe. dicit
Spec. in tit. de teſte. §. 1. ver. ſed pone. ecce quòd nõ
creditur notario. Tu dic ſecundum Cy. C. de fal. l.
ſi quis decurio. quod ſi iudex fuiſſet præſens magis
præſumitur præſcripta: arg. l. omnium. C. de teſti.
Facit quod no. per Io. in l. 2. ff. quemad teſt. ape. &
ibi Bar. Bal. in conclu. Item ille qui petijt inducere
in loco iudicij & non produxit, ſi petit quòd fiat re-
miſsio ad locum vbi teſtes morantur. vide Ange. in
l. de die. §. iubetur. ff. qui ſatiſda. cogan.

Teſtibus † productis infra debitas dilatio- 55
nes ad eos producendos, & aſsignandos poteſt con-
tra eorum perſonas excipi. & excipitur de omnibus
inhabilitatibus ſupra relatis, in quibus tractatur
qui à teſtimonio repellantur. Si vni teſti obſtat

aliqua

aliqua exceptio non retardatur proceſſus, quan-
doeſt probatus per plures. Innoc. in c. ſuper eo.
el.1.de appell. Bald. in l.2.C. ſi contra ius vel vti.
pub. Nam vnus teſtis non derogat duobus, nec
vni eorum, quia tunc non facit ſemiplenam pro-
bationem.l.1.§.1.ff.de vent.inſpi. per Ia.de Are.
& ibi eſt text. de hoc vbi ſuprà. Qualiter autem
ſormentur exceptiones contra teſtem crimino-
ſum? dic vt no in l.3.§.eadem.ff. de teſti.de exce
ptionibus, quæ opponuntur in perſona teſtium,
dic vt no.in C.de teſti.auc.ſi dicatur. & ff. de te-
ſti.l.teſtium.§.ad conditionem. vbi ponitur for-
ma talis exceptionis.probatio exceptionis oppo-
ſitæ contra teſtes poteſt differri contra publica-
56 tionem. † An exceptio cõtra teſtes vel eius pro-
batio ſit proponenda vel recipienda ante publi-
cationem teſtium vel poſt, & in quibus caſibus
probationis contra perſonas teſtiũ debeat à prin-
cipio recipi.de prædictis vide dominum Lapum
de Caſtillione extra de teſtibus, cap. ex parte.
57 † Ille, qui teſtem produxit, non poteſt opponere
cortra eius perſoram, niſi cauſa de nouo emerſe-
58 rit, eod.titu.l.ſi quis, & ibi patet ſatis. † Quid ſi
fui proteſtatus contra perſonam teſtis, quem ad-
uerſarius meus producebat cõtra me, & teſtis po-
ſtea deponit pro me, an valeat eius dictum Inno.
in c.præſentium, de teſti. dicit, quòd teſti depo-
nenti pro illo, qui fuit proteſtatut cõtra eius per-
ſonam, non creditur, ſi aduerſarius illam prote-
ſtationem ratam habuerit: ſecus ſi noluit, & om-
nimodò voluit vti eius dicto contra ſe, quia eius
dictum teneretur recipere, quod no. & tene men
ti.Item ſubdit Innoc. ibi, quòd contra perſonas
nihil poteſt obijci facta publicatione proceſſus,
niſi fuerit proteſtatio facta à principio cõtra per-
ſonas teſtium. Et vide etiam Bar. ponentem has
exceptiones cõtra perſonas teſtium, in auth.ſi di
catur.C. de teſti. & ſatis patet alibi in locis non
nominatis.

59 IVRARE † debet teſtis dicere veritatem de
tota plenaria cauſa, quoties interrogabitur vſque
ad finem litis ſeu cauſæ, tam ſuper eo, de quo in-
terrogabitur vſque ad finem litis ſeu cauſæ, quàm
ſuper alio, & quòd ſolam veritatem docebit, non
miſcens aliquid falſitatis, nec aliquid de ſuo ad-
ijciet, etiamſi ſibi bonum videretur. Item quòd
dicet veritatem pro vtraque parte, & quòd nec
prece, nec precio, nec amore, nec timore, nec pri-
uato odio: ſecus ſi publico, vt, quia odit opera ſua;
nec pro commodo quod ipſe vel alius habuerit,
vel habere ſperet, teſtimonium dicet, ſicut ſcit, &
non ſicut credit. Item quòd nulli partium teſti-
monium pandet, donec atteſtationes fuerint pu-
blicatæ. ſi tamen hoc vltimum non iurat, non te-
netur. Item quòd dicet veritatem ſuper articu-
lis, & ſuper tota cauſa. de hoc vide Ange. ff. de pe-
tit. hæred. l. ſi quis hæreditatem, in fin. Si verò
tractatur & inquiritur ſuper ſtatu eccleſię duplex
eſt forma. Prima, quòd iuret dicere veritatem
de his, quæ ſcit & credit in eccleſia reformanda,
exceptis occultis. Secunda eſt, vt iuret, quòd ad
inquiſitionem reſpondet veritatem, & debet iu-
rare aduerſario præſente vel contumace, & tactis
euangelijs, niſi ſit epiſcopus, qui ſolùm debet in-
ſpicere. vide quod habetur in l. ſi iudex. C. de e-
piſc. & cleri. Ad presbyterum & diaconum mit-
tetur domi iuramentum, cùm ſint perſonæ egre-
giæ, vt l.ad perſonas. ff. de iureiuran. Et ſi agitur
cauſa coram iudice laico, iurabit coram epiſco-
po. Item ſi producens eſt pauper, tunc iudex mit-
tet teſtibus iuramentum, vel eis dabit expenſas,
quia tenetur pauperibus prouidere. & licet teſtis
ſit religioſus, non tamen valet eius teſtimonium,
niſi ſit iuratus. An teſtis non iuratus probet? dic
quòd non, vt no. C. de teſti. l. ſolam. † Si teſtis 60
depoſuit non iuratus, & poſtea iurauit, an valeat
eius dictum. ſunt opi. Et tene quòd ſic, ſi eſt bo-
næ famæ, vt in Specu. de teſte. §. ſequitur de teſtiũ
iuramento. † Iurare poteſt de credulitate etiam 61
ille, qui non vidit: ſi tamen indubitanter nouit.
Fallit in teſte, qui debet vidiſſe & præſens fuiſſe
in actu. Inn. in c. cùm cau. am. de iur. calum. ergo
pars, quæ iurat veritatem etiam, non debet inter-
rogari de veritate ſcientiæ. & ſi interrogatur, po-
teſt dicere, ſcio, quia indubitanter noui: ſecus in
teſte, qui debet reddere cauſam per ſenſum cor-
poreum: & ita dicemus geſta ipſo præſente & vi-
dente. vnde dicit text. quòd in teſte requiritur
pręſentia & memoria. ff. de furt. l. qui tabularum.
& l. quidam teſtamento. ff. de condi. inſtit. & C.
de teſti. l. teſtium. † & hoc dictum Inn. do. meus 62
Narbonenſis Cardinalis allegat, quòd ad hoc, vt
eccleſia poſſit arma ſpiritualia & æternalia exer-
cere, ſufficit, quòd habeat iuſtitiam veritatis in-
dubitanter, licet non prohibeat inſtitiam proba-
tam, quia procedit eccleſia vt pars quæ ſufficit,
quo ad fundamentum. † Teſtis, qui iurat dicere 63
puram, & meram veritatem, nihil poteſt addere
vel mutare ſponte ſua. Innoc. in c. cùm dilectus.
de accuſ. adde quòd tunc deponendo per famam
non probat dictum ſuum, quia ille, qui non fuit
in facto, ille non poteſt ſcire veritatem. vnde ſci-
re per famam non eſt ſcire, ſed opinari. vide glo.
not. in l. in bonæfidei. C. de reb. credi. ibi, ſed
quid ſi non interfuiſſet facto ſecundum Bald. ibi
teſtis debet eſſe iuratus. & vbi iudex non poteſt
procedere omiſſa ſolennitate, quia debet conſta-
re de facto, de quo non videtur conſtare, niſi ſit
iuratus, vt eſt glo. in Clem. ſæpè. de verbor. ſig. &
l. filius. ff. de dona. & l. Diuus. ff. de teſtam. mili.
Bal. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cler. † Teſtis, 64
qui iurat, non tactis ſcripturis, poteſt puniri, ſi di-
cat falſum. Bal. in l. falſum. Et an præſumatur,
quòd tetigit? not. in cap. vt circa. de elect. in 6.
† Si teſtis iurauit vna die, & alia die depoſuit, de- 65
bet edi dies depoſitionis, quia licet depoſitio tra-
hatur ad tempus iuramenti: illud eſt verum, niſi
aliud prohibeat, vt ſi eſſet datus terminus ad pro-
bandum vel probatum habendum. Bald. in l. 2.
C. vt lit. penden. † Teſtis poteſt compelli per 66
ordinarium, vt iuret coram eo. Bal. in c. 1. ſi de
inueſti. inter do. & va. lis oria. & ibi ponit, an di-
cta teſtium poſſunt remitti, vt ibi patet. † Si teſtis 67
iurat dicere veritatem ſuper articulis, quatenus
dicit extra, non valet, quòd non iuratus deponit,
vt in l. iureiur. C. de teſti. niſi illud, quod depo-
nit, eſſet de appẽditijs articulorum, vt in auth. de
teſti. §. ſi verò dicatur. ſed vbi iurat dicere verita-

tem ſuper tota cauſa, ſed deponat extra articu-
lum, videlicet. Idem ſi iuraſſet ſimpliciter, quia
iſta diſiunctiua æquipollet vniuerſali, vt l. obli-
gari. ff. de aut. tut. in gloſſ. & plenè per Angel. in
l. ſi qui libertatem. iuxta fin. ff. de peti. hæred. An
teſtis non iuratus probet? dic vt not. C. de teſti. l.
ſolam. Et an ſi tunc dicit falſum puniatur? dic vt
68 no. ff. de ſal. l. ſi quis legatum. † Et an iuramen-
tum teſtis poſsit remitti conſenſu partium? dic
quòd ſic. Glo. eſt no. in l. 1. §. in gloſſ. ſuper verb.
69 valebit. de fer. & no. vt patet. † An autem teſtis
iurans dicere veritatem ſuper principali intelli-
gatur etiam iuraſſe ſuper emergentibus & conne-
70 xis? vide Ang. in l. 2. de iuriſd. om. iudi. † licet
habens terminum probandi faciat iurare teſtes,
infra terminum, non tamen dicitur probaſſe, ſi
non depoſuerunt. ſed probatio eſt in fieri, non in
facto eſſe, quia probatio ſic diffinitur: Probatio
eſt rei dubiæ per argumenta oſtenſio, vt not. C.
de proba. in Rubr. ſed iſti teſtes nihil dixerunt,
ergo nihil probauerunt, quia probatio debet eſſe
certa, & clara. ſed hic nulla fuit, quia nec affirma-
tiua, nec negatiua. Item poteſt eſſe, quòd teſtis
dicat ſe nihil ſcire. non ergo liquet, an ſit proba-
turus, nec quod probabitur, quia de futuris ſu-
mus incerti. ff. de pecu. l. eo tempore. & l. quod
debetur. ff. ad Carb. l. 3. §. duæ cauſæ. & ideo ſi
lex ſine miniſterio hominis aſsignat terminum
ad probandum, debent teſtes iuraſſe & depoſuiſ-
ſe infra terminum, vt in cap. pia. de ſen. excom.
nec ſufficit in termino legali feciſſe quidquid po
tuit. ff. de dolo. l. arbitrio. §. penulti. quia graua-
men legis eſt, à quo non poteſt appellari. Si autem
iudex dat dilationem mitius agitur cum lege in
dilationibus. Sufficit ergo, quòd incumbentia
quis fecerit, id eſt, teſtes produxerit, & iurare fe-
cerit, niſi iudex artaſſet eum ad faciendum depo-
nere teſtes. Dicunt tamen aduocati, quòd ſi eſt
datus terminus ad probandum, ſufficit ſi iuretur,
infra terminum. ſecus ſi ad probatum habendum
quod nil eſt probare, quia idem eſt probare &
probatum habere, vt patet ex defectu probatio-
71 nis. vide ff. de arbit. l. non ex omnibus. † Di-
ctum teſtis trahitur ad tempus iuramẽti, niſi tem-
pore depoſitioois præcluſa ſit via in probando.
Facit quod no. in c. 1. de offi. delega. Bald. in con
cluſ. & vide omninò in noſtro reper. in titu. de
72 dilat. † Teſtis, qui iurat in termino, licet poſtea
deponat, dicitur in termino deponere, vt no. C.
de teſt. l. ſi quando & ſi terminus datus eſt ad de-
ponendum, non ſufficit iurare, infra terminum,
niſi deponat. Quæro, vtrum in iuramento teſtis
requiratur partis citatio. vide ibidem. & vide de
dam. infect. l. damni infect. §. Sabinus. & per Bar.
in conſ. 217. Teſtes non præſumuntur iurati, niſi
per acta appareat de iuramento, licet Notarius di-
cat talis teſtis iuratus. Barto. in l. Theopompus. ff.
de dote præleg. &c.
73 QVANDO † autem teſtes recipiendi ſunt.
Tu dic quòd regulariter poſt lit. conteſt. ante au-
tem recipi non valent. Fallit in multis caſibus, in
quibus recipiuntur lite non conteſta. vel etiam
non inchoata. Primus caſus eſt, ſi timetur de
morte teſtium, vt quia ſunt infirmi vel ſenes. Se-
cundus, ſi timetur de abſentia diuturna. Ter-
tius, ſi agatur de electione confirmanda vel caſ-
ſanda. Quartus, cùm agitur de matrimonio
carnali, & qui conuenitur malitiosè, contumax
eſt. Quintus, cùm de crimine proceditur per
inquiſitionem. Sextus, cùm petitur teſtem ad
æternam rei memoriam examinari. Septimus,
in cauſa appellationis à grauamine interpoſi-
ta, vel in alia cauſa, ſi appellatur contumax eſt.
Octauus, quia in contumaciam actoris ſuos
teſtes produxit lite non conteſta. Ratio, quia
in eius poteſtate non eſt, quando conuenitur.
Nonus, cùm actor nequit agere propter inter-
poſitum iuramentum. Decimus, cùm minori
iudicis officio ab hæreditate abſtineat. Vnde-
cimus, cùm cauſa eſt ſpiritualis, vel in crimine
hæreſis. Duodecimus, vbicunque publicum
commodum offenditur, vt in malo officiali. De-
cimuſtertius, ſecundum quoſdam, ſcilicet dum
agitur de ſtatu & libertate eccleſiæ. Decimuſ-
quartus, cùm reſtitutio in integrum inciden-
ter iudicis officio poſtulatur. Decimuſquintus,
in petitione legali vel fideicommiſ. Decimuſ-
ſextus, cùm agitur finium regundorum. Deci-
muſſeptimus, cùm agitur in Trebellianica reſti-
tutione. Decimuſoctauus, in cauſa hæreſis, nam
poſt mortem quis punitur ſine litis conteſta. De-
cimuſnonus, cùm perſona eſt ſuſpecta. Vigeſi-
mus, cùm agitur cum aliquo poſſeſſore de bene-
ficio eccleſiaſtico obtinendo. Vigeſimuſpri-
mus, in dilapidatione. Vigeſimuſſecundus, in
cauſa purgationis. Vigeſimuſtertius, cùm quis
eſt infra pubertatem, & timetur de variatione.
Vigeſimuſquartus, in cauſa ſubſcriptionis. Vi-
geſimuſquintus, quando iudex ad cautelam te-
ſtes recipit in notorijs. Vigeſimuſſextus, quan-
do quis deficit in purgatione lite non conteſta.
Vigeſimuſſeptimus, in libertate ſecundum quoſ-
dam. Vigeſimuſoctauus, vbi ante lit. conteſt.
aliquid incidenter proponitur & probatur. Vi-
geſimuſnonus, vbicunque aliquid iudicis offi-
cio expeditur, quod intellige de officio deſer-
uiente actioni. Trigeſimus, cùm is, qui poſsidet,
liti ſe offert, quia lis tunc non conteſtatur, & fer-
tur ſententia. Trigeſimuſprimus, in odioſis, in
quibus actori præfigitur terminus, in quo ſi non
veniat, poſtea non auditur. Trigeſimuſſecundus,
in exceptionibus dilatorijs fori. & in quibuſdã
peremptorijs, vt cùm excipitur de re iudicata trãſ
acta, vel finita. Trigeſimuſtertius, cùm impubes
ex Carboniano edicto, & mulier nomine ventris
petit ſe in poſſeſsionem mitti, vel cum reo abſen-
te actor petit ſe mitti in poſſeſsionem bonorum
cauſa cuſtodię. vel cùm queritur, an interſit acto-
ris rem exhiberi. vel quando legatarius petit ſibi
ſatisfieri de legato, & quæritur, an ſit ei relictum
legatum. vel cùm filius petit alimenta, & quæri-
tur, an ſit filius, vel econuersò. vel cùm pignora
capiuntur ex cauſa iudicati, & quæritur, an ſint
condemnati. In prædictis ſi vocatus ſit cõtumax,
poſſunt teſtes recipi, & diffinitiua fieri ſententia.
Trigeſimuſquartus, in omnibus emergentibus
ſecundum quoſdam, & breuiter vbicunq; libel-
lus non admittitur. Et dixit Inn. in c. cùm dile-
ctus.

ctus. de accuſ. quòd publicatis atteſtationibus
poſſunt etiam examinari non ad plenam proba-
tionem, ſed ad iudicium, In matre, quæ teſtifica-
74 tur de ætate filij impuberis. † & etiam infamis,
qui non facit plenam probationem. Ang. in con-
clu. Et quando teſtes actoris vel rei recipiuntur
ante lit. conte. vt quia ſunt ſenes vel infirmi, tunc
non publicantur, ſed conſeruantur. licet aliqui
dixerunt contrarium in teſtibus pro parte rei, ſi
tamen reus adeſt in iudicio, & actor abeſt. tunc
ante lit. cont. etiam recipiuntur & publicantur.
& fertur diſſinitiua. prædicta omnia vera ſiue ci-
uiliter, ſiue criminaliter agatur. de prædictis om
nibus vide in Spe. de teſte. §. nunc tractemus. &
vide Ang. C. de nauſra. libr. 11. in l. de ſubmerſis.
vbi ponit caſus, in quibus etiã examinantur ante
lit. cont. & de materia vide Bar. in l. mortis. ff. de
don. cau. mor. & quod no. idem Ang. in l. 2. C. de
ſer. An in examinatione teſtium, quæ ſit ante lit.
cont. ſufficiat aduerſarium citari ad domnm? vi-
75 de per do. Ang. in Auth. de teſt. §. fi. in fi. † Et ſi
teſtes dicunt ſe nihil ſcire, vel non recordari, poſt
eorum publicationem poſſunt alij ſuper eiſdem
capitulis examinari: nec nocet didicere teſtifica-
te. Iac. de Bel. in c. 1. §. ſi enim circa finẽ in ti. quid
76 ſit inueſtitura. 2. 10. col. Bald. in conclu. † Teſtes
qui examinantur ad æternam rei memoriam co-
ram quo iudice debent examinari. vide per Ang.
ff. de tranſact. l. cùm hi. §. tranſactus. de materia
horum vide in quodam conſilio Fran. Tigrini,
quod habes ſecundum in ordine, & incipit, vt
77 patet. † Teſtes publicati ad æternam rei memo-
riam pro reo non valent eidem, quia ſignificat
quòd ſunt recepti ad finem agendi ſecundum In-
nocent. in cap. ſignificauit. de teſti. ſed certè finis
eſt indiuiſibilis in agendo & defendẽdo. & ideo
valent pariter in vtroque. ff. de iureiurand. l. ſed
& ſi poſſeſſori. §. final. ſaluo iure opponendi con
tra perſonas & dicta cùm extra ordinem ſunt re-
cepti. C. de teſti. l. final. Et no. quòd interdnm
78 petit † recipi teſtes ille, qui non habet actionem,
nec habere ſperat: & tunc teſtes publicantur, vt in
dict. cap. & ff. de teſti. l. cùm rem. & C. de vſur. l.
fin. Interdum petit qui non habet, ſed habere ſpe-
ctat. ita loquitur ff. ad legem Aquil. l. 3. & in l. In
lege Aquilia. ſi deletum. ſed ibi ſpeciale eſt, quia
duo concurrunt, ſcilicet odium delinquentis, &
timor etiam probationum interdum habet actio-
nem, ſed & timor ne pereat ex dilatione legali,
ſic loquitur ff. de Car. l. 3. §. dnæ cauſæ. Inter-
dum hahet non præſenti exercitio, tamen teſtes
ſunt abſuturi, propter quod etiam poſſunt recipi:
& tunc examinantur, ſed non publicantur tunc,
ſed poſtea ſuo tempore infra annum, vt in capit.
quoniam frequenter, vt lit. non conteſt. niſi par-
tes velint ſtatim publicari. Ex publicatione tamẽ
teſtium non oritur actio. ff. de iureiurando. l. ſed
79 & ſi poſſeſſori. §. penultimo † Et an requiratur
citatio perſonalis, cùm teſtes extra ordinem reci-
piantur? no. per Inn. in c. ſignificauit. de teſti. vbi
omnia prædicta dicit in ſubſtantia. Facit ad hoc
vltimũ. ff. de incen. rui. nauſra. l. Pedius. & l. ne-
qult. non tamen citatus eſt ſemper admittendus
ad contradicendum, vt l. 3. §. pen. & ff. de bono.
poſſ. adde quod no. Dy. in l. 3. ff. de dam. infe. &
Io. And. in c. præſumitur ignorãtia. de re. iur. lib.
6. in Mercurialibus. † Adde etiam quod dicit 80
gloſſ. in l. geſta. C. de re iudica. quòd in apertnrã
teſtium non ſit neceſſaria partium citatio. Bar. a-
libi alleg. illam glo. quæ nihil dicit de citatione,
ſed de præſentia tantùm. † Adde etiã, quòd atte- 81
ſtationes non publicatę non faciunt fidem in ali-
quo iudicio, quæ ſunt traſlatæ in publica monu-
menta, vt in dict. l. geſta. & no. in l. 3. ff. quæ in
frau. credi. ſecundum Ricar. Mal. & quæ no. Bar.
in conclu. † Poſſidens poteſt petere examinari 82
teſtes ad perpetuam rei memoriam: ſecus, ſi non
poſſidet. Ang. in l. ſi quis libertatẽ. ff. de pet. hær.
De nvmero † teſtium dico, quòd regula- 83
riter duo ſufficiunt, niſi lege vel canone expreſ-
sè maior numerus requiratur. Nam ſi accuſatur
epiſcopus, cardinalis non conuincitur vel depo-
nitur, niſi ſeptuaginta duobus teſtibus. presbyter
cardinalis cum quadraginta quatuor. diaconus
cardinalis cum viginti ſex. alij clerici Romanæ
eccleſiæ cum ſeptem. de prædictis vide gloſſ. 2. q.
4. c. nulla damna. & in ca. præcedenti. † Si quis 84
vult probare ſolutionem debiti in ſcriptis cõten-
ti, quinq; ſunt neceſſarij: ſed in probatione con-
feſſionis facta ſolutione quinque ſaltem non ro-
gati ſunt neceſſarij, ſed duo rogati ſufficiunt, vt
no. C. de teſti. Auth. rogati. in cõtractu exceden-
te libram auri. Auth. ſed nouo iure. In codicillis
autem ſunt neceſſarij quinque. In donatione cau-
ſa mortis ſimiliter quinque. In teſtamento ſeptẽ.
Sed ſi fit in ſcriptis, & teſtator neſcit ſcribere, o-
cto. ſecus in codicillis, & teſtamento ad pias cau-
ſas, vbi duo ſufficiunt. Item inter filios & nepo-
tes. Item & in villis & municipibus vbi eſt homi-
num raritas, ſufficiunt quinque. Item in reuocan-
do prius teſtamentum ſufficiunt tres. C. de teſt. l.
ſancimus. In teſtamento enim mllitis duo. In te-
ſtamento condito coram principe precibus ſibi
oblatis, in quo nullus requiritur teſtis. In purga-
tione diaconi tres. In purgatione epiſcopi duo-
decim. In depoſitione pecuniæ, vel alterius rei,
vel alicuius contractus, ſi depoſitum excedit li-
bram auri, requiruntur tres teſtes idonei & fide
digni. In Interruptione præſcriptionis requirun-
tur tantùm tres. In renunciatione Velleiani tres.
In confectione inuentarij loco abſentium quos
res tangit tres. In comparatione chirographi non
publici tres requiruntur. Item in promouendo
inter agentes in rebus tres. C. de proxi. ſacr. l. vni-
cuiq;, circa prin. lib. 12. Item in inſpectione priui-
legiorum debet quis eſſe contentus numero 12. In
diuortio requiruntur ſex teſtes. Item quandoq;
requiruntur 10. C. de ero. mili. anno. l. 1. §. hæc ve
rò, lib. 12. Item cùm per epiſtolam datur libertas
vel inter amicos & amicas patet ſatis. Tres obſte-
trices vocantur ad ventrem inſpiciendum, tamẽ
duæ probant. Ad oſtium cameræ, in qua mulier
ſub cuſtodia eſt paritura, decẽ. Item tempore par-
tus decem liberæ, & ſex ancillæ in conclaui adhi-
bẽtur. Quot teſtes videlicet obtineat inſtrumen-
tum? vide ff. de teſta. l. hæredes palam. in princip.
Quot teſtes requirantur in voluntate declarante,
vide d. l. hęredes palam. Quot teſtibus ſit creden

dum. vide gloſſ. 2. q. 4. in ſumma. Quot teſtes re-
quirantur ad confirmandum vel probandum iu-
dicium noſtræ voluntatis contra me. vide Bar. in
l. 1. ff. de leg. 3. Quot requirantur ad probandum
errorem? dic, quòd ſi quæritur de errore, ſolen-
nitatis requiruntur duo, ſi voluntatis, requirun-
tur tot, quot requiruntur ad actum, de quo quæ-
ritur. de quo vide in l. cùm proponebatur. in glo.
& ibi no. ff. de leg. 2. iuncta l. hæredes palam. ff.
de teſta.

85 Sed an † credatur teſtimonio vnius. Reſpon
deo regulariter quòd non, etiamſi præſidali ful-
geat dignitate, quia vox vnius vox nullius. Fallit
in quibuſdam caſibus, in quibus creditur dicto
vnius. Et primò, ſi quis reuocationem mandati
probat per vnum teſtem cum eius ſacramento.
Secundus caſus eſt, quando ſolus tabellio, ſi du-
bitatur, facit inſtrumentum publicum. Tertius,
quia ſtatur iuramento creditoris tantùm ſuper
eo quod ſuperfluum eſt in precio rei venditæ.
Quartus, quia ſtatur vnius teſtimonio, cùm teſta-
tor ita præcipiat. Quintus, quando quis habuit
probabilem cauſam ignorantiæ. Sextus, quia cre-
ditur dicto vnius abbatis, qui infra menſem ante
miſſarum ſolennitatem exercuit. 8. diſt. c. tanto.
Septimus, creditur vni extra iudicium tanquam
ſocio. Octauus eſt, quòd creditur vni quandoq;
cum iuramento principalis. Nonus, vbi nulli fit
præiudicium, puta cùm dubitatur, an quis ſit
baptizatus, vel eccleſia ſit conſecrata. Decimus,
cùm dubitatur. Vndecimus, propter dictum v-
nius ſigillum in teſtamento appoſitum redditur
dubium. l. 1. §. fin. quemadmo. teſta. ape. Duode-
cimus, in terminis appoſitis ſtatur determinatio-
ni venditoris. Decimuſtertius, vnus impedit ma-
trimonium contrahendum. Decimuſquartus,
vnus facit iudici purgationem. Decimuſquin-
tus, quia creditur dicto vnius, cùm ſibi fertur iu-
ramentum. Decimuſſextus, creditur ſacerdoti di-
centi aliquem pœnituiſſe. Decimuſſeptimus, cre-
ditur vni tanquam propter eius fidem indubita-
tam. Decimuſoctauus, creditur executori, dicen-
ti ſe citaſſe vel denunciaſſe. Decimuſnonus, cre-
ditur Cardinali, vel alij excellenti, aſſerenti ſe
habere legatum. de hoc per Io. An. in Clem. 1. de
proba, & in ſuo tractatu, quem ipſe fecit de teſti-
bus. Vigeſimus caſus eſt, quia creditur vni reue-
lanti inſidias factas principi. 29. diſtinct. ſi quis
Papa. 3. q. 1. quicunque. Vigeſimuſprimus, credi-
ditur ſoli epiſcopo, ſed hodie corrigitur. Vigeſi-
muſſecundus caſus eſt, vnus teſtis inducit præ-
ſumptionem. Vigeſimuſtertius, creditur vni de
conſenſu partium. Vigeſimuſquartus, quia cre-
ditur vni teſti cũ fama. Vigeſimuſquintus, vnus
proficit, ſed non ſufficit, vt in milite ab hoſtibus
miſſo, cuius aſſertioni creditur ſuffragantibus
meritis prioris vitæ. Vigeſimuſſextus, ſtatur iura-
mento violentiam paſsi de quantitate rerum. Vi-
geſimuſſeptimus, creditur iuramẽto alicuius con
tra factum aduerſarij. Vigeſimuſoctauus, in cau-
ſa denunciationis creditur vni teſti. Vigeſimuſ-
nonus, vnus teſtis facit ſemiplenam probationẽ.
86 † Quid ſi quis vult producere 40 teſtes, & iudex
non vult recipere niſi viginti, an poterit appella-
re? & videtur quòd ſic. vide de prædictis omni-
bus in Spec. de teſte. §. reſtat de numero. & vide
glo. in c. tanta. 77. diſt. & patet vlterius ibi. An di-
ctũ vnius teſtis cum alijs indicijs faciat ſemiple-
nam probationem? vide Bar. in l. 1. §. idem. ff. de
quæſt. An credatur teſtimonio vnius? vide gl. de
conſe. diſt. 4. c. placuit. & c. cùm itaq;. & 4. q. 3. §.
vnius verò. in gl. ſuper dicto ver. vnus teſtis facit
ſemiplenam ꝓbationem, vt l. in bonæ fidei. C. de
reb. cre. in quo dic aut partes conſentiunt in per-
ſonam. & tunc probat plenè, aut in perſonam tan-
tùm. & tunc ſemiplenè, quia licitũ eſt eius dictum
infringere. l. ſi quis. C. eo. totam iſtam materiam
limitat Bal. in d. l. In bonæ fidei. per dictum Inn.
nam vnus ſemiplenè probat, quando depoſitio
concernit prẹiudicium alicuius, ſed plenè & per-
fectè probat, quando depoſitio non concernit a-
licuius præiudicium. ita no. Inn. in c. 1. de ſepul.
quod eſt no. dignum. Ang. in conclu. An valeat
pactum, vt credatur vni teſti. vide Ang. ff. de pact.
l. pactum. † Quæro, an tabellio, qui publicum 88
confecit inſtrumentum, connumeratur in nume-
ro teſtium. Dic quòd non, ne fungatur duplici
officio. arg. ff. de aſſeſ. l. fi. & l. hac conſultiſsima.
C. de teſta. & hoc vbi extra numerum teſtium re-
quiritur tabellio. Si verò quæratur de ſcriptura,
quæ non probat niſi quis vtatur etiã teſtium pro-
ductione, tunc tabellio habetur pro vno teſte, vt
l. Domitius Labeo. ff. de teſta. Iac. de Are. dicit,
quia non ſcribit vt perſona publica, vel ſcriptura
illa non fit ad probandum, ſed ad ſolennitatem.
Non ob. l. ſi quis decurio, quia nõ examinatur vt
teſtis ſuper negocio, licet ſuper ſcriptura an ſcri-
pſerit, ſed quæritur an ſit vera, non autẽ eſt teſtis.
vel dic quòd quantum ad ſolennitatẽ ſcripturæ,
& quantum ad veritatẽ negocij creditur tabellio-
ni, ſed de ſolennitate negocij non, niſi ſit inſtru-
mentum ſolenne. vbi adſit debitus numerus te-
ſtium, ſed vox non ſcriptura neutrum afficit. Ad
d. l. Domitius. dic quòd ibi nõ erat tabellio, nec
requiritur ibi ſecundum And. de Piſis. Aliquan-
do nulla fit ſcriptura, & tunc tabellio nõ venit in
forma tabellionis, & ideo eſt optimus teſtis. quod
patet, quòd in ore duorum videtur ſtare inſtru-
mentũ, non trium, ex quo tabellio nõ computa-
tur. Facit ad not. in §. item verborũ. Inſti. de ver-
bo. obl. Aliquãdo quis vult aſſumere ſolam pro-
bationem ex ſcriptura, aliquando ſolùm ex teſti-
bus, aliquando ex vtroque. primo & tertio non
computantur, in ſecundo ſic. Bal. in ſuis conclu.

Qualiter teſtes † ſunt examinandi. 89
Spec. in titu. de teſte. §. nunc tractandum eſt. po-
nit practicam & formam, an poſsit examinari in
eccleſia. vide C. de ſacroſ. eccle. l. nemo apoſtata.
Teſtes, qui non ſunt latini, qualiter examinabun
tur per notarium latinum, qui eos non intelligit.
Bar. in l. 1. §. fi. ff. de verbo. obli. dicit quòd debẽt
adhiberi duo interpretes, ſi poteſt, vt in cap. quo-
niam cõtra falſam. extra de proba. vel vnum tan-
tùm, ſi plures reperiri non poſſunt, vt in Auth. de
non alie. §. qui autẽ. & facit l. cõparationes. C. de
fide inſtru. & ſcribat notarius primò ſic: Talis te-
ſtis iuratus & examinatus ſuper dictis articulis li-
bi lectis & vulgarizatis per dictum iudicẽ, & me

Nota-

Notarium declaratis & interpretatis per talé in-
terpretem ipſi teſti, ibidem dixit & reſpondit in
ſermone theutonico & interpretato & declarato
per talem vel tales interpretes dicto iudici & mi
hi notari. Ange. in concluſ. Sed quid ſi duo te-
ſtes deponant, vnus Latinè, alius Græcè. Reſpon-
deo, valet eorum depoſitio, ſi idem dicunt. argu.
l. blanditus. C. de fideiuſ. Defectus ergo locutio-
nis teſtimonium non vitiat. 16. quæſt. 7. ca. & hoc
diximus. in glo. ſic cognoſces. Sed quid ſi dubite-
tur de examinatione, vide in Specu. vbi ſuprà. &
quod no. C. in l. nullum. Teſtes debent recipi ſe-
cretè, & debent deponere de his, quæ percipiun-
tur ſenſu corporeo, non de his, quæ percipiuntur
iudicio intellectus, vt no. C. de teſti. l. teſtiũ. &
90 Innocen. eo. tit. cùm cauſam. † An poterit teſtis
dictũ ſuum dare iudici in ſcriptis? dic quòd non.
3. quæſt. 7. teſtes. & facit cap. ſi quis. de elect. in 6.
nam iudex debet audire, qua fronte, qua trepida-
tione loquatur, vt l. de minore. §. per torméta. ff.
de quæſtio. & no. Innocen. in c. quoniam contra
falſam. de proba. quæ tamen ratio non concludit
in ciuili, ſed criminali, cùm in ciuili iudex exa-
minationé teſtium poſsit alij committere. vnde
vbi eſt diuerſa ratio ſcripturæ & viuæ vocis, non
producit eundem effectum litera, & viua vox. in
his verò ſecùs, quia idem eſt effectus exprimere
per literas & per nunciũ, & ſic per viuam vocem,
vt in l. conſenſu. ff. de actio. & obli. quod no. in
c. decernimus. de ſen. excom. Ang. in concluſ. &
vide quod nota. Inſtitu. de teſtam. §. teſtes. & not.
91 vlterius. † Teſtes non debent examinari ſuper
articulo, ſuper quo non ſunt inducti. l. ſi duo pa
troni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. per glo. &
Doct. ibi. Item nec debent iurare niſi de eo, ſu-
per quo ſunt inducti, niſi in caſibus, quibus iu-
dex poteſt ex officio examinare, vt. ff. de condi.
92 ob tur. cau. l. 3. §. ſi tibi iudicium. Non † tamen
dicitur deponere extra articulum, ſi deponit ſu-
per dependentibus & connexis, vel ſuper conco-
mitantijs, vt ſuper loco & tempore. dic vt ibi no.
Inno. de teſti. c. per tuas. & in Spec. eod. titu. §. ſe-
93 quitur. ver. ſed illud. † Articulus tamen nó eſt
de ſubſtantia probationis, quia valet dictũ teſtis,
quod deponit ſuper libello, ſi articuli non ſunt
formati, vt not. Archi. in c. præſentium. de teſti.
94 lib. 6. † Sed quid ſi teſtis deponit verum in arti-
culo, extra tamen articulum deponit falſum. an
vitietur dictũ? Dic quòd non, quia non eſt periu-
rus, cùm extra articulum deponat non iuratus. &
vide per Inno. in cap. fraternitatis. de hære. & per
Cy. in l. 1. C. de ſepul. viol. & per Iac. But. in l.
95 Lucius. ff. de infami. Ang. in conclu. † Licet
teſtis coram iudice vel extra iudiciũ dicat ſe non
interfuiſſe, tamen iudex ex iuriſdictione, quam
habet in teſtem, cogit illum ad deponendũ veri-
taté, & ſtatur depoſiti. 10. col. quid ſit inueſti. c. 1.
licet Bar. videatur dicere contrariũ in l. eos. ff. de
96 falſ. † Item teſtes nó poſſunt inuiti compelli ad
teſtimonium, puta ex forma ſtatuti vel legis, vt
ſunt illæ perſonæ, quæ enumerantur in l. 4. §. le-
gis. & l. ſeq. ff. de teſti. Si deponunt volentes, de-
bet redigi in ſcriptis, quòd voluntariè deponunt,
arg. Auth. presbyteros. C. de epiſc. & cleri. ibi in
ſcriptis declarauit, aliàs ſi non fieret, præſu-
merentur inuiti deponere illi, qui obſequuntur
imperio Magiſtratus. ff. de regul. iur. l. non dici-
tur. §. 1. & optimè probatur per text. d. Authenti.
Ange. in concluſ. & Bar. per Bal. in d. Auth. licet
teſtes debeant deponere pro vtraque parte. C. de
epiſc. & cler. Auth. ſi iudex. Item periurare pro
vtraq; parte, vt l. is apud quem. C. de eden. in gl.
& C. de hære. l. quoniam. in fin. & C. de quæſtio.
l. interrogari. ff. de proba. l. cùm probatio. Cùm
† tamen ad teſtes mittuntur, puta, quia ſunt per- 97
ſonæ egregiæ, debet fieri expenſis producentis, vt
in c. mulieres. de iudi. lib. 6. Similiter cùm teſtis
venit ad iudicem de longinquo. 4. quæſt. 3. §. ven
turus. & c. ſtatutum. §. proferendo. & ibi gloſ. no-
ta. de reſcriptis. libro ſexto. Ange. in concluſio.
† Teſtium dicta debent ſcribi, aliàs nó valet ſen- 98
tentia. nec dicta per iudicem & notarium probat
Bal. in l. prolatam. C. de ſenten. & patet. † Teſtes 99
debent examinari ſuper interrogatorijs. & ſi non
reſponderunt ſecundum ea, quæ ibi articulantur,
non proderunt producenti. & ideo pars ſit cauta,
quòd ante interrogationem petat interrogatoria
redigi in actis, & copia ſibi fieri, vt ſic videri poſ-
ſit, an ſint examinati ſecundum interrogatoria.
de teſtibus. c. cùm cauſam. ſuper glo. de cauſis. in
Nouella. An autem interrogatoria poſsint emen-
dari? vide Baldum. in l. edita. C. de eden. Teſtes,
qui non interrogantur ſecundum formam inter-
rogatorij, habentur pro non receptis. Bar. in ſuo
conſi. 188. quod incipit, ſtatuto Caſtri. & in c. præ-
ſentium. §. teſtes. de teſtibus. in gloſſ. quæ inci-
pit, interrogatoria, in 6. ſuper qua conſuluit. Io.
Andr. in Nouella, quòd potius fiunt ſuperflua,
quàm omittantur neceſſaria. Et eſt vtile, quia ſi
dolo, vel malitia, vel negligentia omiſerit inter-
rogare, repetuntur poſt publicationem. Sed ſi nó
fuerint facta interrogatoria, iudex ex ſuo officio
faciat illa, de quibus in c. cùm cauſam. de teſtib.
Et an valeat dictum teſtis non interrogati de cau
ſa ſcientiæ, vide in Nouella in d. c. præſentium.
Ang. in concluſ. ſuis. † Teſtimonia iudiciaria 100
dicuntur duobus modis. Primo, quando de ne-
gocio, de quo non agitur, non fuerunt teſtes à
principio adhibiti, ſed modò producuntur teſtes
à principio adhibiti, vt, quia eſt factum furtum
vel iniuria. Alio modo, quando teſtes teſtifican-
tur de his, quæ fuerũt in iudicio. puta litem fuiſ-
ſe conteſtatam, ſententiam eſſe latam. Cyn. in l.
quoniam. C. de hære. † Teſtes ſeniores præ- 101
feruntur iunioribus. ff. ſi certum petatur. l. cùm
quid. in gl. quod eſt verum in dubio. ſecùs ſi con
ſtet de minoribus, quia ætati præferuntur, vt in
Auth. de mona. §. fi. & facit ff. de fide inſtru. l. fi.
& l. nulli. ff. quod cuiuſq; vni. nomi. ff. de libe. &
poſthu. l. Gallus. in 1. gloſſ. & per Innoc. in c. 1. de
maio. & obe. vt patet. † Inſtruere teſtes, qui in- 102
terſuerunt negocio, vt plenè & apertè verba di-
cant, nó eſt peccatum. Et ſi interrogentur, an fue-
rint inſtructi, & dicant quòd non dicunt falſum,
non ſunt periuri, quia intelligitur de illicita
inſtructione. Bal. in l. fi. C. ſi ex fal. inſtru. & in
Auth. qui ſemel. C. de probatio. & per Gof. in ti.
de ſenten. Sed an valeat teſtimoniũ, ſi teſtes inui-

cem ſe inſtruunt? vide quod no. Inſti. de teſt. §.
103 teſtes autem. † Teſtes ſuſpecti debent interro-
gari de circumſtantijs. Angel. in cor. de teſti. §. vt
104 liceat. † Teſti ſurrogato ad actum inchoatum
loco alterius teſtis, cui aliquis caſus cõtingit de-
bent narrari omnia antè geſta, & ipſe debet inter-
rogare alios teſtes, vtrum ſint geſta in eorũ præ-
ſentia, & diſponere, vtrum ſic diſpoſuerit, & poſt
reſponſionem affirmatiuam, actus debet cõſum-
mari, vt no. C. de teſtam. l. cùm antiquitas. & vi-
de glo. in l. caſus. C. eod. licet aliàs in teſtamentis
teſtium ſolennitas ſit indiuidua, vt ff. de teſta. l.
qui teſtamento. §. fi. & l. hæredes palàm. §. fin. Et
debent audire & videre teſtatorem, aliàs non va-
let teſtamentum. C. de teſt. l. ſi non ſpeciali. An
autem poſsit quis de facto ſuo teſtificari? vide In-
noc. in c. non ſine. de arbit. & l. deferre. §. 1. ff. de
105 iure fiſci & ibi eſt tex. no. † Item non poteſt quis
deponere in cauſa, de qua ſentit commodum. C.
de teſtib. l. omnib. Fallit, ſi non ſentit principali-
ter, ſed per quandam conſequentiam. de teſti. l.
dictantibus. ff. de teſta. l. qui teſtamento. in prin.
Inſti. eo. tit. §. ſed nec legatarij. Vel dic quòd ſiue
principaliter, ſiue incidenter ſentiat cõmodum,
dummodò neceſſarium non admittitur, vt d. l.
omnibus. ſecùs, ſi potentioribus, vt quia depen-
det ex voluntate alterius, vt d. l. dictantibus. & l.
qui teſtamento. §. legatarij. nam in dictis iuribus
dependet ex voluntate alterius, ſcilicet hæredis
iterum ſciuerit commodum. nam licet hæres de-
claret teſtamentum aliquod, tamen poteſt eſſe,
quòd non adiuit hæreditatem, nec donec inſpi-
ciatur de viribus teſtamenti poteſt adiri hæredi-
tas, vt no. ff. de acquir. hæred. l. is qui. & l. ſi is ad
quem. Et cùm quis interrogatur de facto ſuo di-
citur reſponſum non teſtimonium. 4. q. 3. §. item
ſecundum. in glo. & vide Bar. in conſ. 209. aut te-
ſtamentum eſt factum in ſcriptis, & poterit lega-
tarius teſtificari, quia nõ deponit de veritate, ſed
de ſolennitate. ſic intelligitur. l. qui teſtamento.
& §. legatarius. Aut eſt nuncupatiuum, & tunc,
cùm non habeat deponere de veritate, nõ admit-
titur. ff. de teſtibus. l. nullus. legatum tamen benè
valet de ſe, ſi poſsit probari: ſi verò non poſsit
106 probari, non deficit ius, ſed probatio † Teſtes
repeti interdum poſſunt, de quo vide ff. de quæ-
ſtio. l. repeti. & per Angelum in cor. de teſtibus.
§. licet. In iudicio ordinario poteſt iudex ex of-
ficio ſuo poſt publicationem teſtium illos repe-
tere, vt declarent, non vt addant. Bar. in conſil.
188. Teſtes in diuerſis inſtantijs poſt didicita te-
ſtificata ſuper eodem facto poſſunt repeti. An-
107 gel. ff. de furtis. l. quidam tabularum. † Damna-
re vel corrigere, vel interpretari dictum ſuum an
poſsit teſtis. vide omninò Specu. de teſte. in prin
cipio. verſic. item quòd teſtis obſcurè, per Odo-
fredum. C. de teſti. l. ſi quando, ad finem. gloſſ.
final. Et non poſſunt variare, & dicere alio mo-
do, vt in l. quidquid aſtringendæ. ff. de verbor.
obliga. per gloſſ. & Bar. Aduertendum tamen ſe-
cundum eum, quòd teſtis incontinẽti antequam
primum dictum habeatur pro perfecto & com-
pleto nihil declarare poteſt, quia nõ videtur de-
poſuiſſe. C. de fid. inſtru. l. contractus. facit quod
no. Specu. de teſte. §. 1. ver. quid ſi dicit. & vide
ff. de adulte. l. ſi poſtulauerit. §. iubet. † Sed nun- 108
quid iudex, poſtquàm eſt concluſum in cauſa, po
terit iterato teſtes interrogare? vide per do. Dy.
in Auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iu-
dex † Quando quis fungitur officio teſtis & of- 109
ficialis, etiam ex interuallo poterit dictum ſuum
corrigere: ſecùs, ſi teſtis tantùm. Ange. in conclu.
& in conſilio 17. † An ſtatur primo vel ſecundo 110
dicto, quando teſtis variat. vide Bar. in l. eos. ff.
de fal. & Bal. in c. 1. §. ſi enim. quid ſit inueſtitu-
ra. Et ſi primò dixit, ſe non recordari, ſecundò
dixit ſe recordari, ſtatur ſecundo dicto. Angel.
ff. de furt. l. quidam tabularum. Quid ſi teſtis di-
xit vnum extra iudicium, & aliud in iudicio, cui
dicto ſtabitur. & an punietur de falſo. dicã infrà
in materia falſorum teſtium. & vide gl. in c. cùm
cauſam. de teſtib. & dixi ſuprà, in §. ſi teſtes citati
non veniunt. † Si teſtis dixerit, ſic immò ſic, ſta- 111
tur vltimo dicto, & valet. ff. de hæredi. inſtit. l. ſi
ita. Teſtis, qui dixit heri, non credo vel neſcio.
poteſt hodie dicere, ſcio vel credo. Bal. in c. 1. §.
notandum. in tit. quot ſunt teſtes neceſ. 10. colla.
Item ſi dixit ſe neſcire, & ſi poſtea examinatus di-
cat ſe ſcire, quia melius recordatur nunc, quàm
tunc, valet dictum ſuum. quod eſt verum, ſi an-
tequam locutus ſit cum parte, ſecundò examina-
tur. aliàs ſecus, vt not. in d. Auth. de teſti. §. quia
verò. † Teſtis examinatus in iudicio depoſuit 112
ambiguè de ſuo, & non dicit de quo, nunquid
interpretari poterit de quo? diſtingue, vt no. di-
xit tex. & ibi per Barto. in l. inter ſtipulantem. §.
ſi Stichum. ff. de verborum oblig. Aut in iudicio
oritur dubitatio circa verba, & tunc aut ſunt pro-
lata ab aliqua perſona, & inducunt principaliter
ſuſtentationem, aut ſunt prolata à quodam alio.
Si ab vno, ab his ſemper interpretatur pro eo, vt
d. §. ſi Stichum. & in l. ſi quis intẽtione ambigua.
ff. de iudi. ſiue ſit actor ſiue reus. & per Dy. & gl.
in c. contra eum. de regul. iur. lib. 6. Quandoque
verba ſunt prolata ab alio quàm ex litigatoribus,
vt in teſtamento. vel defunctus eſt aliquis, qui
protulit verba ſucceſsionem habentia, & tunc aut
vis facere interpretationẽ cauſa euitandi aliquam
contrarietatem, vt eſt caſus in c. cùm tu. de teſti.
& in prima conſtitutione Codicis, in §. quibus.
aut non vis facere aliquam interpretationem cau
ſa euitandi aliquam contrarietatem, ſed vt proſit
alij, vel propter aliquam aliam cauſam, & non po
teſt fieri. Sed illud verbum dubium non valet, vt
in c. in præſentia. de proba. & in gloſſ. d. §. ſi Sti-
chum. & in l. Pomponius ſcribit ſi frumentum.
in fin. ff. de rei ven. Aut inſurgit dubietas circa a-
liud quàm circa verba. & tunc aut loquimur in
his, quæ pertinent ad litis ordinationem, & tunc
ſi actor inſtat, & in proſequendo fauetur actori,
vt in l. de die. in prin. ff. qui ſatiſda. cog. Si verò
non inſtat, & tunc debet faueri reo, vt l. ſi ea quæ.
C. qui accuſa. non poſ. & l. properandum. §. & ſi
quidem. C. de iu. Aut in his quę pertinent ad litis
deciſionem, & tunc ſit interpretatio pro libera-
tione, vt l. Arrianus. ff. de act. & l. legatum. ff. de
manumiſ. vnde dicit Bar. in d. §. ſi Stichũ. quòd
intentio dubia debet declarari probationibus.
nam

nam ſi probatio fuerit dubia, eſſet interpretatio
contra eum, vt dictum eſt, licet enim poſſet dice-
re, ſic intellexi in libello, non tamen poteſt dice-
re, ſic intellexit teſtis. & ſic debet intelligi iſtud
dictum Ang. in concluſ. licet enim in dubio in-
terpretatio atteſtationum fiat contra producen-
tem, vt extrà de proba. c. in præſentia. tamē quan-
do dicta teſtiū poſſunt coadiuuari, & ſecundum
interpretationem legis concordari, & conteſtes
dici debet hoc fieri, vt no. Inno. in c. Cumana in
fin. de elect. & in c. dudum eccle. §. 1. eod. titu. fa-
cit l. de ætate. ff. de probatio.
113 Testes magis † idonei requiruntur in cri
minalibus, q̃ in ciuilibus, vt hic in c. 1. de teſt. in 6.
ócōrdat c. teſtimoniū. eo. tit. Nā in criminalibus
ꝓbationes apertiſsimè requirūtur. 5. q. 6. Epipha-
nium 2. q. 8. ſciant. ſtrictius eſt agendum, vbi agi-
tur de ſalute hominis. C. de appella. l. addictos.
Hinc eſt quòd in cauſa criminali etiam ciuiliter
mota propter bonam præſumptionē, quam actor
habet pro ſe, non eſt iuramentum deferendum in
ſupplementum probationis: ſecus in ciuili, vt eſt
gloſſ. no. in cap. in literis. de teſti. & no. Bar. in l.
maritus. ff. de quæſtio. & facit ad hoc quod not.
in c. veniens. el. 1. de teſti. vbi dicitur, quòd vnus
teſtis cum fama in criminalibus non ſufficit. Item
magis exacta probatio requiritur, cùm agitur de
crimine criminaliter, quàm ciuiliter, vt in dicto
cap. 1. de teſti. Accedit enim cauſa criminalis ci-
uiliter mota ad materiam cauſæ ciuilis quo ad ali-
qua. de procura. c. tuæ. & quod not. extrà de iudi.
cap. at ſi clerici. in gloſſ. Quando autem de cri-
mine dicatur agi ciuiliter, & quando criminali-
ter. dic vt no. in l. minori. ff. de priua. delict. per
Bar. & Innoc. in c. qualiter. & quando. de accu. &
114 Ang. in conclu. † Teſtes in cauſa criminali ſub-
ijciuntur tormentis. C. de fide inſtrumen. Auth.
apud eloquentiſsimum. & ſic videtur argumen.
à contrario ſenſu, quòd in ciuilibus non ſit locus
torturæ. quod limita ſecundum Bal. eſſe verum,
ſi teſtes ſint poſiti in dignitate, tunc ſi non eſt vi-
lis conditionis, non torquetur in cauſa ciuili, vt
l. Diuus. ff. de quæſt. niſi inueniatur vacillare, vt
l. ex libero. eod. titu. in gloſſ. teſtes. Teſtes autem
viles torquētur in tribus caſibus, ſcilicet in duo-
bus ſupradictis, cùm feſtinant teſtimonium ferre.
vide Bal. in d. Auth. Item teſtis vacillans in cau-
ſa ciuili poteſt torqueri. Ange. in l. quoties. C. de
naufra. libr. 11. Ad torquendum teſtes requirun-
tur eadem indicia, quę in reo. Bald. in l. ſi vnus. §.
teſtes. ff. de quęſtio. In cauſa inquiſitionis an poſ-
ſunt teſtes examinari parte non citata? vide Ang.
in l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. libr. 10. Teſtis in
cauſa inquiſitionis nō debet deponere de occul-
tis, ſed de illis vbi clamor aliquis præceſsit. Et ſi
de occultis deponit, non eſt propter hoc reus pu-
niendus. de accu. c. qualiter. el. 1. in gloſſ. penult.
& in c. accedens. Vacillantes in teſtimonio poſ-
ſunt torqueri pro veritate eruenda. in Spec. de te-
ſte. §. nunc tractandum. ver. cōſiderare etiam de-
115 bet. † Et quando teſtis vacillat, debet Notarius
de mandato iudicis hoc ſcribere ſecundum Inn.
in c. quoniam contra. de proba. Idem ſi trepidant
vel mutant colorem in facie, quia omnia iſta in-
dicia ſunt ſigna falſi teſtimonij. hoc tamen totum
relinquitur arbitrio iudicis inquirēdum ex alijs
coniecturis, nō ex ſolo pallore vel trepidatione,
vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſti. Contra
teſtes, qui ex forma ſtatuti non poſſunt reproba-
ri, non poteſt inquiri. in conſil. 7. quod incipit,
dixit Oldra. † quòd euaſit accuſatus, contra quē 116
erat probatum maleficium per teſtes de viſu de
nocte, probando quòd illa nocte non fuit lumen
Lunæ, & ideo non poterant vidiſſe. & ſic fuerunt
reprobati naturali ratione ſecundum Bal. in c. 1.
§. porrò. in prin. quæ fuerit prima cauſa benefi. a-
mit. Bald. in conclu. an † teſtis, qui dicit, cogno-
ui occidentem, ſed nō occiſum, probet? dic quòd 117
ſi in inquiſitione fit mentio de certo occiſo, non
probat. aliàs, ſic 2. q. 8. libellorum. Bal. C. qui ac-
cuſa. non poſ. l. data opera. Sed quid ſi dicat, co-
gnoſco perſonam malefactoris, ſed neſcio eius no
men? vide Ange. ff. ſi ex noxa. cauſa agatur. l. 1.
† Qualiter teſtes de adulterio probent? vide An- 118
ge. ff. de adul. l. quod ait. Pone Titius accuſatur
de inceſtu, duo teſtes probant coniunctionē car-
nalem non conſanguinitatem tantùm, quæritur,
an ſit probatum maleficium, in quo requiritur
vtrunque coniunctim probari? veritas eſt, quòd
facta eſt probatio ex communicatione capitulo-
rum, & teſtium. caſus in ratione ſui eſt in l. Gal-
lus. §. ille caſus. ff. de libe. & poſthum. & gloſſ. in
decre. ſecundum Bal. qui ponit iſtam quæſtionē
in dicto §. ille caſus. in 2. col. vbi omninò vide.
† Et ſubſequenter ponit argumentum, quòd ſi 119
vnus teſtis probat veritatē. Ipſe idem & alius pro-
bat famam, quòd cum iſtis his probationibus ſit
efficax probatio facta in cauſa ciuili. per glo. quæ
eſt in l. 3. §. Diuus. ff. de teſti.

SVMMARIVM.

120 *Teſtium publicatio qualiter fiat, & in ſcriptis rediga-tur.*

121 *Publicatio teſtium peti non poteſt ab eo, qui eos nō produxit.*

Publicatio teſtium ſi omittatur, iudiciū tamen valet.

122 *Publicatione facta poteſt contra teſtes conſenſu partium opponi.*

Iudici an neceſſe ſit, quòd pronunciet dicta teſtiū valere, & eis fidem adhibendam. remiſsiuè.

123 *Publicatis teſtibus, quibus caſibus poſt didicita teſtificata poſſint teſtes produci ponuntur decem nouem caſus.*

124 *Teſtes poſt didicita teſtificata non poſſunt ſuper eiſdem articulis examinari, ſuper alijs ſic.*

125 *Teſtes ſi rectè culpa iudicis non fuerunt examinati, publicato proceſſu, poſſunt iterato examinari.*

126 *Teſtes etiam de voluntate partium poſt didicita teſtificata non admittuntur.*

Teſtes vtriuſque partis quando ſunt examinati alij non, vel ex ordine dato à iudice, vel partium poſſunt poſt didicita teſtificata produci.

127 *Teſtes examinantur poſt didicita teſtificata, quando primi dixerunt nil ſcire, vel non recordari.*

128 *Teſtes publicato proceſſu, poſſunt admitti ad probandam exceptionem, ſi terminus ſtatutus ad probandum ſit lapſus.*

129 Teſtes, vt probent neceſſariò concludere debent, & dicti ſui concludentem rationem aſsignare.

Teſtes dicentes aliquid eſſe rerum qualiter intelligantur, remiſsiuè.

130 Teſtis rationē reddere debet, per eum ſenſum, de quo percipitur id, de quo teſtificatur.

131 Senſus, viſus quomodo pro omni ſenſu corporeo accipiatur.

132 Viſus propriè, & ſtrictè eſt actus videntis oculo corporali & intellectuali.

133 Poſſeſsio per viſum probatur.

134 Teſtis deponens aliquem dominum, quia vidit, non probat.

135 Teſtis deponens ſuper his, quæ percipiuntur iudicio intellectus, niſi rationem dicti reddat, non probat.

136 Teſtis bona ratio facit dictum bonum, & mala malum, & dictum adaptatur ad quod ratio.

137 Teſtis à iudice interrogari debet de cauſa ſcientiæ, & ſi iudex eum non interrogat, præſumitur in eum malitia. De circumſtantijs non poteſt interrogari.

138 Teſtis ſemel reddens cauſam dicti non debet vlterius interrogari, ſed de circumſtantijs ſic ad veritatem inueſtigandam.

139 Teſtis non reſpondentis dictum in cauſa ſcientiæ, ſtante ſtatuto quòd de cauſa ſcientiæ interrogari debeat, aliàs non valeat depoſitio, quod non probat.

Teſtis cogitur reſpondere cùm ſolum factum dixerit.

Verborum conculcatio & ſuperfluitas in teſte fugienda eſt & confutanda.

Mens & ratio ſtatuentium ſequenda eſt.

Paria ſunt ſiue teſtator vna ratione prohibeat alienationem extra familiam, ſiue duabus rationibus.

140 Teſtis aſsignatus ineptè rationem dicti non probat, etiam ſtante ſtatuto, quòd teſtibus credatur, licet bonam rationem non reddat.

141 Teſtis non reſpondens de cauſa, quia non fuit interrogatus, an probet.

142 Teſtis in reddendo cauſam rationis, dicens: ſcio quia ſic reperio in meo memoriali, quod de hoc feci, probat.

143 Teſtis in cauſa ſcientiæ dicens, quia præſens fui, probat viſum & auditum alterius.

Teſtis in ratione dicti ſui de re tangibili dicens, quia tetigi, an probet. remiſsiuè.

144 Teſtis deponens per verbum credo in his quæ ſunt de peritia actis, an probet,

145 Teſtis deponens per verbum neſcio, non debet vlterius interrogari.

146 Ratio in teſte ſuper filiatione, emācipatione, vel communi opinione qualis eſſe debeat.

147 Teſtes deponentes ſuper dominio, debent de facto, & non de iure, deponere.

Fundum ſi quis petit, teſtis qui dicit, vidi alluuionem probat.

148 Teſtis dicens, vidi quem eſſe ſanum, an probet. Quid ſi dicit, quòd publicum inſtrumentum vidit.

149 Teſtis dicens, quòd vidit furari cappam Martini, probat furtum. Quid ſi dicit, vidi quòd loquebatur. num. 150.

151 Teſtis quando dicit, vidi quòd talis dixit talia verba diſplicibilia, probat.

Teſtis inductus in probandum defenſionem dicens, quia vidi, probat.

152 Teſtis deponens de cauſa viſus idonea, licet loquatur groſſo modo, probat etiam auditum.

Senſus exteriores ſunt quinque, & qui interiores.

Baldus præceptor Nelli à S. Geminiano, & tractatum de teſtibus edidit, quem morte præuentus incompletum reliquit.

153 Baldus cum intellectu volauit ad ea, quæ nō poſſunt intelligi, nec probari niſi per ſummos viros.

154 Verbum principale libelli dicitur ſubſtantia libelli.

155 Adiectiua libelli ſunt conditio, modus, demonſtratio, quantitas, locus, tempus, quantitas coniunctiua, participia, gerundia, & aduerbia.

156 Intentio an probata dicatur, ſi agitur quòd quis purè promiſit, & probatur, quòd eſt ſub conditione.

Pluralitas non præſumitur in his, quæ vnum & idem eſſe poſſunt.

Determinatio adiecta petitioni actoris per teſtem habet oppoſitum ad id, cui opponitur, & additur.

157 Contractus non probatur, ſi ago quòd mutuaui ſub conditione, & probo quòd mutuaui purè.

158 Teſtes deponentes circa demonſtrationem, quomodo debeant concludere.

159 Accuſatione facta, quòd Petrus & Seius intulerunt in Petrum duo vulnera, ex quibus mortuus eſt, non probatur de Seio, ſed de Titio, quòd Titius condemnetur.

Culpa cadens inter perſonas pariter copulatas reſoluitur in ſuas ſingularitates.

Tempus plerunque poteſt eſſe cauſa ſolutionis, & condemnationis rei, & falſi.

Teſtimonium probationis non requirit cauſam, ſi teſtes non interrogantur de cauſa in his quæ ſunt facti ſenſibilis.

160 Teſtis reprobatorius, ſi interrogatus non reddit cauſam, non iſta perfectè probat, ſicut ille, qui bonam reddit.

161 Teſtium contrariorum illi præualent, qui meliorem cauſam reddunt.

162 Notarius & teſtes tenentur ad intereſſe partis etiam ratione erroris.

Error in tabellione & teſte eſt lata culpa.

Obliuio in teſte non eſt lata culpa.

163 Teſtis deponens de auditu, regulariter non probat. & ibi quando. remiſsiuè.

Ioannes Andreæ tractatum de teſtibus fecit.

164 Teſtis dicens credere, vel ſic ſibi videri non probat. & quid ſi dicit, mihi videtur.

165 Teſtis interrogatus de diffinitione rei reſpondere debet.

Diffinitiones, quæ ſunt iuris, ad Doctores pertinent.

166 Teſtis dicens, quòd vidit Titium tenere, & poſsidere probat, licet interrogatus, quid ſit poſſeſsio, reſpondeat, neſcio.

Reditus accipiens præſumitur ius aliquod adminiſtrandi habere.

Teſtis poteſt interrogari, quomodo intelligat verba iuris, & tenetur ſcire iura.

167 Ius interdum pro facti qualitate ponitur.

168 Te-

168 *Teſtis ſenſus notitiam habere debet, non impreſſionem intellectus.*
Præſumere aliud eſt, & aliud videre.
Teſtis officium non tranſcendit ſenſum corporis de parte
Teſtis dictum in intellectu fundari debet.
Teſtis dictum contra ſolennitatem non præſumitur.

169 *Teſtes contrarij concordantur in numero pari & ad euitandam pœnam.*
Intellectus ad l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi reum. ff. de iureiuran.

170 *Atteſtationes interpretandæ ſunt in partem meliorem*
Credulitas iuſtis rationibus à teſte recepta tertiæ perſonæ non nocet.

171 *Teſtis quia vicinus probat quem bonum & malum.*
Teſtis qui dixit, ſcio, quia ſcio an probet.

172 *Teſtis interrogatus de fama, licet dicat vera in capitulo contenta non probat, niſi dicat cauſam, & à quibus ortum habuit etiam non interrogatus.*

173 *Fama non probatur per teſtem dicentem, publicè dicitur.*

174 *Teſtis interrogatus de veritate, dicens ſe nihil ſcire, intelligitur de veritate, non de fama.*

175 *Teſtis probat famam non ſolùm de his, quæ reddit rationem, ſed etiam eorum, de quibus non reddit.*

176 *Teſti non creditur de infamia alicuius, niſi rationem reddat.*
Teſti non eſt permiſſum iudicare quæ ſunt prouidi & diſcreti.

177 *Teſtis deponens de fama in cauſa appellationis, per id quod incidit ante litem motam probare debet.*

178 *Credulitas in teſte à calumnia non excuſat in iudicio, niſi veritas adſit.*

179 *Ruſticus deponens ſuper poſſeſſione, dicens quia vidit quòd tanto tempore poſſidebat, probat.*
Intellectus ad l. ſtipulatio iſta. §. id quoque. ff. de verb. obligat.
Teſtis ſolùm deponere debet de eo quod ſenſu percipitur.

180 *Teſtis, qui dicit Titium poſſediſſe decem annis, & non dicit de quibus ſingulariter non probat, & ſi dicit, poſſedit decem annis & plus, nihil operatur.*
Teſtis dicens, talis poſſedit ſemper, non dicit falſum, licet probetur illum aliquando adfuiſſe.
Teſtes plures deponentes ſuper poſſeſſione, & aliqui probant quòd Titius poſſedit, aliqui quòd Seius probant quemlibet de facto retinere.

181 *Teſtis dicens Titiũ poſſediſſe per annum patiente Seio non probat.*

182 *Teſtis inductus ad probãdum mutuum, vt probet, quomodo deponere debeat.*

183 *Teſtis vnus ex pluribus ſi deponit de quinque, & alius de decem, an contractus probetur in quinque.*
Teſtes diſcordantes in re, non probant.
Decimæ receptio, & iuriſdictionis exercitium per teſtes ſingulares probatur.

184 *Teſtibus diſcordantibus de valore, ſeu æſtimatione rei quibus ſtetur, & quomodo magis affirmantibus quàm mille negantibus credatur.*

185 *Teſtis examinatus in palatio poteſtatis ſi dixit contractum celebratum in palatio epiſcopi: ſuper alio articulo dixit in hoc palatio, ſaluatur eius dictum ad pœnam euitandam.*
Pronomen hic, hæc, hoc, demõſtratiuum eſt ad oculum corporis.
Dubia probatio contra producentem teſtes interpretatur.
Teſtes duo ſi in Capitulo examinantur, & vnus dixit quòd fuit in palatio domini Papæ, alius, quòd fuit in hoc palatio, an eorum dicta ſuſtineantur.

186 *Teſtis vnus ſi dicit de ſe & ſocio, ſimiliter alter, an probent, & ſingulares dicantur.*

187 *Fieri ſimul dicitur, quando ordo vel narratio facti non permittit aliquid ſimul fieri, ſed ſucceſſiuè.*
Adulterium probatur per teſtes, qui viderunt adulterantem per rimulam vnus poſt alium.
Vſurarium aliquem eſſe probatur per teſtes ſingulares.

188 *Aliquem exercuiſſe iuriſdictionẽ quomodo probetur.*
Cæcus qualiter ſuper iuriſdictione teſtificetur.
Cæcum aliquem eſſe, ciuitatem habere ciues.
Aliquem eſſe filium filij. Aliquos eſſe fratres. Aliquem contractum factum à muto qualiter probetur. & numer. 189.

189 *Teſtes qualiter deponere debeant ad probandam ſententiam. Et qualiter probent ſtipulationem.*
Teſtis in alienatione rei ſua, vel ſibi obligata, an ſibi præiudicet, & quid ſi ſe ſubſcripſit.
Intereſſe ſingulare qualiter per teſtes probetur.
Teſtis vnus ſi deponit de decem, alter de quindecim, an ſint contrarij.

190 *Teſtis deponens de identitate rei, an & quando probet.*
Teſtis qualiter deponere debeat, & imponat fidem inſtrumento, quod legi non poteſt.
Teſtis interrogatus ſuper ætate, reſpondens in redditione rationis, quia frater, an probet.

191 *Teſtibus an & quando fides ſit adhibenda, arbitrio iudicis committitur.*

192 *Neceſſaria ad fidem teſtis, & vt periurus puniatur.*
Probatum non intelligitur per teſtes, niſi quatenus ratio dicti inuenitur.

193 *Teſti pro vna parte deponenti ſi interrogatus pro alia noluit reſpondere, non creditur.*

194 *Teſtibus ſimul examinatis licet probent, tamen fides non adhibetur.*
Teſtes ſecretò examinari debent.

195 *Teſtes deponentes per eundem præmeditatumq́; ſermonem dicuntur ſubornati, quod iudicis arbitrio relinquitur, an eis credatur.*

196 *Teſtis qui dicit falſum inſtrumentum, ſed de tenore dicit non recordari, an probet.*

197 *Teſtis qui dicit notarium erraſſe, quia non audiuit hæc acerba, errorem probat, ſed non qualiter.*

198 *Teſtis ſemel inductus ſi ſuper eodem ſecundo inducatur, & dicat non recordari qualiter depoſuerit, & aliter deponat, an probet.*
Intellectus l. qui falſa. ff. de teſtibus.
Teſtis qui neſcit originem eius, de quo deponit, an probet.

199 *Teſti non plenè factum narranti non creditur.*

200 *Teſti*

200 *Teſti perito plus creditur, etiamſi negatiuè loquatur.*

Intellectus l. diem proferre. §. ſi plures. de arbit. & c. 1. de praben. lib. 6.

201 *Teſtis deponens ſuper eo quod eſt remotum à natura contractus, non probat.*

Teſtes qualiter probent mortem, vel aliquem non extare.

202 *Teſtis qui pecuniam accepit ad deponendum, probat in praiudicium eius, à quo pecuniam accepit.*

203 *Teſtis recipiens pecuniam, vt teſtimonium verum dicat, de falſo punitur.*

Dans pecuniam teſti, vt verum teſtimonium dicat, punitur.

204 *Teſtes non pereunt inſtantia perempta.*

205 *Teſtium dicta an in alia inſtantia fidem faciant, et an contra ipſoſmet.*

206 *Teſtes recepti ad excipiendum, an valeant ad agendum.*

207 *Teſtis deponens ſuper alio quàm fuerit inductus, an probet.*

208 *Teſtes non rectè examinati probant in longinquis partibus.*

209 *Teſtis non tenetur recordari de tempore, nec vitiatur dictum, ſi non deponit de loco & menſe.*

Teſtis tenetur habere notitiam rei, quando eſt de ſubſtantia.

Recordari de loco melius eſt quàm de tempore.

Teſtis in criminalibus non tenetur de die deponere.

210 *Teſtis licet non recordetur de tempore, valet eius teſtimonium in interdicto, & ſi erratur in tempore, probatur ſpoliatio.*

211 *Negatiua qualiter poſſit per teſtes probari.*

Negatiua probari à quo debeat.

Teſtis aſſerens meram negatiuam an in falſum incidat.

212 *Teſtis examinatus, qui non debuit examinari, an & quando faciat iudicium, & quale quale praiudicium.*

213 *Teſtes ſingulares non probant contractum vſurarium, nec certum crimen hæreſis.*

214 *Teſtes dicuntur ſingulares in actu diſtinctiuo.*

Teſtes dicuntur varij & ſingulares, quando vnus de vna re, alius de alia probat.

215 *Teſtibus contrarijs & intra ſe repugnantibus non adhibetur fides.*

216 *Teſtes quando ad inuicem repugnantes ſunt non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, quia vnus de maiori, alter de minori deponit, ſtatur minori.*

Teſtis qui varius, qui contrarius, & qui vacillans dicatur.

217 *Teſtis ſibi ipſi contrarius, per dolum punitur.*

218 *Teſtis conſimilem cauſam habens, eſt ſuſpectus.*

219 *Iudex an teneatur facere ſcribi in actis, quare nõ adhibet fidem teſtibus.*

220 *Acta iudicialia valent, licet in eis non ſint ſcripta nomina teſtium.*

221 *Actus celebratus coram populo, vel populum repræſentante, præſentiam teſtium non requirit.*

222 *Teſtium aliqui ſi dicunt filium in maiori quantitate inſtitutum, filiam in minori, aliqui eos inſtitutos æqualiter, intelligitur ſcilicet eodem tempore.*

123 *Conceſſio quòd facta ſit motu proprio, non probatur per teſtes.*

124 *Proteſtans contra teſtes eorum dictis vti poteſt ad excludendas probationes aduerſarij, non ad fundandam intentionem. & petendo pro ſe examinari videtur à proteſtatione recedere.*

Conſenſus ſolus partium non ſufficit ad conualidanda dicta teſtium, quæ non valent.

225 *Teſtis, qui primò depoſuit, poſtea ſuper vltimo interrogatus, dixit ſe neſcire, intelligitur niſi vt ſuprà dixit.*

Teſtibus probantibus ſpontanea voluntate, an magis credatur quàm probantibus coacta.

226 *Teſtis interrogatus de aliqua re, dicens ſe obliuioni tradidiſſe propter infirmitatem, iuſtè allegat.*

227 *Teſtis examinatus in loco, vbi quis paſſus fuit caſum, facit fidem alibi.*

228 *Inſtrumentum qualiter per teſtes reprobetur.*

229 *Inſtrumenta, vel teſtes an poſſint pro parte repudiari, & pro parte acceptari.*

Teſtes contradicentes inſtrumento qualiter illud impugnent.

Inſtrumentum an reddatur falſum, vel ſuſpectum, ſi teſtes in eo deſcripti dicant ſe non recordari.

230 *Contrarietas teſtium, vel varietas qualiter ſit concludenda etiam vt probent.*

Iudex arbitrium habet, quando dicta teſtium contraria ſunt.

231 *Teſtis falſus varians qualiter puniatur.*

Cautela pro teſte quando torquetur.

232 *Iudex non admittens defenſionem iuris, punitur, vt ſi non admitteret defenſiones innocentiæ.*

Declaratio ad l. lege. §. 1. ad leg. Iul. pecu.

Teſtis falſus in cauſa homicidij, pro homicidio punitur, ſicut punitur qui contra innocentem deponit.

233 *Teſtis qui dixit falſum in circumſtantijs, de falſo tenetur.*

Iuramentum præſtitum ſuper principali, an ad omnes circumſtantias trahatur.

234 *Teſtis ſtudioſè non reddens cauſam ſui dicti, tenetur pœna falſi.*

Teſtis dicens, non recordor, pœna falſi tenetur, quando certum eſt, quòd recordatur.

Teſtis iurare debet dicere meram & puram veritatem pro vtraque parte, ſuper his, ſuper quibus & productus & interrogatus.

235 *Teſtis non debet aſſerere, niſi quod vidit & ſenſit, aliàs eſt falſus.*

236 *Teſtis non dicitur falſus, ſi dixit ad ſe non ſpectare commodum, & tamen ſpectat, tanquam cuilibet de populo vel vniuerſitate.*

237 *Teſtis qui dixit falſum coram iudice & parte præſente, an condemnari poſſit ſine citatione.*

Teſtis, cuius dictum non valet, an poſſit de falſo puniri.

238 *Teſtis inutilis producenti, & aduerſario non nocens de falſo poteſt accuſari.*

239 *Teſtis dicens falſum præter conſcientiam domini, domino non præiudicat.*

Teſti falſum dicenti ſuper vno articulo ſiue capitulo, in alio non creditur.

240 *Teſtis, qui in ſua teſtificatione aliquid falſi inſeruit,*

nit, vel addit, aut vera detrahit, totam teſtificationem vitiat.

241 *Teſti qui in articulo mortis conſtitutus dicit ſe falſum depoſuiſſe, victori non nocet.*

242 *Producens falſes teſtes, et ipſi teſtes producti, et mandator poſſunt omnes vno libello accuſari.*

Teſtis deponentis falſum, & reuelãtis teſtimonio qua pœna ſit.

243 *Teſtis occultans veritatem, perinde punitur, ac ſi falſum diceret.*

Iudex ex officio teſtem falſum dicentem coram ſe, fuſtigare poteſt.

244 *Teſtis falſum deponens coram iudice non ſuo, poteſt ab eo puniri.*

Clericus deponens falſum, qualiter puniatur, remiſſiuè.

245 *Teſtis deponens falſum coram arbitro, remittitur puniendus ad ſuum iudicem.*

Teſtis dicens ſe neſcire, qua ſit pœna falſi, plectitur.

246 *Teſtis receptus à Notario in iudicis abſentia, ſi dicit aliter depoſuiſſe, quàm ſcriptum reperiatur, cui magis credatur. & vide infrà nume. 251. & ſuprà, nume. 54.*

Teſtis, qui non poteſt de falſo redargui ex forma ſtatutorum, an poſſit de falſo damnari ex forma ſtatuti diſponentis contumacem, haberi pro confeſſo.

247 *Teſtes teſtamenti non præſumuntur rogati, & quibus caſibus rogati eſſe debeant.*

248 *Teſtes debent cognoſcere contrahentes, ſi agitur de probando actu, ſecùs, ſi de ſolennitate.*

249 *Teſtes ſuper lite coram arbitro pendente poſſunt coram iudice examinari, nec litis conteſtatio requiritur.*

250 *Arbiter quòd non poſſit examinare, an teſtes examinati coram iudice dixerint veritatem.*

Intellectus ad l. per hanc C. de temp. app.

251 *Notario magis creditur quàm teſti dicenti, aliter fuiſſe ſcriptum quàm depoſuerit.*

SECVNDA PARS.

120 DE PVBLICATIONE † teſtium videndum
eſt. Nam poſt examinationem ſunt teſtes
publicandi. Fit autem publicatio parti-
bus præſentibus, vel abſentibus citatis tantùm,
nam iudex adhibitis ſibi teſtium dictis, illa le-
get in toto vel in parte per ſe vel per Notarium.
Et demùm dicet, habeantur pro publicatis vel
publicatæ. & tunc redigetur in ſcriptis, vt in
Specu. de teſte. §. ſatis vtiliter. in princip. & ibi
ponitur forma, qualiter publicatio debeat redi-
121 gi in ſcriptis. & vide l. fi. C. de re iudi. † Publi-
catio teſtium non poteſt peti ab eo, qui eos non
produxit, licet ſua interſit. Innocen. in c. conſti-
tutus. de teſti. Bal. in Rubri. de controuer. inue-
ſti. & per Inn. in c. conſtitutus. extrà de appel. &
ibi videtur variare. ſi omittatur publicatio teſtiũ
non redditur iudicium nullum. Bal. in eo. tit. ſi
122 de inueſt. inter do. & vaſ. lis ori. † Sed nunquid
facta publicatione teſtium de conſenſu partium
poterit cõtra teſtes opponi? dicit Ang. quòd ſic.
in Authen. ſi quis in aliquo. C. de edendo. & ibi
per Bal. vbi ponit quæ requirantur in publica-
tione eius, quod eſt in mente teſtium, vt patet.
An ſit neceſſe, quòd iudex pronunciet dicta te-
ſtium valere, & fidem eis adhibendam. vide per
Bald. & Ange. in dicta Auth. ſi quis in aliquo.

PVBLICATIS † atteſtationibus regulariter 123
non poſſunt amplius teſtes produci poſt didici-
ta teſtificata. Fallit in pluribus caſibus, vbi poſ-
ſunt produci poſt didicita teſtificata. Primus, ſi
inter alias perſonas agitur. Secundus, ſi ſit diuer-
ſus modus agendi. Tertius, ſi ſit nouus articulus
dependens ex veteri. Et quando dicatur nouus
articulus. vide in Specu. de teſte. §. ſatis vtiliter.
verſi. illud autem non eſt. Quartus, ſi primæ atte-
ſtationes ſint amiſſæ. Quintus, ſi mutatur iudi-
cium, & illud velit his cõtra quem producantur.
Sextus, ſi confuſè & obſcurè depoſuerunt. Septi-
mus, ſi teſtis ſynodalis depoſuit coram Capitu-
lo, & deponit iterum coram legato. Octauus, ſi
examinator neglexit interrogare ſuper articulis
ſibi datis. Nonus, in cauſa matrimoniali ſecundũ
quoſdam indiſtinctè. Decimus, ſi detur in inte-
grum reſtitutio, vt iterum producatur. Vndeci-
mus, in abſentia probanda. Duodecimus, in cri-
mine falſi. Tredecimus, in adiectione pro valore
& deceptione. Decimuſquartus, qui nondum di-
dicit teſtificata, licet ſunt teſtes publicati, vt ſuprà
dixi, cùm tractauimus de tempore producendi.
Decimuſquintus, ſecundum quoſdam, ſi iudex
indiſcretè publicauit. Decimuſſextus, ſi teſtes
ſunt recepti ad perpetuam rei memoriam. Deci-
muſſeptimus, ſi princeps id expreſſè per ſuum
reſcriptum concedat. Decimuſoctauus, in cauſa
inquiſitionis. Decimuſnonus, quia publicatis at-
teſtationibus poteſt exceptio peremptoria oppo-
ni & probari. Hos caſus enumerat Spe. in ti. de te-
ſte. §. ſatis autem. Nec † in cauſa principali, nec in 124
cauſa appellationis poſſunt produci tunc ſuper
nouis articulis, quando teſtes iurauerunt dicere
veritatẽ ſuper totam cauſam. Imputatur enim par
ti quaſi omnia particularia non præſentauerit. de
quo per Inn. in c. fraternitatis. de teſt. & per Ang.
C. de tem. ap. l. per hanc. vbi examinat materiam
iſtam. Ideo non poſſunt teſtes produci poſt didi-
cita teſtificata, vt in Auth. qui ſemèl. C. de proba.
& l. 2. C. ſenten. reſcin. non poſ. in gl. quia time-
tur ſubornatio. quod eſt verum ſuper eiſdem ca-
pitulis, ſuper alijs poſſunt teſtes produci, quia nõ
eſt timor ſubornationis. ita tenet Bar. in d. Auth.
Item † dixit Inn. in c. 2. de teſti. quòd ſi per cul- 125
pam iudicis teſtes non fuerunt rectè examinati,
quòd etiam publicato proceſſu teſtes noui pote-
rũt produci, & iterato poterunt examinari. † Sed 126
poteſt quæri, nunquid de voluntate partiũ poſ-
ſent admitti teſtes poſt didicita teſtificata? Barto.
in d. Authenti. dicit quòd ſic. & allegat no. per
Io. And. in cap. fraternitatis. de teſti. In contra-
rium videtur dicendum, quòd iſtud non eſt in-
troductum in fauorẽ partium: ſed ob publicum
fauorem, ne falſitates cõmittantur. & ideo tali fa-
uori partes renunciare nõ poſſunt, vt l. quos pro-
hibet. ff. de poſtu. & ita tenet Bald. in d. Auth.
Ange. in conclu. Quando teſtes vtrinſque partis
ſunt examinati, alij non, vel ex ordine dato à iu-

dice, vel partium, poſſunt poſt didicita teſtificata
127 produci. Bal. vbi ſuprà. † Teſtes poſſunt produ-
ci poſt didicita teſtificata, ſi primi dixerunt nil
ſcire, vel non recordari. & idem in cauſa ap. Bar.
in c. 1. §. ſi enim quid ſit inueſtitura. & vide quod
no. in l. fin. §. ſin autem dubius. in gloſſ. & ibi per
128 Cyn. C. de Iure delib. † Poſſunt teſtes produci
ad probandum exceptionem poſt publicatum
proceſſum, niſi eſſet lapſus terminus ſtatutus ad
proband. ú Ang. in Auth. qui ſemel. C. de proba.
129 Testibus † examinatis & publicatis, quia
eorum dicta debent neceſſariò concludere ad
hoc, vt plenè probent, vt l. non hoc. C. vnde cog.
& extra de probatio. c. in præſentia. & C. de teſti.
l. nullum quod vt fiat, eſt neceſſe quòd aſsignet
cauſam ſui dicti neceſſariò concludentem, vt in
dictis iuribus. Ideo circa redditionem cauſarum
reddenda ſunt. Quid ergo ſi teſtes dixerunt ali-
quid eſſe verú, qualiter intelligatur. vide Ang.
130 ff. de pet. hær. l. pro hærede. † Teſtis debet red-
dere rationẽ ſui dicti per eum ſenſum, per quem
percipit id, de quo teſtificatur. Innocen. in cap.
131 cùm cauſam. de teſti. † Sed Pla. dixit, quòd in
quolibet actu corporeo ſufficit reddere cauſam
per viſum. & no. in l. 2. C. de erro. aduoc. vbi in
cauſa auditus reddit rationem viſus, vt ibi Cyn.
refert, qualiter teſtes debent loqui ad proban-
dam negatiuam directo, quoniam viſus pro om-
ni ſenſu corporeo accipitur largo ſumpto voca-
bulo. apertius tamen deponit per nomen pro-
prium illius ſenſus. Facit quod no. ff. de acquir.
poſſeſſ. l. quod meo. in fine. Vnde illud vocabu-
lum viſus, quandoq; ſumitur pro viſione, quam
ſancti faciunt in ſpiritu. Vnde in diuina ſcriptu-
ra ſcribitur. opus eſt intelligentia in viſione. Et
ſanctus Paulus dicebat: Video aliam legem & in
membris meis ſentio & cognoſco per rationem
& ſenſum. Si teſtis per verbú, vidi, refert ſe ad ſen
ſum, probat, vt cùm dicit, vidi ſic. Si autem refert
ad oculum mentalem vel intellectualem, vt quia
dicit teſtis: ſic videtur mihi. non enim probat,
quia peccat, cùm dictum ſit dubitatiuum magis
quàm ratio dicti, vt no. ff. de arbi. l. diem pro-
ferre. §. penulti. Et teſtis debet eſſe ſenſatus ſenſu
corporis. qui ſenſus ſunt quinque, vt notatur in
d. l. quod meo. & debet teſtis habere intellectú,
vt id quod corpore videt, mente intelligat id
quod ſcit. nam vt ait Ariſtoteles in problemati-
bus. Intellectus vidit, intelligens audit: oportet
enim nimiam ſantaſiam ſpeculari, cùm inter cæ-
teros ſenſus viſus ſit nobilior. & verius, viſus
prædicatur ab omni ſenſu (vt dixi) largo modo.
vnde quæ audiuit ſi ſic dicit, quia vidi ſcio, ſal-
uatur eius dictum, vt no. Io. And. in c. teſtimo-
nium. de teſti. tamen in viſione opus eſt intelli-
gentia, vt ſuprà dixi. Item viſus interdum poni-
tur pro actu animæ, & pro opinione, vt l. quid tã-
132 tum. §. fina. in fin. de arbi. † Strictè autem viſus
eſt actus videns oculo corporali & intellectuali,
ff. de his qui in teſt. dele. l. pen. & eſt viſus de co-
loribus, de magno & paruo. de ſactis & maleficijs
133 &c. † Poſſeſsio autẽ probatur per viſum & ipſum
poſsidentem, vt infrà dicam. nam per teſtem pro-
batur poſſeſsio naturalis, & ex ea præſumitur ci-
uilis, vt l. ſtipulatio iſta. §. hi quoque. ff. de verb.
oblig. & quilibet præſumitur poſsidere, vt no.
Inno. in cap. cùm olim, de priuile. & ne vxor pro
marito. l. ob maritorum. ff. de ſolu. l. Titio. C. ſi.
regun. l. ſi quis. ſuper incorporalibus verò non
eſt viſio corporalis. † Et ideo qui dicit aliquem 134
dominum, non probat, quia non cadit directè &
vniformiter in viſum teſtis, ſed indirectè & diſ-
formiter, niſi teſtis nominatim cauſam adijciat.
Sed viſibilia vniformiter videntur, ſcilicet or-
gano oculi corporalis, in quibus etiam ſufficit
dictum teſtis nudum ſine addita ratione, niſi ſit
de ea interrogatus. ſed in dominio non ſufficit
dictum ſine ratione, ſecundum Innocen. Idem ſi
agatur in probando alio iure, vt de probanda ob-
ligatione, quia dicit teſtis ſuper articulo, quòd
Titius eſt mihi obligatus, dicit verum eſſe. iſta
reſponſio teſtis nihil probat, quia informis.
Idem ſi fortè agatur de probanda hypothecaria
ad fidem matrimonij, quia omnia iſta talia iuris
ſunt, & habent plus iuris quam ſacti. Idem ſi aga-
tur de probando, quòd aliquis eſt mente captus,
vel furioſus. Nam nõ probat teſtis dicendo, quia
vidit, niſi ſigillatim adijciat actus, per quos diſ-
cretus quilibet ita iudicaret. Nam talia multum
conſiſtunt in iudicio rectæ rationis. Et plus ha-
bent rationis quàm ſenſationis. & poteſt quis fa-
ciliter decipi. Idem ſi vellet probare, quòd ali-
quis ſit vagabundus: non enim comprehendit te-
ſtis de ſacili, quòd ſit deſertor originis, vel domi-
cilij. Tene menti iſta, quæ ſunt valdè notabilia.
Bald. in conclu. & per Innoc. in d. c. cùm cauſam.
de teſti. & de materia ſupradicta. vidi in Specu.
de teſte. §. iam de interrogatorijs. verſic. ſunt au-
tem generaliter. & qualiter debeant deponere de
quolibet corporeo ſenſu. vide eod. titu. §. nunc
tractandum. verſicu. nempe. cùm teſtis. cum ſe-
quen. ver. † Si teſtis teſtificatur ſuper his, quæ 135
non percipiuntur ſenſu corporis, ſed oculo men-
tis ſeu rationis, non valet eius dictum, niſi ratio-
nem aſsignet. Innoc. in d. c. cùm cauſam. & cau-
ſa debet eſſe alia à dicto, vt not. ff. de legib. l. non
omnium. ff. de offic. procura. Cæſa. l. fin. & cau-
ſa debet eſſe congrua. † Item bona ratio teſtis 136
facit bonum eſſe dictum. & mala ratio malum.
ff. de do. excep. l. 2. §. circa. ff. de conditio. & de-
mon. l. cum tali. §. final. Item ad id adaptatur di-
ctum teſtis ad quod ratio. ff. de acquir. poſſ. l. 1. §.
per procuratorem. Bald. in concluſione. † Te- 137
ſtis debet interrogari à iudice de cauſa ſcientiæ,
ſcilicet, quare illud ſciat. Et ſi iudex non quæ-
rit, præſumitur in ipſo malitia, quia omittit ea
quæ ſuo officio, & ſolertiæ incumbunt: debet e-
nim petere & interrogare de cauſis. Si verò
iudex interrogat, & teſtis nihil reſpondit, vel
fortè non benè, iudex non debet interroga-
re, vt in capitulo, cùm clamor. de teſtibus. Si
autem iudex omiſit interrogare de circumſtan-
tijs ſingulis non ſubſtantialibus, & de loco, & de
tempore, & conteſtibus: & ſi tunc teſtes non ſunt
repetendi, & reinterrogandi. Si autem omiſit in-
terrogare de principali re, vt in titu. in præſcri-
ptione. & ſi tunc teſtes debent repeti, quia fuit
culpa iudicis, non partis. ita no. tenet Innoc. in c.
per

138 per tuas. de teſtibus. Bald. in concluſione. † Teſti ſufficit reddidiſſe cauſam ſui dicti ſemel, nec de cauſa vlterius eſt interrogandus, ſed de circunſtantijs, ſiue annexis & concomitantijs ſic. vt de loco, tempore, & conteſtibus, ne videantur ſuſpecti vt de veſtibus, & ſimili. hæc enim non ſunt ſenſui dicti, ſed circunſtantiæ ad veritatem inueſtigandam. Innoc. in d. cap. cum cauſam. & ſufficit deponere tali modo quòd includatur cauſa ſcientię. ſecundum Fran-
139 ciſcum Accurſium, & Baldum, in concluſione. † Quæro dicit ſtatutum quòd teſtes debent de cauſa ſcientiæ interrogari: aliter non valeat depoſitio eorum. an ſi non reſponderint in cauſa ſcientiæ eorum dictum valeat? videtur quòd ſic: vt in dicto capitulo cum cauſam. ſecundum Innocētium. nam omnimoda interrogatio eſt falſa & ſuperflua, cum ſine interrogatione reſpondit ff. de interrogato. actio. l. ſi ſine. Item teſtis cogitur reſpondere, cum ſolum factum dixerit. C. de appellatio. l. amplioren. §. in refutatorijs. Item hoc eſſet quædam inculcatio, & ſuperfluitas verborum quæ fugienda eſt, & confutanda. & notatur in l. eius. in prin. ff. ſi certum petatur. Item quia mens & ratio ſtatuentium ſequenda eſt. ff. de excuſa. tuto. l. ſcire oportet. §. ſed ſi maximè: quia ſtatuti ratio fit iudicum calliditatibus obuiari, non certā rationem corrumpere. ad idem de acquirenda hæreditate lege illud in ratione ſui. Item paria ſunt ſiue teſtator vna ratione prohibeat alienare extra familiam ſiue duabus rationibus. nam vtrobique cauſam prohibitam aſſignare videtur. Alij dicunt contra: quia non debet recedi ab adiecta forma ſtatuti. Sed iſta eſt ratio rudis: quia huic non omiſſa forma ſed ſub verborum compendio incluſa, & expreſſum videtur id quod ſub verborum compendio continetur vt nihil dicatur omiſſum cum totum legi poſſit, lege prima in princip. ff. de his quæ in teſtament. delentur.
140 & l. prima. C. de precibus imperat. offeren. † Quid econtra. ſtatuto cauetur quòd teſtibus credatur contra nobiles: licet non reddant bonam cauſam dicti ſui. Pone ergo, deponis contra magnatem qui videlicet fuit interrogatus de cauſa, dixit quòd quia vel credo, vel habeo vxorem, vel quia eſt rex Franciæ an probet? videtur quod ſic: quia aſſertiuè deponit. ſed in contrarium eſt veritas. & ad hoc manifeſtè eſt factum ſtatutum quia pari ratione admitteretur cæcus ad teſtificandum de coloribus. nempe hic ſuum dictum deſtruxit: quia tam ineptè & inſenſatè deponit. ff. de do. exce. l. 2. §. circa. Et ideo debet ſtatutum intelligi quando cauſa aliquid conſerat dicto: puta adminiculum vel ad præſumptionem: ideo narratio nihil facit. Aliud enim eſt malam cauſam reddere, quod qualitatis vitium ſignificat. Aliud penitus nullam & impertinentem quod ſignificat vitium ſubſtantiæ. ff. de do. l. eleganter. §. primo. C. ad exhib. l. ſi res. cum ſi. Bald. in conclu-
141 ſione. † Teſtis non deponens de cauſa: quia non fuit interrogatus probat: vt not. C. de teſtibus. in l. ſolam. & per Bartolum in conſil. 20. Teſtis non reddens cauſam ſui dicti an probet vide Angel. in l. cum hi. §. vult igitur. ff. de tranſact. l. quod ergo eſt quæſitum. ff. de infam. & per Bald. in repetition. l. edita. C. de eden. & per Bart. in l. prima in princi-
142 pio. ff. de noui ope. nun. † Si teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ dixit: quia ſic reperio in meo memoriali, quod de hoc feci. probat: vt probatur in l. iubemus. ibi, ſcribere non differat. C. de teſt. † Teſtis 143
in cauſa ſcientiæ dicens: quia præſens fui, probat viſum & auditum alterius. Bald. in cap. 1. de controuer. inter domi. & vaſ. de inueſti. Quid ſi teſtis in ratione ſui dicti de re tangibili dixit: quia tetigi, an probet: vide Bartolum in l. fin. C. de peric. no. libro 11. † Teſti deponenti per verbum creditur, in his 144
quæ ſunt de peritia ſuæ artis an credatur? vide Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſunt. & vide Bartolum in conſil. 66. † Teſtis qui dixit neſcio, 145
non debet interrogari de cauſa ſcientiæ: quia vbi non eſt ſenſus non cadit probatio. Bald. in l. falſa. C. ſi ex fal. inſtrum. Et intelligitur tunc deponere de veritate non de fama. Bald. in addi. Spec. in titu. de ſent. † Qualem rationem debent reddere teſtes 146
qui deponunt circa filium ſeu ſororem pro emancipato. & qualem quando ſuper communi opinione. & qualiter tunc formetur articulus. vide Bald. in l. 2. C. ſi aduer. rem iu. † Ad probationem do- 147
minij teſtes habent deponere de facto non de iure: vt no. Cy. C. de proba. l. cum res. ibi, facta neceſſitas. & vide in Spec. de teſte. §. nunc tractādum. Quid enim ſi quis petit fundum, teſtis qui dicit vidi alluuionem probat: vt dicit Barto. in ſuo tractatu tyberiadis. & vide per Angel. in l. ſciendum. in repet. ff. de verborum oblig. † Teſtis qui dicit vidi quem 148
eſſe ſanum. C. de mendi. vali. l. 1. libro. 11. Quid ſi dicit quòd vidit publicum inſtrumētum, an probet? vide Barto. in aut. ſi quis in aliquo. C. de eden. pro materia vide in Spec. de teſti. in prin. ver. item quòd non probet. † Teſtis dicens quòd Titius fu- 149
ratus eſt cappam Martini probat dominium iudicio legis: vt poſſit ferri ſententia ſuper re furti, non vt poſſit declarari dominus. Bald. in l. 1. C. ſi ex fal. inſtrument. † Teſtis qui dixit vidi quòd loqueba- 150
tur, licet vox ſit quoddam abſtractum à viſu ex interpretatione legis probat Bald. in l. ſi ex ſal. inſtru. & ibi dicit quid in corporalibus quando teſtis dicit quia vidi. † Teſtis quando dicit vidi quòd talis 151
dixit verba diſplicibilia probat: non per ſententiam intellectus: ſed per rationem. Bald. vt ſupra. Teſtis inductus ad probandum defenſionem dicens quia vidi. probat per Bartolum in conſ. 114. † Teſtis qui 152
deponit de cauſa viſus idonea, qui loquitur groſſo modo, probat etiam auditum cum viſu. Bald. in l. 1. C. de confeſ. probat etiam teſtis reddita cauſa per ſenſum exteriorem proximum, & aptum natum illam ſenſationem de qua quæritur ſuſcipere: & ſunt ſenſus exteriores quinque: vt no. ff. de acquirend. poſſ. l. quod meo, & per Inn. in d. c. cum cauſam. Et eſt quidam ſenſus interior qui eſt in prima parte cerebri, qui dicitur ſenſus communis. ſicut centrum quod ad omnes ſenſus refertur, qui habet virtutem diſcretiuam. nam viſus videt: tamen neſcit quod aliud ſit videre, & aliud tangere: quia ſolum de coloribus poteſt ſenſare. Sed ſenſus communes omnia in præſentia habent obiectum. imaginatio vero etiam in abſentia ſit. Ratio vero eſt altior virtus excedens ſenſum intelligentia, & potentia ad hæc vniuerſaliter, ſecundum Boetium in libro de conſolatione. Bal. in concluſione. Concludere ergo quòd tria ſunt argumenta apud Legiſtas, ſcilicet pennio

actoris, exceptio rei, probatio probantis per cau-
ſam veram. Si petat cauſam circa probationem
argumenti demonſtratiui non tenet. de quo ſubti-
liter & plenè no.ff. de legi. in l. de quibus in repeti-
tione mea. vbi tractaui de forma redditionis cauſæ
à teſtibus ſecundum ſingula prædicamenta. & fuit
intentio Bal. præceptoris mei, qui tamen morte præ-
153 uentus tractatum reliquit incompletum, † qui vl-
tra etiam quàm Legiſtis expediat, cum intellectu
volauit ad ea quæ non poſſunt intelligi: ergo nec
probaret, niſi per ſummos viros qui cognoſcunt
genus, & differentiam. ſicut ſunt vitia tacita, & vir-
tutes quæ generantur ex actibus. quis dabit mihi
154 pennas vt columbæ & volabo. † Tu aduocate eti-
am reſpice an probatum ſit verbum principale li-
belli quod ſubſtantiam voco ſeu ſubſtantiuum. &
deinde inſpecto ſubſtantiuo reſpice adiectionem.
dicunt Grammatici quòd adiectiuum verbum eſt
155 aduerbium. † Ego dico quòd adiectiua libellorum
ſunt conditio: modus: cauſa: demonſtratio: quali-
tas: locus: tempus: quantitas: coniunctiua: partici-
156 pia: gerundia & aduerbia. † & ideo dubium ſolet
eſſe ſi egi contra te dicens quòd tu promiſiſti mihi
purè: & probo quòd ſub conditione quæ exiſtit vel
ſub die quæ præterijt an ſit probatus libellus. pro-
bo enim æquipollens eius quod intentaui. & ſic vi-
detur ſufficere: arg. C. de inſti. & ſubſtit. l. ſi mater.
In contrarium: quia videtur alius contractus extra
de fide inſtr. c. cum Ioannes eremita. Dic quòd plu-
ralitas non præſumitur in his quæ poſſunt eſſe vnũ
& idem. ff. de leg. 2. l. 1. ff. de inreiur. l. eum qui. §.
in popularibus. & no. de erro. aduo. l. 2. per Iaco.
Bu. in lec. quia cum medium per quod formaliter
concludit non ſit idem, ſequitur diuerſitas: quia v-
num concludit libellus, aliud concludit probatio.
& non eſt dubium quod ſi conditio penderet quòd nõ
eſt intentata huius cauſa. ff. de condi. inde. l. Iulia-
nus. §. 1. & quia determinatio adiecta petitioni acto-
ris per teſtem habet oppoſitum ad id cui opponitur
& additur. facit quod no. ff. de integ. reſti. l. non
157 videtur. † Et econtra maior eſt dubitatio ſi dico me
mutuaſſe ſub conditione quæ extitit. & probo quòd
mutuaui purè. nam determinatio addita per teſtem
eſt augmentum non detractio: ſed tamen: quia præ-
ſupponitur diuerſum contractum non probat. ff.
de verbor. oblig. l. 1. §. cum adijcit. Idem dicas de
domo, idem de cauſa: dummodo ſit finalis non im-
pulſiua: quia talẽ nõ eſt neceſſe probare. hoc patet. ff.
de inſtito. l. habebat. ff. de do. ante nup. l. ſi prædij.
158 facit Gloſſ. C. de cen. l. cum coram. † De demon-
ſtratione dic quòd ſi ab ea denominatur id totum
quod petitur, & ſine ea non habet certitudinem:
quod debet probari: aliàs probatio eſt incerta. Ex-
emplum dico quòd vendidiſti mihi ſeruum haben-
tem criſpos capillos, nã ab hac parte eſt totus aptus
cognoſci. vel vendidiſti equum ſtellatum in fron-
te. ſi teſtes dicant hominem venditum, ſed neſci-
unt de criſpo, vel equum, ſed neſciunt de ſtellato,
nihil probant: quia poſſet hic eſſe fallacia & circun-
ſcriptio, ſi vnum deberetur pro altero. Sed quædam
ſunt demonſtrationes quibus certus, verus, & clarus
intellectus poteſt haberi: licet teſtis dicat ſe neſcire
has demonſtrationes, probant tamen ſicut demon-
ſtrationes ſubſtantiales: ar. d. l. 1. in fin. De qualitate
dictum eſt in ſuperioribus. Item de loco. Item de
tempore quando certum ſcribit actum. Idem quan-
do eſt de ſubſtantia. ff. de neg. geſt. l. eum autẽ. De
quantitate autem vide. ff. de oper. no. nun. l. non
ſolum. §. ſed vt probari. † Circa coniunctionem du 159
bitatur. accuſo Titium & Seium quòd intulerunt
Petro duo vulnera ex quibus mortuus eſt, non pro-
bo de Seio: ſed de Titio. an Titius condemnetur? ar.
quòd ſic. C. de his qui. vt indig. l. minoribus. ff. de
interro. ac. l. qui ſeruum. ff. de manumiſ. teſt. l. ſi
ita fuerunt. §. fin. quia culpa cadens inter perſonas
principaliter copulatas reſoluitur inter ſuas ſingu-
laritates. ff. de cond. & demon. l. falſo. §. fi. ff. de v-
ſuf. accre. l. ſi mulier cum liberis. De participio dic
quod eius probatio ſuum tempus exigit. ff. de teſta.
milit. l. Titius. ff. de noxa. l. in dilectis. §. ſi extra-
neus. Tempus enim plerunq; poteſt eſſe cauſa abſo-
lutionis & condemnationis veri & falſi. C. de fur. l.
apud antiquos. De gerũdio dic, vt C. de his qui lat.
l. 1. nam attrahit plerunq; & abſorbet in ſe totum a-
ctum. Aduerbia quoq; ſæpe idem faciũt. ff. de neg.
ge. l. Pomponius. Bar. in rep. quam fecit d. l. edita.
de eden. in fi. Teſtimonium probationis nõ requi-
rit cauſam, ſi teſtes non interrogantur de cauſa in
his quæ ſunt facti ſenſibilis. non dico in his quæ non
ſunt, in quibus ratio nõ debet eſſe iuncta cum ſenſu
de neceſſitate: alias non fit probatio ſecundum Inn.
in d. c. cum cauſam de teſti. † Sed nunquid idem ſit 160
in teſtimonio reprobatorio. Iac. Bu. in ſua quæſtio-
ne quæ incipit. quæſtio talis eſt. quidam petit à Ti-
tio, dixit eleganter quòd quando teſtis non reddit
cauſam interrogatus, non ita perfectè probat, ſicut
ille qui reddit bonam cauſam. ideo tabellio talibus
præponderat teſtibus, & per eos non reprobatur. † 161
Item quando teſtes ſunt contrarij qui reddũt ratio-
nem præualent, ſecundum eum, quod eſt notandũ.
& nunquam inueni. Apparet ergo quod duo teſtes
reddentes rationem legitimam præponderant toti-
dem dicentibus vera eſſe non interrogatis de cauſa:
quia vera redditio cauſæ præualet cauſæ præſum-
ptiuæ, in his in quibus concluditur per viam iuris,
& non rationis, & non per ſenſum corporis. Eſt e-
nim certum quòd ſine redditione cauſæ non reſul-
tat probatio, ſecundum Inn. in cap. cum cauſam. † 162
Et adde quòd notarius & teſtes tenentur ad intereſ-
ſe partis non ſolum falſitatis ratione: ſed etiam ra-
tione erroris: quia error in tabellione, & teſte eſt la-
ta culpa: vt in fin. ff. de mag. conue. Obliuio autem
in teſte non eſt lata culpa ſecundum Innocent. in
cap. qualiter, & quando. de accu. Bal. in l. presby-
teri. C. de epi. & cle. † An teſtis deponens de auditu 163
probet. Reſpon. regulariter non. Fallit in caſu l. pẽ.
ff. de proba. Et vide per Io. An. in tractatu quem
ipſe fecit de teſti. & per Bald. in l. in ſumma. §. La-
beo. ff. de aqua plu. ar. & 3. q. 9. c. teſtes. §. 1. & in Gl.
& vide Spe. in titu: de teſte in princ. verſi. quid ergo
ſi viro & mulieri. & vide diſtinctionem Ioan. An.
extra de teſtibus. ca. 3. Si teſtis dicit ſe credere vel 164
ſibi videri: non valet eius teſtimonium: vt no.
ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſi plures. quia iſta ver-
ba magis ad iudicium quam ad aſſertionem facti
verificantur: argu. eo. titu. l. quid tamen. §. 1. Bald.
in concl. An probet quando dicit quòd ſic mihi vi-
detur. vide per Ang. in repe. l. ſciendum. ff. de verb.
ſig.

165 ſignif. † Teſtis interrogatus de diffinitione rei de-
bet reſpōdere.l.1. ff. ſi cer. pet. ſecundum vltimam
expoſitionem primæ Gloſſ. Ex qua nota quòd diſ-
finitiones quę ſunt iuris pertinent ad doctores: quia
intelligere & ſcire conſtat ex diffinitione: vt in di-
cta Gloſſ. Et ex hóc ſumitur quod dictum eſt: vi-
delicet quòd teſtis interrogatus de diffinitione de-
bet reſpondere. & ſi dicit neſcio, non probat: quia
primam vocem non intelligit ſecundum Bar. quod
tamen limita eſſe verum ſi teſtis deponit ſine reddi-
tione cauſæ: ſecus ſi cauſam aſsignauit. Exemplum,
teſtis interrogatus de fama dixit vera eſſe: Interro-
gatus quid ſit fama: dixit neſcio. iſte non probat:
quia non cadit cognitio in intellectu ſuo ſi neſcit.
Sed ſi dixit neſcio: nihilominus probat: quia ius di-
166 xit ſe neſcire non factum. † Sed in poſſeſsione ſi di-
xit Titium tenere & poſsidere. & interrogatus quid
ſit poſſeſsio dixit: neſcio. bene probat: vt no. ff.
de verborum obligat. l. ſtipulatio iſta. §. hi quo-
que. nam ex quo vidit aliquē detinere præſumitur
ille poſsidere: vt no. per Inn. de priui. c. cum olim.
Et omnis qui recipit redditus præſumitur habere
aliquod ius adminiſtrandi: vt in l.1. §. ex exercitu. ff.
de exerci. non tamen exigo aliquo caſu quòd teſtis
ſciat perſpicaciter diffinire, cum etiā imperiti teſtes
adhibeantur. nec requiritur in eis nec exigitur iuris
induſtria. ſed ſenſus: vt no. C. de vſuſ. l.1. ſed quòd
ſciat quandam groſſam diffinitionem. verbi gratia
in fama. ſi dicat famam eſſe commune dictum gen-
tium. & in poſſeſsione ſi dicat, poſſeſsio eſt fructus
percipere. l. ſi quis. §. ſuper his. ff. quibus mo. vſuſr.
amit. & l. Pomponius. Nam ſufficit eum intelligere
factum & effectum ſcire: dummodo plenè ſciat, vt
plenè ſciat vt plenè deponat. quod no. Innoc. in ca.
cum cauſam. de teſti. & dicam intra. Ex prædictis
patet ꝙ teſtis poteſt interrogari quomodo intelli-
gat verba iuris. Item patet ꝙ tenetur iura ſcire: vt
167 no. ff. de infa. in l. Lucius. † Et aduerte quòd ius in-
terdū ponitur pro facti qualitate. l. ſi non. ff. ſi cer-
168 tum pet. Item † teſtis debet habere notitiam ſenſus
non impreſsionem intellectus: quia aliud eſt præſu
mere, aliud eſt videre. l.1. ff. de his quę in teſtam. de-
len. nam officiū teſtis non tranſcendit ſenſum cor-
poris de parte: vt no. ff. de auro. & argen. leg. l.1. §.
ornamentorum. Item licet dictum teſtis debeat fun
dari in ſenſu: tamen & in intellectu debet fundari.
Vnde & Ariſto. in problematibus. Intellectus vi-
det & intellectus audit. adde quòd dictum teſtis nō
præſumitur contra ſolennitatem. extra de proba. c.
in præſentia. & no. in l. fi. de prętο. ſtip. & pręſumi-
tur quo ad veritatem hoc modo. nam ſi ſunt teſtes
numero ſufficientes præſumitur: vt Inſti. de verbo.
ob. §. item verborum. Sed ſi eſt vnus teſtis eſt præ-
ſumptio hominis non legis. dic vt in l. admonendi.
169 ff. de iureiu. † Item quando teſtes ſunt quaſi contra-
rij præſumitur pro dicto teſtis non quo ad proban-
dum: ſed debent teſtes ad concordiam reduci & eli-
di probatio: vt extra de teſti. capi. cum tu. ſed illud
limitat Inn. eſſe verum in numero pari: ſecus in nu-
mero diſpari. de offi. dele. c. cum contingat. Et ſic
dicunt quidam quòd dicta teſtium iuuantur vt ex-
cuſentur à contrarietate ſolum ad pœnam criminis
euitandam, non ad probādum: vt in d. c. cum tu. &
l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi reum. ff. de iureiu. facit etiā
quo ad probandum: vt. ff. de interro. act. l. de æta-
te. Dic quòd ratione contrarietatis nō probant: quia
ſe inuicem colludunt, tamē nemo punitur: quia nō
cōſtat quòd falſum dixerint: vt no. de iureiu. l. cum
duobus. §. fin. Nec ob. §. ſed ſi reum. quia ibi teſtis
non erat ſuſpectus ex probatione contrarij. quod
no. ideo teſtis excuſatur & non probat: vt in d. c. cū
tu. quia probatio debet eſſe neceſſaria: ſed excuſa-
tio ſufficit quòd ſit poſsibilis. & dicit Innoc. quòd
† atteſtationes ſunt interpretandę in meliorem par- 170
tem. de elec. c. dudum, & facit quod no. de præto.
ſtipu. l. fi. & vide Bal. in l.1. ff. ſi cer. peta. & d. §. ſed
ſi reum. Ange. in conclu. Credulitas enim iuſtis ra-
tionibus à teſte concepta non nocet tertiæ perſonę.
ff. de in rem ver. l.3. ſed ſi ſic. Bal. in conclu. Teſtis
† interrogatus an Titius ſit bonus vel malus: dixit 171
quòd ſic. interrogatus de cauſa ſcientiæ dixit: quia
ſum vicinus. probat Iac. de Belui. in aut. de teſti. §.
ſcimus. verſi. ſi verò. Teſtis interrogatus de cauſa
ſcientiæ dixit ſcio. an probet? vide per Doc. in l. ſi
quis ita. §. ſecundo. ff. de teſta. tu.

SI TESTIS † interrogatus de fama dixerit vera 172
eſſe contenta in articulo, niſi dicat de cauſa & de
perſonis: à quibus fama habuit ortum, non probat
famam. licet de his non fuerit Interrogatus. Innoc.
in c. cum oporteat. de accuſ. Et ideo ſis cautus:
quando incumbit tibi onus probandi famam
ꝙ facias interrogatoria de cauſis & perſonis à qui-
bus habuit ortum. vel ſaltem inſtruas teſtes quòd
dicant de cauſa & de perſonis. Sed tamen licet iſtud
ſit dictum Innocen. non video cauſam quare ſi te-
ſtis non interrogatur debeat hoc dicere: cum non
debeat eſſe verboſus: vt l. ampliorē. C. de appella.
Sed tamen bene eſt dubium conſideratio quòd fa-
ma non cadit in ſenſum teſtis directò. Ang. in con-
clu. Item teſtis † qui dicit: publicè dicitur: non pro- 173
bat famam: quia poſſet vnus publicè dicere. Idem
ſi dicit quòd palam, vel à pluribus dici audiuit. Bal.
in additio. Specul. in titul. de ſenten. † Teſtis inter- 174
rogatus de veritate dicit ſe nihil ſcire, intelligitur
ſcilicet de veritate, non fama. Si vero deponit ſuper
fama refertur ad articulos non probatos. Specul. in
tit. de noto. crimi. §. famam. in fi. Teſtis † qui probat 175
famam non ſolum intelligitur probaſſe famam eo-
rum de quibus teſtificando ſufficientem rationem
reddidit: ſed etiam eorum de quibus non reddidit.
ſic dicit Bald. in repetition. l. ea quidem. C. de ac-
cuſa. Pro ſaluando teſtes deponentes de fama vide
Angel. in l. inter omnes. ff. qui ſatiſd. cogan. De te-
ſte deponente de fama alicuius. vide Angel. in cor.
de mona. in prin. Teſti † vero non creditur de infa- 176
mia alicuius, niſi adijciat iuſtam cauſam & legiti-
mam ſcientiæ. Innoc. in c. cum oporteat. de accuſ.
Teſti non eſt permiſſum iudicare qui ſunt prouidi
& diſcreti. ea enim tantum iudici competunt. ideo
ſpecifice teſtis deberet dicere perſonas apud quas
eſt infamia contra inquirentem, & non debet dicere
in genere, & hoc ante formatam inquiſitionem. po
ſtea enim nō habet locum probatio per famam ſe-
cundum Inno. & hoc quando infamia dicitur apud
aliquos eſſe. Sed ſi communis apud maiorem par-
tem gentium vicinæ ſufficit deponere de infamia in
genere ſine ſpecificatione ſingulorum, ſecundum
Inn. in c. cum dilectus, de accuſa.

177 Teſtis † in cauſa appellationis debet probare per id quod incidit ante litem motam de antiqua ſama, ſecundum Abba. in c. ſuper eo. vel eo quod ſcit
178 certum eſſe Bal. in conclu. Crudelitas † in teſte non excuſat à calumnia in iudicio niſi adſit veritas. Inn. in c. fin. de iureiur. tene menti pro teſtibus, vt cum deponunt vera eſſe, non credulitari: ſed certitudini veraciter debent inhęrere. Bal. in conclu. & de qua certitudine debeāt deponere, not. ſingulariter Inn. in cap. fi. de iura. calum.

179 Testis † ruſticus interrogatus ſuper articulo poſſeſsionis dicit quòd talis tenet & poſsidet. interrogatus quomodo ſcit. dixit: quia vidit quòd talis tenuit, & vidit quòd poſsidebat tanto tempore, cum ruſtici neſciant quid ſit poſsidere, intelligitur de poſſeſsione quæ eſt facti. Gloſſ. ff. de verborum oblig. l. ſtipulatio iſta. §. hic quoque. Adde in argu. quod no. ff. de cond. & demon. l. quibus diebus. §. domus. & l. nec ſeruus. ff. de pecu. licet aliqui impugnent illam Glo. & male, & dicūt quòd ſi hoc eſſet verum nullus vnquàm vinceret in interdicto vti poſsidetis, in quo non ſufficit detentatio: vt l. ſi duo. §. creditores. ff. vti poſsid. ſecundum dictam Gloſſ. quia non probatur ciuilis poſſeſsio. Nec ob. d. §. hic quoq;. quia illud ibi non diſponitur ad hoc vt ſtipulatio non vitietur. Sed Bartolus ibi dicit quòd immo dicta Gloſſ. bene dicit. nam cum teſtis ſolum habeat deponere de eo quod ſenſu percipitur: vt l. teſtium. C. de teſtibus. & ff. de teſtamentis. l. hæredes palam. §. qui teſtimonio. Si vellet deponere de poſſeſsione vnius: non valeret eius dictum: quia illa non percipitur ſenſu. Sed hoc non eſt verum: quia per iſtas probationes reſultat concluſio iuris, verbi gratia. depono quòd mutuaſti centum. & ſic teſtis deponit quòd mutuaſti. ex qua probatione reſultat obligatio. & ſic in caſu noſtro probata hac detentatione facti reſultat poſſeſsio iuris. l. quædam. ff. de rei ven. & l. 2. C. de acquir. poſſ. l. 1. §. in poſſeſsionem. & ff. de ſol. l. Titia. Ang. in con-
180 cluſione. † Teſtis qui dicit quòd aliquis poſſedit. 10. annis, & non dicit de quibus ſingulariter, non probat: teſtes debent deponere eodem tempore. Bal. in l. fi. C. de edicto diui Adrian. tollen. ibi. 15. oppo. Bartol. in l. Celſus. ff. de vſucap. Si teſtis dicit quòd vidit aliquem poſſediſſe decem annis & plus: illud plus nihil operatur. de quo per Bar. in l. cum filius. §. pater. de lega. 2. & l. in furti. ff. de in litem iurand. & l. & ſi poſt tres. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ſi quis cau. & vide in noſtro repertorio ſuper verbo plus. Teſtis qui dicit talis poſſeſſor ſemper, nō dicit falſum: licet probetur illum aliquando abſuiſſe. Bart. in l. 1. & l. inſulam. ff. ſol. matr. Quid ſi plures teſtes deponunt ſuper poſſeſsione, & aliqui probāt quòd Titius poſſedit, aliqui quòd Seius poſſedit? Dic ꝙ probant quemlibet retinere de facto: cum plures non poſſunt poſsidere in ſolidum eandem rem: vt l. 3. de acqu. poſſ. & talis interpretatio fit per Gloſſ. in ſtipulatio iſta. §. hi quoq;. ff. de verb. obli. & ibi Bartolus, Angelus. in conclu.

181 Teſtis † qui dixit ſe ſcire quòd Titius poſſedit per annum patiente Seio, & non reddit rationem ſcientiæ: quia non fuit interrogatus, non probat: quia non deponit per aliquem ſenſum corporeum. Bald. in rubr. de contr. inueſti. & patet alibi.

Testis † inductus ad probandum mutuum: ſi 182
dixit ſcio quòd talis mutuauit tali in mea præſentia tantam pecuniam: & ipſe recepit: ex hoc præſumitur mutuum, per l. cum quid. ff. ſi certum petatur. Quid ſi teſtes dicant vidimus quòd mutuauit: ſed non recordamur de quantitate. non probant niſi aliter poſsit coniecturari de quantitate. Bartolus in l. admonendi. ff. de iureiura. Sed an eſt neceſſe quod dicant vidimus numerari? Dic quòd ſic. de conditione indebiti. l. cum ſeruus. vide de hoc in titul. de teſte, poſt principium. in verſicul. ſed pone egi contra te. † Si teſtes probant vnus de quin- 183
que, alius de decem, an debitum in quinque ſit probatum? dicitur quòd ſic, per c. 1. de arbi. per l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verborum oblig. & ibi no. per Bartolum. & per l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. ibi, in maiori ſumma ineſt minor. & per c. nihil extra de verborum ſignificatione. In contrarium facit: quia ſi teſtes diſcordant in re non probant: vt in c. cum eccleſia. de cau. poſ. & pro. hoc tenet Damaſ. Specul. videtur tenere contrarium in titulo. de teſte poſt princip. In alijs tamen terminis loquitur ſcilicet, cum teſtes deponūt ſolutam decimam, quorum vnus dicit de decem cordibus grani: alter de quinque, vel ſi deponit ſic: quia vnus dicit quòd vidit condemnari decem homines: & alter quinque. nam ad probandum ius dici. & iuriſdict. talis eſt varietas ſi diuerſitas in numero, & etiam quòd plus eſt in ſubſtantia rei decimatæ, vel in ſubſtantia viſus in iuriſdictione non vitiat dicta teſtium deponentium de decima ſoluta vnus in auro alius in argento. vel vnus de ſolutione frumenti: alius hordei: vt not. Io. Andr. in c. qualiter. & quando de accuſ.

De quæſtione autem prædicta, probatio numeri limitati ſiue quantitatis eſt de ſubſtantia quo ad teſtes. Si enim deponunt de diuerſis ſummis, apparet quòd non deponunt de eadem in qua fuerunt ambo præſentes. & ſic non ſunt conteſtes, quod eſt neceſſe: vt C. de teſtib. l. teſtium. Nam pluralitas ſummarum inſert in pluralitatem concretam & diſpoſitiuam. l. qui centum. ff. de annu. lega. & in l. quinquaginta. ff. de proba. facit quod no. Bar. in l. triticum. ff. de verbo. oblig. † cum ius ciuile in teſtibus 184
diſcordantibus de valore rei ſiue æſtimatione dicit quòd plus creditur duobus affirmantibus, quàm mille negantibus: vt in d. §. ſi plures. quod non eſt verum vbi negatiua poteſt cadere in ſenſum teſtis: puta quòd iſte liber meus non valet triginta ſi emi. quidam dicunt quòd ſic: quidam quòd non: ſtabitur maiori numero: vt l. 1. in princip. ff. de ven. inſpici. Si vero eſt par numerus: præualet dictum ipſorum qui deponunt dictum de minori. & hæc eſt identitas ſubſtantiæ ſuper qua deponunt, id eſt, ipſa res. ſed in mutuo cum diſcordant in ſumma: diſcordant in ſubſtantia. idcirco nō probant ſecundum Damaſ. in d. c. 1. de arb. cum quo teneo ratione prædicta, & prædictis adde quod no. Cy. in l. bonæ fidei. in fine. C. de iureiu. Ang. in concluſ. Qualiter autem intem intelligatur quòd magis creditur duobus affirmantibus, quam mille negantibus. no. ff. de arbit. l. diem proferre. §. ſi plures. & vide Bar. in l. hæres. §. 1. ff. de teſtam. in prin.

† Teſtis qui examinabatur in Palatio poteſtatis 185
ſuper

ſuper vno articulo dicit contractum celebratuum
in Palatio epiſcopi, ſuper alio dixit in hoc Palatio
ſaluatur eius dictum: quia pronomen hoc, eſt ſo-
lum demonſtratiuum ad oculum corporis: vt l.
hoc articulo. ff. de hæred. inſti. & ff. de ſeruitu. ru-
ſticorum prædiorum, in quibus Incorporalia de-
monſtrantur per hoc pronomen hic hæc hoc. licet
Glo. dicat contrarium, & malè in l. Mæuius. §. duo-
bus. ff. de lega. 2. ibi per Bart. Vnde de caſu propoſi-
to dictum teſtis refertur ad oculum mentis & intel-
lectus. ſcilicet hoc Palatio, id eſt, epiſcopi, de quo
dixerat ſupra non oculum corporalem: arg. extra
de teſt. c. cum tu. niſi cauſa contrarietatis euitandæ
intelligerem quòd demonſtraretur res corporalis,
per ea quæ not. d. §. duabus. & ita not. Barto. in l. 1.
in prin. ff. de noui ope. nunt. Sed aduerte quòd ipſe
dicit quòd dictum teſtis ſaluatur & ſuſtinetur. li-
mita hoc eſſe verum quantum ad pœnam euitan-
dam: non quantum ad probationem: quia dubia
probatio interpretatur contra prodncentem teſtes:
vt dixi ſupra in probatione diffinitionis. Item di-
ctum Bar. puto verum in eodem teſte ſic deponen-
te. Quid autem in diuerſis? vt ſi duo teſtes exami-
nantur in capitulo & vnus dicit quòd fuit in Palatio
domini Papæ, alius quòd fuit in hoc Palatio, per ea
quæ dicta ſunt ſupra per Bart. patet quòd non poſ-
ſunt ſuſtineri eorum dicta.

186 In testibvs † requiritur aliqua qualitas pu-
ta quòd ſint pares & vnus dicit de ſe & de ſocio. &
ſimiliter alter. quia ſunt ſingulares non probant.
In contrarium facit. 2. q. 7. quærendum. Sed pro o-
pinione prima vide quod no. Baldus. de elect. bo-
næ memoriæ. & per Baldum. C. de teſti. l. teſtium.
& in c. 1. quot teſtes ſunt neceſſarij ad probandum
187 inueſtituram. † Quando teſtes ſunt ſingulares, vide
quod not. Bald. ſuper rubr. de controuer. inueſt. &
in cap. ſacramentum. de conſue. rec. feu. Vbicunq;
ordo vel narratio facti non permittit aliquid ſimul
fieri ſed ſucceſsiuè, illud dicitur fieri ſimul. ff. ſi pars
hær. pe. l. antiqui. ff. de ſta. ho. l. Arethuſa. Et ideo
teſtes qui viderunt ſucceſsiuè per rimulam adulte-
rantem vnus poſt alium non dicuntur ſingulares:
ſed ſimul vidiſſe. 3. q. 8. ca. nihilominus. in Gloſſ.
& per ſupradicta poteſt dici quòd bene probatur
vſurarius per teſtes ſingulares: quia concordant om
nes in perceptione vſurarũ, licet diſcordant in per-
ſonis. vide Glo. not. 3. q. 8. c. nihilominus. vbi te-
ſtes probant aliquem irregularem, licet vnus dicat
vidi quòd celebrauit Miſſam, & alius deponat de
Veſperis. & vide in §. teſtes ſingulares.

188 Si qvis vult † probare ſe exercuiſſe iuriſdi-
ctionem in aliquo loco, valet teſtimonium, licet
teſtes deponant in tempore & loco. Inno. in c. qua-
liter, & quando. de accuſa. Qualiter teſtificetur cæ-
cus ſuper iuriſdictione: vide Speculatorem. titulo.
de teſte in princip. verſi. ſed & qualiter teſtificatur.
An pars poſsit probare iuriſdictionem voluntari-
am & ſolennitatem iſtarum, vide Angel. in l. ſed ſi
inſtrumenta. C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſca.
lib. 10. Quid de teſte qui dixit rem ad talem perti-
nere. vide no. Inſti. de action. §. Seruiana. Qualiter
probetur quem cæcum, mutum, vel furioſum: vi-
de Bar. in l. 1. de bo. poſ. infan. vel fu. Qualiter pro-
bari poſsit ciuitatem habere ciues: & quot teſtes de-
beant eſſe. vide Bal. in l. data opera. C. qui accuſare
non poſſ. Qualiter per teſtes probetur filiatio vel
clericatus conſuetudo & multæ aliæ qualitates. vi-
de Bald. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ.
Teſtes deponentes aliquem eſſe filium probant de
legitimo & naturali. licet non dicant. Inſtitu. de ad-
optio. in fin. Quid ſi teſtes dicant aliquos eſſe fra-
tres? qualiter intelligatur. dic vt not. ff. de lega. 3. l.
Lucius. §. quæſitum. Qualiter † tunc debeant de- 189
ponere ad probandum ſententiam. vide Baldum.
in l. fin. C. de re iudi. Qualiter probent ſtipulatio-
nem. vide Ang. de verborum obligat. l. ſciendum.
Aliquis fuit teſtis in alienatione rei ſuę vel ſibi ob-
ligatæ: nunquid ex hoc ſibi præiudicet? vide Bar. ff.
ſolu. matr. in l. quæ dotis. Quid ſi teſtis ſe ſubſcri-
pſit, an ſibi præiudicet? vide not. in l. Gallus. ff. de
pig. act. Qualiter probabunt contractum factum à
muto teſtes. vide. ff. de acquiren. hæred. l. mutum.
Qualiter probetur per teſtes intereſſe ſingulare. vi-
de Bal. in addi. Spe. in tit. de appel. in addi. certa. &
dixi in verſic. intereſſe deponente de valore rei. ſe-
cundum communem opinionem. vide Bartol. in l.
ei qui. C. de præ. naui. libro 11. Quid ſi vnus depo-
nit quòd valet. 10. alter. 15. an erunt contrarij. vide
Bartolum. ff. de lega. 2. §. 1. in fi. vide Bar. pro ma-
teria in l. filiusfamilias. §. ſi quid alicui. ff. de legat.
1. † An, & quando teſtis qui deponit de identitate 190
rei probet. vide Angelum. in l. diurnos. C. de fru-
men. Alex. lib. 11. Qualiter debeat deponere teſtis
vt imponat fidem inſtrmento quod non poteſt le-
gi. vide Ang. in aut. de hære. & fal. §. 1. in fi: An te-
ſtis interrogatus ſuper ætate reſpondẽs in redditio-
ne rationis: quia ſit frater probet? vide Bal. de in in-
te. reſt. l. de tutela.

Qvaero, † an & quando teſtibus ſit fides adhi- 191
benda. Dic quòd iudicis committitur arbitrio. ff. de
teſtibus. l. 2. §. tu magis ſcire potes. & debẽt ad con-
cordiam redigi diſtinguendo & interpretando eo-
rum dicta. de teſti. c. cum tu. & dixi ſupra cum tra-
ctaui. de prob. difini. etiam verba impropriando
dixi ſupra. de prob. poſſeſsionis. & patet per ea quę
infra ſubdam. † Quæro an ad fidem teſtis ſint ne- 192
ceſſaria omnia quæ includuntur ſub iuramento &
forma articulorum? Dic quòd ſic. & ideo ſi in vno
mentiatur non valet in alio: ſecus ſi ex officio iu-
dicis interrogatur ſuper extraneis vt ſuper veſtibus
& nubibus cœli. Nam ſi eſt mendax non eſt pe-
riurus: quia non iurauit ſuper his. Quædam enim
ſunt ſubſtantialia cauſæ, & mendax in his ſemper
eſt periurus, nec in aliquo ſibi creditur: vt not. In-
nocent. de hære. in c. fraternitatis. Si autem iurat
veritatem dicere ſuper omnibus de quibus interro-
gabitur: & interrogatur ſuper veſtibus & ſimilibus.
& tunc aut primo mentitur, & in aliquo ſibi non
creditur: aut poſtremo & creditur: qnia non erit pe-
riurus. Item per teſtes non intelligitur probatum
niſi quatenus ratio dicti inuenitur: vt no. in ca. ve-
niens. de renun. & ibi per Ioann. Andr. in Nouella.
& per Baldum ſuper rubr. de controu. inueſt. Si † 193
teſtis depoſuit ſuper vna parte. & interrogatus pro
alia dixit nolo reſpondere, non adhibetur ei fides:
quia dolo ſubticet veritatem. ff. de iure fiſci. l. 2. §.
diuus. Præſumitur enim ille teſtis doloſus & cul-
poſus. Bald. in l. 2. C. de edend. † Si plures teſtes 194

examinantur ſimul, licet probent, tamen non ad-
hibetur eis fides: quia ſecreto debét examinari: vt in
Spec. de teſte. §. nunc. tractandum. verſic. ſed pone
quod dixi. Si iudex Mediolanenſis miſit ad exami-
nandum teſtes Papiæ per notarium ſuum valet, nec
eſt dubitãdum de citatione: quia ſufficit quòd ſolo
verbo fiat, ſed ſi nollent teſtificari non poſſet eos
195 cogere. Bald. ſuper rubri. de cõtrouer. inueſti. † Te-
ſtes propter nimiam diſsimilitudinem dicuntur va-
riare, & propter vnum & eundem ſermonem dicun
tur ſubornati, quod iudicis arbitrio relinquitur an
eis credatur. Bald. in l. cordi. in princ. C. de ſumm.
Trini. & fide catho. & vide in l. teſtium. in ver. ideo-
196 que. ff. de teſt. † Quid ſi teſtis dicit falſum teſtamen-
tum: ſed de tenore dicit ſe non recordari? Reſpon.
non probat vt impediat ab inteſtato adiri. Baldus
in l. in ſententia. C. de ſen. quæ ſine cert. quanti. &
no. in l. 2. ff. de bono. poſ. ſecundum tabu. & ibi di-
cit Gloſſ. quòd duo teſtes impedirent dictam adi-
197 tionem. † Teſtes qui dicunt notarium erraſſe: quia
dicunt non audiuiſſe hæc verba: ſed quædam alia,
probant erratum: ſed non qualiter. Bald. in d. l. ex
198 ſententia. † Quid ſi ſemel teſtis eſt inductus ſuper
eodem: ſecundo inducitur & dicit ſe non recorda-
ri, qualiter primo depoſuerit: ſed non deponit vt a-
lias deponit, non aliter exprimendo, an valebit te-
ſtimonium. dicat Bartolus quòd ſic. Si vero valeat
non ſtatur primis atteſtationibus. Item nec ſecun-
dis. ff. de teſtibus. l. qui falſa. quæ loquitur de ea-
dem depoſitione. Item in diuerſis quando vtraque
depoſitio eſt ſolennis: ſecus ſi altera eſt facta ſine iu
ramento. Bal. in l. fi. C. de re iudic. & vide per Bar-
tolum. in l. eos. ff. de fal. Quid ſi ſecundum dictum
fuit nullum ratione ſolennitatis omiſſæ in ſecundo
dicto. Dico per omnia vt primo dixi. vide Bar. in l.
legata inutiliter. ff. de leg. 1. An teſtis qui neſcit ori-
ginem eius de quo deponit probet. dic vt no. ff. de
199 iureiur. l. 1. in princ. Teſti † qui non plenè narrat fa-
ctum, id eſt, ſubſtantiam facti, non creditur. Bald.
ff. de infam. l. Lucius. & ex eius dicto non defertur
iuramentum in defectum probationum. nec ex di-
cto teſtis qui non reddit cauſam ſuper dicto, licet
non interrogatus: vt no. Bald. in 10. col. de conſue.
200 rec. feu. c. ſacramentum. † Creditur plus perito quã
imperito: vt in procemio. ff. etiam ſi peritus negati-
uè & imperitus affirmatiuè loquatur & deponat. &
ibi per Cyn. Non obſt. ff. de arbi. l. diem proferre.
§. ſi plures. & quod not. in c. 1. de prębend. in 6. quia
ibi non loquitur de teſtimonio quod in arte conſi-
ſtit. ſed in ſenſu: & quia mera negatiua non eſt ſenſi-
bilis: quia obiectum ſenſus eſt ens. ideo vera eſt
Gloſſ. ſed ſi eſſent æquè probabiles vterque tunc
ſtaremus veriſimiliori. ff. de teſt. l. ob carmẽ. Cyn.
201 in l. 2. C. 1. de erro. aduo. Bald. in conclu. † Teſtis
deponens ſuper eo quod eſt remotum à natura con-
tractus, non facit deferri iuramentum in ſupple-
mentum probationis. Bald. in c. 2. de conſue. rec.
feu. vide in Spe. de teſte. in prin. ver. item quòd di-
xit ea quæ non conueniunt naturæ. Qualiter teſtes
probent mortem, vel aliquẽ non extare. vide quod
not. in l. ſi dubitetur. ff. quemadm. teſt. ape. & vide
text. & ibi Gloſſ. in l. ſi quidem. C. ſolu. matrimo.
vt patet ibi ſcitis.

202 TESTIS † SI ACCEPIT pecuniam vt teſtimonium
dicat an ei credatur. Reſpon. quòd ſic, ſi eſt produ-
ctus ab illo in cuius præiudicium dixit teſtimoni-
um. Bald. in c. 1. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis
oriatur.

† Teſtis recipiens pecuniam ob teſtimonium ve- 203
rum dicendum incidit in falſum. ff. de fal. l. 1. ver-
ſi. item qui obſtruenda. in Gloſſ. vide in Specul. de
teſte in prin. verſi. item opponitur. & ver. ſequ. ſed
quid ſi teſti data ſit pecunia.

Dans pecuniam teſti vt verum teſtimonium fe-
rat, punitur ac ſi ipſum corrupiſſet. Glo. eſt ſing. in
l. 1. ff. de fal.

QVAERO † nunquid perempta inſtantia pere- 204
ant atteſtatioues? vide quod no. C. de teſt. in l. ſolã.
Et tenet Glo. ꝙ ſic in l. 3. ff. de his quę in frãu. cre.
In contrarium facit tex. in l. fi. C. de teſti. & Gloſſ.
in l. properandum. §. fi. C. de iudi. & C. de re iudi. l.
geſta. facit quod notat Gloſ. ff. de appellationibus.
l. ſi expreſsim. & ff. de iudicato ſoluen. l. cum lite
mortua. & C. de eden. l. is. apud quẽ. Sed Bar. in d.
l. 3. dicit illam Gloſſ. malè dicere: quare ipſe ponit
exemplum quando quis patitur perire inſtantiam
in cauſa appellationis patiendo labi annum vel bi-
ennium, quo caſu perit inſtantia in totum & ius: vt
in auth. ei qui. C. de tempo. appel. vt dicamus ſal-
uando illam Gloſſ. quòd loquitur quando inſtan-
tia perijt ante publicationem teſtium, quo caſu di-
cta teſtium pereunt: arg. d. l. geſta. ſecundum Iaco.
de Are. vt refert Cy. C. de iudi. l. properandum. in
fi. Ang. in conclu. † An dicta teſtium faciunt fidem 205
in alia inſtantia. vide quod no. in l. 2. & ibi per Bar-
tolum. C. de eden. An dictum teſtis in vna cauſa fa
clat fidem contra ipſum eundem teſtem in alia cau-
ſa? vide Bartolum. ff. de fal. l. eos. † An autem rece- 206
pti teſtes ad excipiẽdum valeant ad agendum. Dic,
aut ſunt recepti iure extraordinario & fauore exce-
ptionis, & non valeant ad agendum: vt no. Innoc.
de teſtibus. c. ſignificauit. aut iure ordinario, & tunc
non valent ſecundum Bald. in conclu. † An autem 207
valeat dictum teſtis deponentis ſuper alio quàm ſit
inductus. vide per Ioan. Cald. 29. diſt. & non valet
ſi examinatur ſuper impertinente capitulo. Innoc.
extra de teſtib. c. per tuas. & vide in Spe. de teſte. in
prin. ver. item quòd depoſuit ſuper alio. & ver. ſeq.
† Teſtes non rectè examinati aliquando probant 208
ſcilicet in longinquis partibus. quod non potuiſ-
ſent reuocari. Baldus in l. admonendi. ff. de iure-
iura.

TESTIS † non tenetur recordari de tempore. 209
Barto. in l. ob crimen. §. pen. ff. de teſti. & Io. And.
in nouel. in c. cum Ioannes. de fi. inſtr. quòd dictum
teſtis non vitiatur: licet nõ deponat de loco & men-
ſe: licet enim teſtis dicat de aliquibus non recordari
non vitiatur eius dictum. Bartolus in conſilio vi-
geſimo. Teſtis non tenetur habere notitiam diei, ni-
ſi dies eſſet de ſubſtantia proceſſus. Et melius de-
bet recordari de loco quàm de tempore. Innocent.
in c. qualiter & quando. de accu. Sed in criminali
non tenetur deponere de die etiam interrogatus.
Gloſſ. eſt not. 3. q. 8. c. nihilominus. Bald. in con-
clu. † Et ſi non recordatur de tempore valet teſti- 210
monium in interdicto. tamẽ in poſſeſsione oportet
probare de poſſeſsione illius diei. l. 1. §. hoc inter-
dicto. ff. de vi & vi arm. Inn. in d. c. qualiter, & quan-
do, vi-

do, videtur probabiliter dicere quòd ſi dico: ſpoliaſti me iſto menſe: & produco. & qui non probāt de iſto menſe, ſed de præterito quod bene probent: licet errent in tempore, tamen probant ſpoliationē factam. ita not. Inno. in c. cum ad ſedem. de reſtit. ſpo. licet requiſiuerim multoties & non reperi: bene tamen facit ad hoc de reſtit. ſpol. c. olim. el. 3. & not. Inn. in d. c. qualiter, & quando. Bal. in conclu. vide Specul. de teſte. §. iam de interrogatorijs. ver. fiunt etiam generaliter.

Teſtis non tenetur reuelare illud quod iurauit ſecretè. intelligitur niſi ex iuſta cauſa reueletur. quod no. in conclu.

211 AN NEGATIVA † poſsit directò probari per teſtes? dic, aut loquimur phiſicè aut legaliter. primo modo negatiua eſt priuatio quædam. & priuationes nō ſunt obiecta ſenſuum: quia ſunt quid intellectuale & corporeum. vel aliquid tale circa quod fieri ſolet ſenſatio. Exemplum, ſi video album poſſum deponere quod non eſt nigrum, tamen iſtud ens non eſt viſibile: quia non eſt coloratum: ſed eſt nigrum in abſtracto. nec cadit in ſenſum, niſi ſub ratione contrarij: quia video album: ergo non eſt nigrum. hæc ratio eſt intellectualis & procedit per rationem contrariorum. vnde ſenſus vtitur adminiculo intellectus. & vadit ſyllogyzando. ſic in l. optimam. in fin. C. de contrahen. & commit. ſtipul. Si autem vt Legiſtæ dicunt, iſta negatiua quæ æquè perfectè percipitur à teſte, vt affirmatiua directò probari dicitur. Ideo teſtis dicens ſcio quia vidi: bene loquitur. de hoc per Cyn. in l. 2. C. de erro. aduoc. tamen impropriè loquitur. & vide in l. 1. de cano. fru. lib. 11. Bal. in conclu. Sed cui incūbit onus probandi negatiuam? Dic aliquando quis loquitur negatiuè: aliquando quis affirmatiuè. primo caſu aduerſarius probat. ſecundo caſu qui dicit. ff. de minoribus. l. de ætate. quod eſt falſum: quia quando termini ſunt conuertibiles: & æquipollentes, vna eſt ipſorum natura ſiue ſubſtantia. ergo idem ius. Sed iſta: non ſum minor: & iſta: nō ſum maior: conuertuntur inter ſe: & ridiculum eſt quòd iura ſtent in articulo verborum. l. 2. C. de formu. l. actio. C. de nego. ge. & quòd aduerſarius meus poſsit mihi imponere onus probandi: vel ego ſibi. vt l. ne in poteſtate. ff. de arbi. Præterea ſi negabo & ille negabit, ego dicam non ſum maior, & ille dicet non es minor: itaque ſequetur quòd nullus probet: quia vterque negat quod eſt ridiculum. Bal. in conclu. Qualiter autem negatiua probetur per teſtes? vide Bart. in ſuo conſilio 9. quod incipit. Et nunquid teſtis aſſerens meram negatiuam incidat in falſum. vide Ange. in authen. de hær. & fal. §. ſi verò expreſsim. Dicitur autem negatiua quæ nō cadit in ſenſum teſtis niſi per cauſas negatiuas, & dicitur eſſe difficilis probationis ſicut negatiua. Inno. in c. ſuper hoc. de renun. Iac. But. de inoff. teſtamen. l. etiam. Negatiua æquè creditur parti ſicut affirmatiua: ſecus in teſte: quia factum negatiuum videri non poteſt. ideo magis creditur affirmantibus qui dicunt ſe vidiſſe, quàm his qui dicunt ſe nō vidiſſe: vt not. Glo. ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſi plures. & in c. 1. de præben. libr. 6. niſi teſtes adijciat vel non potuiſſet fieri quin vidiſſet. vt no. in l. 1. §. 1. de iti. actuq; pri. tunc enim aſſumit negatiuam per ſenſum corporis. C. de contrahen. & commit. ſtipula. l. optimam. Si autem teſtis dicit ſimpliciter non vidi: nihil probat: quia ſenſum negat, & tanquam ignarus deponit. vnde nil probat in negatiua vaga & in generali teſtis ſuſpectus: vt in c. cum eccleſia Sutrina. de cau. poſ. & proprie. propriè enim non debet eſſe coartata vt poſsit in veram notitiam cadere: ſed nec omnis ſenſus percipit negatiuam: ſed ſenſus viſus tantum: quia locum vacuum video: ſed non guſto nec tango, nec odoro, nec audio. per contrarium ſenſum, probatur negatiua: quia non entia non obijciuntur ſenſibus, nec apparent ſenſibus: quia ſentire eſt pati, & habenti debet fieri ſecundum Archi. Bal. in conclu. De negatiua vide in Spe. de teſte in princ. ver. quod aſtruit. & in l. 1. §. 1. ff. de itin. actuque priua. & ff. de mag. conue. l. 1. §. probat.

TESTIS † examinatus qui non debuit examinari non facit indicium. Bar. in diſpu. ſua quæ incipit iudex maleficiorum. & per eum in l. maritus. ff. de quæſtio. In hoc tamen diſtinguit: quia aut non debuit examinari propter reuerentiam perſonarum: vt ſeruus contra dominum. & examinatus non facit indicium plenum. ſed qualequale: vt l. 1. impubes. ff. ad Sylla. Idem in teſte qui non debuit examinari propter ſexum: vt in muliere. eadem ratione ſi non debet examinari propter infamiam: tunc examinatus facit qualequale indicium. l. qui vltimo. ff. de pœ. Quandoque non debet examinari propter inimicitiam, & tunc facit vel non facit ſecundum qualitatem inimicitiæ. l. 1. §. pe. ff. de quæſt. Quandoq; non debet examinari ratione ordinis: quia non ante lit. conte. vel parte non citata. & tunc non facit indicium: vt l. fin. §. ſi quando. C. de teſti. & iſta eſt breuis diſtinctio Bar. in d. l. maritus. 212

Teſtes † ſingulares non probant factum, id eſt, contractum eſſe vſurarium: ſed bene probant quòd contractus ſit cum tali perſona. Spec. in ti. de inquiſitore. Ad probandum certum crimen hæreſis non ſufficiunt teſtes ſingulares. facit quod no. Inn. in c. qualiter, & quando. de accu. & quod no. ff. de reſti. l. ob carmen. in fin. & C. de hære. l. Arrianus. & l. quocunque. verſ. idcirco. & ibi per Ia. Bu. in lec. & ideo in multis locis diſpoſuit conſtitutio epiſcopalis quòd probato aliquo vſurario eius contractus præſumatur fœneraticius. quæ conſtitutio operatur quòd per teſtes ſingulares nō ſolum probetur vſurarius: ſed præſumitur ꝙ eo vitio eſt vſus in quolibet contractu. vide per Bart. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. pet. Ang. in conclu. 213

Teſtes † non dicuntur ſingulares in actu reiterabili & continuò ſicut in actu diſtinctiuo. vide hoc in cap. qualiter. de accuſa. & per Glo. in l. ob carmē. ff. de teſti. 214

Teſtes aliquando ſunt diuerſi & ſingulares: vt quia aliquādo vnus deponit de vna re: alter de alia: & tunc ſunt varij & ſingulares: nec faciunt plenam fidem: vt no. in l. qui falſam. ff. de proba. & plenius in l. adimendi. ff. de iureiuran.

Aliquando † teſtes ſunt contrarij & inter ſe repugnantes abſolutè & ſimpliciter: & tunc nulla fides eſt eis adhibenda: vt not. Iac. de Are. in ſuo tract. de teſti. facit quod not. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtip. & ſi vnus teſtis dicit quòd actus fuit celebratus in vno loco: alter dicit quòd idem 215

actus fuit celebratus in alio loco.ff.de teſti.l.ob car
men.§.1. facit quod not. in l.ſi mihi & tibi.§. ſi quis
ſeruos.ff.de leg. 2.

216 Aliquando † teſtes ſunt adinuicem repugnantes
non ſimpliciter & totaliter, ſed ſecundum quid. &
quia vnus dicit de maiori ſumma: alter de minori:
& tunc ſtatur minori: ar.ff. de arbi.l. diem proſer-
re.§.ſi plures.de hoc dic vt dixi. ſupra in §.ſi teſtes
probant vnus ex quinque. Quæ autem teſtimonia
dicantur diuerſa & quæ varia.no.ff.de fal.l.eos te-
ſtes.Varians eſt ille qui non ſtat firmus: Contrarius
qui contraria tenaciter aſſerit. Vacillans dicitur qui
in titubando variat, ſecundum Inn.in c.pręterea.de
teſ.& quando teſtes dicantur vacillare.no.etiam.ff.
de teſt.l.qui falſa.& C.de teſ.l.nullum. & per Bar.
in d.l.eos.& in Specu.de teſte.in princip. verſ.item
quòd teſtes ſunt varij.cum ver.ſeq.

217 †Teſtis qui eſt ſibijpſi contrarius per dolum pu-
nitur: ſecus ſi per ignorantiam. Iac.de Bel. in auth.
de teſti.§.licet dudum.

Teſtes qui vacillant vel cõtraria deponũt puniun
tur pœna extraordinaria: vt no. C.de teſ.l.nullum.

218 †Item teſtis qui conſimilem caſum habet eſt ſu-
ſpectus.Spec.in tit.de teſte.in prin.ver.item qui ha-
219 bet conſimilem caſum. † Et nunquid iudex facere
debet ſcribi in actis quare non adhibet plenã fidem
teſti? vide.ff.de teſti.l.teſtium.ver.ſit.ideoq; teſtis.
videtur tenere ꝙ non in actis curiæ.Glo.eſt.Inſtit.
220 de dona.§.1.quam no. †Item valent acta iudicialia
licet in eis non ſunt ſcripta nomina teſtium. vide in
l.donationes.C.de don. Ratio eſt: quia in iudicio
non eſt præſumptio quòd excogitetur falſitas. &
quia eſt ibi ſemper teſtium multitudo. pro hoc l.
omnium.& l.ſancimus.C.de teſta.& not.per Bal.
in quodam conſilio. Ang.in conclu.

221 †Quando actus celebratur coram populo vel po
pulũ repręſentante ibi non ſunt neceſſarij teſtes. C.
de his qui in ec. manu.l.1.ff. de leg.1.l. licet Impe-
222 rator.in prin.Inſti.de lib.§.multis. †Si teſtes dixe-
rint filium inſtitutum in maiori quantitate filiam
in minori, alij dixerunt eos inſtitutos æqualiter: ex-
ponitur æqualiter, id eſt, eodem tẹmpore. licet in
diuerſis portionibus. Bart.in l.ſi finita.§.ſi ante.ff.
223 de damn.inſect. †Quod conceſsio ſit facta motu
proprio non poteſt probari per teſtes. Angel.in l.ſi
quis.in princip.ff.quod quiſque iuris. An dubite-
tur de viribus teſtamẽti ſi teſtis negat ſigillum ſuũ?
224 vide ff. quemadm.teſta.aper.l.1.§.ſi quis. †Prote-
ſtans contra teſtes poteſt vti eorum dictis ad exclu-
dendum probationes aduerſarij, non tamen ad in-
tentionem probationis fundandam: quia eſſet ſibi-
ipſi contrarius ſecundum Inno.in c.pręſentium.de
teſti. & ſi proteſtans petit eos pro ſe examinari vi-
detur à proteſtatione recedere, ſecundum Inno.ibi-
dem. Secus ſi fecit interrogatorios articulos contra
eoſdem articulos partis aduerſæ: ſecundum quæ pe-
tijs interrogare, ſecundum Innoc. ibidem. Bald.in
conclu. Solus conſenſus partium non ſufficit ad ꝓ-
bandum dicta teſtium quæ non valent. Innoc.in c.
225 cauſam de teſtib. †Si teſtis primò depoſuit poſtea
in vltimo interrogatorio dixit ſe nihil ſcire, ſup-
Bart ĩ n. pletur id quod ſupra dicit.ff. de ſenatoribus.l.ſe-
23. fo. 27. cunda. vbi à nullo eſt relatum. ſupple niſi à ſatur-
n.no. An magis credatur teſtibus probantibus ſpon
tanea voluntate quàm probãtibus coacta? vide An-
ge.ff.quod me.cauſa.l.non eſt veriſimile.

†Teſtis interrogatus de aliqua re dicens ſe tradi- 226
diſſe obliuioni propter infirmitatem iuſtè allegat:
quia cognitio mortis inducit obliuionẽ: & per con-
ſequens infirmitas probatur. C.qui teſtam.face.po.
l.hac cõſultiſsima. † Si quis patitur aliquem caſum, 227
faciat in illo loco examinare teſtes ſuper caſu, & fa-
ciunt fidem alibi, quod eſt mirabile: vt not.Bart.in
l.ſi quis.C.de nauf.lib.11. An poſſum reprobare te-
ſtem contra me inductum ſi aliâs eum induxi: & an
poſsim opponere contra dicta teſtium à me produ-
ctorum: dic vt no. C.de teſ.l.ſi quis teſtibus.

Qualiter †inſtrumentum reprobetur per teſtes. 228
vide pulchrè per Bar.ff.quemad.teſt.ape.l.1.§.fin.
& glo.no.4.q.2.c.ſi teſtes omnes.& per Io.Cal.22.
di. Credo quòd contra inſtrumentum admittantur
teſtes: vt extra de probat.ca.ad audientiam.& C.de
probationibus.l.cum precibus.non tamen credo ꝙ
dictum duorum vel trium præualeat inſtrumento.
nam cum inſtrumentum obtineat vires eorum duo-
rum teſtium, & tabellio ęquiualeat, & maior ſit vno
teſte, oportet vt per quatuor reprobetur inſtrumen
tum. Fallit in inuentario contra quod non admit-
tuntur teſtes.C.arbi.tu.l.fi. Et in confeſsione quæ
fit in inſtrumento in quo mulier confitetur recepiſ-
ſe pecuniam pro interceſsione: vt C. ad Velleia.l.
antiquæ. Ang.in concluſio. † An inſtrumenta vel 229
teſtes poſſunt pro parte repudiari, & pro parte ac-
ceptari? vide Glo.in c.ſi quid veri.27.di.& in Spe.
de teſte.in princip. verſi.quid ſi pro vtraque parte.
Qualiter teſtes contradicentes inſtrumẽto illud im-
pugnent. vide in d.l.1.§. ſi quis. & per Bartol.ff.de
reg.iur.§.ſi quis.& l.ſi librarius. An inſtrumentum
reddatur falſum vel ſuſpectum ſi teſtes ibi deſcripti
dicant ſe non recordari? dic vt in d.§. ſi quis. & ibi
etiam vide de efficacia teſtium non deſcriptorum in
inſtrumento venientium ad eius impugnationem.
Et quando teſtes diſcordant cum inſtrumento vel
dicant ſe non recordari: quid iuris ſit? vide etiam in
c.cum Ioannes. de fide inſtru. & in l.in exercendis.
C.de fide inſtru.& ff. de bon.poſ.ſecundum tab.l.
2.ff.de teſ.l.hæres.

Contrarietas† ſiue varietas teſtium ſi variant 230
in actu rei geſtæ: & alibi: ſunt per diſtinctionẽ par-
tium ad concordiam reducendi: & potius ſunt con-
cordandi quàm reprobandi. ita not. Abb.in c.cum
tu. de teſt. ſecus in actu excontinuabili. nam ex eis
poteſt inferri vnus teſtis ad principium illius tem-
poris, alter ad finem. & ſic poterunt ſaluari: vt not.
in l.ſi inſulam.ff.ſol.mat.per Ia.de Are.& per Bar.
in l.2.§.fin.ſi cer.peta. & Inſtit.de iuſti.& iure.§.is
igitur.Item teſtes poſſunt reduci ad concordiam in-
ter ſe, & cum inſtrumento: vt not.in l.2.§.appella-
ta.ff.ſi cer.pet. Dicta teſtium ſunt diuiſione minu-
enda. Ange.in l.item videndum.in prin.ff.de peti.
hære. De contrarietate teſtium vide glo.4.q.3.cum
teſtes.per Inno.in c.cum contingat.de offi. delega.
Bal.in 1.conſtit.C.in §. quibus.Barto.in d.l.ſi in-
ſulam.in d.§.ſi plures.Gloſ.in auth.de teſ.§.ſi ve-
rò. & per Iaco. de Bel. in d.§. licet dudum.& in l.
ob carmen.§.fi.ff.de teſ. & dixit Innoc. in d.c.cum
contingat. quia concordia teſtium fit vbi ſunt pares
ꝓbationes: aliâs non.& vide extra.de proba.c.licet
cauſam.

cauſam. & per Innoc. in cap. auditis. de præſcri. & in Spec. de teſte. §. poſtquam. Teſtes vnius partis non reducuntur ad concordiam cum confeſsione alterius partis. vide Inn. in d. c. cum contingat. in prin. & per Bal. in 1. conſti. C.

Teſtes reducuntur ad concordiam in actu reiterabili: ſecus in inſtrumento: vt no. in l. 1. C. qui accu. no. poſ. & per Bal. in 1. conſti. C.

Si teſtium dicta ſunt contraria iudex habet arbitrium. vt not. in l. duo iudices. ff. de re iud. Bald. in c. 1. in qui. cau. feu. amitt.

231 Falsvs† teſtis varians punietur. Nam ſi dixit falſum in cauſa criminali punitur pœna talionis. text. eſt in l. 1. §. 1. ff. ſi cer. pet. & ibi dixit Bar. quòd eadē pœna punitur officialis detinens teſtem vt falſum dicat. Eſt ergo cautela quòd teſtis proteſtetur ſe dixiſſe quæ ſciebat: & ꝙ plura diceret hoc facit metu
232 tormentorum & dicit falſum. † Et vide textum in l. lege. §. 1. ad leg. Iuliam pecul. qui dicit quòd officialis non admittens defenſiones iuris perinde punitur ac ſi non admitterentur defenſiones innocentiæ: quod eſt notandum. pro primo dicto habes Glo. 2. q. 3. c. 1.

Teſtis falſus in cauſa homicidij punitur pro homicidio. ſic punitur innocenter qui deponit contra innocentem dolo. ff. de ſuc. l. 1. poſt princi. ibi, qui ſe falſum.

Teſtis deponens falſum ſuper productis punitur
233 lege Corne. de fal. Sed ſi extra† ea ſuper quibus producitur: vt quia interrogatus an eſſet inimicus: dixit non, cum eſſet, tunc puniretur crimine ſtellionatus ſecundum Iac. Butriga. in l. Lucius. ff. de inſa. Bald. in conclu. Teſtis ſi interrogatur ſi actus alicui pertinet vt producenti: dixit quòd non. & probatur contrarium nunquid punitur pœna falſi. Bal. in l. ſolam. C. de teſ. dicit non: quia nō deponit falſum ſuper negotio principali: ſed ſuper circunſtantijs negotij principalis. ita tenet Ia. But. in l. Lucius. ff. de inſa. Sed Nicol. Mattha. dicit quòd ſi iſta talia veniunt tanquam circunſtantia teſtimonij: de prædictis poteſt teſtis interrogari. Aduerte: quia ſi iſta opi. eſſet vera reuocaretur multum in dubium opi. Ia. ſupradicta ex eo: quia dicit ꝙ iuramentum præſtitum ſuper principali extendatur ad omnes circunſtantias, ſecundum quod probat Innoc. in c. ſignificantibus. de teſ. ſi ſic: ergo ſequitur quòd teſtis deponens ſalſum ſuper circunſtantijs eſt periurus. & ſic debet puniri. Odoſ. dicit contrarium ꝙ teſtis interrogatus non debet reſpondere de circunſtantijs remotis, ex eo: quia ſuper hoc non fuit iuratus nec productus. & attenta opi. Ia. Bu. Ang. in conclu.

234 † Teſtis nō reddens cauſam ſui dicti ſtudioſè vel non concludentē punitur pœna falſi, ſicut ſi deponeret tacita veritate: ſecus ſi exemplificatiuè ſit locutus, ſicut faciunt ruſtici: quia tunc non habet locum pœna falſi. Glo. eſt no. in d. l. Lucius de inſa.

Ex quo dico ꝙ teſtis qui dicit non recordor: punitur quando certum eſt ꝙ recordatur: ſecus ſi eſſet probabilis cauſa obliuionis. ſuper quo dicit Inn. ꝙ teſtis debet recordari ſuper perſonis tam de loco ꝗ de die. vnde ſuper tempus eſt magis excuſabile dictum teſtis qui dicit ſe non recordari, ſecundū Inn. in c. qualiter, & quando. in Gloſſ. mag. de accu. & Bal. in l. presbyter. C. de epi. & cle. Nam teſtis debet iurare dicere meram, & puram veritatem pro vtraq; parte ſuper his ſuper quibus eſt productus & interrogatus: vt colligitur ex l. presbyteri. coniuncta authen. ſi iudex. C. de epi. & cle. & dixi. ſupra de iuramento teſtis.

Teſtis† non debet aſſerere niſi quod vidit & ſen- 235
ſit: aliâs eſt ſalſus, ſecundûm Inn. in cap. fraternitatis. de hæred. quod no. Bal. in conclu. quod etiam vide in Spec. in tit. de teſte in prin. in ver. item quòd aliquid de ſuo.

Teſtis † & ſi dixit ad eum non ſpectare commo- 236
dum rei de qua deponit, excuſatur à falſo, licet probetur ad eum ſpectare commodum tanquam cuilibet de populo vel vniuerſitate: quia intelligitur depoſuiſſe de commodo particulari & ſingulari. Bal. in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iure.

Teſtis † qui dicit ſalſum non poteſt condemnari 237
ſine citatione, licet ſit notorium iudici. ff. de re. mil. l. 3. §. ſi ad diem. Si verò in notorio non requiritur condēnatio, ſed inhibitio vel alia ordinatio. Exemplum in ſtatutis quæ ſunt contra libertatem eccleſiæ. tunc poteſt ſuperior inhibere & alia ſacere ſine citatione, ſecundū Archi. 2. q. 1. c. P. Notarius. Adde quòd ſi iudex deprehendit teſtem in falſitate nō eſt neceſſaria citatio: ex quo pars eſt præſens. Et dictum Archi. debet intelligi parte abſente. Ad hoc C. de teſti. l. nullum. & quod not. ff. de inſa. l. ictus fuſtium. Bald. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cle. An autem teſtis cuius dictum non valet poſsit puniri de ſalſo? vide Bal. in l. 1. C. de ſepul. vio.

Teſtis† inutilis non expediens producenti, & ad- 238
uerſario nō nocens, poteſt accuſari de falſo. per tex. in l. 1. C. ſi ex fal. inſtru. Bald. in l. fi. eo. titu. & vide Bar. in l. ſi quis legatum. ff. de fal.

Teſtis † qui dixit falſum præter conſciētiam do- 239
mini præiudicat domino. Bal. in l. fi. C. ſi ex ſal. inſtru. & dicit Baldus. ibi pro cautela quòd dominus renunciet eius dicto.

Teſtis qui dicit ſalſum ſuper vno articulo ſiue capitulo non creditur in alio. quia eſt depoſitio ſuper indiuiſibili ſcilicet ſuper iuramento, ſecundum Oldra. vide quod no. in l. 3. ff. de condi. ob tur. cau. & l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. peta. & ibi per Bart.

Si teſtis † in ſua teſtificatione falſum inſerit vel 240
addit, aut vera detrahit certè licet tota teſtificatio detrahatur vitiatur. ita tenet Iaco. de Are. per l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ibi, ſemper probandum eſt. ff. de ver. ob. & facit ſecūdum eum. 3. q. 9. c. pura, & ſimplex. §. ſed ſi mihi. de teſti. l. qui tabulas. Angel. in conclu. & vide Bal. C. de tranſ. l. ſi ex falſis. & Gl. in c. ſi ad ſcripturas. 9. diſt. & in Spe. de teſte. in prin. verſ. item quod aliquid additur de ſuo.

Teſtis † qui in articulo mortis conſtitutus ſatetur 241
falſum teſtimonium dixiſſe, nō nocet victori. Bartol. in l. ſi quis in graui. in princip. ff. ad Silla. & ita etiam tenet Bal. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. Ang. in conclu.

Producens † falſos teſtes & ipſi teſtes producti ac 242
etiam mandator poſſunt omnes vno libello accuſari. licet in perſonam cuiuſlibet teſtis ſit vna falſitas. de quo per Angel. in l. 1. C. ſi reus vel accu. mor. fue. & per Bal. de adul. l. nihil. & per eum in l. 2. §. ſed & vnus. ff. vi bo. rapt. vbi dicit ꝙ pœna quæ impon-

ponitur producenti ſalſos teſtes habet locũ in pro-
ducente vnum teſtem tantum. Quæ autem ſit pœna
teſtis deponentis falſum & reuelãtis teſtimonium:
dic vt not. C. de teſti. l. quia falſa vel varia. & dixi
ſupra in prin. huius Cap.

243 Teſtis † occultans veritatem perinde punitur ac ſi
falſum diceret: vt no. C. de teſ. l. iuriſiu. & l. presby-
teri. C. de epi. & cle. Et vide omnino in Spe. in ti. de
teſte. in prin. ver. ſed nunquid iudex teſtem qui fal
ſum dicat. ex officio poteſt illum fuſtigare. non ta-
men ex hoc euitabit accuſationem legis Corne.

244 Teſtis † deponens falſum vel vacillãs coram iu-
dice non ſuo poteſt ab eo puniri, & ibi ſortitur fo-
rum. C. de teſt. l. nullum. vide Spe. eo. tit. in princi.
ver. quid ſi aliquis Bonon. & in ver. ſi ponitur.

Qualiter puniatur clericus deponens falſum. &
in ver. quòd ſi eorum qui tradit.

245 Deponens † falſum coram arbitro remittitur pu-
niendus ad iudicem ſuum. in Spec. eodem titulo. in
princ. quid de arbitro. & in ver. ſequen. ponitur dè
teſte qui dicit falſum per modum exceptionis vel
replicationis.

Teſtis qui dicit ſe neſcire quæ ſcit punitur de fal-
ſo. Ange. in corpore de teſ. in prin.

246 Quid † ſi ſolus tabellio in abſentia iudicis teſtem
recipit, & eius depoſitionem ſcribit: qui teſtis negat
ſe ita depoſuiſſe: cui magis credatur an tabelli. vel
teſti. vide in Spe. de teſ. in ver. ſed pone ecce iudex.
an teſtis qui non poteſt de falſo redargui ex forma
ſtatutorum poſsit de falſo damnari ex forma ſtatuti
diſponentis contumacem haberi pro confeſſo. vide
Bar. in l. abſentem. ff. de pœ.

247 Non praesvmvntvr † rogati teſtes teſtamenti:
quia extrinſeca ſolennitas eſt, non ob. quòd tabel-
lio præſumitur rogatus: vt in auth. de tabel. §. vos
autem. quia illud facit auctoritas publicæ perſonæ.
Bal. in conclu. & vide in Spe. de teſte. circa fi. prin.
ver. quid ſi dicitur, teſtes debent eſſe rogati hoc eſt
ad actum ad quem adhibentur, de quo per Bart. ff.
vi bo. rap. l. 2. §. homines. Quando autem teſtes in
teſtamento deſcripti non ſunt rogati quid iuris ſit?
vide conſilium Fran. Tigrini quod habes tertium
in ordine. Quando autem in inſtrumentis iudicia-
libus teſtes ſunt neceſſarij an debeant eſſe rogati?
vide Angel. in corpore de inſtru. cau. & fide. §. & ſi
inſtrumenta. Et qd in actis iudicij? vide. ff. de adop.
l. poſt mortem. In quibus autem caſibus debeãt te-
ſtes eſſe rogati? vide Glo. 3. q. 9. c. teſtes. §. 1. in Spe.
de teſte in prin. ver. item quòd nõ fuit rogatus. cum
ſeq. Et an præſumantur rogati: vide ibi. Teſtes pro-
bantes confeſsionem extra iudicium debent eſſe ro-
gati. vt in d. Gloſſ. Item debent eſſe rogati in teſta-
mento. C. de teſt. l. hac conſultiſsima. Item in di-
uortijs. de diuor. l. nullum. Item vbicunque requi-
ritur prætaxatus numerus teſtium debent eſſe roga-
ti exceptis codicillis. l. fi. C. de codi.

Qvaero † an teſtes debeant cognoſcere contra- 248
hentes, & reſpondetur quòd non: ſi adhibentur ad
ſolennizandum: ſecus ſi ad probandum actum. de
hoc no. C. de iur. deli. l. fi. §. ſi autem dubium. & vi-
de in l. teſtium. ver. ideoque. ff. de teſt. per Gloſſ. &
Doct. & per Ang. in auth. de fi. inſtrumen. & Inſti.
de excu. tu. §. item propter litem. An † autem teſtes 249
poſſunt producere, & examinari coram iudice per
vnum ex compromittentibus in cauſa, & ſuper lite
pendente coram arbitris: licet non debeat iudex a-
diri, cum tamen eſt impedita via quòd actus ſit ipſo
iure nullus. immo valet petitio coram iudice obla-
ta. l. ſi quis. ff. de arb. & l. ſi quis rem. & l. ſi vnus. §.
ſi multo plus. eod. tit. Sed nunquid ſit neceſſaria li-
tis conteſta. parte ſe apponente? videtur quòd ſic vt
in ca. per venerabilem. qui fi. ſint legi. Contrarium
videtur: quia ibi petitur ad perpetuam rei memoriã.
nam potius imploratur inquiſitio, ſcilicet vt iudex
inquirat veritatem à teſtibus, quàm vitietur actio: &
concluditur iudici non parti. ideo lite non conteſt.
proceditur. vnde c. quoniam frequenter, eſt ſitua-
tum ſub tit. vt lite non conteſtata ad hoc in auth. de
teſt. §. pen. & hoc eſt veritas. † Sed nunquid arbiter 250
poſsit examinare an teſtis depoſuerit veritatem co-
ram iudice, iterum examinando eos duos teſtes: vt
in l. fi. C. de teſt. videtur quòd non: quia veriſimile
eſt quòd coram iudice qui habet imperium punien-
di dixerit veritatem. Reſpon. iſte caſus non reperi-
tur deciſus. Et dicunt quidam quòd teſtes iudicis
non ſunt recipiendi: quia non poſſunt variare: ſed
teſtes arbitri ſic. ſed Cyn. in l. is apud quem C. de
eden. dicit quòd nouus iudex de nouo examinat
per l. per hanc. C. de tempo. app. Sed illa non facit:
quia loquitur de teſtibus diuerſarum partium quid-
quid ſit vacillanti teſti vel varianti in prima teſtifi-
catione non creditur: ſed ſi ſæpius teſtificetur, cre-
ditur dicto priori: quia conſtat eum periurum. ex-
tra de teſtib. c. teſtimonium. † Sed nunquid ma- 251
gis credatur notario quàm teſti? dic quòd notario:
quia fungitur vice notarij: & teſtis propter ſacra-
menti exactionem. & ideo notario magis creditur.
De hoc in l. 1. in fi. ff. quem. teſt. ape. & per Cyn. C.
de fal. l. ſi quis decurio. & ita conſuluit Bald. Item
ſi teſtes dicant quòd notarius aliter ſcripſit dictum
eorum, quàm ipſi teſtificando. plus creditur nota-
rio, quàm ipſis: vt no. in Spec. de inſtrum. edi. §. re-
ſtat. ver. quid ſi dũ. & ver. quid. & ver. quid ſi vnus.
& quod no. in addi. Spec. in titu. de ſenten. §. vt au-
tem. ver. & no. & facit quod no. Bart. in l. ſi quis fi-
liabus. ff. de teſt. tut. vbi dicit quòd ſemper notarius
præſumitur in dubio appoſuiſſe verba importantia
voluntatem defuncti vel contrahentium. Quid au-
tem ſi teſtis qui depoſuit falſum ſe excuſet quòd no
tarius aliter ſcripſit, quàm ipſe dixit. vide in Spe. de
teſte. §. 1. verſ. ſed pone ecce iudex.

Lavs Deo.

TRAC.

TRACTATVS DE TESTIBVS PRACTICABILIS, AC NECESSARIVS VALDE TABELLIONIBVS, CAVSIDICIS, IVDICIBVS, ET OMNIBVS LEGALIS NORMAE PROFESSORIBVS.

AVCTORE CELEBRATO IVRECONSVLTO D. FRANCISCO CVRTIO PAPIENSI.

Qui ſuis temporibus doctrina in florentiſſimo Papienſi Gymnaſio maximè claruit.

SVMMARIVM.

1 *Domeſticitas non derogat teſtium idoneitati.*
Deploratio hominis quando à teſtimonio repellat.

2 *Teſtis vnius integerrima fides imperfectionem alterius ſupplet in infamia facti.*
Teſtis dictum nullum ſuppleri non poteſt.

3 *Teſtis ſeptimus, & teſtamentarijs inſufficiens an officiat tabulis.*

4 *Perſona vtilis pro inutili non vitianda.*
Contumacia tergiuerſatoris fratris purgatur per alterum ſtrenuè dominum protegente.
Baſtardus ſocietatem cum hærede legitimo contrahens ſuccedit vi ſocietatis.

5 *Suſpitio affinitatis in teſtibus purgatur per non affinitatem aliorum.*

6 *Teſtium defectus ex amicitia reſultãs per maiorem numerum ſuppletur in amicitia attenuante non ex toto repellente.*
Infamia facti attenuans non repellit à teſtimonio.

7 *Affirmantibus duobus potius credẽdum, quàm mille negantibus. 54.*

8 *Et quando fallat. 55.*

9 *Negatiua non coartata loco & tempore vim habet affirmatiua in teſte.*

10 *Negatiua cadens in ſenſum teſtis qua ſit, & quando cadat.*

11 *Teſtes de vniuerſitate an ſint idonei in cauſa vniuerſitatis, & quando dicantur in re propria deponere, & quando admittantur nu. 12. 13.*

12 *Teſtibus de vniuerſitate plena fides an danda ſi admittantur.*
Vniuerſitatem non facit non habens vocem in vniuerſitate.

14 *Teſtificari an poſſit in cauſa in qua quis percipit commodum.*

15 *Creditor an poſſit teſtimonium in cauſa debitoris ferre.*
Religioſi poſſunt compelli pro ſuis monaſterijs teſtificari. num. 97.

16 *Teſtis falſum deponens quando periurus non dicatur.*
Iuramentum teſtis refertur ad articulos pertinentes.

17 *Teſtes ſuper facto principali deponentes falſum ordinariè puniuntur, ſi ſuper appendicijs crimine Stellionatus.*

18 *Teſtis iurans in omnibus dicere veritatem mentiendo ſuper veſte non probat.*
Teſtes etiam ſi diſcordent quando dicantur concordes.
Teſtes per diuerſa media idem concludentes melius deponere dicuntur.

19 *Teſtes varij non dicũtur etiam ſi vnus plus dicat altero.*
Teſtimonium diſcordia in minimo reddit credibilius.

20 *Teſtes in ſpecie deponentes præferuntur pluribus in genere deponentibus.*

21 *Antiquitas multum ponderis addit in teſte.*

22 *Teſtium probationes iure communi fauentes data probationum paritate vincunt.*
Veriſimilius dicitur quod iuri communi concordat.

23 *Teſtis clericus dignior eſt laico.*

24 *Teſtium concordia plus reſpicit in principale factum quàm verborum ſuperficiem.*

25 *Verborum forma in teſtium depoſitione quando attendenda.*
Teſtes quando dicantur conteſtes etiam ſi varient. Et quid ſi vnus dicat ſe vidiſſe, alius audiuiſſe.

26 *Veritas & æquitas ſunt duo lapides angulares.*

27 *Probationum plures ſpecies iunguntur ſimul vt generent plenam.*

28 *Teſtes in dubio præſumuntur conteſtes producti ſi congrua interpretatio reſultet.*

29 *Teſtes præmeditatè loquentes an dicendi ſuſpecti.*
Iudicis arbitrio commiſſum ſuper ſubornationis teſtium ſuſpitione.

30 *Teſtes falſum dicere, aut veritatẽ ſubticere parificãtur.*

31 *Teſtis officium quale ſit.*

32 *Teſtis obliuio falſum inducit, & quid ſi diem non habet in memoria.*

32 *Teſtis ſe abſentans, vt non deponat veritatem ad quid teneatur, & quid ſi poſt iuramẽtum ſe abſentes, an puniendus de falſo.*

33 *Stellionatus crimen quando in teſte locum habeat, & illius pœna puniatur.*

34 *Teſtis mutatus ratione falſi an teneatur de falſo.*

35 *Teſtium auctoritas multitudinem ſuperat niſi eſſet nimius exceſſus. 36.*

36 *Morum grauitas eſt in teſte præcipuum ſuper omnia accidentia fidem faciens.*

37 *Tabelliones duo plus operantur in diſpoſitione, quàm multi non tabelliones.*

38 *Maſculus plus poteſt in teſtimonio quàm mulier.*
Mulierum inſtabile genus.

39 *Teſtes aptiora natura deponentes præferuntur.*

40 *Teſtes quando dicantur veriſimiliora deponere numero 70.*
Teſtes dicti ſui rationem non interrogati reddentes ſuperant non reddentes.

41 *Iuramentum ſuppletorium non deferendum per teſtem ſine cauſa deponentem.*
Teſtibus quibus credendum in conflictu, & quot ſint conſideranda.

In tempore factum cenſetur quod parũ ante tempus ſit.
108 *Teſtes verbis tantum vacillantes per contrarietatem nõ eliduntur: ſecus ſi mente & verbis.*
109 *Teſtis dictum dicentis ſe non vidiſſe qualiter exponendum.*
Conſequentia eſt falſa vbi oppoſitum conſequentis ſtat cum antecedente.
110 *Scriptura diuerſa ab eadem parte producta quæ poſſunt prius præiudicare ſibi inuicem obſtant, vt neutri fides detur. ſecus in teſtes producente.*
Teſtimonium vnius non iuſtificat, neq; damnat.
111 *Probans ſemiplenè cui defertur iuramentum an præiudicet probationi plenè in articulo diuerſo.*
112 *Concordia in pluribus teſtibus prima facie diſcordibus fieri debet vt probent, & eorum dicta interpretari.*
113 *Teſtium dicta limitanda, et ſaluanda non calumniãda.*
Interpretatio in dictis teſtium qualiter ſumenda.
114 *Teſtis ſcire dicitur nedum qui vidit, ſed qui confiteri partem audiuit.*
Senſus hominis nobiliores qui ſint.
Probatio ex cõfeſſione oriens eſt validior, quàm ex actu reali.
115 *Teſtis non ſemiplenè probans inducit quandam probationem.*
Teſtis infamis infamia facti facit indicium.
Infantes duo facerent ſemiplenam probationem.
Indicium eſt minus ſemiplena probatione, & an multiplicatum faciat plenam probationem.
116 *Teſtes quibus caſibus irrequiſiti.*
117 *Teſtibus duobus de metu deponentibus quamplurimis de ſpontanea voluntate magis eſt credendum.*
118 *Teſti in dignitate conſtituto in alterius præiudicium an credendum.*
119 *Teſtis ſingularis de geſtis à ſeipſo deponens plenam fidem an faciat.*
120 *Notario cauſa iudicialiter deponenti an plus credendum, quàm vni alio teſti.*

1 PRIMA Concluſio. Licet † duo teſtes ſunt in cauſa producti, quorũ vnus eſt domeſticus, tamẽ erit ſufficiens probatio: quia domeſticitas non obſtat, ex quo conteſtis eſt idoneus. Ita Ang. in con. 1. per tex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ver. quid enim. ff. de eden. Nam licet dicto teſtis vilis, & deplorati non ſit credendum: tamen ſi eius teſtimonium confirmatur à fide dignis ſufficit, & creditur eius dicto: niſi deploratio ſit talis, quæ à teſtimonio repellat. l. maritus. ff. de quibus. Bart. conſil. incipiente. Quæritur & in dubium. Bal. in l. Gallus. §. Ille caſus. ff. de libe. & poſthu. Salic. in l. in bonæ fidei in 10. colu. C. de reb. cred. Pau. de Caſtren. conſ. 91. circa fi. Nam ſocietas idonei teſtis ſibi accumulata non facit, nec reddit eum propterea te-
2 ſtabilem l. 1. C. de teſtamentis: & ibi Ange. † Sed ſi vnus teſtis eſt infamis infamia facti, alter verò teſtis eſt multum fide dignus, hi duo faciunt plenam probationem, quia integerrima fides vnius ſupplet imperfectionem alterius. quod eſt menti tenendum ſecundum Bal. in lectura noua, & melius in lectura antiqua, limitans niſi eſſet infamis infamia iuris vel ſimili: quia cum eius dictum ſit nullum non poteſt ſuppleri. allegat d. l. maritus. Idem Salic. in d. l. bonæ fidei in 10. col. Nam quod nihil eſt ſupplemento non eget, nec recipit l. ſed ſi manente ff. de preca. Adde quod Fulgo. in l. 1. C. de teſta. intelligit quan
do alij teſtes recepti ſufficiunt: aliâs ſecus † quia ſi ſe- 3
ptimus teſtis in teſtamento non eſſet idoneus non ſufficeret, quãuis alij ſex eſſent, pro quo optimè facit tex. in l. hac cõſultiſsima in prin. C. de teſtamen. ibi teſtibus ſeptẽ ciuibus Romanis, & puberibus &c.

Adde ad primam doctrinam in ordine Bal. in l. in præſcriptione C. ſi contra ius, vel vti. publi. Adde quod voluit pulchrè Bald. in l. Imperator. ff. de ſta. homi. dicens quòd ſi duo notarij adhibentur, & vnus eſt officio priuatus, valet tamen vtrunque inſtrumentum propter alium notariũ, qui eſt authenticus, allegat dictum. verſi. quid enim quod eſt no-
tandum: † Et vtilis perſona pro inutili non debet 4
vitiari, quod facit ad multa ſecundum eum ibi. Sed limita dictum Bald. niſi ſtatutum, vel conſuetudo requireret duos notarios ſecundum Bal. in c. tertio loco in fin. extra de proba. Et ad prædicta adduco elegans dictum Bal. in c. 1. qui. mo. ſeu. amitt. in 4. col. vbi ponit de duobus fratribus, quorũ vnus viriliter defendit dominum in bello, alter verò fugit, quòd ſuſtentabitur contumacia propter virilitatem alterius, vt feudum non amittatur. At idem tex. ſecundum Dy. & Bart. ibi in l. ſi is qui duos. ff. de lib. lega. Vbi baſtardus contrahens ſocietatem cum fratre legitimo vel alio, quem pater inſtituit hæredem capiet dimidiã hæreditatis non vi relicti, ſed vi ſocietatis. idem Bal. & Saly. in l. ſocietatẽ in fi. C. pro ſocio. Prædicta limita dũmodo teſtis vnus ſit omni exceptione maior: quia tunc vnus corroborat alterum, Ita Roman. conſi. 486. incip. In caſu propoſi-
ta: † vbi dixit ſuſpitionem ex affinitate purgari per 5
alium ex teſtibus non affinem. Adde etiam quòd vnus teſtis ſuffragatur alteri, & alter alteri. Bal. in c. 1. verſ. ſi inſtrumentum in titu. de notis feudorum. Limita vt ſuprà dixi non procedere ſi alter inhabilis ex toto repelleretur à teſtimonio ſecũdum Angel. Bal. & Pet. de Ancha. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. Ita intelligo Bal. in d. l. 1. C. de teſta. dicentem per dictum §. cogentur dictum teſtis inualidum confirmari per dictum alterius teſtis: quæ intelligo quando eſt inualidum aliquali fidei diminutione, non autẽ ſi ex toto repellatur. tex. eſt in c. veniẽs, el. primo, de teſti. quia dictum doctorum intelligitur ſecundum tex. per eos allegatos ſecundum Bart. in l. non ſolũ §. ſi liberationis. ff. de lib. lega. Adde circa prædicta elegans dictum Iaco. Bu. in l. 3. poſt princ. ff. de teſti. qui dicit ꝙ licet amicus non faciat fidem integram d. l. 3. in verbo amicus tamen ſi tres ꝓducantur teſtes amici in cauſa vbi aliàs duo ſufficiebãt, ſupplebitur tunc per illum ter-
tium. † Et ſic propter maiorem numerum ſupplebi- 6
tur defectus reſultans ex amicitia arg. l. ob carmen. §. fi. ff. de teſti. cui addo Gloſ. in d. l. 3. §. 1. in verbo numerus dicentem notabiliter vbi deficit fides, ſupplet numerus, & idem quod Iaco. Bu. decidit Imol. in l. qui teſtamento in 1. col. ff. de teſtam. Contrarium verò expreſsè tenet Angel. conſ. 125. pro quo eſt text. optimus in cap. in literis extra de teſtib. vbi tres teſtes domeſtici non probant illud quod pro-

barent duo integri: ſed pro concordia ſequor do-
ctrinam Bal. in d. l. ſi quis ex argentarijs. vbi diſtin-
guit. Aut eſt infamis infamia iuris, & tunc ex toto
repellitur l. Caſsius ff. de Senato. & non ſuppletur
per dictum alterius teſtis fide indigni. & hoc caſu
procedit conſ. Ange. videlicet in tali amicitia, quæ
7 ex toto teſtem repellat. † Aut eſt infamia facti atte-
nuans, & non repellens ſecundũ Glo. in l. 4. §. duæ.
ff. de Car. edic. & hoc caſu procedat dictum Iac. Bu.
in amicitia attenuante, & nõ ex toto repellente, vel
in hac materia poſſumus relinquere arbitrio iudi-
cantis per tex. in d. l. 3. verſ. Ideoq; diuus ff. de teſti.
Et quòd vnus teſtis ſuppleat alterum. Videas aurea
verba Bal. in l. 2. in pe. col. in fi. C. de ſecnn. tab. Vi-
de Roma. conſ. 290. Alex. conſ. 24. col. 6. vol. 2. &
conſ. 47. co. 2. volu. Vide omnino in conſil. 5. in 1.
volu. vbi plenius quàm alibi loquitur.

CONCLVSIO II.

8 TESTIBVS † magis creditur duobus affirmanti-
bus, quàm mille negantibus Glo. in d. l. diem pro-
ferre. §. ſi plures. ff. de arbit. Bar. Bal. & Ange. in l.
hæredes palam in prin. ff. de teſt. Imo. & doct. in c.
quid per nouale de verbo. ſigni. vbi Hoſt. Paul. de
Caſtr. conſ. 7. in fi. Bald. in l. 2. C. de reſcin. vendi-
do. Anto. in cap. 1. de præſcrip. in 6. c. cum eccle. de
cauſa poſ. & proprie. Limita hoc eſſe verum in ne-
gatiua non coarctata loco & tempore, † quia illa nõ
9 cadit in ſenſum teſtis. Bal. in l. obſeruare. §. profici-
ſci. ff. de officio proconſul. & lega. Ange. in §. ſi ve-
rò abſunt in authen. de hære. & fal. Bar. in l. hæredes
palam in fin. princ. ff. de teſta. dominus Anto. in c.
cum Ioan. heremita extra de fide inſtru. Si verò eſt
coarctata certo loco & tempore, ita quòd cadat in
ſenſum teſtis, par eſt virtus teſtis deponentis affir-
matiuam ſicut negatiuam, & econtra. Ita Bal. in d. §.
ſi plures. ad idem Saly. in l. 2. C. de reſcin. ven. in 18.
col. verſic. ſed tunc quæro, vbi dixit quòd negatiua
cadens in cognitionem, & ſenſum teſtis eſt quando
negatiua eſt finita: quia coarctata loco & tempore
rebus vel perſonis, probatur melius per duos teſtes
deponentes negatiuam, quàm per vnum de affir-
matiua: ſecus quando negatiua eſt infinita. Ita Saly.
vbi allegat text. not. in l. 1. §. 1. verſ. ſin autem. ff. de
ventre inſpi. iunctis notàtis per Gl. in d. §. ſi plures.
10 † Adde quòd ſi negatiua cadit in ſenſum teſtis, quia
deponat in facto ſuo proprio. Ita bene probat ſicut
teſtis deponens affirmatiuam. Ita Bar. no. in l. nec is
qui. ff. de acqu. hæred. allegat l. falſum eo. tit. & no.
in Glo. in l. Pantonius. §. rei perduellionis eo. titu.
Vide omnino Bald. in l. 1. C. de bo. poſſ. ſecundum
tab. Ad prædicta omnia vltimo loco recitata. Vide
in concluſione incip. teſtis aſſerens negatiuam, & ꝓ
dicta limitatione ad idem vide Bal. in l. cum hi. §.
nihil. ff. de tranſa. & adde Abb. in c. cum in tua in 1.
col. extra de teſti. in c. bone de electio.

CONCLVSIO III.

11 TESTES † de vniuerſitate ſunt idonei in cauſa vni-
uerſitatis ſeu collegij, quando cauſa puta molendi-
norum lacus vel montium pertineat ad honorem
& commodum burſæ vniuerſitatis Gl. in l. tantum.
§. vniuerſitatis. ff. de rerum diui. Gloſ. in l. idonei.
ff. de teſti. in §. cogitandum verſic. teſtes in authen.
de mona. & ibi Iac. de Belui. in 7. quæſt. Gloſſ. in l.
ſi municipes. ff. quod cuiuſque vni. no. Bar. & Pau.
de Caſt. in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in
ius vocan. Bald. & Ange. in d. l. ſi municipes. Cyn.
Bal. & Saly. in l. parentes. C. de teſti. Bart. in tracta.
de teſte. Imo. in cap. cum nuntius. & in cap. inſuper
de teſt. & in cap. ſi Chriſtus de iureiur. Ioan. de Pla-
tea. & Ange. de Are. in §. vniuerſitatis. Inſtit. de re.
diui. vbi vide Bald. etiam not. in d. l. parentes. & in
cap. 3. loco de reprobatio. Secus ſi ſingulares perſo-
næ irent ad nemora & paſcua: quia tunc dicuntur
deponere in re propria. Ita Bal. ad literam in rubri-
ca. ff. de rerum diui. qui allegat tex. de his pub. iud.
loquentem in l. ſed Celſus in princip. ff. de contra-
hen. emp. & in l. inter publicam. ff. de verbor. ſign.
Idem tenet Glo. ita intellecta à Guliel. de Cu. Cy.
Bart. Bal. Albe. & cæteris in l. in tantum. §. vniuer-
ſitatis eo. titu. de re. di. & Barto. ibi allegat text. pro
declaratione ſuæ doctrinæ in l. ciuitatibus. ff. de le-
ga. 1. Idem tenet Bart. & Angel. in l. ſed ſi hac. §. qui
manumittitur. ff. de in ius vocan. Iac. de Raue. Pet.
Cy. Bal. Sal. in l. parentes. C. de teſti. Ang. pulchrè
in l. omnibus eo. titu. & Bal. in pecul. ſuo. Innoc. in
verbo teſtes eſſe poſſunt. Bal. & Ang. in l. 2. ff. quod
cuiuſque vniuerſi. no. Doct. in cap. cum nuntius de
teſti. vbi vide Io. And. & Imo. † quando admittan- 12
tur in teſtes illi de vniuerſitate, & non ſingularium
perſonarum, tamen eis plena fides nõ adhibetur ſe-
cundum Archi. in cap. ſuam 12. quæſt. 2. d. Ant. in
d. c. cum nuntius. Vber. de Bob. Ioa. And. in addi.
ad Spec. in tit. de teſte. §. 1. ver. ſed nunquid in cauſa
vniuerſitatis. Quinimò Specu. ibi tenet demum ad-
mitti illos de vniuerſitate ad teſtificandum, ſi ſuper
eo de quo agitur alij teſtes haberi non poſſunt, & il-
lud Abba. in cap. inſuper de teſti. quando aduerſa-
rius vniuerſitatis alios haberet teſtes in contrarium
pro ſe probantes, & iſtam declarationem Abb. ſe-
quitur Alex. conſi. 68. in 2. volu. in 7. col. Ad præ-
dicta adde Do. in d. cap. inſuper. & in c. veniens, el.
2. extra de teſti. & in c. & ſi Chriſtus extra de iureiu.
Spec. & Ioa. An. in tit. de teſte. §. 1. ver. ſed nunquid
Gloſſ. & Iaco. de Belui. in §. cogitandum in authen.
de mona. Gloſſ. in d. l. ſi municipes Glo. & docto.
in l. idonei. ff. de teſti. Roma. in conſilio ſuo 408.
incip. partis conſulterio habet duo quæſita in vlti-
mis verbis. † Limita prædictam concluſionem non 13
procedere in cauſa criminali vel aliàs multum ar-
dua, quia tunc minus creditur tanquam teſtibus do-
meſticis de vniuerſitate ca. repellentur. extra de ac-
cu. Ita dicit Bal. in d. rub. in 8. col. ver. nunc de quin
to membro. Idem in cauſa magni honoris magno-
rum finium, & magnæ iuriſdictionis. Ita Archi. in c.
ſuper prudentia 14. quæſt. 2. Bal. in d. cap. cum nun-
tius. Adde quod licet admittãtur teſtes de vniuerſi-
tate, tamen diminuitur de fide. Gloſſ. in d. §. Cogi-
tandum B. in d. l. ſi municipes. & Albe. in d. §. vniuer
ſitatis. imo dixit Gloſſ. in d. §. Cogitandum, quod
licet vnus de collegio producatur contra alterum
de Collegio, vel monachus contra monachum, ta-
men tanquam domeſtico fides diminuitur. dicit e-
tiam Baldus in d. rubric. quod non habens vocem
in vniuerſitate non facit vniuerſitatem. allegat l.
teſtatrix. §. ſi plures. ff. de ſerui. vendi.

CON-

CONCLVSIO IIII.

14 †Principes commodum ex ea cauſa in illa non
poſſunt teſtificari. g'o. not. in verbo adhiberi in §.
ſed neque. Inſtit. de teſta. Gloſſ. Angel. & Alexan.
in l. ſi duo rei. ff. ſi quis cautio. Gloſſ. in l. quoniam
liberi. C. de teſt. facit quod not. Paul. de Caſt. in l.
prima. §. huins ſtudij poſt Baldum ibi ff. de iuſti.
& iu. de teſte teſtificante ex ſuo teſtificatu ad eum
non pertinere vtilitatem, quod non dicitur fal-
ſum depoſuiſſe deponendo ſuper inſtitutionem
hæredis, quãuis appareat ſibi legatum factum: quia
intelligitur de vtilitate principaliter, & non ſecun
dario. facit quod not. Ioan. Ant. in mercu. in cap.
ſine poſſeſsione de reg. iur. in 6. Vbi epiſcopo pe-
tenti quartam legati opulenti relicti eccleſiæ re-
ctore confitente eſſe verum de iure, ſed aliter ob-
ſeruari de conſuetudine, quòd rector & alij pote-
runt eſſe teſtes ad probandum conſuetudinem. fa-
cit quod no. Angel. in l. non ſolum. §. Quæritur
15 per textum ibi. ff. de procur. † quòd creditor ſit
idoneus teſtis in cauſa debitoris, quanuis interſit
creditoris debitorem eſſe ſoluendo, ſequitur Ale-
xand. conſi. 79. inci. In cauſa & lite vertente inter.
Bar. in 2. col. vol. 1. Facit quod no. Bart. in tractatu
de teſte ſuper verbo, reprobantur, quod monachi,
canonici, regulares, fratres minores, & prædicato-
res poſſunt immò compelluntur teſtificari pro ſuis
monaſterijs ar. c. monachi. 2. & c. qui verè 16. quæ-
ſtione 1. §. ſi quando in authen. de ſan. Epiſ. & qua-
tuor modis dicitur cauſa propria ſecundum Bald.
& Pau. de Caſt. in l. omnibus C. de teſti. Bald. in d.
l. Dictantibus C. de teſta.

CONCLVSIO V.

16 †Si ſuper generalibus teſtis non dicat ſe non at-
tinere, cum ſit conſanguineus in gradu diminuente
de fide tanquam periurus non probat. & hoc ve-
rum eſt ſi falſum deponit ſcienter: ſecus ſi per erro-
rem: quia tunc non eſt periurus, & prædicta vera ſi
falſitas contingit negotium ſecus ſi ſit impertinens:
quia non eſt periurus, cum iuramentum referatur
ad articulos pertinentes. Ita Baldus pulchrè in l. ſi
ex falſis. C. de tranſact. in vlti. col. & ibi per Albe.
& docto. intelligendo ita Iaco. But. & Angel. in l.
17 Lucius. ff. de inta. † vbi notabiliter dixerunt teſtes
deponentes falſum ſuper facto principali puniri
de falſo ordinariè: Si autem ſuper appenditijs men
tiamur, negant ſe coniunctos, & tunc non puniun-
tur ordinariè, ſed crimine ſtellionatus, quod eſt
notandum ſecundum Ange. Imo. verò in cap. fra-
ternitatis de hære. dixit quòd ſiue teſtis ſeu igno-
ranter mentiatur circa ſubſtantiam, vel circunſtan-
tias negotij non valet dictum teſtis: ſecus ſi non
tangat circunſtantias negotij, vt quia dicat contra-
hentem eſſe de alia terra quàm ſit, vel ſi dicat affi-
nes eſſe aliorum quàm ſint, quia non facit ad rem
vnde ſint contrahentes, vel qui ſint affines. & ita de
ſimilibus ſecundum Imol. qui pulchrè loquitur &
refert Bal. in rub. de contro. inueſti. Vbi limitat ni-
18 ſi teſtis iuraſſet dicere veritatem ſuper omnibus† qa
tunc mentiendo etiam ſuper veſtibus non proba-
ret idem quod Ange. in d. l. Lucius. tenet Bal. in d.
l. prima. ff. de his quæ in teſta. delentur. Nam teſtes
non dicuntur diſcordes ſi concordant in principa-
li, licet diſcordent in circunſtantijs vel qualitatibus
Gloſſ. in cap. dudum in verbo ſubſtantia veritatis
de conuer. coniu. in cap. cum eccle. in verbo vacil-
laſſe de cauſa poſ. & propriè plenè Io. And. & cæ-
teri in cap. nihil de verb. ſigni. vbi Ioan. And. dicit
quòd teſtes dicuntur melius deponere quando per
diuerſa media idem concludunt per id quod habe-
tur in l. tertia. §. 1. ff. de teſti. Ad primum dictum
Bal. per textum ibi in l. his verbis. §. fin. ff. de hære.
inſtit. Bart. in l. eos ff. de falſis. & vide infrà in ver-
bo ſufficit teſtes, adde ad primum Angel. conſilio
ſuo 212.

CONCLVSIO VI.

†Si plns vnus teſtis dicat quàm alins non per hoc 19
dicuntur varij ſeu contrarij. d. Ant. in c. ſuper Glo.
1. de offic. deleg. idem Imol. ibi per illum text. cum
Gloſſ. 1. d. Ant. in c. ſuper quæſtionum in princ. de
offi. deleg. & teſtis contradicens in modico non di-
citur contrarius d. Ant. in cap. 2. extra de regu. per
notata ibi in Gloſſ. 2. & eſt ibi exemplum. Alexan.
conſ. ſuo 47. in 2. volu. & conſ. 122. in 2. vol. dicit
San. Tho. 2. 2. q. 70. arti. 2. circa fin. quòd diſcordia
in minimis facit teſtimonium credibilius, quia te-
ſtes non præſumuntur in vnum, præmeditatumque
ſermonem deponere.

CONCLVSIO VII.

†Magis credatur duobus teſtibus deponentibus 20
in ſpecie, quampluribus deponentibus in genere.
Ita Nicol. de Neapo. in l. turpia per notata ibi. ff. de
lega. 1.

CONCLVSIO VIII.

†Testes antiquiores in dubio præſumuntur di- 21
gniores, & præ ſe feruntur paribus Gloſ. & Moder.
in l. Cùm quid. ff. ſi cer. pet. 30. q. 6. c. ſignificamus,
alios notificamus. Bald. pulchrè in l. procurator C.
de eden. vbi videas.

CONCLVSIO IX.

†Si probationes ſunt pares præferuntur proba- 22
tiones, & teſtes qui fauent iuri communi. Baldus in
auth. Omnes peregrini. C. cõmunia de ſucceſ. quia
veriſimilius dicitur quod iuri communi conſonat.
Imo. in cap. audiris de præſcrip. Bald. in c. 1. de con-
trouer. inueſti. Pet. de Ancha. & do. Ant. in c. 1. re-
ſcri. in 6. Ro. in Rub. de ar. in 17. q. vide infrà in con
clu. inci. Teſtes incredibilia.

CONCLVSIO X.

†Testis clericus cæteris paribus præfertur lay- 23
co. d. Ant. in c. 2. extra de elect.

CONCLVSIO XI.

†Svfficit teſtes concordare in facto principali, 24
licet non concordent quoad corticem verborum.
Ita dicit Iac. But. per illum text. in l. 3. §. 1. ff. de te-
ſtibus pro quo faciunt duæ Glo. allegatæ ſupra in 5.
concluſione. Sed contrafacit doc. Do. Antonij in
c. nihil obeſt de verb. ſig. vbi dixit ſi duo teſtes pro-
ducuntur, quorum vnus deponat quòd teſtator di-
xerit Seium hæredem facio, & alter dicat quòd te-
ſtator protulit iſta verba Seius ſit hæres, quòd hi te-
ſtes non probant, quia oportet quòd in forma ver-
borum concordent. idem Do. Anto. in ca. cum ec-
cleſia. §. nos igitur de cauſa poſ. & proprie. Bal. in c.
bonæ el. primo de elect. vbi dixit quòd ſi vnus te-
ſtis depoſuit de 24. denarijs, & alius de duobus ſoli-
dis dicentur conteſtes, & cõcordabunt l. quę extrin-

ſecus.ff.de verbo.obliga.cum ibi not.niſi eſſent in-
terrogari de qualitate vocis. Vt quia iudex interro-
gaſſet quibus verbis vſus fuerit, & vnus dixit quòd
promiſit duos ſolidos,alius dixit 24.denarios, quia
dicentur eſſe ſingulares.Vide Moder.in commento
l.admonendi.ff.de iureiu.Et hanc doctrinam per-
25 petuò no.†quia aut agitur de probandis verbis for-
malibus, & procedat dictum dom. Anto.alius ſe-
cus,quia ſufficit concordare teſtes in eundem rei fi-
nem & in effectu,licet non in ſenſu:quia dicuntur
conteſtes tunc quando concordant ſubſtantialiter
Baldus in l.prima & 2.C.de ſecun. tab. Bart.in l.2.
ff.quemadmo.teſtam.ape.Bal.in l.cum omnes ex-
tra de conſtit. l.Qui ſententiam, & ibi Ang.& Doc.
C.de pe.quem text.dixit aureum Bal.in cap.Quin-
tauallis de iureiu.Iaco.de Aret.& Bart. in l.ob car-
men.§.fin.ff. de teſti. dixi ſuprà in quinta conclu-
ſione idem quod do. Anto. tenet Alexan.in l.pri-
ma.ff.de verborum obliga. Abb. in d.c.nihil non
facta mentione de do. Anto.in cap. cum Io.Here-
mita de fid.inſtrum. Iſtud eſt dictum do.Antonij
in d.cap.nihil. commendat Gemi. in c. teſtibus.2.
q.4. Adde Bald.in l.2.ad fi.C.de dona.ante nupt.
Vide Alexan.conſ.73.in 1.vol.idem Bal.in c.quo-
niam de teſti.& l.teſtium.C.de teſti.quod etiam eſt
aureum ſecundum Baldum in cap.fi. de iureiuran.
Vbi dicit quòd poſſet ex ea minui ſyllaba. Nam di-
26 cit Bal.in d.cap.qnoniam quòd †veritas,& æquitas
ſunt duo lapides angulares, & melius do. Alexa.ad
omnia conſ.47.in 2.volu. Si vnus dicat vidiſſe,a-
lius audiuiſſe dicuntur conteſtes. Bald.in l.de qui-
bus.ff.de legibus. & ibi dicit quòd licet teſtis inter-
rogatus an aliter haberi veritas poſsit dicat ſe neſci-
re,tamen probat. Vide etiam Anna.conſ.59.& con
ſil.76. Alex.conſ.47. in 2.volu.& in conſ.23.in 2.
vol.melius in vlti.col.& ibi ſcripſi.

CONCLVSIO XII.

27 †Sicvt ad cauſandam perfectam harmoniã can-
tus concurrunt tenor, ſupratenor, & contratenor,
ita ad generãdam plenam probationem plures ſpe-
cies probationis ſimul iunguntur, cum iudex non
debeat alligare animum ſuum ad vnam ſpeciem.l.
3.§.eiuſdem.ff.de teſti. Ita Bal.in cap.cum cauſam
extra de proba.Nam Bald.in rub.de controuer.in-
ueſtit.dixerit iudicem ex diuerſis animi motibus,&
ex varijs ſubiectionibus partium,& inſtrumẽtorum
quandoq; deuenire ad vnum finalem animi conce-
ptum non indigentem alio adminiculo, pro cuius
dicto facit tex.in c.cum ad ſedem extra de reſt.ſpo-
lia.in cap.in præſentia extra de renunciationibus in
capitul. præterea in fin. extra de teſtibus.& in d.§.
eiuſdem.

CONCLVSIO XIII.

28 †Contestes in dubio præſumuntur teſtes pro-
ducti, ſi congrua verborum interpretatio fieri po-
teſt. Imo.in c.qualiter, & quando in 2.col.extra de
accuſa.Spe.in titu.de inqui.§. nunc tractemus verſ.
ſuper probatione autem. Bald.in d.l.ſecunda circa
vlti.col.C.de ſecun.tab. in l.de quibus in vlt.char.
ff.de legi. dom. Abb. in cap. cum Ioannes circa 3.
col.extra de fide inſtrum.& ſic in dubio præſumun
tur conteſtes, & deponere de eodem actu ſecundum
prædictos Doct. ratio dicti eſt, quia pluralitas non
præſumitur in dubio.

CONCLVSIO XIIII.

†Qvando loquando loquuntur teſtes vno & eo- 29
dem ſermone præmeditato dicuntur ſuſpecti.l.3.
§. Ideoque diuus.ff.de teſti. & illum textum pon-
derat Bar.& Doct. quod limita ſecundum Baldum
in tit.de pa.conſtan. ſuper ver. fina. vbi dixit iſtud
procedere quando teſtes ſunt ſuſpecti : ſecus ſi ſunt
bonæ famæ, quia per dictos teſtes ſic deponentes
probabitur,allegat Ioan.Ant. in cap.nihil de verb.
ſignifi.cuius dictum retuli ſuprà in 11.concluſione.
Ita etiam limitat Baldus in l.teſtium.C. de teſti. in
3.col. vbi dicit hoc committi arbitrio iudicis an cen
ſeantur ſuſpecti ratione ſubornationis quia text.in
d.§. Ideoque diuus præmiſit in magis ſcire debes
quod nota perpetuò ad limitationem huius dicti
de præmeditato ſermone de quo loquitur dict.§.
ideoque diuus, quamuis Angel. indiſtinctè tenue-
rit non valere dictum teſtium loquentium eodem
ſermone in l.ſi quis ex argentarijs.§.1.ff.de edend.
Vide omnino Abb. reſerẽtem opi.Hoſtien. & do-
mi. Anto.in cap.nihil idem, quod Ang.ſtatuit Pa-
pa Clemens vt refert Specu. in titu.§.nunc tractan-
dum. verſic. cautum quoque eſt,& in eod.titul.§.1.
verſic.Item quòd teſtis.dom.Anto.in d.cap.nihil.
Feder.de Se.conſil.229. Incipiente Veritatis amica
ſimplicitas.

CONCLVSIO XV.

†Paria ſunt quòd aut teſtis dicat falſum,aut 30
ſupprimat veritatem Bal.in l.presbyteri. C.de epiſ.
& cle.Glo.& Ange.in authen.de teſti.in princ.im-
mò omittens dicere veritatem malitiosè vel obſcu-
rè deponens tenetur vt falſarius. Bald.in l. ea quæ
commendãdi. ff.de contrah.emp.in l.præſcriptio-
nem in fin.C.ſi contra ius: † quia officium teſtis eſt 31
deponere ſuper integro & toto facto,& non ſuper
parte,& plenam dicere veritatem rei, Gloſſa & Do-
cto.in l.Lucius.ff. de infa.quam Gloſſ.allegat Bal.
in l.peremptorias circa fin.C. ſententiam reſcindi
non poſſ. Ideo ſi dicit non recordor non ſubſiſten-
te cauſa obliuionis punitur vt falſarius, & melius
debet recordari de perſona, & loco quàm de die:
quia ſi eſt multum tempus excuſatur teſtis dicens ſe
non recordari de die. Ita Baldus in d.l.presbyteri:
allegando Imol. in d.ca. qualiter & quando de ac-
cuſa. † Adde quòd teſtis ſe abſentans vt non depo- 32
nat veritatem non ſolum tenetur ad intereſſe partis,
immò incidit in falſum. Ita Angel.in d.l.ſi quis ex
argentarijs.ff.cum autem.ff. de edend. Allegat In-
noc. in cap.1.extra de crimine ſal. Vbi Innoc.tradit
illam doctrinam quod committit falſum occultan-
do veritatem, & eſt ibi text. quòd pariter punitur
teſtis tacens verum, ſicut deponens falſum. Idem
probat in ſimili tex.in l.pręſcriptione,& illum pon
derat ibi ad hoc Iaco.Butr. & Barto.C.ſi contra ius
vel vtilita. Sed pondera quod Ang.in d.§.cum au-
tem. loquitur in eo qui iurauerat dicere veritatem
ſe abſentantem poſtea non teſtificetur : quia incidit
in falſum occultãdo veritatem l.presbyteri.C. de
epiſco.& cler. ſupra allegato : & loquitur ſub du-
bio ſorte: ſed Bald.ibi in lectura antiqua apertè te-
net quod poſt iuramentum ſe abſentando punitur
de falſo:ſed ſi non erat iuratus, quamuis ſe ſubtra-
hat non puniatur, ſed ſolum multetur. Idem vo-
luit Bald.in d.c.1.in princ.ſi de inueſti.inter dom.
vaſall.

vaſal. lis oriatur per text. ibi licet ſua inductio non
concludat. Iſtud idem tenet Bal.in l. data opera in
12.col. de accuſ. & in d.l. presbyteri. In quibus duo-
bus locis dicit quòd ſi ante iuramentum ſubtrahat
33 veritatem, licet non teneatur de falſo, † tamen ra-
tione doli punietur pœna criminis ſtellionatus l. 3.
circa princip. ff. de crimine Stellio. allegat Bald.
ad prædictam Gloſſ. 22. quæſtione 2. cap. ne quis
arbitretur. Adde quòd Bal. in l. nullum in 1. col. C.
de teſtibus multum eleganter loquitur in teſte com
mittente falſum & fraudem, quia primum in lo-
quendo, ſecundum in tacendo, ſeu loquendo ver-
ſutè non dicendo plenè factum: tamen vtroque ca-
ſu punitur, ſubdens quòd teſtis non reddens ratio-
nem iuſſus vt teſtimonium ſuum reddat ineſficax
non punitur criminaliter, ſed ciuiliter parti ad in-
tereſſe: ſed ſi mihi nõ placet iſtud vltimum dictum
Bald. per ea quæ ſcripſit Bald. in d.l. data, & in d.l.
presbyteri & in locis ſuperius allegatis. quod etiam
ſequitur Petr. de Ancha. in d. cap. 1. Quinimmò illa
differentia an teſtis iurauerit vel non, quantum ad
34 hoc vt de falſo teneatur ex eo † quia teſtis non iura-
tus ratione falſi dicti tenetur de falſo ac ſi iuratus
eſſet ſecundum communem ſententiam. Ioa. And.
in mercu. in regula non eſt ſine culpa de reg. iur. in
6. Erit ergo differentia an teſtis aſſumpſerit offi-
cium teſtificandi vel non, quia vltimo caſu ſub-
trahens ne deponat veritatem non tenetur de fal-
ſo: quia nondum videtur eſſe teſtis, vt per Gloſſ. in
d. cap. ſi quis arbitretur, niſi pecuniam accepiſſet vt
ſe ſubtraheret. l. prima. §. ſed ſi quis vbi Barto. ff. de
falſ. Adde ſingularia verba do. Anto. In cap. ſuper
literis in princ. de reſcript. dicentis teſtem iurantem
dicere plenam, & meram veritatem puniri de falſo
ſi veritatem taceret: ſecus ſi iuraſſet ſe tantum ad in-
terrogata reſpondere per textum in l. cum dilecti
el. primo de accuſa. Quod dictum do. Ant. non pla-
cet Imol. in d. cap. ſuper literis quia text. in d.c. cum
dilecti. loquitur in inquiſito reſpondente, & non
in teſte qui debet dicere veritatem pro vtraque par-
te. vt no. in authen. ſed iudex. C. de epiſco. & cler.
ſubijciens quòd ſi doloſè tacet indiſtinctè currit in
pœnam falſi per d.c. 1. & facit quia forma iuramenti
eſt illa quæ facit incidere in falſum magis quàm ſi
non iuraſſet. Et iſta ſententia mihi ſummè placet
ſequendo Imol. in d.c. ſuper literis.

CONCLVSIO XVI.

35 † An multitudinem teſtium non oportet reſpi-
ci, ſed ad dignitatem, & auctoritatem. l. 3. §. Ideoq;
diuus, & §. eiuſdem. & l. ob carmen §. ſi teſtes. ff. de
teſtib. vbi textus elegans canonizatur 4. quæſtio. 1.
§. in criminali. verſ. ſi autem ei rei cap. in veſtra ex-
tra de teſtib. magnum ſupplementum eſt auctori-
tas in teſtibus: Ideo pauci nobiles multis ruſticis
præferuntur, & pauci Cardinales multis pannoſis
clericis, & pauci omni exceptione maiores multis
ſuſpectis. Ita Baldus in l. teſtium in penul. col. C. de
36 teſtib. & præcipuum in teſte eſt morum grauitas †
ſuper omnia alia accidentia fidem faciens Baldus
in l. bonæ fidei. C. de reb. credi. allegat Gloſſ. in l.
tertia. ff. de teſtib. Digniores ergo teſtes debent præ-
ferri. §. fin. in authen. de monachis. limita niſi eſſet
magnus exceſſus in numero ſecundum Bartolum
in d. §. teſtes. Gloſſ. in d. capitulo in veſtra. quæ di-
cit de quanto exceſſu intelligitur remitti arbitrio iu-
dicis. Et iſtud voluit Gloſſ. nota. in d.l. tertia. §.
eiuſdem in verbo numerus, & mihi videtur quòd
textus ſit apertus in d. §. eiuſdem, dum præfert nu-
merum dignitati, & auctoritati, & creditur dignio-
ribus, & veriſimilia deponentibus in minori nume-
ro. Gloſſ. not. & Doct. in cap. in veſtra de teſtib.
Cyn. in l. exercendis. C. de fid. inſtr. Alexan. conſ.
29. incip. In cauſa & lite D. Bartholomeæ in fin. col.
in 2. volu.

CONCLVSIO XVII.

† Magis creditur duobus teſtibus tabellionibus, 37
quàm tot non tabellionibus, Gloſſ. nota. in auth.
de hæred. & falcid. §. ſi verò in fin. in principio Gl.
magnæ, quam exclamat Baldus in auth. ſed cum te-
ſtator. C. ad l. falcid. & Rom. in rubr. de arbi. in 12.
q. princ. verſ. Item ſciens quòd duo teſtes.

CONCLVIO XVIII.

† Creditvr quoque, & magis duobus teſtibus 38
maſculis, quàm mulieribus ratione inſtabilitatis
quã per ſe habent ſecundum Roma. in rubr. de Ar-
bi. in 17. quæſtio. verſic. Item præferuntur duo teſtes
maſculi. Allegat Baldus in l. fin. Inſtru. & l. 1. cum
ibi not. ff. de Sena. & nota per Bal. in l. In multis. ff.
de ſtatu homi. Vbi omnino Abb. in c. Forus in prin.
extra de verb. ſign.

CONCLVSIO XIX.

† Praeferuntur teſtes veriſimiliora, & aptiora 39
naturæ quàm negotio deponentes. l. ob carmen. §.
ſi teſtes. ff. de teſti. 4. quæſtio. 3. §. Item in criminali
Bald. in l. teſtium penult. col. C. de teſtibns: & ibi
ponit exempla. Illud enim quod non eſt veriſimile
eſt imago falſitatis dixit Baldus in d.l. 1. C. de ſer.
fugi. & in l. fi. in 16. col. C. de edict. diu. Adr. tollen.
& melins Petr. de Ancha. in cap. quia non veriſimi-
le de præſumpt. quod non eſt admittenda probatio
contra veriſimile niſi allegetur aliquid quod tollat
præſumptionem non veriſimilis, & do. Anto. in c.
ſuper hoc de renun. quòd iudex non admittat non
veriſimilia. † Primò enim veriſimiliora deponunt 40
quando conſonant teſtes iuri communi, vt dixi ſu-
pra in nona concluſione. Secundò ſi magis conſo-
nat rationi, vt dixit Bald. in l. Qui accuſare. C. de e-
den. & Bal. in l. teſtium In pen. col. C. de teſti. licet
aliâs teſtis non teneatur dicere rationem, & cauſam
ſui dicti. l. ſolam. C. de teſti. tamen reddentes cau-
ſam præferuntur alijs, quamuis non interrogati de
cauſa ratione cauſæ concernentes ſubſtantiam dicti
ſecundum Iac. But. in diſpu. ſua incip. Quæſtio ta-
lis eſt, quod Bald. dicit ſe alibi non legiſſe in l. preſ-
byteri. C. de epiſc. & cler. pro quo facit elegans di-
ctum Bald. in c. 1. §. cum autem de contro. inueſtit.
† Vbi voluit quòd per teſtem deponentem ſine cau- 41
ſa nunquam deferatur iuramentum in ſupplemen-
tum. Ita Roma. refert in rubr. de Arbit. in 17. quæſt.
Tertiò dicuntur veriſimiliora deponere vbi me-
lius factum narrant, & illud ſciunt. Bald. in d.l. te-
ſtium in fi. penult. col. faciunt quæ dixi ſuprà in 15.
concluſione.

Adde quòd in conflictu teſtium quibus ſit cre-
dendum quatuor principaliter ſunt in conſidera-
tione. Primò natura negotij, & qualitas, ſecundò te-
ſtium fides, & auctoritas. Tertiò argumenta confir-
mantia rem de qua quæritur. Quartò vt ſequamur

proximiora iura,quibus adhæret lux veritatis. Ita
Bal.in pen.col.in d.l.teſtium.

CONCLVSIO XX.

42 †DATA paritate teſtium iudex poteſt per motum
ſui animi teſtibus vnius partis adhærere, dummodo
in actis faciat inſeri cauſam ſuæ adhæſionis. Ita Bal.
not. in l. cum magiſtratus in fine. C. quando pro-
uoc. non eſt neceſſ. Sed fortius idem Baldus in l.
Lucius in fin. ff. de infa. dixit ex illo textu ſumi in-
tellectum ad verba poſita in l. tertia. §. 1. ff. de te-
ſtib. vbi dicitur quanta fides ſit adhibenda teſtibus
iudex magis ſcire poteſt, vt licet teſtes videantur
ſecundum vera deponere, tamen ſit in arbitrio iu-
dicis non adhibere fidem. Conſulit tamen id fa-
ciendum ex cauſa ita quod appareat ne poſtea te-
neatur in ſyndicatu. Ita Barto. ibi contra. facit. l. 2.
43 & ibi Baldus in fi. C. ſi contra ius vel vti. pub. †Vbi
punitur iudex qui licitam, & debitam probationē
non admittit: quia iudex audiens non audienda,
admittens non admittenda vel econtra tenetur &
facit litem ſuam. Bal. & Doct. in l. mancipia. C. de
ſer. fugi. Idem Bal. in l. ſancimus. C. de iudi. & hac
ratione, quia ſi tantum eſſet arbitrium iudicis, fru-
ſtra eſſent leges teſtes repellentes & admittentes.
Cogita quia hæc doctrina mihi ſemper dubia fuit.
Adde quod idem Barto. in d. l. Lucius. expreſsè te-
nent Imola. & Abb. in capitul. cauſam, de re iudi-
cata.

CONCLVSIO XXI.

44 †SCIS qui legis iſtud dictum quòd duobus iudi-
cibus diuerſas ſententias proferentibus tenet ſenten
tia pro reo lata niſi in cauſa fauorabili, puta matri-
monio, libertate, dote, & teſtamento cap. fin. extra
de re iudic. An dicemus idem in teſtibus, dico quòd
ſic, quia idem fauor adhibetur atteſtationibus ſicut
rei iudic. & fauorabiliores atteſtationes præferun-
tur, nec eliduntur ab alijs, dictum eſt ſolenne Bald.
in l. cum magiſtratus circ fi. C. quando prouo. non
eſt neceſſ. per text. mirabilem in l. lege Iulia petro-
nia. ff. de manu.

CONCLVSIO XXII.

45 †VBI teſtis aliâs non fide dignus eſt rogatus, &
adhibitus in inſtrumento à partibus, videtur ap-
probatus, nec poteſt opponi de inhabilitate, & af-
finitate Glo. & Bal. in l. inuiti. C. de teſtib. §. & li-
cet in verbo ſupplicijs allegat l. ſi quis. C. de teſti.
& ibi Iaco. de Bell. idem Bal. & Salyc. in l. paren-
tes. C. eod. titu. Angel. in l. prima. C. de teſtamen-
tis. Bald. in l. ad teſtium in princip. ff. de teſtamen.
Bal. & Imol. in rubr. de fide inſtrumentorum in 10.
col. in l. hac conſultiſsima. C. de teſtamen. in l. ſi
quis teſtibus, & ibi Bald. C. de teſti. Ioan. Andr. in
addi. ad Spec. in titul. de teſte. §. de teſtium verſicu.
Sed nunquid frater. Imol. in cap. cum canonici de
offic. delega. Bal. in cap. cum cauſam in fin. de te-
ſtibus: Glo. in l. inuiti. ff. de teſti. quam allegat Bal-
dus in l. data opera, in 11. col. C. qui accuſa. Bal. in
cap. in nomine de teſtib. Bal. in ſimili in l. dictan-
tibus. C. de teſtamen. facit quod not. Bald. in l. in-
ſtrumenta. C. de probat. idem Bald. in l. etiam. C.
de teſti. Vide Cæpolam cautela 310. domi. Anto-
nius, & Imol. in cap. ex literis de tranſac. Bal. in c.
ex literis de præſumptio. & in cap. cum oporteat de
accuſa.

CONCLVSIO XXIII.

†POTEST ex officio ſuo iudex repellere teſtes, & 46
inquirere de conditione teſtis. Ioa. Andr. in addit.
Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſic. Quid de domeſtico
Imol. in cap. intimauit extra eod. tit. Glo. 2. quæſt.
7. c. Quærendum. quam Glo. ibi magnificat Nico-
laus de Neapo. in l. 1. §. ſi præſens de magi. conue.
& illam pro ſing. alleg. Bal. & ſequitur Angel. in l.
quos prohibet. ff. de poſtu. Vide Are. in l. illa. ff. de
verborum oblig. Stat ergo concluſio quòd nemine
excipiente indignas perſonas iudex repellere debet
ſecundum Innoc. & Docto. allegatos idem Gloſſ.
in cap. nulli extra de accuſa. Sed contrarium tenuit
Archidiac. in d. cap. Quærendum. Io. And. Ioan.
de Ligna. & Petr. de Anchar. in cap. ſuper eo. extra
de teſtibus.

CONCLVSIO XXIIII.

†TESTIS aſſerens negatiuam non coartatam lo- 47
co & tempore, & ſic negatiuam meram eo ipſo in-
currit falſum. Ita ad literam Ang. in l. Lucius. ff. de
infa. in l. teſtium C. de teſti. in l. ſi per alium. ff. ne
quis eum qui. & vbique alleg. Inno. ita tenere in c.
cum eccleſia ſutrina. extra de cau. poſ. & proprie.
Sed adde quod Bal. in c. ſi quis per 31. in tit. ſi de feu.
fue. contro. in 1. col. pulchrè loquitur in hac ma-
teria quòd teſtis deponens negatiuam in vno & af-
firmatiuam in altero probat, vt dicendo Petrum nō
poſsidere, non Martinum, ſecundum Gl. in l. 1. §. 1.
ff. de itine. actu. priua. Si autem ſimpliciter aſſerat
negatiuam, tunc non probat: ſed eſt ſuſpectus de
falſitate ſecundum Iac. de Are. & Dy. tenentes con
tra Gloſſ. & ſic Bart. ſentit quòd non eſt falſus, ſed
ſuſpectus de falſitate, & per hoc non poterit puni-
ri de falſo, vt aperto ore dixit Angel. in prædictis
locis, & Bal. ſequitur Abb. in d. c. cum eccleſia. Nec
verum eſt quòd Innoc. dicat ad quod Angel. eum
allegauit: nec probatur in text. d. cap. cum eccleſia.
†Iſta ergo temeraria aſſertio negatiuæ facit eum cen 48
ſeri in lata culpa, & non in dolo. l. Iulianus. §. Quid
tamen, & ibi Gloſ. quæ alleg. l. ſi quis affirmauerit.
ff. de dol. facit & tex. in l. ſi alterius ſecundum quod
intelligit ibi Bart. & Doct. C. ſi minor ſe ma. dixe.
nō. per Gloſſ. & Docto. in l. 2. ff. quòd quiſque iu-
ris, niſi ergo probetur quòd ſcienter dixerit contra
veritatem, & ſic dolo non poterit puniri de falſo,
licet ratione temeritatis, & latæ culpæ, puniatur ex-
tra ordinem ſecũdum Ang. in l. plagijs. C. de plag.
iunctis notatis in l. lege Cornelia. ff. de ſica. Vide
Ale. in l. 1. §. 1. ff. quod quiſq; iuris, & in l. 1. in prin.
ff. ſi quis iuſd. non obtemp.

†Adde duo teſtes deponentes ſuper affirmatiua 49
conformi iuri communi præferri certum deponen-
tibus ſuper negatiua quæ non eſt conformis iuri. di-
xit Inn. in d. c. veniens in Glo. magna. Spe. in tit. de
probatio. §. probare. verſi. Quid ſi teſtes vtriuſque.
Nam dixit Innoc. in c. extirpandæ extra de præben.
quod non facta latent, ſed facta ſe manifeſtant.

Adde quod non ſolum repelluntur teſtes ex-
preſsè negatiuam dicentes, ſed etiam implicatam,
puta ſi dicat ad canonicos tantum pertinere electio-
nem. Ita Innoc. in d. cap. cum eccleſia. Specu. in tit.
depoſitio. §. 7. verſ. & verò. †Et ſic iſtæ dictiones 50
tantum & ſolum faciunt implicatam negatiuam ſe-
cundum Spe. & Imo. in c. ſuper hoc circa fi. extra de
renun.

renunc. idem quod Innocen. loquens de implicata negatiua, vt nó probetur per teſtes, ſicut nec per deponentes meram negatiuam tenet Angel. in d. l. teſtium in 2. col. Innoc. & Moder. in d. c. cum eccleſia.

Adde quòd vbi habet implicatam, & incluſam affirmatiuam cadentem in ſenſum teſtis reſpectu incluſi cenſetur probabilis, quæ aliàs non eſſet, quia
51 probatur incluſa non ipſa negatiua, † & per coartationem loci & temporis probatur negatiua nó directè, ſed indirectè. Gloſſ. in l. Pantonius. §. rei per duellionis. ff. de acq. hære. immo directè probatur vbi veriſimiliter, & probabiliter per ſenſum corporis percipi potuit, vt ſi teſtis inſtrumenti dicat nó vendidit domum, ſed vineam, quia cadit optimè in ſenſum viſus, vel auditus teſtis. Ita intelligit Glo. & Doct. Cy. in l. 2. C. de erro. aduocatorú, ſecundum Ange. in l. 2. ff. de probatio. prædicta omnia dicentem ſubijciens ibi negatiuam aperientem viam indicio eſſe probandam per Gl. in l. ſi verò §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. Et per elegantem doctrinam Bal. in l. non prius per text. ibi in verbo potuerit C.
52 quando fiſcus vel priua. † ſubijciens etiam quòd ſi neganti vtilitas principaliter reſultat, illam probare tenetur. ſecus ſi principaliter ad tertium ſpectet, quia ille tenebitur probare affirmatiuam, puta ſi dico non debes audiri aduerſum me, quia non ſoluiſti collectam, debeo probare negatiuam, ſecus ſi peta illum puniri quia non ſoluit, quia ſpectat ad vtilitatem Reipublicæ, neganti non incumbit onus probandi. Ita Angel. in d. l. 2. allegando Bal. in l. in illa. ff. de verb. obli.

53 † Adde quia negatiua probatur directo pluribus modis. Primo per confeſsionem partis c. 1. de confeſ. lib. 6. Secundo per oſtenſioné ſcripturæ & libri, vbi quis non eſt deſcriptus. l. ſi quis cum ſocio. C. de Fabri. lib. 11. Bal. in l. ſi binæ. ff. de iniuſto rupto teſta. & ibi Bal. pulchrè, & Doc. in l. fi. C. de reb. cre. Bal. in l. Iuſtum. C. de eden. ſic & libellum nó oblatum, & lité non conteſtatá ex inſpectione proceſſus Bald. in l. hi qui ad ciuilia. C. de app. Idé Io. An in c. cum ad ſedé de reſt. ſpol. in c. quoniá contra ſuper vlt. Gl. extra de prob. in addi. Spe. in ti. de prolata ſentétia. §. vt auté, verſ. & nota. Tertio fallit generaliter vbi cadit in ſenſum teſtis, vt dixi ſupra in 2. connclu. Si enim non cadit in ſenſum teſtis eſt improbabilis Bal. in l. 1. in fi. C. de bo. poſ. ſecundum tab. facit ad pręd cta quod nota. Bar. in l. 1. C. de cano. frumen. lib. 11. Quarto probatur negatiua per iuramentu. l. 3. §. ſed & ſi de conditio. ff. de iureiu. & de hac materia negatiuę vltra loca allegata videas plenè per Gl. in c. memoriæ in verbo ſingulares, & in verbo ſecundú naturam de elec. per Spe. in tit. de proba. §. 1. in pr. & in d. tit. depoſitio. §. 7. ver. ité negatiua cú ſeq. Hoſt. in ſumma. §. quis debet probare in prin. & per Bal. pulchrè in rep. l. data opera. C. qui accuſa. & nouiſsimum modum probandi negatiuam tradit Gl. 20. q. 2. c. præſens clericus in verbo nunquam.

CONCLVSIO XXV.

† PLVS creditur duobus affirmantibus, quàm
54 mille negantibus ſecundum Glo. in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbi. ſupra alleg. Bar. in conſ. 3. incip. quęritur. in 3. col. Old. cóſ. 284. incip. pater Sancte. Pau. de Caſt. conſ. 89. incip. In cauſa Sfortię in fi. col. hoc verum eſt quando ſimpliciter dicunt non vidiſſe fieri tale quid qui negant cognitionem actus. ſecus ſi deponunt ſuam aſſertionem, quæ cadit in cognitionem actus ſecundum Iaco. de Are. Oldra. & Bar. in l. 1. in fi. pri. ff. de ven. inſpi. quá ſequitur Bar. & Bal. in d. §. ſi plures. Imol. in l. ſi cum dotem. §. ſi marit⁹ el primo verſ. Item nota ꝙ licet mere negatiua. ff. ſolu. matr. & clarius Bal. limitans illam Gloſſ. in l. cum hi. §. nihil. ff. de tranſac. in c. 1. in fin. de conten. inter me & dominum in vſibus feudorum, vbi notabiliter loquitur. Cy. in l. 1. C. de erro. calculi, & dicit Bal. in d. cap. 1. quòd Glo. §. ſi plures loquitur de negatiua quæ difficulter cadit in notitiam teſtis, & quod illa Gloſſ. §. ſi plures non approbatur per Dy.

CONCLVSIO XXVI.

† REGVLARITER enim plus creditur duobus 55
affirmantibus vt dictum eſt. Fallit niſi ſit coarctata loco & tempore, quia tunc procedunt à pari virtute affirmatiua & negatiua, vt dixi ſuperius in 2. cóclu. Idem Io. de Imo. in c. cum tua extra de teſti. ſecundo fallit ſi teſtes ſuper affirmatiua eſſent imperiti, & deponentes negatiuam eſſent periti l. 1. §. 1. ff. de ven. inſpi. Tertio fallit in cauſa criminali vbi plus creditur negantib. Bal. in repeti. l. data opera. allegando Gloſſ. decreti quam multum exclamat Roma. in l. hoc iure in fi. ff. de verbo. obli. Quarto fallit ſi negantes reddant cauſam affirmantes non: quia magis creditur paucis reddentibus cauſam, quàm multis non reddentibus ſecundú Iaco. But. & Bald. in presbyteri C de epiſ. & cle. Aliquando & plus creditur deponentibus negatiuam. Bald. in l. non eſt veriſimile ff. quod metus cauſa, vbi de hoc allegat Innoce. & Archi. & ad materiam adde Glo. in c. fi. de elec. Addo negatiuam probari ſuper † peritia ſi peritus in arte atteſtetur ita negás ſi- 56
cut affirmans in l. nemini. & ibi Bal. C. de aduoca. diuerſo. in d. l. 1. §. 1. ff. de ven. inſpi. vel ſi cum negatiua còcurrat iuris præſumptio, vt in ſeruitutib. Bal. in l. ſi quis diuturno ff. ſi ſerui. vendi. allegando Glo. in d. l. 1. §. 1. & iſtud eſt quod expreſſe ſenſit Innocen. in d. c. veniens. Addo etiam quòd illud quod dicitur quòd teſtis deponens negatiuam non probat, hoc eſt verum ſi expreſsè deponat: ſecus ſi tacitè aſſerat negatiuam Ioan. An. in c. cum cauſam in 2. col. verſi. ſed ex hoc quæritur extra de probatio. quod intelligo ſecundum dominum Bal. in d. §. ſi quis per 30. allegando Gloſſ. in d. l. 1. §. 1. quando ad poſitioné affirmatiuè in vno ſuppoſitis principijs ſequitur negatiua in alio pro quo eſt tex. cum Gloſſ. in l. ab ea parte. ff. de probatio. & meliorem. §. hinc nobis in verbo vidiſſe in authen. de hæredi. & fal. vbi dixit negatiuam æquipollere affirmatiuę, & probari per eum, qui fuit præſens inuentario, quam omnino vide. Adde pro dicta tertia fallentia Romanum conſil. 24. incip. ſpectabilis. Vbi omnino vide.

CONCLVSIO XXVII.

† TESTIS probans negatiuam coartatam de- 57
bet in teſtificatione ſua remouere actum à ſenſu, non ſenſum ab actu, quia debet dicere tale quod non fuit factum me præſente tali loco & tempore,

quo dicitur actus celebratus in quo loco interfui,
nec potuiſſet celebrari quin ego vidiſſem, & audi-
uiſſem: nam ſicut in facto proprio cadit vera ſcien-
tia propoſitionis negatiuę, ita in facto alieno ſit co-
arctata, quia virtus intuitiua, & ſenſitiua clarè & a-
pertè percipit negatiuam vt no. per Cy. in l. 2. C. de
errore aduoca. per Glo. in l. 1. §. 1. de iti. actu. priua.
58 & ſicut † negatiua directo probatur per inſtrumenti
oſtenſionem l. fin. C. de rebus credit. pari modo
per teſtes. ſecus autem ſi teſtes negarent remouen-
do ſenſum ab actu, puta dicendo non recordamur,
vel non interfuimus tunc, vel non vidimus: quia
qui neſcit non probat, & dicimus non entium nul-
las eſſe qualitates. Iſta eſt aurea doctrina & Theo-
rica Bal. in l. 1. C. de bo. poſſ. ſecundum tabu. in l.
cum hi. §. nihil. ff. de tranſac. ego allego Gloſſ. pul-
chrã in §. hinc nobis in verbo vidiſſe in aut. de hęre.
& falſ. quæ omnino videatur.

CONCLVSIO XXVIII.

† LICET alias teſtis non tenetur reddere cau-
59 ſam ſcientiæ non interrogatus l. ſolam. C. de teſtib.
tamen in probatione negatiuæ, debet vltro non in-
terrogatus reddere rationem, aliàs non probaret.
Bal. in l. cum hi §. nihil ff. de tranſact. quia id quod
non eſt, non cadit in ſenſum, ideo oportet quòd aſ-
ſignet rationem ſecundum Bald. ibi. Idem Bald.
in l. 2. in vltim. car. C. de reſcindend. vendit. Di-
cimus enim quòd ſciens per firmam credulitatẽ, ſed
non per veram ſcientiam non poteſt vitiare de ve-
ritate. Bart. in l. admonendi in fi. pen. col. ff. de iu-
reiuran. ſed vbi negatiua cadit in ſenſum teſtis ita
probatur ſicut affirmatiua in auth. de ſan. epiſ. §. 1.
ibi quia non minus colla. 9. & hanc auream doctri-
nam clarè tradit Bal. in d. §. nihil. Vbi omnino vi-
deatur idem quod Bald. in d. §. nihil. & in d. l. 2. fuit
de mente Bar. conſi. incipiente clariſsime domine,
de quo facit mentionem Bal. in d. l. ſolam. in fi. co-
lum. C. de teſtibus.

CONCLVSIO XXIX.

† TESTIVM receptio poteſt committi alij per
60 iudicem in ciuilibus, ſecus in criminalibus. authen.
apud eloquentiſsimum C. de fi. inſtr. & ibi Bart. ibi
ſimpliciter tranſit. Cy. tamen ibi refert quoſdã ad-
uocatos dicere quòd cùm hodiè ciuitates indiſtin-
ctè, & de conſuetudine ex alia ciuitate non cogan-
tur venire, ſicut nec conſuetum remitti ad locũ de-
licti ne facultas probandi pereat, & delicta rema-
neant, impunita, poterit fieri in alio loco commiſ-
ſio pro recipiendis teſtibus in criminalibus, quod ta-
61 men videtur periculoſum, dicit Cy. † quia non poſ-
ſunt cauſæ meri Imperij delegari: & quia non tol-
litur ratio quòd vbi maius eſt periculum &c. & ſic
dato vno inconuenienti, multa ſequerentur. Ita Cy.
ſed Iac. de Are. & Nic. Mate. ibi tenent contrarium
Bald. ibi vt propter neceſsitatem prædictam, & eti-
am propter occupantium multitudinẽ poſsit com-
miſsio fieri, & optimas rationes allegat Baldus. ma-
ximè quia neceſsitas facit aliquid probabile, quod
aliàs eſſet improbabile, & ita dicit ſeruari de conſue
tudine. Saly. vbi videtur inclinare in hanc partem,
dum finaliter ſubijcit facilius ſuper aliquo proban-
do quod non ſit ſuper principali delicto admitti
commiſsionem, & ſic ſuper aliquibus extraneis
probandis, quod no. ſed dixit Ange. in §. & quoni-
am in authen. de teſtibus. † quòd condemnatus fuit 62
quidam Peruſij rector ex eo quia in criminalibus
commiſerat excommunicationem, & ex illis teſtib.
protulerat ſententiam: ſed facit pro dicto Salyc. il-
lud quod ſcribit Ange. in l. ſicut. §. ſi procurator C.
qui mo. pig. vel hypo. ſol. allegando Iac. Bu. in l. 1.
C. de plag. vbi dixit quòd in criminibus capitali-
bus admittitur procurator ad allegationem iniuſti-
tiæ, & nullitatis banni, quæ vẽtilatur ſeorſum à de-
licto principali ſuper omnia pondera: quia Bal. at-
teſtatur de conſuetudine cui ſtãdum eſt, & pro opi.
Bal. allego Glo. in §. illud in aut. vt de ſun. ſiue ſu-
ne. collatione 5.

CONCLVSIO XXX.

COMPATER ſeu leuans de ſacro fonte non po- 63
teſt eſſe teſtis in cauſa leuati de ſacro fonte: Nec le-
uatus in cauſa ipſius copatris, quod eſt menti tenen-
dum ſecundum Alex. conſil. 143. in 2. vol. & Fulg.
cõſi. 11. Bal. in l. generaliter. ff. de in ius vocã. & mo-
uetur per auctoritatem Gui. qui dixit quòd vocari
non poteſt pater ſpiritualis leuans de ſacro fonte in
ius ſine venia, vt dixit etiam Ang. poſt Guil. in d.
l. generaliter facit quia propter cognationem ſpiri-
tualem quæ contrahitur inter eos patris loco habe-
tur. Vnde iura appellant eum compatrem cap. tuo
extra de cogna. ſpiri. facit text. in c. Ita diligere 30.
q. 3. † vbi dicitur patrem ſpiritualem eſſe diligen- 64
dum tanquam patrem, quia maior eſt talis cogna-
tio ſpiritualis, quàm vinculum adoptionis ad idem
Gloſſ. nota. 30. q. 2. in c. qui dormierit. dicens co-
gnationem ſpiritualem maiorem eſſe carnali, ad
idem Gloſſ. in c. pitauium 30. q. 3. colligens ex illo
text. quòd magis diligendus eſt pater ſpiritualis,
quàm pater carnalis, & hanc partem quòd non poſ-
ſit eſſe teſtis tenuit Fulgo. in l. 3. §. 1. ff. de in ius vo-
can. & Saly. in l. teſtis idoneus ff. de teſti. per tex. in
l. ſi quis alienam in fi. C. de nup. ponderando ver-
bum paternam affectionem, vbi fit mentio de ſacro
Baptiſmate, & ſic intelligitur de compatre, & non
de patre, ne ſit de indubitabili, & iſtam partem te-
net Bertachinus in repertorio in verbo Compater.
† ſicut dicitur de compatriota, qui cenſetur ſuſpe- 65
ctus c. accedens, & ibi Bald. extra vt lite non con-
teſt. ſed immo. Bal. ibi dicit quòd amicitia dicitur,
& oritur ex conuictu & ex communi patria & ex
parentela, & ſic inſtruuntur formare debentes arti-
culos ad amicitiam probandam, & ſubijcit quòd
oriundi de eadem terra conſueuerunt eſſe nimis fa-
uorabiles, & dicunt tenentes iſtam partem quod
Bartolus in d. conſi. loquitur in probanda ætate, &
dicunt quòd non erit omni exceptione maior, ex
quo Iudex dubitat propter præſumptam affectio-
nem per ea quæ notan. per Moder. repentes in l. ad-
monendi in 18. Col. ff. de iureiuran. allegan. Bald.
in l. In tantum. §. Vniuerſitatis ff. de rerum diui.
Gloſſ. in l. cogitandum in aut. de mona. vbi dicunt
† quòd teſtis nõ eſt omni exceptione maior, de quo 66
iudex dubitat, ſeu in quo ſit præſumpta affectio,
neq; ſit aliqualiter debilitatus vel eliſus. Bart. in l. 1.
C. qui & aduerſus quos in c. 1. §. ſacramentum de
conſu. recti ſeudi per tex. in c. à nobis, & in c. Inno-
tuit extra de teſt. vbi dicitur quòd modicus defectus
impediuit ſemiplenam probationem. Bald. in d. l.

Admo-

Admonendi. Gloſſ. in l. etiam matris. C. de proba.
Bal. in d. c. 1. de contro. inueſti. do. Ant. Abb. in c.
fi. in fi. de iureiuran. Roma. in d. l. Admonẽdi. Vbi
dicunt quòd ſi fides vacillat ſeu elidatur in aliquo
ita quòd inducat iudicem non aliquam opi. ſed ad
ſuſpitionem, quòd tunc non dicitur omni exce-
ptione maior, nec poteſt deferri iuramẽtum in ſup-
plementum. facit quod not. Bal. in l. 1. in 12. col. C.
67 qui accu. † quòd affinitas ſpiritualis eſt maior quàm
carnalis, & allegat Specul. Præterea non poteſt ne-
gari quin ſit magnus amicus, & domeſticus: ſed in
contrarium decidunt. Bal. & Saly. in l. parentes. C.
de teſtib. Floria. in d. l. teſtis idoneus. Bar. in conſi.
incip. in q. vertente inter dominum Simonem. Ad-
de dictum Bal. in authen. niſi rogati C. ad Trebell.
verſi. ſed tunc ego quæro, vbi dicit quòd licet filius
ſpiritualis ex baptiſmo non excludat ſubſtitutum,
quia quantum ad ſuccedendum non eſt filius, licet
fortè à patre ſpirituali in ſubſidium ſit alendus: Nã
& adoptiuus filius ali debet. Ita Bald. Adde Ange-
lum in l. Adoptiuũ ff. de in ius vocan. qui ſequitur
Guiliel. vt non poſſit compater in ius vocari ſine
venia. Adde etiam Bald. in reportatis nouiſſimis in
l. in antepe. charta. C. qui accuſa. Vbi dubitauit v-
trum mulier quę tantũ poteſt pro iniuria ſua & ſuo-
rum accuſare, poſſit accuſare occiſorem compatris
ſui. Vide ibi per eum.

CONCLVSIO XXXI.

68 † TESTIMONIVM de auditu licet aliàs non
probet, nec admittatur iuribus vulgaribus, tamen
facit iudicium, & præſumptionem per quam tranſ-
fertur onus probandi in aduerſarium. Fuit mirabi-
le dictum Archidiac. 22. q. 5. & hoc videtur & ex-
clamat pro ſingulari Romanus in ſuis ſingularibus
in 27. charta ſingulari incipien. teſtimonium de au-
ditu, vbi vide omnino. Vide etiam Alexan. conſil.
77. in 1. vol. repetito conſilio 62. in 3. vol. vbi alle-
gat Roma. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matr. Idẽ
quòd teſtimonium de auditu faciat coniecturam
ſeu prę̨ſumptionem decidit Pau. de Caſt. conſil. 17.
incip. in cauſa quæ vertitur Parmę in 11. col. vbi om
nino videas, & pondera quæ dicit aliqualem conie-
cturam, ſeu præſumptionem.

CONCLVSIO. XXXII.

69 TESTIS incredibilia, vel non veriſimilia depo-
nentes ſunt ſuſpecti Bal. in l. teſtium in penult. col.
C. de teſti. & ibi alle. Auerroim & Ariſtotelẽ quòd
experimentum verorum ſermonum eſt concorda-
re cum rebus ſenſatis, & quærere rationem. vbi ha-
bemus ſenſus nihil aliud eſt quàm infirmitas in-
tellectus. ita Bal. ibi. Idem Bal. pulchrè in l. 1. C. de
ſeru. fugi. vbi dicit ſermones noſtros debere verifi-
cari ſecundum communem opi. habentium intelle-
ctum, allegat optimum text. in l. ſi ita quis in fi. de
euic. nam experimentum verorum ſermonum eſt,
vt dixi, quod concordet cum rebus ſenſatis, vel ve-
riſimilibus allegat l. milites. §. oportet. ff. de quæ-
ſtio. quia illud quod eſt valde longe à veriſimili eſt
quædam imago falſitatis, ideo inſert alias fuiſſe caſ-
ſatam quandam inquiſitionem tanquam falſam, ex
eo quòd dicebat familiares mandaſſe domino idem
dicit Baldus in rubrica C. ſi quis ali. teſta. prohi-
bue. & pro principali dicto facit text. in l. 3. §. pri-
70 mo. & in l. ob crimen §. fi. ff. de teſtibus. † & per hoc
dicimus teſtes deponentes iuri communi conſonan
tiã cenſeri deponere veriſimiliora his qui deponunt
contraria iuri communi: quia cenſentur deponere
non veriſimilia, & primi præferuntur ſecundis.
Ita do. Anto. poſt Ioan. An. in c. licet cauſam in 5.
char. in 3. col. verſi. nota ſecũdo quòd cæteris pari-
bus extra de teſt. dixi ſupra in 9. conclu. Idem Bal.
in l. ſi quis diuturno ff. ſi ſer. ven. vbi inquit magis
credi deponenti negatiuã, quàm affirmatiuã ſi præ-
ſumptio eſt pro negante, facit tex. & quod ibi notat
Bal. in l. ſed & milites ff. de excu. tutorũ. & pro hoc
vide omnino Ang. in l. ſi. quod me. cau.

CONCLVSIO XXXIII.

† DEPOSITIO facta per triennium vel alio lo- 71
co fingitur fuiſſe facta tempore & loco præſtiti iu-
ramẽti, & trahitur ad tẽpus & locum eiuſdem iu-
ramenti Gloſſ. in cle. 1. de offic. deleg. quam ſequi-
tur Bal. in l. 2. poſt Bar. C. de ſac. ſan. eccle. & in l.
ſi legibus. C. ſi contra ius vel vti. pub. & in l. ſi quan
do C. de teſta. Bar. in l. 2. ff. de bono. poſſ. ex teſta-
mento mili. Roma. in conſil. 453. incipien. Quoad
primum in 3. col. vbi eleganter loquitur: Ideo te-
ſtis qui iurauit in termino dato ad probandum po-
teſt deponere poſt terminum, licet ſecus ſi eſſet da-
tus terminus ad probatum habendum. Bartolus &
Ang. in l. damni §. Sabini. ff. de damno infec. & li-
cet iuret die iuridico, tamen † depoſitio facta à tem- 72
pore feriato valet: quia depoſitio eſt finis ad quem
ordinatum eſt principium. Ita practicat Curia Ro-
mana, & totus mundus, vt eleganter dicit Ang. in d.
§. Sabini.

CONCLVSIO XXXIIII.

† LICET Idonei teſtes in dubio præſumantur 73
Gloſſ. in c. 1. extra de teſtib. quia iſtud procedit ex
natura, argumen. eorum quæ notant docto. in c. du
dum extra de præſump. argum. c. 1. extra de ſcruti-
nio. Aduerte quia ille dicitur omni exceptione ma-
ior, qui non poteſt repelli aliqua exceptione, quod
eſt notandum propter ſtatuta facientia mentionem
de teſtibus omni exceptione maioribus. Ita Abb.
in c. & ſi clerici in 13. Col. verſ. Quæro vna cum
Gloſſ. extra de iudi. allegat bonam Gloſſ. in c. 1.
extra de conſangui. & affini. & Gloſſ. Inſti. de inut.
ſtipu. §. Item verborum. quæ idem dicit in teſtibus
idoneis, & hanc doctrinam tenuit Alberi. in l. opti-
mam in fine. C. de contrahenda, & committen. ſti-
pulat. & probat text. in c. licet ex quadam extra de
teſtibus.

CONCLVSIO XXXV.

SI † in diſpoſitione aliqua dicatur probandum
per teſtes omni exceptione maiores, vt in pleriſque 74
ſtatutis dici videtur, tunc capitulandum, & proban
dum quòd tales teſtes ſint omni exceptione maio-
res, aliàs producens teſtes ſimpliciter ſuccumberet.
Ange. in l. tabularum quidam autem ff. quemadm.
teſta. ape. Idem ſequitur Ange. Aret. in §. item ver-
borum. Inſti. de inuti. ſtip. facit quod not. Barto. in
l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadmodum teſt. aper. vbi
conſuluit probari de legalitate notarij, & facit pro
dicto Ang. dictũ Spe. in ti. de proba. §. fi. verſ. fi. di-
centis ſi quis habet præſumptionẽ ꝓ ſe allegans op-
poſitum debet ꝓbare per tres teſtes, vel duos excel-
lentes. Contrarium ſemper mihi placuit, † quia 75
ille

ille qui producit teſtes habet præſumptionem iu-
ris pro ſe: cum omnes teſtes præſumantur idonei,
vel omni exceptione maiores, vt dixi in pręceden
ti notabi. Secundo quia ſtamus dicto teſtium ſi ni-
hil in perſonis eorum eſt obreptitium ca. præ-
ſentiũ extra de teſti. l. ſi quis teſtib⁹. & in aut. ſi di-
catur C. e. & hanc partem tenent Io. de Ligna. &
Franc. de Rampo. vt refert & decidit Imo. in d. §.
ſi quis neget, licet ſub dubio forte dicat poſſe ſal-
uare doctrinam Ang. de Peru. vbi ſtatutum dice-
ret per teſtes optimæ opinionis in ſuperlatiuo,
quamuis Io. de Ligna. & do. Fran. contrarium ſen-
tiant, & ſic Imo. non reſidet in iſta limitatione, vt
ibi pulchre per eum. Vide Alex. conſil. 82. qui ap-
probat opi. Ang. in 1. vol. & conſi. 43. in 3. vol.

CONCLVSIO XXXVI.

76 VIDERE † potuiſti in concluſione ſuperiori
28. quòd teſtis deponens ſuper negatiua debet vl-
tro non interrogatus aſsignare concludenter ratio-
nem. Addas ꝙ iſtud procedit in omnibus quæ dire
cto, & immediatè nõ percipiũtur per ſenſum cor-
poris, vt in ꝓbatione furoris, & alijs inuiſibilibus,
quæ percipiuntur per rationem intellectus, & con-
iecturas extrinſecas, vt per Bal. plenè in l. ſolam C.
de teſti. in l. teſtiũ eo. tit. Inn. & doc. in c. cum cau-
ſam extra eo. An. in l. cũ hi. §. vult igitur. ff. de trãſa.
vbi loquitur de dominio in l. quid ergo. §. quæſi-
tum ff. de inſa. vbi loquitur de probanda infamia
& fama. Et voluit Inn. & Io. An. in c. cum oportet.
& in c. qualiter & quando. extra de accu. do. Ant.
in c. licet eo. tit. in c. ſuper hoc extra de renun. Bart.
in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. Ang. in l.
ea quidem. C. de accu. Bal. in repertorio ſuper Inn.
in verbo teſti non credimus. Et hanc doctri. tradit
etiam Bal. in d. repertorio in verbo teſtes quando
ſunt, & in verbo teſtis ſi teſtificatur. & in rub. C. ſi
ex falſis inſtr. Ang. in l. ſi teſtamento. §. fi. ff. de te-
ſta. & in doc. in c. ſi quando poſt Gl. ibi extra de re-
ſcrip. vbi concludunt teſtẽ debere in his quę directè
non percipiuntur ſenſu, ſed iudicio rationis, vel per
cauſas valde remotas teneri vltro aſsignare rationẽ.
Ita Bar. conſi. 110. incip. Quidam Maſiolus accuſa-
tus. Idem Bal. in l. cum hi. §. nihil. vbi eleganter lo-
quitur circa probationes dominij furoris & negati-
uæ, & omnino vides aurea verba Bal. in d. reper. in
verbo teſtes quando ſunt.

CONCLVSIO XXXVII.

77 VBI † agitur de probando aliquo vniuerſali vel
generali puta hæreſis, iuriſdictionis, vel poſſeſsio-
nis non dicuntur ſingulares teſtes, ex quo ratio eo-
rum concordię eſt eadem veritas, licet diuerſis mo-
dis percepta à teſtibus: ſecus ſi tractaretur de pro-
banda certa ſpecie iuriſdictionis, puta mero impe-
rio, vel de probando aliquo, quod ſpecificè pro-
bandum eſſet. Ita pulchrè dixit Bald. in l. actor in
3. col. ver. hic ergo ſciendum eſt. C. de proba. Idem
Bald. in repeti. l. data opera, C. qui accuſ. non poſ-
ſunt. & in l. de quibus ff. de legi. idem Gloſſ. Bar. &
Albe. in l. ob carmẽ. §. fi. ff. de prob. Iac. Bu. in l. Ar
riani. C. de hære. quod tamen procedit ad proban-
dum quid vniuerſum, quod ex multis elicitur, quã
Glo. approbat Archi. in c. nihilominus 3. q. 9. Ant.
& Abb. in c. cum oporteat de accu. imo probant te-
ſtes per ſyllogiſticum argu. Bald. in c. licet, el 2. de
teſti. † quòd vnus teſtis deponit quòd audiuit dicere 78
non credere reſurrectionem mortuorum, & alte-
rum non credere Chriſtum filium Dei, vt iungãtur
ad probationem hæreſis in genere, idem Bal. in l. 1.
C. qui numero tutel. Idem in probatione famæ, vel
iuriſdictionis, vel perceptionis decimarum ſecun-
dum Inn. & Io. An. in c. qualiter & quando, el 2. de
acc. idem ad probãdum publicum vſurarium in ge-
nere, & in vniuerſo. Bal. pulchrè in l. 1. C. de teſta.
Angel. in q. diſputata, quæ incipit Aſtenſis miles in
24. col. allegans Io. And. † dicentem per diuidua 79
probari poſſe quem eſſe vſurarium in c. 1. in verbo
manifeſtos de vſuris libr. 6. quamuis ſi ageretur de
probatione alicuius indiuidui, teſtes ſingulares nõ
probarent ſecundum eum. Idem Bal. in c. cum om-
nes extra de conſti. in 3. col. ver. quærit collecta-
rius, vbi pulchrè loquitur, & idem videtur tenuiſſe
Specu. in titu. de inqui. §. nunc tractemus. ver. Quid
ſi ille loquitur de probatione famæ, & ibi per Io.
And. idem Specu. in titu. de teſte. §. iam de interro-
gatorij, s verſicu. Quæri debet etiam à teſte cum ſe-
quentibus. Vbi amplè loquitur idem Hoſt. in ſum-
ma de teſte. §. quę diuerſitates. ver. quę autem idem
Ange. & Imol. in l. 1. §. ſi quis neget quem ad teſta.
ape. vbi multum eleganter loquitur, & per Imol.
plenè in l. inter pares ff. de re iudi. idem in proba-
tione pupillaris ætatis, & in probatione recollecti
vineæ. Ang. & Imo. in l. ex facto. §. item quæro ff.
de vulg. & pup. idẽ Io. And. in Nouel. in c. 1. de ar-
bi. lib. 6. idẽ Pau. de Eleaza. in diſpu. ſua incip. con-
tra inſtrumentum debiti Bald. in l. ea quidem C. de
accuſa. in vlti. col. Bar. in l. de minore. §. tormenta
in pen. col. in verſi. ſed qui teſtes. ff. de quęſtio. Ro-
ma. plenè in l. 1. §. 1. in fi. ff. de verbo. obli. Contra-
rium tenuit Io. And. in c. 6. officiũ §. 1. in verbo te-
ſtium de hære lib. 6. in Nouella. Anto. de Bu. in c.
qualiter, & quando extra de acc. in c. fi. de conſue.
& in c. veniens, el primo, & in c. licet ex quadam ex-
tra de teſti. Ab. allegan. multa maxime d. Ant. in c.
cum oporteat de accu. & Gloſſ. no. in c. nihilomi-
nus 3. q. 9. Arch. in c. innotuit 25. q. 5. † Vbi ad pro- 80
bandum aliquem ſanctum non ſufficit aliquem de-
ponere de vno miraculo, & alterum de altero. Abb.
in conſil. 42. inci. ex multis agitatis concludens te-
ſtes ſingulares non probare quem vſurarium: quia
vbi partes indiuiduæ ſunt, vt in miſſa, vel indiuiduę
tamen inferentes ad totum, vel in perceptione de-
cimę & iuriſdictionis procedere primam opinionẽ.
ſecus ſi ſunt partes non inferentes ad totũ, ſed mul-
tiplicantes id totum in ſpecie alleg. Petr. & Cy. in l.
2. C. quæ ſit long. conſuetu. vbi loquitur de proba.
conſuetu. Vide omnino ad hoc Alex. conſi. 187. &
eſt conſilium 45. in 2. vol. Archid. in d. c. nihilo-
minus. Et Inno. in d. c. licet quadam, & ibi Io. And.
Ita Abb. in præfato conſilio, & idem voluit Salyc.
in probatione famæ in d. l. ea quidem in pen. car-
ta ver. 9. iuxta pręmiſſa quamuis ibidem aliqualiter
ſe inuoluere videatur: tamen mihi ſemper placuit
prima opin. quam firmauit Glo. in d. l. ob. carmen.
§. fi per ea quæ ſcribit Angel. conſi. 270. incipiente.
Quædam domina Margareta. Vide plene Pede.
Ancha. conſil. 440. plenius Alexan. conſilio. 72. &
conſi. 100.

CON-

CONCLVSIO. XXXVIII.

81 TESTES † tractantes de ſe exonerando tanquam
in re propria non probant, nec ſunt idonei Bart. in
l. deferre. §. idem decreuerunt ff. de iure fiſ. Imo. in
c. ex literis extra de tranſa. Gemin. in c. fi. de iureiu-
ran. lib. 6. & in c. fi. de teſti. eodem libro. Abb. in c.
ſuper eo. tit. in antiquis in 6. col. Vide tamen practi-
cam Papienſem in opere libellorum in forma op-
ponendi contra teſtes circa 10. col. limitantem præ-
dictam doctrinam non procedere in conſuetis de-
ferre ex eorum exercitio: ſecus ſi pro eorum exerci-
tio ſolito deſerre conſueuiſſent, vt in brentatore
quia probaret, vt ibi pulchrè per eum quem videas,
& ponderabis Gemi. in ca. Romana. in fi. apparatus
de teſti. in 6. Vide Saly. poſt Bar. & Bal. ibi l. in om
nibus C. de teſtib. ſequentem Bar. Alex. conſil. 296.
Albe. in l. nnllus. C. de teſtib.

CONCLVSIO XXXIX.

82 LICET † vt dixi ſupra in concluſione 28. quod
teſtis non teneatur vltro aſsignare cauſam ſcientiæ
ſui dicti, ne verboſus cenſeatur l. ſolā. & ibi Glo. &
doc. C. de teſti. tamen vbi deponit ſuper his quę in-
tellectu percipiuntur, potius quàm per viſum, tene-
tur vltro rationem aſsignare, aliàs non probat. Bal.
Saly. & doc. in d. l. ſolam. Angel. in l. qui teſtamen-
to. §. fi. ff. de teſta. in l. cum hi. §. igitur. ff. de tranſ-
act. Bald. & Ange. in l. furioſum. C. qui teſta. face.
poſſ. Albe. in l. nec codicillos. C. de Codi. Inno. Io.
And. & doc. in c. cum cauſam extra de teſti. glo. &
doct. in c. ſi quando extra de reſcrip. Bald. in pecu-
liari. Innoc. in verbo quando teſtes ſunt, & in ver-
bo teſtis ſi teſtificatur vbi docto. prædicti ponunt
exemplū in dominio, furore, ebrietate, & ſimilib.
quę directo non cadent in ſenſum teſtis. Idem Bar.
conſi. 100. Quidam Maſiolus accuſatus. Idem vide-
mus in probatione ſamæ publicæ. Inno. Io. An. &
doc. in c. cum oporteat. & in c. qualiter, & quando,
de accu. d. Ant. in c. licet eo. tit. in c. ſuper hoc extra
de renunna. Bartol. in l. de minore. §. tormenta. ff.
de quæſtio. Ang. in l. ea. quidem C. qui accu. Bal.
in peculiari. Innoc. in verbo teſti. non credimus. &
in l. quid ergo, §. quæſitum. ff. de inſami. Adde ad
prædicta Bal. in rub. C. ſi ex fal. inſtr. & in d. pecu-
liari in verbo teſtis, qui teſtificatur. & in verbo, te-
ſtes quando ſunt. Vbi pulchrè loquitur. vide Alex.
conſil. 136. & 141.

CONCLVSIO XL.

83 VBICVNQVE † oppoſitum eius quod teſtis de-
ponit poteſt ſtare cum veritate cauſæ per quā teſtis
fundat animum ſuum, tunc nunquam teſtis probat.
Bald. in l. conuenticulam. verſi. venio ad teſtes C.
de epiſc. & cleri. Facit quod not. Bald. in l. hæredes
palam in fi. princip. ff. de teſtam.

CONCLVSIO XLI.

84 ATTENDIMVS † medulitus dicta teſtium pe-
nes rationem, ſeu cauſam, & modum ſciendi, quia
friuola ratio, & non concludens annihilat. bona ra
tio facit bonum omne dictum, & mala malum. Bal.
in l. conuenticulam C. de epiſc. & cler. in peculiari
ſuper Inn. in ver. teſtis ſi teſtificatur. & in ver. teſtis
ſufficit. Bart. Bal. & Ang. in l. cum hi. §. vult igitur.
ff. de tranſa. Bald. in l. presbyter. C. de epiſ. & cleri.
ideo ratio debet eſſe concludens generalis & vni-
uerſalis, & diuerſa dicto Bart. in l. qui interrogatus,
ff. de pet. hær. & ſic bona ratio iuſtificat dictum te-
ſtis. Ita mala elidit, quia in cauſa ſcientiæ ſtat effe-
ctus. Bal. in l. 1. ff. ſi cert. peta. Bar. & doc. in l. ſi ſer-
uus legatus. §. quiſquis. ff. de leg. 1. & in l. qui teſta-
mento. §. fi. ff. de teſta. do. Ant. & Imo. in c. quoties
de teſti.

CONCLVSIO XLII.

QVIA † ſolet dici quòd tabellioni ſcribenti di- 85
cta teſtium creditur, & ſimiliter nuntio referenti a-
liquem citaſſe, vt per Cyn. & doc. in l. ſi quis decu-
rio. C. de ſal. Bar. per text. ibi in l. 1. §. cura carnis,
ff. de offic. præfec. vrb. Ang. Are. multa allegans in
in §. quadrupli. Inſt. de act. vbi videre poteris. Quid
ſi teſtis dicat tabellionē aliter ſcripſiſſe, vel nuntius
dicat ſe non retuliſſe, nec citaſſe vt ſcriptum eſt, cui
magis creditur an tabellioni, vel teſti, ſeu nuntio?
Cy. Formauit iſtam quæſtionē poſt Iacob. de Are.
in d. l. ſi quis decurio, & concludit hoc depēdere ex
qualitate perſonę tabellionis, quia ſi eſt bonę ſamę,
ei magis creditur. Idem ſentit Ang. in d. §. quadru-
pli. etiam vnus nuntius dicit citaſſe Titium, & Titi-
us negat, † quia conſideranda eſt qualitas perſona- 86
rum. alleg. Io. And. in c. comparati. de appel. Saly.
in l. tres denuntiationes. C. quomodo, & quando
iud. Bartol. mouit iſtam quæſtionem in l. 1. in fi. ff.
quemad. teſta. ape. & ſe remittit, & non ſoluit. Spe.
in titu. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. ſed quid ſi vnus
expreſsè dicit omnes docto. Bononiæ in ſuo prinia-
to examine concordaſſe quando proceditur crimi-
naliter, vt neutri parti credatur, nec teſti, ne tabel-
lioni, vt ibi pulchrè per eum. Idem Specul. in titul.
de teſte. §. 1. verſic. ſed pone ecce iudex, & vbique
per Ioann. And. in addi. & ſic notata in d. l. ſi quis
decurio. procedūt in ciuilibus: ſecus vbi agitur cau-
ſa falſi inter tabellionem, & teſtem, ſeu nuntium.
facit † quia non ſufficit conſtare quid, niſi conſtet ꝙ 87
quis. tex. cum glo. in verbo alterius in l. duobus. §.
fi. ff. de iureiur. Et ſic limitantur ſcripta Innocen. &
doct. in c. quoniam contra. extra de prob. & in d. l.
ſi quis decurio, vbi dicunt ſtandum in dubio ſcri-
pturæ: quia non procedit quando mouetur quęſtio
falſi. vt ſupra. Ita Matheſi. Io. de Ligna. Card. &
Imo. in fi. col. ver. quid ſi teſtis accuſatus de falſo in
cle. 1. de hæred. dicens hoc eſſe multum notabile ad
limitationem doctorum iurium. Idem Car. in c. ſi-
cut extra de teſti. quam limitationē dico procedere
quādo ſolus tabellio interfuit, & ſcripſit: ſecus ſi iu
dex cum tabellione interfuiſſet. † quia tunc magis 88
creditur ſcripturæ propter auctoritatem duorum,
& iudicis ſecundum Bal. in addi. Spe. in tit. de inſtr.
edi. verſ. Accuſatus teſtis de falſo. idem Saly. in d.
l. ſi quis decurio. Et in veritate iſtud ſentit Spe. in d.
verſi. ſed pone ecce: nam debent eſſe iudices preſen-
tes examinationi, & habere tabellionem ſcriben-
tem dicta teſtium quod eſt notandum. Et ſic pro-
babunt dicta teſtium. Iac. de Belui. in aut. in medio
litis non fieri ſacras iuſsiones in fin. Gloſſ. quam ita
declarat Bar. in l. ob carmen. §. fi. ff. de teſti. & ſic li-
mitātur dicta Bart. in l. eos in fi. ff. de fal. Idem for-
te ſi duo examinatores boni viri cum notario inter-
fuiſſent, vt ſentire videtur Bald. in c. ad audienriam
extra de præſcrip. Vide omnino Alex. conſi. 65. in
2. vol.

CON-

CONCLVTIO XLIII.

89 PROXENETA † & mediator non poteſt eſſe te-
ſtis niſi vtraque parte volente. Ita Bart. in l. deſerre.
§. idem decreuerunt ff. de iure fi. allc. §. penulti. in
auth. de teſti. Gloſſ. in c. Romana. eo. tit. lib. 6. Ca-
ue tibi. quia ſequendo Bar. grauiter errares & addes
granum ſalis: nam poteſt volens teſtificari ſi produ
catur ab altera parte tantum: ſed non poteſt cogi ni-
ſi vtraque parte volente. Ita Gloſſ. & Ang. in. d. §.
penultim. Bal. & Saly. in d. l. omnibus. C. de teſti.
Gloſſ. & doc. in c. 1. de teſtib. lib. 6. & in c. dilecto-
rum de teſti. cogen. quod limitat Abb. in d. c. dile-
ctorum iudicem conſiderantem ex qualitate perſo
narum cauſæ. & circunſtantijs quantam fidē adhi-
bere debeat. Vide plene Alex. referentem omnes
conſi. 13. in 9. col.

CONCLVSIO XLIIII.

90 DEPONENTE † vno teſte de veritate, & de fa-
ma, & altero teſte de ſama tantum, ex his duobus re-
ſultat plena probatio, quia adeſt publica ſama pro-
bata per duos, & vnum de veritate, & ſi concluden-
ter probatur ex his duabus ſemiplenis. Ita voluit
Bald. per tex. ibi in l. Gallus §. Ille caſus ff. de lib. &
poſthu. & memini me alibi vidiſſe cōtra. ſacit, quia
ſequeretur quòd dictum vnius teſtis deponentis de
veritate & de confeſsione pro præſente parte plenè
probaret contra. l. iuriſiurandi in verbo etiam ſi
præclaro honore fulgeat C. de teſti. & c. nobis extra
eo. cogita.

CONCLVSIO XLV.

91 SI † vnus teſtis deponat de veritate, alins de con-
feſsione præſente parte coniunguntur ad inducen-
dam plenam probationem. Iſtud ſenſit Bartolus in
l. admonendi in verſi. Quæro vtrum duæ ſemiple-
næ. ff. de iureiuran. & licet apertè non aperiat, ta-
men Bal. in l. Si quis ex argentarijs in princ. ff. de e-
den. iſtud apertè decidit, quia quilibet probat ſemi-
plenè in ſua ſpecie perſecta: quia duo de confeſsio-
ne præſente parte probarent: & duo de veritate ple-
nè probarent. ſecus ſi alter eorum ſaceret inditium,
quia non coniungerentur ad plenè probandum per
not. in l. cum probatio ff. de proba. contra tamen
facit quod no. Bal. in authen. rogati. C. de teſti. vbi
iudicio meo ſenſit contrarium, dum ponit intelle-
ctum ad c. fi. extra de ſuc. ab inteſta. Idem Bal. in c.
fi. in. fi. 4. ext. de cōſu. in c. licet cauſam. ext. de prob.
in l. 2. in fi. C. ſi cer. pe. Ab. in. c. cū cauſam de prob.

CONCLVSIO XLVI.

92 DVPLEX † eſt ſingularitas in teſtibus, altera
obſtatura, vt in teſtibus Suſ:nnæ, & tunc dictum v-
nius minuit, & debilitat dictum alterius: altera ſin-
gularitas adminiculatiua, vt vnus teſtis de verita-
te, alter de confeſsione, tunc vnus adminiculatur
alteri, quia concordant in eundem rei finem. Ita
Bal. in rub. de controuer. inueſtitu. & in l. d quibus
cir. fin. ff. de leg. in nulla enim materia mundi te-
ſtes dicuntur ſingulares, vbi concluſiue dicit vnus
teſtis idem quod alius. Bald. pulchrè in l. 1. C. de
93 ſenten. quæ pro eo quod intereſt. † Semiplene enim
probationes in ſua ſpecie perſectè poſſunt iungi ad
ſuam probationem fiendam Glo. & Bald. in l. 2. §.
ætas ff. de excu. tuto. in l. 2. C. de bon. poſſ. ſecun-
dum tabu. in l. 2. C. quo appell. non reci. in l. 1. in
pr. C. de confeſ. in l. 1. C. qui numero in l. ſi ex cau-
tione in 12. q. C. de non nu. pecu. Bar. in l. 1. §. idem
Cornelio ff. de quæſt. Bal. in l. ſi quis ex argentarijs
§. 1. ff. de eden. Vide Alex. conſi. 24. in 2. vol. circa
pen. col.

CONCLVSIO XLVII.

VNVS † de vna confeſsione abſente parte, alius 94
de alia non iunguntur. domi. Ant. in c. licet ex qua-
dam in 3. coll. de teſt. Abb. in c. cum cauſam in 4.
col. de probatio. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu.
domi. Anto. & Abb. poſt Gloſſ. ibi in c. veniens, el
1. extra de teſti. vbi allegat Spec. Abb. in c. cum cau
ſam extra de proba. Vide omnino Pet. de Anch.
conſ. 277. inci. Viſa diligenter Are. in trac. maleſ.
in verbo comparent inquiſiti, & totum negant, &
ibi per modernos, & in verbo ſama publica. ver.
Quid ſi aliquis minatus ſit. Sal. in l. bonæ fidei. C.
de reb. cre. ad primum vide omnino Saly. in l. iuſ-
iurandi ad fi. C. de teſti.

CONCLVSIO XLVIII.

MAGIS † creditur teſtibus deponentibus de bo- 95
na ſama, quam de mala, & ſi non ſint tot numero,
qui habeut præſumptionem iuris pro ſe dummodo
deponentes de mala fama non excedant in multo
numero do. Car. in c. tua extra de ſponſa. ſuper
Gloſſ. fi.

CONCLVSIO XLIX.

TESTIS † monachus non poteſt iurare, & te- 96
ſtificari niſi cum licentia ſuperioris. Gloſſ. & Ang.
in §. cogitandum in auth. de monachis, & in auth.
de teſtibus. §. ſi non dicatur. Speculato. in titu. de te-
ſti. §. 1. verſi. Item excipitur quòd etiam monachi.
non poſſunt enim ſine licentia ſuperioris eſſe in iu-
dicio. Gloſſ. in cap. ex parte extra de poſt. procedūt
etiam prædicta in fratre minore. Spe. & Ioan. And.
in addi. in d. verſi. Item excipitur cum ſequen. no-
tatur. in c. 1. de crimi. ſal. Albe. plenè in rub. C. de
epiſco. & cle. & in authen. ſi dicatur poſt Gloſſ. &
doc. eod. titu. † Compelluntur etiam ſratres mino- 97
res & prædicatores teſtificari de licentia prioris, &
cuſtodis eorum, quia ſi compellitur epiſcopus reli-
gioſior præpoſitis ſcripturis & non tacitis. auth. ſed
iudex. & l. nec honore. C. de epiſco. & cleric. Item
etiam iſti. Ita Bartol. in tracta. de teſti. col. 2. ver. ſed
nunquid ſratres minores? nimirum quia etiam vbi
proceditur ſine figura iudicij, pars debet iurare de
calumnia, & teſtis de veritate. Bald. in extrauag. ad
reprim. in verbo figura iudicij in 3. & 4. col. facit
tex. in l. ſolam in verbo nullius eſt momenti. C. de
teſti. & quod ibi no. Barto. referendo vltimo loco
Inn. in c. nuper de teſti. dicentem † dictum religioſi 98
ſacere etiam præſumptionem ſine iuramēto. opor-
tet ergo quòd oſtendatur licentia ſuperioris Bar. in
l. ſolam C. de teſti. maximè quia coram laico teſti-
ficādo potuit nō interuenire. Bal. & doc. in l. iuriſ-
iurandi C. de teſtib. ſic intelligendo Glo. in §. in his
in aut. de inſtru. caut. & fide ſa. quod no. Ang. in l.
ſicut. §. non videtur. ff. quib. mo. pig. vel hypot. ſo-
lu. Bar. in l. à ſententia ff. de teſta. tute. & in l. Theo-
pompus. ff. de do. præleg.

CONCLVSIO L.

SVPERIVS † in 20. in concluſione incip. data 99
paritate allegādo dictūm Bartol. in l. Lucius. ff. de
inſami.

infami. quòd iudex ex cauſa poteſt repellere te-
ſtem plenè probantem, vt faciat in actis appone-
re, quare non adhibet fidem. adde quod Petr. de
Ancha. de illa doc. Bar. facit magnum feſtum in
repetitione cap. canonum ſtatuta, de conſtit. vbi
adducit alias concordantias. facit quod voluit
Anto. de Butr. conſilio 15. in 5. col.

CONCLVSIO LI.

100 Testis † non eſt ex coniecturis iudicare,
ſed per ſenſum corporis, iudicis autem ſic. Bar-
to. in l. ſolam, in fin. C. de teſti. in l. qui teſtamen-
to. §. fina. de teſtamen. & teſtimonium de credu-
litate non probat niſi ſuper peritia artis. Ange. in
l. ſi vacantia, in 3. col. C. de bon. vacan. lib. 10. Bal.
in addit. Specu. in titu. de homici. in 3. addi. vel
in his, quæ non poſſunt certitudinariè ſciri. l. 1.
in princip. & ibi Bar. ff. de vent. inſpic. gloſſ. in
verbo, præſtò fuerit, in l. teſtium. & ibi Salicet. in
4. quæſt. C. de teſti. Ang. in §. hinc nobis, in vl-
tim. col. in Auth. de hære. fal. Abb. in cap. quo-
ties, in 2. col. extrà de teſt. vbi credulitas coniun-
gitur, & eſt proxima ſenſui teſtis, per quam per-
cipitur veritas. Cyn. poſt Iacob. de Aret. in l. te-
ſtium. Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de te-
ſte. §. opponitur. verſicu. item quod depoſui de
credulitate. Abb. in d. c. quoties.

CONCLVSIO LII.

101 Testi † iactanti de nocendo non creditur,
quia non ſolùm eſt inimicus qui iniuriam facit,
ſed etiam ille, qui conatur facere, & libenter fa-
ceret, ſi poſſet. Bal. in l. 1. C. ſi quacunque prædi-
tus poteſtate, alleg. in l. Athletas. §. remiſsionem.
ff. de exc. tuto. Ant. poſt Innocen. in cap. 1. cum
Petro Manconella, extrà de accuſ. Bart. in l. 3. §.
non ſolùm. ff. de adi. leg. Bal. & Salicet. in Auth.
ſi dicatur. C. de teſtib. niſi ſecundum Bal. ibi fue-
rit facta reconciliatio. Idem Bald. in dict. §. non
ſolùm. paulò ante fin. per illum text. & ſi concor-
dia de recenti non ſit, ſed de antiquo, quia tunc
probat, aliàs ſecus. 3. quæſt. 5. cap. 2. Abb. in cap.
cùm oporteat, de acc. in princ. 3. col. gloſſ. in cap.
per tuas, in verbo, capitales, in fin. de ſimo. & præ-
miſſa intelligo in graui inimicitia. ſecus in leui
ſecundum Bar. Bal. & Salicet. in locis præalleg.
Innocen. & Abb. poſt gloſ. in d. c. cùm oporteat.
præmiſſa clarè procedunt in ciuilibus, ſecus in
criminalibus, vbi debent eſſe maiores omni ex-
ceptione. l. fin cum ibi not. Bar. & Salicet. C. de
102 proba. † In contrarium tamen vide, quod in cri
minalibus leuis inimicitia non repellat teſtes, ſed
arbitrio iudicis relinquatur, an velit repellere vel
admittere. gloſſ. in dict. cap. 2. in verbo, accuſato-
res. 3. q. 5. in dict. cap. cùm oporteat. in verbo, ini
micos. Abb. poſt Tancredum ibi in 2. col. & ad-
miſsi dicuntur omni exceptione maiores.

CONCLVSIO LIII.

103 Ivdex † non faciens interrogatoria debita
teſtibus, & illa non admittens malè facit, & teſtes
ſic recepti non probant. Ioan. Andr. & do. Anto.
in cap. cùm cauſam, de teſtibus.

CONCLVSIO LIIII.

Abnegator † ſpei Dei, & virginis, & ho- 104
mo culpatæ vitæ, vt ſuſpecti repelluntur à teſti-
monio. Albe. in l. improbum. C. de infam. & in l.
iuſiurandi. C. de teſti. Archi. in c. teſtimonium.
3. quæſt. 4.

CONCLVSIO LV.

Testis † non eſt idoneus ſuper offenſa fa- 105
cta vni de domo ſua. Cyn. & Ange. in l. 1. C. de
rapt. virg. Bald. in l. 1. C. ſi quacunque prædi. po.
l. 3. & 4. ff. de lib. cauſa. Bal. in c. 1. ver. extra quæ-
ro. in titu. quibus modis feud. amit. Bal. in addit.
Specu. in titu. de teſti. in 3. add. Ang. Are. in §. fin.
Inſti. de cur.

CONCLVSIO LVI.

Testes † ſimul deponere dicuntur, & eo- 106
dem tempore quando vnus poſt alium ſtatim
ſucceſsiuè vidit. text. in verbo eodem tempore.
& ibi Ang. in l. antiqui. ff. ſi pars hære. peta. in l. in
teſtamentis. ff. de teſta. Ioan. And. in addit. Specu.
in titu. de teſte. §. iam de interr. verſicu. quid ſi v-
nus. Cyn. in l. teſtium. in 5. quæſt. C. de teſti. Bar.
per text. ibi. in l. ſi plures, in princip. ff. iniur. pro
concordantia teſtium dicentium aliquid ſimul
eſſe factum, & intelligatur reſpectu actus poſsi-
dendi, vel actus ſucceſsiui. probat text. cum. gloſſ.
in l. in opibus. ff. loca. vbi ſimul denotat ſimulta-
tem reſpectu operarum non reſpectu temporis.
ſic idem erit in teſtibus, † quia ſicut leges re- 107
ducuntur ad concordiam diſtinctione, ſic & te-
ſtes. domi. Ant. in cap. cùm tu, in penultim. col.
extrà de teſt. facit l. 3. ff. de duob. reis. gloſſ. in cap.
vt circa, in verbo, præſtito. quæ incipit, pone q
vna die, de elect. libro 6. & quod not. Specu. in ti-
tu. de arb. §. final. ver. quid ergo ſi de quibuſdam.
Sic cenſetur factum tempore vindemiæ, quod pa
rum antè fit. Sic tempore guerræ, quod factum eſt
tempore ortæ diſcordiæ, licet nondum guerra
orta ſit, nec erunt teſtes contrarij. l. diuortio. &
ibi Bal. & Moder. ff. ſolut. matrimon. melius Bal.
in c. 1. in princip. de pace tenen. vbi dicit cenſeri
factum tempore guerræ, quod parum antè vel pa-
rum pòſt fit. allegat gloſſ. not. in l. 1. gloſſ. 1. C. de
oper. liber. & ibi Bal. pulchrè quomodo intelli-
gatur eodem tempore. Idem Bal. in titu. de pa.
Conſtan. in verbo, admittent, aliàs in verbo, Opi
zoni. in fin. & in cap. 2. de feud. ſine cul. non amit.
& quod not. Ioan. And. in additio. Specu. in Rub.
de loc. & quod pulchrè not. Petr. de Ancha. conſi.
octogeſimoſeptimo, incipien. premiſſa facti ſcien-
tia. bonus text. in l. Pedius, in princip. ff. de incen.
ruin. & nau. Rom. pleniſsimè conſilio 490. & con-
ſilio ducenteſimo ſexageſimotertio, quæ omni-
nò not. † eliduntur enim teſtes per contrarieta- 108
tem, ſi vacillant verbis & mẽte, ſecus ſi verbis tan-
tùm, & non effectu verborum. Ita Bal. in cap. cùm
eccleſia Sutrina, in 3. col. de cauſa poſſeſſ. & pro-
prie. & aliquando ſaluatur contrarietas teſtium
vno intellectu ſecundum veritatem allegato ſe-
cundum opinionem domi. Anto. in cap. cùm tu,
in penultim. col. de teſtib. alleg. l. ſeruo manu-
miſſo. ff. de conditio. inde. & Abb. ibi poſt gloſſ.
1. in 2. col. inquit: Concordandi ſunt teſtes quoad

 ſenſum,

ſenſum, ſi non poſſunt quoad literam concordari ad effectum, vt probent. gloſſ. in cap. dudum, in verbo, ſubſtantia, de conuer. coniug. gloſſ. & Bal. in l. ſtipulatio iſta. §. hi quoque. ff. de verborum obligat.

CONCLVSIO LVII.

109 Si † teſtis dicat ſe non vidiſſe, exponitur & intelligitur quòd ipſe ſciat. gloſſ. in cap. Artaldus, in verbo, me præſente. in 5. quæſt. 1. quam alleg. Bal. in repeti. l. data opera. C. qui accu. nimirum, quia poteſt eſſe præſens corpore, & nó mente. Bal. & Angel. & Imol. in l. hæredes palam, in princip. ff. de teſtamen. Bal. in dict. l. teſtium, verſicu. hoc modo inſurgit dubium, de teſtamen. Bal. in dict. l. 1. ff. de aucto. tuto. & alibi Docto. vbi oppoſitum conſequentis ſtat cum antecedente, remanet cóſequentia falſa, & probatio non concludit. Bal. in l. conuenticula. C. de epiſc. & cle.

CONCLVSIO LVIII.

110 Licet † ſcripturæ diuerſæ an eadem parte producta, quæ poſſunt prius præiudicare, ſi inuicem obſtent, vt fides neutri adhibeatur. l. ſcripturæ. C. de fide inſtrumen. ſecus in producente teſtes, quia non potuit prius præiudicare. gloſ. in cap. præſentium, extrà de teſtibus, in cap. in noſtra ibi. §. hoc non placet, eodem titu vnde ſi producantur tres teſtes, vno contradicente, ſtatur maiori parti. text. eſt in cap. cùm dilecti. de ele. Ita Ioan. And. ibi in verbo duo. & domi. Anton. in 5. nota. circa 5. col. vbi voluit vnum non detrahere fidem duobus, gloſſ. 1. in dict. cap. in noſtra, ſuprà alleg. dic quòd vnius teſtimonium non iuſtificat, neque damnat. cap. admonere, iuncta gloſſ. 13. quæſt. 2. l. iuſiurandi. C. de teſtibus, cap. cùm à vobis, eodem titu. domi. Anto. in dict. cap. in noſtra, in 1. col. ſubijciens, quòd illa decretalis facit ad hoc, vbi plena probatio non præiudicat pleniori. & ſentit gloſſ. 2. & Cyn. in dict. l. inreiurandi, & hæc procedunt in teſtibus contrarijs, ſeu variantibus: ſecus in diuer-
111 ſis, † quia vni ſemiplenè probati deferretur iuramentum, & præiudicaret plenè probationi in articulo diuerſo. Ita declarat Bartol. in l. admonendi, in 12. col. verſic. quæro quid ſi actor. ff. de iureiuran. Bar. per text. ibi in l. 1. in princip. verſicu. vlterius. hæc l. facit in argum. ff. de vent. inſpic. pro quo facit illa doc. Bar. in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadmodum teſtam. aper. cum ſuis concordantijs, de teſti. ſuper numero qui non præiudicat inſtrumento.

CONCLVSIO LIX.

112 In † pluribus teſtibus prima facie diſcordibus debet fieri concordia etiam vt probent. text. & ibi domi. Anton. Imo. & Abb. in c. cùm tu. extrà de teſti. Bartolus pulchrè ponens notabile exemplum in l. 1. §. non autem. ff. de bon. poſſ. ſecundum tabulas. Bar. & Modern. in l. inſulam. §. fructus. ff. ſoluto matrimon. in l. ſtipulatio iſta. §. itaque. ff. de verborum ſignificat. Bal. pulchrè in l. item videndum, in princip. & in fin. ff. de petit. hæred. vbi dixit ſanam interpretationem poſſe fieri in dictis teſtium etiam ad probandum. Bal. in l. 2. ff. de bon. poſſ. ſecundum tab. Imol. plenè in l. ſtipulantem. §. ff. de verborum oblig.

CONCLVSIO LX.

Dicta † teſtium non ſunt cauillanda, neque calumnianda, ſed limitanda. Bal. in cap. perſonas, de teſtibus. & iudex debet repellere aduocatos ſtudentes dicta teſtium calumniari, & cauillari. Paul. de Caſtr. conſil. 394. Alexand. conſilio centeſimonono, in 6. car. in 1. vol. Specu. in titu. de teſte. §. iam de interro. in fin. Archidia. Ioan. de Ana. in cap. de cætero. de homicidio. Alexand. in conſilio nonageſimotertio, in fin. 2. col. in primo volu. in materia reintegranda. vide Alexan. conſil. centeſimo decimoſeptimo, in penultim. & vlti. col. in 2. volumine. Facit notabile verbum Barto. in l. prima, circa fi. C. quorum bonorum vbi in poſſeſſorio leui præiudicio ſufficit probatio per vnum teſtem, & ad primum dictum. Idem Bal. in l. de quibus, circa fin. ff. de legi. allegans Bar. in l. prima. ff. ſi certum peta. Idem Bal. in Rubri. ff. de rerum diuiſion. circa fin. in l. tempora. in 3. nota. C. de tempo. appell. Bal. in l. item videndum. ff. de petitio. hæredit. in cap. cùm dilectus. extrà de conſuetudine. Bar. in l. de ætate. ff. de mino. debet enim talis fieri interpretatio, vt nihil vel quo minus fieri poſsit, captioſa ſint dicta teſtium. Ita Ange. in l. ex militari, in principio. ff. de teſtamento militis. 113

CONCLVSIO LXI.

Teſtis † ſcire dicitur nedum qui vidit, ſed qui confiteri partem audiuit. Bal in cap. præterea, extrà de teſti. & dicitur ſcire pro certo, ſi audiuit confiteri delinquentem. domi. Anton. per text. cum gloſſ. in cap. 2. extrà de offic. ordin. proprius viſus & proprius auditus ſunt ſenſus nobiliores, & reddunt certiores homines. Bal. in prooemio decretalium, vbi deponens de confeſsione dicitur teſtificari de viſu. Bal. pulchre per text. ibi in l. ne in arbitris. C. de arbi. & fortior eſt probatio, quæ inſurgit ex confeſsione, quàm ex actu reali. Abb. in c. at ſi clerici, in 7. col. de iudi. 114

CONCLVSIO LXII.

Casv † quo teſtis non ſemiplenè probaret, tamen induceret quandam probationem. gloſſ. in cap. tanta. 86. diſtinct. in c. iureiurandi. 4. q. 4. in c. licet el primo extrà de teſti. domi. Anton. in cap. ſuper, eodem titu. vbi dixit dictum vnius teſtis inducere præſumptionem non modicam. facit quod notat Bal. in l. admonendi, in fin. ff. de iureiuran. vbi voluit, quòd licet vnus teſtis infamis infamia facti non faciat ſemiplenam probationem, tamen facit inditium, ita quòd duo infames facerent ſemiplenam probationem. facit quod no. Bar. in l. 2. §. ætas. ff. de excuſatio. tut. vbi licet inditium quod eſt minus quàm ſemiplena probatio non ſufficiat, tamen ex pluribus inditijs ſequitur plena probatio. facit quod no. Bal. in l. ſciant, in 2. col. C. de probatio. quia plura ſimul collecta, & in vnam conſonantiam tendentia inducunt probabiliter veritaté. facit quod voluit Bal. in l. 1. C. qui pro numero tutel. Bar. in l. per hanc, in 3. col. C. de tempo. appell. vbi ex multis conſonantijs augetur formalis intellectus circa probationem. facit quod voluit Paul. de Caſtr. conſilio ducenteſimo octogeſimonono, incipiente, viſo puncto & dubio, in vltima col. 115

CON-

CONCLVSIO LXIII.

116 In † actibus & inſtrumentis celebratis in conſilijs cunctatim publicis non requiruntur teſtes. Specu. in titu. de inſtrum. edi. verſic. ſed cum inſtrumentis, & ſequenti, & Bal. ibi. in addi. verſicu. quoniam inſtrumentum.

CONCLVSIO LXIIII.

117 Plvs † creditur duobus deponentibus de metu, quàm pluribus deponentibus de ſpontanea voluntate. Innocen. in cap. ſuper hoc extra de renun. Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. ver. 13. Quæritur. ff. de offi. Procon. Ang. in ll. 1. ff. quod met. cau. quod intellige & limita ſecundum Ange. in l. fina. ff. quod met. cauſ.

CONCLVSIO LXV.

118 Non † creditur Cardinali, nec legato de latere, nec alicui conſtituto in dignitate in præiudicium alterius. gloſſ. not. in capti. ſicut extrà de ſenten. excommunicat. Abbas in cap. cùm olim; de dol. & contu. in cap. quod ſuper, de fide inſtr. in cap. cùm à vobis, de teſti. in cap. conſtitutus, de appel. in cap. cùm olim, el primo de priuileg. Bal. in l. exemplo. C. de probatio. Ange. in l. quæcunque. §. fin. à pupillo. ff. de publica.

CONCLVSIO LXVI.
& vltima.

Testis † ſingularis deponens de geſtis à ſe 119
ipſo facit plenam fidem. Pau. de Caſtr. in l. 2. §. 1. ff. ſi ex noxæ cauſa aga. & in l. ſeruos. C. de teſti. & conſil. 1. & 368. incip. viſis actis. maximè ſi ſit notarius cauſæ ſecundum Cyn. & Salicet. in l. 4. Oppoſi. in l. ſi quis decurio. C. de ſal. vel ſaltem faceret ſemiplenam, ex qua deferetur iuramentum in ſupplementum per ea quæ dixi in l. admonendi, in 31. fallentia, in additionibus, quas ibi feci. ff. de iureiuran. Quinimò teſti vnico deponenti de geſtis, à ſe plenè non creditur, ſecundum Alex. multos allegantem in l. 2. §. ſi abſens,
in 3. col. ff. ſi ex noxa cauſa agatur, † & plus non 120
creditur notario cauſæ iudicialiter deponenti, niſi vt vni teſti, vt pulchrè dixit Salice. in dict. l. ſi quis Decurio, in vltim. oppo.

Lavs deo.

TRACTATVS PERCELEBRIS DE TESTIBVS AD C. TESTIMONIVM, DE TESTIB. EXCELLENTISS. V. I. D. DOMINI ANDREAE BARBATII SICVLI MESSANENSIS, AC MILITIS NOBILISSIMI.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio legis ad legem an neceſſaria. Et quid de titulo ad titulum.*
Item decretalis ad decretalem.
2 *Doctor continuare debet ll. ordinis cognoſcendi cauſa.*
3 *Teſtimonium à teſte in quo differat. Et quid dicatur teſtimonium.*
4 *Aduerſarius quis dicatur.*
Controuerſia multis modis dicitur.
5 *Teſtimonium criminoſi nemine opponente nunquid valeat.*
6 *Teſtimonij ferendi qui ſint incapaces, & repelli poßint.*
7 *Appellari à ſententia nulla vanum eſt.*
8 *Mendacio conuinci poteſt, qui vita culpabilis eſt.*
9 *Aduocati cauti quid in limine cauſa proteſtentur.*
10 *Iudex teſtium cognitionem non habens, quomodo ſe gerat.*
11 *Iudex ex officio vt aduocatum inhabilem repellit, ita partem calumniantem eliminat.*
Conditiones teſtium quæ ſint.
12 *Teſtis inhabilis qualiter ex tacito conſenſu habilitetur.*
13 *Iudicis officium qualiter in teſtibus ſe habeat, & quid in eis inquirat.*
Teſtis qualiter, & in quibus veniat explorandus.
14 *Actio & teſtificatio in cauſa criminali regulariter æquiparatur.*
15 *Iudex in cauſa ciuili ex officio ſuo poteſt inquirere in certis caſibus.*
16 *Probatio per teſtes ad quid inducta.*
17 *Ratio omnis bona argumentum dicitur.*
Differentia quæ ſit inter crimen, peccatum, & delictum.
18 *Teſtis an & quando propter crimen à teſtimonio repellatur. Et quid de mendacio. 22.*
19 *Hæreſis præſumptio eſt in mortali perſeuerare peccato.*
20 *Iuramentum temerarium à teſtimonio quando repellat.*
21 *Papa an intendat Ius Ciuile in ſuo foro corrigere.*
Concubinatus repellit clericum à teſtimonio.
23 *Teſtis vt repellatur nunquid priùs oporteat eum fore conuictum, & de crimine condemnatum. 26.*
24 *Pœna criminis iudicis inquirit ſententiam.*
Intellectus l. qui iudicia. ff. de accuſa.
25 *Præuaricator infamis efficitur.*
26 *Accuſati de crimine poſt confeßionem decedentis bona confiſcantur.*
27 *Peccatum mortale data perſeuerantia, nunquid indiſcriminatum à teſtimonio repellat. 31. & cur 49.*
28 *Delatoris calumniam aſtruentis pœna.*
Conſuetudo vim addit, vt crimina capitalia faciat.

29 *Liberatio è vinculis ob Sancti reuerentiam non habet locum in iteratis delictis.*

Peccatum mortale cur capitale dicatur.

30 *Criminis appellatione quid veniat.*

31 *Occulta in mitiorem partem interpretanda.*

Relicta ad pias cauſas à quibus non ſumenda per eccleſiam.

32 *Exceptio criminis aduerſus teſtem quomodo concipiatur. 37.*

33 *Ludouicus Romanus dicebat Baldi dictum iuris non habere ſaporem.*

34 *Homicidium obijcitur nonnunquam in genere.*

35 *Excommunicati geſta valent.*

36 *Societas idonei teſtis nunquid habilitatis quicquam alteri præbeat.*

38 *Papa nunquid poßit ſtatuere, quòd inhabiles ad teſtimonium recipiantur.*

39 *Statutum poteſt infamem & criminoſum in teſtem habilitare.*

40 *Dictio nullatenus à conditore legis prolata, quid ſibi velit.*

41 *Statutum quod ſtetur teſtibus malam cauſam ſui dicti reddentibus eſt nullum.*

42 *Papa ſanctißimus quam habeat poteſtatem etiam ſupra Euangelium. Chriſti & Papæ idem eſt tribunal.*

Papa Petri ſucceſſor Vicarius Ieſu Chriſti eſt, vices veri Dei gerens, qui poteſt quadrata rotundis adæquare.

43 *Conſtitutio Papæ habilitans inhabiles, inhabiles inimicitiæ cauſa non comprehendit.*

44 *Criminis participes quatenus in teſtimonium admittantur.*

45 *Princeps non poteſt ferre ſententiam diffinitiuam aduerſus inauditam partem.*

46 *Criminis adminicula nunquid poßint per teſtes infames probari.*

47 *Matrimonium eſt de ſubſtantia adulterij, & non de adminiculis.*

48 *Delegatus an poßit illa, per quæ negocium facilius expediretur.*

50 *Infamis infamia iuris an teſtimonium ferat aduerſus eandem infamiam.*

51 *Probatio omnis iudici fienda, & non parti.*

52 *Teſtimonium teſtis poſt depoſitionem habilis facti nunquid reconualeſcat.*

ILLVD in medium afferam, quod Iuriſconſulto venit in mentem. Plenius attingas quæſo, quotidiana enim ſunt. l. legatum. ff. de libe. leg. Ideo cùm hanc decretalem frequenter apud Pontifices Romanæ Cenſuræ ſummos Interpretes acceperim notandam eſſe. Duxi Scholaſtico quodam,
1 & agreſti (vt ita dixerim) cómento repetere. † Et
vt ſententia gl. vtar in l. Gallus, in princ. ff. de libe. & poſth. legem ad legem minimè continuandam eſſe, cum ea tranſit tota iuris prudentia; ideo continuatione hic opus eſſe nó arbitror. Nihilominus glo. tenet contrarium in l. 2. ff. de verbor. oblig. in prin. quę continuauit illam l. ad præcedentem. & l. non videtur. ff. de acq. poſſ. & idem tenuit in l. 2. C. de repeti. bon. ſubla. lib. 10. & pro deciſione ipſarum gl. allego tex. ſing. & meliorem de iure in l. cùm de lanionis. §. aſinam molendinariam, in verſ. primis quibuſq; proxima copulata procedút. ff. de fun. inſtruc. ergo condemnata opinione gl. in d. l. Gallus. erit neceſſe decretalem noſtram continuandam, ſicut dicimus de titulo ad titulum. l. 2. ff. de ſtat. hom. non autem de li. ad li. vt eſt gl. ſing. in Rubr. de condi. furti. pro quo eſt caſus in l. 2. §. Quintus. & §. Sexta. C. de vete. iur. enucl. niſi fortaſsis liber ille tractaret de materia libri præcedentis, quia tunc poſito quod eſſet libri caput, attamé neceſſaria eſſet continuatio, gl. eſt ſing. in Rub. ff. de act. emp. pro qua dico fore caſum in c. qualiter, & quando. §. debet, de accuſa. vbi ille §. continuatur ad princip. c. facit l. 1. §. hoc quoque. ff. de acq. poſſ.

Ego tamen nec de lege ad l. nec de tit. ad titulum aliorum ſub reuerentia, vt verbis text. vtar, 90. diſtinct. c. neque neceſſariò continuationem eſſe fiendam arbitror, quod oſtendo hoc modo: Continuatio fit ad cognoſcendum ordinem in libro ſeruatum fore, ſed in iure apparet ordinem eſſe ſeruatum, quia ſufficit principem leges ſub cógruis titulis ponere, aliàs ſituari, vt prima conſtitutione. C. §. Quibus, & iureconſultus in l. 2. ff. de ſtatu homi. pollicitus eſt ſe titulum iuxta ordinem, vt res patitur, ſituare. ergo præſumptio eſt quod fecerit, argumen. l. 2. C. de offi. ordi. tu. ergo continuatio non eſt neceſſaria. Eſt tamen fienda ad cognoſcendum ordiné pollicitútam ab Imperatore, quàm à Iuriſconſulto fuiſſe ſeruatú, & ob iſtam cauſam inualuit apud antiquos, & Modernos iuris Interpretes modus iſte cótinuandi.

Et ideo. glo. in d. l. 2. & conſimiles procedunt
declarationis cauſa, & melioris ornatus. † Et i- 2
deo ex eis ſumitur doctrina quemlibet ſolenné doctorem debere continuare. l. ad l. & §. ad §. ratione clarioris doctrinæ. & iſta méti commenda.

Et ideo continuari poteſt, prius decet hoc modo, quia ſæpè dictum eſt de criminibus oppoſitis contra teſtem. Sed quiſque non immeritò dubitaret. Quid ſi teſtis eſt de crimine emendatus, & in illo perſeueret, meritò à Roma. Pon. fuit hæc decretalis petita.

Et ſumatur hoc modo: Perſeuerans in criminali etiam in ciuili repellitur à teſtimonio: emendatus verò non infamis admittitur & in ciuili cauſa, & in criminali ciuiliter mota, fallit in periurio. In criminali verò criminaliter mota, ſecus hoc dicit, & ſunt duæ partes principales. Primò loquitur de criminoſo perſeuerante in crimine. Secundò de emendato. Secunda ibi, ſi verò etiam. Secunda ſubdiuiditur, quia primò tractat de emendato in cauſa ciuili, vel ciuiliter mota, ſecus ſecunda ibi in criminali. Et ſecundum Abba. antiquum poteſt dici, quòd ponit tres caſus ſpeciales, de quibus in ciuili. quatuor, de quibus in criminali teſtis repellitur.

NOTA ibi teſtimonium an ſit differentia in-
ter teſtimonium & teſteui, † dic quòd ſic, vt in c. 3
tua nos. de coha. cler. & mulie. quia teſtibus, & nó teſtimonio iudicandum eſt, vt in l. 3. §. idem

Diuus.

Diuus. ver. nunc teſtes producebant. Sed teſti-
monijs vti volebant. ff. eo. & ibi glo. ordi. dicit.
Dicitur autem teſtimonium dictum teſtium
non iuratorum, nam propriè non ſunt teſtes. c.
tuis. ſuprà eod. Secundò capitur pro dicto eius,
qui deponit pro aditu alieno, nó de eo quod ipſe
apprehendit proprio ſenſu, & propriè non dici-
tur teſtis. glo. eſt no. in l. 2. §. Item Labeo. ff. de a-
qua plu. arcen. Latè tamen ſumpto vocabulo ap-
pellatione teſtimoniorum venit dictum teſtium
deponentium de proprio ſenſu. Iſte eſt text. in l.
1. in princ. verſ. teſtimoniorum vſus. ff. eod. Facit
iſte tex. & c. 1. cum ſeq. in tit. proxi.
4 Nota ibi aduerſà parte, quia probat quòd † ad-
uerſarius dicitur ille, qui aduerſatur in litem. fa-
cit c. 1. de iudi. quod eſt ſummè notãdum ſecun-
dum D. Ant. propter ſtatuta loquentia de aduer-
ſario.
Sed etiam facit glo. no. in c. cùm ſuper, de off.
deleg. quæ dicit aduerſarium meum in vna lite
poſſe recuſare, vt ſuſpectum, ſi decet, in iudicem
meum in alia lite. facit c hi vt lit. pend. lib. 6. Et
quod no. ibi Domi. facit c. in literis, de reſti. ſpo.
vt ille, qui mecum cõtendit in iudicio, maximè
ſi me ſpoliauit, dicitur meus aduerſarius, & tamẽ
lis non fuit cõteſtata. Vide do. Abb. in 3. no. tex.
in Auth. de litigio. §. omnem, vbi per illum tex.
dicit Ang. quòd controuerſia dicitur multis mo-
dis ante litem conteſta. Incipit enim per citationẽ
nó expectata litis conteſt. facit quod not. in l. ſta-
tutum. D. de tranſac. & per Iac. Butr. & alios facit
l. Diuus. ff. de pet. hær. & l. 1. & in gl. & tex. ff. eo.
Nota ibi in criminali opponitur, quia ſecun-
dum dominum Petr. de Anch. probat, quòd ad
repellendum teſtẽ à teſtimonio requiritur, quòd
aduerſa pars opponat crimina cõtra eum, ex quo
5 ſequitur ſecundum eum quod † nemine oppo-
nente valet teſtimonium criminoſi, nec produ-
cens poſſet repelli poſt oppoſitionem. argumen.
c. præſentium. ſuprà eod. in gloſſ. Iudex tamen
debet opponere ex officio ſuo, quia non debet
ſequi dicta teſtium, qui ſunt infames, vel aliter
criminoſi per c. licet cauſam. ſupr. ti. proxi. & In-
noc. in c. intimauit. ſupr. eo. & ita reſidet.
Et ex hoc ſequitur vnum, quod eſt nouum in
hac materia, nam l. ſi quis in teſtibus. C. eod. di-
cit, produxi teſtem in teſtimonium in cauſa mea,
& alius producit te teſtem in alia lite contra me,
quod ego non poſſum opponere contra perſo-
nam tuam.
Ex hoc dicto dominũ Pet. proſequitur, quòd
iudex ex officio ſuo repellere poterit, quod tene
menti pro declaratione huius c.
Tu adde glo. quam Ang. allegauit pro ſingula-
ri in Auth. de teſte in princ. in in glo. incipiente,
Duo, vbi dicitur impuberes, & ſerui ipſo iure te-
ſtificari non poſſunt, & per hoc dicit ibi patere,
quod licet patroni impuberes vel ſerui teſtificen-
tur, & non opponatur, tamẽ teſtimonium eorum
eſt nullum, ex quo ipſo iure repellitur, & ideo di
cit, quòd licet pars ante aperturam teſtium con-
tra perſonas, & eorum dicta non oppoſuerit, tunc
opponere poterit publicatis atteſtationibus, &
ratio eſt, quia ipſorum dicta ſunt ipſo iure nul-
la, quod menti commenda, quia limitat mirabili-
ter doctrinam do. Petr. de Ancha. & dicit etiam
Ang. per illam glo. quòd † nullus repellitur à te- 6
ſtimonio ipſo iure dempto ſeruo & impubere,
ſed tantùm iudicis officium imploratur deſer-
uiens exceptioni propoſitæ contra perſonam te-
ſtis. Nam ſi non apponatur exceptio cõtra teſtem
pręſuppoſito, quòd ſit infamis & criminoſus, eius
dicto ſtandum eſt. alleg. glo. in §. ſanctiſsime. in-
frà eodem Authentico. & limitat hoc, propter
quod eius dicto non eſt ſtandum: puta quia va-
rium teſtimonium tulit, vel ſe ipſum dixit infa-
mem, vel criminoſum, quia tũc cùm iudici ſit no-
torium eum repelli poſſe, eum repellere poterit,
argum. l. 3. §. Idem Diuus. ff. eod.
Tv ponoera, quia doctrina eorum conſun
ditur ex tex. aperto in §. ſancimus. in Auth. de te-
ſte. in verſ. bonæ opinionis oporteret aut caren-
tes de huius denegatione, & colligitur ex illo tex.
quòd ſi teſtes non ſunt bonæ opinionis, ſed cri-
minoſi, eorum teſtificatio nihil eſt.
Secundò facit tex. in l. 3. §. lege Iulia. in verſ. a-
liam propter notam infamiã iuris ſui ad fidem te-
neantur admittẽdi nó ſunt. ff. eo. ergo ſi infames,
& maculati in teſtes recepti ſunt, eorum teſtifica-
tio eſt nulla ipſo iure. d. l. non dubium. C. de te-
ſtibus, cum ſimili. ergo admitti non debent, quia
eorum teſtificatio nulla eſt.
Tertiò faciat. l. libertorum. C. eod. in ver. ad-
uerſus paternas illicitas, atq; improbas voces pœ-
nę obiectione pręcludimus. Vbi ſi teſtificatio im
probata eſt à iure, ipſo iure eſt nulla, & ibi pul-
chrè ſcriptum eſt à Bal. Iudex qui in ſententia ſua
dixit, quia per libertos tuos probatum eſt contra
te, ideo te condemnamus. Quęrit, an talis ſenten-
tia ſit ipſo iure nulla, & concludit quòd ſic: quia
per probationem à iure improbatam, & dat exem
plum optimum.
† Dixit iudex in ſententia, quia conſtat nobis 7
te eſſe culpabilem per duellum, vel per experi-
mentum ferri cauſa dentis, te cõdemnamus, quod
ab iſta ſententia nó eſt neceſſaria appellatio, quia
ipſo iure eſt nulla, de quo ibi. & dicitur doctri-
nam hanc fuiſſe traditam per Ioan. Andr. in cap.
quoniam contra. ſuprà tit. proxi. Cùm ergo om-
nia iura reprobant probationem factam per teſtes
criminoſos, ergo talis probatio dicitur eſſe pro-
bata à l.
Quartò facit c. forus. §. in fin. in verſic. ſi vita
bona defuerit, fide carebit. infrà de verborum ſi-
gnific. ergo ſequitur, quòd ſi effectus reſultans ex
teſtibus criminoſis nullus eſt, ergo nulla erit eo-
rum exceptio neceſſaria. argum. à conſequenti
deſtructo. Et quiſpiam dixerit verbum, carebit
importat canon ferendæ ſententiæ, & nó latę, per
not. in l. in criminali. C. de iuriſd. om. iudi. & l.
Iubemus. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccleſ. & c. ſi dili-
genti. de foro compet. quia reſpondeo negando
aſſumptum, quod immò verbum, careo, de ſuo
proprio ſignificato infringit actum ipſo iure. gl.
eſt ſingularis ſecundum Ang. redacta ad tex. in l.
prouidendum, in verſ. careat. C. de poſtu. bene.
facit c. diſpendia, de reſcri. in 6.
Praeterea facit illud, quod ſcriptum eſt

Exodi 24.& tranſſumptiuè.c.accuſatio.Non ſuſ-
8 cipias, inquit, vocem mendacis. † Sed ille, qui eſt
vitæ culpabilis, & accuſabilis præſumitur dicere
mendacium, vt eſt tex.alleg.in cap.quærendum,
in verſic. quoniam hi non ſunt rectæ fidei, quo-
rum vita eſt accuſabilis.2.q.7. ergo &c.

Sextò facit l.maritus.ff.de quæſt.vbi teſtis, qui
non debet examinari propter reuerentiam per-
ſonæ.ergo eius examinatio nulla fuit. Et idem
dicit ibi Bar.in teſte infami, qui debet examina-
ri propter infamiam.dicit tamen quòd examina-
tus facit tale quale indicium. Sed contra eius di-
ctum videtur tex.in c.forus, in fi. de verb. ſigni-
fic.in verbo, fide carebit, quod an procedat, infe-
rius tangetur. Et ſi dicatur, hæc crimina oppoſita
non fuerunt. Sequitur ergo, ſi non fuiſſent op-
poſita, teſtificatio voluiſſet. Et idem reſpondeo
ad cap.ſuper eo.el primo, ſuprà eo. & ad c. præ-
ſentium. infrà eo.in 6. Et ex iſtis colligitur con-
cluſio, quòd data inhabilitate teſtis ex tunc eius
teſtimonium eſt ipſo iure nullum, licet à parte
non fuerit oppoſitum, & eſt cõcluſio noua, etiam
diſputabilis ſatis. Tamen poſſet ſaluari doctrina
do.Pet.hic hoc modo.

Aut exceptio expulſiua teſtis eſt introducta
in fauorem eius, cõtra quem producitur, ita quòd
per conſequẽs contrarium concuſſum tolli poſ-
ſit, vt eſt exceptio in domeſticitate, & tunc vide-
tur tacendo cõſentire: & ideo talis exceptio nul-
la, quam fuit ab initio proteſtatus, non poteſt po-
ſtea opponi. Si verò eſt exceptio introducta non
mero fauore ipſius tacentis, ſed odio ipſius teſtis
mero, vt exceptio excommunicationis, fraudis,
vel criminis. Et tunc quocunque tempore pote-
rit opponi, & talis teſtificatio erit ipſo iure nulla.
Iſta fuit ſolennis doctrina Nico.de Mata.relata à
9 Bald.in l.ſi quis teſtibus.C. eod. † Et ideo Bal.
docet ibi cautos aduocatos ſemper à principio
proteſtari ſaluas fore exceptiones contra perſo-
nas, & dicta teſtium, quaſi per talem proteſtatio-
nem reſeruetur ius apponendi, cùm per ea con-
cludatur tacitus conſenſus, argumen.l.ſi filius.ff.
ad Macedon.& hoc dicit procedere, quando te-
ſtes producuntur contra præſentem: ſecus quan-
do producuntur contra abſentem, quia non eſt
neceſſaria talis proteſtatio, quia abſens non in-
telligitur conſentire, cùm habeat cauſam con-
tradicendi.allegat caſum in Authent. ſi dicatur.
C.eod.titu.alleg.no.per Ioan.And.in addi.Spe-
cu.eo.titu.§.1.Item quod refert dom. Anto.in c.
cùm dilectus. ſuprà de conſue. & c. bone el.1.ſu-
prà de poſtu.præla.de quo dicetur inferius. & in
quantum loquitur de excommunicato, vide c.
pia.de excep.in 6. & iſta menti commenda.

Secvndo adde, inquantum voluit dom.
Pet. quòd iudex ex officio ſuo poteſt inquirere
de conditione teſtis.gloſſ.in l.1.§.ſi curatores.ff.
de magi.conue.quæ dicit argu. ex illo tex. quòd
iudex debet interrogare & inquirere de cõditio-
ne teſtis, & ibi Bal. ſequitur, licet pars non offe-
rat interrogatorium iudici, tamen iudex debet
ſequi, cùm ex officio ſuo eſſet dominus petitio-
nis, in hoc dicit eſſe not. Ange. & refert Iacob.de
10 Areti. dixiſſe ibi, quòd † ſi iudex non habet
conditionem teſtium notam, debet mittere ſe-
cretè, & ſe informare de conditione & moribus
eorum, vt ſciat quibus teſtibus credere debeat.
allegat l.3.§.1.ff. eod. ſequitur hoc realis doctor
Nico.de Neapo.& ſubdit ibi Bal.quòd in hac ſe-
creta inquiſitione non erit pars citanda, quia hæc
inquiſitio eſt pars eiuſdem examinationis teſtis.
vnde ſufficit quòd pars fuerit admonita ad teſtiũ
iuramenta.l.ſi quando.C.eo.& ita reſidet.

Tu alle.ſing.dictum Inn.in c.1.de poſtu.præ-
la. quòd quando iudex inquirit ad informatio-
nem ſuam, vel à iure teſtes recipiendo, non requi-
ritur actio.pro quo dicto eſt gloſſ.in §. ſi duo, in
c.1.de pace ten.in vſi.feu. quam gl. ibi Bal. repu-
tat ſing.& ſolitariam in iure, & idẽ Bal.in l.quos
prohibet.ff.de poſtu.dicit quòd iudex ex officio
ſuo poteſt opponere infamiam teſti, licet aduer-
ſarius non opponat, & allegat Inno. in c. intima-
uit, ſuprà eo.& gloſ.in d.§.ſi maiores, quam glo.
ad hoc dicit fore ſingul. & vnicam. Tu adde a-
liam in l.3.in princ.ff. eod. in gloſſ. quæ incipit,
de his omnibus autem, puto quòd iudex præſens
ex officio ſuo debet inquirere. & allego aliam in
Auth.de teſte.§. ſanctiſsimus, quæ dicit, quòd ſi
homines villæ, vel loci ſunt infames, quòd iudex
debet eos remouere, etiamſi partes conſentiant,
& hoc innuit ille text.in verſic.præcipuè. Allego
aliam licet clarè hoc non dicat in l. age cum Ge-
miniano.C.de tranſactionib.& aliam in c. quæ-
rendum.in 2.q.7.& idem ſequitur Ange. in d.l.
quos prohibet.allegans Innocen. in d. c. intima-
mauit.& addit ſimile, † ſicut iudex repellit ad- 11
uocatum inhabilem ex officio ſuo, vt ibi, & ſicut
etiam repellit procuratorem.l. filiusfa.§.vetera-
ni.ff. de procura. ſicut etiam repellit partem ca-
lumniantem.l.vbi pactum.C. de tranſactio.l.fi.
de pet.hęre.l.fi.§.pactum.in glo.in opponendo,
ff.de pact.& l.qui cùm maior.§.quòd ſi in patris.
ff.de bonis quæ libe. in gloſſ. & l. Item apud La-
beonem.§.quod ait.ff.de iniur. iſtam partem ſe-
quitur do.Pet.in d.c.ſuper eo.& ibi refert Arch.
tenere contrarium in d.c.quærendum.2.q.7.

Sed ſalua reuerentia eius Archi. ibi ſequitur
illam gloſſ.& idem ſequitur Bar. in l. 3. in prin-
cip.ff. eod. vbi quærit, qualiter debet inquirere
iudex conditiones, de quibus in illo tex.dicitur.
Reſpondeo, quòd quædam eſt conditio, quę tur-
pitudinem teſtium non continet, & de ipſa pote-
rit interrogare ipſum teſtem. allegat Auth. ſi di-
catis.C.de teſti.puta ſi eſt domeſticus, vel cõſan-
guineus, vel amicus producentis. Quædam eſt
conditio, quæ continet teſtium turpitudinem, &
de illa non debet interrrogare ipſum teſtem. Tu
intellige Bar.de conditione in ſpecie. Sed in ge-
nere poteſt, vt eſt gloſſ.in d.c. quærendum. Sub-
dit Bar. ſed ex officio ſuo debet inquirere. Idem
ſequitur etiam idem Bartolus in l. quarta. in §.
hoc autem iudicium.ff. de damn. infect. vbi di-
cit, quòd iudex poteſt mittere pro vicinis ad in-
quirendum conditionem teſtium.allegat aliquas
gloſſ.ſuperiùs allegatas. Et idem ſequitur excel-
ſus dominus doctor reuerendiſsimus Cardin. in
c.inquiſitionis, infrà de accuſ.vbi dicit, quòd iu-
dex debet inquirere, an teſtis ſit notus, vel igno-
tus,

tus, vel ſuſpectus, vel non, ſi hoc debet adhibere
12 ſummariam cognitionem. † & fuit elegans dictum Inno. in c. per tuas, ſuprà eo. & idem ſequitur elegans doctor Ludo. Roman. in commento Rubricæ. ff. de arbi. & Archi. in d. c. quærendum. do. Anto. in c. bonæ, infrà de poſtu. præla. in 5. col. deuenit in hanc diſtinctionem, videlicet quòd ſi teſtis eſt inhabilis ex toto poteſt iudex ipſum repellere ex ſuo officio: immò debet inquirere ſuper eius inhabilitate, vt dicit Inno. in d. c. inquiſitionis. in ver. repellentis. aut teſtis non eſt ex toto inhabilis, & iudex vult ſupplere, repellendo talem teſtem inhabilem, quia tunc habilitari poteſt ex tacito, vel expreſſo conſenſu eius, contra quem producitur, vt in teſte domeſtico, vel proxeneta, vel alio mediatore facti. & refert Io. And. dicere in addi. Specu. in tit. de teſte. §. 2. ver. item quod domeſticus. quia iudex non poteſt ſupplere niſi pars opponat. & idem etiam voluit in eo. tit. §. 7. ver. ſæpè. quia ex quo pars non opponit habilis teſtis. & refert ſe in contingentia facti conſultum dixiſſe.

Constat ex actis quendam proxenetam eſſe, & pars fuit præſens, & ſemetipſum proxenetam, & eſſe productum in teſtem, & nihil oppoſuit quod iudex non potuit ipſum repellere, licet ſibi eſſet notorium, quia neſciebat, ſi pars voluiſſet eum repellere, & quis poteſt tacitè vel expreſſè eum approbare, & ideo iudex etiam non ſupplet in facto notorio. & idem etiã voluit do. Anto. in d. c. cùm dilectus. de conſue. in 10. col. & alleg. Inn. in d. c. per tuas. & refert quæſtionem fuiſſe de facto.

Quidam conſanguineus erat primò ductus in teſtem, & hoc conſtabat ex actis. non fuerat oppoſitum, an iudex potuiſſet illum repellere, & decidit quòd non, & alleg. Io. And. in locis ſuperiùs allegatis. & cum illo dicto tranſit ſolennis doctor Ioan. de Imo. & etiam tranſit Ludo. Roma. in d. l. 4. in §. hoc autem iudicium. Verùm in hoc articulo fuit merus relator. Poſſet fundari hæc opinio per l. 3. in prin. iuncto verſi. epiſtolæ
13 hæc ſunt. ff. eo. vbi dicitur, † quòd in perſona teſtis eſt primùm exploranda conditio, vita, &c. aut. aperit ad petitionem, cuius in ver. vna epiſtola. Tu magis ſcire potes, quanta ſit fides teſtib. adhibenda. Vnde illa verba diriguntur ad iudicem. ergo oſtenditur officium eius, vt dicit gloſ. quæ communiter allegatur pro ſingu. in l. ſoror. C. de colla. & latè per Bar. in l. 1. ff. de condi. ex lege. ergo ſequitur, quòd ex officio poterit iudex inquirere de conditione teſtium.

Secundò probatur in text. aperto in dict. l. 1. ff. eo. & l. 3. §. idem Diuus. in ver. Remiſi ad prouinciæ præſidem, vt his de fide teſtis quæritur. ff. eod. vbi & verba l. & mens legiſlatorque. Secundò inferunt, ergo ſequitur quòd nemine petente iudex poterit ex officio ſuo informare.

Tertiò hoc probo ratione indubitata, & inconuincibili hoc modo: receptio ordinis, accuſatio, & teſtificatio regulariter æquiparantur à lege. text. eſt in cap. final. infrà eod. & in cap. ipſi Apoſtoli, iuncta gloſ. cap. quærendum, & c. ideo. 2. quæſtio. 7. ſed iudex poteſt inueſtigare de conditione & habilitate accuſatorum nemine opponente. text. eſt in cap. alicui. & ca. ſunt qui. & in dict. cap. quærendum. q. 7. & ibi per excelſum doctor. Ioann. de Fantu. & per Domi. de ſan. Gemi. ibi poſt antiquos. & per do. Anto. & alios in c. 1. de accuſ. ergo ſequitur neceſſariò, quod idem dicemus in conditione teſt. inquirenda. facit c. ſi qui ſunt, in ver. non oportet eos à iudicibus audiri antequam eorum diſcutiatur examinationis opinio, qua intentione, qua fide, qua vita, qua conſcientia. 2. q. 7.

Et regulam habemus, quòd † vbicunque 14
ſunt duo æquiparata à iure. Ius exorbitans diſponens de vno æquiparatur ibi reliquo. glo. ſunt elegantes & in iure ſolitariæ in c. conſtitutionem, de regul. iur. in 6. & in c. 1. de bonis eorum lib. & in cap. fin. poſtque de elect. eo. lib. & Cle. 1. de offic. Vica. & ſic videtur quòd doctrina tantorum patrum puncto iure eſt diffinitio.

Sed nihilominus do. Petr. de Ancha. in c. 1. ſuprà eo. refert excelſum Doct. do. Io. de Ligna. ibi tenere contrarium. & idem ego etiam reperio ſolennem Doct. Iac. de Belui. in Auth. de teſte, in princ. tenentem contrarium, videlicet quòd ad partis petitionem iudex debet inquirere de bonitate, & regalitate teſtis. tu verò referas te ad hanc diſtinctionem. aut loquimur in cauſa criminali, & tunc ſit vera concluſio, quòd iudex ex officio ſuo poteſt inquirere de conditione teſtium, & hoc proba ratione viua. Actio & teſtificatio in cauſa criminali regulariter æquiparatur. ita procedat text. in d. c. fina. quo caſu ſuccedat ratio antè formata. Sicut ergo poteſt inquirere de vita accuſatorum, ita poterit iudex inquirere de vita teſtium in cauſa criminali productorum, & ad hoc induco gloſſ. quam nouiſſimè pondero in prælle. c. quærendum. vbi tex. dicit quòd iudex debet inquirere de vita accuſatorum. & ibi dicit glo. quòd idem debet inquirere de vita teſtium, & referendo glo ad tex, loquitur in cauſa criminali.

Et per hoc allego text. in l. 3. §. idem Diuus. ff. eod. tit. in verſic. quæ crimina obiecerit Alex. à prouincia. gloſ. quæ dicit Alexandrum accuſauerat apices. Subdit ibi Iuriſconſultus ad præſidẽ prouinciæ remiſit, vt in his de fide teſtis quæreretur. ff. eo. & ſic tex. ab initio ſæculi editus eſt ad probandum hoc, quòd iudex debet inquirere de conditione teſtis, cùm producitur in cauſa criminali nemine opponente. tene menti, quia noua eſt inductio nunc gloſſ. in l. 1. §. ſi curatore, diſtinguit, an in cauſa ciuili, an in cauſa criminali. nec eſſet ponere os ad cœlum, ſi diceremus idẽ in cauſa pecuniaria, maximè per elegans dictum Iac. de Aret. in d. l. qui teſtamenta. §. mulier. ff. de teſta. & per Bald. in l. parentes. C. eo. Aut eſt cauſa ciuilis, & tunc aut iudex recipit teſtes ex officio ſuo, † quia in certis caſibus iudex poteſt in- 15
quirere ex officio ſuo in cauſa ciuili. l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. & ibi per Ang. in commento. & in c. ad noſtrã, de iureiu. & l. 3. C. de procur. & per Bal. in c. 1. §. ſi teſtes, de pace te. & vio. eius. quo caſu, ex quo iudex tenet locũ partis, poterit opponere de cõditione teſtiũ, & inquirere.

Aut ſumus in cauſa ciuili, in qua iudex percipit teſtem ad inſtantiam partis, & tunc ſi iudici conſtat teſtem eſſe criminoſum & damnatæ vitæ nemine opponente, poterit eum repellere.

Et de hc adduco gloſſ. meliorem de corpore iur. in l. age, cum Geminiano. C. de tranſ. quę dicit, quòd iudex poteſt ſupplere de facto in his quæ ſunt ſibi vt iudici nota. & ad hoc allego d. l. 3. in verſic. tu magis ſcire potes, & in veritate illa glo. deſtruit communem opinionem.

Aut hoc non conſtat iudici nunc opponit à parte, & tunc verum eſt, quòd iudex nullo modo poſsit inquirere ex officio ſuo de conditione & vita ipſorum teſtium quicquid dixerit communis opinio. & præmitto, quòd officium iudicis habet tacitam conditionem, ſcilicet ſi fuerit poſtulatum. l. 3. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Cle. auditor. & ibi gloſſ. de reſcript. ſed inquirere de conditione teſtis conſiſtit in facto, & non in iure. ergo iudex non poterit inquirere, & ſic impartire officium ſuum non poſtulatum.
16 Maiorem probo † vſus teſtis non eſt inuentus propter bonum publicum, ſed propter bonum priuatum.

Nec eſt dare legem hoc dicentem, & ponderetur. l. 1. ff. eo. dicit enim quòd vſus teſtimoniorum eſt frequens & neceſſarius, facit Auth. de teſte. §. 1. in princ. ſed illa verba nisi inferunt, ergo eſt bonum publicum, quod oſtendo hac ratione vnica. bona publica, quis renunciare nó poteſt. l. ius publicum. ff. de pac. c. ſi diligēti de ſoro cōpeten. & tamen iure probandi per teſtes poſſum renunciare, vt firmant DD. in c. 2. de proba. ergo vſus teſtis nó eſt propter bonum publicum principaliter inuentus, & ſecundario hoc improbo. appellatio eſt frequens & neceſſaria l. 1. ff. de app. ſed remedio appellandi quis renunciat, vt in tit. quibus app. non licet. ff. ergo licet ſit frequens, & neceſſarius non eſt propter bonum publicum, ita dicamus in teſte, ergo ſequitur quòd nemine opponente iudex poteſt inquirere. Nec obſtat ſi dicatur, quòd immò probatio per teſtes inducta eſt propter bonum publicum, vt eſt tex. in l. fin. C. ſi cert. pet. quia reſpondeo, quòd illud procedit in caſu illius. l. propter ſolennitatem ibi inductam à iure. videas enim & ponderes ſubtiliter, quòd iſte verus eſt intellectus ad illam l. licet aliter dixerim in c. 2. de probatio. Præterea facit vbicunque inſamia non procedit ſilere debebunt inquiſitiones. c. ſi Deus omnipotens. 2. q. 1. c. qualiter. & ibi per Hoſti. de accuſa. & c. 1. & 2. eo. tit. in 6. & l. ea quidem. C. de accu. l. 2. §. ſi publico. ff. de adulte. niſi fuiſſet crimen in committendo, vt fuit ſingu. dictum Inn. in c. 1. de poſtu. præla. ſi quis ergo producitur in teſtem, & nulla procedit inſamia, nó video rationem, quare iudex poſsit mittere ſecretè ad vicinos ſuos, & inquirere de conditione ipſius teſtis, vt voluit Iaco. de Are. Bal. & ſequētes. Tertiò pondera, quia non ſine iuris miniſterio ponderauit hic Papa crimen fuiſſe ab aduerſa parte oppoſitum, vt ſi dicatur, vt dixi in præcedenti concluſione, quod hic fuit facti accidentia, videtur mirum arg. in c. ſup. infrà eo. ibi fuerunt crimina oppoſita, & c. præſentium, in fin. in 6. fuerunt crimina oblecta, vt dicamus quòd in tot iuribus narretur accidentia facti, & ſi dicatur, hoc obſtat primæ cōcluſioni, dico quòd non ſequitur, fuit crimen oppoſitum teſti, ergo teſtimonium tenuit, ſi non fuit oppoſitum. Nec ob. l. probet, nec iura ſuprà allegata per Ang. quia loqunntur in caſu alio. Nec obſtat glo. in c. 1. in verſic. abſentia, de electio. in 6. quæ etiam loquitur in alio caſu. Et etiā Bart. magnæ autori. doctor auſus eſt gloſſam illam reprobare in l. damnum. §. ſi alieno. ff. de dam. Infect. & eum ſequitur Ioannes de Imol. ibi. Sed pro opinione gloſſæ vide vide tex. in c. cauſamq; de iudic. & in c. 1. vt lit. pend. & illam glo. ſequitur ibi Io. de Imo. & eam ſequitur do. Abb. in c. 1. & in c. nulli, de accuſ. & pro ea facit tex. in l. 1. C. de procuratorib. & Bal. in l. exceptionem, & in l. licet. C. de procura. & in Auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & Ludo. Roma. in Rubr. de arbi.

Nec obſtat gloſſa in d. c. ſi curatores, quia loquitur in argumen. ergo ibi non eſt caſus. argumen. enim non eſt probandi, ſed eſt in conditiore diſputandi per dictum cap. ſorus. §. argumen. in verticu. ſola inueſtigatione. Et ideo Io. And. in cap. primo, de pact. reprehendit ibi gloſſ. in quantum dicit non argu. ex iſto tex. qnia ſecundum eum eſt ibi caſus, & ideo dicit Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſcop. & cleri. quod † omnis 17
bona ratio dicitur argumentum, & ſi aliter diceremus, ſequeretur quòd Iuriſconſulti, qui parum inueſtigauerunt, vt in l. qui ſi. in ſi. ff. ad Vreb. dicerentur falſi teſtes, inquantum eornm argumenta reprobata fuerunt. Ita dicit Bal. in Rubri. C. de probationibus. Et facit id commune logicorum. arg. eſt rei dubiæ faciens fidem. Et ex iſtis elicitur talis concluſio, quòd in cauſa ciuili nulla pręcedente infamia, nec parte opponente non poterit iudex ex officio ſuo inqurere de conditione teſtis contra gloſ. & totam penè iuris prudentiam antiquam, & modernam.

Nota quòd perſeuerans in crimine repellitur à teſtimonio. Abb. antiquus hic, quem refert, & ſequitut do. Ant. ſentit quòd omne peccatum mortale ſufficit, & iſto módo exponitur crimen, id eſt peccatum ex iſto text. & pro differentia inter crimen & peccatum, & delictum remittit ſe ad gloſſ. in regula peccatum, de regul. iur. in 6. & eſt gloſſ. in l. 1. C. ſi aduerſus delictum. & bonus tex. in cap. 1. vbi dicitur, quòd crimen eſt graue peccatum accuſatione, & damnatione dignum. Ala. & Vincen. in c. ſuper eo. ſuprà eod. cum quibus tranſit ibi Io. And. dicunt quòd crimen debet eſſe tale, quòd à promotione remoueat, & cum eo non fuit diſpenſatum ad hanc opinionem, vt non ſufficiat quodlibet crimē. tenuit Pau. Bononien. vt hic refert do. Ant. quem ſequitur ipſemet. videtur autem inhærere iſtis Ala. & Vincen. Faciat ſecundum eos quod tex. iſte facit mentionem de crimine, & non peccato. Item mendax qui eſt in peccato teſtificatur. c. inquiſitioni. de accuſa. Ergo peccatum non repellit à teſtimonio. Reſpondet do. Cardi. inſtando circa hoc, tamen concludit, quòd † cùm de Iure Ciuili teſtis nó repella- 18
tur propter crimen, niſi ſit de eo damnatus. d. c.

ſuper

ſuper eo. nec damnatus de quolibet crimine re-
pellitur, ſed duntaxat qui damnatus in publico
iudicio. l. 3. §. lege. ff. eod. & 3. q. 3. §. lege. in quo
damnatus ſit infamis. l. infamem. ff. de publ. iudi.
remanet ergo Ius Ciuile in aliud, vt non ſubſiſtat
excepto de quolibet crimine, niſi ſit tale, quòd
poſſet accuſatus damnari in iudicio publico. &
aduerte, quia hoc dictum ſentit hic Inno. & Lau.
proſequitur. vult enim in effectu, quòd de cri-
mine, quod non irrogat infamiam, nó poſsit ex-
cipi contra nolentem accuſare vel teſtificare con-
tra laicum: ſed contra clericum ſic, quia ſi crimen
eſt tale, quod impedit eum promoueri ad ſacer-
dotium, non poſsit teſtificari, vel accuſare ſacer-
dotem. facit c. ipſi Apoſtoli. 2. q. 7. & ſi iſta vera
eſſent, magis reſtrictio eſſet ſecundum do. Abb.
ad iſtum text.

Sed ipſe dicit ſe credere, quòd de mente iuris
fuit repellere quemlibet perſeuerantē in mortali
peccato merito, vt dicit Abb. antiquus, nam mor-
tale peccatum poſſet dici crimen graue, cùm non
data pœnitentia Deus puniat mortaliter æternali
igne, vt in §. alias ea demum. & §. criminis. 25. di-
ſtin. vbi peccatū mortale licet ſit de grauioribus,
appellatur criminale. dicit enim quòd peccatum
veniale efficitur mortale ex conſuetudine, & con
tinuatione. & idem dicit ſe credere, quòd perſeue
rantia in quocunq; peccato excludit quem à pro-
motione. arg. c. ſciendū. 26. diſt. † Eſt enim præ-
19 ſumptio cuiuſdam hæreſis perſeuerare in peccato
mortali, habet enim eccleſia eum quaſi pro infi-
deli, cùm nó velit acquieſcere præceptis eius. ar.
c. ſciendum. 8. q. 1. & 81. diſt. c. ſi quis presbyter.
Nam ſi veniale efficiatur mortale data in eo per-
ſeuerantia, multo fortius mortale aggrauabitur
propter perſeuerātiam, & dicit hoc probari in d.
c. forus, de verbor. ſign. vbi clarè cognoſcitur in-
nocentia & integritas vitæ. Nam dicit ibi text. ſi
bona vita defuerit in teſte, fide carebit. non po-
teſt iuſtitia cum ſcelerato homine habere com-
mercium. allegat etiam c. non poteſt. 2. q. 7. vbi
dicit, non poteſt homini fidelis eſſe, qui Deo eſt
infidelis, quod contingit ex perſeuerantia in pec-
cato mortali. Item de Iure Canonico omne pec-
catum eſt publicum. not gl. in c. 1. & 2. de collu. 2.
q. 3. præuaricator. Si autē peccatum fuit momen-
taneum, ex quo non perſeuerat in illo, ſatis po-
teſt dici, quòd ad hoc vt habeat locum. §. crimen
non ſufficit quodcunque peccatum mortale, ſed
debet eſſe de grauioribus, quia tex. in illo §. refe-
rendo eum ad principium, loquitur quando fuit
aliàs conuictus, confeſſus, vel impulſus, quia per-
ſeuerabat in crimine. vbi autē non probatur per-
ſeuerantia, non aggrauat peccatum in tantum.
quinimò non admittitur nomen illius, qui ſtatim
ſurrexit, vt in c. ſpecies de pœniten. diſt. 3. ſuper
illo verſi. in crimine. poſita eſt gl. illa Inno. Glo.
tamen no. 2. q. 7. Ipſi Apóſtoli. ex quo quis inci-
dit in peccatum mortale, non admittitur amplius
in teſtem in cauſa criminali, licet ſit emendatus.
Et facit iſte text. & forte hoc eſt verius ſecundum
do. Abb. ſed primum æquius, & dicit hanc opi-
20 nionem ſentire Hoſti. ibi, vbi dicit quòd † iura-
mentum temerarium repellit à teſtimonio, ſi iu-
rantem non pœnituit, tamen non eſt crimen pu-
blicum nec de grauioribus peccatis, vt colligitur
ex tex. & glo. 27. q. 4. c. ſacramentum. Hoc etiam
ſentit Innocen. in c. intimauit ſuprà eo. facit glo.
in verſi. alias. in c. compellendum. 6. q. 1. & c. illi
qui cum c. præcedenti. Nam perſeuerántes in pec
cato mortali notantur infamia canonica, & re-
pelli debent etiam ab accuſatione, vt in iuribus
præallega. Nec obſtat d. cap. inquiſitio, quia ibi
non eſt peccatum mortale, & iſtud eſt in odium
ipſius teſtis, qui volebat ſe ſubtrahere à teſtimo-
nio oſtendendo ſe falsè inimicum alterius par-
tis. facit quod no. Innocen. in dict. cap. intima-
uit. facit c. licet cauſam, ſuprà titu. proximo cum
ibi not. quod ille qui eſt leuis opinionis, puta
conſueuit dicere quotidie mendacia, licet nul-
lum lædat, non admittitur in teſtem, vel ſaltem
modica fides ei adhibetur. ergo repelli debet il-
le, qui dicit mendacium cum iactura alterius, &
perſeuerat in illo. Faciat ad noſtrum propoſitum
quod nota. gloſſ. in dict. cap. quod ipſi Apoſto-
li. & text. in cap. infames. 6. q. 1. & c. conſtitutus.
4. q. 6.

Et ideo concludit quod in foro canonico
ſeruabitur iſta opinio tam contra clericos, quàm
contra laicos. Sed in foro ciuili ſeruabitur Ius Ci
uile, † cùm Papa non intendat illud in ſuo foro 21
corrigere, vt ſatis colligitur in d. c. ſuper eo, & do
ctrina gloſſ. in c. 2. de reg. iur. lib. 6. & c. 1. de præ-
ſcript. & c. cùm eſſes. & c. relatum. & c. ſi hæredis.
de teſta. vide per glo. & c. licet de voto. Nam prin
ceps habilitare poteſt criminoſum ad teſtimo-
nium. c. in fidei fauoré, de hæreti. in 6. c. per tuas.
de ſimo. & c. tanta. eo. ti. nec habilitat quoad ſuc-
ceſsionem, quod tenet hic Vincen. & Spe. prope
prin. 3. vel 2. char. verſi. quæritur vtrum Papa. Et
ex iſtis infert do. Abb. quòd clericus concubina-
rius non poteſt eſſe teſtis etiam in ciuili, cum in
eo concubinario ſit graue crimen. 32. diſt. c. nul-
lus. & c. præterea. & cap. accipimus, de æta. & qua-
lita. & c. veſtra. & c. fina. de coha. cleri. & mulie.
& idem dicit in laico. tamen per verbum forte al
legat text. in c. venio. 30. q. 3. & ita reſidet tantus
doctor, & eſt elegans concluſio pręclaro & excel-
ſo doctore digna, vt Mar. Cice. vtar verbis, & ſe-
cundum Hoſti. ſeruetur iſta opinio in terris tem-
poralibus ſubiectis eccleſiæ, vt eſt gl. quæ cunſue-
uit reputari ſingu. in c. 2. de arbi. in 6. & ideo pul
chrè dicit Bald. in l. 1. C. qui bo. ced. poſ. quod
ſtatutum editum in terris eccleſiæ recipit inter-
pretationem à Iure Canonico, & non à Iure Ci-
uili. Facit quod ipſe voluit in l. ſi non dubium.
C. de furtis. & l. ſi quando. C. de inoffic. teſta-
ment.

Sed domi. Pet. de Ancha. hìc dicit, quòd † cri- 22
minoſi, & in crimine perſeuerantes repelluntur
à teſtimonio in cauſa ciuili & criminali, quod in-
telligit eſſe verum in crimine publico vel priua-
to, ex quo códemnatus eſſet infamis, vt in furto.
vi bon. rap. & iniuriarum & ſimilium. l. Athletas.
§. calumniator de his qui no. infa. ff. & ſubdit idē
Io. And. in condemnato de crimine priuato, ex
quo nó irrogatur infamia, quia cùm nó poſsit ſa-
cerdoté accuſare, nec cótra eum teſtificari, quam-
uis

uis contra laicum admitteretur. Idem refert Innoc. dicere, cùm excipitur de crimine: crimen eum infamat, ſiue ſit condemnatus, ſiue nó. Ang. verò in dict. §. calumniator referi per illum text. dixiſſe Innocen. in dict. ca. ſuper eo. quòd de Iure Ciuili criminoſus ſecundũ l. à teſtimonio non repellitur, niſi poſtquã eſt de crimine cõdemnatus. & refert Illuſtrem do. Iaco. But. tenere idem. & idem tenet gloſſ. in l. 1. §. remouet. ff. de poſtu. quæ dicit, quòd delinquens ante ſententiam non patitur aliquam pœnam, & pro hoc dicit eſſe caſum in l. quod ad ſtatutum. ff. de pœnis.

Sed de Iure Canonico immediatè commiſſo maleficio repellitur à teſtimonio, ſi poſt ſententiam repellendus veniret. Ratio differentiæ eſt ſecundum eum, quia de Iure Ciuili infamis infamia facti non repellitur à teſtimonio, ſed de Iure Canonico ſecus. allegat l. 1. ff. de his qui not. infam. vbi gloſſa ſingu. hoc aſſeruit. etiam ſentit Ang. quòd de Iure Canonico omne crimen repellit à teſtimonio.

23 CIRCA hoc † videnda ſunt duo ſatis appenſatè, primùm ſi de Iure Ciuili ad hoc vt aliquis repellatur ab accuſatione ſiue teſtimonio, requiratur quòd ſit de crimine conuictus, & condemnatus.

Secundò eſt videndum, vtrum omne peccatum mortale data in eo perſeuerantia repellit à teſtimonio. Circa primum videtur, quòd debeat conuinci & condemnari. hoc dicit gloſſ. ordinaria in c. ſuper eo. de præſcrip. & in c. 1. infrà de exceptionibus. & mouetur ipſe per dictum §. calumniator. & per text. in l. 3. §. lege. ff. eod. canonizata. 3. q. 3. §. lege. & probatur in text. rotundo, in l. quod ad ſtatutum, in verſ. ſolo ſententia non genus criminis expectatis. & l. qui iudicio, in verſicu. calumniatur. ff. de aacuſatio. & l. 2. in verſic. neque cuiuſcunque notari bona antequam de eo Romæ pronunciatum ſit. ff. de bonis eorũ. l. eius qui delatorem, in verſi. oportet conſtare prius, & de crimine pronunciare. ff. de iure fiſci. & l. eadem, verſicu. damnatus teſtis publicè dicere prohiberetur. ff. ad legem Iuliam repetun. & l. quæſitum, in verbo, damnati teſtes dicere prohibentur. Et facit lex prima. ff. de his qui notantnr infam. & text. in l. cum ancillis. C. de inceſt. nupt.

24 & ibi Bal. colligit, quod † regulariter criminis pœna inquirit iudicis ſententiam. Facit quod no. Bart. in l. ſtipulatio. §. habet autem. ff. de operis noui nuncia. & gloſ. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed cùm hæreditas. ff. de iureiuran. & tex. in l. ignotum. ff. de his quæ in fraud. credi. l. exitus. ff. de acquiren. poſſeſſio. l. interdicti, de interdictis. l. per tutores à patrono. ff. de confirma. tuto. l. ſed à Diuo Pio. §. ſi in venditione ſecundũ vnum intellectum. ff. de rei vendica. l. fina. ſi cum Seio. ff. ſi certum peta. l. non intantum. §. ſenatus. ff. de fideicommiſ. & quod not. in c. cùm ſecundum leges, de hæreti. in 6. Et illud tenet do. Cardi. hic, & Iacob. Butrig. & Ange. in d. §. calumniator. Et iſta eſt communis ſententia omniũ Scribentium loco & opinione probata. Sed contra iſtam opinionem videtur quòd ſufficiat, quòd ſit conuictus, & ad hoc allego gloſſ. ſingu. in d. l. qui iudicio, in gloſ. iudicatus, quæ ſupplet vel conuictus: Vnde ſicut repellitur, ſi eſt iudicatus, ſic repellitur ſi eſt conuictus. & mouetur illa glo. ad ſic dicendum per tertium in l. 3. ff. eo. §. 50. Et ſi dicatur amicè, lex quæ iudicio loquitur eo caſu, quo quis accipit pecuniam, vt accuſaret, vel non accuſaret, etiam loquitur in accuſatore. & §. legis loquitur in teſte, ergo de vno nõ infertur ad aliud. Gloſſa ibi valdè ſingularis reſpondet, quòd eadem æquitas eſt in repellendo accuſatorem, quæ eſt illa repellendo teſtem. & concludit, quòd illamet eadem exceptio repellit accuſatorem ab accuſatione. etiam concludit quòd † ad repellen- 25
dum teſtem vel accuſatorem ſufficit, quòd ſint conuicti de crimine, quod efficerentur infames, & ibi Barto. dicit illam gloſſ. optimè dicere, & eam ſequitur Ange. & ſentit gloſſ. ibi expreſsè, quòd d. §. lege habeat locum in conuicto ſolum, & per conſequens videtur quod Bal. cum reuerentia ſua dixerim, non ponderauerit ſufficientem d. §. lege, quẽ allegauit in d. c. ſuper eo. & d. c. primo.

Secundò hoc probat tex. rotundus in l. accuſatio. in verſic. damnari ratione conuictus. poſtea ex l. non accuſat. ff. de præuarica. vbi præuaricator efficitur infamis, vt d. l. Athletas. §. præuaricator, & tamen ſufficit quòd ſit conuictus, vt repellatur ab accuſatione. concluſio ergo communis non eſt vera. & idem dicendum eſt in teſte. ſufficit ergo quòd ſit conuictus.

Tertiò eſt text. clarus 4. q. 3. §. l. Iulia. verſicu. qui ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſe iudicatur, vel conuictus erit: & ſi dicatur quòd principium illud. §. requirit cõdemnationem, vt patet in verſic. Iudicio publico condemnatus in hoc fuit deceptus Bart. quia illud principium debet intelligi ſecundum finem. argum. l. qui filium. §. Sabinus. ff. ad Treb. Quartò allego gloſſ. in d. §. lege. 4. q. 3. quæ dicit ſecundum legem repellitur criminoſus. & ſi nondum ſit lata ſententia cõtra eum, & ſic ſufficit eum eſſe conuictum. Et gloſſ. Accur. in d. l. 3. §. lege, in verſic. conuictus ſupplet, ſcilicet per ſuam cõfeſſionem tantùm ſeipſum condemnauit. Et ad iura in contrarium ſuprà allega. reſponde quòd ſunt intelligenda ſecundum d. l. accuſatorem. & ſic ſufficit quòd ſit conuictus tantùm, cùm dicitur quòd requiritur ſententia ſupplens vel æquipollens. Et ideo dixit Bal. in l. 1. C. de delict. defun. quòd
† ſi reus accuſatus poſt confeſſionem criminis 26
mortuus eſt, bona confiſcantur: & ſi opponatur quòd requiritur ſententia, reſpondet quòd ſufficit æquipollens. ad hoc facit l. fin. C. quibus mod. infa. irroga. in verſi. conuictus. vbi eſt caſus qui ſufficit eſſe conuictus. licet gloſſ. ibi ſuppleat, & condemnatus quòd non eſt neceſſaria illa ſuppletio. Nec obſtat, cùm allegantur iura ſuper illa pronunciatione, quia ſatis eſt quòd appareat ex actib. vt eſt gl. ſing. in l. ſancimus, ad Trebel. & cum ea tranſit ibi Bart. & Ioan. de Imo. in d. l. ſtipulatio. §. habet. Et Bal. in l. 1. C. de delic. defun. Nec obſtat gloſſ. in l. ſed ſi poſſeſſori. §. ſed cùm de hæreditate, quia ibi loquitur in ſimplici probatione, ex qua nõ oritur actio. & quod not.

not. Bal. In l. tutores. §. à patruo. Item quia dicta
Iura loquuntur in aliquo caſu. Iſte intellectus eſt
capiendus, quia per illum Ius Canonicum con-
cordat cum Iure Ciuili, quod eſt faciendum. cap.
cùm expediat. de elect. lib. 6. l. 1. C. de inoffi. do-
nat. & ex iſtis elicio talem concluſionem, quòd
tam de Iure Ciuili, quàm de Iure Canonico ſuf-
ficit criminoſum eſſe conuictum, vt à teſtimonio
ferendo repellatur. & ex hoc ſequitur declaratio
primę cõcluſionis, quod teſtificatio facta à crimi-
noſo eſt ipſo iure nulla, ſi fuerit de crimine dam-
natus, vel conuictus, & pro eius ſuſtentatione, di-
co fore meliorem text. de corpore iuris, in cap.
conſtitutus. 3. q. 6. in verſic. nullatenus ad accuſa-
tionem vel teſtificationem ſunt admittendi, con-
iuncta glo. in Auth. ſi qua mulier. C. ad Vell. que
dicit quòd dictio, nullatenus, inficit actum ipſo
iure, de qua glo. fecit feſtum do. Cardin. in c. ſu-
per literis, de reſcript. & hæc ſufficiant de primo.

27 Circa ſecundum, † an ſufficiat quodcun-
que peccatum mortale data in eo perſeuerantia. &
animosè, & intrepidè tene de iure fortè iſtũ text.
habere locum in quocunque peccato mortali, da-
ta perſeuerantia. hoc determinat gloſſ. in l. fi. C.
ex quib. cau. infam. irro. & licet. §. lege. qui quæ-
rit, an homicidæ, qui ſunt in peccato mortali, re-
pellantur a teſtimonio merè, & decidit quòd nõ.
ergo admittitur ſecundum eum, allegat l. 1. ff. eo.
facit gloſſ. in c. 1. ſuprà eo. vbi qui non reperitur
prohibitus teſtificari videtur ſibi permiſſum. fa-
cit in ſimili gloſſ. in c. 1. de coniug. lepro. & text.
in c. cùm apud de ſpon. & in c. 1. de procu. & gloſ.
in c. inter corporalia, de tranſla. præla. & tex. in c.
1. de ſup. negli. præla. in 6. & in c. cum R. canoni-
cus de offi. deleg. cum ſimilibus. Secundò dico
per hoc fore caſum in c. ſuſpectus. 3. q. 6. in ver.
qui non ſunt bonæ conuerſationis. Et ſi aliquis
perſeuerat in peccato mortali, planum eſt quòd
non eſt bonæ conuerſationis. & plus probat mi-
rabiliter ille text. quòd de facili & frequenter li-
tigantes repelluntur à teſtimonio, quem tex. Lu-
do. Rom. viſus eſt allegare pro ſingu. in ſuis no-
tabilibus. & vide alium in c. nullus, in verbo, fre-
quenter litigantes. 4. q. 5. Tertiò hoc probo per
fundamenta ciuilia, & hoc per tex. in l. omnis, in
28 verſicu. damus † omnes qui ſe læſos exiſtimant
contra delatores ſeueritatem iudicis implorare
ferro diſtricto. & gl. ibi diſponit, id eſt accuſan-
do, faciendo eos puniri diſtrictè cum ferro, vt di-
cunt. Nam idẽ dicunt in clerico Dioceſano, caput
& lingua enim amputatur. & ibi etiam dicit gl. q
habet hoc locum, quando ex conſuetu. delatione
hoc facit. C. de nota. lib. 10. vbi eſt caſus, an reus
quòd delator calumnioſus punitur extraordina-
riè. Sed ſi conſueuit ſæpè illud crimen facere, pu-
nitur pœna capitis, quià amputatur ſibi lingua, &
caput. & ibi dicit Bar. ſe vidiſſe in quęſtione facti
ſeruari quidam veniebat puniendus pœna capi-
tis, & linguę: quòd prius fuit ſibi amputa lingua,
& deinde caput. & ita ibi ſequitur Bal. in l. Gal-
lus. §. 1. ff. de libe. & poſth. & determinauit, quòd
ſi inſtituitur filius cũ nepotibus, primò inſtitui-
tur filius, deinde nepotes ordine ſucceſſorio, &
de hoc alleg. gl. in d. l. omnes, quod tene menti.

Ecce nunc, qualiter crimen dignum capite
efficitur capitale propter conſuetudinem. ita di-
camus in peccato mortali data perſeuerantia effi-
citur capitale, & per conſequens repellitur à teſti-
monio ferendo. faciat l. 1. in verſ. capitali pericu-
lo cupiditas eius eſt admonenda atque prohiben
da, ſi in ſceleribus perſeuerant, & ibi gloſſ. expo-
nit ſæpius faciendo. allegat l. 3. in fin. C. de epiſ-
cop. audien. aliàs ſi ſemel exoritur, punietur. Ita
inquit ibi gloſſ. ſuper Accur. ergo facit elegans
& ſingulare dictum Bal. in l. apud antiquos. C. de
fur. vbi dicit dapifer hodie furatus eſt vnam rem
vilem, cras aliam. & ita multis vicibus vnam rem
vilem, quòd poterit puniri de furto. allegat Ni-
cola. de Mata. Ioann. & Goffre. & mouentur. ar-
gum. l. 3. C. de epiſco. audien. Facit text. valdè ſin-
gu. quem ibi valdè not. Guil. de Cun. & Bal. in
d. l. 3. ad finem, de epiſcop. audien. vbi iura vo-
lentia quem excarcerari propter reuerentiam ſan
cti, † ſic non habet locum excarceratio ex itera- 29
to delicto, propter quod aliàs fuit in carcere, &
poſtea notatus, quod eſt perpetuò notandum pro
conſuetudine Ferrarienſi, quæ conſueuit in die
beati Georgij excarcerare, & liberare cõdemnan.
ad mortem. facit quod not. Bartol. in l. illicitas.
§. quod illicitè. ff. de publi. iudi. & l. ſi diutino.
ff. de pœn. vbi delicta momentanea reſtaurata
aggrauant delinquentem, vt acrius puniatur. l.
maritale. & l. motiuum. §. ſex menſium. ff. de a-
dulterijs. l. capitalium. §. ſolent. §. famoſos. ff. de
pœn. l. 1. ff. de abige. l. ſi adulterium cum inceſtu.
§. 2. ff. de adulte. l. curiales. C. de decur. l. 10. etiam
videtur ex iſtis, quòd peccatũ mortale continua-
tum multo magis debet aggrauari ad expellendũ
à teſtimonio, ſi crimen non capitale reiteratum
ducat ad mortem. Et per hoc ſit vera concluſio
Abb. antiqui & ſequentium. & Abb. Moderni, &
omnia iſta faciunt ad oſtendendum, quòd perſe-
uerans in peccato mortali repellitur à teſtimo-
nio: ſed quoad iſtum text. vtrum iſte text. probat
formaliter concluſionem eorum circa hoc non
reperio eos laboraſſe, & videtur quòd nullo mo-
do probet, quòd peccatum mortale data in eo
perſeuerantia inducat ad baratrum, id eſt, ad in-
fernum. c. criminis. 25. diſtin. & ſic efficitur cri-
minale peccatum per illam continuationem, vt
iam dictum eſt per eos, ſi iſte text. requirit duo,
quòd ſit peccatum mortale, & detur perſeueran-
tia in eo. ergo ſequitur quòd non loquitur in pec
cato mortali, & per iſtum intellectum remanebit
Ius Ciuile ſaluum, & non correctum, vt voluit
domi. Cardin. & in iudicio meo eſt motiuum
difficile. Sed illo non obſtante contraria conclu-
ſio videtur ſuſtentabilior, videlicet quòd iſte tex.
comprehendat peccatum mortale data perſeue-
rantia. & ad hoc oſtendendum induco id quod
Archidi. venit in mentem, in c. infamis. 6. q. 1. vbi
alleg. Azo. dicentem, quòd quodlibet peccatum
mortale dicitur capitale largo modo, quia diſ-
format caput, id eſt mentem hominis, quia caput
mens dicitur. c. vnico, de ſacra vnctio.

Secundò conſidero text. in cap. criminis. 25.
diſtin. quia † appellatio criminis latè patet quòd 30
complectitur omne peccatũ quod ex deliberatio-
ne pro-

ne procedit. Tertiò pondera not. expreſsè in iſto
text. videlicet ſi perſeueret in crimine. procedet
pariter in omni peccato mortali, quia per aſſueſa
ctionem, & perſeuerantiam efficitur graue. nunc
arguo ſic formaliter quoties duo ſic ſe habent,
quòd vnum lato ſumpto vocabulo venit appel-
latione alterius. & eadem ratio eſt in vtroque, &
eſt expreſſa ratio in l. tunc exorbitans loquens
in vno verificatur in reliquo. Iſta eſt elegans &
ſolennis doctrina, quæ colligitur ex tribus gloſſ.
adinuicem iunctis, quæ ſunt ſecundum Doct. in
locis ſuis ſing. videlicet in Cle. 1. & Clem. audi-
tor, de reſcrip. & Cle. 1. de elect. ſed lato ſumpto
vocabulo appellatione criminis venit peccatum
mortale, quoniam venit appellatione criminis
capitalis, & eſt eadem ratio data perſeuerantia in
crimine capitali, quæ eſt in crimine, & eſt expreſ-
sè in hoc cap. ergo ſequitur maior, quod iſte text.
in mortali peccato habet locum data perſeueran-
tia. Præterea hoc oſtendo ſtricta ratione, quia
aut dicimus text. iſtum loqui de crimine capita-
li, & de hoc non erit dubitatio aliqua, vt apparet
in iuribus ſuprà allegatis, quia ſufficit, quòd quis
ſit conuictus de crimine, vt dictum fuit heri. aliàs
de vento ſeruiret nobis decretalis iſta quod non
eſt dicendum. l. quod Labeo. ff. de Carb. edi. c.
cùm iureperitus. ff. de offic. de leg. nec ponderaſ-
ſet text. iſte perſeuerantiam, quia continuatum
efficitur grauius, de quo dicit Apoſtolus: Purga-
re non poterit, ſed æterna illum flamma ſine vllo
remedio cruciabit, vt eſt text. in d. §. alias ea de-
mum. 25. diſtin. & per hoc reſponſum eſt ad ar-
gu. in contrario, ſcilicet per me formatum, quia
immò tale peccatum eſt criminale, vt dixi etiam
aperto ore. iſte tex. probat concluſionem elegan-
tem. Abb. & ſequentium.

31 Posset † nihilominus dari concordia, &
erit noua & ſingularis hoc modo: Aut quis eſt in
peccato mortali notorio, & in eo perſeuerat, &
tunc ſit vera opin. Alani & do. Anto. Pau. & ſe-
quentium, & ad hoc dicendum moueor ex gloſſ.
elegantiſs. 2. q. 7. quæ dicit, quòd ſi agitur ciuili-
ter, & peccatum mortale eſt occultum, non obeſt
ſibi illud peccatum, quia præſumitur quòd ege-
rit pœnitentiam, quia occulta in mitiorem par-
tem interpretantur. Aut eſt magnum & noto-
rium, & tunc non poteſt teſtiſicari, quia præſu-
mitur non ſeciſſe pœnitentiam, niſi probet ſe e-
giſſe pœnitentiam, niſi eſſet tale crimen, quod
poſt pœnitentiam irrogaret infamiam. 3. q. 7. §.
priore. & pereleganſ dictum Barto. in commen-
to. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. in 6. in ver. quæro. vbi
dicit, quòd ſi conſtet aliquem notoriè deceſsiſſe
in peccato mortali, puta interfectus fuit in furto,
vel ſe ipſum occidit, vel alia ſimilia, quòd relicta
ad pias cauſas non ſunt ſumenda, nec per eccle-
ſiam acceptanda. allegat c. quia in omnibus, de v-
ſur. non in eorum relictis eſt locus priuilegijs in-
dultis à lege ad pias cauſas, vt in Authen. ſimili-
ter. C. ad legem falcid. & l. 1. C. de ſacroſan. eccle.
Ex iſtis infertur, quòd exiſtens in peccato mor-
tali notoriè data perſeuerãtia repellitur à teſtimo
nio, ſecus ſi eſt occultum. Secunda cõcluſio, quòd
iſtud cap. loquens de crimine data perſeuerantia
comprehendit peccatum mortale continuatum,
& pro iſto dicto adduco Bar. C. de ſacroſan. ec-
cle. in l. 1. vide Petr. de Ancha. & Io. de Imo. & ibi
dixi in c. filius, de teſtamen.

Sed vtilis † & quotidiana dubitatio ſe in 32
medium offert, qualiter concipitur exceptio cri-
minis, aut infamiæ contra teſtem, & eſt expediens
& neceſſaria pro declaratione illius text. & repe-
rio Bar. in l. 1. C. de teſta. vbi per illum text. in
verſicu. liberorum loco habiti ſunt, dicit quòd
inepta eſt iſta exceptio oppono contra teſtem, ta-
lis non poteſt eſſe teſtis, aut iudex, eò quia infa-
mis, & ſeruus, niſi dicatur, & ita communiter ha-
betur & reputatur. Vnde illa exceptio eſſet ine-
pta, & per iudicem poſſet repelli. argum. l. 1. §. La-
beo. ff. de flumi. & Cle. conſtitutionem, de con-
ſtit. & ita plenisſimè dicit Bartol. in d. l. 1. & l. ſi
arbiter. C. de ſenten. & interlo. om. iudi. & in l.
ad teſtium conditionem. ff. de teſta. facit notabi-
le dictum Ange. in conſilio primo. vbi quidam
domeſticus fuit productus in teſtem, fuit oppo-
ſita exceptio contra eum. iſte non eſt omni exce-
ptione maior, quia domeſticus, cõſuluit ibi An-
ge. quòd talis exceptio fuit inepta, quia verbum
eſt denotat præſens tempus. l. cùm ſtipulauit. &
l. ſi à colono. ff. de verborum oblig. non autem ſi
oppoſuit quòd tẽpore diſpoſitionis & iuramenti
non erat omni exceptione maior, & tamen an-
tea fuit. Vnde dicta exceptio ineptè eſt oppoſita,
quia cõditio teſtis inſpicitur tempore iuramen-
ti, vt in d. l. 1. C. de teſta. & in d. l. ſi arbiter. Alia
autem extranea anteriora vel poſteriora non con
ſiderantur, vt in dictis iuribus. Et ſic tanquam
inepta eſt reijcienda. alleg. d. §. Labeo. & hoc erit
vtile ad multa, ſi quis opponit quòd ſit famulus
producentis excipit ineptè, quia debet oppone-
re quòd tempore iuramenti, & teſtificationis e-
rat famulus illius. Bal. verò in d. l. 1. pone, inquit,
obijcitur teſti infamia. Ille, qui etiam obijcit, nõ
dicit quòd publicè habetur pro infame, an iſta
exceptio ſit aptè oppoſita, & reprehendit doctri-
nam Bartoli, & cõcludit † aut exprimuntur cau- 33
ſę infamię ſpecialiter. & tunc eſt aptè oppoſita. al-
leg. c. præſentium, de teſti. in 6. nec eſt neceſſe di-
cere quòd habeatur pro infami. quia præſumi-
tur ex quo debebat habere. ſi autẽ opponitur ex-
ceptio infamiæ ſine cauſa, & tunc ſi opponitur in
genere, eſt inepta opoſitio, quia vbi obijcitur de cri
mine, nõ ſufficit obijcere in genere: & ita ibi reſi-
det tantus doctor. Lud. Ro. in d. l. 1. dicit dictum
Bal. non habere ſaporem iuris. ex eo quia exce-
ptio infamię oppoſita contra teſtem ad hoc quòd
procedat neceſſe eſt qualitatẽ criminis, ex quo re-
ſultat infamia ſigillatim in exceptione exprimi,
& dicit eſſe tex. in d. c. præſentium, benè feciſſet
allegare §. teſtes, in illo c. & ideo damnato iſto di-
cto Bal. reprehendit Bar. & in hoc cum ſua reue-
rentia eſt merus relator refert enim deciſionẽ ex-
celſi doctoris Franciſci de Rampo. Bononienſ.
qui dicit contra Bar. in d. l. 1.

Sed mirum eſt de d. Ludo. quia non refert Io.
And. de Nic. in l. teſtium. §. conditione. ff. de te-
ſta. ibi tenet contra Bar. & allegat deciſionem do.
Franc. & cõcludit quòd illa exceptio ſatis videtur

aptè

aptè oppoſita.concludit enim regularem.l.diſpo-
ſitionem per id quod notatur in Cle.ſi.de reſcri.
& l.omnis.§.Lucius.ff. de his quæ in frau.credi.
vbi ſufficit, quòd acta concludant præſumptiuè,
ita & exceptio ſingularis. l. diſpoſitio eſt, quòd
ſeruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, vt l.qui
teſtamenta.§. ſeruus. ideo talis exceptio videtur
apta, nam eo ipſo, quod oppono, quòd eſt ſeruus
exceptio, cõcludit præſumptiuè, quod pro ſeruo
habitus erat,& in vim replicationis poſsit per par-
tem aduerſam dici, quod licet fuerit ſeruus, tamẽ
cõmuni opinione reputabatur liber. allegat præ-
fatum dictum domi.Franc. in d. l. 1. qui dicebat,
quòd illa verba liberorum loco habiti ſunt, non
erant per viam exceptionis,ſed replicationis,quia
agebatur contra venientes ab inteſtato, qui exci-
piebant quod cõmuni opinione reputabantur li-
beri.pondera gl.in l.1.in pulchro verſic. ex adul-
terio:ff.de libe.& poſthu.quę dicit hoc in genere
ibi contra ſtetit in ſpecie, quia talem hominẽ oc-
34 cidit.& ibi Bal.dicit illam gl.notandam, † quòd
quandoq; alicui obijcitur homicidium in genere,
& quandoq; in ſpecie. Nam ſemper ad repellen-
dum teſtem debet obijci in ſpecie exceptio crimi-
nis.allegat d.c.pręſentium benè facit §.teſtis.

Pondera, quia ille text. ſi ſubtiliter pon-
deretur,probat cõtrarium:nam ibi tempore, quo
fuit oppoſita exceptio criminum contra teſtem,
fuit oppoſita in genere, non in ſpecie. Mandauit
poſtea Papa delegato ad capiendum teſtes, quòd
compelleret ad exprimendum crimina ſigillatim
& ſuper hoc interrogaret teſtes diligenter. ergo
ſi illa exceptio fuiſſet inepta, non mandaſſet Papa
quòd illa ſpecialis ſpecificatio fieret, quia exce-
ptio ineptè propoſita eſt repellenda, ſicut accu-
ſatio inepta repellitur, vt dict §.Labeo. & d.Cle-
men.conſtitutionem. Ita reperio Ang. in noſtris
terminis dicere in l.ſi libellorum.ff.de accuſat.&
dicit quòd pridie fuit ita iudicatum eo exiſtente
aduocato, ſed mirum eſt,quòd nõ allegauerit Io.
An.in d.c. præſentiũ, vbi dicit, quòd apertè pro-
bat ille tex.quòd exceptio ſine tali ſpecificatione
non recipitur.Eſt tamẽ verum,quòd poteſt tem-
pore quo recipiuntur teſtes ad probandum exce-
ptionem criminis peti quod deberet fieri ſpecifi-
catio non facta ante talem exceptionem propoſi-
tam. Quicquid ergo dixerint tot illuſtres viri vi-
detur tenendum,quòd exceptio criminis facta in
genere ſine aliqua ſpecificatione eſt admitten-
da:ante verò receptionem teſtium eſt faciẽda ſpe-
cificatio.nec gl.in d.l.3.in prin.Loquitur de ſpe-
cificatione oppoſita contra teſtem. & iſtam con-
cluſionem menti commenda perpetuò.

Aliud autem ſi teſtis ante oppoſitionem repu-
tatur infamis,& criminoſus, & reuera non eſt, &
fuit productus in teſtem, an valeat ſua teſtifica-
tio.Bald.in l. 2. C. de ſenten. & interlocu.omni.
35 iudi.dicit, † quòd ſi aliquis communiter repu-
tatur excommunicatus, tamen geſta per eum va-
lent,& tenent,& allegat gloſ. ſecundum eum ſin-
gul.in d.l.cum lege.ff.de teſtamen.

Tu pondera, quia licet acta valeant, interim
actus non erit in obſeruantia. Et moueor per gl.
ſingul. Ioan. Theutonici. 27. q.2. Agathoſa eius
alias in ſumma, quæ dicit quòd ſententia lata ab
occulto excommunicato eſt nulla, ſed interim
ſeruatur, licet Inno.in c.ſi verè de ſen. excom.di-
xerit, quod tenebat.& habetur in cap. ad proban-
dum de re iudi.de quo dicit, vt hìc per Docto.&
dicit Ioannes de Imola in dict. l. cum lege. & pro
illa gloſſa inducit quòd infamia repellit à teſti-
monio, dummodò ſit notorium, quòd ille ſit in-
famis.quod procedit in teſtimonio extra iudicia-
li:ſecus in teſtimonio iudiciali,& dicit illam glo.
ſingul.& vnicam. benè facit iſte text. Aliud au-
tem, ſi teſtis criminoſus, & alij fide digni induce-
rentur confirmantes dictum eius, an credetur di-
cto ſuo? Reperio tex. valde no. in l. ex argenta-
rijs.§. ſed ſi omnis, verſi. quid enim cui mulieres,
& deploratus vnus eliderit.ff.de eden.& per illũ
text.conſuluit Ang.in conſilijs ſuis, conſilio pri-
mo, opponebatur cõtra teſtem, quòd erat dome-
ſticus,& nihilominus ſi dictum erat cõfirmatum
per illos teſtes, quòd valeat dictum illius dome-
ſtici.Et Bal. ibi. in l. præſcriptionem.§. ſi contra
ius, in 18.col. ibi quintò quæritur, vbi dicit quòd
exceptio contra vnum teſtem, in quo non pendet
ſubſtantia probationis, quod eſt probatũ per plu-
res alios,non impedit reliquum proceſſum ordi-
narij vel delegati iudicis.alleg.Inn. in c. ſuper eo.
el primo, de off.dele. Ang.in d.l.ſi quis ex argen-
tarijs.limitat hoc niſi deploratio ſit talis, quòd eũ
à teſtimonio repellat.l.maritus.ff.de quæſtionib.

Nam ſocietas † idonei teſtis ſupra cumulata 36
non propterea reddit eum habilem, & dicit ca-
ſum eſſe not.in l.1.C.de teſta. & ideo dicit Bal.in
d.l.ſi quis ex argentarijs.quòd ſi quis eſt infamis,
infamia facti procedit ille tex. ſecus ſi eſt infamis
infamia iuris, quia talis eum non repellit, & eius
nulla eſſet fides. & ſic. non poſſet ſuppleri quod
non eſſet.ſed an eo caſu,quo opponitur exceptio
contra teſtem in ſpecie requiratur quod oppona-
tur locus & tempus commiſsi criminis. Bar. in l.
1.ff.de doli excep.in 3.col. in verſic. quæro, pone
quòd aliquis excipiendo opponit crimen, quòd
occidiſti hominem, & commiſiſti falſum, an de-
bet poni locus & tempus ſecundum diſpoſitionẽ
legis libellorum, & dicit ſe nõ habere expreſſum
hoc de Iure Ciuili, niſi per rationem illius l. ſed
de Iure Canonico dicit eſſe tex. in d. c.præſentiũ,
de teſti.in 6.& in c. vt circa.de electio. Salice. in l.
atrox.ff.de iniur.dicit, quòd c.præſentium, non
probat doctrinam Barto.Ang.in d.l.libellorum,
dicit quòd interdum opponitur exceptio crimi-
nis ad punitionem. Exemplum cùm excipitur de
crimine contra prælatum, tunc ad inſtar accuſato-
ris debẽt inſeri locus & tempus.allegat d.c.vt cir-
ca.& Cle.conſtitutionem. de Iure Ciuili videtur
oppoſitum in Authent. quomodo opor. epiſ.§.ſi
quis autem, vbi dicit illum tex. ſupplendum eſſe
per iſtam decre.Si autem excipitur de repulſando
teſtem, tunc non eſt neceſſe opponere locum &
tempus.& dicit eſſe caſum in d.c. præſentium, &
inducit illum text. vt ſuperiùs induxi, refert ita
fuiſſe iudicatum eo aduocante.Sed dominus Car
dina.in dicta Clemen.conſtitutionem.§.tertium.
refert Inno.& latiùs Archidia. In d. præſentium,
dicere quòd requiritur ſpecificatio criminum,&

loci & temporis quomodo opponitur contra teſtem, & ſic idem erit in exceptione quod in accuſatione de pœ. diſt. 5. c. C. conſideret. & c. qualiter. 2. de accuſa. & c. conſtitutionem, de ſent. excom. in 6. poſtea opponit d. c. præſentium. §. teſtes, vbi apparet, quòd crimina fuerunt oppoſita ſine ſpecificatione, ſed Papa mandauit poſtea, ꝙ fieret ſpecificatio, ergo deputato ad recipiendum teſtes, ergo non potuit fieri oppoſitio criminum ſine ſpecificatione. Et Ioannes Andr. ibi dicit,
37 quòd ille tex. non probat, quòd † exceptio criminum fieri debeat cum ſpecificatione. dicit tamen Paul. quòd ille, cui datus eſt terminus ad opponendum crimina, vel defectus ſatisfacit termino ea indeterminatè ponendo. & ſi declarando petatur, poterit declarari poſt terminum, quia qui declarat, nihil de nouo addit. l. hæredes palàm. §. ſed ſi verò. ff. de teſta. & Cle. 1. de ſum. trin. & fide Catho. dicit tamé lap. in d. c. præſentium, quòd talis exceptio efficaciter nõ dicitur, donec fiat ſpecificatio, cùm illa requiratur ante teſtium receptionẽ, ibi etiam ex futuro euentu exceptio talis conceptionis, eſt ergo ꝙ à principio fieri debeat, ſi & poſtea ante receptionem teſtium ſuper ea. Idem tenet Pau. in d. c. præſentium, & refert ita fuiſſe conſultum per Guido. epiſcopum Cardi. & idem dicit Stephanus prouincialis ſeruari in Curia Romana ſecundum quod refert Pau. & refert & ſequitur Domi. in d. c. præſentium.

Et ex iſtis elicitur concluſio, ſi exceptio criminis oppoſita teſti in genere non facta ſpecificatione, nec criminis in ſpecie, nec loci, nec temporis, non eſt per iudicem condemnanda, immò recipienda, licet Bal. in Authent. ſi dicatur. C. eod. ad fin. dicat quòd non opponitur criminoſitas teſti, vbi debet opponi in genere, ſed debent crimina ſpecificari cum inſcriptione temporis & loci. allegat d. c. præſentium, & hoc tenuit in l. 3. §. 1. ff. eod. & idem firmat Salicet. in d. Auth. ſi dicatur. & in d. §. 1. poſt Bar.

38 Vtrum † Papa poſſet diſpenſare vel ſtatuere, quòd periurus, vel criminoſus, vel exiſtens in peccato mortali nõ repellatur à teſtimonio ferendo. Vincen. hic quem communiter ſequuntur Doct. dicit quòd ſic, & allegat ca. cum. i. & a. de re iudi. & c. accuſatus. §. licet, de hære. in 6. ſicut diſpenſat in ordine cum eodem. ca. cùm dilectus, de tempo. ordinan. ſicut legitimat ad ſucceſsionem, & admittitur, vt in c. per venerabilem, qui filij ſint legi. & idem tenet Spec. in tit. de teſte. in §. 1. verſi. quæritur vtrum Papa, & dicit hoc domi. Ant. ſe putare verum etiam in laicum, per c. cùm ſit generale, de for. comp. Sequitur hanc doctri. do. Abb. qui allegabat c. in fidei fauorem, de hære. in 6. & cap. per tuas, de ſimo. & ſequitur hic domi. Petr. qui allegat no. in c. quicunque, 6. q. 1. ſequitur domi. Anto. in c. accuſatus. §. licet. & ad hoc alleg. Arch. in c. paruuli. 22. q. 5. & ibi Archid. alleg. Vincen. hic, qui in hac opi. vſus eſt verbo, credo.

Tu adde ad hanc doctrinam Bal. in Authen. ſi dicatur ad fi. in verſicu. quæritur hic ſtatuto cauetur, quòd teſtes ſuper adulterio recipiantur infamia non obſtante: immò certum eſt ſecundum eum, quòd non eſt adulterium, niſi præſupponamus matrimonium, nunquid infamis admittetur ad probandum matrimonium vigore præfati ſtatuti, & refert eleganter, dicens quòd non, quia licet requiratur matrimonium, tamen in matrimonio non conſiſtit crimen. Ita dixit in ſimili Bar. in l. inquiſitionibus. ff. ad l. Iul. Maie. An admittuntur ad probandum crimen læſæ maieſtatis, an admittuntur ad probãdum adminicula. Pone exemplum, volo probare, quòd rector prouinciæ ſucceſſorem venientẽ admittere noluit certè admittetur teſtis infamis, quod noluit admittere ſucceſſorem.

† Sed ad probandum, ꝙ ille, qui venit, erat legitimus ſucceſſor, non admittetur, quia admittetur ſolum ad probandum quę ſunt delicti, non autẽ ad probandum que ſunt adminicula delicti, de quo dicit eſſe tex. in d. c. per tuas, el primo, de ſimo. quem dicit eſſe perpetuò notandum. Et facit ꝓ eleganti dicto eiuſdem Bart. in l. ſolent. ff. de ali. & ciba. lega. vbi dicit ſtatuto cauetur, quòd de damno dato ſtetur ſententiæ domini, ꝙ licet fieret iuramentum ſuper damno, non ſtatur illi iuramento, ſed oportet dominum plenè probare. argu. l. Diuus Traianus. ff. de teſta. mili. refert idẽ & ſequitur Bal. in l. 1. C. de iureiur. facit quod ipſe Bal. not. in l. præſcriptione. & l. eo. C. ſi contra ius vel vtili. pub. Et ex iſtis eliciuntur tria. 39

Primum, quòd ſtatutum poteſt habilitare infamem, & criminoſum ad teſtificandum, vt ſentit Bal. in d. Auth. ſi dicatur.

Secundum eſt, ꝙ Papa poteſt habilitare teſtes criminoſos, & periuros ad teſtimoniũ ferendum.

Tertium eſt, quòd militares teſtes criminoſos ſuper crimine nõ videtur habilitare ſuper adminiculis criminibus, & ſunt quęſtiones pulchræ, & in iſta materia elegantes.

Opponitur ad primum ſemper reuerẽtia Bal. falſa quòd non ſit bona concluſio, & ad hoc allego bonum tex. quem nouiſsimus conſidero in c. Conſtantinus. 3. q. 1. in §. criminoſi, periuri, ſimileſque eorum nullatenus: nam verbum, nullatenus, † videtur auferre poteſtatem inferioribus diſpenſandi, vel ſtatuendi contrarium. & ad hoc allego gl. ſingu. in Clem. ſi qui de ætа. & qualita. quæ dicit, quòd per illa verba, & ſimilia importatur, quòd poteſtas diſpenſandi eſt denegata inferioribus. Vnde Ang. in l. ſi quæramus. ff. de teſta. approbauit dictum Bart. & in quantum voluit, quòd ſtatutum poteſt habilitare doli capacem ad faciendum teſtamentum. & contra eum allegauit text. in l. fin. C. de teſtam. milit. in verſi. ideoque hoc fieri nullo modo concedimus, quia per illa verba videtur denegata poteſtas inferioribus aliter ſtatuendi, & do. meus Ioan. de Imol. in dict. l. ſi quæramus. allegat pro hoc glo. in d. Clem. ſi qui. & idem etiam dicit in cap. quia ingredientibus. infrà de teſtam. Ita dicamus in caſu noſtro, cùm iſte Canon dicit, quòd nullatenus ſunt admittendi: ergo ſequitur quòd ſtatutum non potuit eos habilitare. 40

Secundò facit, iuſtitia non poteſt manere cum ſcelerato, c. forus. §. fin. de verborum ſig. ergo eo ipſo, quòd ſtatutũ diſponit, quòd infames ſeu criminoſi admittuntur ad teſtimonium inducit iniuſti-

iuſtitiam. Sed omne ſtatutum inducens iniuſtitiam eſt nullum, & fuit ſingu. dictum Innoc. in c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & quod no. Ange. & Ludo. in l. cum ſpeciali. C. de teſta. ergo tale ſtatutum erit nullius momenti.

Tertiò faciat c. ſuſpectos. 3. q. 5. in ver. anteceſſores noſtri Apoſtolici prohibuerunt, & eos auctorum ſubmouemus, & futuris temporibus includimus. 6. quia aperto ore videtur quòd ſit prohibita in futurum poteſtas ſtatuendi contrarium per illum text. & ſi dicatur amicè iſti Canones procedunt in foro ſuo, ergo non militant in foro laici, etiã nec in ſtatuto populi. l. fi. ff. de iuriſd. om. iud. & c. vt animarum periculis, de ſenten. excom. in 6. Et facit illud quod ſcribitur in illa Virgiliana Aeneide. Veſtras Eure domos illa ſe iactet in aula, quia ad hoc reſpondetur, tamen per huius ſtatutum videtur denegari iuſtitia, vt dictum eſt, militant illi Canones in quocunque foro.

41 † Quartò faciat quod dicit domi. Ant. in c. 1. de appella. non valere ſtatutum, quod ſtetur teſtibus reddentibus malam cauſam ſui dicti. & Bal. in l. ſolam. C. de teſti. dixit, quòd ſi iudex habet arbitrium de iure, & de facto non poterit credere vigore illius arbitrij teſti reddenti malam cauſam dicti, quanto minus debet valere ſtatutum, quòd admittantur teſtes criminoſi ad ferendum teſtimonium, cùm ſacri Canones firment pedem cum teſte ſcelerato non poteſt manere iuſtitia, vt d. c. forus. & alibi dicat Canon, non poteſt eſſe fidelis homini, qui Deo eſt infidelis. 2. q. 7. faciat dictum Ang. in l. fi. C. de bon. quæ lib. per illũ text. quòd ciuitas non deberet facere ſtatutum, quòd vilis efficeretur ciuis illius ciuitatis: debet enim ciuitas abundare bonis viris, & non vilibus. & ideo dicit Bal. in l. 1. ff. ſolu. matr. quòd ciuitas eſt implenda liberis legitimis, & non naturalibus.

Et ex iſtis elicitur elegans concluſio & noua, quòd ſtatutum populi non poteſt habilitare criminoſos ad teſtificandum alijs adminiculis non approbantibus, vt apparebit in ſeq. quęſtione contra Bal. & ſequentes.

Circa ſecundam quæſtionem, quòd Papa poteſt habilitare periurum & criminoſum videtur quòd concluſio communis non ſit vera: non tamen pertinaciter contra illam concluſionem perſiſtam. Sed me ſubijcio deciſioni ſacroſanctę Romanæ eccleſiæ, quia potentiæ Papæ nullo modo
42 denegandum eſt arbitrium: † habet enim omnimodam poteſtatẽ ſuper iure poſitiuo. c. innotuit, de elect. c. per venerabilem, qui filij ſint legi. Cle. 1. vt lite penden. gloſſ. in c. ex parte, el primo, de conuer. coniug. gloſ. in c. non eſt de voto. c. licet, de præb. c. propoſuiſti, de conceſ. præben. & facit quod no. glo. in c. literas, de reſt. ſpol. vnde ſing. dicit Innoc. in c. cùm ad monaſterium, de ſtatu mona. quòd licet Papa non poſsit diſpenſare contra Euangelium niſi ex cauſa. non tamen hoc eſt verum in his quæ ſunt contra ius poſitiuum, quia ſicut Papa ex toto poteſt relaxare cõſtitutionem, ita ex parte poterit etiam ius poſitiuum. Ideo dicit Innocen. in cap. quanto, de tranſla. prælato. quòd Chriſti & Papæ idem eſt tribunal, & conſiſtorium. argumen. c. 1. & 2. de tranſla. prælato. & vide pleniſsimum dictum Specu. in titu. de legatis in §. 1. verſicu. 89. vbi dicit, quòd Papa eſt ſucceſſor Petri, & vicarius Ieſu Chriſti Vicem non puri hominis, ſed veri Dei gerens. Et faciat c. fundaméta. §. decet, de elec. in 6. vbi eſt vicarius Chriſti, & c. vt noſtrum. vt eccleſia. beneficia. dicit ꝙ gerit vicem Dei in terris. Et Hoſtien. in cap. nouit, de iud. dicit quòd Papa poteſt adæquare quadrata rotundis. Et poſito quòd communis doctrina Doct. ſit vera, nihilominus non habet locum, quando infames & criminoſi inducuntur in teſtes in conſiſtorio principis. & ad hoc allego duo iura, quæ ad hoc ſunt ſingularia & ſolita in iure, in l. ſed & milites, in §. in nemine, in verſic. quia ingredi vrbem eis non licet. ff. de excu. tuto. Et ibi dicit Bal. quòd ſicut infamis non poteſt ingredi vrbem, ita non poterit ingredi conſiſtorium principis, quia vbi eſt princeps, ibi eſt Roma. Vnde licet procurator poſsit eſſe infamis ſecundum eum, non tamen habet locum in Curia Romana. & ita dicit limitare text. Inſtit de excep. §. final. facit. l. Athletas. §. ignominiæ cauſa miſſus. nec in vrbe, nec alibi, vbi Imperator eſt, morari licet. ff. de his qui not. infam.

Limita etiam, niſi talis inhabilitas in teſtem proueniret ex diſpoſitione iuris naturalis, quia tunc Papa non poſsit talem inhabilem habilitare. Pone exemplum in inimicitia, nam talis inhabilitas cauſatur à iure naturali, vt in c. quia ſuſpecti.
3. q. 5. & ideo † conſtitutio Papæ habilitans inhabiles nõ videtur habilitare inhabiles reſpectu inimicitiæ. Iſte eſt text. in dict. c. per tuas, de ſimo. facit ſingu. dictum Innocen. in c. ſciſcitatus, de reſcript. quod dictum refert Angel. in l. cùm prætor. ff. de iudi. vbi dicit quòd illi, qui impediuntur eſſe iudices naturali impedimento, puta quia ſunt furioſi, & ſimiles, ſi procedunt in cauſa, & non excipitur de habilitate, proceſſus eſt ipſo iure nullus: ſecus dicit, ſi eſt impedimentum iuris ciuilis, ergo concluſio Doctorum eſt intelligenda de impedimento inducto à lege poſitiua. Et ſic videtur quòd non ſit vera doctrina eorum. 43

Et ex hoc infero vnum, quod erit nouũ quòd licet Innocen. in c. cùm ſpeciali, de appellat. dixerit, quòd proceſſus factus coram iudice delegato ſuſpecto valeat & tenet, quod non meminit ſe legiſſe caſum expreſſum de iure, licet Bart. in l. quia poterat. ff. ad Trebellia. dicat eſſe caſum ſingul. de hoc in l. 1. C. ſi quacunque prædi. pote. quod ſit ipſo iure nulla, nihilominus iſta ratio eſt inconuincibilis, quia allego ſuſpicio iudicis eſt de iure naturali, vt dictum eſt. Sed proceſſus factus per iudicem eſt ipſo iure nullus dato impedimento, vt dictum eſt, ergo & eſt dictum incidenter, de quo latè diſputo in tracta. nouiter edendo Dominorum Cardinalium. Ad propoſitum concluſionis conſideres quod text. cap. 1. & 2. per quem motus eſt Vincen. & ſequaces non probet communem opinionem Doctorum, nam Doct. ibi in vlti. glo. dant plures & varias ſolutiones, de quibus vide ibi per eos. & ideo formaliter non probant communem opinionem, nec per cap. per tuas, de ſimo. etiam hoc probat, loquitur enim in caſu ſimoniæ, quia propter acerbitatem

criminis eſt ſpeciale, vt ꝓbat ibi tex. in verſ. ꝑpter
immanitatem habet ſummariè: tum etiam quia e-
rant alia adminicula coadunantia dicta teſtium
criminoſorum, etiam videtur quòd ſic ſpeciale
in cauſa ſimoniæ, quia cætera crimina pro nihilo
reputantur in comparatione eius, vt dixit ibi tex.
& etiam quia concurrebant alia adminicula, &
ideo fortificabantur dicta teſtium per tex. ſing. in
l. ſi quis ex argentarijs. §. ſin autem omnis. ff. de e-
dend. & ſuperiùs dixit. ita eſt etiã reſpondendum
44 ad c. in fidei fauore,† vbi participes criminis in te-
ſtimonium admittuntur, concurrẽtibus illis, qui
ibi exprimuntur, videlicet ſi ex veriſimilibus cõ-
ſecturis, & ex numero teſtium, aut perſonarum
tam deponentium, quàm contra quos deponunt
qualitate, ac alijs circumſtantijs ſic teſtificantes
non falsè dicere præſumantur. ita dicit ibi pun-
ctualiter text. & ita etiam procedit text. in d. c. ac-
cuſatus, in §. licet, in verſic. cum crimine huius ſit
exemptum, ſi ex manifeſtis indicijs apparuerit ta-
lem non cum leuitate, aut odij fomite, ſed zelo
fidei in fauorem fidei, & ſit ſpeciale propter im-
manitatem criminis, alijs indicijs & circumſtan-
tijs concurrentibus. & ita eſt etiam ſpeciale in cau
ſa læſæ maieſtatis, quia dictum crimen dicitur ex-
ceptum, & in caſu l. quoniam eſt, de hære. Vide il-
la iura, quia non probant, ergo conſtitutio populi
ſumitur habilitare criminoſum ad teſtimonium
ferendum. hoc non ſequitur ex illis iuribus, quia
illa iura loquuntur eo caſu, quo ius præſumit cri-
minoſum nõ dicere falſum, ſed prẹſumit habilita
tio criminoſos lex præſumit iniuſtitiã, quæ cũ ſce-
lerato teſte manere nõ poteſt, vt dicit c. forus. §. fi.

Contra iſtam communem opinionem dico fo-
re caſum in c. alicui, in verſicu. ſuſcipere non poſ-
ſumus, nec debemus. 2. q. 7. vbi dico fore caſum
ſingul. de hoc. Nam Dionyſius Papa ibi diſponit,
quòd nec poteſt, nec debet ſciſmaticum, aut hære-
ticum in accuſatorẽ alterius admittere, ergo mul-
to minus poteſt admittere in teſtem, c. q. 4. c. te-
ſtem, ad teſtimonium non admittendos eſſe cen-
ſemus, quos nec ad accuſationem admittimus, ius
eſt: ſi ergo Papa non debet illum teſtem admitte-
re, ergo multo minus facere poteſt conſtitutio-
nem, vt admittantur. & allego ſimilem text. in c.
1. verſicu. contra inauditam partem aliquid diffi-
nire non poſſumus, nec debemus, de cauſa poſ-
ſeſſ. & proprie. ex quo text. dicunt Docto. com-
45 muniter, quòd † princeps non poteſt ferre ſen-
tentiam diffinitiuam contra partem inauditam,
de quo eſt text. ſingularis ſecundum Legiſtas in l.
fi. in verſi. cognitionaliter. C. de legibus. Vide ibi
Bald. & Raphael. faciat text. in ſimili. in c. indi-
cas. 3. q. 9. in verſicu. nos vni parti in præiudicium
alterius credere non poſſumus, nec debemus. quẽ
text. allegauit Ludo. Roma. in ſuis nota. & eſt pri
mum ſingulare tertij anni, quòd Papa non poteſt
ſtatuere, quòd regulariter credatur vni parti in
præiudicium alterius. facit text. in c. nos in quem-
quam, in verſic. non conuictum, non confeſſum.
2. q. 1. Igitur ita dicamus formaliter talem conſti-
tutionem à Romano Pontifice fieri non poſſe: fa-
ciat enim omnis conſtitutio iuſtitiam denegans
eſt nulla. ſingu. fuit dictum Innocen. in c. quem
eccleſiarum, de conſtitu. quod dictum allegauit
Bald. in l. reſcripta. C. de precib. Impera. offeren.
vbi dixit quòd licet ſtatutum poſſit tollere actio-
nem, nihilominus non poteſt facere, quin iſte ta-
lis conſequatur iuſtitiam miſericorditer implo-
rando officium ſuperioris. & allegat etiam illud
dictum do. Ant. in c. ex parte, de offic. delega. di-
cit enim quòd licet Papa mandet in reſcripto ſuo
nullas exceptiones admitti, quòd tollantur. etiam
per hoc exceptiones rationabiles, quoad formam
excipiendi: at remedium à iure primo modo in-
troductum ſecundum æquitatem, quæ competit
de iure gentium, & iuſtitiam tollere non poteſt.
allegat illud dictum Innocen. Cùm ergo ex hac
conſtitutione populi contingat iuſtitiam non ſer-
uari, quia cum ſcelerato iuſtitia manere non po-
teſt, vt dictum eſt, nec homini poteſt eſſe fidelis,
qui Deo eſt infidelis: ergo quia etiam talis conſti-
tutio maximum introduxit ſcandalum, & time-
tur de malo futuro. quo caſu conſtitutio Papæ
non tenetur, vt fuit ſingul. dictum Innocen. in c.
inquiſitioni, de ſent. excom. ergo concluſio com-
munis non procedit.

Poſſet tamen dari talis concordia, quòd ſi ali-
quis quærit, vtrum Papa poſſit per ſuam conſtitu-
tionẽ habilitare teſtes criminoſos, & periuros ad
teſtimoniũ ferendum, ſtantibus talibus adminicu
lis, ex quibus veriſimiliter præſumitur illos non
dicturos falſum, & iſto caſu poſſit. & hoc per d. c.
in fidei fauorẽ. & d. c. licet. & d. c. per tuas. & iſto
caſu procedit opi. Vincen. & ſeq. aliàs ſecus.

Circa ſecundum, † videlicet poſito quòd per 46
teſtes probetur adulterium ſtante ſtatuto populi,
an poterunt per teſtes infames probari adminicu-
la criminis. & Barto. vt ſuperiùs dictum eſt, dixit
quòd non. ſed Ang. in l. famoſi. C. ad l. Iuliam
maieſta. damnauit iſtam doctrinam Bart. dicit
quòd quando adminicula reſpiciunt ſubſtantiam
delicti, tunc ſi delictum poteſt probari per teſtes
infames. ita poterunt probari illa adminicula. l. ad
rem mobilem. ff. de procura. l. ad legatum, eod.
titu. l. 2. ff. de iuriſdi. om. iud. allegat ſimile, quia
allegans cauſas abſentiæ facti poteſt illas probare.
& in l. penult. §. alteri. ff. de publi. iud. benè con-
cludit dictum Barto. procedere quando illa ad-
minicula non reſpiciunt ſubſtantiam delicti, &
ita reſidet.

Sed ſupremus & famoſiſsimus Doctor excel.
Bartho. de Sali. quem ita nominat & exaltat Petr.
de Ancha. in commento. c. 1. de conſtitu. & Au-
then. ſi dicatur. C. eo. allegauit doctrinam Bar. in
d. l. ex quæſtionibus. ex quo dicto dicit ſe inſer-
re, quòd ſi infames admittantur ad probandum,
quòd admittentur ad probandum amplexus, ſed
nõ mulieris matrimonium. allegat in arg. dicto c.
per tuas. & refert ita Bal. ibi dicere: ipſe verò di-
cit, quia cùm adulterium non ſit, niſi mulier nũ-
pta fuerit. videtur etiã probatio matrimonij per-
miſſa per teſtes infames. allegat l. 2. ff. de iuriſdi.
om. iud. & l. illud. ff. de acq. hæred.

Nec obſtat ſecundum eum d. c. per tuas, quia
de adulterio, & de adminiculis ad probãdum lo-
quitur.

† Præterea matrimoniũ eſt de ſubſtantia adul- 47
terij,

terij, & non de adminiculis. & ſic etiam videtur
pariter reprehendere doctrinam Bar. & Bal.

Circa hoc eſt primò videndum, vtrum d.c. per
tuas, probet d. Barto. & Bald. ſecundo dato quòd
non probet, vtrum Bart. & Bal. dixerunt verum.
Quoad primum dico dictum dominum Bar. non
probare per dictum cap. per tuas. ibi enim dicitur,
vtrum ad prauitatem ſimoniæ cauſa detegendam
ſola dicta teſtimonia inducantur, an etiam ali-
qua addenda ſuffragentur, & poſtea ſubdit, cæ-
teras autem exceptiones, vt furti propter imma-
nitatem hæreſis ſimoniacæ, ad cuius comparatio-
nem cætera crimina pro nihilo reputantur duxi-
mus repellendas, quæ etiam fide teſtium debili-
tarent in amico, non tamen ex toto euacuaren-
tur alijs adminiculis ſuffragantibus. & ſic conclu-
dit ille tex. quòd iſtę exceptiones non repellun-
tur ex toto, quia aliqua adminicula adiuuabunt
dicta eorum, non tamen decidit ibi text. quòd teſtes
infames probent, ſicut teſtes bonę opinionis pro-
babunt adminicula. etiam ille text. non probat
dictũ Bart. quia non decidit illa, quæ ipſe dicebat,
& per conſequens ſatisfactum eſt primo quæſito.

Quoad ſecundum, vtrum dictum ſit verum
in ſe videtur quòd ſit maxima æquitate fundatũ.
Nam & ſi ſtatutum correxit ius commune in pro-
bando matrimonium per teſtes infames, ergo ſta-
bimus iuri non correcto. l. Pomponius. C. de ap-
pellat. l. ſancimus. C. de teſt. nec per ſenſum ſub-
auditum debemus inducere correctionem iuris,
c. cupientes. §. quòd ſi per viginti, de elect. lib. 6.
immò per ſenſum ſubauditum eſt emendanda
correctio. gloſſ. eſt nota. in Authen. ex teſtamen-
to. Nec obſtat dictum Ange. nec dictum Salice.
quia procedit in caſu, quo ſi matrimonium non
probaretur per teſtes infames nullo modo pro-
48 bari poſſet, quia tunc ſuccedit illa regula † man-
dato vno videtur mandatum id, ſine quo expedi-
re non poteſt, & per quod perueniri poteſt ad il-
lud concor. c. ſanè. & c. præterea, de off. deleg. ſed
quando aliter fieri poteſt, ſecus. Vnde dicit gloſſ.
de ſenten. excom. in 6. in c. ſolet. Et refert Domi.
de ſancto Gemi. in c. præſentium, in §. teſtes, de
teſtib. lib. 6. vbi dicunt, quòd ſi delegatus poſsit
ea ſine quibus negocium ſibi commiſſum expedi-
re non poſſet, non tamen poteſt illa per quem ne-
gocium facilius matrimonium probaretur per te-
ſtes infames, nihilominus debet probari per te-
ſtes bonæ opinionis: Vnde nõ ſequitur per teſtes
infames probatur adulterium ex diſpoſitione ſta-
tuti, ergo probatur matrimonium per teſtes inſa-
mes. Facit quod dixit text. in l. ſi ſeruus. verſicu.
non dixit prætor. ff. de acquiren. hæredi. & ideo
dictum Bar. videtur verum.

Et pondera verba omnia Bal. in d. Authent. ſi
dicatur. concepit iſtam poſitionem hoc modo ſu
per adulterio, quia iſta dictio habet importare
adulterium & ſucceſſoria ad ipſum adulterium.
Ita eſt glo. multum ſolennis in l. coram. C. de leg.
in 1. col. & ibi vide Bar. & ideo de mente ſtatuti
eſt comprehendere matrimonium propter illam
additionem, ſuper, quod tene menti.

Poſſunt tamen ad concordiam reduci hoc mo-
do. Aut ſtatutum dicit in cauſa adulterij admit-
tantur teſtes infames, & tunc procedat dictum An-
geli. & Sali. quia tunc adulterium concernit cau-
ſam matrimonij. Aut ſtatutum dicit, quòd poſsit
probari adulterium per teſtes infames, & tunc pro-
cedat dictum Bar. & ad hoc allego dictum Bart. in
l. non ſolent. ff. de alimen. & ciba. lega. vbi dicit
in cauſis damnorum datorum ſtetur iuramento
damnum paſsi, quia tunc damnum, & dominium
probabitur iuramento, aut ſtatutum dicit in da-
mno dato ſtetur iuramento domini, & tunc da-
muum probabitur per teſtes, vt ibi per eum.

Quæ eſt autem ratio, † quòd criminoſus per- 49
ſeuerans in crimine non teſtificetur. gloſſ. reſpon
det quòd tali non eſt habenda fides, quia quam-
diu eſt in culpa, nõ poteſt teſtimonium ferre. 33.
q. 5. c. præceptis.

Item quia criminoſus non accuſat crimen cap.
1. de accu. cum ſimil. ergo multo minus teſtifica-
bitur etiam ex hoc, quòd teſtificari & accuſari pa-
rificantur. facit l. qui cùm maior. §. ſi quis accuſa-
uerit. ff. de bo. quę li. & quod no. Iac. But. & Salic.
in l. quoniam. C. de hęreti. Quid ſi me agente op-
pono crimen contra teſtem aduerſarij, aduerſa-
rius opponit etiam mihi, quòd ego etiam ſum cri-
minoſus, an admittitur iſta exceptio, & recom-
penſatio criminis. Et ſi teſtes criminoſi poterunt
iſto caſu contra me teſtificari. gloſſ. fina. hic dicit,
quòd non, vnde ſi ſeruus dicit ſe contraxiſſe cum
aliqua, cum hoc caſu habeat perſonam legitimam
ſtandi in iudicio, c. 1. & 2. de coniug. ſeruorum.
ideo pro illo poterit eſſe in iudicio, maximè cùm
ſit ſpecialis. Facit quod habetur in c. ex parte, de
reſtitu. ſpoliatorum. poterit excipere contra te-
ſtem aduerſarij, quòd ipſi ſunt ſerui, licet ipſe la-
boret ſimili morbo, quia non prohibetur à pro-
ſecutione iuris ſui, licet ſit criminoſus. c. omni-
bus. 3. q. 5. & in hoc dominus meus Ioan. de Imol.
dicit glo. iſtam fore ſingu. Vide aliam in c. notifi-
camus. 35. q. 6. quæ dicit, quòd ſi criminoſus, vel
ſeruus contraxerit, an poſſumus ibi admittere ho
minem ſimilis conditionis, & videtur quòd ſic
per c. ſi hæreticus. 2. q. 7. & per l. ſi in arena. C. de
inoff. teſta. contrarium concludit, ſicut nec alij
teſtes criminoſi contra criminoſum admittere
poſſumus, nec habet ibi locum replicatio. Ita for-
maliter dicit ibi gl. & in hoc erit perpetuò notan-
da, quia nedum ſentit hoc procedere in teſtibus
producendis, ſed etiam in teſtibus admittendis in
contractu. & adde etiam glo. in c. ſi hæreticus. quę
dicit, quòd hæreticus ſecundum canones non ad-
mittitur in teſtimonium. Sd glo. Accur. tenet con
trarium, quòd ideo tale crimen compenſabitur,
quia nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego, er-
go nil Arenarius Arenario. l. 4. §. lege. ff. de teſti-
bus. l. ſi arena. C. de inoffi. teſtam. do. Pet. de An-
cha. dicit hic iſtam gloſſ. loqui ſubtiliter, & refert
ſuper ea dictum Ioan. And. hic dicentis quòd ſi
teſti crimen obijcitur, poteſt ſe oſtendere nocen-
tem, ne ſama ipſius grauetur, ſicut poteſt oſten-
dere chartam ſuæ manumiſsionis, ſi obijcitur ei
quòd ſit ſeruus, in Auth. de teſte. §. furioſi, in Au
then. ſi dicatur. C. eo. immò plus, quia iſte qui pro-
duxit, poteſt probare ſuos teſtes eſſe honeſtos, quos
aduerſarius aſſerit malę famæ. 3. q. 3. C. de iudi. fa-

ciat ſimul quod no. in cap. ex tenore, ſuprà eo. facit quod voluit Specu. in titulo de teſte. §. 1. ver. item opponitur quòd eſt criminoſus. & in ver. ſequenti not. in ſimili Bart. & Bal. in l. cùm mulier. ff. ſolu. matrimo. & ita recitat hic do. Pet. ſed in c. perſonas, ſuprà eo. allegauit in contrarium gloſſ. ſuperiùs allegatam, & contrarium tenentem non fuit auſus tantus doctor decidere, ſed erubuit cognitioni relinquere.

50 Sed † Mar. de fa. in l. quoniã. C. de hær. ſumebat ex illa l. quia infamis etiam infamia iuris poteſt aſſumi ad teſtimonium contra infamem infamia iuris, & pro eo dicto faciunt gloſſ. præallegatæ. & text. in c. ſi hæreticus. 2. quæſtio. 7. Bald. verò in d. l. ſi arenam, refert Guil. de Cu. quærere an infamis quis poſsit opponere teſti. quòd ſit infamis, & dicit quòd non, & allegat glo. in d. l. 3. §. lege. Iudex tamen ex officio ſuo poterit illum repellere. allegat l. quos prohibet. ff. de poſtulan. Et ita refert Guil. & Bal. dicere. ipſe verò dicit quòd etiam exceptio procedat, licet non concludat parti propter æqualem infamiam. cõcludit iudici an debeat fieri fides, quæ nõ fit per teſtem infamem. Sali. ibi refert & tranſit cum dicto Guil.

Sed Bar. belliſsimè in l. cùm mulier, ad fi. ff. ſolu. matr. determinauit iſtam quæſtionẽ: dicit enim aut ambo iſti ſunt infames ratione eiuſdem ſectę, & tunc vnus aduerſus alium in teſtem admittitur. Ludo. Ro. ibi dicit eſſe caſum in d. c. ſi hæreticus. & in d. l. quoniam. Sed certè quoad hæreticos hoc non eſt benè dictum, quia ibi loquitur in certis hæreticis, qui ſecundum iura antiqua non erant infames, vt in Auth. Gazaros. C. de hæreti. ergo in teſtes admitti non poſſunt, dict. l. 3. § lege. quibus interdicti ſunt omnes actus legitimi, & etiam teſtimonium. c. quicunque, de hæreti. in 6. ergo in contrarium ius commune erit. l. ius ſingul. l. qui verò. ff. de legi. l. 1. ad fi. ff. ad municip. & ideo dicit gloſſ. in d. c. ſi hæreticus. quod cùm hæreticus ſit excommunicatus, & debeat ſtatim occidi, vt dicto c. excommunicamus. & d. c. pen. de hæreti. ergo non admittetur in teſtem.

Aut ambo non ſunt infames ratione eiuſdem ſectæ, ſed quilibet ratione diuerſę ſectæ, & tunc veritas eſt quòd infamis, vel criminoſus teſtis, vel excommunicatus deponere non poteſt aduerſus alium ſimili crimine inuolutum. Et primò pro hoc eſt caſus in d. c. perſonas, ſuprà eo. alleg. ibi Bar. quod no. Innocen. in d. c. intelligendum, de adulte. ſed mirum eſt, quòd non allegauerit hanc gloſſ. quæ in terminis hoc dicit. & gloſſ. in dict. c. notificari. nec obſt. text. in d. l. ſi arena, quę loquitur de actibus, qui fiunt ipſos infames, ſed in caſu iſto loquitur in teſtamento, quod facit fidem iudici de veritate: † omnis enim probatio eſt fienda iudici, & non parti, vt dicit Ioannes in Rubrica de probatio. in addit. Specu. allegat l. ſi quando. & l. eos. C. de teſt. c. inter cæteras, de reſcript. c. ſtatutum. §. cùm verò, de reſcrip. in 6. facit l. 1. C. de condi. ob turpem cauſam. l. qui in eo. §. vita. ff. de proba. l. iubemus. C. de libe. cauſ. l. inſtar. C. de iure fiſci, lib. 10. Faciat cap. plerique, in ver. iudicibus probare non poſſunt. 2. q. 7. 4. q. 5. §. item meri. & quod no. Ange. conſil. 23. Iudex autem teſti criminoſo fidem adhibere non debet, vt ſuperiùs dictum eſt. faciat ratio, quia defendenti ius proprium non obſtat exceptio criminis. c. omnibus. 4. quæſtio. vlti. & ex his decidi poteſt illud quod dicit gloſſ. ſingu. in Authen. de teſte. §. ſancimus. & Specul. in eo. tit. §. 1. ver. quid ſi omnes de vniuerſitate ſunt infames, an vnus poſsit contra alium teſtificari, & iſta adde ad ea quę dixi in c. perſonas, ſuprà eo.

Sed quid ſi vnus erit criminoſus tempore depoſitionis, ſed non tẽpore iuramenti, id eſt, quando præſtitit iuramentum. Iſtam quæſtionem tangit Specu. in titu. de teſte. §. 1. verſi. quid ſi teſtis erat. & allegat pro, & contra ponit tres opinio. ſcilicet Ioan. An. in regula factum legitimè in mercurialibus diſputat ſolenniter iſtum articulum, & concludit, quòd ſi poſt iuramẽtum excommunicetur, & ſi ſuperueniat inhabilitas, & repellatur: ſi verò igitur vt tempore iuramenti ſit excommunicatus, & tempore diſpoſitionis erat abſolutus, credo valere dicta eius. allegat c. præterea, infrà titu. proximo. Vnde infamia ſuperueniens iuramento repellit teſtem. & idem etiam tenuit in addi. Specu. in loco præallega. in additio. quæ incipit, apparet aliter quod ibi ſe remittit ad dicta per eum in dicta regula.

Tu allega bonum tex. in l. 3. in princip. in ver. ideoque in perſona eorum exploranda erat conditio &c. ff. de teſti. c. ſorus, de verbor. ſig. & cum hoc dicto tranſeunt communiter DD.

Si autem efficeretur † habilis poſt depoſitionem, non reconualeſceret dictum eius. 52 Gloſſ. eſt in no. in §. antepenulti. in Auth. de teſte. & ideo dicit Bal. in l. ſeruos. C. eod. quòd ſi teſtis non debuit admitti, & poſtea efficiatur idoneus non reconualeſcit dictum eius. allegat gloſſ. in d. §. antepen. & quod not. Innocen. in c. cum cauſa, el. 1. ſuprà eod. & quod not. Barto. in l. 1. §. ſi ſeruus. ff. de quæſt. tene menti. & limitat hoc Vincen. quòd licet criminoſus repellatur à teſtimonio, non tamẽ ab officio iudicis. Facit quod voluit Innocen. in c. ſciſcitatus, de reſcrip. & c. cùm venerabilis, de excep. & c. cùm ſuper, de offi. delega. & dixit in cap. ſciſcitatus. Quòd ſi opponitur contra iudicem, ꝙ eſt homicida, vel criminoſus, non poterit à iudicando repelli, quia hoc nõ reperitur iure cautum, licet ſecus ſit in teſte, qui prętextu criminis repellitur ratione diuerſitatis. Aſsignat Vincen. in c. fi. de cleri. excommuni. quia in teſte eſt magis periculoſum, quia à dicto teſtis non poteſt appellari, & ideo iura volunt, quòd potius reſpectu criminis poſsit appellari, ſed in iudice non eſt tantùm periculoſum, cùm ab eo poſsit appellari.

Item quia teſtis non habet officium publicum, ſed iudex. ſic voluit Innocen. in c. nihil, de elect. ſed iſtud extraneũ ab iſto c. Ideo relinquendum in loco proprio. Vide quod not. glo. multum ſingu. in l. 2. §. miles. ff. de his qui no. infa. & Bal. ibi, qui alleg. Inno. in d. c. ſciſcitatus. & idem vide ibi per Ang. & per Bar. in l. quidã cõſulebant. ff. de re iudi. & ibi etiam per Ioan. de Imo. Dicit etiam hic Vincen. quòd licet criminoſus repellatur ab ordinibus, & à teſtimonio propter crimen, non tamen ab eligendo, quia ſuum officium exequitur: ſed

ſed ſi capitulum facit in eum electioné, poſſet repelli, quòd non eſt fide dignus.

Et per iſta cum laude Dei ſit expedita prima pars decret. quoad text. & gloſſ.

SVMMARIVM.

1 *Emendatus de crimine non omninò priſtinæ præſumptionis naturæ non reſtituitur. 5.*
Infamia eſt macula oſſibus inhærens.
2 *Emendatus de crimine an poſſit teſtificari. 4. 11.*
3 *Infamis infamia facti omni exceptione maior non dicitur, qui ferre teſtimoniũ an poſſit & quando. 21. 24.*
5 *Andreas ab Iſernia eſt doctor practicus.*
6 *Vſurarius deſinens fœnerari, dicitur adhuc vſurarius, qui compellitur ad edendas rationes. 7.*
Ioannes de Anania Archidiaconus Bonon. doctor obſeruandus fuit ſancta vita.
7 *Monachus fugitiuus rediens ad clauſtrum, non purgatur per hoc.*
8 *Homo bonæ opinionis & famæ quis dicendus, & quomodo intelligatur.*
9 *Vſurarius teſtificari an poſſit, et geſta per eum valeant. 11. 23.*
10 *Intermiſſio pro quo capiatur.*
11 *Conſtitutio loquens de contractu inito per vſurarium non vendicat ſibi locum in contractu poſtea geſto per deferentem vſuras.*
12 *Confeſſor qualiter in reſtitutione bonorum confitentis ſe gerere debeat.*
13 *Infamia eſt triplex.*
14 *Infamia facti quando repellat teſtes. 17.*
15 *Infamis infamia iuris an teſtimonium ferre poſſit.*
16 *Infamia iuris non repellit teſtes ad formandam inquiſitionem.*
18 *Viles & deplorati teſtes ſine tormentis nunquid admittendi.*
19 *Cauſa pecuniaria maxima criminali æquiparatur.*
20 *Rumor minus infamiæ quàm fama habet.*
22 *Iudex & teſtis regulariter æquiparantur.*
23 *Interlocutoria non inducit iuris infamiam.*

SEQVITVR SECVNDA PARS.

1 NOTA, † quòd emendatus de crimine non remanet omninò integer, vnde non reſtituitur priſtinæ præſumptioni naturæ, quia quilibet præſumitur bonus, cap. 1. de ſeruitu. l. merito. ff. pro ſocio. cap. dudum, de præſumpt. licet enim emendatus præſumatur idoneus in cauſa ciuili, vel criminali ciuiliter mota, non tamen in cauſa criminali: ergo non eſt integer ex toto, quia aliàs adhiberetur ei fides in cauſa criminali. Facit cap. forus, de verborum ſignificat.

Et procedit hoc, quando comitatur infamia: infamia enim ſequitur infamem quocunque vadit. Et de hoc eſt tex. no. cùm eum nõ comitatur infamia, quam ponderat hic Petr. de Anchar. ſicut lepra leproſum. argumen. cap. cito turpem. 1. quæſt. 1. & in quolibet loco poteſt tanquam infamis repelli. & ideo dicit Iacob. Butr. in l. ex ea. ff. de poſtu. vt ibi refert Angel. quòd exul vnius ciuitatis ex famoſo crimine, necubi poterit poteſtatem in filios exercere. & ibi etiam dicit Bald. quòd infamia vbicunque repellit, & inſequitur, vt lepra leproſum. Vnde bannitus de prima ciuitate, licet non ſit bannitus de ciuitate Florentiæ, tamen præſuppoſito, quòd ſit infamis, ita eſt infamis ibi exiſtens, ſicut hic, quia infamia eſt macula oſſibus inhærens.

Idem excommunicatio eſt. Vnde excommunicatus hic, erit excommunicatus vbique, vt ibi ſentit gloſſ. facit quod not. Innocentius in cap. qualiter, el ſecundo, de accu. & Fede. de Senis, cõſilio vigeſimotertio. & quod habetur in cap. quæ ab eccleſiarum, de offic. ordin. & l. quis ergo caſus. ff. de pecul. & l. 3. ff. pro ſoc. & l. 4. ff. de ſeruitu. & quod no. gloſſ. in l. frater à fratre. ff. de condit. indeb. & ideo dicit Bald. in l. 1. C. de ſumma Trinita. in 12. col. verſicul. penultim. quæro, vbi refert ſe credere, quòd quædam mulier, quæ fuit damnata ad ignem, poſtea fuit extracta de manibus famuli poteſtatis, quòd ſtatim fuit effecta ſerua. Pone etiam ſecundum iura hodierna l. qui vltimo. ff. de pœnis: nam poſt ſententiam non debuit ſuperuenire, ideo vbicunque ſit non poteſt facere teſtamentum, nec contrahere, nec ſimilia facere. Idem dicit in excommunicato, quod vbicunque dicitur excommunicatus. 5. quæſt. 4. cap. quiſquis iſte. pone niſi quæ reſpiciunt diminutiones ſtatus infliguntur in primam, & in ipſam proſequuntur, vt dictum eſt. & idem etiam Bart. in dict. l. qui vltimo. ff. de pœnis. & in quæſtione bannitorum, incipiente, Statuto Lucanæ ciuitatis. Vide Bald. in repet. l. 1. de ſumma Trinit. limita prædicta in caſu ſingul. in l. 3. ff. de iudi. vbi ponitur de illo, qui ob maleficium vtile Reipublicæ inſigne beneficium lucratus fuit. ff. de origin. iuris. & ibi dicit Bald. quòd banniti de Anglia amplius non ſunt infames, quod eſt perpetuò notandum.

Et ex iſto † text. infero correlarium, quod 2 erit tale, quòd ſi ex ſtatuto populi requiratur ad aliquem actum probandum, quòd teſtis ſit integer, ſeu opinionis integræ, quòd non poterit illo caſu teſtificari emendatus de crimine, ex quo non remanet integer cùm in cauſa criminali emendatus, de crimine teſtis eſſe non poteſt in cauſa ciuiliter mota, vt eſt hic caſus, & nouiſsimus conſiderans. allego text. in l. quæſitum, in ver. ſtatus, vbi teſtis productus in cauſa criminali debet eſſe ſtatus integri: ſed emendatus nõ eſt ſtatus integri, vt dictum eſt. ff. de teſti. facit ergo cap. fi. infrà eod. & ibi dixit reueren. domi. Abb. Moder. quòd facilè princeps quod in omni actu, in quo l. requirit hominem integri ſtatus repellitur accuſatus de crimine criminaliter qui interim nõ deciditur homo integer, vel reus criminis. C. de ꝓcura. l. qui de liberta. ff. qui & quibus. l. ſi reus delatus. ff. de mune. & honori. c. omnipotens, infrà de accuſat. & ibi etiam dixit, quòd ſi quis ex forma ſtatuti debet eſſe exceptione omni maior, non poterit ille talis teſtificari, quia ex quo non eſt integer, non dicitur omni exceptione maior. & gloſſ. allegat text. in cap. 1. in titul. qui teſtes ſunt vo. ad proban. inten. & in vſi. feu. dicunt opinionis integræ eſſe. & ibi Bal. per illũ tex. dicit, ꝙ iſte teſtis infamis infamia facti nõ poterit teſtifi-

cari ad probandam integritatem vaſalli, ex quo non eſt integræ opinionis. & illum text. alleg. pro ſingu. L. udo. Roman. in Commen. l. admonendi. ff. de iureiurand. tradens regulam valde elegan- 3 tem, vt † vbicunque ſtatutum requirit probationem per teſtes integræ opinionis, & repellantur inſames, infamis infamia facti non poterit deferre iuramentum, iuxta no. in c. fin. de iureiur. & in l. bonæ fidei. C. eo. tu. alleg. tex. ſing. iuncta gloſ. in l. 3. C. de epiſc. audien. vbi text. requirit, quòd intẽtans actionem popularem debet eſſe integer. Er gl. ibi dicit, quòd infamis non intentabit, cùm ergo in propoſito emendatus non remaneat integer. ergo ſequitur, quòd non intentabit actionem popularem. tene mẽti, quia eſt nouum. Faciat elegans dictum Bal. in l. 1. C. de ſumma Trini. vbi dicit, quòd infamia facti infamis non dicitur omni exceptione maior. & idem dicit Ange. in l. qui iudicio. ff. de popu. actio. ſubdens, quòd ſi ex forma ſtatuti debet credi denunciationi, vel actori damni dati cum iuramẽto vnius & alterius, quod non ſtabitur iuramento denunciantis, ſi eſt infamis infamia facti, & refert quòd cùm bis iſta quæſtio occurriſſet in facto, ita fuit iudicatum, & determinatum. & per hoc habetis intellectũ ad multa iura requirentia, quòd teſtes ſint integrę famæ, vt dixit tex. in l. capitalium. §. fi. in ver. integrę famæ. ff. de pœnis. & ad iura dicentia teſtes debere eſſe integræ opinionis, & optimæ, vt l. teſtium. C. eo. l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemad. teſta. ape. in Auth. de hære. & fal. §. ſancimus. & ad iura requirẽtia teſtes omni exceptione maiores, vt in c. 1. de conſan. & affi. & c. licet ex quadam, infrà eo.

Et inſero aliud, quòd vbicunq; ſtatutum requirit probationem debere eſſe legitimam, quod primo caſu nõ ſufficit probare per teſtes infames 4 infamia facti † qui non dicuntur teſtes omni exceptione maiores, vt dictum eſt. & ad hoc allego text. ſingu. iuncta gloſ. ſua in c. at ſi clerici, in ver. probationem legitimam, de iudi. & ibi gloſſ. dicit, puta per legitimos teſtes quod omni exceptione maiores, quod eſt benè notandum. Vide etiam elegantem gloſſ. in præalleg. c. 1. de conſangui. & affini. quæ vult, quòd iſte teſtis dicitur omni exceptione maior, qui nulla exceptione repelli poteſt. Ita dicit gloſſ. in ver. maiores. & facit gloſſ. Inſtit. de inutil. ſtipu. §. item verborum. & iſta non tradãs obliuioni, quia ſunt omni memoratu digna, & expreſſa ab illuſtribus doctoribus.

Sed vt vigilijs eorum non quieſcam, dico contra eos fore caſum, quem nouiſsimus allego in l. criminis, in verſicu. ſi tibi integra æſtimatione. C. qui accu. non poſ. vbi ille qui accuſat, debet eſſe integræ æſtimationis, ſed infamis infamia facti accuſare non poteſt, vt tenuit gloſſ. in l. qui accuſare. ff. de accuſa. & firmant omnes Docto. in c. 1. de accuſa. ergo doctrina eorum non eſt vera: licet enim lex requirat in aliquo actu homines integræ opinionis, & per hoc cum reuerentia ſua non videtur benè dixiſſe, vt eſt gloſſ. in dict. l. 3. ff. de popu. actione. etiam illa communis opinio deletur, & ex toto confunditur per illum text. cum gloſſ. Nec obſtat iſte text. quia Papa hîc vltra proceſsit in habilitando emendatum de crimine ad cauſam criminalem, ne ſuper ea poſſet teſtificari: & ſi dicatur, quòd cõmunis opinio poſsit ſalnari hoc modo, vt nos dicamus ſic: aut nos loquimur in accuſatione, & tunc procedat contrarium, quia licet ſit infamis inſamia facti, vel emendatus de crimine, nihilominus quoad actus dicitur integræ æſtimationis: ſed communis opinio loquitur in teſte, quia ad hoc † reſpondeo, accuſator pariſi- 5 catur, vt latè fuit expreſſum ſuperiùs. tene menti. & quòd emendatus non dicitur omninò integer, nec abolita infamia facti. Facit tex. in l. imperialis, quod in verſi. quaſi nulla inhoneſta vita præcedente. C. de nup. Vnde pondero illam dictionem quaſi, quæ eſt no. fictionis. & per hoc dicebat practicus doct. Andr. de Iſer. in cap. 1. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. in vſi. feud. quòd ſi princeps reſtituit aliquem proditorem, pater non poteſt illum exhæredare poſt reſtitutionem. allegat d. l. imperialis. §. 2. & addit, quòd ſi aliquis vocaret eum proditorem, puniretur actione iniuriarum per illum text. ſecus ſi diceretur: Tu fuiſti proditor. arg. l. eum qui nocentem. ff. de iniur. etiam videtur formare quod ex toto non eſt abolita infamia. & ita dicit debere intelligi dictum illud Bal. & d. l. imperialis, dum dicit, quòd ſuperius legitimatus non debet amplius vocari ſpurius, ſed impunè poſſet dici: Tu fuiſti ſpurius.

Et ex iſtis poſſet decidi elegans quæſtio Bar. præallegata in l. 1. non ſolùm. ff. de ritu nupt. vbi dicit conſtitutio epiſcopi diſponit quod inſtrumenta maniſeſtorum vſurariorum præſumantur fictitia, modò manifeſtus vſurarius deſinit eſſe vſurarius, an inſtrumenta poſtea facta per eum præſumantur fictitia. & dicit illum text. facere quod dum dicit non ſolùm autem ea quæ fecit, verùm quoque ea quæ facit, & facere deſijt, nec ei aboletur turpitudo. poſtea incluſa eſt, & illa non decidit apertè ex eo, quia tunc pendebat de facto. allegat tamen tex. pro hoc in l. prætor. §. his etiam in prin. ff. de eden. vbi dicit, quòd ille qui deſijt argentariam facere ad editionem compellitur, & in l. quid ſi fugitiuus. §. ille caſus. ff. de ædil. edict. dicit ſing. per illum text. ꝙ licet vſurarius deſinat fœnerari, adhuc dicitur vſurarius, ſecundũ Bal. in Rub. C. de vſur. vbi format quæſtionem talem.

Conſtitutione epiſcopi cauetur, † ꝙ omnis 6 cõtractus vſurariorũ cenſeatur de duplo eſſe. modò quidam fuit vſurarius, ſed conteſtatur vſuras reſtituiſſe, an contractus poſtea per eum geſti cenſeantur de duplo. & arguit quòd ſic, & huius nomina ſignificantia qualitates inflictas de præterito non deſinunt eſſe, licet recedatur à crimine: Ideo qui ſemel fuit vſurarius manifeſtus, licet reſtituerit vſuras, tamen infamia ex nominatione ſibi inflicta non aboletur, nec etiam abolentur penè cõſtitutiones, nec deſcendentes ex tali qualitate, licet tempore contractus eſſet extra crimen propter reſtitutionem vſurarum, & hoc probat text. expreſsè, cap. cùm tu. in ver. donec. & quod ibi not. gloſſ. ordin. prima de vſur. magis enim inſpicienda eſt præſens bona conuerſatio quæ eſt, quàm mala quæ fuit in futurum. argumen. l. ſi mater. C. ne de ſtatu defun. l. in ipſius. C. famil. herciſ. & iſtam opi. Bal. refert & ſequitur I. au. de

Rodul.

Rodul.in tracta. de vſur. pro hoc text.in c.quan-
quam,in princ.de vſur.in 6.Et quia per hoc dare-
tur materia vſurario ſe purgandi:& quia in pœnis
mitior via eſt interpretanda regula in pœnis, in 6.
& iſta refert profundè ſanctæ vitæ dominus meus
ſemper merito honore obſeruandus doctor Io-
annes de Ana. Archidiaconus Bonon. & Moder.
in c.quia in omnibus,de vſur. & addit vnum me-
moratu dignisſimum quòd Bal. non videtur con
trarius Barto. Bar.enim loquitur de eo qui deſijt
eſſe vſurarius. Sed Baldus format quæſtionem de
illo,qui reſtituit vſuras, & ita reſidet tantus do-
ctor,cuius dictum tene menti pro ſumma obſer-
uantia. Sed reuera, ex quo ibi Bal. facit mentio-
nem de dicto Bart. & dicit ſe conſuluiſſe contra
eum:ergo ſequitur,quòd Bal.intellexit de eo,qui
reſtituit vſuras.& iſta eſt ipſa veritas, ſed in dict.l.
7 prætor ait.§. his etiam. dicit eſſe caſum, † quòd
vſurarius,qui deſijt eſſe vſurarius,poteſt compel-
li ad edendum Codicem rationis ſuæ, ſicut ſi ex-
erceret vſuras. allegat Bart. in dict. l. prælleg.§.
non ſolùm. Idem etiam allegat Ang. in l. quid ſi
fugitiuus. ff. de edil. edict. ſed idem Ange. in l.
ſunt.§. ſuperuacuum. ff. quibus modis pign. vel
hypoth.ſol.reducit opin. Bald.& Bart.ad concor
diam cõmunem, quod per aliquem Modernum
doctorem non fuit cõcordia illa in medium de-
ducta in tam dubitabili paſſu, & pro iſto dicto
Barto. ego allego elegantem dictum Bart. in l.ſi
fugitiuus, vbi dicit, quòd ſi monachus fugitiuus
redeat ad clauſtrum,non propter hoc purgat pec
catum ſuum, quia remanent reliquiæ. facit etiam
pro dicto Bart.ſingu.dictum Bal.in l.improbum.
C.ex quibus cau.inſa.irrog. vbi dicit, quòd vſu-
rarij ſunt in magno periculo maximè manifeſti;
quia poſt peractam pœnitentiã & reſtitutionẽ vſu-
rarum remanent infames,cùm infamia iam ſit in-
flicta etiã ſunt inhabiles ad teſtimoniũ,& ad digni
tates, quod dicit eſſe mẽti tenendum, quod tene
menti,quia elegans dictũ eſt nouum ad iſtam de-
cretalẽ declarandam, vt vſurarij poſt reſtitutio-
nẽ vſurarum, & poſt peractam pœnitentiam non
poſſunt eſſe teſtes,& induxit ad quæſtionem.

Statuto cauetur, quòd minor non posſit alie-
nare, niſi interueniat vnus conſanguineus eius,
qui ſit bonæ famæ,& conſanguineus fuit fœnera-
tor,an teneat contractus geſtus per minorem in-
8 teruenientе vno conſanguineo vſurario. † Et re-
fert Iaco. But. dicere quòd ſic, quia ſtatutum in-
telligit quòd ſit bonę opinionis & famæ.i. homo
diſcretus,& aptus,& non ſit dilapidator, nec disſi-
pator.Maximè autẽ fœneratores ſunt huiuſmodi.
Bal.dicit ibi cõtractus non valere,& loquitur ibi
Bal.quando vſurarius reſtituit vſuras. facit etiam
pro hoc tex. & doctrina Bald. in l.3.C.de princi.
agen.in rebus,lib.12. vbi dixit per illum text.ſta-
tuto cauetur,quòd deſcriptus in matricula nota-
riorum non posſit aſſumi in priorem, & aliquis
erat deſcriptus in matricula, & fecit ſe cancellari
ad hoc, vt poſſet aſſumi in priorem, & nihilomi-
nus talis cautela ſibi nõ profuit. ita videtur dicen-
dum in ꝓpoſito: ergo & iudicio meo eſt quæſtio
valdè dubia, recurrẽdum eſſet ad Apollinis Ora-
culum, vt dementisſimorum vtar exemplo.

Nihilominus opinio Bal.videtur verior,& pro
ea arguo formaliter diſpoſitio illius l. 4. & 3. &
ibi Bart.ff.de damn.infect.infert l. iam autem. &
ibi per eundem.ff.de admini.tuto.l. quod ſtatu-
tũ.§.omnibus.ff.de accu.l.nominis & rei.§. ver-
bum.& legibus.ff.de verb.oblig.c. indemnitati.
§.ſed cum ea.& ibi per Doct.de elect.in 6. ſed ver
ba iſtius conſtitutionis etiam cõcepta in vſurario,
ſed iſte nõ eſt vſurarius: ergo conſtitutio loquẽs
de vſurario non habet locum in eo. facit c. quan-
quam, in verſicu.donec de vſuris ipſis plenariè ſa-
tisfactum fuerit de vſur. in 6. facit cap. admone-
re.33.quæſt.3.ſi re priueris, nec nomẽ habere me-
reris:cùm ergo reſtituerit vſuras, & deſtiterit eſſe
vſurarius,ergo ſequitur quòd nec in nomine, nec
in re erit vſurarius, & per conſequens contractus
geſti ab vſurario valebunt. facit cap.ferro, in ver.
non ego in eo. debet inſpici quod fuit, quia iam
inſpicit omne quod non fuit.l.diſtin.& ſi opinio
Bart.eſſet vera, ſequeretur vnũ abſurdum quòd
vſurarius abſtineret ſe à reſtitutione vſurarum,
quia ſi poſt reſtitutionem vſurarum, & poſt pœ-
nitentiam peractam contractus geſti ab eo præ-
ſumatur de duplo, vt in dict.conſtitutione ſeque-
retur quòd non reſtituerit vſuras, nec abſtineret
ſe ab illa vſuraria prauitate. facit d. l.imperialis.§.
miles in vno etiam maculam abolere penitùs o-
portet, vbi eſt caſus valdè notabilis, quia facta re-
ſtitutione per principem aboletur ex toto omnis
macula præcedens. Et ibi dixit Bal. quòd poſt-
quam banniti ſunt integrè reſtituti, nomen ban-
niti eſt abolitum, & æquiparantur cæteris ſtatus:
& ſublato nomine,tollitur prę iudicium nominis.

Vnde in integrum † reſtitutio non ſolùm tol- 9
lit ipſius nomen, ſed etiam reliquias, ita,quòd re-
manent eius reliquiæ nudi nominis,& ad hoc di-
cit illum tex.eſſe valdè notandum. facit quod di-
cit glo.ſingu.in c.cùm vniuerſorum, de elect. Et
pondera illa verba, omnem maculam aboleri pe-
nitùs, quia videtur reputare illam maculam per
inſectam.& ideo dicit glo.ſing. in Clem.1.de im-
muni.eccle.quòd quando Papa mandat conſtitu-
tionẽ haberi ꝑ inſectã:tunc ipſo iure ſtatim ſunt
omnes effectus præteriti, adeò, ꝙ non eſt opus ab-
ſolutione, ſi quis inciderit in excommunicationẽ
vigore illius conſtitutionis. & illam glo.allegauit
pro ſingu.domi.Cardi.in d. cap. ad petitionem,
de accuſa.& Ioan.de Imo.& dom.Anto.in c.cæte-
rùm,de reſcrip.do.Abb.in c.ſi quando,de ſenten.
excommunica.& in c.quæ in eccleſiarum,de con-
ſti.& facit quod dixit Bal.in d.§.miles, quòd ille
qui deliquit poſt peractam pœnitentiam habetur,
ac ſi non deliquiſſet,& dicit facere in argu. pro te-
ſte periuro, vt poſt peractam pœnitentiam habea-
tur,ac ſi non deliquiſſet. allegat gloſſ. quam dicit
valdè notandam in l.3.§.lege.ff.eo.cùm ergo iu-
ra indulgeant, poſtquam reſtituerunt vſuras, &
deſierint eſſe vſurarij, vt d.c.cùm tu. & d. c.poſt-
quã, ergo ſequitur quòd habetur ac ſi vſuras nun-
quam feciſſet. fateor quòd aliqualis macula eis in-
ficitur de facto, iuxta illud:

Quem ſemel horrendus maculis infamia nigrat
Ad benè tergendum multa laborat aqua.

Facit not. dictum domi. Petri de Anchara.in

cap.

cap. 1. de regu. iur. dicit ſtatuto cauetur quòd nul-
lus religioſus poſsit aſſumi in priorem, vt eſt Se-
nis, & rector miſericordiæ portans habitum certi
coloris cum cruce in pectore fuit aſſumptus in
priorem, fuit ardua dubitatio, vtrum poſsit refer-
ri, fuiſſe conſultum, quòd ſi dimiſit illum habi-
tum, & ſic fuit promotus ad illud officium, ergo
ſequitur, ꝙ non remanét aliquæ reliquię. & iſtam
partem tenuit in dict. l. quid ſi fugitiuus. & refert
dom. Bar. in d. §. non ſolùm. & etiam refert Bal.
de Peruſio concluſiſſe contra Barto. in d. l. ſicut.
§. ſuperuacuum. refert domi. Bar. & allegat domi-
num ſuum, qui fuit Bal. conſuluiſſe contra Bar. in
præall. Rubr. C. de vſur. etiam nó eſt verum, cùm
dicatur, ꝙ Doctores non erant diſcordes, quia
Bar. loquebatur in eo, qui deſijt eſſe vſurarius, &
Bal. in vſuras reſtituente, nam ſi contrarius præ-
ſumatur vſurarius, vt dicta cóſtitutio in eo ꝙ de-
ſijt eſſe vſurarius, ergo multo magis præſumetur
in eo, qui reſtituit ſolùm vſuras. nec ob. §. nó ſo-
lùm, quia loquitur eo caſu, quo mulier fecit quæ-
ſtum corporis ſui, nec facere deſijt, nec fuit ſecuta
indulgentia, ſeu reſtitutio principis, vt d. lex Im-
perialis. §. miles. & licet ibi text. loquatur de in-
10 termiſsione, † nihilominus intermiſsio capitur
pro delinétia. hoc probat ibi tex. formalis in ver.
facere deſijt, vel etiam facit quod ibi no. glo.

Sed in caſu noſtro eo ipſo, quòd vſurarius de-
ſijt eſſe vſurarius, & reſtituit vſuras qui reſtitutus
priſtino ſtatui, vt d. c. cùm tu, in ver. donec eum
ſua glo. ergo d. §. non ſolùm, non obſtat huic de-
ciſioni.

Nec obſtat d. l. prætor ait. §. his etiam, quia lo-
quitur de rationibus confectis ipſo tempore, quo
quis erat argentarius, nec loquitur de rationibus,
aut loquimur de rationibus confectis, poſtquàm
quis deſijt eſſe argétarius. benè fateor, quòd quo-
ad actus, an facit per vſurarios benè ſtabit preſum
ptio conſtitutionis.

Sed quoad contractus factos, poſtquam quis
deſijt eſſe vſurarius, nó procedit præſumptio con
ſtitutionis, & ideo dicit ibi Ange. quòd notarius
poſtea effectus monachus poteſt antiquas roga-
tiones factas in ſeculo in publicam redigere for-
mam. & idem voluit in l. 1. C. de teſta. & Bar. in l.
1. §. ſi penes. ff. de tab. exhiben. & Bald. in l. nam. §.
ſi viuo Titio. ff. de nego. geſt. & do. Anto. in c. fra-
ternitatis, de hæreti. nec obſtat l. 2. de primice. &
quod ibi dixit Bart. quia iſta cancellatio fuit in
fraudem procuratoris, quæ non debet fraudolo-
ſo prodeſſe, c. ex tenore. & c. ſedes, de reſcrip. c. ſi
videtur, de cogna. ſpi. Nec obſtat dictum Bald. in
c. improbationi, quia in iſto poſt reſtitutionem
vſurarum, & poſtquam quis deſinit eſſe vſurarius
ceſſat infamia, quia per vſuras non ſequitur infa-
mia concernens ſtatum perſonæ, vt dicit Bar. in l.
qui vltimo. ff. de pœnis, & ſuperiùs reduxi. & in
quantum reprehendit dictum Iaco. Butr. illa re-
prehenſio fuerit originaliter ſubtilis Docto. Ri-
char. de Salice. vt refert nepos & diſcipulus eius
Bartho. de Sali. quia dictum Iaco. Butr. poſſet ſal-
uari in eo qui iam deſijt eſſe vſurarius.

Secus autem ſi ipſe contractus minoris eſſet v-
ſurarius, licet Albe. de Roſ. in ſuo ſolenni tracta-
tu ſtatutorum ſimpliciter tranſiret cum dicto
Butr. in prima parte, quæ ſingularis eſt. Nec ob-
ſtat dictũ Bal. de monacho fugitiuo, quia loqui-
tur in eo caſu quo non fuit facta reſtitutio.

Et ex † iſtis elicitur prima concluſio, quòd e- 11
mendatus de crimine in cauſa ciuili ciuiliter mo-
ta ſi eum non comitetur infamia, dicitur teſtis in-
teger: ſecus in criminali criminaliter mota.

Secunda concluſio, ꝙ vſurarius, qui deſijt eſſe
vſurarius cum effectu facta reſtitutione inhabilis
eſt ad teſtimonium, quod eſt contra Bal.

Tertia concluſio. Conſtitutio loquens de con
tractu inito per vſurarium non vendicat ſibi lo-
cum in contractu poſtea geſto per eum, qui deſijt
eſſe vſurarius contra Bal. & ſequentes.

Quarta concluſio, ꝙ ſtatutum requirés in con
tractu minoris debere interuenire cõſenſum con
ſanguinei bonę opinionis, & famæ, vendicat ſibi
locum in conſanguineo deſinente eſſe vſurario.

Sed conſonum eſſet ſatis tot illuſtres canonum
& legum partes reducere ad concordiam, iuxta il-
lud quod ſcriptum eſt apud Lucanum.

Pacem ſumma tenent ima at diſcordia turbat.

Ideo animo conceperam talem concordiam, vi-
delicet quòd ante factum vera ſit opinio Bal. Po-
ne exemplum: Aliquis inducitur ad vſuras exer-
cendas hac intétione ſcilicet vt poſt exercitas vſu-
ras ipſe reſtituat, & deſinat eſſe vſurarius. vnde
hoc caſu procedit opinio Bart. ad hoc vt iſte abſti-
neat ſe ab vſuraria prauitate.

Si verò aliquis exercuit vſuras, & pòſt vellet
reſtituere, tunc procedit opinio Bal. ad hoc vt Ti
tius abſtineat ſe ab vſuraria prauitate. & ad hoc al-
lego in ſimili Io. And. in c. 2. de teſtamen. in 6. vbi
eſt dubium inter Docto.

Vtrum † ſi vnus ſacerdos audiens in cõfeſsio- 12
ne aliquem mandanté reſtitui certa bona, an poſ-
ſit illam reſtitutionem facere, an requiratur quòd
epiſcopus faciat, & ante factũ tenendum eſt, quòd
non poteſt. & ita poſſunt reduci ad concordiam.

Poſſet etiam dari alia concordia, videlicet vſu-
rarius reſtituit vſuras, & antè fecerat certos cõtra-
ctus, quòd quoad contractus poſtea factos proce-
dat opin. Bar. & ita propriè procedat text. in d. l.
prætor. §. his etiam, ſed quoad contractus poſtea
factos ſequitur opi. Bal. vel poſſet tertiò dari alia
concordia. quòd in contractu poſtea facto oppo-
nantur aliqua facta inſolita. & tunc procedat opi.
Bar. vt quia data mala vita præterita præſumitur
contra contractum. facit glo. quæ allegat pro ſin-
gul. in l. cùm allegas. C. de vſuris. quæ erat præ-
ſumptio iuris, & de iure. facit etiam gloſſ. no. in l.
1. ff. de condi. inſti. facit gloſ. ſing. in ſimili in l. iu-
bemus. C. de teſta. facit etiam glo. no. in Authen.
qui ſemel. C. quomodo & quando iudex, in 6.
col. vbi dicit ſtatutum imponit pœnam centum ꝓ
primo homicidio: pro ſecundo imponit pœnam
capitis. Quidam pro primo homicidio ſoluit cen-
tum: poſtea facit ſecundum, an debeat decapita-
ri. videtur quòd non, quia de primo fuit punitus.
contrarium determinatur, quia facta nó poſſunt
haberi pro infectis. l. in bello. ff. de cap. & poſtli.
reuer. quia licet prima obligatio ſit extincta, a-
ctio aggrauat ſecundam contumaciam, vt gra-

uior

uior pœna imponatur, & ita voluit Pet. de Anch.
in commento. c. 1. de conſti. facit quod dicit idé
Bal. in Auth. ſed nouo iure. C. de ſeru. fugi. vbi
dicit quòd ſi quis pro pręteritis culpis ſoluit con-
demnationem, quòd ratione aliorum futuro-
rum remanebit infamia ex primis. facit quod no.
Bar. in l. ſicuti. §. ſacrilegium. ff. de adopt. & iſta
non tradas obliuioni.

Sed inquantum ſuprà dixi, quòd Ang. con-
cordabat opin. in d. §. ſuperuacuum, reuera illa
ſua concordia nõ facit ad propoſitum, & inquan-
tum iſte text. dicit ſi eum non comitetur infa-
mia, ſcilicet iuris, & facti, & infamia canonica,
13 † quia triplex eſt infamia. Infamia iuris eſt du-
plex, ſcilicet qui irrogatur à lege, ipſo iure ſine
facto & miniſterio: nam eo ipſo quòd quis facit a-
liquid prohibitum ius profert ſententiam, & infa-
miam irrogat. & hoc eſt quod dicitur ipſo facto,
id eſt, propter factum ipſum: & illud idem dicitur
ipſo iure, ſcilicet ſententia ſtatuentis, etiam in ef-
fectu idem importat dicere ipſo iure, & ipſo facto,
l. palàm. §. qui in adulterijs, in verſic. factum mo-
uerit. ff. de ritu nup. ſentit glo. in l. 1. ff. de his qui
no. infa. Quandoque ipſa infamia non irrogatur,
ſcilicet ipſo facto per l. niſi ſuper facto ſequatur
ſententia iudicis, quod apparet, quia lex no vetat
factum, ſed condemnationé factam ſuper facto,
vel ſuper actis quę oriuntur ex ipſis factis, ſeu ꝑ-
pter factum. l. Athletas. §. calumniator, cum l. ſeq.
tex. & glo. in l. 1. ff. de bis qui not. infa. & §. porrò.
3. q. 7. Quædam eſt infamia facti, quæ idem eſt
quod infamatio, quæ opinionem bominis lædit
apud bonos, & graues, & diuerſis modis contin-
git, vt ſi quis damnetur actione deſcendente ex
delicto, quæ iure infamiam non irrogat, vt in co-
gnitione ſutura. l. ceſſat. ff. de actionibus, & obli-
gat. & interdicto vnde vi. l. neque. ff. de itinere a-
ctuq; priuato. Et iuramenta iſta grauant opinio-
nem legis onere. ff. de obſequijs.

Item ſi pater in teſtamento filium emancipa-
uit, vel iudex interloquendo dixit aliquem malè
viuere, id eſt interloquendo, & l. verbum. C. ex
quibus cau. infamia irroga. facit quod not. in cap.
2. in vlt. gl. de ordi. cogni. Ita dicit Io. An. in regu-
la infamib. de reg. iur. in 6. vide ibi dignu dictum.

Quædam eſt infamia Canonica, quæ cauſatur
ex quolibet peccato mortali, vt in c. infames. 3. q.
1. & ibi glo. eſt data perſeuerantia in crimine repel
litur à teſtimonio, vt latè ſuperiùs dixi.

Modò dubitatur, de qua infamia loquatur
text. iſte. Hoſtien. & Abb. dicunt, quòd de infa-
mia iuris, nec quod dicitur in ver. ponamus, quaſi
14 dicat, quòd † infamia facti repellit in criminali
duntaxat, vt in dict. verſi. ſequenti. Facit quod ad
hoc no. Spec. eo. tit. §. 1. ver. quid de peccantibus.
& verſic. item quòd eſt infamis. Ioan. And. dicit
quòd infamia facti tantùm repellit in criminali:
In ciuili verò ſi eſt infamatus de crimine etiam re-
pellit, ſuprà eo. c. licet. ver. quidam verò, eo. titu.
in c. præterea. & c. 1. de excep. quod intelligit infa-
mia facti, ſeu infamia creatur à crimine, ita, quòd
crimen ſit proxima cauſa infamiæ: vbi verò infa-
matio, ſeu opinionis grauatio non cauſatur, non
accuſatur à crimine, ſed ab alio medio, puta quia
carceratus fuit vel aliàs à teſtimonio repulſus, pu-
tat habere locum quod hic dicitur, aliàs grauatio
opinionis non repellit in ciuili, ſed in criminali
ſic, vt aliter ſecundum eum infamatio facti crea-
ta à crimine, de quo conſtat, quę emendatum non
repellit, vt hic, vt in dictis iuribus in criminali
repellit ſuper hoc. Et hæc etiam formalia verba
Ioan. Andr. Bar. no. in l. cunctos populos. C. de
ſum. trin. & fide Cathol. ſic diſtinguit, quòd infa-
mia iuris indiſtinctè repellit: in ſubſidium tamen
admittitur in tormentis. l. ob carmen. §. penulti.
ff. eo. facit l. qui vltimo. ff. de pœnis. Infamia facti
repellit in crimine, vt hic, niſi in ſubſidio, vt di-
ctum eſt in caſu admittitur, ſed minus eis credi-
tur. & ita procedit gloſſ. in l. cunctos populos. & l.
duæ cauſæ. ff. ad Carbo. poſſunt tamen teſtes eſſe
ita ignobiles & infames, quòd non admittuntur
ſine tormentis, vt ſuprà. & parum differt hæc opi.
Bart. ab opinione Io. And. ſecundum dom. Abb.
& ſubdit ibi Bar. quòd omnes infames infamia fa-
cti licet repellantur in cauſa criminali, tamen ad-
mittuntur in ſubſidium cum tormentis, ita, vt di-
ctum eſt in infamibus infamia iuris.

† Tu pondera, inquantum Bart. vult quòd in- 15
famis infamia iuris admittatur in teſtimonium in
ſubſidium cum tormentis. allegat ipſe duo iura. l.
2. ff. eo. l. ob carmen. §. qui cum eo. ff. eodé. l. qui
vltimo. ff. de pœnis. Et cum illo dicto tranſit hic
domi. Abb. & domi. Anto. & dom. Io. de Imo.

Sed reuera hoc dictum in iure aperto non pro-
batur. primò d. l. 2. nihil facit ad rumbum, nam
ibi dicitur quod in teſtibus eſt requirenda fides,
& mores, &c. Et ſi vacillant, non adhibetur eis fi-
des. bonum fuiſſet ergo ad hoc Bar. non allegaſ-
ſe. nec §. ſi ea. probat opinionem: dicitur enim ibi
ſi ea recondicione vt arenarium vel ſimilem per-
ſonam recipere cogitur ſine tormentis, vel eius
teſtimonio credendum non eſt.

Vnde ille text. non loquitur ſimpliciter in
cauſa criminali, ſed loquitur in cauſa, in qua reci-
pitur in teſtimonium teſtis infamis, ſed quæ eſt il-
la cauſa teſtis, non declarat, & eſt crimen læſæ ma-
ieſtatis, in qua dicit eſſe æquatam conditionem
omnium. allegat l. nullus eſt ad l. Iul. maieſta. fa-
cit c. in fidei fauorem, & c. accuſatus. §. licet, de hę
ret. in 6. & cap. per tuas, de ſimo. etiam iuncta glo.
ergo de eo continet caſum ſpecialem, ergo in con-
trarium eſt ius commune. l. ius ſingulare. ff. de le-
gi. cum ſimil.

Et ideo Bar. in l. Caſsius. ff. de Senato. dixit,
quòd infamis infamia iuris non poteſt eſſe teſtis
in cauſa criminali, nec in ciuili. alleg. l. 3. §. lege
Iul. ff. eo. ergo ſequitur, quòd nec etiã in tormen-
tis. allegat idem Bar. in d. l. qui vltimo. qui tex. re-
uera non probat opinionem eius, in verſi. accidit
in pronomine eorum, qui ad beſtias damnantur,
ideo ſeruari ſolent poſt damna, vt ex his in alia
quæſtione habetur. & ibi dicit Bart. quod licet illi
ſint ſerui pœnæ, tamen poſſunt examinari contra
alios ad aliquale iudicium admittuntur ad in-
quirendam veritatem, nõ autem ad probandum,
niſi in cauſa læſæ maieſtatis, hæreſis, & ſimoniæ,
vt dictum eſt. † & cùm capitalia, & atrocia ma- 16
leficia non aliter explanari, & inueſtigari poſ-
ſunt,

ſunt, quàm per ſeruorum quæſtiones efficaciſſi-
mas ad quærendum veritatem æſtimo & haben-
das cenſeo. l. 1. §. ſi ſerui. ff. de queſtio. vt in crimi-
ne capitali & atroci homo liber torquetur in ſub-
ſidium, & ad veritatẽ inquirendam, nõ autem ad
probandum, vt formaliter ſentit ibi text. & ideo
Bal. in l. cunctos populos, dicit quòd infamia iu-
ris repellit teſtes quo ad ſentẽtiam ferendam. Sed
non ad formandam inquiſitionem, vt inde veri-
tas exquiratur, & ad hoc allegat præallegatã l. qui
vui vltimo. & dicit iſta ſentire Barto.

Et ſi dicatur amicè cum Abb. Siculus damna-
uit hic hanc doctrinam Bald. & allegauit contra
eum, c. cùm in iuuẽtute. de præſumptio. & c. qua-
liter & quando, de accuſa. el ſecundo. per quæ iu-
ra dicit patere, quòd dicta non integrè non ſuffi-
ciant ad fundandã intentionem inquirentis, ego
miror de tanto Doctore, quia c. cùm in iuuentute
nõ loquitur de infame infamia iuris denuncian-
te, vt loquitur Bal. ſed loquitur de inimico de-
nunciante, ſeu de ſuſpecto ꝓnunciante, vt patet
in ver. nõ de charitatis radice, & gl. in ver. charita-
tis. Et ita etiam loquitur d. c. qualiter & quãdo, in
ver. nõ à molinoſis, quo caſu inimicus repellitur
indiſtinctè, & eo caſu quo infamis poſſet teſtifica-
ri, vt c. per tuas, de ſimo. & ſuperiùs dixi, & ita etiã
reſpondeo ad c. cùm oporteat, infrà de accuſa. vbi
etiã inimicus nõ poteſt denunciare ad inquiſitio-
nem faciendam: eſt enim exceptio iure naturalis,
vt ſuperiùs dixi, poſſet tamen allegari contra Bal.
tex. in c. cùm in tua, in ver. ſi perſona grauis ſit, cui
fides ſit adhibenda, tibi denunciet, de ſpon. & ibi
gl. colligitur, quòd criminoſus non admittitur ad
denunciandũ crimina, & deſtruxit ille tex. quod-
dam lingu. dictum Goff. in tit. de accuſat. ad ſi. vbi
dicit quandocunq; crimẽ eſt committendum, &
non commiſſum admittitur denuncians infa-
mis, quia in d. c. cùm in tua, videtur tex. in contra-
tium, & ad illum tex. reſponderi poteſt, quod lo-
quitur quãdo criminoſus deueniat ad impedien-
dum matrimonium: non autem loquitur quan-
do teſtes criminoſi excipiuntur ad hoc, vt formet
inquiſitionem iudex, & ex hoc infirmatur ibi di-
ctum Bald. in d. l. cunctos populos, in quantum
dicit, quòd infames infamia iuris in cauſa crimi-
nali admittuntur cum tormentis.

17 Et ex iſtis elicio talem concluſionem, † quòd
infames infamia iuris in cauſa criminali non re-
cipiuntur in teſtes ad probationem faciendam,
ſed ad tale quale indicium, & ad probandum
quod infamis infamia iuris repellitur à teſtimo-
nio. & ita tenuit Bart. in l. Caſſius. quia reuera il-
le § non probat eius dictum: cùm enim ibi alibi
prohibetur per l. Iuliam perhibere teſtimonium
videtur quòd cæteri infames non ſunt prohibiti,
quia prohibitio certorum eſt permiſſio alieno-
rum, argumen. c. nónne, de præſumpt. l. cùm præ-
tor. ff. de iudi. l. maritus. C. de procura. cum ſimi-
libus: nã ſi infames infamia iuris generaliter pro-
hiberentur teſtificari, ad quid l. Iulia prohibuiſ-
ſet certas perſonas connumeratas, ergo fruſtrà
hoc facit, ſufficiebat enim regula generali prohi-
bitione: cùm ergo ſpecialiter prohibuit, ergo ſe-
quitur quòd generaliter eſt permiſſum. faciat etiã
regula, quòd quilibet poteſt facere teſtimonium,
niſi ſpecialiter reperiatur ꝓhibitus. l. 1. §. 1. ff. eo. c.
1. ſupr. eod. cùm ergo. §. lege Iulia prohibuerit in
ſpecie, ergo ſtamus regulæ generali permiſſoriè,
& ſic rectè intelligenti conſonat hæc ſententia
do. Bar. dictum tamen eius eſt verum, & probatur
in l. quæſitum. ff. eo. & in §. ſancimus, in Auth. de
trien. & ſemis. & ſuperiùs dictum fuit latè.

Adde etiam inquantum voluit Barto. in d. l.
cunctos populos, quòd teſtes poſſunt eſſe ita in-
habiles, & infames quòd non admittuntur ſine
tormẽtis, & loquitur de infamia facti, & cum hoc
dicto tranſit tota iuris prudentia.

Tu dicas, & melius eſt, vide eundem Bar. in l.
ex libero. ff. de quæſtio. vbi refert quoſdam dice-
re † viles & ignobiles, & obſcuri & ignoti nun- 18
quam admittuntur ad teſtimonium, niſi cum tor-
mentis alleg. §. ſi verò huiuſmodi. & ibi gl. in Au
then. de teſte. & Azo. not. in ſumma. C. eod. tit. &
in ſum. antiquorum: ipſe verò ibi dicit, ꝙ hoc nõ
eſt benè dictum per l. Diuus. §. fin. ff. de quæſtio.
vbi deportatus in inſulam nõ torquetur, & etiam
ſtant liberi ſicut alij liberi homines, & conſtat eos
eſſe viles & obſcuros. præterea text. in §. ſi verò
ignoti. dicit expreſſè, quòd ad hoc, vt torquean-
tur, requiruntur duo, ꝙ ſit vilis & ignotus. Item
quòd tentet corrumpere veritatẽ, tunc poteſt tor
queri. & concludit ibi tex. viles homines admitti
ad teſtimonium ſine tormentis, non tamen eis ad-
bibetur tanta fides, ſicut alijs. alleg. l. 2. & 3. ff. eod.
ſed illa lex 2. parum facit. poteſt tamen torqueri
ſecundum eum in certis caſibus. primò ſi vacil-
lant, vt d. l. ex libero. & d. §. ſi verò ignoti.

Secundò ſi conuincuntur de mandato l. vnius
in §. teſte. ff. de queſtio. Tertò quando ſpontè va-
dunt ad dicendum teſtimoniũ, vt dicit §. ſi verò
ignoti, in ver. feſtinantes. & ita intelligas do. Bar-
tho. in d. l. cunctos populos. & d. l. Caſſius, de Se-
na. & l. 3. §. duæ cauſæ. ff. ad Carbo. Quicquid Scri-
bentes dixerint hic, & iſta obliuioni non tradas.
Bal. verò in d. l. cunctos populos, latè in hoc in-
ſtat, & cõcludit in effectu, quòd infamia facti repel
lit à criminali, & ſic videtur ſequi dictũ Bar. in ci-
uili admittuntur, ſed minus eis creditur. & proce-
dit gl. in d. l. & in alijs caſibus grauioribus, in qui-
bus requiruntur teſtes omni exceptione maiores.
nota benè hoc vltimũ dictum ſecundũ do. Abb.
quia limitat iſtũ text. & allegat ipſe c. licet ex qua-
dam, ſuprà eo. & cap. 1. de conſang. & affi. tu alle-
ga pro eo quod voluit Bal. in l. parentes. & ſupe-
riùs dixi. C. eod. † vbi maxima cauſa pecuniaria 19
æquiparatur criminali. in alijs verò caſibus admit-
tuntur ad fundandam inquiſitionem, & inſtru-
ctionem, & vt his cõtra quam dixerunt ſubijcian-
tur tormentis. de quo dic vt dixi ſuprà. Do. verò
Cardin. tenet, quòd infamia iuris vel facti indi-
ſtinctè repellit tam in criminali, quàm in ciuili,
& moueor, quia iſta litera loquitur generaliter, &
appellatione infamiæ intelligitur tam facti, quàm
iuris, nec reperitur ius dicens contrarium. alle-
gat quod no. in regula quam infamibus, in 6. non
ob. ſecundum eum iſte tex. in ver. in crimine, quia
non loquitur de infamia facti, ſed de grauatione
opinionis, ſed minus ſe habet, quàm infamia, al-
legat

legat no. Gloſſ. in c. ſuper eo. de conſan. & affini.
Seddo. Abb. tenet hic quòd infamis infamia iuris
repellitur à teſtimonio ferendo, niſi in ſubſidio: Si
vero eſt infamis infamia canonica, & detur perſeue-
rannia repellitur tam à teſtimonio, quàm ab accuſa-
tione de iure canonico, vt ſuperius dictum eſt: Si
vero eſt infamis infamia facti repellitur à crimina-
li, & idem in cauſis grauioribus, niſi quo ad præ-
ſumptionem, vt voluit Bald. in alijs non admitti-
tur. Sed plus, vel minus creditur ſecundum qualita-
tem, vel quantitatem infamiæ, allegat d.c. licet cau-
ſam de proba. vbi dicitur quòd quidam ex illis te-
ſtibus erant malæ famæ, & leuis opinionis: & quòd
modica fides, vel nulla erat eis adhibenda: Vnde
intelligendo illa alternatiua, vel in proprio ſigni-
ficato, videtur ibi caſus de iſto puncto. Item allegat
iſtum tex. in verſic. in crimine: vbi ponit exceptio-
nem in cauſa criminali: ergo in ciuili indiſtinctè
non repellit. Non obſtat ſi dicatur quòd loquitur in
20 grauatione opinionis, ſed in rumore. †Rumor in ſe
habet minus quàm fama infamiæ, vt no. Gloſ. in d.
c. ſuper eo. & Gloſſ. in c. ſi duo 31. q. 8. Nec obſtat
quòd iſte tex. loquitur in princ. indiſtinctè de infa-
mia: quia neceſſario oportet intelligere de infamia
iuris, & non facti: nam infamia facti tollitur à iure,
ſaltem quo ad iuris effectum per emendationem:
ergo hic excipit infames ab eo quod dixerat de e-
mendatione ſequitur neceſſario quòd non loqui-
tur de infamia facti, cũ non debet plus operari præ-
ſumptio infamiæ, quàm veritas: ſed ſi verè commi-
ſiſſet delictum, & fuerit emendatus, non repelletur
à ciuili: ergo fortius ſi ſit infamatus tantum: ergo
loquitur de infamato reſpectu delicti, qui remanſit
infamis ex ſentẽtia vel ipſo facto, quando tale erat
crimen: puta quòd palam exercebat vſuras, vt in l.
Improbum. C. ex quib. cauſis infa. irrog. retuli di-
ctum Abb. qui etiam dicit quòd vſurarius manife-
ſtus poſt emendationem remanet infamis, quod di-
ctum fuit Bal. licet ipſe non alleget in d.l. Impro-
bum: & ſuperius dixit indubitanter doctor excel-
lentiſsimus, & clariſsimus orbe Canõ locutus eſt e-
legannius, & melius locutus eſt in hac re, quàm alij
vſq; ad moderna tẽpora dnmi. meus Inan. de Imol.
hic tranſit cum doctrina Ioannis Andreę & Bart. in
d.l. cunctos populos, & domi. Anto. & ecõtra Bal.
in d.l. Improbum. Et vide eundem Bal. in l. Caſsi-
us ff. de Sena. vbi dicit quòd vſurarius per reſtitu-
tionem vſurarum recipit famam de æquitate cann-
nica. allegat in argu. c. quanquam de vſuris in 6. er-
go poterit promoueri ad dignitatẽ, & aſſumi in te-
ſtem. & ibi Bal. confirmat id quod ſuperius ego di-
xi, tene menti propter eius authoritatem. Quo vero
ad infamem infamia facti an poſsit teſtificari in cau
ſa ciuili relata ſunt dicta ſcribentium hic vt vidiſtis.
Addite quod Iaco. Butri. in d.l. ob carmen. §. pen.
21 dicit quòd † teſtis infamis infamia facti non admit-
titur niſi in ſubſidium, & cum tormentis. Gloſſ. vi-
detur ſentire idem in d. §. ſi vero ignoti in auth. de
trien. & ſemis. Sed hoc dictum quòd torqueantur
non videtur verũ: niſi concurrant ea quæ dicit Bar.
in d.l. ex libero. de quibus dixi ſupra.

Secvnda oppoſitio fuit Glo. in d. §. ſi vero, quę
dicit quòd admittuntur cum tormentis, & iſta non
eſt bona, vt dictum eſt.

Tertia fuit opinio Glo. in d.l. cunctos populos,
quæ voluit quòd infames infamia facti nõ repellan
tur à teſtimonio, & ſi ſubtiliter ponderetur Gloſſ.
in l. 1. in princ. ff. de his qui not. infa. & in l. nullam
C. eod. ſentiunt idem in quantum repellunt infa-
mem infamia facti videtur à dignitate & à iure que-
relandi teſtamentum. cùm ergo non repellet ab a-
lijs actibus, videtur eos includere, & ex hoc poterit
ſolui quæſtio, de qua hic per Ioan. An. de portanti-
bus crucem propter crimen hæreſis an interim ad-
mittantur ad teſtimonium, de quo per Specul. in fi.
de teſte §. 1. verſic. quid de portantibus. & hic per
dom. Anto. ſed quod infamis infamia facti repel-
latur à teſtimonio in cauſa ciuili, videtur in puncto
iuris verius, & hoc ſentit Glo. ordi. in d. l. Caſsius.
& ſi dicatur quòd Glo. ibi loquitur de iudice quòd
ſiue ſit infamis de inre, ſiue de facto repellitur à iu-
dicando: non autem loquitur in teſte, & hoc colli-
gitur ex legibus, quas Gloſſ. hic allegat loquenti-
bus de iudice. & ita dicit Bartol. in l. Caſsius ad hoc
vt Gloſſ. ibi non contradicat Gloſſ. in d.l. cunctos
populos. Quare non obſtat tex. Ibi pariter loquitur
de teſte & de iudice. & Gloſſ. illud colligit ex illo
tex. ergo mens & intennio ſua fuit comprehendere
tam iudicem, quàm teſtem: & ſi de iudice ſenſiſſet,
facile illud expreſsiſſet. c. ad audientiam de deci. c.
maiores de baptiſ. c. in quadam de celebratione
miſſarum. c. Inter corporalia. de tranſla. præl. Glo.
in c. 1. de cle. ægro. lib. 6. ff. ſi men. ſal. mo. l. vnica
ad fin. ff. de cadu. tol. licet Gloſſ. allegauerit leges
loquentes de iudice. Idem in teſte: ex quo. l. eos æ-
quiparat, & etiam æquiparauit text. in l. eadem §. 1.
ff. ad l. Iuli. repe. ergo.

Secundo † pro hoc videtur tex. in d.l. 3. in §. lege 22
in verſic. alij propter notam & infamiam vitæ ſuæ
admittendi non ſunt ad teſtimonij fidem: nam ibi
iureconſultus connumerauit certas perſonas infa-
mes infamia iurls, & poſtea cnncludit alias propter
notam & infamiam vitæ ſuæ: ergo ille. §. intelligi-
tur de infame infamia facti, vt dicit Bartolus. in d.
l. cunctos populos: & l. Quoniam. C. de hæret. er-
go regula eſt quòd infames infamia facti non ad-
mittuntur.

Tertio iudex, & teſtis regulariter æquiparantur,
vt dictum eſt: ſed infamia facti repellit quem à iu-
dicando, vt. l. cùm prætor ff. de Iudi. cum ſi. allega.
d.l. Caſsius. ergo pariforme repellet teſtẽ, nec tex.
in d. §. ſi vero loquitur de teſte infami infamia fa-
cti: ſed de teſte ignoto, & vili. & ibi Gl. ponit exem
plum in carpentarijs, & explanatis.

Quarto videtur teſtis in c. licet cauſam de pro-
ba. in verſi. vſq; adeo malæ famæ, vel leuis opinio-
nis quòd nulla vel modica fides eorum dictis adhi-
bentur: quia in quantum dicit malæ famæ compre-
hendit infames infamia facti: ex quo text. ibi dicit
quòd dicta eorum non erant reprobata erpreſsè: er-
go non loquitur de infamia iuris: quia dictum eius
reprobatur à iure: ideo iſta verba referenda ſunt ad
teſtem malæ famæ: & ſic infames infamia facti, &
illa verba modica fides referuntur ad teſtes modicę
opinionis, qui quotidie mentinntur, vel dicuntur
leuis opinionis: quia omnia facile omnibus credũt.
facit Gloſſ. c. omnibus 2. quæſtione. 5. Ita dicunt
ſcribentes in d.c.

Licet cauſam declarando quis dicatur leuis opinionis etiam videtur caſus pro iſta opinione, licet domi. Anto. allegauerit iſtum caſum pro opinione communi nec.c. tantis Daniel allegatũ per domi. Anto. probat opinionem eius.

QVINTO in d. l. Improbum facit opinio. ſeu di-
23 ctum Bald. vbi dixit quòd † vſurarius pòſtquam reſtituit vſuras, & deſijt eſſe vſurarius remanet infamis, nec poteſt aſſumi in teſtem, nec aſpirare ad dignitatem, & procedit illud dictum eius quoad infamiam facti: ergo ſenſit quòd infamis infamia facti non poſsit eſſe teſtis.

Sexto facit iſte text. inquantum dicit quòd infamia repellit: quia ſequitur ſiue ſit de iure, ſiue ſit de facto. Et ideo Bar. in l. nullam C. ex quibus cau. infa. irrog. quod in caſu illius legis non irrogatur infamia iuris vel facti. ex quo dicit ibi tex. nullam infamiam etiam comprehẽdit infamiam iuris & facti. & ſi allegetur tex. in c. lege verbum. C. eo. vbi licet tex. dicat non inferri vllam infamiam, tamẽ infertur infamia facti: ergo vbi ius loquitur de infamia intelligitur de infamia iuris, & nõ facti, & hoc procedit eo caſu quo lex irrogat infamiam facti: aliàs ſecus.

Septimo faciat d. l. Caſsius vbi quidam fuit factus infamis per decretum iudicis, ita intelligit illam Bal. in d. l. cunctos populos: ſed decretũ Iudicis non irrogat infamiam iuris, ſed facti, quia requiritur ſententia diffinitiua ad infamiam iuris irrogandam vt d. l. nullam, & d. l. verbũ: & ideo interlocutoria non inducit infamiam iuris. l. quid ergo. §. quin immo. ff. de his qui notan. infa. l. hæc verba. C. eo. tit. & l. 1. C. de modo mulctar. & l. 3. §. præterea. ff. de ſuſpec. tu.

Octauo facit tex. in l. 5. ff. eodem vbi dicitur quòd ille admittendus eſt in teſtem qui caret ſuſpitione: ſed eo ipſo quòd quis eſt infamis infamia facti non eſt mundus à ſuſpitione.

Et ex iſtis conclude quòd infamis infamia facti non eſt ad teſtimonium admittendus in cauſa ciuili contra antiquam, & modernam Doctorum prudentiam. poſſent nihilominus hi reduci ad concordiã, taliter quòd eſt quædam infamia reſultans ex crimine: & ideo nullus poteſt aſſumi in teſtem, & ita procedit opinio do. Card. & ſequentium.

24 Eſt † quædam infamia reſultans ex contractu, & tunc infames tali infamia facti poſſunt eſſe teſtes ſecundũ plus, vel minus arbitrio iudicis. & ita procedat communis ſcribentium opinio, & moueor ex dicto Bal. in l. fi. C. mandati, vbi dicit quòd minor eſt infamia quę reſultat ex cõtractu quàm iſta quæ reſultat ex maleficio, & allegat do. Innoc. in c. qualiter & quando de accuſa. tene menti quia eſt noua concordia.

Poſſet etiam dici quòd poſſet diſtingui hoc modo quòd infamis infamia facti poſsit eſſe teſtis in contractu: ſecus in iudicio. moueor pro l. quando. C. de hæretic. primo procedat communis opinio doctorum: ſecundo procedat opin. do. Cardin. & ſequentium.

Vnum tamen tene menti in materia infamium quòd ex diſpoſitione legis vel iuris municipalis aliquis veniat puniẽdus pœna infamię, & ipſe eſt infamis, quòd iudex debet alterare pœnam & imponere ſibi aliam, & iſte eſt tex. multum ſingu. in l. nouerunt. C. vt inter tempus quo tutor. & ibi Ang. illum text. allegauit primo pro ſingu. & Ludo. Roma in l. ſi verò §. de viro. ff. ſolu. matrimo.

Poſſet etiã in tertio articulo dari concordia tertia, quam poſuit Ang. in l. furti ff. de his qui no. infa. vbi dicit quòd infamia facti de iure Canonico repellit à teſtimonio: ſed de iure ciuili eſt ſecus. etiam ſentit Ang. quòd iſte tex. in quantum loquitur de infamia comprehendit infamiam iuris & facti: ſed concordia ſua non eſt ſecura ex eo quod ponit diſcrepationem inter ius canonicum, & ciuile l. crimina veſtra, & c. cum expediat de elec. lib. 6. l. 1. C. de inoffi. do. & per iſta ſit expedita ſecunda pars huius decreta.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa ciuilis appellatione quid veniat.*
Agi de crimine ciuiliter quando dicatur.
2 *Cauſa criminalis quid ſit, & quid mixta.*
3 *Cauſa pecuniaria applicanda fiſco an dicantur criminales. 4.*
5 *Periurus emendatus nunquid in teſtem admittendus. 8. 17.*
6 *Iuramenti illiciti fractor teſtificari nunquid poßit.*
7 *Delinquens in officio ſemper in illo eſt ſuſpectus.*
9 *Contumax non comparendo peccat in duobus.*
Contumacia quælibet an digna excommunicatione.
10 *Periurus an ſit infamis. 13.*
11 *Iuramenti religio an ita de futuro contemni poteſt quemadmodum de præſenti.*
Stellionatus crimine damnatur periurus.
12 *Allegare maiorum auctoritatem ſufficit vbi legem non habemus.*
Periurus qua pœna puniatur, & quomodo contra eum libellus formetur.
14 *Teſtis ſuper principali dicens verum & ſuper connexo falſum an tanquam falſarius puniendus.*
15 *Apoſtata & ſacrilegi quo ad infamiam æquiparantur.*
16 *Periurio grauißima pœna eſt impoſita.*
18 *Periurus eſt infamis infamia ciuili.*
19 *Fidei violator beneficio non priuandus ſicut periurus.*
20 *Emendatum eſſe de crimine qualiter conſtet. 22.*
21 *Confeßio damnati ad furcas presbytero facta nunquid fidem in iudicio faciat. Et an teneatur presbyter ad illius reuelationem. 22.*
23 *Emendatio delicti per quem probanda.*
24 *Infamia facti non cauſatur immediatè.*
25 *Clauſula gratiam tibi facimus in reſcripto poſita cuius effectus ſit.*
26 *Indulgentia non eſt cùm princeps accepta pecunia dicit indulgemus tibi feudum.*
27 *Gratia plenitudo alicui conceſſa quid operetur.*
Diſpenſatio innititur gratia.

Sequitur tertia pars.

NOTA quòd † appellatione cauſę ciuilis non 1
venit cauſa cùm agitur de crimine, licet ciuiliter agatur, ponuntur iſta vt diuerſa & & videtur iſta cauſa eſſe mixta inter ciuile, & criminale. c. tuæ de procu. c. ſuper his ad fi. de accuſa. c. per venerabilem, quaſi ad fi. qui filij ſint legiti. & c. veniens de accuſa.

Quando autem dicitur agi de crimine ciuiliter dic ſecundum Bar. quando agitur ad pœnam pecuniariam

niariam per l. fi. de priua. delict. & addit domi. Anto. parti applicandam. tunc cauſa eſt criminalis. l. fi. de priua. delic. l. prætor. ff. de ſepul. viola. & hoc tenent commnniter docto. licet illud quod tenet Vincen. teneat Gl. in l. ſi quaper calumniam. C. de epiſcop. & cleri. & quòd cauſa ſit criminalis quando applicatur fiſco etiam ſi ſit pecuniaria, ſequitur Ioan. de Imo. & dicit Gloſſ. ſingu. iuncto. tex. in l. 3. quæ incipit Prætor præalle. & quod no. Barto. in l. Agraria ff. de termi. moto. & allegat Inn. in c. qualiter & quando de accuſa. Ideo dicit Bart. poſt Iaco. Butr. In l. cauſas, vel lites. C. de tranſactio. vbi eleganter hoc tangit, & deuenit in banc concluſionem quòd cauſa ciuilis eſt cuius finis eſt commodú partis & intereſſe priuatum.

2 † Cauſa criminalis eſt cuius finis eſt intereſſe publicum, vt vtilitas publica. Cauſa mixta quæ participat de vtroque. ex quo concludit quòd vbi pœna applicatur fiſco cauſa eſt criminalis: quia ita intenditur vindicta publica per pecuniariam pœnam, ſicut per pœnam corporalem afflictiuam, ſeu per pœnam infamiæ, & alle. d. l. 3. Si vero pœna applicatur parti, dicitur eſſe cauſa ciuilis, & ita reſidet: ſed domi. Abb. in præallegata. rubri. Amplius. & magis dilatauit fimbrias in hoc puncto, & refert opiniones.

Prima eſt, ſi pœna pecuniaria venit applicanda fiſco iudicium fuit criminale. ſi parti, dicitur ciuile, vt voluit Gloſſ. in d. l. 3.

Secundá opinio fuit quòd ſi venit imponenda pœna pecuniaria cuique applicetur ſemper dicitur iudicium ciuil. ſi vero venit imponenda pœna corporis, ſemper dicitur cauſa criminalis, vt d. Gloſſ. ſi qua per calumniam. C. de epiſco. & cler. & no. in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. vio. & in l. 1. C. quando, & à quibus.

Tertia opinio fuit, vt ſi agatur de crimine ſemper dicitur criminaliter ſiue pœna applicetur fiſco, ſiue parti: & iſtam opinionem tenet Gloſſ. in l. lex Cornelia. ff. de ſepul. viola. tenemenri & iſtam eſſe communem opinionem. Sed domi. Abb. dicit quòd contra prædictam opinionem eſt text. in c. per tuas de ſimo. quem text. allegauit pro ſingu. in c. ſuper his. de accuſa. vbi agebatur de crimine ad priuationem beneficij: & tamen dicitur agi ciuiliter ibi. nec applicatis. ibi pœna parti. & ideò dom. Abb. in prȩallegata rubrica dat aliã doctrinam videlicet quòd tunc propriè agitur criminaliter directa, ſcilicet quando vitæ crimen deducitur in iudicium, vt puniatur acrius quàm poteſt etiam vt imponatur pœna ordinaria. ſiue pœna applicetur fiſco, ſiue parti: quia debemus conſiderare illud: quia principaliter agitur, & illud quod deducitur in conſequentia l. 1. & l. quod dicimus. ff. de auto. tuto. Aut crimen non deducitur ſic directa via, vt ſupra eſt dictum, & dicitur tunc agi ciuiliter, quaſi criminaliter, & verba dicuntur tunc ciuiliter intelligi quando non ſit amara interpretatio. Vide Baldum in l. ſi qua per calumniam, vbi ſequitur per communem opinio-

3 nem: & inducit elegantem quæſtionem dicens † Papa contulit tibi omnes cauſas ciuiles, quæ verſantur in tali caſtro, quòd non videtur contuliſſe cauſas pecuniarias applicandas fiſco: quia dicuntur cauſȩ criminales.

Tv vero adde in quantum domi. meus allegauit pro ſingu. Gloſſ. in d. l. 3. quam Gloſſ. habes in l. aut damnum in princi. ff. de pœnis, & Inſtitu. de publi. iudi. in prin. & l. fi. ff. de priua. delic. & l. 2. & fi. ff. ad l. Iul. repe. in rubri. ff. de vulga. & pupilla. & has Gloſſ. allegauit pro elegantibus textualibus doctor domi. Nico. de Neap. in l. Gaius. ff. ad Silla. & ibi eriam dicit audiuiſſe quoſdam allegare pro ſing. in d. l. ſi qua per calnmniam: ipſe vero allegat duas alias videlicet l. his qui perditi ſunt ad d. l. Iul. pecu. d. l. 1. c. ex publico Ro. libro 10. Adde etiam quòd Bald. & miror de domino Abb. qui non allegauit Fede. de Se. conſi. 23. vbi dicit quòd ſi agitur contra clericum, vt priuetur beneficio propter crimen quòd tunc canſa non dicitur criminalis, & illo caſu additur laicus contra clericum ſuper crimine, vt in c. tam literis, & c. ex parte ſupra eod. dicit enim quòd iſto caſu poterit interuenire procurator. c. ſuper his de accuſa. & dicit ibi ſingulariter quòd licet in libello iſto caſu quis vtatur verbo accuſo: non tamen ideo eſt accuſatio: ſed attenditur finis ad quem accuſatio intentatur, & eins concluſio: quia non eſt nouum quòd præcedentia reſtringantur per ſequentia. l. nam quod ff. de pœnu lega. ſecus ſi ageretur ad depoſitionem: & ſic illud dictum Abb. eſt verum. & quando agitur de crimine ad priuationem dicitur agere ciuiliter ſecundum communem opinionem hoc non meruit allegari. tamen reuerentia ſua quia non agitur de pœna applicanda fiſco, vt loquitur communis opinio.

Adde † etiam quòd videtur verior opinio quòd 4
vbicunque cauſa eſt pecuniaria, ſiue pœna applicetur fiſco, ſiue parti, cauſa ſemper eſt ciuilis, & de hoc allego Gloſſ. quæ ſennt hoc in c. decernimus de iudi. ſecundo allego tex. rotundum in l. Gaius. ff. ad Silla. in verſicu. nam veniebat applicanda fiſco, & ibi dicitur quòd accuſatio eſt pecuniaria etiam ciuilis, & ideo communis opinio confunditur per illum tex.

Poteſt ſic diſtingui quòd ſi cauſa eſt criminalis, & pœna eſt alterata vt pecunia, & agitur de crimine, ſiue applicetur illa pœna parti ſiue fiſco cauſa dicitur criminalis. pone exemplum in homicidio quando ex forma ſtatuti ponitur pœna pecuniaria homicidio, vt per Bart. in l. 1. ff. de publ. iud. dixi latè in repetitione rubricæ de homicidio: Aut cauſa eſt cuius pœna applicatur fiſco, & deſinit eſſe ciuilis: non deſinit eſſe ciuilis ex quo pœna applicatur fiſco. & iſte eſt tex. in d. l. Gaius: Aut cauſa eſt criminalis, & agitur de crimine ciuiliter, & pœna nulli applicatur, cauſa eſt ciuilis. Ita loquitur tex. In d. c. per tuas. verſi. Non applicetur fiſco. & ex his habes concluſionẽ quando cauſa dicitur ciuilis, & quando criminalis.

Nota quòd † licet periurus ſit emendatus nec re- 5
maneat infamis: non tamen admittitur in teſtimonium. hoc apparet cum hic tex. loquitur in emendato, quem non comitatur infamia: & poſtea excipit periurum, ſequitur quòd periurus non eſt infamis: quia exceptio fit ex regula, vt eſt tex. in l. nam quod præallegata: quem ad hoc allegauit pro ſingu. in commento. l. filio præterito. ff. de iniuſt. teſta. facit l. 1. ff. de re iud. Facit. §. vt autem. de non alie. in aut. non tantum. ampliat regulam, vt ſub illa

veniant quæ ſui natura non veniunt, vt probatur in
l. quæſitũ. §. denique ff. de ſund. inſtru. l. generali-
ter. §. vxori. ff. de vſuſru. lega. & ibi Bartol. c iun-
ctura de ſepul. & ibi per do. Ant. & habetur in l.
pediculis §. idem cum quæreret. ff. de au. & arg. leg.
& c. dominus. 92. q. 7. Et ex hoc videtur hic caſus
de eo qui dubitauit Gl. in l. 3. §. lege. ff. eo. vbi quę-
rit, quid de eo qui iã deierauit, an poſsit poſt pera-
ctam pœnitentiam in teſtem admitti. & Io. Gloſſ.
putauit eum remouere, ex quo ſemel fuit malus l.
fin. §. 1. ff. de accuſa.

Qvidam poſſe teſtificari putauit quaſi ſit in
integrum reſtitutus: poſtea concludit quòd non
poterat aſſumi in teſtem, & longè mirandum eſt de
Accurſ. ſummo vertice, vt iuriſconſulti vtar verbis
in l. ſcire oportet §. 1. ff. de excu. tuto. quòd non al-
legauit caſum ibi expreſſum. & ita miratur hic de eo
Io. de Imo.

Sed circa hoc quæritur an procedat in quolibet
tranſgreſſore iuramenti. Hoſt. inſtat, & tandem ip-
ſe Io. An. concludunt diſtinguendo inter licitum,
6 & illicitum iuramentum, vt † violans iuramentum
licitum indiſtinctè repellitur à teſtimonio, ſiue iu-
rauerit de præſenti, ſeu præterito vel de futuro, &
pro hoc faciat: quia tex. iſte videtur repellere quẽli-
bet periurum, ſiue iurauerit ſimiliter falſum ſiue
non. Si non ſeruat iuramentum periurus eſt: ſi vero
iuramentum fuerit illicitum, concluditur quòd nõ
expellitur à teſtimonio, nec inſamat.

Dicit Hoſt. communiter teneri pro docto. quòd
iuramentum temerarium nõ repellit à teſtimonio,
nec à dignitate: etiam de iure putat verum in eo
quòd pœnituit, & remittit ad ſummam in § 2. verſi.
fama. & excipitur. ſi autem eſt dubium an iuramen
tum ſit licitum, vel illicitum: tunc idem & ſi fuiſſet
licitum: quia non debuit venire contra propriam
authoritatem. c. venerabilem de elect. Et ſi quiſ-
piã dixerit: Vnde oritur iſta ſpecialitas in periurio,
cum ſecus ſit in alijs criminalibus grauioribus: ſuſ-
ficit enim quòd ſi quis fuerit emendatus in primo
dicit Io. An. poſt Goff. quòd in teſte pura & ſim-
plex requiritur veritas 3. q. 7. c. pura. iuramentum
eſt confirmatio veritatis. c. & ſi Christvs de iure-
iur. ſed nihil eſt veritati ita contrarium, quàm falſi-
tas, quæ eſt inuitatio, vt in authen. de inſtrum. cau.
in prin. & ideo dicit Bal. in commento. l. falſus. C.
de fur. quòd falſus peccat in iure naturę. dicit etiam
Io. An. quòd periurus certo reſpectu vincit homi-
cidam 22. q. 1. illis. Item dicit hoc maximè proce-
dere quando quis committit periurium in teſtifican
7 do: † Nam ex quo quis ſemel deliquit in illo officio
ſuſpect⁹ eſt ſemper in illo. l. ſi aliquid. C. de ſuſcep.
libr. 10. & eſt text. in terminis noſtris expreſſus in c.
quicunque 11. q. 1.

Sed contra hoc c. oppono de ſuperfluitate. ſuſ-
ficiebat enim excipere infamem, cum quilibet pe-
riurus ſit infamis, vt c. infames 6. & c. conſtituimus
3. q. 5. ſecundum Canones quilibet periurus eſt in-
famis, vt in contrarijs allegatis: ſecus ſecundum le-
ges, & ſi periurus fuerit damnatus, vt l. fin. C. de
crimine ſtellio. in caſu. l. ſi quis maior. C. de tranſ-
actio. vbi text. loquitur de v niente contra tranſa-
ctionem iuratam: ſed propte hoc nõ ſoluitur con-
trarium. Ioan. And. apertè non tangit contrarium,
nec ſoluit: ſed ex text. colligi poteſt illud quod di-
ctum eſt. ergo quòd periurus nõ eſt infamis, & cum
hac opinione tranſit dom. Anto. & putat periurum
infamia canonica etiam repelli à dignitate, vt d. c.
infames, & ita dicit ſe audiuiſſe allegare Fede. de
Sen. 29. & 33. & 15. quoad infamiam iuris dicit ſe-
cus ſi veniat contra iuramentum firmans pactum.
Vt d. l. ſi quis maior quæ loquitur hoc caſu. Vn-
de cum illa lex ſit pœnalis eſt reſtringenda de pœn.
diſ. 1. §. pœnę. l. cum quidam ff. de lib. & poſth. nec
eſt verum ſecundum eum quod quidam dixerũt iu-
ramentum in ſe habere pactum. alleg. c. debitores
de iureiur. Reuerendus domi. Cardinalis tenet hic
indiſtinctè quòd licet periurus ſit infamis infamia
ciuili ſecũdum Canones per iura ſuperius allegata.
& ad iſta reſpondet quòd non facit vbi per contra-
rium: quia ceſſat cum habemus iure expreſſum arg.
l. 2. C. de cond. inſer. & l. conuenticulam. C. de epi.
& cler.

Sed domi. Abb. dicit quòd † illa iura contradi- 8
centia ſunt intelligenda canonicè quod patet qui
omnibus peccatis mortalibus inuolutos illi cano-
nes appellant infames, quod ſonaret in abſurdum
euidentiſsimè ſi intelligemus illa iura de infamia
ciuili: nam ſequeretur ex hoc quòd ſemel inuolutus
in peccato mortali nũquam amplius celebrare poſ-
ſet, nec officium ſuum exercere, niſi reſtitueretur
per Papam iux. no. in c. ſi. de tempo. ordi. Et quòd
iſta iura intelligantur de infamia canonica, hoc ſen
tit expreſsè Gloſſ. in d. c. quicunq; 6. q. 1. quæ quidẽ
infamia tollitur per pœnitentiam. & Glo. in c. que-
relam de iureiura. etiam nunc ad text. c. peruenit de
fide inſtr. conatur reſpondere qui relata ad text. de
eo qui venit contra petitionẽ iuratam, & concludit
quòd ſecundum leges ciuiles, aut quis iurat de præ-
terito, aut de præſenti, & non efficitur infamis: ſe-
cus ſi iurat, & ei cum quo contraxit etiam debet lo-
qui de l. ſi quis maior: nam in hoc plus deliquit quã
ſi feſellerat reum & proximum, & allegat Gloſſ. &
Barto. hoc voluiſſe in l. Lucius. ff. de his qui notan.
infa. facit l. 2. & fin. ff. de crimi. ſtellio. ſentit Ioan.
de Ligna. etiam hoc Archi. 15. q. 6. & c. paruuli 22.
q. & idem per omnia iura de iure canonico dicen-
dum ſecundùm eum: quia non reperitur contrari-
um, & materia eſt pœnalis, qui modo ius canonicũ
ſi huic literæ nulla violentia inferatur: quia fru-
ſtra expreſsiſſet quilibet periurus eſſet infamis ſe-
cundum Canonem. & ita reſidet hic tantus doctor,
& pro ratione ſua in quantum dicit quòd veniens
contra iuramentum, & conuentionem delinquit in
duobus. facit illud quod ſingulare ſolet dici in con-
tumace omnino non comparente, & de contumace
non obediente.

Nam licet † quælibet contumacia etiam mini- 9
ma eſt digna excommunicatione, vt Gloſſ. ſingu.
in c. ſi duo. 96. diſti. facit illud quod conſueuit no-
minari per Gl. in l. In accuſationib. ff. de iudi. q̃ An.
dicit eſſe meliorem de corpore iuris: nam cõtumax
non comparendo peccat in duobus: quia non com
paret, & quia non obtemperat ille qui eſt contumax
in non obtemperando delinquit in vno: ideo miti-
us agitur cum illo. Ita fuit doctrina ſolemnis & ſin-
gularis in c. 1. ſupra de iudi. Vide tex. & Gloſſ. in c.
cum haberet de eo qui duxit in matri. quam pol.
per

peradulte. Quæ facit pro ratione Ioan. de Ligna.
& facit c. quoniam frequenter ad ſi. vt lit. non con-
teſta. & propter hoc non procedat. & propter hoc
patet intellectus ad multa iura dicentia neminem
excommunicandum niſi propter crimen, & tamen
nimia contumacia eſt digna excommunicatione.
homo tamen non eſt propter aliud. niſi quia in
duobus peccauit ſecundum do. Io. de Ligna. bic qui
tangit tam in notabilibus iſtius capituli, quàm eti-
am ſuper Glo. in verbo periuri Gloſſ. iſtam ſentire
quòd periurus non ſit infamis infamia iuris, niſi in
caſu d. l. ſi quis maior. poſtea refert in d. c. quicun-
que facere differentiam inter iuramentum de præ-
terito, & de futuro ſi committitur periurium in iu-
ramento de futuro ſit infamis: ſecus in iuramento
de præterito, & hoc refert & ſequitur Barto. in d. l.
Caſsius: quia ſi ſit iuramentum de ſuturo parti, ſe-
cus ſi ſoli Deo: & dicit hanc opinionem non ſore
veram per iſtum text. ex eo: quia periurus non eſt
10 infamis. Ideo dubitat bic Vincen. quòd † non eſt
infamis. ſecundum leges vero infamia iuris, niſi in
caſu d. l. ſi quis maior. ſi quando venit contra tranſ-
actionem ſeu conuentionem iuratam, & requirun-
tur ſcilicet quòd contra conuentionem iuratam al-
legat Gloſſ. in authen. ſemitas militares. colla. 5. &
ſic non videtur ſufficere quòd veniat contra iura-
mentum tantum, vt ſi iurauit aliquid dare vel face-
re non procedente conuẽtione: licet iurauerit par-
ti: licet Barto. alias ſenſerit. Et not. bene ſecundum
eum in d. l. Lucius, eo quia iuramentum ſecundum
leges aliter de ſe non eſt obligatorium. l. ſi quis pro
eo. ff. de fideiuſſo. & ita reſidet.

Sed tanti patris ſalua ſemper reuerentia Imol.
Barto. non ſentit illud quod ipſe refert, immo ſen-
tit contrarium, dum allegat d. l. ſi quis maior. & idẽ
ſentit Gloſſ. in d. l. ſi Lucius, quam dicit eſſe ſin-
gularem, & ad hoc vnicam. & idem ſentit etiam Gl.
ordi. in d. c. quicunque in quantum allegat in l. ſi
quis maior. & idẽ ſentit Gl. in d. l. Lucius. & bene
facit Gloſſ. in l. quæ ſub conditione. Angel. vero
Peruſinus in præallegata. l. Lucius ſequitur Gloſſ.
ibi: & Gloſſ. in d. c. quicunque dicit quòd eſt ipſa
veritas, & reddit rationem: Quare non creditur in-
fami quando iurat de præſenti, vel de præterito:
quia ex quo iurando periurat non eſt contempta
religio iuramenti: ſed ſi iurat de futuro, & periurat
eſt infamis in quantum iuramentum fuit ordina-
tum ad obligandum illum.

TERTIO allegat ſolum Deum habere vltorem l.
2. C. de iureiur. ſed certè ita contemnitur religio iu-
11 ramenti ſi contemnatur religio de præſenti † ſicut
de futuro, & ideo domi. Abb. erat melior: ponde-
ra tamen ſi poteſt aſsignari iſta ratio: quia ex quo
iſta materia eſt babilis ad delinquendum, vt in au-
then. de mona. §. ſi vero. & §. ſi quis igitur. & no.
in c. 1. 12. q. 1. ideo ad hoc vt quis magis ſe abſtineat
à periurio voluerunt iura quòd infametur quando
iurat de futuro veniendo contra conuentionẽ ter-
tij: & ideo iuramentum de ſuturo remittitur. vt ha-
betur in l. qui ſub conditione. ff. de condi. inſti. vi-
de ibi per Petr. vltramon. & Nicola. de Neapol. &
addit ibi Angel. quòd licet non ſit infirmus corpo-
re quòd ſit periurus: tamen ſi de periurio accuſatur,
& condemnatur notatur per ſententiam & infama-
tur, ac ſi doloſè periurauerit: Nam damnatus de pe-
riurio eſt damnatus crimine ſtellionatus, vt in d. l.
final. & damnatus de tali crimine eſt infamis eo
quòd falſum dixit. deinde infamabitur cùm con-
demnabitur.

Et addit vnum dictum Iaco. Butr. dicens falſum
ſuper ſacto principali: tunc debet puniri de ſalſo:
ſecus ſi ſuper dependentijs: tunc non incurrit fal-
ſum, licet mentiatur, & tunc non punitur de crimi-
ne ſtellionatus, & ponit exemplum ſi negat ſe eſſe
coniunctum producentis, quod dicit eſſe notan-
dum: quia ſecundũ leges non probatur, & dicit ſuf-
ficere authoritatem Iaco. Bu. facit tex. ſingu. in l. ſi
idem cum edem. §. fin. ff. de iuriſd. om. iudicum. &
ibi dicit Ang. per illum tex. quòd vbi non habemus
legẽ † ſufficit allegare authoritatem maiorũ, quod 12
eſt bene notandum. & idem Ang. in auth. ſi ſœmi-
nas. tenuit dictum illius gloſę dicta l. Lucius. & idẽ
Ange. in l. nullam C. ad legem Iuli. maieſta. Idem
ſequitur, & dicit ibi cautum debere notarium in
ſormando libello contra periurum, vt dicat quòd
peierando dolum commiſit, & ideo de dolo petat
eum puniri, & per hoc patet quòd periurus punitur,
vt habetur in d. l. ſi quis maior. & l. ſi legatarius ff.
de dolo. Item remouetur à dignitate & teſtimonio.
l. quoties. C. de digni. libro. 12. Item punitur pœna
hic ictu fuſtium. l. duo patroni §. vltimo. ff. de iu-
reiur. Item punitur pœna exilij l. fi. ff. de crim. ſtel-
lio. Item punitur pœna capitis in authen. vt non lu-
xu. contra naturam. Item punitur pro metu princi-
pis ratione contemptæ Religionis l. 1. C. de ſumma
Tri. Item punitur pœna l. Corneliæ de Sica. quem
tex. allegat Bal. in l. 1. §. furtũ de paceiura. firman.
in vſibus feudorum: & hanc communem opinio-
nem ſequitur Bald. in d. l. ſi quis maior, vbi dicit
quòd ſi quis iurat obedire rectori: non tamẽ ipſo iu-
re eſt infamis, quia non iurat ſupra contractum: er-
go ſtabimus ſententiæ latæ ritè, ſi quis quandoque
alterius dolo in famiam incurrit. l. 1. in prin. ff. de his
qui notan. infam. & ita ſequitur ibi Bartol. de Sali-
ce. Vide Ioan. Cald. in titu. de iureiura. in conſilio
ſuo in 6. vbi quærit an periurus ſit infamis. allegat
illum tex. quod non eſt. Arcbi. in c. quicunque vbi
contra conuentionem vel pactum iuratum venerit,
vt d. l. maior. dicit tamen quòd aliqui intelligant
ipſam legem quòd per ſententiam & non ipſo iure
efficitur infamis.

ET ſic reſultat ex prædictis concluſio indubita- 13
ta quòd † de iure ciuili periurus non eſt inſamis, vt
in caſu d. l. ſi quis maior: ſed de iure Canonico eſt
dubium vtrum periurus ſit infamis indiſtinctè in-
ſamia ciuili: quòd autem ſit infamis infamia Canonica
omnes ſcribentes ſunt concordes: & ideo erit accu-
ratè videndum, Vtrum dicta d. Card. dicentis ſe-
cundum Canones iſte infamis infamia ciuili.

Et antequam aggrediar ad ea alleg. Ang. elegan-
ter dictum Iaco. But. Bald. in l. ſi duo patroni. §.
Idem Iul. ff. de iureiur. vbi dicit quòd ſi teſtis ſuper
artificio deponit verum, ſed extra artificium depo-
nit falſum, an vitietur dictum ſuum, & videtur
quòd non eſt periurius cum extra artificium depo-
nit non iuratus allegat quod no. Inn. in c. fraterni-
tatis de hæreti. Iac. Bu. in d. l. Lucius, & addit quòd
teſtis non videtur dicere extra artificium ſi deponit

ſuper dependentibus, & connexis, vel ſuper comi-
tantibus, & ſuper loco & tempore, allegat c. per tu-
as ſupra eo. & Spec. eo. tit. §. ſequitur. verſi. illud. &
allegat text. in d. l. ſed ſi poſſeſſori in pri. ff. de iure-
iur. vbi iurando ſuper articulo principali videtur iu
rare ſuper connexo: ergo dictum Ange. cum reue-
rentia non procedit: quia eo ipſo quòd teſtis dixit
falſum ſuper dependentijs ex articulo videtur iu-
ratus depoſuiſſe: ergo tanquam teſtis falſarius erit
puniendus: niſi diceres ex quo teſtis dixit verum ſu
per principali, & ſuper cõnexo falſum, punitur pœ-
na minori etiam extraordinaria: & ideo tene menti
dictum eius: quia puto veriſsimum.

ET VIDE etiam Bartol. in d. §. Item Iulia. vbi
14 dixit † aut teſtis iurat dicere veritatem ſuper articu-
lo, & non valet in eo quod debet extra articulum:
quia in eo deponit vt iuratus. l. iuriſiurandi. C. eo.
Aut iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa: & tũc
ſi illud quod dicit faceret ad cauſam, valet dictum
eius: qui deponit ſuper eo, ſuper quo iurauit allegat
quod not. in l. momentaneũ. C. de legi. perſo. Et
Specul. in in titul. de teſte. §. 1. verſi. fin. Item quid
deponunt, vide ibi per eum, & per Barto. in l. 1. ff. ſi
cert. peta. & pro diſtinctione Bar. tu allega. tex. in c.
cum dilecti: de accuſa. Adde Io. Calderi. in quan-
tum dubitat an periurus admittatur in caſu d. l. ſi
quis maior: quia immo ipſo iure: quia ibi dicitur a-
ctione priuata etiã loquitur in præterito: ratio, quia
dicit omnia corum mox cõmoda: quia dictio mox
importat actum ipſo iure. ita probat Gloſſ. relata
ad text. in l. 1. prouidendum. verſicul. careat. C. de
poſth. & ſuperius dixi tunc: quæſtionem aggredia-
mur. Et videtur quòd quilibet periurus eſt infamis
de iure Canonico infamia ciuili. Et primo allego
Gloſſ. 16. q. 6. quæ dicit quòd Papa in nullo iura-
mento diſpenſat niſi quoad hoc, vt periurus non ba
beatur infamis.

Idem ſentit Gloſſ. in c. venerabilem in verſicul.
periurum ſupra. de elect. & in c. ſi periurus de iure-
iuran. lib. 6. & c. quanco eo. tit. licet ſcribentes hoc
allegent Glo. in d. c. Querelam, & d. c. peruenit ſu-
pra eo. & eſt benè ponderandum: quia Gloſſ. in l.
fi. C. ex quib. cau. infa. irrog. voluit quòd ſecundũ
Canones ſi omnis qui eſt in peccato mortali eſt in-
famis, ſequeretur ergo ex hoc quòd Canones nõ fa-
cerent differentiam in hoc in eo qui eſt conſtitutus
in peccato mortali, & in eo qui eſt periurus, quod
non eſt dicendum: quia certo &c. Vincit homici-
dam, vt dictum eſt ſupra.

15 Secundo tex. ibi dicit c. Infames 6. q. 1. † Quoad
infamiam æquiparat apoſtatas, & ſacrilegos ſciens
capitalibus criminibus necaturos: ſed illi ſunt infa-
mes infamia ciuili, & per conſequens puniti ſecun-
dum Canones erunt infames infamia ciuili. Et ita
formaliter dicit text. in c. conſtituimus 3. q. 5.

Tertio facit text. & ratio in cap. ſi quis coniun-
ctus 22. q. 5. in ver. hi vero, qui in periurio conclu-
ſiſſe probantur, poſtea boni à teſtimonio ſunt re-
mouendi, & ſecundũ leges ibi infamia notabuntur
vbi allegantur caſus formales quòd periuri ſecun-
dum canones ſunt infames infamia ciuili. Et iſtam
partẽ tenuit Collectarius in cap. conſtitutus ſupra
de tranſact. vbi dicit quòd violatione iuramenti eſt
infamis.

Quarto non poſſum conſiderare quò modo
conſtitutus in peccato mortali ſit infamis in ſamia
Canonica, & periurus de iure Canonico ſit ſolus in-
famis infamia Canonica: hoc dico propter acerbi-
tatem ſceleris, quæ eſt in ipſo periurio.

VNDE textus in capitulo prædicandum eſt vt
periurum fideles caueant & ab hoc ſummopere ſe
abſtineant ſcientes hoc grande ſcelus & in lege, &
in prophetis, & in Euangelio prohibitum eſt. Au-
diuimus hoc ſcelus quoſdam paruipendere 22. q. 1.
& eadem cauſa. 1. q. 2. periurij grauiſsima pœna eſt:
† Sed ex impoſitione pœnæ arguimus grauitatem 16
delicti c. non afferamus 24. q. 1. & facit l. teſtamen-
to Centurio. ff. de manu teſta. Nam ſi ſacri Cano-
nes imponunt grauiſsimam pœnam periuro: ergo
ſequitur quòd non eodem modo cõſtitutus in pec-
cato mortali erit infamis infamia Canonica cum
ipſo periuro: immo dicere poſſumus periurum eſſe
infamem ſecundum Canones infamia ciuili, ex quo
pœnam grauiſsimam meretur. Sed lege ciuili pœ-
na grauiſsima intelligitur mors. & audiui ad hoc al-
legari Gloſſ. ſing. in l. 2. C. de enuc. Sed eſt alia in l.
1. ver. grauiſsima pœna. & ibi Gloſſ. exprimit, id eſt
mortem. C. venu. Salua ſigna. & in l. 1. C. de ſedi-
tio. verſic. grauiſsima. & no. domi. Petr. de Ancha.
in conſ. 20. Et facit l. ſi quando verſicu. grauiſsimis
ſupplicijs. C. de bo. vacan. lib. 10. & tex. in l. nefan-
diſsimam. C. ſi nup. contra reſ. pr. & l. fi. in ver. gra
uiſsimis pœnis. C. de epiſ. & cle. & de boc verſi. gra-
uiſsima vide tex. in c. prudẽtia. §. adijcimus. in ver-
ſi. grauiſsimè arguendo. & de offi. deleg. Et ſi non
eſt mirum ſi ſit infamis infamia ciuili de iure Cano-
nico. facit. c. cum non ab homine de ind. ibi cri-
men bomicidij & crimen adulterij æquiparantur,
vt no. Gloſſ. in d. c. Querelam. ſi ſubtiliter ponde-
retur loquitur de eo qui venit contra conuẽtionem
& iuramentum: nam allegat argum. d. l. ſi quis ma-
ior. ergo mens Gloſſ. non fuit loqui de periuro ve-
niente contra iuramentum, & conuentionem: quia
allegaſſet. l. ſi quis maior in argum. quia dico im-
mo ibi ſore caſum, neĉ iſte tex. probat communem
opinionem. Nam hic ſumitur regula in hoc quòd
† emendatus de crimine peracta pœnitentia, ſi e- 17
um non comitatur infamia admittitur in teſtem,
& ab iſta regula fit exceptio hoc modo ſi periurus:
licet ſit emendatus non admittitur: quia ex quo ſe-
mel deierauit, præſumptio eſt quòd deierabit, vt vo
luit Gloſſ. in l. Quoniam cum vno. §. in nomine.
ff. de re mili. & in d. l. Lucius, & d. l. 3. §. lege. ff. eo.
& tex. in c. paruuli 22. q. 5. Et in boc ſumitur regu-
la, & ab iſta ponitur exceptio in periuro, vt licet ſit
emendatus: tamen non repellitur, ex quo per a-
lia iura ſtatutum eſt contrarium: vt dicit dominus
Cardinalis.

PRAETEREA faciat infamis repellitur à teſti-
monio, vt bic: ſed periurus repellitur à teſtimo-
nio: ergo periurus eſt infamis. Et ſi dicatur, Ami-
ce non ſequitur conſequẽtia: quia multi repellun-
tur à teſtimonio qui non ſunt infames, vt ſunt at-
tinentes, inimici & ſimiles. Et ideo Gloſſ. in d. c.
conſtitutus dixit finem illius Gloſſ. non referri ad
omnia præcedentia inquantum loquitur ibi de at-
tinentibus & ſimilib. quia reſpondeo licet clauſu-
la ibi appoſita non referatur ad illos: eſt per hoc:
quia

quia non ſunt criminoſi: ſed periurus eſt criminoſus ex eo quòd committit grande ſcelus, vt dictum eſt, & meretur puniri pœna grauiſsima: ergo ſequitur etiam quòd periurus erit infamis ſecundum Canones infamia ciuili.

Nec obſtat cum dicit domi. Abb. quòd ſequitur
18 abſurdum videlicet quòd † exiſtens in peccato mortali debet reſtitui per Papam: quia nó ſequitur quia magis aggrauat periurium, quàm peccatum mortale vt ſuperius dictum eſt.

Et ex iſtis etiam elicitur concluſio hic quòd periurus eſt infamis infamia ciuili ſecundum Canones, vt voluit Collectarius, & domi. Cardi. contra antiquam, & modernam iuris prudentiam, & facit Gl. in c. ipſi Apoſtoli 2. q. 7. quæ ſentit quod periurus eſt infamis, & ita ſentit ibi Do.

Pondera tamen ſi poſſet reduci ad concordiam hoc modo: Aut loquimur in laico periuro, & tunc ſecundum Canones eſt infamis infamia Canonica & non ciuili: & iſto modo procedit quod dixit Collectarius, & dom. Cardinalis, & ad hoc moueor per ea quæ habentur in d. c. querelam, tene menti quia eſt nouum.

Sed poteſt quiſpiam dicere quid fide rupta an ſicut veniens contra iuramentum incidit in infamiá, an ita veniens contra fidem, & Glo. in l. pignore. §. poſt diſtractionem. ff. de pigno. act. dicit quòd condemnatus à fide rupta dicitur infamis.

SED de iuramento non loquitur an ſint paria iuramentum, & fidei præſtatio. Archi. in c. iuramenti 22. q. 5. refert Bernardum Io. Roſti. tenere quòd ſic in cap. querelam ne præla. Vices ſuas. ipſe vero contra: quia licet omnia iſta poſſent dici iuramenta ſci-
19 licet præſtare fidem † & dicere ſic Deus me adiuuet: & ſic grauius veniens contra iuramentum, quàm contra fidei præſtationem: ex quo inſert quod ruptor fidei non venit priuandus beneficio ſicut periurus, & id etiam ſentit Archi. in c. 1. de ſepul. in 6. Et facit quod in ſimili no. Glo. in c. pen. de iureiu. Et ſequitur domi. Anto. in ca. querelam de iureiur. Et ſequitur Io. de Imol. & eandem tenent Domini de Rota, quos refert do. Gaſpar de Cald. in cap. ad aures, quod met. cau. & c. 2. de ſpon. Et idem ſequitur ibi in c. conſtitutus de tranſac. ſed Gloſſ. ord. in cap. peruenit de fideiuſſo. dicit ita eſſe infamem venientem contra fidem præſtitam, ſicut venientem contra iuramentum. Idem tenuit in c. fin. ne præla. Vices ſuas. Et facit quod voluit in d. c. ad aures. Et pro eis allego tex. in c. nos Sanctorum, vbi æquiparantur fides, ſeu fidelitas, ſeu ſacramentum 11. q. 5. Et idem ſequitur dom. Gaſpar de Calder. in d. c. 2. Nam ſi dicẽdo ſic Deus me adiuuet eſt iuramẽtum, vt in cap. Ego enim de iureiuran. Vel dicendo teſtis ſit mihi Deus, vt in c. & ſi Chriſtus eod. titu. multo fortius erit iuramentum ſi dico Per fidem meam. Nam hoc caſu adhibetur ipſe Deus, cuius eſt fides In hac execratione: non enim dicunt eſſe Euangelia in maiori reputatione quàm ipſe vel fides: immo iuramentum ſuper Euangelio fit habito reſpectu ad ipſum Deum. & iſtam partem tenuit domi. Abb. in d. c. querelam.

ET EX iſtis elicitur concluſio hic quod ſicut per-
20 iurus eſt infamis, primo modo quo dictum eſt † eodem modo & ratione fidei cótra Archi. dom. Ant. Card. & communiter contra omnes.

Sed quomodo conſtabit quòd quis ſit emendatus de crimine, vide elegantem text. in authen. de mona. §. huic autem nobis verſic. non facit probat quòd excommunicatio Vica. non ſit de facili. & Angel. alleg. ibi illum text. contra illos qui fuerunt malæ vitæ ſemel quòd hodie non præſumantur: quia mutatio vitæ difficilis eſt, præſertim de malo in bonum, iuxta illud quod præclarè ſcriptum eſt apud Maronem in 6. Aeneidos.

Facilis deſcenſus Auerni:
Sed reuocare gradum, ſuperaſq; euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt.

Facit quod habetur in regula qui ſemel. de regu. iur. libr. 6. Et quod. Bald. in c. 1. de ſeu. dato in 5. l. commiſſoriè. Et tamen ſi per triennium poſsit probari quòd iſte qui fuit olim malę vitæ, nunc per tres annos continuos, ſeu à tribus annis circa perhibetur quòd fuit honeſtæ conuerſationis, & bonæ vitæ, quòd præſumitur purgatus, & emẽdatus, & per hoc ceſſabit ſiniſtra ſuſpitio mali, quod eſt ſing. notandum pro limitatione illius regulæ qui ſemel, & pro declaratione iſtius ca. hoc probat criminalis ipſius teſtimonio in d. §. hinc nobis, quod eſt perpetuo notandum ſecundum Ange. ibi Glo. hic fina. dicit quòd conſtabit quòd quis ſit emendatus de crimine per Sacerdotem, qui eum audiuit in confeſsione. c. nemo de Simo. 2. q. 1. ſi peccauit. ca. omnis vtriuſq; ſexus de pœni. & remiſ. Idem voluit Glo. in c. 1. in verſ. Ignoſcens de exceſ. præla. & in c. nuper, in verſ. niſi iuratus eo. tit. & c. ipſi Apoſtoli 2. q. 7. Et circa hoc iuramentum dicit quòd ſtabitur dicto vnius teſtis, & in hoc videtur derogatum communibus regulis iuris. Et hoc propter facti qualitatem: quia confeſsio fit in ſecreto: & facit tex. in l. Archigerontes de epiſcopa. audien. † vbi ad condemnatos ad 21
mortem debet admitti presbyter ad audiendum puerilem confeſsionem. & ibi Bal. addit quòd illa confeſsio in præſentia non facit fidem in iudicio: quia illi confitentur ſacerdoti tanquam Deo, & nó tanquam homini, vt in cap. ſi Sacerdos de off. ordi. & indubitanter iſta doctrina Bal. aut non eſt vera, aut ex toto confundit totam iuris prudentiam Canoniſtarum dum dicit tantum ſtari huic dicto Sacerdotis in iudicio contentioſo dicit. Sed venit in mentem illud quod ſcripſit Do. in d. ca. Ipſi Apoſtoli, vbi dicit doctrinam iſtius Gloſſ. & ſimilium procedere, quando ſacerdos teſtificat in iudicio de voluntate ipſius confitentis: aliás Sacerdos incurreret pœnam Canonis, Omnis vtriuſque ſexus: Et dicit hanc fuiſſe doctrinam Io. And. in c. lecte. ſupra de renun. Et per hoc intelligendo nunc Bal. dictum in d. l. Archigerontes, & Glo. hic.

SED an ſufficit ſimplex aſſertio Sacerdotis ſine iuramento, aliqui dicunt quòd ſic, vt refert hic Inno. Qui hic iſto caſu dicit in Sacerdote: Vnde ſicut à Deo non accipitur iuramentum, ita nec à Sacerdote eius Vicario. argum. cap. præcipimus 93. diſtinct. tamen Hoſt. hic dicit aliquos hic dicere contrarium: † quia licet in foro confeſsionis gerat Vi- 22
cem Dei, ſecus in foro contentioſo. Ioan. And. hic dicit primum dictum hoc eſſe æquum: ſed ſecundum verius in puncto iuris, & illud dictum Hoſt. ſequitur Archi. in d. cap. in capite. licet aliàs referat

do. Anto. ſequitur hic Io. And. & procedit hic ſe-
cundum Io. And. & Hoſt. quoad iotentionem pœ-
nitentiæ: ſed quoad ſatis factionem interiorem nõ:
ſed probatur per familiares & alios qui viderunt, &
ſufficit ſatisfactio occulta, ſi crimen eſt occultum.
Si verò crimen fuit magnum, pœnitentia debet eſſe
manifeſta, & non ſolennis. 2. q 1. ſi peccauerit. Etiã
videtur velle quòd non ſufficit quem eſſe conui-
ctum, & cõfeſſum, & ſic deceſsiſſe à peccato. ad boc
vt dicatur emendatus requiritur exterior præſum-
ptio, quæ tamen præſumitur ſecundum Innocen. ſi
crimen ſuit occultum probando confeſsionem per
Sacerdotem: ſi crimen ſuit manifeſtum non præſu-
mitur ex ſola confeſsione, ſed oportet quòd probe-
tur Gl. in d. c. ipſi Apoſtoli, aliter diſtinguit dicit,
quòd in ciuili præſumitur emendatus: ſi peccatum
fuit occultum, & non præſumitur immemor ſuæ
ſalutis: ſed ſi crimen fuit manifeſtum probabit ſe
egiſſe pœnitentiam per Sacerdotem in criminali
non: ſiue crimen ſit occultum, ſiue manifeſtum, ſi-
ue egerit pœnitentiam ſiue non repellitur, vt hic.
Et hanc opinionem ſequitur Spec. in eo. tit. verſic.
Idem potuit domi. Abba. bic ſequitur prima opin.
quod ex quo oon fuit ita occulta, quæ nec probe-
23 tur per teſtes † debet emendario probari ſaltem per
Sacerdotem modo prædicto. nam ſemel malus a-
mittit probationem bonitatis: Et præſumitur ſem-
per malus niſi probetur bonus, vt in d. regula ſe-
mel, & ſic onus probandi quem emendatum incum
bit ei contra quem fuit probatum crimen.

Et ponit Ioan. And. poſt Innoc. vnum elegans
dictum ſuper Glo. 3. dicit enim, ſi quis fuit emenda-
tus per diſpenſatiooem, boc poterit ei quoad om-
nes quæſtiones ciuiles, allegat no. in cap. fraternita-
tis de ſciſma. in verſ. de crimine. quæ vult iſtum te-
ſtem emendatum de crimine repelli, niſi ſecum ſit
diſpenſatum, vel in fine ſit integrè reſtitutus, alle-
gat c. cum tu, de re iudicata.

Tu allega tex. in l. Imperialis. §. ſimiles, & ſupe-
rius dixi. C. de nupt. Abb. dicit hoc dictum proce-
dere in reſtitutione in integrum: quia illa reſtituit
in priſtinum ſtatum 2. q. 3. io fi. ſed io diſpenſatione
dicit conſideranda fore verba diſpenſatoris: quia
non poſſet fieri ſolum quoad officium, vt non de-
ponatur, vel puniatur pœna delicto digna. Facit
quod not. in c. At ſi clerici de iudicijs. §. de adulter.

SED quid ſi quis emendatus per principem boc
modo Facimus tibi gratiam dicetur cras, & inquan-
tum ſuperius dixi dando concordiam an infamia
facti cauſetur ex contractu an ex delicto allegando
Inno. in c. qualiter, & quando, & Bar. in l. fin. §. de
emendatione. Adde do. Domi. de Sancto Gemi. in
24 d. cap. Ipſi Apoſtoli, vbi dicit quòd † infamia facti
oon cauſatur immediatè, ſed ex crimine: puta quis
fuit incarceratus, & illa incarceratione fuit infamis
de facto, & non repellitur. Et ita dicit procedere
quod no. in c. licet de probatio. & c. licet. & c. io li-
teris ſupra eo. & c. 1. infra de exceptio. Et allegat Io.
And. dicentem ad propoſita quòd dicendum eſt ꝙ
Bart. in l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtio. quòd licet
illa verba non ſoleant intelligentiam vel reſtitu-
tionem importare, tamen in dubio præſumitur re-
ſtitutio, vt intelligit iuriſconſultus, & Glo. quæ di-
cit bene eſſe ootandum quando ſtatutum loquitur
quòd banniti rebanniantur, an pro boc videatur re-
ſtitui vel habere ſimplicem intelligentiam: & con-
cludit quòd præſumatur reſtitui, & remitti ad no-
tata per ſe in l. fi. ff. de ſenten. paſ. & in l. fin. C. eo.
Ibi verò dicit idem quod dicit in d. §. vltro.

Sed Sali. in d. l. fi. in vlti. q. C. de ſent. paſ. refert
Cy. de Piſtorio tenere contrarium: ipſe verò ipſum
ſequitur referens ſuo iudicio dictum. §. ſi quis vl-
trò. facere parentis pro deciſione Bal. q. licet Impe-
rator reſcripſerit Præſidi, vt gratiam faceret: tamen
cauſa gratiæ erat: quia de innocentia illius condem-
nari conſtabat, & præſes fore gratiam faciendo ex
poteſtate ſibi commiſſa dicit te reſtituimus, vel cau-
ſa expreſſa dicit gratiam facimus propter innocen-
tiam, quam poſt ſententiam reperimus in te: & tunc
quia innocẽs, nullam debet pati pœnam merito ta-
lis gratia innocentiæ obiecta effectum haberet re-
ſtitutionis. † Et ſic putat ibi Sali. quòd illa verba 25
gratiam tibi facimus effectum habent ſolius indul-
gentiæ. primo quia genus ſimpliciter probatum in
dubio ad eius rudem ad oudam magis ſpeciem re-
fertur, qui ponit exemplũ de verbo Canonis præ-
allegati à lege ciuili, vel ab bomine, vt l. ſancimus.
C. de verbor. ſigni. & in l. marmore legati, vt dicit
l. quæſitum. §. illud fortaſſe de leg. 3.

Tertio damnoſa fiſco reſtringũtur, vt minus ſiot
damnoſa. C. de ope. pub.

Tertio quia leges ciuiles. C. de ſenten. paſ. vtun-
tur verſi. reſtituo quando debent ipſum bannitum
reſtituere vel recuperare bona ſua. Ita Salic. ibi reſi-
det impooendo finem ſuæ lecturæ.

EGO autem in facti contingentia vidi dubitari
cũ illuſtris Dominus Marchio Ferrarienſis in quo-
dam ſuo indulto cuidam bannito, propter homici-
dium fuiſſet vſus verbis talibus, Facimus tibi gra-
tiam. Fuit dubitatum an talis bannitus videretur re-
ſtitutus: & finaliter concluſi quod non ad text. al-
legatum per Bart. reſpondebam verba probare di-
ſtinctionem ſuam. nam vbicunq; aliquid fit iuſtitia
exiſtente, illud nõ dicitur gratia, ſed debitũ, & ideo
dicunt ſcribentes in c. 1. de poſtu. prælato. quod po-
ſtulaodo innititur gratiæ: ideo iure debito noo pe-
titur, & ideo humiliter & remiſsè ſatis genuflexo
& capite diſcooperto eſt petenda.

Electio autem innititur iuſtitiæ: & ideo iure de-
bito, & capite cooperto eius confirmatio petenda
eſt in caſu d. §. ſi quis vltro. Imperator vſus eſt iuſti-
tia, mandauit abſolui innocentem. ergo formaliter
ſtat veritas quòd non fuit gratia, ſed fuit debitum:
& ideo ſubtilis doctor Nico. Mata. quem refert, &
ſequitur Bal. in commento l. qui ſe patris. C. vnde
liberi, dicit ꝙ † ſi Imperator accepta pecunia vſus eſt 26
Indulgemus tibi feudum, quòd non eſt indulgen-
tia per l. fi. C. de prædi. decuri. li. 10. ita dicamus in
propoſito. Nam gratia præſupponit culpam: ſed in
caſu. §. ſi quis vltro nulla præceſſerat culpa: ergo re
vera gratia non fuit: & ſic ille text. tanti doct. ſalua
reuerentia non probat opinionem ſuam.

Sed an dictum Bar. ſit verum in ſe, videtur dicen
dum quòd ſic: nam beneficia principum ſunt latiſ-
ſimè interpretanda. l. 2. ff. de conſtit. in. prin. c. cum
dilecti. de dona. c. Iuſsi. 16. q. 1. ergo ſi illa bona nõ
erant tranſlata io tertium, ſequitur quòd videtur
facta reſtitutio, cùm non agatur niſi de præiudicio
conce-

concedentis: nihilominus conſului, & in illo conſilio deueni in hanc diſtinctionem.

Aut princeps remittit aliquem ad plenitudinem gratiæ: & tunc procedit dictum Bart. quia videtur nedum indulgere, ſed etiam reſtituere: & moueor ad hoc per tex. in ar. in ti. de pace cõſtan. poſt prin. in verſic. in plenitudine gratiæ veſtræ recipimus. & Bal. ibi per illum tex. dicit quòd ille intelligitur receptus ad plenitudinem gratiæ cui remittuntur culpæ, & recipiatur ad fauores. Aut princeps recipit aliquem ad ſimplicem gratiam, dicendo Facimus tibi gratiam, videtur ſolum remiſiſſe pœnam, & nõ reſtituiſſe ad bona. Hoc ſenſit ibi Bald. per illum
47 tex. in quantum dicit quòd † receptus ad plenitudinem gratiæ, videtur receptus ad fauores, & videtur ſibi remiſſa culpa. ergo ſi ad ſimplicem gratiam, videtur ſibi remiſſa culpa duntaxat. & ita cum laude Dei conſului in illo conſilio, & iudicio meo eſt nouum dictum. tene menti: quia in contingentia facti faceret tibi honorem, & adde textum in cap. 1. §. hoc ſacramento de pace iur. firman. & Bald. ibi in verſic. no. hic ibi tex. dum dicit per gratiam, enim: quia gratia dicitur fieri ad id quod ius tenetur commune naturali. Ita dicit ibi Baldus allegans l. Titius. ff. de obſeq. ergo Imperator in d. §. ſi quis vltro mandauit abſolui innocentem nõ facit gratiam, quaſi omni iure naturali tuebatur: licet enim ſit ſupra Regem, vt in l. digna vox. C. de legib. & l. princeps. ff. eo. tamen eſt animalis rationabile, & ideo ligatur dictamine rationis hoc modo locutus eſt Bald. in commento. l. 2. C. de ſeru. & aqua. & intellige per hoc quaſi communem doc. hic quod ſi aliquis eſt emendatus per diſpenſationem, videtur emendatus per gratiam: quia diſpenſatio innititur gratiæ, & eſt communis iuris relaxatio 1. quæſtio. 7. nec poteſt vt debita peri, vt dicit gloſſ. 1. diſtin. cap. vt conſtitueretur in fin. & iuſta cauſa, vt eſt glo. in cap. domino Sancto. 1. di. & facit gloſſ. in c. exigit 1. q. 7. ideo erit diſtinguendum quòd fuerit diſpenſatum cum plenitudine diſpẽſandi: & tunc potuit admitti ad actus ciuiles, & criminales: aut fuit ſimplex diſpenſando, & tunc procedit communis doctrina doct. & per iſta ſit expedita tertia pars huius decreta.

SVMMARIVM.

1. *Conuictus de crimine, ſed non condemnatus an in teſtem admitti poſſit.*
   Atteſtationes in iudicio in cauſa criminali nunquid faciant fidem in alio iudicio inter alias perſonas.
2. *Conuictus quibus modis quis dici poſſit.*
   Confeſſio non requirit cellam ordinariam iudicij, & an infamet. 6.
3. *Sententia contra confeſſum lapſa inſtantia poteſt ferri.*
   Confeſſio coram arbitro non infamat. Item confeſſio in iudicio ſed non ad tribunal.
4. *Cautela ad euitandam infamiam per condemnationẽ.*
5. *Aſſeſſor grauitatem præ ſe ferre debet.*
6. *Sententia lata in abſentem non infamat.*
7. *Confeſſio facta à ſtatuto operatur effectum veræ confeſſionis.*
8. *Relsgio maculam priſtini criminis tollit.*
9. *Fama quid ſit. Item & infamia.*
10. *Concubinas duas tenens infamis eſt.*
11. *Mulier ſterilis an infametur ſi nubat.*
12. *Excommunicatio nunquam ab homine ferenda, niſi præcedat contumacia.*
13. *Index propter crimen excommunicare nen debet.*

Sequitur quarta pars

NOTA quòd † cum inſtituta accuſatione fuit 1
aliquis de crimine conuictus licet non emendatus, vt ponat aliquod ſpeciale in cauſa criminali repellitur, & pondera accuratè quòd iſte text. probat illam concluſionem ſuperius enarratam quod ad repellendum aliquem ſufficit eſſe conuictum licet non condemnatum. Nec obſtat l. prima, nec ſimiles ff. de his qui not. infa. quæ dicunt quem non condemnari ad hoc vt repellatur. quia debet intelligi ſecundum iſtum textum, & iſtud ſuperius latè dictum fuit.

Et ex hoc not. quòd atteſtationes in iudicio in cauſa criminali faciunt fidem in alio iudicio inter alias perſonas, quod procedit vbi nõ agitur de magno præiudicio, vt hic: alias ſecus. facit quod no. in c. per inquiſitionem de elect. & c. inter dilectos de fid. inſtrum. & ſi acta in vno iudicio faciunt fidem in alio, vide Bart. in l. 2. C. de eden. & l. 2. ff. de iudi. ſol. & l. 2. C. de ſerui. & li. expen. & l. geſta. C. de re iud. & Bar. in l. fi. C. de teſta. & d. l. geſta. do. Anto. & alios in c. cauſam quæ ſupra eo. & c. veniens, el ſecundo. eo. tit. & not. in cap. 2. de ordi. cogni. & per Iac. in l. ab hoſtibus. §. ſi quid ſimpliciter ff. ex qui. cau. maio. dicitur autem quis cõuictus per teſtes 2. q. 3. c. 1. & §. fi. l. qui ſententiam C. de pœnis. & c. præſul. 2. q. 3. quæ dicit quòd Papa conuincitur per duos teſtes de crimine. † dicitur etiam vinci per in- 2
ſtrumentum quando delictum conſiſtat in ſcriptura c. 2. de iureiu. in 6. Io. An. in regula ſemel malus de re iudi. in 6. dom. Ant. in c. cum ad ſedem de reſti. ſpo. glo. in c. conſtitutionem de verb. ſigni: in 6. & glo. in c. 1. iuncto tex. vt eccl. benefi. Bal. in l. contra negãtem. C. ad l. Aqui. & l. 2. ff. de ferijs. & Bal. & Cy. in l. ſciant. C. de proba. Bar. in l. 2. & in l. Senatus. ff. ad Turpil.

No. quòd inſtituta accuſatione in aliquo iudicio ſi quis vt conuictus de crimine repellitur à teſtimonio: & ſic habes hic caſum quòd confeſſio facta in vno iudicio, & criminali, facit fidẽ in alio cõtra confitentẽ quoad hoc vt repellatur à teſtimonio quaſi ſigillet opinionẽ eius, id eſt maturet: ſecus in alijs.

NAM confeſſio facta in vno nocet quoad alium facit dictum Inno. in c. per inquiſitionem de elect. vbi dicit quòd licet actu iudicij ſecundario non faciant fidem in iudicio plenario, vt in cap. 2. de ordi. cogni. tamen confeſſio facit fidem: quia confeſſio non requirit cellam ordinariam Iudici. & idẽ dicit in ca. 2. de ordi. cognitio. Facit dictum Archi. in cap. cauſam quæ. de teſti. vbi dicit quòd ſi agitur de beneficio & non conſtat de iure actoris, & apparet per confeſſionem rei quòd eſt inhabilis ad id beneficium, quòd iudex poterit ex officio ſuo iterum inchoare nouam inſtantiam vigore illius confeſſionis, & priuare illum beneficio. allegat Specu. in titu. de peti. & poſſeſ. §. ſuper accuſationibus ver. vel quod ſi reus tenet Compoſt. & Ioan. An. in ca. mandatum de reſcri. quod perpetuo tene menti. facit ſingu. dictum Bal. in l. properandum in fi. princip. C. de iud. quòd † lapſa inſtantia poteſt ferri ſen- 3
tentia

tentia contra confeſſum, quod tene menti pro limitatione illius c. de cauſis de off. delegati. Facit dictũ Ang. in conſ. 127. aliàs 16. vbi dicit quod accuſatus, vel inquiſitus ſi eſt confeſſus maleficium: licet confeſſio non tenuerit, poterit condemnari ex confeſſione. Facit quod dicit Inno. in c. qualiter & quando de accu. quod dictum non examino. Vide quod dixi in c. at ſi clerici. de iudi. & ſic videtur hic caſus pro opinione gloſſ. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infa. quæ dicit quòd confeſſus crimen non ſecuta infamia non eſt infamis.

Facit glo. in l. in quem eod. tit. & l. quid ergo. §. ex compromiſſo, quæ dicit quòd confeſſio coram arbitro non infamat ex eo: quia ſententia arbitri nõ infamat, ergo ſentit quòd ſi ſententia infamaret, & confeſſio, facit quod not. gloſſ. in l. 1. in fi. ff. de interroga. actio. & pro hoc dicit Ange. in d. l. ictus fuſtium quod confitens in iudicio maleficium commiſiſſe, & non ad tribunal, nunquam infamatur, & pro hoc deſtruitur opin. Barto. in l. infamem. ff. de publ. iudi. vbi requiritur quòd ſit condemnatus per l. 1. ff. de his qui notan. infa. quia debet intelligi ſi eſt confeſſus & conuictus: ſuſtentatur & hæc concluſio per iura ſuprà poſita.

4 Et † ſi dicatur Amice quomodo reſpondes ad practicam quam ponit Bart. in l. reus paratus. ff. de procur. & d. l. infamem, vbi dicit quod in quocunq; iudicio quis efficitur infamis per cõdemnationem: remedium eſt vt ſoluat condemnationem, & non expectet condemnationem, aliter habebit ſententiã cõdemnatoriam, quæ eum infamabit, & clarum eſt quòd in ſoluendo confiteretur: tamen confeſſio nõ retulit illum infamem, & pro illa practica vide do. Anto. in c. Dudum el ſecundo de electio. & c. cùm veniſſent de in integ. reſtit. & domi. Abb. in ca. licet heli. de Simo. & dictum c. dudum, & Bart. in l. iuſgentium §. fi. de iureiur. & Ang. in l. fi. ff. ſi cer. pet. & d. l. ictus fuſtium. & d. l. ſi reus paratus & d. l. infames. & Bart. in d. l. eos. C. de execu. rei iudi. & l. vtiq; & ff. de rei vendi. & l. ea quæ C. de fideicom. vide etiam in addi. Spe. quas facit Spe. in tit. de confeſsio. in prin. quia & aliud eſt ſoluere: quia ille qui ſoluit non confitetur, vt damnetur ſed vt per ſolutionem iudicium effugiat.

Sed poſſet etiam aliter reſponderi, vt dicit Bald. in d. l. ea quæ, quòd ſoluendo nec negat, nec confitetur: ideo non vtitur beneficio confeſſionis, nec eius pœna punitur.

Item dicit ibi Bald. quòd illa practica non habet locum in cauſa criminali quod fieri non poteſt: dicit tamen quòd ſæpenumerò conſulendo ſe fuiſſe ſecutum practicam Bal. & aſſeſſoribus aſſenſiſſe, & 5 non bene. quia † boni aſſeſſoris eſt vti ſeueritate, & non grauitate in enatantibus, vt l. Diuus. ff. de re iudi. & in d. addi. ad Specu. dicit etiam Baldus in præallega. titu. de confeſſionibus, quòd iſta confeſſio, quæ fit ad lit. euictionem, quia licet fuit in cauſa famoſa, non infamat, allegat d. l. ſi ſi reus paratus. quod intelligit quòd cauſa eſt ex contractu mandati. ſecus ſi eſt delictum vt furti, quòd ſi forte, tunc infamet confeſſionem non in figura iudicij. allegat d. l. ictus fuſtium, & ideo Guil. & Cy. in d. l. ſi reus dicunt, quod procedunt in cauſa ciuili, & non in criminali. ergo facit etiam l. Athletas. §. item furti. verſic. condemnatus præactis. iuncta l. quoniam, reddit rationem: quia tranſigens videtur confiteri: & pariter nunc confeſſio infamat abſque ſententia: ergo multo magis confeſſio facta in iudicio cauſæ criminalis: ergo ſola confeſſio eſt ſufficiens. Ex iſtis elicitur concluſio quòd confeſſio in criminali tam facta in iudicio, quàm extra reddit confitentem infamem, & pro practica d. l. ſi reus vide Angel. vbi illa limitauit niſi ſtatutum eſſet quòd nulla poſſet ferri ſententia in pacto depoſito de quantitate pone apud fiſcum, nunquid talis deponens euitat infamiam, & refert iſtud ſtatutũ vigere in ſplendida vrbe Patauina.

Vide etiam Baldum in d. l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex, vbi dicit quòd delegatus ante litem conteſta. non poteſt abſoluere ab obſeruatione iudicij: ſed ordinarius ſic. & dicit eſſe text. ſingu. & non alibi in d. l. reus paratus. & idem etiam voluit in præallega. l. ſi reus, & ſic limitatur illa communis practica. tene menti.

Et ex iſtis reſultat concluſio quod † confeſſio facta infamat, vt eſt text. in d. l. quoniam. not. iſta, quia ſunt ſingula. & alibi non reperiuntur deſtruentia doctrinam Ang. in l. infamiam. ff. de publ. iudicijs referentis doctrinam Iac. Butrig. quam Ang. ibi reprobat, ſtatuto cauetur quòd bannitus habetur pro confeſſo, an illa confeſſio facta infamet bannitos tales. Iacobus Butrig. determinat quòd ſic: quia omnes loquentes de confeſſione vera trahuntur ad confeſſionem fictam l. 1. C. de rei vxo. actio. contrarium dicit Angel. quia ſententia lata in abſentem non infamat. l. forti. §. ſi quis in alieno. ff. de his qui no. infamia. ergo nec confeſſio ficta: & re vera iſto modo arguendi fuit vſus Bald. in præallegatis legibus: quia nõ debet plus operari ficta confeſſio, quàm ficta ſententia. 6

Item quis non efficitur infamis niſi in caſu expreſſo, vt l. 1. ff. de his qui no. infa. ſed non eſt iure expreſſum quod ficta confeſſio infamet: ergo & ſic damnauit Bal. doctrinam Iac. Butr.

Sed certè illa æquiparatio de confeſſione ad ſententiam non eſt generalis: quia licet quoad quid æquiparetur, vt c. at ſi clerici de iudi. non tamen illa æquiparatio eſt generalis & regularis. Nam confeſſio vera infamat. ficta verò non vt ſuperius dictum eſt: ſed † iſta confeſſio facta à ſtatuto operatur effe- 7 ctum veræ confeſſionis, quia contra fictionem legis non admittitur probatio in contrarium, vt hic: & dicit l. 1. in prin. C. de rei vxo. actio. ergo operabitur effectum veræ confeſſionis iuxta no. per Bar. in l. ſi quis per prætorem. ff. de vſur. pone quòd iſta ficta confeſſio reſultat ex morte: puta quia metu criminis ſe ipſum occidit iuxta no. in l. 2. cum ſimi. C. qui teſta. fa. poſ. non ne talis confeſſio ficta infamabit illum talem? Quinimò ſingulariter dicit Bald. & Cyn. in præallega. l. 2. quod licet confeſſio facta non infamet, non extenditur ad alium. vt no. Bar. in l. cùm filius. ff. de verbor. obli. & per Ang. in l. manifeſtè. ff. de iureiu. & no. in l. 2. §. Diuus. & l. eius qui. ff. de iure fiſci, tamen talis ficta confeſſio tranſit in ſucceſſorẽ. fateor tamen hunc articulũ requirere altiorem indaginem: ſed quia eſt vltra lectionem huius decretalis, his paucis ſumus contenti in hoc dubitabili paſſu.

Et limitabis iſtum text. niſi confeſsio iſta fuiſſet facta coram incompetente iudice: quia tunc non infamaretur: & facit tex. in d. c. At ſi clerici. & glo. in d. §. ſi ex compromiſſo.

Nota quòd quando nunquam quis fuit de crimine accuſatus: ſed nunc non poteſt per exceptionem de crimine conuinci, ſufficit ad eum repellendum: & ſi tunc eſſet de crimine emendatus, & ſi ponit aliquid ſpeciale, tunc agitur criminaliter: quia ſi perſeuerat etiam repellitur in ciuili, & eſt valde durum, vt ſemel delinquens, licet ſit emendatus, remaneat ſuſpectus, & non admittitur. dicit tamen
8 dominus Abbas ſe putare quòd † ſi intraſſet religio-
nem remota fuiſſet omnis cauſa ſuſpitionis. allegat tex. in authen. vt cum de appel. cogno. in §. pen. vbi dicit quòd non licet parenti filios factos monachos exhæredare licet in ſeculo commiſiſſent ingratitudinem exhæredatione dignam.

Tu allega in ſimili ſingu. dictum Gui. de Cu. quem refert Bal. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. vbi dicit quòd ſicut quis ſpurius legitimatur per Curiæ oblationem, vt in auth. quibus modis natu. effici. ſui. §. quoniam. ita ſpurius miniſtrando religionem efficitur legitimus: quia monachus omnem exuit maculam. in auth. de mona. in prin.

Sed mirum eſt quare furor non extrahit cauſam ingratitudinis præcedentis, & monachatus. ſic cùm furor æquiparetur morti. l. Diuus. cùm ſimi. ff. de off. præſi. & de hoc eſt text. in l. fi. §. ſed cùm antiquitas. C. de cura furio. vbi probatur apertè quòd furioſus poteſt exhęredari, nec debet intelligi de ingratitudine commiſſa tempore furoris per l. ſi quis in ſua. C. de inoſ. teſta. facit poſtea vbi dixit quòd ſi quis facit delictum & poſt efficitur furioſus q non debet puniri. Vide quæ dixit in l. mutum. §. ſi cui. ff. de acqui. hęre. dicas quod eſt in fauorem religionis.

9 Nota † quòd quãdo non probatur crimen de pręſenti, nec quis fuit conuictus vel cõfeſſus, ſed quòd grauata fuerat ſua opinio: licet aliàs fuerat repulſus, non ſufficit ad repulſionem.

Quid autem ſit ſama, & quid infamia dic per gl. in l. 1. C. ex quib. cau. infam. irroga. idem dicas & per contrarium de infamia, quod eſt dignitas illæſa, vt in contrarium dictum eſt ſuperius de laico retinente concubinam.

Qvio ſi haberet duas concubinas Bart. in l. 1. ad fin. ff. de his qui no. infa. quod licet ſit prohibitum habere duas concubinas, vt in auth. quib. mod. nat. effi. ſui. §. pen. col. 7. nõ tamen eſt infamis: quia non ponitur in d. l. 1. ſed Bald. ibi. in l. 1. C. de inceſtis nup. dicit q ſicut habens duas vxores in vno tempore eſt infamis l. eum qui. C. de adul. ita habens duas concubinas. allegat glo. not. in d. §. fina. & per hoc dicit q repellitur à teſtimonio, & à dignitate. Item dicit ſe credere ſi haberet vnã vxorem, & vnã concubinam ſimul: ſed hoc dcit non ſeruari de facto: ſed ſi quis opponeret in iudicio deberet obſeruari ſecundum eum: quia eſt infamis ipſo facto, nec admittitur ad accuſandum de publico crimine tanquam quilibet de populo: quia infamis repellitur.

Allegat nota. in rubrica. C. qui accuſa. non poſ.
10 ſed certè opinio Bal. videtur verior: quia † contra-
hens duo matrimonia eodem tempore efficitur infamis, vt dictum eſt: ergo multo magis tenens duas concubinas: quia non dicitur eſſe magis priuilegiata incontinèntia quàm caſtitas in authent. de reſti. & ea quæ parit in §. fina. & ita tenuit Albe. Papi. vt refert Bald. in l. 1. C. de his qui not. infa. & licet Bart. dixerit quòd nõ cauetur lege expreſſa, immo videtur q caueatur lege compreſſa, vt in auth. de trien. & ſe. §. cõſideremus. verſ. & hoc dicimus ſi vni concubinæ, & alias introducit concubinas iuncto ver. omnib⁹, vt ibi dixit quod eſt vobis. ſicut enim quis legitimæ vxori coniunctus alias ſuper inducere nõ poterit conſtante matrimonio, vbi Imperator eſt æquali ordine æquiparat retinentes plures concubinas, & contrahentes plura matrimonia eodem tempore, ergo pariter inducitur infamis. & ita etiam dicit text. in d. §. pen. & auth. Quib. mo. na. effi. legi. tene menti.

Et vidi etiam dubitari quid in muliere quæ contraxit ter nuptias, nõ tamen eodem tempore, an dicatur infamis. propter hoc allegaui tex. in authen. quomodo opor. epiſc. §. hoc Deo ver. ſed non tertias. vbi dixit quòd ſatis eſt cõtrahere ſecundas nuptias, & non tertias, & ibi dicit elegans doctor Ang. ex illo tex. quòd ſi extraneus relinquit mulieri ſi honeſtè & caſtè vixerit, quòd ſi tranſeat ad tertia vota venit priuanda legato: quoniam tertia vota contrahere ſatis eſt honeſtati contrarium: ſufficit ſecundas nuptias contrahere, quòd tene menti: quia licet nõ ſit infamis, tamen eſt inhoneſtæ famæ.

Qvin de muliere quæ non poteſt concipere filios: quia ſterilis eſt & contrahit matrimonium an
ſit infamis. dic quòd † in veteri teſtamento reputa- 11
batur infamis. hodie dicit gloſſ. valde ſing. in §. vos ita 32. quæſtione quarta. verſ. maledicta ſterilis quæ non relinquit ſemen ſuper terram, & ibi gloſſ. exponit ignominioſè & obſcurę famę habita eſt apud omnes.

Et in quantum ſuperius dixi de teſte excommunicato & argui contra dictum Bal. per c. pia. de excep. tenet excommunicatum non poſſe teſtari. glo. in cap. decernimus de ſen. excommu. in 6. & dixi in cap. veniens el. ſecundo ſupra eo. Ideo tangit hic Innocen. an ſi probetur aliquem fuiſſe excommunicatum debeat repelli à teſtimonio, licet probet ſe abſolutum, & videtur quòd ſic. ſaltem in criminali: quia excommunicatio non debet fieri niſi pro graui crimine 11. quæſt. 4. c. cæterum, &c. nullus facit quod not. 4. quæſtio. 2. in ſumma, vbi etiam de materia.

Sed Inno. hic videtur velle contrarium videlicet quòd non repellatur ſi probetur abſolutus ab ipſa excommunicatione niſi aliter crimen commiſſum per ipſum excommunicatũ ex eo: quia excommunicatio eſt iniuſta dicatur benedictus 3. q. 3. cap. 1. & ideo licet afficiat perſonam donec durat: tamen nõ videtur conueniens quòd illam perpetuò afficiat etiam poſt abſolutionem. facit 11. quæſt. 1. c. ille qui
facit, & etiam quia † ab homine nunquam debet ſer- 12
ri excommunicatio niſi præcedente contumacia c. 1. de ſent. excom. c. ſacro. & not. gl. de filijs presby. 22. quæſt. 4.

Et licet iudex excommunicet aliquem quòd nõ comparuit in termino, ſi poſsibile eſt quòd ille fuit impeditus parere aut comparere in termino etiam licet ſententia eſſet iuſta quoad iudicem:

eſſet

eſſet tamen iniuſta quoad partem. & ideo ex ſola excommunicatione non probatur quis criminoſus, niſi aliter probetur. poſſet autem probari crimen, ſi fortè de illo eſſet condemnatus, vel aliter eſſet notorium, & ſi eſſet tale quod induceret infamiam etiam poſt ſententiam repelletur in ciuili: aliás repelletur ſolum in criminali, & etiam intelligit Archi. iſtam doctrinam Innoc. velle: quia licet aliquis eſſet excommunicatus propter crimen commiſſum, vel propter inobedientiam: quia non vult comparere, vel etiam quando eſt excommunicatus propter delictum quod notorium eſt propter euidentiam facti, vel quando excommunicatus ex iure, vt in c. ſi quis 11. q. 3.

Sed certè iudex non debet ex communicare pro-
13 pter crimen † ſed propter contumaciam in non parendo, vel in non comparendo: & licet mandauerit ſibi vt compareat ad ſe defendendum ſub tali crimine: non tamen propter hoc probatur neceſſarium crimen commiſſum, vt dictum eſt: ſed vbi apparet quem excommunicatum à iure, tunc apparet de crimine: quia excommunicatus à iure immediatè eſt propter crimen: & tunc non debet abſolui, niſi ſatisfaciat: & ideo ſi apparet eum abſolutum conſequenter videtur emendatus de crimine: ideo non nocebit in ciuili, niſi eſſet tale crimen, quod induceret iuris infamiam, per ea quæ hic dicuntur. Vide per Ioan. de Imol. & per domin. Abbatem.

Et hoc debile, & mediocre decretalis commentum deuoueo ad Reuerendum Dominum Patrem Beſſarionem Epiſcopum Tuſculanum Cardinalem in Communi Bononiæ totiuſque Exarchatus Legatum in Temporalibus & Spiritualibus meritiſsimum, Clariſsimum Philoſophorum, & Theologorum ſummum Antiſtitem, ſuoque iudicio tremendo corrigendum reformandúmue ſubijcio, quem clementiſsimus Devs per ſeculorum ſecula ſaluet. Amen.

Lavs Deo.

TRACTATVS OPTIMVS
DE TESTIBVS ET EORVM REPROBATIONE
EXCELLENTISSIMI DOCTORIS D. STEPHANI
Avfrerii Tolosani Praesidis.

SVMMARIVM.

1 *Abbas, vel quilibet alius prælatus an poſſit teſtificari in cauſa eccleſiæ ſuæ.*
2 *Prælatus non repellitur à iudicando in cauſa eccleſiæ ſuæ.*
3 *Accuſatus criminaliter an pendente criminali accuſatione admittendus ſit in teſtem in alia cauſa criminali.*
4 *Accuſator in cauſa matrimoniali an poſſit eſſe teſtis.*
5 *Accuſator non poteſt regulariter eſſe teſtis.*
6 *Adhærentes in cauſa an poſſint eſſe teſtes pro illis quibus adhæſerunt.*
7 *Adminiſtrator bonorum eccleſiæ de contractu per ipſum celebrato poteſt eſſe teſtis*
8 *Aduocatus non poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua fuit aduocatus.*
9 *Affinis non admittitur in teſtem pro affine, & vſque ad quotum gradum.*
10 *Adulterij crimine damnatus venit à teſtimonio repellendus.*
11 *Condemnatus de crimine famoſo an repellatione pendente repellatur à teſtificando.*
Arbiter regulariter non admittitur in teſtem, fallit tamen multis caſibus.
12 *Beroarius an poſſit eſſe teſtis cum ſit vilis perſona.*
13 *Canonicus regularis, frater minor, monachus, vel alia perſona ſubiecta prælato, an poſſint eſſe teſtes ſine licentia ſuperioris.*
14 *Canonicus an poſſit eſſe teſtis in cauſa eccleſiæ, vel præbendæ ſuæ.*
15 *Carceratus ſeu pro crimine detentus an poſſit teſtificari.*
16 *Cæcus an poſſit eſſe teſtis.*
17 *Cedens an in cauſa ceſſionarij poſſit ſuper receſſa eſſe teſtis.*
18 *Clericus an poſſit eſſe teſtis coram iudice temporali ſine licentia epiſcopi.*
19 *Collator beneficij an poſſit teſtificari pro illo cui fecit collationem.*
20 *Cohabitantes inimicũ repellẽdi ſunt à teſtimonio: quia præſumuntur inimici.*
21 *Colonus an poſſit in cauſa domini ſui teſtificari.*
22 *Concubinarius manifeſtus in cauſa ciuili venit à teſtimonio repellendus.*
23 *Condemnatus ob crimen famoſum an poſſit teſtificari.*
24 *Condemnatus publico iudicio repellitur à teſtimonio ſimiliter de crimine famoſo pendente appellatione per eum interpoſita.*
25 *Coniunctus, aut conſanguineus, vel frater an & quo caſu poſſint pro coniunctis teſtificari.*
26 *Conſors an poſſit eſſe teſtis pro conſorte.*
27 *Conſpiratores ſunt à teſtimonio repellendi.*
28 *Conuerſus an poſſit eſſe teſtis in cauſa ſui monaſterij.*
29 *Criminoſus aſſiduus, & in crimine perſeuerans eſt à teſtimonio repellendus.*
30 *Corrupti pretio repellendi ſunt à teſtimonio.*
31 *Damnatus furti, bonorum raptorum, iniuriarum, vel dolo malo non habentur teſtes idonei.*
32 *Dignitate ob turpitudinem priuatus, priuatus etiam teſtimonij actu cenſetur.*
33 *Delegatus ſubdelegãs cauſam an poſſit in illa teſtificari.*
34 *Domeſtici & familiares regulariter à teſtimonio ſunt repellendi fallit multipliciter.*
35 *Domeſticus qui dicatur.*
36 *Familiares qui dicantur.*
37 *Domeſticus epiſcopi propter eius ſcelera expulſus priuatur actu teſtificandi.*

38 Domi-

38 *Dominus an poßit pro ſubdito vel familiari teſtificari.*
39 *Donator an poßit in cauſa donatarÿ teſtificari.*
40 *Epiſcopus an poßit eſſe teſtis in cauſa ſua eccleſiæ.*
41 *Excommunicatus à teſtimonio repellendus eſt.*
42 *Falſitatis accuſatione pendente an poßit quis teſtificando repelli.*
43 *Famulus an poßit eſſe teſtis pro domino.*
44 *Familiares iudicis an ſemper in teſtes ſint admittendi.*
45 *Fideiuſſor an poßit eſſe teſtis pro fideiuſſore.*
46 *Fideicommiſſarius vniuerſalis an poßit eſſe teſtis in vel pro teſtamento patris.*
47 *Filius inceſtuoſus an poßit eſſe teſtis in vel pro teſtamento patris.*
48 *Frater an ſit pro fratre vel contra in teſtimonium admittendus.*
49 *Hermaphroditus an admittatur in teſtem.*
50 *Hæreticus non poteſt eſſe teſtis in iudicio.*
51 *Teſtes idonei qui dicantur.*
52 *Ignotus partibus litigantibus an poßit eſſe teſtis.*
53 *Inhabiles ad teſtificandum qui dicantur.*
54 *Infamis multipliciter in materia teſtimoniali conſideratur.*
55 *Infantis teſtimonium eſt ſuſpectum, & inualidum.*
56 *Inimicitia diuerſimodè in teſtimoniali cauſa conſideratur.*
57 *Impubes an ſit in teſtem admittendus.*
58 *Iudæus an poßit eſſe teſtis contra Chriſtianum.*
59 *Iudex vel arbiter non poſſunt in cauſa coram eis teſtificari.*
60 *Iudex delegatus an poßit eſſe teſtis.*
61 *Laicus in cauſa criminali an poßit contra clericum teſtificari.*
62 *Leproſus non à teſtimonio repellendus.*
63 *Lenones ſunt à teſtimonio repellendi.*
64 *Libertus an ſit contra patronum in teſtem admittendus.*
65 *Teſtis mala vita quis & quare dicatur.*
66 *Mater an poßit teſtificari pro filio.*
67 *Mediator non poteſt compelli ferre teſtimonium niſi partes conſentiant.*
68 *Mercenarius habetur loco domeſticorum.*
69 *Mulier poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali.*
70 *Mulier nubens in virum, & vir in mulierem ſunt infames, & à teſtimonio repellendi.*
71 *Mutus non poteſt teſtificari.*
72 *Nuptias binas eodem tempore contrahens à teſtimonio repellitur.*
73 *Nutrix poteſt eſſe teſtis ſuper ætate alumni.*
74 *Officiali credendum non eſt ſine literis ſuperioris.*
75 *Litis particeps non poteſt teſtificari ſuper eadem.*
76 *Pater ſpiritualis vel compater poteſt eſſe teſtis de actu ſpiritualiter geſto.*
77 *Pater non poteſt teſtificari in cauſa filÿ.*
78 *Pauper an ſit à teſtimonio repellendus, cum paupertas non ſit de genere malorum.*
79 *Peccatum mortale an repellat quem à teſtimonio.*
80 *Pænitens publicè de hæreſi an poſit in teſtem admitti.*
81 *Periurus quantumcunque pœnitens non eſt in teſtem admittendus.*
82 *Productus in teſtem per vnam partium an poſtea poterit ab eadem pro altera parte recuſari.*
83 *Procurator in cauſa quam incipit non poteſt teſtificari*
84 *Propriam cauſam non poteſt quis ſuo iuuare teſtimonio.*
85 *Pecuniam recipiens ne parti faueat, an poterit eſſe teſtis.*
86 *Remiſſus ab exercitu ignominiæ cauſa, an ſit in teſtem admittendus.*
87 *Producens teſtes an poßit alios reprobare.*
88 *Seruus an & quibus caſibus ſit à teſtimonio repellendus.*
89 *Socer pro genero aut econtra teſtificari non poteſt.*
90 *Teſtes inhabiles aut repellendi diuerſimodè conſiderantur.*
91 *Teſtis inhabilis an poßit recipi ad informationem iudicis de fama alicuius.*
92 *Teſtis in cauſa propria diuerſimodè conſideratur.*
93 *Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur.*
94 *Teſtis non debet deponere per ſcripturam, ſed viua voce.*
95 *Vaſallus nec pro, nec contra dominum teſtificari poteſt.*
96 *Vir non poteſt teſtificari pro vxore, nec econtra.*

ABBAS vel † quilibet alius 1 prælatus an poſsit teſtificari in cauſa Eccleſiæ ſuæ, dicendũ videtur quod aut eſt quæſtio de bonis menſæ ipſius prȩlati, de quibus per Gloſ. in verſ. ad menſam in clemen. 1. de exceſ. præla. Et in huiuſmodi cauſa non poterit eſſe teſtis ſecundum Ioan. An. Domini, & Sicu. in c. Inſuper de teſti. Idem Io. An. Do. in c. præſentium eo. tit. lib. 6. vbi etiam Petr. de Anch. Do. in c. Iudex 1. col. de off. dele. eo. tit. Pau. de Leaza. in cap. cum nuntius de teſti. licet Ant. in c. cum venissent de iudic. verſ. ſi inferior autem videatur tenere contrariũ, ſed præcedens opinio communiter tenetur: Ex qua Sicu. infert in alleg. cap. Inſuper quòd Canonicus non poteſt eſſe teſtis in cauſa præbendæ ſuæ, cum illa ſit deputata pro menſa ſua, ſequitur Feli. in eo. c. Inſuper, dicens pro hoc peroptimè facere, licet prælatus poſsit eſſe Iudex in cauſa Eccleſiæ ſuæ ſicut laicus, non tamen ſi fuerit quæſtio de bonis menſæ ſuæ ſecundum Hoſtien. in c. procurationes de cenſi. Calde. titu. de iudi. conſ. 6. Docto. poſt Collecta. 6. col. in alleg. ca. cum veniſſent, vbi infert quod antedictum eſt de teſte. Ad hoc etiam benefacit quod not. Glo. & Bar. in l. impuberem. §. 1. ff. de fal. vbi patet quòd notarius, qui tanquam publica perſona adhibetur ad teſtamentũ ſcribendum ſicut non poteſt aſcribere ſibi legatum vt priuato, cum principaliter verſetur commodum eius: ita non poteſt aſcribere legatum alteri, puta filium quem habet in poteſtate cuius vſusfruct⁹ pertineret ad ſcribentem. fa. quod not. Bart. in l. 1. ff. de au. tuto. & Bal. in l. bonorum. C. qui admittuntur ad bono. poſſ. Cum autem prælatus dicatur vſufructuari⁹, vt per Gl. & Doct. in c. præſenti. de off. ord. lib. 11. Ergo quamuis vt alius teſtificetur: non tamen admittetur ad teſtimonium. Aut eſt cauſa Eccleſiæ vel communis inter prælatum, & conuentum. Et aut ſolus prælatus conſtituit procuratorem, vel cauſam per ſe promouet, & tunc à teſtificando repellitur. Ita ten. Innoc. in alleg. c. præſentium. Gloſſ. & Archi. in cap. ſuper prudentiam 14. quæſt. 2. Specu. titu. de teſte. §. 1. verſic. Sed nunquid rector. Sicu. in alleg. cap. Inſuper. Barto. in l. qui teſtamento. in

prin.ff.de teſtam. Non enim negari poteſt quin con
ſtituendo procuratorem videatur Eccleſia ſoue-
re iuſtitiam: & ſic videtur repellēdus: quamuis con-
trarium tenere videantur Hoſt. in alleg. c. Inſuper,
Et Spec. tit. de procu. §. ratione quoque conſtituen-
tis. verſic. Item quòd eſt conſtitutus ab Abbate. Bal.
& Angel. in alleg. l. qui teſtamento. Do. in alleg.
cap. Index. Io. And. & Ant. alleg. c. Inſuper. Quo-
rum opin. ſecundum Feli. vbi ſupra procedere poſ-
ſet in prælato regulari, qui non poteſt dici vſusfru-
ctuarius, cum nihil habeat proprium, & ſibi nihil
applicetur, & idcirco tutori æquiparatur qui pro-
pter ſimplicem adminiſtrationem non repellitur à
teſtificando in cauſa pupilli ſi ipſe non agat, vel nõ
conſtituat procuratorem periculo proprio d. l. qui
teſtamento. & ibi Bald. & ſcripſi infrà in verſic. tu-
tor, & latius in q. 304. Et ideo tollitur illa ſuſpitio
inducta ex conſtitutione procuratoris: quia non eſt
tanta quanta in prælato ſeculari in quo procedit o-
pinio 1. Crederem tamen quòd opinio Inno. ſerua-
retur in practica. Si autem prælatus per ſe non agat,
ſed ipſe conuentus neque ſolus procuratorem con-
ſtituit, tunc in cauſa Eccleſiæ teſtificari poterit, pro
quo text. iuncta ſuprascriptione ſecundum Specul.
in alleg. verſ. Sed nunquid rector. & Sicu. in allega.
cap. Inſuper. Nec mirum ſecundum eum, quia fa-
cilius repellitur Iudex, quàm teſtis ſecundum Glo.
alleg. cap. ſuper prudentia, & Glo. in cap. cum R. &
2 c. cauſam quæ lo. 2. de off. deleg. † ergo ſi prælatus
non repellitur à iudicando in cauſa Eccleſiæ ſuæ. c.
ſi quis erga 2. q. 7. & ca. cum perſonæ de priui. libr.
6. no. per Doct. in alleg. c. cum veniſſent. Ant. in c.
1. de maledi. Inno. in c. ex parte 1. de verb. ſigni. Ita
etiam non repelletur à teſtimonio. Adde quòd
quamuis prælatus poſsit eſſe Iudex in cauſa Eccle-
ſiæ ſuæ, nihilominus recuſari poteſt vt ſuſpectus ſe-
cundum Sicu. in ca. inſinuante de off. deleg. & in c.
poſtremo de appella. Et ita communiter tenetur,
quanquam Imol. in c. cum veniſſent de iudi. teneat
contrarium vt ſcripſi in tracta. de recuſa. in verſic.
prælatus. Si verò prælatus cum conuentu in cauſa
communi conſtitueret procuratorem, non repelle-
retur ſecundum Archid. in alleg. c. ſuper prudentia
Io. An. Do. Sicu. & Felyn. in præallega. c. Inſuper.
Petr. de Ancha. in alleg. c. præſentium. Domi. in d.
c. Iudex: nam dum conſtituit procuratorem cum c.
non facit hoc vt prælatus, ſed tanquam pars capitu-
li, vnde teſtificatur vt alius ſcilicet, vt priuata per-
ſona ſecundum eos. Et poſsibile eſt vt quis ſentiat
vnum tanquam de collegio, & aliud inquantũ pri-
uatus iuxta not. per dom. poſt Rotam in c. à colla-
tione de appel. lib. 6. Adde Lud. Roma. conſ. 420.
in fi. 2. col. qui concluſiuè tenet idem quod Spec. in
præalleg. verſ. ſed nunquid rector.

3 Accuſatione † criminali pendente criminaliter
accuſatus non admittitur in teſtem contra alium in
cauſa criminali c. fi. de teſti. & ibi Docto. Spe. tit. de
teſte. §. 1. verſic. Item pendente, & ibi Ioan. An. &
Bald. in addi. nam ex pendentia huiuſmodi accuſa-
tionis aggrauatur opi. accuſati, vt non dicatur inte-
gri ſtatus: Vnde non debent ad teſtimonium ad-
mitti, vt in alleg. c. fin. & c. teſtimonium eo. tit. quia
vt ait Gloſ. in alleg. c. fi. teſtes ſine omni ſuſpitione
eſſe debent, & carere infamia 2. q. 7. c. teſtes. & cap.
denique de excep. nec etiam promoueri poſſunt ad
ordines, vt d. c. fi. & 81. di. c. tantis. & cap. omnipo-
tens de accuſ. 34. diſt. c. laici. Et l. eos. ff. de dec. Ex
quibus infert Sicu. in eo. c. fin. quòd in omni actu in
quo requiritur integritas ſtatus taliter accuſatus re-
pelletur. Fallit tamen quod dictum eſt in crimini-
bus exceptis enumeratis in alle. c. fin. per Sicul. poſt
Spe. in tit. de accu. in fi. videlicet læſæ maieſtatis 6.
q. 1. c. Quiſquis hæreſis. c. vergentis de hæ. & cap. in
fidei fauorem eo. tit. libr. 6. Et Simoniæ. c. per tuas.
1. cum ſimil. de Simo. Fallit etiam in cauſa ciuili, in
qua pendente criminali accuſatione admittitur ac-
cuſatus ad teſtificandum, quamuis enim ex penden
tia accuſationis ipſius accuſati grauetur opi. vt præ-
dictum eſt: Veruntamen huiuſmodi aggrauatio
ſufficere non videtur in cauſa ciuili, vel cum agitur
ciuiliter, quòd ſatis probari videtur in alleg. cap. fi.
& c. teſtimonium. pro quo bona Gl. in c. ipſi Apo-
ſtoli 2. q. 7. & quòd ſupra dictum eſt de pendentia
accuſationis quòd in alia cauſa criminali impediat
facultatem teſtificandi. Idem videtur dicendum in
pendentia inquiſitionis, aut denunciationis ſecun-
dum Sicu. & Fely. in præalleg. c. fin. Eſt tamen ad-
uertendum ſecundum Io. And. in addi. c. fi. præal-
leg. Sicu. Imo. ac Fely. ibidem ſi fuerit præſumptio
quòd pars volens aduerſario ſubtrahere facultatem
probandi fecerit teſtes ipſius aduerſarij criminali-
ter accuſari, poterit iudex prouidere ſecundum for-
mam c. frequens de reſti. ſpol. libr. 6. ſcilicet præfi-
gendo terminum intra quem probetur accuſatio,
vel dictum teſtis recipi debet reſeruata fide ipſius in
euentum finitæ accuſationis. ad quod fa. c. ex parte,
eo. titu. Iſtud tamen ſecundum Imo. raró contingit
propter metũ talionis. Vide Bal. in auth. ſi dicatur.
C. de teſti. 3. col. ver. modo quæritur, concludit q
ſi apparet de malitia, vt quia lite contra me mota,
vel ordinata accuſationem inſtitui, tunc iſti teſtes
ſunt recipiendi ne mea calumnia mihi proſit: ſi au-
tem non conſtat iſti teſtes de iure debent repelli,
donec iudicetur ſuper criminibus, & ſic in idẽ con-
uenire videtur cum dicto Io. An. præalleg. Ita refert
Nico. Mata. tenuiſſe in alleg. auct.

Accuſatus de falſo ſi producatur in teſtem eius
fides totaliter nõ annihilatur: ſed diminuitur, ſi po-
ſtea culpabilis iudicetur. Ita Bart. in l. Barbarius 10.
& 11. col. ff. de off. Præto.

† Accuſator in cauſa matrimoniali poteſt eſſe te- 4
ſtis ſecundum Imol. quem refert Spe. titu. Qui ma-
tri. accu. poſſ. ſed Ioa. And. ibidẽ in addi. poſt prin.
dicit ſe non poſſe concipere quòd accuſator qui ſal-
tem tenetur ad expenſas ſi ſuccumbat ſit idoneus te-
ſtis: ſed dictum Inno. poſſet procedere ſecundum
eum quando officialis publicus denuntiauit, vt in c.
præterea de teſtib. coge. vel quãdo quis ductus con-
ſcientia denuntiauit impedimentum iudici, vt iu-
dex ipſe ex officio inquireret, & tunc enim iſte po-
terit eſſe teſtis de veritate, & iſtud etiam tenet Sicu.
ſuper rub. qui matr. acc. poſ.

† Accuſator non poteſt regulariter eſſe teſtis. c. 5
forus. §. in omni de verb. ſi. nec ille qui accuſationẽ
impetrauit. in Spec. titu. de teſte. §. 1. ver. Item quod
ipſe eſt teſtis, & accuſator &c.

Actor tutorum vniuerſitatis teſtificari non po-
teſt in cauſam qua fuit actor. Ita Specul. vbi ſupra
verſ.

verſ. item quòd fuit in eadem cauſa. præſumitur enim quòd memor priſtini officij teſtificetur pro ea parte pro qua fuit. ad quod bene fa. l. nemo. la. 2. in fi. C. de aſſeſſo.

6 Adhærentes † in cauſa principali, vel appellationis non poſſunt eſſe teſtes pro illis quibus adhæſerunt, tum propter affectum ad cauſam, tum quia per adhæſionem ſe faciunt partem in cap. cupientes de electio. lib. 6. tenet Rota pluribus rationibus deciſ. 383. In nouis. ad hoc not. per Io. And. Sic Fran. Are. & alios Doct. in c. olim. de acc. vbi not. quòd idem ius eſt de adhærente, & de principali not. per An. in c. inſuper in fi. de teſti. & Milus in reper. §. teſtis eſſe non poteſt, qui eſt adhærens. Quod etiam procedit ſi appellatio ſit deſerta ſecundum Docto. vbi ſupra.

7 † Adminiſtrator bonorum eccleſiæ de contractu per ipſum celebrato poteſt eſſe teſtis ſecundum Io. Mo. & Arch. In c. fi. de teſti. lib. 6. alleg. c. 1. ver. cæterum 3. q. 2. Et quod not. Bart. Brix. q. venerabili 47. quæ incipit aliquis erat adminiſtrator, & cum hoc pertranſit Io. And. in alleg. c. fin. in Nou. & Doct. ibidem. Et idem Specul. vbi ſupra verſ. ſed pone quod adminiſtrator eccleſiæ, & ibi Bal. in addi. dicens idem eſſe in procuratore iudicij finito officio. Spe. vbi ſupra alleg. l. Deſerre. §. Idem decreuerunt. ff. de iu. Fiſci. Idem tenuit Baldus in Marg. in verſ. teſtis 4. col. Sed Io. An. in addi. Spec. vbi ſupra iudicio meo quæſtionem huiuſmodi melius determinat dicens. Quicquid hic vel alibi dicatur ego puto ſecundum terminos litium hoc oportere iudicari. Si enim eſſet quæſtio an ſolennitas quæ per adminiſtratorem adhiberi debuerat, & cuius commiſsio vitiat quod agitur interuenerit, & non reciperem adminiſtratorem in teſtem pro parte, quæ ſtat pro illo actu, vel contra cum ſuſpectus ſit pro reprehẽſione vitanda, vel forſan damno quod deponeret pro producente, vbi verò à parte altera produceretur eum admitterem. Item ſi termini litis tales ſint quòd ex facto vel omiſſo nihil ſibi aſcribi poteſt ad damnum vel opprobrium, & tunc quæcunque pars illum produxerit, illum admitterem. Facit quod ipſe ſcripſit in c. Inſuper de teſti. ſuper Gl. 1. & cap. dilectorum de teſti. cog. ſuper Gl. 1. poſt prin.

8 † Aduocatus non poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua fuit aduocatus per text. in l. fin. ff. de teſtib. ad idem 4. q. 3. §. teſtes quos accuſator. Et Glo. in prealleg. l. fin. Glo. In c. ſtatuendum 2. q. 6. Gloſſ. & Doct. in c. ex literis de tranſ. Spe. in tit. de teſte. §. 1. verſic. Item quod fuit in eadem cauſa. Rota dec. 383. 1. no. Et Milus in §. teſtis eſſe non poteſt aduocatus. Sicu. in c. 2. de arbi. Bald. in l. dictantibus. C. de teſt. neque pariter in cauſa appellationis is qui fuit appellatus aduocatus in priori iudicio c. fi. de teſti. libr. 6. Ad idem Anto. in alle. c. ex literis, vbi plus dicit, & poſt eum Milus vbi ſupra, quod etiam durante aduocatione in alijs cauſis non poteſt eſſe teſtis pro clientulo ſuo: ſed cum huiuſmodi edictum de teſtibus ſit prohibitorium & in alijs cauſis non reperiatur expreſsè prohibitus ſtandum videtur l. 1. ff. eo. tit. Et quod dictum eſt quòd aduocatus nõ poſſit teſtificari, & procedit quando inceperit patrocinari: ſecus ſi non inceperit, licet de falſaria conuenerit propter verba patrocinia præſtiterint appoſita in prealleg. l. fin. pro quo Gloſſ. ibidem. Et Spe. vbi ſupra, & ibidem Ioa. And. in addi. ſed vbi recepiſſet pecuniam ab altera partium, vt alteram non foueret, poterit prædicto caſu teſtificari per rationem contendentem, quod tenet Hoſtien. in ſumma eo. titu. §. 2. verſ. Quid ſi aduocatus. Idem Spec. vbi ſupra verſ. Quid ſi recepit pecuniam. & infra in verbo pecuniam. Aduertendum tamen quòd ſi aduocatus admittitur à parte contra quam producitur: nam Specul. vbi ſupra verſ. Quid ſi aduocatus tenet quòd poteſt eſſe teſtis, vt not. in prealleg. l. fin. tenent Io. An. Domi. in prælleg. c. fi. de teſtib. libr. 6. Sed nunquid quando pars contra quam fuit aduocatus petit illum in teſtem, ſit compellendus. Ioan. An. in addi. Spe. vbi ſupra tenet eum compellendũ duobus caſibus. Primus caſus quando pars aduerſa ante receptionem officij vel poſt incontinenti ſibi denuntiauit ꝙ non reciperet aduocationem, quia ipſum in teſtem vult producere per iura alleg. in prealleg. Gloſ. Aliás ſubtraheretur parti copia teſtium conducẽdo illos in aduocatos. Secundus caſus eſt quando veritas aliter haberi non poteſt facit 14. q. 2. c. quanquam de teſti. cogen. c. peruenit 2. ff. ſi quis cautio. l. ſi eum 1. reſponſo. l. Conſenſu. C. de repudijs. c. veniens. 1. de teſti. Idem Iac. Bald. in alleg. l. fi. Idem Io. An. vbi ſupra in additio. & Anto. in c. cùm à nobis de teſti. Lanfran. dec. in c. quoniam contra ſalſam in verſ. teſtes. & Sicu. in alleg. c. 2. de arbi. & Fel. in c. cum à nobis de teſti.

Affinis † à teſtimonio repellitur tex. eſt in c. abſens lo. 2. in q. 9. & ad hoc. ca. ſimiliter ea. cau. q. 5. vbi affinis repellitur ab accuſatione. Idem tenet Spec. titu. de teſte. §. 1. verſic. Sed nunquid frater & verſ. ſequen. & verſ. ſed nunquid agnati, vbi inquit quòd affinis in teſtem non admittitur, quod intelligerem vſque ad quartum gradum, ſed non vltra primum genus affinitatis, de qua late per gl. & Docto. in cap. non debet de conſang. & affi. per Ange. Are. & Doct. in §. affinitatis. Inſtit. de nup. & latius per Gloſſ. ſuper arbore affinitatis per Ioan. And. & vtrobique vide qui dicantur affines. Adde quòd Hippo. de Mar. ſingu. 133. tenet quòd affinitas à teſtimonio repellens debet eſſe per lineam aſcendentem, vel deſcendentem, non autem ſufficeret eſſe per lineam tranſuerſalem alleg. Imo. & Io. An. cap. nonnulli de reſcrip. & Ang. conſ. 194. quod incipit viſis proceſsibus in 3. col. Sed an in omni cauſa repelletur affinis, videlicet tam in cauſa criminali q̃ ciuili, vide quæ dicam domino concedente infra. In ver. conſanguineus. 9

† Adulterij crimine damnatus à teſtimonio repellitur. l. ſcio. ff. de teſt. Bal. in tract. de teſte. verſ. 31. nam talis eſt infamis. l. Infamem. ff. de pu. iud. 10

Amicitia repellit teſtem not. in c. quoties de teſ. ad idem tex. in §. Item teſtium in ver. amicus 4. q. 3. Gl. 3. q. 5. in ſum. quaſi in medio. Spec. tit. de teſte. in princi. Dicit tamen Cy. in l. eos. C. de teſte, quòd amicitia ex toto non repellit teſtem: ſed tanta fides ei non adhibetur, & ſequitur Io. An. in addi. Specu. vbi ſupra. pro quo Gloſ. in ca. in literis eo. tit. tenet Sicul. in alleg. ca. quoties. poſt Anto. & Idem Imo. dicit tamen Bald. in alleg. l. eos quòd hoc nomen amicitiæ non eſt nomen expulſiuum à teſtimonio,

& dicit eſſe caſum expreſſum in l.ſciendum.ff.de yſu. vnde Floren.in l.3.ff. de teſti. dicit ſe credere quòd nulla amicitia repellat teſtem, ſed detrahit bene de fide ſecundum quantitatem amicitiæ. Veruntamen communiter tenetur quòd propter magnam amicitiam poſſet ex toto repelli, & ita tenet Spec. vbi ſupra. & Bal.in c.1.eo.tit.pro quo Gloſſ. in c. inſinuante de off. deleg. tenet Ludo. Roma. conſ.305. quæ autem propriè dicatur amicitia, vide tex.iuncta Gl.in l.lata.§.amicos.ff.de verb.ſig.

11 † Appellatione pendente condemnatus de crimine famoſo non repellitur à teſtimonio per text. iuncta gl.in l.finiti in prin.ff.de his qui no.infa. vide infra in verſ.Condemnatus de crimine famoſo.

Arbiter regulariter non admittitur ad teſtificandum vel in teſtem in pertinétibus ad cauſam in qua iudicauit, ita Inno.Hoſt.Io.An. Sicu. Anto.in ca. nõ ſine de arb.Cy.Ia.But.& Bar.in l.ne in arbitris. C.eo.ti.Do.& alij in c.5. vt eccleſiaſtica benefi.Bal. in l.iubemus la.2.ſanè.C.de ſacroſan.eccle.in fin. Anto.in conſ.29. incip. quæſtio hæc dubia proba. in c.ſtatuendum 2. q.6.& in §. quæritur ea. cauſa & q. Nam præſumptio eſt quòd velit factum ſuũ comprobare ſicut de aduocato, & actore ſupra dictũ eſt, & idem de procuratore, & proxeneta qui propter affectioné ad id quod fecerunt repelluntur in auth. de teſti.§.ſi verò, & §. quoniam, & per Bar.in l.deferre.§.idem decreuerunt ff.de iure fiſci. Vnde ſicut ſupra tactum eſt in verſ.adminiſtrator in iſta materia talis regula ſolet aſsignari, quòd nunquam fides debeat adhiberi teſti deponenti de facto ſuo, quando ex eo laus, aut vituperium teſtificanti poteſt aſcribi.& iſtud ſecundum Fely. alleg.c. cum à nobis procedit non ſolum quando produceretur ſuper principali in quo iudicauit, vt in alleg. cap. ſtatuendum: ſed etiam vbi ageretur ad iuſtificationem ſententiæ ſiue laudi, cum ſit eadem ratio: nam data iniquitate ſententiæ teneretur ad intereſſe parti. l.cùm filius ff.de iud. Bart. in diſputatione quæ incipit iudex qui per imperitiam.

Procederet etiam ſupradicta concluſio vbi laudum nullum ex aliqua cauſa prętenderetur pro qua no.per Ant.in alleg.cap.cùm à nobis dum ponit de nullitate ſententiæ, ob defectum litis conteſt.etiam procederet vbi lite pendente in eadem cauſa vellet teſtificari ne duplici officio fungatur ſecundum doc.in alleg.c.cùm à nobis. Et Bal.in præalle.l.ne in arbitris.

Procederet etiam vbi eſſent plures arbitri per rationes ſupradictas ſecundum Bal.in c.quoniã contra falſam 14.col. ver.reſtant aliqua de proba.

Fallit tamen ſupradicta cócluſio vbi arbiter vel iudex nondum deueniſſet ad laudum vel ſententiam, quia forte expirauit compromiſſum, vel iudex recuſatus fuit, vel perijt inſtantia, quia poterit teſtificari ſicut alius ſecundum Ant.Sicu. & Fely.in alle.c.cùm à nobis, & Bald.in præalle.l.nę arbitris per c.dilecto. de teſti.non tamen ſi plus crederetur quàm vni teſti.c.licet ex quadam eo.tit.& ſic intelligit Fely.l.ob carmen.§.1.eo.tit.

Fallit 2. vbi tales examinarentur non vt probarent plenè, ſed vt alium iudicem inſtruerent ſecundum glo.fi.& ibi Archi.& Domini.in c.1.de conſi, 18.di.Roma.in l.1.§.fi.7. col.ff.de ver.obl.Innoc. in c.cum dilecti.in ver, reſpoſione de accuſ. Sequitur ibi Ana.poſt Card.in 2.col.per illum textum in verbo intimare.Idem Inno.poſt Domi.& Ant.in c. non ſine antepenul.col.de arbi. Anto.& Imo.in c. olim de reſcrip.dicentes per illum tex:quòd per talem inſtructionem ſit talis, qualis præſumptio: non autem probatio eſt ſi eſſent plures numero ſecundum illum tex.

Fallit tertiò vbi producerentur, non vt teſtificentur viua voce, ſed ad ſolennizandum inſtrumẽtum de geſtis coram ęis ſecundũ Imol. poſt Ant. in alle. c.non ſine, ni antepe.col.per ea quæ no.per eos in c. ex literis de tranſac. poſt Innoc. vbi ponitur quòd licet aduocatus &c. Veruntamen tempore aduocationis poteſt deſcribi teſtis in his quæ geruntur in cauſa, & poſtea de his teſtificari in futuro tempore quo non erit adnocatus per illum tex. cum glo. vbi etiam latius per Imol. & huiuſmodi fallentiam intelligit Felyn. vbi ſupra niſi ad actum in quo fuerit arbiter vel iudex deſcriptus, vt teſtis requireretur certus numerus teſtium vltra auctoritatem iudicis: quia in illo numero non poſſet iudex computari ſecundum Pet.de Ancha.conſ.47.

Fallit quartò vbi ambæ partes conſentirent: quia teſtificarentur ſecundum Anto. & Imol.in alleg.c. non ſine.per tex. in d.c.dilectorum de teſt.cog.facit quod habetur in l.Theopompus ff.de dote præleg.& in l.1.§.fi.ff.de ver.oblig. vbi etiam de conſenſu partium poteſt credi dicto vnius.

Fallit quintò vbi producerentur ad probandum id quod obſcurè dixerunt in ſententia, vel laudo dando ſanum, & conuenientem intellectum verbis ſuis, vt dicit Bal.in alle.c. cùm à nobis, & in prædicta l.ne in arbitris.Idem Ant.in alle.c.cùm à nobis alle.Inno.in alle.c.non ſine, & dicit quòd interrogati debent aſsignare bonam cauſam ſuæ declarationis, & pro hoc facit, quia talem declarationem nullus alius facere poteſt cùm ſit quid conſiſtens in animo, vt ſimili per Ange.in l.ex facto in princ.ff. de vulg.7. huiuſmodi fallen. Felin. vbi ſupra intelligit quando producuntur ab vtraque parte, aliàs ſecus, vt ibi vide per eum.

Fallit 6. vbi per eorum teſtimonium nulli fieret præiudicium ſecundum Archidia. in d.c.de conſilijs.18.diſtin.

Fallit 7. vbi deponeret contra ſe ſecundum Cald. An.Imo.& Sicu.in alle.c. cum à nobis. Ant. Imo. Sicu.in alle.c.non ſine, quod intelligit Sicu.in d.c. çùm à nobis quando allegarent probabilem errorem. ſecus ſi turpitudinem ſuam quæ redderet eos çriminoſos tali crimini quod teſtificari non poſſent per c.nemini.15.q.3.& c.pe.de confeſ. & c.veniens de teſti.& Ant.in alleg.c.non ſine. Vide latius per Fely. vbi ſupra.

Fallit 8. vbi ex eo ſuper quo producerentur non imminet laus vel vituperium ex aliquo geſto, vel omiſſo ſecundum Ant.in alleg. c. cum à nobis. ſed ſecundum Fely. malè poſſet exemplum in hoc caſu dari. Vide per eum ibidem.

Fallit 9. vbi admitterentur in ſubſidium.i.ſuper his quę alijs non poſſunt eſſe nota ſecundum Anto. & alios in alle.c. cùm à nobis. eſt text. cum gloſſ. in verbo tres in fin.cap.cum dilecti.allega.& ibi Ant. in ſeptima col. non tamen erunt iſto caſu teſtes inte-

integri: ſed eorũ fides erit in arbitrio iudicis ſecundum eos.

Arenarius vel alia vilis perſona in teſtem non admittitur ſine tormentis. l. ob carmen §. ſi ea. ff. de teſti. idem Spec. eo. tit. §. 1. verſ. item quod eſt Arenarius.

Aſcriptitius à teſtificando non repellitur per l. iubemus iuncta auth. aſcriptitios. C. de epiſc. & cle. ita dicit Spe. vbi ſupra ver. quid de aſcriptitijs. Idem Io. An. ibidem in addi. ad quod dicit benefacere de iudi. c. 2. & quod ibi no. in glo. 2. & concor. Accu. in auth. ſi dicatur. C. de teſti. & in corpore eo. tit. §. ſi vero dicatur.

Artis ludicræ cauſa in ſcenam prodeuntes etiam à teſtimonio velut infames repelluntur l. 2. in fi. & l. ſeq. ff. de infa. & Bal. in tract. de teſti. ver. 38. quod intelligerem quando tales hoc agerent in publicum ſpectaculum proprij corporis facientes, vt in præallega. ll. in occulto tamen vel infirmitatis, vel alterius honeſtæ rei cauſa aliquid ioci facere non reprobatur. Ita gloſſ. in præallega. l. 2. & idem gloſſ. in cap. 1. de vita & ho. cle. lib. 6. & ibidem Domini. adducentes quod not. Io. in cap. deithariſtis, & his qui varijs vtuntur inſtrumentis 86. d. ca. donare in 1. glo. Sicul. poſt. Innoc. in c. cum decorem de vi. & ho. cle. vbi tenet quòd ſufficit quòd is qui exierit in publicum huius artis exercẽdæ cauſa prætextu quæſtus. ibi vide per eum.

Aſſeſſor à teſtimonio pariter repellitur in cauſa in qua fuit aſſeſſor. Ita Specu. titu. de teſte. §. 1. verſ. item quod fuit in eadem cauſa.

12 Berroarivs † faciens executiones, & miſsiones in tenutam dicitur vilis perſona ſecundum Bal. in l. fi. 8. q. in fin. C. de edicto diui Adr. tol. & ideo non poteſt eſſe teſtis ſecundum Bal. & Salyc. in l. etiam. C. de teſti. Inn. in c. in literis de teſti. & c. in ſituante. de off. delega. Poteſt tamen eſſe teſtis pro poteſtate ſua in ſui ducatu, niſi ſit perſona viliſsima dũmodo tempore iuramenti ſui non ſtet cum poteſtate. Bal. & Saly. in præalle. l. etiam & Ange. in l. ſciendum. ff. de vſu. & contra poteſtatem poteſt eſſe teſtis etiam ſi cum eo ſtet tempore teſtimonij ſecundum Bald. In alleg. l. etiam, vbi etiam dicit quod ſi depoſuit pro & contra, creditur ei in totum ne fides diuldatur. & ibi berroarij ſunt famuli poteſtatis, vt patet ex prædictis.

13 Canonicvs regularis non poteſt eſſe teſtis † ſine licentia ſuperioris. idem de fratre minore, & quolibet alio monacho, vel conuerſo, aut alterius religionis: quia non poſſunt eſſe teſtes ſine licentia illius cui ſubſunt. ar. c. monachi 16. q. 1. c. 2. de poſtu. c. non magno ne cle. vel mo. ff. de remilit. l. 3. §. in bello 11. q. 3. c. Quid ergo ff. de teſta. l. Qui teſtamento in princ. q. 2. c. ſuper prudentia in fi. Adde q canonicus poteſt eſſe teſtis in cauſa concanonici, p quo eſt glo. & ibi Sicu. & Fely. in c. cum R. de offic. deleg. Veruntamen minor vel maior fides eis adhibenda ſecũdum quantitatem affectionis: nam eorum vox eſt funeſta quam interdici potius, quàm audiri oportet 2. q. 7. c. placuit. 52. q. 10. c. ſi quis. & mortui ſunt mundo. l. Deo nobis. C. de epiſ. & cle. licet aliquando impregnent de homici. ca. ſicut ex tuarum etiam proprias commatres 18. q. 2. c. peruenit. Idem dixit, vt ſupra ponit Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſ. Item excipitur, quod eſt monachorum, & in verbo Quid de monacho. Idem Nellus de ſancto Geminiano in ſuo tracta. de teſte. 4. col. verſ. Monachus, & cano.

14 An † autem canonicus poſsit eſſe teſtis in cauſa præbendæ ſuæ. vide ſupra in ver. Abbas, & infra in ver. Clericus: & idem Bal. reſpectu canonici regularis in addi. Spe. vbi ſupra monach9, vel cano. Veruntamen Accur. in auth. de monach. §. cogitandũ dicit ſimpliciter admittendos: cum non inueniantur prohibiti ff. de teſti. l. 1. c. nuper eo. tit. & C. eo. tit. auth. ſi dicatur: An autem poſsint eſſe teſtes in cauſa eccl. ſuæ vide ſupra in §. Abbas.

Carceratus † ſeu detentus in vinculis cuſtodiáue publica pro crimine, quod per ſententiam infamaret repellitur à teſtimonio 4. q. 3. §. Item l. Iulia. iuncta glo. ſuper ver. in vinculis ad idem tex. in l. 3. §. lex Iulia. ff. de teſti. vbi gloſſ. dicit quòd iſti vinculati repelluntur vel propter notam vitæ ſuæ licet non ſint infames, vel quia præſumitur quòd falſum teſtimoniũ pro aliquo dicerent qui eis ſe eos à vinculis liberaturos promitteret. Idem Spe. tit. de teſt. §. 1. verſic. Item quòd accuſatus contra quem inducitur &c.

15 Carceratus aliâs per Epiſcopum iuſta cauſa præcedente an poſsit teſtificari contra Epiſcopum vide Io. An. in addi. Spec. ſub rubr. de teſt. qui dicit id de iure non expreſſum: ſed tamen illius fides ex hoc minueretur in auth. de teſti. §. ſi vero odioſus col. 7. Oldra. conſ. 145. tenet quòd admittetur, quod intellige vt præfertur.

16 Cæcus † teſtis eſſe poteſt ſi contrahentium voces notas habet. Ita voluit glo. in c. teſtes 3. q. 9. nec ob. quòd cæcus in voce decipi poteſt vt 27. q. 1. nec aliqua: Nam & pariter viſu quis decipitur vt 31. quæſt. 1. c. Quomodo, & ſimiliter in tactu quis decipi valet, vt 33. q. 2. c. in tantum idem quod glo. præalleg. tenet Accur. in authent. de hære. & falcid. §. ſi verò abſunt ſuper verbo & vidiſſe col. 1. dicens non reperiri prohibitum. Idem tenet Specul. titu. de teſte §. 1. 83. col. verſic. Sed nunquid cæcus. Idem videtur voluiſſe Sicu. in ca. præterea de teſt. 2. col. Idem Nellus de ſancto Geminiano in tract. de teſti. §. cæcus. idem videtur voluiſſe Ange. Peruſi. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. ibidem Fran. Accur. fallit tamen in duobus caſibus ſecundum Salyc. in l. teſtium. C. de teſti. Primo in confectione inuentarij, vt in alleg. §. ſi verò abſunt. Secundo fallit in teſtamentis, vt in præallega. l. ſi non ſpeciali. Adde Bart. in l. ad teſtium. §. conditionem. ff. de teſt. vbi dicit cæcum teſtari poſſe de his quæ vidit ante cæcitatem. idem Ang. in alleg. §. ſi vero. Bal. in marga. in verſ. teſtis. Idem Ludo. Roma. ſuper rubrica de arbitris 7. col. Fely. in alleg. c. præterea in fi. quamuis. Sicu. videatur tenere contrarium in c. cum cauſam eo. tit. 4. 5. col. Vide Iaſ. in allega. l. ſi non ſpeciali. vbi limitationes ponit ad id quod ſolet dici de cortina per Sicu. vbi ſupra. & Bar. in l. 2. §. Idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & per alios docto. in locis præalleg.

17 Cedens † in cauſa ceſsionarij ſuper receſſa teſtis eſſe non poteſt ſecundum communem opin. Doc. ita tenent collec. in cap. cum nuntius de teſti. Io. Fa. Bal. & Saly. in l. omnibus. C. de teſt. Bal. in l. fin. 2.

col. C. de iure dom. Nellus in tracta. de teſte. §. cedens. Deci. Capel. 94. & in addi. de quo per Bald. Ange. & Paul. de Ca. in l. & her. §. nos autem. ff. de pac. Veruntamen Sicu. & Fely. in c. inſuper de teſt. dicunt quòd poteſt in teſtem admitti dummodo nullum habeat intereſſe ſi ceſsio facta non fuerit in fraudem vt poſsit ſuper receſſa teſtificari ſaltem ſecundum Sicu. in arbitrio iudicis erit quanta ſit ei fides adhibenda attenta perſonarum qualitate. Spec. in titu. de teſte. §. 1. verſ. Sed pone mutuaui 18. col. idem quod Fely. tenere videretur, vt videlicet fraude ceſſante, ſi non teneatur de euictione poſsit teſtificari.

18 Clericus† quanuis de iure communi non poſsit eſſe teſtis coram iudice temporali ſine licentia Epiſcopi ſecundum Innoc. & Doc. in c. 1. de iuramen. calum. pro quo text. in c. ſuper prudentia 14. q. 2. tenet Bart. dicens clericum non poſſe iurare in manu laici in l. cum clericis. C. de epiſc. & cleri. in hoc tamen non videtur inſiſtendum cùm in præſenti regno de conſuetudine valeat eorum teſtimonium ſi abſque licentia ſui Epiſcopi depoſuerint, quod firmare vidétur Sicu. in c. Raynutius. 3. col. de teſti. & Feli. poſt eum. ibidé 2. col. quibus adde quod dixi ſupra in verſ. Canonicus.

Clericus non poteſt eſſe teſtis quando agitur de bonis pertinentibus ad menſam eccleſiæ ſuæ vbi bona non ſunt diſcreta. Vide ſupra in §. Abbas. & per Fely. & Sicu. in c. Inſuper de teſtib.

Clericus non admittitur in teſtem in cauſa criminali contra laicum coram iudice ſeculari 11. q. 1. c. nullus tenet Spec. tit. de teſte. §. 1. verſ. Item quod eſt clericus. Et ibi Ioan. And. in addi. tenet etiam Guido Papa q. 66.

19 Collator† beneficij non videtur idoneus teſtis pro illo cui fecit collationem, nam aſſecurationem habere præſumitur, vt quod egit valeat. Præterea ſua videtur intereſſe: quoniã ſi caderet à cauſa prædictus collator de beneficio æquiualenti prouidere teneretur iuxta lecta: & no. in cap. inter cætera de præben. ad hoc facere videtur quod ait Bal. & poſt eum Præpo. in c. 2. de pace ten. §. qui incipit ſi duo in lib. feudo. vbi concludit idem Bald. quòd inueſtitor in cauſa feudi non admittitur in teſtem ad ꝓbationem ſed ad informationem, & aliquale indicium. Crederem in collatore idem fore dicendum quod de donatore dicit Sicu. in cap. Inſuper de teſtib. Vt videlicet ſi nullum prætendat intereſſe ſit arbitrarium quanta fides eidem ſit adhibenda ſecundum qualitatem perſonarum ar. c. & ſi quæſtiones de ſimo. & eorum quæ not. in cap. cum parati de appel.

20 Cohabitantes† inimicis à teſtimonio repelluntur, quoniam inimici præſumuntur per text. in cap. repelluntur de accuſ. & c. cùm oporteat eo. titul. ad idem text. iuncta glo. & ibi per Alex. & Imo. Iaſ. in l. liberti. C. de inoff. teſta. de quo etiam per Cy. Bar. Saly. in l. ſi quis. C. de teſti. Spe. tit. de teſte. §. 1. col. 34. verſi. Item quòd cohabitat. & ibi Io. An. Bal. in addi. Inno. Sicu. & Fely. in c. cum I. & A. de re iudi. Bal. in l. 1. C. ſi quacunque prædi. po. Bart. in l. ſciendum. ff. de lega. Nellus de ſancto Gemi. in tract. de teſtib. §. Inimicus. Limita niſi paucis diebus cohabitauerit: ſecus ſi non pauco tempore. Ita dicit Fran. Aret. in alleg. c. repellantur 3. col. per l. licet. §. fi. ff. nau. caupo. ſtab.

Colonus† repellitur etiam à teſtimonio in cauſa domini Gloſ. Inſtit. de teſta. §. in teſtibus. Albe. in l. etiam C. de teſti. Specu. eo. titu. §. 1. verſi. Item excipitur quod eſt domeſticus, dicẽs idem eſſe de ſeruo liberto, & aſcripritio: ſubiungit tamen quòd ſecundum Vber. colonus & aſcriptitius admittuntur pro domino maximè de conſuetudine: ſed minor fides eiſdem adhibetur quàm alijs. ff. eo. tit. l. 3. 1. reſp. ibi ideoque. Et idem videtur innuere Io. Fab. in alle. §. in teſtibus dum dicit quòd glo. prædicti. §. procedit in colonis conditionatis in perſona: ſecus in ſimplici colono. 21

Concubina repellitur à teſtimónio in cauſa ſui amaſij ſecundum Bal. & Saly. in l. etiam in fi. C. dè teſtib. quia nõ diſtat ab vxore in affectu animi, ſed ſolũ in honore ff. de leg. 3. l. Item in legato. §. parui. ff. de verbo. ſign. l. pollicere. aliâs incipit neceſſarius. Idem tenet Bal. in c. in literis de teſti. & dixi in addit. ad q. c. 3. quamuis Angel. videatur tenere contrarium in l. 2. §. ſi vir. ff. ad Syll.

Concubinarius† manifeſtus in cauſa ciuili repellitur à teſtimonio ſecundum Specu. tit. de teſte. §. 1. col. 34. verſ. Item quod eſt concubinarius in alle. c. conſanguineorum 3. q. 4. Feli. in c. teſtimonium de teſti. 3. col. in fi. refert. d. Abb. tenere quòd clericus concubinarius non poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili, cum in eo concubinatus ſit graue crimen c. veſtra. & per totum de coha. cle. & mu. & idem dixiſſe in laico per verbũ forte. & alle. c. nemo 32. q. 5. quòd idem Felin. dicit eſſe bene no. facit pro præmiſsis: quia tales ſunt infames 6. q. 1. c. infames, quod ſatis probari videtur in conſi. Baſil. titu. de concub. vbi tex. quòd tales concubinarij manifeſti ſunt inhabiles ad ſuſceptionem dignitatum, & honorum, & fa. c. quæſitum de temp. or. 22

Condemnatus† ob crimen famoſum repellitur ff. de teſt. ob carmen. & 4. q. 1. 2. ver. ob carmen tenet Speć. tit. de teſte. §. 1. col. 38. ver. Item quod fuit ob carmen. 23

Condemnatus† publico iudicio, puta de calumnia repellitur l. quæſitum. ff. de teſt. vel de adul. ff. eo. tit. l. ſcio. vel repetundarum eo. titu. q. 1. ea. l. in fi. Spe. vbi ſupra ver. itẽ quod eſt publico. Bal. tract. de teſt. verſ. 31. & duobus ſeq. & verſ. 42. dicit idem eſſe de eo, qui eſt condemnatus vel partus, furti, bonorum raptorum iniuriarum, & de dolo malo. ff. de infa. l. 1. & C. eo. tit. l. 2. & l. non damnatos. 24

Condemnatus de crimine famoſo pendente appellatione per eum interpoſita à tali ſententia teſtificari pôteſt: quamuis poſt latum teſtimonium appellatio efficiatur deſerta: quia ſolũ inſpicitur tempus lati teſtimonij. vt l. 1. C. de teſti. Ita tenet Bart. poſt Guil. de Cug. in l. furti. §. 1. ff. de infa.

Coniunctus† autem cõſanguineus vel frater regulariter teſtificari poteſt pro coniuncto fratre vel conſanguineo, vt no. gloſſ. & ibi Imo. Doc. in c. inſinuante de offic. delega. fallit autem in caſibus qui ſequuntur, quos ponit Felyn. in c. cum oporteat de accuſa. Primo vbi ſint fratres in eadem poteſtate: nam tunc in cauſa ciuili repellnntur per gloſſ. in l. parentes. C. de teſti. tenet Bal. in l. prima verſi. hoc operatur. C. de epiſ. & cle. ſecundo fallit vbi ſimul 25

coha-

cohabitant no. Gloſſ. in c. conſanguinei 3. q. 5. te-
net Domini. 3. q. 1. in ſum. quia cohabitatio aliquid
operatur, & ex ea acquiritur maior amicitia dile-
ctio, & affectio, quę inducit præſumptionem quòd
frater ſemper teſtificaretur in commodum fratris.
Ita pulchrè dicit Bald. In d. l. parentes, & alle. ſin-
gularem caſum in l. ſi vt allegas. C. de caſt. pec. lib.
12. & idem voluit Bald. in l. 1. C. de epiſ. & cle. & in
trac. de duobus fratribus, & conſuluit Ioan. An. &
Imo. cõſ. 13. alias 133. & An. Corſ. in no. in ver. teſtia
quod incipit licet frater &c. Tertio fallit in cauſa
iniuriarum, quia iniuria facta de domo, videtur
etiam facta alteri, per ea quę habentur in l. lex Cor-
nelia. ff. de iniur. & hoc tenet Cy. ſequitur Angel.
& Salyc. in l. 1. C. de rap. Virg. & Bartol. in alleg. l.
lex Cornelia dicit quòd licet conſanguinei poſsint
eſſe teſtes pro conſanguineis: vt no. in l. parentes C.
de teſti. tamen in crimine iniuriarum eſſe non poſ-
ſunt, quia omnibus iniuria facta videtur. idem no.
Bal. in alle. l. 1. 2. col. C. de rap. vir. quia iniuria fa-
cta vni de domo videtur facta toti caſatæ ſecúdum
eum no. Bar. in l. cum ſcimus C. de agri. & cen. li. 11.
Quarto fallit in cauſa criminali, in qua non admit-
titur frater pro fratre ſecundum Bald. in l. fi. 2. col.
C. de proba. alle. Gloſſ. 2. in l. lex Cornelia. ff. de
iniur. no. Sicu. in c. literas 3. col. de preſ. Quinto ſal
lit vbi requiruntur teſtes omni exceptione maiores.
Ita fuit de mente Bal. in d. l. fi. 2. col. ſexto fallit v-
bicunque agitur etiam ciuiliter in cauſa graui, &
valde tertio præiudicabili, quo caſu non eſt integer
teſtis, nec facit ſemiplenam probationem, licet fa-
ciat aliquod inditium. Ita not. expreſsè Baldus in
l. parentes poſt princi. C. de teſtibus. Dicit tamen
Fely. vbi ſupra quòd prędictę fallentiæ limitantur.
Primo niſi frater vel conſanguineus ſit vir ſancti-
monia plenus puta ſi eſſet religioſus magnæ obſer-
uantiæ. Ita voluit Gloſſ. ſing. 3. q. 5. in ſum. cui ad-
de Imo. idem tenentem in c. cum R. de offi. deleg.
& c. inſinuante eo. titu. ſecundo limita niſi eſſet te-
ſtis inſtrumentarius: nam tunc eſſe teſtis idoneus ſe-
cundum Bal. in alleg. l. parentes. Cui adde Ant. &
alios in c. ex literis de tranſact. & eſt doc. no. quòd
teſtis qui non poteſt teſtificari viua voce redditur
teſtis idoneus in inſtrumento, in quo tamen opor-
tet conſiderare an inhabilitas dependeat à poteſtate
partium vel non propter doctrinam ſingularem.
Bal. in l. ſi quis teſtibus in vlti. col. ver. hic dubita-
tur C. de teſtibus. vbi dicitur quòd permittens con-
tra ſe produci teſtes nihil proteſtando vel excipien
do intelligitur conſentire in his, quæ per eius con-
ſenſum tolli poſſunt, vt in exceptione inimicitiæ
vel domeſticitatis: ſecus in his quę non ſunt intro-
ducta fauore tacentis: ſed odio ipſius teſtis, vt in
exceptione excommunicationis vel banni. Tertio
limita niſi teſtis ſit pariter coniunctus vtrique par-
ti: quia par cauſa affectionis tollit ſuſpitionem. Ita
in terminis no. Bar. in l. qui teſtamẽto. ff. de teſt. ſe-
quitur Marianus in alle. c. cum oporteat ita referens
ſe cõſuluiſſe per Bar. in l. non ſolum ff. de rit. nup:
Quarto limita niſi non opponeretur quia valeret
teſtimonium fratris conſanguinei, vel coniuncti, &
cuiuſcũq; qui alias propter affinitatem repelli poſ-
ſet. Ita eleganter voluit Bal. in l. ſi quia teſti. vl. col.
loquens in exceptionibus fauore partis introductis
ſecus dicit in inductis odio teſtis, vt excommunica-
tionis vel banni. l. tametſi. ff. ad Maced. ita dicit in-
telligendum c. præſentium. & c. ex parte. ade. de
teſt. & aut. ſi dicatur. C. eo. titul. dicit tamen quòd
cauti aduocati ſemper proteſtantur in principio
productionis exceptiones ſibi ſaluas eſſe in perſo-
nas & dicta teſtium: nam per talem proteſtationem
reſeruatur ius opponendi, cùm excludatur tacitus
conſenſus ar. l. ſi filius. ff. ad Maced. quę procedunt
in teſti. productis contra præſentes: ſed quando
producuntur contra abſentes nõ eſt neceſſaria pro-
teſtatio: quia abſens non intelligitur conſentire,
cùm non habeat cauſam contradicendi, vt no. Cy.
in aut. ſi dicatur. C. de teſtib. Quinto limita niſi fra-
ter produceretur ad defenſionem fratris etiam in
cauſa criminali. Ita voluit Bald. valde ſing. in alle.
l. parentes in prin. C. de teſti. dicens quòd ſi dictum
fratris prodeſt fratri, & nemini nocet, vt cum pur-
gat fratrem de hæreſi, tenet eius teſtimonium per
text. quem dicit eſſe no. in alleg. c. literas de præ-
ſump. ex quo inſert quòd frater poteſt inducere fra
trem contra fiſcum ad probandum quòd fecit ho-
micidium ad ſui defenſionem. Nec per hoc dicitur
nocere fiſco, qui tractat de pœnali & odioſo lucro
cum alterius iactura arg. eius quod no. in l. ſi quis
vxori. §. fi. ff. de fur. & ibi dicitur quòd non habea-
tur ratio lucri nec intereſſe, quod perciperetur cum
alterius iniuria, vbi eſt Gloſſ. quæ non eſt alibi ſe-
cundum Bald. in alle. l. parentes. cum quo concor.
Saly. ibidem: & Sicu. in d. c. literas. Sexto limita niſi
frater produceretur in teſtem cõtra fratrem, & ipſe
non ſe offerret ſecundum Sicul. in alle. c. literas 4.
col. præmiſsis adde Iac. Aegidij in ſuo trac. de teſti.
col. 14. verſ. quæro an frater.

Conſors † an poſsit eſſe teſtis pro conſorte, vt in- 26
fra in verſi. ſocius.

Conſpiratores † à teſtimonio ſunt omnino re- 27
pellendi contra illum contra quem conſpirauerunt
etiam ſi agatur per viam inquiſitionis text. eſt no. in
c. per tuas infra de ſimo. Contra alios autem ad-
mittuntur, ſi erant conſpiratores ex bona cauſa. ſi
ex mala admittuntur, & repelluntur, eiſque credi-
tur parum vel plus ſecundum qualitatem perſona-
rum præiudicij, & neceſsitatem probandi prout
de alijs criminoſis in iure diſponitur, de quibus per
Sic. in c. ex parte. A. de teſti. & in c. 1. de confeſ. & in
c. cum I. & A. de re Iudi. 6. colu. ver. dico enim per
Spec. de teſte. §. 1. colu. 1. Item quòd eſt conſpirator
per Bal. in tit. de pace iura. firman. co. 10. in c. con-
uenticulas.

Conuerſus † an poſsit eſſe teſtis in cauſa ſui mo- 28
naſterij. Vide ſupra in ver. Canonicus regularis.

Criminoſus † in crimine perſeuerans repellitur 29
à teſtificando tam in ciuili, quàm criminali per tex.
in c. teſtimonium & in iur. alle. in Gloſſ. 1. ſed iſtud
non procedit de iure ciuili, ſecundum quod opor-
tet teſtem eſſe ex delicto condemnatum per Gloſſ.
in c. ſuper eo. 1. de teſti. ſed de iure Canonico ſuffi-
cit quod tunc probetur crimen, vt in alleg. c. ſuper
eod. & ita lex ciuilis ſeruabitur in foro ſuo: ſed il-
lud debet intelligi vt iura ciuilia, quæ videntur re-
quirere condemnationem non procedunt in crimi-
nibus, quæ inducunt infamiam iuris, etiam ſen-
tentiam, vt quia pugnaſſet quis cum beſtijs: nam

tunc repelleretur etiam non ſequuta ſententia ſecundum legem, vt l. 3. §. lex Iulia in ver. conuictus de teſti. vnde patet ſecundum Inno. in alle. c. ſuper eo. quod ll. ſimpliciter non repellunt teſtes ratione criminis: ſed ratione infamiæ iuris. ſecus ſecundum Canones, vt ibi, & ſic in foro Canonico ſeruabuntur Canones, ita dicit Fely. in alle. c. teſtimonium: & ſi criminoſus ſemel fuerit conuictus inſtituta accuſatione repelletur in criminali, licet emendatus. Ita tex. ex eo. c. teſtimonium. & idem in confeſſo de crimine in alio iudicio, in quo contra ipſum fuit inſtituta accuſatio. Nam à teſtificando repelletur in criminali, vt in alleg. c. & in c. 1. de excep. verum vbi núnquam fuiſſet accuſatus, ſi per exceptionem de crimine conuinci poteſt ſufficit ad repellendum ipſum à teſtimonio etiam ſi nunc eſſet emẽdatus de crimine, vt ponat aliquid ſpeciale cùm agitur de crimine criminaliter: nam ſi perſeuerat repellitur etiam in ciuili, vt in alleg. c. teſtimonium. vlteriùs ſi non probatur crimen de præſenti, nec aliàs fuit conuictus vel confeſſus, ſed grauata eſt teſtis opinio pro eo quòd aliàs repulſus ab actu teſtificandi, repellitur teſtis in criminali, licet non in ciuili, per tex. in alleg. c. teſtimonium. Vide per Fely. ibidem.

30 Corrupti † pretio ad deponendum à teſtimonio repelluntur text. & Gloſſ. Io. An. & Sicul. in c. licet de proba. pro hnc tex. in c. quories de teſti. & c. ſicut eo. titul. & l. 3. §. lex Iulia ff. eo. tit. quamuis ibi tex. requirat quòd fuerit cóuictus pecuniam accepiſſe ob dicendum, vel non dicendum teſtimoninm. Idem videtur tenere Fely. in alle. c. licet. 5. col. ver. no. 10. de quo per Spe. ti. de teſt. §. 1. col. 17. verſ. item opponitur quod recepit à quoquam per Fely. in c. fraternitatis 4. col. verſi. tertia concluſio de hære. per Bar. in l. Diuus ff. de re iudi.

31 Damnatvs furti † bonorum raptorum iniuriarum, vel de dolo malo pactúsve repellitur à teſtimonio ſecundum Bald. in tracta. de teſti. vide ſupra in ver. condemnatus. damnatus depoſiti tutelæ pro ſocio vel mandati ſuo nomine pariter repellitur ſecundum Bald. vbi ſupra: quia tales ſi fuerint condemnati actione directa ſunt infames l. 1. ff. de his qui no. infa. quod intelligit Glo. ſi propter dolnm fuerint condemnati aliàs ſecus.

32 Dignitate † ob turpitudinem priuatus repellitur à teſtimonio per text. in l. 2. ff. de Sena. & 3. q. 7. §. tria in prin. tenet Spec. tit. de teſte. §. 1. col. 11. verſic. Item quod eſt remotus ad prædicta faciũt quæ leg. & no. in c. ſuper eo. de elec.

33 Delegatus † ſi ſubdelegauerit cauſam, an poſsit in illa teſtificari de hoc per docto. & Glnſſ. in c. dilecto de teſti. per Specu. eod. titu. §. 1. 33. col. verſi. quid ſi ſtatim dictum ſecundum Sicul. in en. c. dilecto 4. col. quod ant ante ſubdelegationem iudex proceſsit ad aliquam ſententiam, Ita vt ex hoc præſumatur affectus ad cauſam, & non poterit eſſe teſtis ratione ſuſpitionis: quia non debet eſſe in eadem cauſa iudex & teſtis, vt in c. ſtatuendum 2. q. 6. fa. quod no. Gloſſ. in l. ob carmen §. 1. ff. eod. titu. Aut commiſit in principio cauſæ, & ſi tunc commiſit in totum non videtur aliquid rationabile reſiſtens officio teſtificandi: Hoc enim caſu ceſſat ratio opini. contrariæ cum non fnngatur ſubdelegatus iure ſubdelegantis, cùm deſierit eſſe iudex nec poteſt amplius reaſſumere cauſam, nec ad eum appellari de offi. deleg. c. ſuper quęſtionum. §. porro. & c. ſi delegatus eo. titu. lib. 6. nec poteſt dici quòd habeat affectionem ad cauſam cum in ipſius principio ſubdelegauerit, & ſic ceſſat ratio. c. ſtatuendũ ad hoc. c. iudex. de offi. deleg. li. 6. vbi ceſſat hoc caſu omnis ſuſpitio. Aut ſubdelegauit non in totum, vel erat ordinarius, qui poteſt ſubdelegatum remouere quandocumque per l. iudicium ſoluitur. ff. de indi. & tunc eſt maius dnbium. in hoc dicit Sicul. ſe putare quòd de rigore non teſtificabitur, cum remanſerit iudex, & poſsit cauſam reaſſumere ad libitum, & ad eum ſit appellandum d. c. ſuper quæſtionum. Vnde ſemper claudicaret in partem pro qua tulit tſtimonium: ſed de æquitate, quæ ſatis iudicio ſuo poterit obſeruari admittetur, quia expreſſe non reperitur iſte repnlſus, & edictum de teſtibus eſt prohibitorium l. 1. ff. eod. titu. Nam iura repellunt iudicem actualiter, vel eum qui ſuit ne vtatur in cauſa duplici officio incompaſsibili. Sed iſte non fuit actualiter, nec eſt iudex: Nam ſeparatum eſt iſtius tribunal à tribunali ſubdelegati, quod patet ex eo, quia ad eum appellatur à ſubdelegato, quod fieri non poſſet, ſi eſſet idem tribunal de conſue. c. 2. li. 6. nec in eadem cauſa erit iudex & teſtis: quia non ipſe, ſeb ſubdelegatus iudicabit, nec poterit amplius reaſſumere cauſam ad effectum iudicandi: quia officium teſtificandi reddit eum incapacem, & appellabitur ad eum non vt ipſe cognoſcat, & diffiniat, ſed vt eam alteri deleget ſicut obſeruatur in eo, qui exiſtens ſuſpectus cauſam delegauit: nam appellatur ad eum vt cauſam alteri deleget: Nec per hoc ſuſpectus iudicatur, vt ipſe Sicul. dixit in c. ſi quis contra clericum de foro compe. & Sicul. in prædicto c. dilecto dicit hæc notanda tanquam per alios non digeſta per hoc eliciens practicam notabilem vt ſi quis velit producere in teſtem ordinarium, obtineat primo vt cauſam alteri committat, & coram illo producetur in teſtem. aliter tamen quàm Sicul. tenere videtur Felyn. in alle. c. dilecto.

Domeſtici † regulariter à teſtimonio ſunt repellendi ca. in literis de teſtibus. 4. q. 3. §. Item idonei. & l. etiam. C. de teſtib. 3. q. 5. quaſi per totam, non repellitur domeſticus domeſtici partis ſingulare dictum. Innoc. in c. inſinuante de offic. & po. iud. deleg. refert & ſequitur ibi Pet. de Ancha. & Baldus in l. qui teſtamento §. quicunque autem ff. de teſta. Ant. in alleg. c. inſinuante, & ibi Barba. dicit eſſe caſum in l. 1. C. ſi quacunque præditus pot. Anto. Corſe. in no. in litera. C. & incipit licet domeſticus: ſed comprehendẽdo Gl. in c. 1. 3. q. 5. & in præallega. c. in literis. & omnia dicta ſcribentium. Collige ſecundum Felyn. ibidem in hac materia breues concluſiones. 34

Prima † concluſio. Ille propriè dicitur domeſticus qui non ſolum ſubeſt ratione patriæ poteſtatis, vel dominicę, ſed etiam qui cohabitat, & aliquo modo eſt inferior vel ſubiectus capiti familię, vt libertus, mercenarius, & ſimiles ſecundum Bald. in l. 2. C. eo. titu. & Spec. titu. de teſte. §. 1. 4. colum. verſic. Item excipitur quòd eſt domeſticus, & Dominicum poſt Io. An. in c. ſi. 5. col. de verb. ſig. lib. 6. & 35

Arch.

Arch. & Domi. in c. regulæ 29. di. & probatur in l. præſenti. §. ſanè. alle. in prædicta Gloſſ. & in l. reſpiciendum. §. delinquit. ff. de pœ. & ideo dicit Bal. in alle. c. in literis quod loquendo groſſo modo dicuntur domeſtici omnes qui viuunt ad vnum pané, & ad vnum vinum alle. §. cogitandum in authe. de mona. Poteſt etiam conſanguineus dici domeſticus quamuis non cohibet ſecundum Specu. vbi ſupra in pluribus verſiculis. allegat multa iura: ſed eſt bonus text. in l. 1. C. de emenda. ſeruo. & in l. ſed & ſi quis. §. fi. ff. ſi quis cautio, & facit, quia vt dicit Dominicus in dict. c. ſicut nomen familiæ conſideratur multipliciter l. pronuntiatio §. familiæ. ff. de verb. ſig. nam vel ſignificat gentem, vel cognationem, vel ſeruos & filios, vel plures qui degunt ſub vno conuictu, & vna domo vt l. iuſtiſsimè. ff. familiæ. ff. de edil. edi. Vnde cum familiares dicantur à familia quilibet cui aliqua iſtarum qualitatum competere poteſt, dicetur familiaris, quicunque eſt familiaris dicitur domeſticus, patet in l. 2. ff. de in ius voc. iuncta prædicta l. ſed & ſi quis. §. pręterea. non mirum ſi iſti dici poſſunt domeſtici. & per hoc patet quòd familiaris & domeſticus videntur ſimonia, & hoc ſennt Anto. in alle. c. in literis, & patet ex legibus, quæ dicunt quòd conſanguineus eſt domeſticus, quòd non poteſt eſſe alia ratione niſi quia dicitur de familia licet Gloſſ. & Sicul. aliter ibidem ſentire videantur. Super quibus. Fely. vbi ſupra dicit eſſe tria notanda. Primo quòd ſi plures cohabitarent in eadem domo æqualiter non dicerentur in hac materia adeo domeſtici quòd repellerentur. Ita ſentiunt prædicti dum ponderant ſubiectionem, pro quo alle. tex. in c. 1. circa prin. qualiter iura debeant vaſſalli fideli. do. Et ibi Gloſſ. & Bald. vbi tex. vult quòd domeſticus debet iurare fidelitatem domino, ſicut ſubditi, & ſic datur intelligi quòd domeſticus ſimpliciter ſumptus importat quandam ſubiectionem largo modo, ad idem alleg. c. P. 3. q. 5. vbi iſta ponuntur vt diuerſa familiares vel de domo prodeuntes, ex quo datur intelligi quòd non omnes cohabitantes in eadem domo dicuntur domeſtici. Secundo no. quòd etiam ſi aliquis cohabitat in domo alicuius expenſis domini domus, quamuis ſit liber homo, & in aliquo non obligatus dicitur eſſe domeſticus, ſecundum Io. And. in Spe. vbi ſupra per tex. opti. in præalle. c. fi. de ver. ſig. in 6. vnde infertur contra Spec. ibi dicentem quòd famulus ſeruiens gratis non dicitur propriè domeſticus, contra quod facit etiam l. ſi libertus ff. de furt. dum clientem appellat domeſticum.

86 Tertio † nota ſecundum Bald. in allega. c. in literis quòd largè dicuntur familiares omnes exiſtentes ſub alicuius imperio de iure, vel de facto. alle. l. 1. C. ſi rector prouin. & l. 1. C. ſi quacunque prædi. po. dicit tamen quòd ſtrictius accipitur in d. l. pronuntiatio. §. familiæ. & adhuc magis ſtricte in l. ſi familiæ. ff. de iuriſdict. om. iudi. in l. 1. familiæ. ff. de publica. vt in alle. cap. in literis. per eum: In quo tamen prædicti differant in teſtificando dicetur in ſequentibus. Secunda concluſio perſonæ prædictæ regulariter à teſtificando repelluntur, vt in alleg. c. in literis, & 4. quæſt. 3. §. Item idonei, & l. etiam. C. de teſtibus. & 3. quæſt. 5. quaſi per totum. & plenè in Specul. verſi. Item quod eſt domeſticus: quia ſecundum Bald. vbi ſupra familiares conſueuerunt ſeruire domino per ſas & neſas. alle. cap. cum ad ſedem de reſti. ſpo. & l. 1. C. de rap. vir. facit optime ratio. c. viſis, ibi humani moris 16. q. 2. Fallit primo dicta concluſio in ſubditis Principis vel Regis ratione iuriſdictionis, quia poſſunt pro ipſo teſtificari ſecundum Ioan. An. & Imol. in alleg. c. in literis, & Io. Fab. Inſti. de teſta. §. In teſti. de quo per Cy. Bal. & Saly. in l. eos. C. de teſt. & An. Are. Inſt. vbi ſupr. §. pater 3. colum. quia in iſtis nõ habet ſuperior ius patriæ poteſtatis, vel ſaltem aliquid ſimile, vt etiam dicit Specul. in titulo. de ſtatu mona. §. 1. verſicul. 12. Aliàs ſequeretur ſecundum eos quòd princeps, vel prelatus maximè habens regimen magnum non inueniret teſtes in proprijs cauſis, & idem ſentit Bal. in l. idonei. ff. de teſtibus. Sed contra illam fallen. eſt Gloſſ. in d. l. Idonei, pro qua facit l. libertus de fur. ff. vbi non ſolum ille dicitur domeſticus cui poteſt imperari modis prædictis: ſed etiam ille qui frequenter conuerſatur in domo alicuius ſub prætextu alicuius protectionis, & vocatur cliens. Vnde ſi ratio ſolius protectionis facit aliquem domeſticum, fortius ratio principatus & iuriſdictionis. ad idem c. 1. quali. iura. deb. vaſall. fideli. vbi ſubditus domini, & domeſticus coguntur præſtare idem iuramentum, ergo ſunt ſimilis qualitatis reſpectu domini. Sed pro concordia diſtingui poteſt quod aut perſona principis eſt talis quæ præſumitur inferre violentiam teſti niſi ſuo modo teſtificaretur, & tunc non admittatur ſubditus pro domino argu. c. fin. de appell. & l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. ff. de noui ope. nun. Si vero non ſit talis, & tunc quanuis ſubditus in cauſa domini ſui poſsit, vt ſuſpectus recuſari à iudicando. c. accedens. 2. vt lit. non conte. non tamen repellitur vt teſtis. Ita Ioan. Fab. vbi ſupra, & colligitur huiuſmodi diſtinctio ex his, quæ de vaſallo quoad dominum ſcribit Baldus. in alle. l. eos. C. de teſt. & Sic. in c. inſuper in fin. eod. titul. & pro hac differentia inter dominum terribilem, & non terribilem vide Innocen. in c. inſinuante, qui cle. vel. vol. Bald. & Imol.. in l. fin. de hæred. inſti. & Sic. in c. 1. de offi. dele. & in c. Abbas cũ ſi. quod me. cau.

Fallit ſecundo dicta concluſio niſi perſona familiaris vel domeſtica ſit perſona valde honeſta, vt ſunt familiares Epiſcoporum vel principum, quia admittuntur in teſtes pro dominis ſecundum Inno. in d. c. in literis, quem ſequuntur Bald. & Saly. in l. 2. C. eo. ti. Ant. & Imo. in alle. c. in literis. ſed Fely. ibidem refert dominum ſuum tenere contrarium. primo per l. 1. circa medium. C. ſi rector Prouinc. vbi ſicut rector eſt ſuſpectus ſi procurat nuptias pro ſe, ita ſi domeſtico, & tunc ratio dignitatis deberet facere quòd ſola qualitas domeſticitatis non faceret in eo præſumi alquid illicitum, cuius inductio videtur habere ſaporem. Præterea dicit ipſe quòd honeſtas perſonæ non facit ceſſare præſumptionem reuerentiæ quam præſumitur habere ad dominum, & alleg. iura ſacientia mentionem de metu reuerentiali. de quibus per omnes in cap. cauſam matrimonij de offic. delega. Item quia text. 4. q. 2. §. idonei. & in l. etiam. C. de teſt. Loquuntur abſolutè. Vnde dicit ſe credere prædictos fuiſſe in errore. Sed Felyn. vbi ſupra tandem dicit ſe putare

eos bene dixiſſe, dicens reperire in iure plerunque quòd vbi ex coniecturis dubitatur de mendacio, vel iudicio corrupto, integritas vel ſanctimonia perſonæ tollit omnem ſuſpitionem. ad hoc alleg. Specu.titu. de le.§.ſupereſt circa 2.colum.& Sic.in cap.niſi eſſent in pri. per illú tex. de preben.& Gl. c.ad hæc.in ver. Archi.de offi. Archidiaco. & Spe. tit.de teſte.§.1.ver.no.& Bar.in l.quicunque.C.de fundis patrimo.libro 10. Et Baldus in l. abſtinendum.C.quorum appell.non reci.Gloſſ.in l.1.§.de his ante.ff.de ripa.muni. Et Sic.in c.1.vlti.colum. de iudi. Bal.in l.decernimus 3.col.eo. tit. & tex.in §.his omnibus 61.diſt.& Ant.in c.poſtremo de ap. Inn.in c.fi.de dolo & contu.& Glo. 1.in c.præſentium 15.q.1. Et Spe.de requiſiti conſilij.verſi.Item fac eos iurare. Zaba.in Clemen.1. in 39.q. de priuile.Inno.& Ant. in c. 1. de cleri.peregrinan. Inno. Ant.& Ana.in c.ſuper his de accuſ.vbi Fely.extenſè poſuit dicta prædictorum in vltim. colum. Ex quibus inſert quòd dato quòd honeſtas non faciat ceſſare rationem reuerentiæ, tamen facit ceſſare rationes de quibus in text.no.c.accuſatores in 3. q.5. & ad hoc eſt tex.in prædicto c.in literis in fi.ſecundum Inno.Fallit tertio in his quæ veriſimiliter melius ſciuntur per domeſticos & familiares,quàm per alios:quia admittuntur ſecundum Io. An in prædicto verſi.Item quòd eſt domeſticus, & Bartolus. in l. ſi quando in vltim. colum. C. vnde vi. eſt caſus in l.conſenſu. C. de Repu.& in cap. veniens in fi.de teſt.& tex.optimus in l.quoties.C. de naufra.lib. 10. Plus dicit ibi Bart. quod non ſolum admittuntur ſed etiam præferũtur alijs,& eſt tex. optimus in c.ſuper prudentia 14.quæſt. 2. immo etiam ſerui & ancillæ cum tormentis, hoc caſu admittuntur d. l.conſenſu, & non intelligitur ibi text.in verſi. ſi alia documẽta defecerint, quod ad illos ſcilicet domeſticos non recurrant niſi in ſubſidium, quod eſſet contra Bar. vbi ſupra. quia illud dicitur reſpectu aliorum domeſticorum,qui non ſunt ſerui,qui preferuntur ipſis, puta liberi homines, mercenarij, clientes, & ſimiles. Et quamuis plus credatur domeſticis, non tamen prohibetur per alios producere per c.ſuper prudentia in verſi.potiſsimè niſi ageretur de probanda conſanguinitate, in qua non admittuntur extranei, niſi in ſubſidium per text. ſolemnem in c.quoties de teſt. & ad dictum c.in literis non ſunt admiſsi domeſtici, quia non erant honeſti, eo quòd dicerent interfuiſſe facto inhoneſto commiſſo à domino, ſecundum Bald. ibidem per l.hæc verba.ff.de adul.& ſic participes repellebantur ſecundum eum: Vnde merito dicit ibidem Inn. quòd ſi fuiſſent honeſtæ perſonæ, non proceſsiſſet prædicta decreta. Fallit 4. in ſamulo, qui tempore depoſitionis non eſt amplius famulus ſecundum Specul.titul.de teſte.§.1.verſi.quid ſi olim. Et Sic. in alle.c.in literis Bartolus in l. 1.§. ſi ſeruos per illum text.ff.de quæſtio. Et Cy.& Baldus.in l.2.C. de teſti. Bart.in l.qui teſtamento. ff. de teſta.Io.de Fan.in c.cõſanguinei 4.q.5.Dicit enim Bal.in alle. c.in literis, quòd ſamulus expulſus non ſeruatamorem ſicut de affinitate ſopita ſoluto matr. Dicit Gl. ſingularis ſecundum eum in l.ſed hoc ita ff. de re iudi. Et quia conditio teſtis inſpicitur tempore teſtificatus l.3. §. lege Iulia.ff.de teſtibus, & l.3.§. duæ auſæ de Carb.edi. Quod intellige dummodo ſamulus non ſit dimiſſus ſimulatè ad tempus etiam ſi appareret eum dimiſſum vt teſtificaretur: quia non dicitur eſſe in dolo, qui parat ſibi probationem per aliquod factum, quo alias ſuccumberet. l. At qui natura.§.cum autem in tex.& Glo.ff.de negotijs. Ita concludit Fely.in alle.c.in literis.ſequendo in hoc Cynum in pręalle.l.2.& Ioan. An.in addi.Specu. vbi ſupra. Secundo intellige dummodo licentia fuerit realis, & non ſimulata ſecundum pręedictos dicentes cognoſci ſimulationem ſi incontinenti rediret ad dominum: Secus ſi ex interuallo per l.ſi vẽtri.§.fi.ff.de priui.credito. Hinc eſt quòd dicit Barto. in l.fin.ff.de donatio.inter vi.& vxo. quod duo iſto caſu faciunt ceſſare ſuſpitionem ſimulationis, videlicet interuallum longum, vel quòd antequam famulus redeat ad dominum, poſuerit ſe cum alio, vel quæſierit ſe ponere. oportet tamen vt Iudex in hoc arbitretur quia de facili fieret fraus, & oportet intelligere longum interuallum poſt teſtificatum: ſi enim ante decurriſſet interuallum, & facto teſtificatu rediret ad dominum non ſufficeret: quia actus ſequens declarat animum præteriti temporis. l.ſed & Iulianus.§.mutui. ff.ad Macedonianum. Hæc ex Felyn. vbi ſupra dicente quid de fratribus, & quid de domino ſi poſsit teſtificari pro domeſtico, de quo in verſicul. dominus. & quid ſi domeſticus, qui nõ debebat teſtificari fuerit examinatus an faciat indicium per Fely. vbi ſupra.

Domeſticus † Epiſcopi ab eodẽ propter eius ſce- 37
lera expulſus ſecundum Io.An. in tit.de teſt. ſuper rubrica venit repellendus probatis ſceleribus.& ita videtur tenere Fely.in præalle.c.in literis in 5. fallen.circa fin. quod intelligerem iuxta lec. & no. in c.nulli de accuſ.dummodo fuerit repulſus à ſua familiaritate antequam ſciret eum producendum in teſtem: nam ſi faceret poſtea præſumeretur feciſſe in fraudem arg.c.ſuggeſtum & c.meminimus, & de appell. Videretur tamen quod etiam eo caſu iudex conſtituto de criminibus ex officio poſſet illum repellere argu.no.per Gloſſ.& doc.in alle.c.nulli.

Dominus † poteſt teſtificari pro ſubdito vel fa- 38
miliari ſecundum Saly.in l. 2. C. de teſtib. pro quo eſt in Gloſſ.1.rectè intuenti in c.inſinuante de offi. delega. niſi eſſet adeo vilis conditionis quòd fortè timeret ſubditum ſicut dicitur per Specul.de vxore pro marito in titulo.de teſte.§.2.colu.10. ſed nunquid de vxore? Tamen non dicitur eſſe teſtis omni exceptione maior, vt ſentit Bartolus.in l.idonei.ff. de teſti. alleg.c. cauſam quæ de offi.de le. Ita Fely. in alle.c.in literis in penul.colum.verſi.vltim.pro complemento.

Donator † an in cauſa donatarij poſsit eſſe teſtis, 39
dic quòd non per not.Cyn.Io.Fab. Bal. & Saly. & in l.omnibus.C.de teſt.Idem Sic.in c.inſuper eod. titul.per Bald.in l.& ſi à te.C.de fal. Ita pariter tenet Deci. cap. 94. Idem Fely. in alleg. c. inſuper pen.colum.alleg.Saly. idem tenentem in præalle. l.& ſi à te in fin. Vide ſupra in verſi.cedens, & infra in verſi. venditor.

Dubius in fide infidelis eſt, & ideò teſtis eſſe non poteſt.c.1.& ibi Gloſſ.& docto.de hære.

Episcopvs † an poſsit eſſe teſtis in cauſa eccle- 40
ſiæ

ſiæ ſuæ vide ſupra in verſic. Abbas.& in verbo adminiſtrator

Exequutor à teſtimonio repellitur in ea cauſa in qua ſuit exequutor per tex.in l.fi.ff.de teſti.de quo per Spe.eo.tit.§.1.30.colum. verſi.item quod in eadem cauſa.

41 Excommunicatus † etiam à teſtificando repellitur. ſufficiant.c. veniens lo. ſecundo,in fin.de teſti. & c.decernimus de ſenten.excom. libro ſexto, vbi decernuntur quòd iudices ſeculares per cenſuram eccleſiaſticam ab eccleſiaſticis iudicibus canonica monitione præmiſſa repellere excômunicatos à teſtificando, in ſuis curijs & iudicijs compellantur. Idem Egi. in tracta. de teſtib.2.colum.in verſicul. repelluntur infideles.Specu.tit.de teſti.verſi. Item quod excommunicatus.Idem Nellus de Sancto Gemi.eo.tit.colum.4.verſic.excommunicatus.Iſtud tamen malè ſeruatur, quamuis Gloſſ. no. in l.1.C. de iur.& fac.ign. teneat quòd exceptio excommunicationis poſsit opponi in foro ſeculari coram iudice laico no.Bal.in c.intelleximus de iudi.& in c. contingit 10.colum.de dolo.& contu.& idem Bal. in l.quoties.C.de iudi.& in l.placet ad fi.C.de ſac. ſan.eccle.ſa.tex.in cap.poſtulaſti de homi.vbi excommunicatio fuit oppoſita coram Rege,& ſic coram iudice ſeculari, & illum text. not. ad hoc ibi. Ioa.de Ana.& Fely.Idē tenet Gemi.in c.1. 1.§.2.5. colum.de excepto libro ſexto. Bald. in l.fi. C.li à non compe.iudi.fue.iudi. vidi tamen ſæpenumero etiam in curia parlamenti eos qui ſentētiam excommunicationis per annum ſuſtinuerāt à teſtificando repelli: quia tales cenſentur eſſe ſuſpecti de hæreſi no.Sicul.in c.fi.de pœnis:Immo Fely.in c.excommunicamus il primo, de hęret.no.ex illo tex.quod tales ſunt infames, & à dignitatibus repellendi l. 2. C. de digni. libr. 12. de quo no. per ipſum in alle. cap. poſtulaſti de homi. Sicul. vbi ſupra alleg. c. rurſus. & c.quicunque 11.q.3. quid autem operatur huiuſmodi ſuſpitio hæreſis vide per Sicu.in alleg.c. fi.in vlti.col.

42 Falsitatis † accuſatione pendente an quis à teſtificando repellatur vide ſupra in §. accuſatione & §.ſeq. falſarius non admittitur in teſtem etiam contra falſarium no.Inno.in cap.1.de confeſ.& Bal.in marga.§.confeſsio.verſic.2.

43 Famulus † non poteſt eſſe teſtis pro domino. l. ſeruos.& ibi Saly c. poſt Iaco. Butr. C. de quæſtio. l.etiam.& ibi.doc.C.de teſt.quia ſibi poteſt imperari: ideo cenſetur inhabilis Glo.4. q. 3. §.idonei. verſicul.teſtes. Fallit ſi ſit famulus alicuius magni domini, honeſtęque perſonæ: nec eſt veriſimile famulum deieraturum, cùm ſit grauis & honeſta perſona, aliàs ſecus Docto.& Bald.in præalleg. l. etiā. Inno.& Doct.in cap.literis de teſti. Vide quod poſui ſupra in §. domeſtici, & latius in addi.ad 4. q.c. 3.Fallit in famulo non habente ſalarium: quia talis famulus admittitur in teſtem pro domino, ita ſingu.dicit Specu. in titul. de teſte. §.1.verſicul. ſed de quo mercenario, quod dictū refert & ſequitur Ludoui. Rom. conſil. 42. incip. propoſita quæſtio. Adde quod famulus, qui producitur ad probandum quod librum reportauit non poteſt eſſe teſtis quia pro ſe deponit.l.deferre. §. idem decreuerunt ff.de iu. fiſ.

Familiares † iudicis in teſtes non ſunt admitten- 44
di quando iudex habet aliquam affectionem ad cauſam, vt quia procedit ex officio ſaltem vt faciant plenam probationem, aliàs iudex poſſet condemnare quemcunque. Si vero non habeat affectionem ad cauſam teſtes de familia iudicis ſunt admittendi.Ita di.Sicul.poſt Hoſtien.in c.1.de offic.iudi. in fi.

Facti proprij in quo quis habet intereſſe nemo teſtis idoneus eſſe prohibetur. Bar.in præalle.l.deferre.§. idem decreuerunt. ff. de iure fiſ.no. in c. 2. de arbi.& per Archi.& Io.An.in c.Romana de teſtibus.libr.6.& ibi doc.circa fin.dicit quòd ſi volo probare quod mutuaui centum Titio, quæ ſibi miſi per Sempronium, idem Sempronius non erit idoneus teſtis, & alle. idem tenere Do.Ioan.de ſamu.

Fenus improbum exercentes ſunt infames vt in l.improbum C. in quibus cau. inſam. alicui irro. nam & cum hodie fenus omne ſit illicitum,& prohibitum, tale fenus exercentes ſunt infames ſecundum Pe. Cy. Iac. But.Bald.Guil. de cu.& Saly.in alle.l. improbum. ergo omnis fenerator repellitur à teſtimonio, quod eſt no.& poſuit Cy. in l. ſi quis ad declinandam. C.de epiſco.& cler. & idem Bal. vbi ſupra,& in ſuo tractatu de teſti.§.circa ver. 151. Pa.de Caſt. in præalle. l. improbum, dicit quòd ſi erat occultus vſurarius, requiritur declaratoria non tamen infamis orietur ex ſententia, ſed ex crimine declarato per ſententiam: quia iſte eſt de caſibus, in quibus quis incurrit infamiam ipſo facto. Vnde ſi aliquis vſurarius fuit in teſtem acceptus,& poſtea fuit declaratum ipſum eſſe vſuratium, teſtimonium irritabitur, quia tempore teſtimonij erat infamis, ſecus in caſibus in quibus infamia oritur ex ſententia iuxta l.1.ff. eo.ti. & ita ſentire videtur Saly. in præalle.l.improbum.

Fideiuſſor † poteſt eſſe teſtis pro fideiuſſore ad 45
probandum quòd non principaliter fideiuſſerunt tenet Cy.Bald. Ang.& Saly.in l.dictantibus. C. de teſta.Bartol. in l.ſi quis ita per illum tex. ff.de reb. dub.Bal.in l.fi.§.1.2.col.C.de execu. rei iud. cum limitatione, quam ponit Saly. poſt Bal.in præalle. l.fi. videlicet ſi color fuit quæſitus: ſed ſi creditor noluit eum vt fideiuſſorem recipere, ſed vt principalem, certè tunc non habet beneficium diſcuſsionis, quia eſt verè conreus debendi l. ſi non ſinguli ff.ſi cert.peta.& ff.ad Velle. l. vir vxori §. 1.ſequitur Alex.de Imo.conſi.78.in 2. col. in princi. vol. quamuis contrarium tenuerit Ang.in §. legatarius. Inſti de teſt.

Fideiuſſor pro principali reo ſeu debitore ſi eſt ſoluendo poteſt eſſe teſtis, ſecus ſi non ſit ſoluendo. Ita videtur tenere Specul. titulo. de teſte. §.primo. verſicul. Quid de fideiuſſore. Veruntamen ibi Ioann. Angel. in addition. videtur tenere contrarium dicens fideiuſſorem habere intereſſe ſaltem ne litibus & ſumptibus vexetur. ff.de minori.ff.minor 20.ann.de arbit.c.2.& maximè cùm fideiuſſor renuntiauit per modum qui no.de fideiuſſo.c. 2.in Gloſſ. 1. quare dicit teſtimonium illius videri ſuſpectum. Idem tenere videntur Dy. Ang.Imo.Pau.de Ca.& Are.in l.fideiuſſor.§.fi.ff. de leg.1.idem Io. An. in addi.Specu.titul. de iudi. dele.§.ſupereſt, ver. ſed nunquid fideiuſſor. Ang. in l.

in l.ab executore. §. alio. ff.de app.Imo. in l. Aſinam in prin. per illum tex. eo.tit. Ant. & Fely.in c. inſuper de teſtib. Ang.conſil. 295. incip. Viſis atteſtationibus, & iſta eſt communis opinio, vt recita. Iaſ.poſt Aret.in l.ſi cui.§.fin.ff.de lega.1. adijciens Bal.Flo.& Alex.tenere quòd opinio prædicta procedat quando fideiuſſor renuntiaſſet beneficio executionis, vel debitor principalis non eſſet ſoluendo: ſed ſi debitor eſſet præſens & ſoluendo, & fideiuſſor non renuntiaſſet beneficio de fideiuſſo. tunc benè poſſet eſſe teſtis & iudex: quia tunc non poteſt haberi regreſſus contra fideiuſſorem, & nullũ damnum, aut præiudicium poteſt eſſe fideiuſſori. ita concludit Iaſ. vbi ſupra, & idem Fely.in præalle. c. inſuper.

46 Fidei † commiſſarius vniuerſalis non poteſt eſſe teſtis in vel pro teſtamento: quia iuris ſucceſſor exiſtit, & habetur pro hærede, vniuerſali l. reſtituta in prin.& l.1.§.ſi res.ff.ad Trebel.no. Angel.Inſti. de teſta.§. legatarius.Iaco.de Are.& Bal.in d.l.qui teſtamento ff.eo.tit. Iaſ.in l.dictantibus.C.eo.tit. Filius an poſsit eſſe teſtis in cauſa patris. Vide infra in §.pater non poteſt.

47 Filius † inceſtuoſus non poteſt eſſe teſtis in vel pro teſtamento patris no. Bald.in l. cum acutiſsimi 2.col. C.de fideicom. alleg.Specul.in titu.de inſtr. edi. §. compendiosè, verſicul. & generaliter non poſſunt.

Filius improperatus in teſtamẽto paterno à teſtimonio repellitur ſecundum Bal. in tracta. de teſti. §.circa ver. 47. per l. ea quæ. C. in quibus cau.irro. infam. vbi text. quòd improperium partis in teſtamento lædit opinionem filiorum apud bonos & graues, & ſic ſecundum Gloſſ. ſunt infames infamia facti.

48 Frater † an admittatur pro fratre, vel contra. Vide ſupra in §. Coniunctus.

Fur, raptor, vel adulter manifeſtus à teſtimonio repelluntur ſecundum Specu. tit de teſte § 1.col. 9. ver. item excipitur quod eſt fur. idem tenet Nellus de ſancto Gemi. tracta.de teſti. c.3.

Fuſtibus ceſus à prætore repellitur à teſtificando ſecundum Bal.in tracta. de teſte. §.circa verſi. 48. alle. l.fuſtibus. C.ex quibus cau.inſa.irro.

49 Hermaphroditvs † non admittitur in teſtem in illis caſibus in quibus mulier non admittitur. 4. q. 3. ver. item hermaphroditus. Idem Specu. & ibi Io. An.in tit.de teſt.§.1.item quod eſt hermaphroditus. Si tamen magis incaleſcit in ſexum virilem iudicandum erit ſicut de viro, vt colligitur per Gloſſ. in alle. ver.item hermaphroditus. Item tenet Egidi. trada. de teſti. col.9.

50 Hæreticus † non poteſt eſſe teſtis in iudicio, tenet Bar.in l. quoniam. C.de hær.& in Caſsius ff. de Senato. Specu. tit.de teſt. §.1.col.36. verſic. quid de portantibus, ſecus in contractibus ſecundum Bart. vbi ſupra. Quid autem de eo qui olim fuit hæreticus. Specul. vbi ſupra videtur tenere quòd admittitur, licet contrarium videtur Gloſſ.in l.all. l. Caſſius, ad quod text. in c. excommunicamus.§. credentes de hære. Homicida ſi fuerit condemnatus de iure ciuili repellitur niſi fuerit reſtitutus 2. q. 3. §. notandum. Bartol. poſt Gloſſ. in l. 3. §. lex Iulia ff. de teſti. & Bald.in authen. ſi dicatur C. eod. titul. Spe. eo.ti.§.1.col. 34. ver. item quod eſt homicida. Bar. tamen & Bald. vbi ſupra dicunt ipſum homicidam admittendum cum tortura in magnis cauſis, ſed Io. An.in addi.ad Spe. vbi ſupra, dicit admittendũ de iure ciui. niſi fuerit condemnatus. Vide ſupra in ver.criminoſus.

Idonei † teſtes dicuntur omnes qui non reperiuntur expreſsè prohibiti. l.1.§.1.ff.de teſti. 51

Idoneus in cauſa ciuili non propterea cenſetur idoneus in cauſa criminali, vel eadem ciuiliter nota, tenet Bal.in l. ſi quis ad ſe fundum 2.col.c.ad l. Iul. de vi publica.

Idoneus teſtis non dicitur qui timet dicere veritatem, Bal.in l.eos.C.de teſti.

Idoneus teſtis non dicitur quando ex eius depoſitione aſcribenda ſibi venit laus aut vituperium, ſic in c.cum à nobis. 3. col. de teſt. Io. An.in addi.Spe. eo.tit.§.1.ver.quid ſi adminiſtrator, & dixi ſupra in ver. adminiſtrator.

Ignotus † partibus litigantibus an poſsit eſſe teſtis. de hoc Glo. Ant.Imo.& Sicu.in c.cum cauſam de teſti. Bart. in l.fi.ad fi.pri.C.de iure delib. & ibi per Bald. 10. col. verſicul. vlterius no. & per Arch. in §.teſtium 4.q.3.& Bart.in l.non minorem in fi. C.de tranſac. & per Io. An. quę omnes ſequuntur in addi.Spec.tit.de teſti.§.1.20.col. ver. item quòd non prohibet. & ver. teſtimonio autem. & in effectu concluditur quòd teſtis debet cognoſcere partes quando deponit de facto ambarum, puta de emp.& ven. ſi autem de facto vnus puta quòd poſſedit, ſufficit illum cognoſcere: ſi autem de facto neutrius puta quantum valuit frumentum, aut quid ſimile, tunc non eſt neceſſe quòd aliquam partium cognoſcat. 52

Inhabiles † ad teſtificandum dicuntur quibus imperare poteſt ipſe producens 4. q. 3. §. item idonei & l. 2. C. de teſtibus. dixi ſupra in verſicul. domeſtici. 53

Infamis † habens conteſtes idoneos poteſt eſſe teſtis ſecundum Iac. Butr. Bal.& doc.in l. ſi quis ex argentarijs in pri. ff. de eden.& Bal in l. 1. C. de ſumma tri. 54

Infamis tempore depoſitionis ſi tempore iuramenti nondum erat infamis poteſt eſſe teſtis ſecundum Spec.tit.de teſte.§.1. verſ. Quid ſi teſtis. Idem Bar.in conſi.incipiente Io. de diruto. Contrarium verius videtur infra in ver.teſtis habilis.

Infamis infamia iuris non poteſt eſſe teſtis. c. præterea de teſtib. cogen. c. teſtimonium.e. licet ex quadam de teſti. l. 3. §. lex Iulia.ff.e.ti.& ibi Bar. & in l. Caſsius. & ibi plenè ff. de Sena. Oldri. conſ. 191. Spe.titul.de teſte.§. 1. ver. Item excipitur quod eſt infamis. & ver. quid de portantibus, & de accu. §. 3. quod etiam verum eſt contra infamem vel criminoſum ſecundum Bar.& doc.in l.cum mulier ſol.matr. & Gloſſ. in alle.c teſtimonium: ſi vero nõ poteſt aliter veritas haberi cum tortura, tunc admittitur ſecundum Barto. in alle. l. 1. C. de ſum. tri. item verum niſi in crimine hæreſis, ſacrilegij, læſæ maieſtatis, fraudati cenſus, fraudatæ annonæ, ſimoniæ, & perduellionis. Specu. vbi ſupra de accu. §. 1. Item verum ſi ſit publicè infamis Gloſſ. no.& Bar. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. Adde hic quæ ſcripſi ſupra in verſi. criminoſus.

Infamis infamia facti non repellitur à teſtimonio in cauſis ciuilibus, licet eius fidei multum detrahatur. gloſſ. & Bar. in l. 3. §. duæ cauſæ. ff. ad Carbo. vbi dicit Bar. quòd admittuntur ad ſubſidium cum tormentis. l. ſerui reſponſo. & l. ob carmen de teſti.

Infamis infamia iuris vel facti non poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali ad ſententiam ferendam, ſed quoad inditia facienda quoad torturam. ſic Bald in l. 1. C. de ſum. trin. & Bar. in §. quæſt. ff. de quęſt. Adde Hippo. de Marſi. ſing. 109. vbi tenet quòd infamis infamia facti in cauſis ciuilibus in totum non repellitur à teſtimonio, licet non plenè probet, vt habetur per Docto. in l. 1. C. de ſum. trin. & in c. teſtimonio de teſti. per Bal. in Auth. presbyteri, in prin. C. de epiſco. & cleri. & Specu. tit. de teſti. §. item quod eſt infam. dicit tamen quòd talis infamia infamiam facti in totum repellit, atteſtatur, & dictum ſuum nihil probat, & hoc in cauſa ciuili, & ardua. Ita dicit Bal. in c. ad noſtram, de proba. & vide in c. q. ca. 173. & ibi in addit.

Inceſtuoſus ab accuſando, & teſtificando repellitur. Specu. tit. de accuſ. §. 1. verſ. item quod eſt inceſtuoſus.

Increpatus in teſtamento paterno non poteſt eſſe teſtis. Vide ſuprà in verſicu. filius improperatus.

55 Infantis † teſtimonium eſt ſuſpectum, & non valet, ſicut nec cæci teſtificantis de coloribus. Bald. in l. teſtium. 2. col. C. de teſti.

56 Inimicus † capitalis ex cauſa criminali vel ciuili magna non poteſt eſſe teſtis. l. 3. in princip. & ibi Bar. ff. de teſti. c. qualiter & quando, & cap. cùm oporteat. & ibi latè per Felin. de accu. & in c. inquiſitionis, c. meminimus. & cap. repellantur, eo. titu. 2. q. 1. c. in primis. 3. q. 5. c. 1. & 2. Specu. tit. de aboli. §. 2. & titu. de teſte. §. 1. in princ. & de accuſ. §. 2. Quod verum eſt, etiamſi ſit ſuſpicio de inimicitia capitali, licet de ipſa liquidè non conſtet ſecundum Inno. in c. cùm I. & A. de re iud. in dict. c. cùm oporteat. & c. cùm P. de accu. & Bal. in Auth. ſi dicatur. C. de teſti.

Item verum, etiamſi aliter veritas non poſſit apparere. Specu. de accu. §. 1. ad fin. c. per tuas, de ſimo. Item niſi is, contra quem producunt, dediſſet cauſam inimicitiæ. Bar. in l. 1. §. cùm quis, in fi. ff. de quæſti. & in l. etiam. C. de teſti. Quod intelligo, quando factum fuiſſet ad cautelam, ſicut de illo, qui dedit alapam vt repelleret eum, iux. no. per Archid. & Domi. in cap. ſtatutum. §. cùm autem, de reſcript. lib. 6. Item verum, ſi inimicitia ſit grauis, non ſi leuis. gloſſ. Inſti. de iniur. §. in ſumma. & in Specu. de dele. §. ſupereſt, verſ. item quòd eſt inimicus, per Ioan. And. ibi in addit. quòd ex qualitate cauſæ iudicis arbitrio iudicandum. & ſecundum Bal. in alleg. Auth. ſi dicatur. & Innoc. in alleg. c. cùm oporteat.

Item ſi ſit leuis, non adhibetur ei tanta fides, ſecundum Bar. in Marga. 1. §. teſtis. 8. col. Item verum eſt, etiamſi ſit amicus inimici, quia inimicus eſt ſecundum Cyn. & Bal. in l. ſi quis. C. de teſti. vnde gloſſ. in l. 1. §. cùm patronus, in ver. cum inimicis. ff. de offic. præfect. vrb. vbi gloſſ. voluit, quòd amicus inimici mei eſt meus inimicus. tex. & Bar, in l. ſciendum. §. ſi accu. ff. de legatis. vide quæ ſcripſi ſuprà in ver. cohabitantes. Item verum, niſi ſit reconciliatus. Inno. in alleg. c. cùm oportet. Bal. in alleg. Auth. ſi dicatur. & Bar. in l. 3. §. non ſolùm. ff. de adimen. le. & in l. Athletæ. ff. de excuſ. tuto. & Ang. in Auth. de teſti. §. ſi verò libertis, poſt gl. ibi quod verum, niſi ſit reconciliatus de recẽti, quia tunc atteſtatio repelleretur ſecundum Inn. in c. cum I. & A. de re iudi. & Specu. in tit. de iudi. dele. §. ſupereſt. ver. item quod quondam. & ibi Io. An. in addi. & eſt caſus 3. q. 5. c. accuſatores. quanquam Fel. poſt Ana. in alle. c. cùm oporteat, aliter ſentire videatur prima ſacie. Item verum, ſiue expreſsè oſtendat ſe inimicum, ſiue tacet, id eſt, qui odium gerit in mente ſecundum Inn. in d. c. cum I. & A. & Bal. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtili. publ. præſumitur autem odium in mente gerere is, qui non alloquitur, vel qui non ſalutat. gloſſ. in c. cùm Adrianus. 63. diſt. per c. cùm ſuper, de offi. deleg. Item verum, ſi tempore teſtimonij ſit inimicus, quamuis tempore publicationis ſit reconciliatus. gloſſ. not. in Authent. de teſti. §. ſi verò dicat odioſum. ad idẽ Bar. in prealleg. l. Athletæ. §. amplius. ff. de execu. tuto. Item aduerte, quia ſecundũ omnes Doct. ad hoc, vt inimicitia repellat requiritur, quòd ſit capitalis. & idem ſi fuerit omnium bonorum ratione cauſata, vel maioris partis, quia tunc cenſetur quaſi capitalis per id quod no. gloſſ. in Auth. ſi dicatur, de teſt. quia bona temporalia ſunt vita hominis. l. aduocati. C. de aduo. diuer. iudi. Aliquando tamen ex ſpoliatione alicuius rei particularis contrahitur inimicitia capitalis, vt in cap. idem cùm quis, de reſtitut. ſpol. facit c. accedens, vt lit. non conteſta. & ibi Sicu. idem ſi probatur aliquem retinere bona, & vxorem alicuius. Idem ſi tenuitte in vinculis, præſumitur inimicitia, quæ ſemper durare præſumitur, niſi contrarium probetur ſecundum Bal. in l. ignorat, in fi. C. ad exhi. & in l. ſeruus. C. famil. herciſ. & Auth. ſi dicatur prealleg. & in hoc no. Felin. in alleg. c. cùm oporteat, quòd etiam carcerans quem iuſtè largo modo dicitur facere iniuriam. Ita no. probat tex. in l. cùm & filij. C. qui bo. ce. poſ. Itẽ aliquando inimicitia cauſatur ex facto non honeſto. l. 1. cum ibi not. ff. de his quib. vt indig. pro quo tex. 23. q. 5. c. non eſt crudelis. facit glo. in l. ſororem. C. de his qui. vt indi. Itẽ ſi quis fuerit alicui mortem cóminatus, dicitur inimicus ſecundum Zaba. in alle. c. cùm oporteat, per gl. no. in l. licet. ff. de arbi. quod tamen intellige ſecundum Bal. & Salic. in l. metus. C. quod me. cau. videlicet ſi ille qui minatur, erat perſona potens ad faciendum illud, & conſuetus exequi minas per no. per Bal. & Imo. in l. fi. ff. de hære. inſti.

Item inimicitia prout concernit rancorem animi cadit in muliere, ſicut in maſculo, per text. in l. 1. ibi. & pariter mulieris inimicus. C. de his qui ſe deferunt, lib. 10. & Feli. in alle. c. cùm oporteat. Item adde ſecundum eum, quòd inimicitia ſurgens ex quo ad teſtimonium ferẽdum purgatur facta reſtitutione, c. item cùm quis, de reſtitu. ſpo. tamẽ non purgatur, quo minus recuſari poſ-

ſit, vt iudex. caſus eſt cum gloſſ. penultima. in c. conquerentre, eo. tit. Item adde quod fratris mei, vel conſanguinei inimicus præſumitur meus inimicus, arbitrio tamen iudicis committitur ſecundum Bar. contra gloſſ. in l. tutor. §. ſi tutor. ff. de ſuſpe. tuto. Item qui non eſt inimicus, ſed accuſatur de crimine capitali tanquam inimicus ad cautelam, vt à teſtimonio repellatur, ſi accuſatio eſt inſtituta pendente cauſa, in qua ſit teſtificaturus, ne malitia proſit accuſatori admittitur in teſtem. ſed ſi non conſtet de malitia, debet ſuperſederi in cauſa ciuili, donec ſuper accuſatione feratur ſententia, qua declaretur, an ſit inimicus vel non. Bal. in alleg. Authen. ſi dicatur, vlt. col. poſt Io. An. in c. fi. eo. tit.

57 Impubes † ad teſtimonium non admittitur. text. in c. teſtes. 1. verſi. ad teſtimonium. 4. q. 3. & ibi gloſſ. niſi in caſibus, de quibus in l. fin. ff. de lib. cau. no. Specu. in tit. de teſte. §. 1. ver. item excipitur quòd eſt impubes. Nellus in tract. de teſt. verſicu. impubes. & hoc in cauſa ciuili, nam in criminali etiam pubes ante viginti annos completos non admittitur, niſi quantum ad præſumptionem faciendam: pupillus tamen quandoque facit indicium ad probandum dominum occiſum à familia. l. 2. §. impuberes. ff. ad Sillani. Spe. vbi ſuprà. Sed an de his quæ vidit in pupillari ætate poſsit teſtificari poſt pubertatem, dic quòd ſic, præſertim de geſtis tempore, quo erat proximus pubertati. Spec. vbi ſup. ver. ſed nunquid factus pubes. & ibi ſingulariter per Io. An. & Bal. in addi. vide latè per Feli. poſt alios in c. cùm nobis, de reſcri. quibus adde diſtinctionem, quam idem Feli. poſt Sicu. ponit in c. fi. de ſent. excom.

Inueſtitor in cauſa feudi non poteſt eſſe teſtis, niſi ad iudicium ſecundum Bal. in c. ſi duo, de pace ten. col. 10. vide quæ ſcripſi ſuprà in ver. collaror.

58 Iudæus † non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum in contractibus & teſtamentis, ſed inter ſe indiſtinctè, vt tenet Specu. in titu. de teſte. §. 1. ver. item quod eſt Iudæus. 2. q. 7. non poteſt. & Bal. in l. qui accuſare. C. de eden. text. gloſſ. Bal. & Doct. in l. quoniam. C. de hære. & in ſumma regulariter non admittitur. Fallit in caſibus poſitis per Feli. in c. Iudæi, de teſti. & ibi vide.

Iudex ex officio nullo excipiente poteſt repellere teſtes inhabiles ſecundum Innoc. in c. intimauit, de teſti. per l. quos prohibet. ff. de poſtulan. & ſequuntur eundem Inno. vbi ſupr. Anto. Domi. Sicu. in alle. c. intimauit. & Ludo. Rom. in Rubri. ff. de arbi. in 10. & idem Bal. in præalleg. l. quos prohibet. & alle. gl. in l. 1. §. ſi præſes, in ver. nominibus. ff. de magiſtra. conue. quę dicit iudicem poſſe inquirere de conditione teſtis. & idem Inno. in c. inquiſitionis, in gloſſ. ex hoc loco. de accuſa. facit gloſſ. magna in fi. in c. alicui. 2. q. 7. & gloſſ. in c. nulli. de accu. & ibi Sicu. & alij volentes idem de accuſatore inhabili facit text. cum gl. 1. §. idem teſtium. 4. q. 3. ſed Felin. in alleg. c. intimauit, dicit aduertendum, quando iſtud eſt primò declarandum ex his quę in terminis no. Ant. in c. bone. in 7. col. de elect. & in c. cùm dilectus, de confue. in 10. col. & Imo. in 18. col. qa iſtud procedit, vbi tex. eſt omninò inhabilis puta infamis, Iudeus, hæreticus, & ſimiles, & ſic procedit prædicta lex, quos prohibet. ſecus ſi non eſſet omninò inhabilis, quæ tacito vel expreſſo conſenſu poterit habilitari, vt proxeneta in Auth. de teſti. §. quoniam. & idem ſi eſt domeſticus vel conſanguineus aduerſarij. & idem in ſimilibus qui repelluntur non odio ipſorum teſtium vt primi, ſed fauore partis, quia iudex iſtis non opponit parte non opponente, per c. præſentium. de teſti. & ſecundum eundem Fel. iſta ſunt dicta aurea Io. An. in Spec. eo. ti. §. 1. ver. ſed quid ſi vidit. & §. ſæpè, in prin. & iſtud de conſanguineo firmat expreſsiùs Imo. quàm Ant. in alleg. c. cùm dilectus, pro quo vide omninò Bal. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. & ſubdit idem Ant. in alle. c. cùm dilectus ſe conſuluiſſe. quòd licet ex actis cōſtaret iudici teſtem productum fuiſſe proxenetam vel talem, qui licet repelli poſſet, tamē tacito conſenſu partis vel expreſſo poterat habilitari, non poterit iudex eū repellere per prædicta, niſi pars opponat, quia licet notorium conſtet ex actis, attamē illud notorium non releuat ab onere proponendi ſecundum gloſſ. in Cle. appellanti. in ver. aliàs de appel. & no. Io. And. in c. 2. vt lit. non conteſt. & hoc ſequitur Innoc. in alleg. c. cùm dilectus. quod idē Feli. vbi ſupà dicit eſſe valde ſignandum.

Iudex † vel arbiter à teſtificando repelluntur, 59 ſeu ſaltem eis non creditur de pertinentibus ad cauſam, in qua iudicauerunt. Iſtud tanquam regulare ponit Inn. in c. cùm à nobis, de teſti. idem Hoſtien. & alij Cyn. Iaco. But. & Bar. in l. ne arbitris. & Sicu. in c. vnico, vt eccleſiaſtica beneficia. Bal. in l. Iulianus, la 2. §. ſanè. C. de ſacroſan. eccleſ. in fin. Anto. & valdè clarè & copioſè in conſil. 30. incip. quæſtio hæc dubia, in penulti. col. & probatur in c. ſtatuendum. 2. q. 6. & in §. quæritur ea. ca. & q. quia præſumptio eſt quòd tales velint factum ſuum comprobare, ſicut de procuratore, aduocato, & proxeneta dicitur, quia propter affectionem ad id quod fecerunt repelluntur in Authent. de teſti. §. ſi verò. & §. quoniam. & per Bar. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fiſci. & eſt vna doctrina Ioan. And. quam Anton. in alleg. conſil. appellat optimam & regularem in titu. de teſti. & §. 1. ver. quod ſi adminiſtrator, videlicet nunquam adhibendam fidem teſti deponenti de facto ſuo, quando ex eo laus aut vituperium teſtificādi poteſt aſſcribi. de materia huiuſmodi, in quibus caſibus iudex vel arbiter admittantur. Vide ſuprà in §. arbiter, & latiùs & compendioſè atque ſingulariter per Felin. in alleg. cùm à nobis, de teſtib.

Iudex † delegatus an poſsit eſſe teſtis, vide 60 ſupr. in ver. delegatus. Adde, quòd ſi iudex delegatus neceſſarius fuerit ad teſtificandum, remouebitur à iudicando, & alius eius loco ſurrogabitur c. dilecto. de teſtib. procedit etiam, ſi pars vltra iudicem habeat alios duos teſtes, ſecus ſi haberet plures, vt tenet gl. in præal. c. dilecto. quod vltimum mitigat gloſſ. in fi. niſi fraudulenter aduerſarius imperaſſet illum in iudicem, quem volebam in teſtem producere, nam tunc remouebitur, etiamſi habeant plures teſtes, quod placet

Sicu.

Sicu. vbi ſupr. nam fortè alij teſtes non ſunt ido-
nei, vel repelli poſſunt. Idem Specul. in tit. de te-
ſte. §. 1. 33. col. ver. quid ſi impetres. & talis iudex
remotus, vt teſtificetur per illum, qui ipſum im-
petrauit reprobari non poterit. Idem tenet Spec.
vbi ſupr. ver. ſed nunquid poteris. Idem tenet gl.
antepen. in alleg. c. dilecto. Sed ſi iudex iuret ſe
nihil ſcire in cauſa, non remouebitur ſecundum
gloſſ. in alle. c. dilectò. ſequitur Inno. & Sicu. ibi-
dem idem Specu. vbi ſupr. verſi. quid ſi iudex. ſi
autem iudex delegauerit, an repellatur. vide ſup.
in ver. delegatus, vbi poſui verba Sicu. in allega.
cap. dilecto. eſt tamen aduertendum, quòd ſecun-
dum Sicu. poſt Inno. ibidem is qui petit iudicem
remoueri, & alium ſurrogari, non eſt ſtatim au-
diendus, ſed debet præmitti aliqua cauſæ cogni-
tio veriſimilis cóiecturæ ſuper duobus, quòd ille
ſit neceſſarius, & quòd de re illa veritatem ſciat:
nam ſi ad recipiendum teſtes non datur dilatio
ſine cauſæ cognitione. 3. q. 3. Spatium. l. à proce-
dente. C. de dila. fortius in hoc caſu vbi tale præ-
iudicium generatur alteri parti habenti iudicem
gratum. Item grauatur ſaltem in expen. factis ad
cauſam impetrationis, pro quo videtur eſſe text.
in alle. c. dilecto.

Iurans pro me teſtificari, cùm pro me fuit in te-
ſtem productus, nó poterit poſtmodum à me re-
probari, ſi ab aduerſario meo contra me produ-
catur. 4. q. 3. c. ſi quis teſtibus. gl. & Doct. in c. præ-
ſentium, de teſti. l. ſi quis teſtibus. C. eo. ti. Specu.
tit. eo. §. ſæpè teſtes, ver. ſed quid ſi eum produxi.
& verſ. ſeq. quod intelligunt Sicu. Feli. & Docto.
alleg. c. præſentium. & Io. An. in addi. Specu. vbi
ſupr. etiamſi teſtes non fuerint examinati, & ſic
eis vſus non fuit, vel quia non potuit, vel noluit,
nam ex ſola productione facta in iudicio eorum
perſona fuit approbata, quod eſt notandum, li-
cet Speculator aliter, vbi ſup. tenere videatur. Vi-
de infr. in verſicu. productus. Iuratus teſtis in du
bio non præſumitur, niſi appareat per l. quæcun-
que. §. final. ff. de publi. etiamſi notarius ſcripſe-
rit in depoſitione, talis teſtis iuratus & examina-
tus depoſuit. not. Bar. in l. Theopompus. ff. de
dote præleg. Iſta fuit concluſio Antonij, & Sicul.
in cap. tuis, de teſti. vide latiùs infr. in verſicu. te-
ſtis iuratus.

61 LAICVS in criminali † non teſtificatur con
tra clericum. c. de cætero, de teſti. ad idem text.
iuncta gloſſ. in c. teſtimonium. 11. q. 1. Fallit pri-
mò ſecundum Sicul. in alleg. c. de cætero, quando
delictum fuit commiſſum, vbi non erat clerico-
rum copia, alioquin delictum remaneret impu-
nitum, & daretur clerico materia delinquendi.
quare dicit, quòd laici admittantur in defectu ad
teſtimonium, quanquam Feli. vbi ſupr. aliter ſen-
tire videatur. Secundò limitat prædictum cap. de
cætero, non producere, quando delictum clerici
dicitur notorium: nam tunc etiam admitteret lai
cos ad teſtimonium. ad quod idem Sicu. adducit
c. cùm dilectus, de purga. cano. Tertiò limitat, vt
laici non admittantur ad plenam probationem,
ſed ad indicium faciendum ſic ſaltem, vt ſub-
ijciantur torturæ. argumen. in l. capite quinto,
cum ibi not. per Bart. & gloſſ. ff. de adulte. & l.
quæro, in fin. ff. de ædil. edict. & quod no. in c. 1.
de proba. ſentit Inno. in c. quoniam, eo. tit.

Quartò limitatur ſecundo Sicul. poſt Hoſti. vt
procedat, quando agitur de crimine criminaliter.
ſecus ſi ciuiliter, per c. 3. de teſti. quod dicit etiam
procedere, ſi agatur ad priuationé beneficij, nam
& tunc agi dicitur ciuiliter per alleg. c. 3. & c. per
tuas. i. de ſimo. quia propriè accuſatio tendit ad
priuationem ab ordine in capitulo qualiter &
quando. 2. de accuſa. pro qua limitatione eſt bo-
nus tex. in c. tam in literis, de teſti. Idem ſi agatur
per viam inquiſitionis, vel denunciationis. argu.
in c. tam literis alle. & c. quoniam, de teſti. & ſen-
tit Frideri. conſil. 23.

Quintò limitatur ſecundum gloſſ. vt admit-
tantur in criminibus exceptis alleg. c. perpetua, id
eſt, de ſimo. & ita tenent omnes Docto. Legata-
rius in cauſa teſtamenti non eſt idoneus, ſi agere-
tur de probanda per legátarios vltima voluntate,
quæ aliter probari non poteſt, quia eſſent ſcripta,
nec haberet auctoritatem notarij, ſed omnem
eſſentiam traheret ab eorum teſtimonio, quia
tunc non erunt idonei teſtes ſecundum Sicul. &
Felin. in cap. inſuper, de teſti. & Imol. in l. qui te-
ſtamento. ff. de teſtamen. Sicut notarius ſuſpe-
ctus eſt, cùm ſibi legatum aſſcribit in teſtamento.
l. 2. ff. de his qui ſibi aſſcribunt in teſt Idem dic
vbi eſſet quæſtio inter ipſum hæredem, & lega-
tarium, vt plenè per Imo. in alleg. l. qui teſtamen-
to. & gloſſ. & Ioan. Fab. in §. legatarius, Inſtit. de
teſta. Aliàs autem regulariter teſtificari poteſt le-
gatarius in cauſa teſtamenti, cùm non agitur prin
cipaliter de iure ſuo, & propter multitudinem
teſtium præſumitur pro teſtamento habente ſcri
pturam publicam. Et pro hoc multum facit quia
attenderetur hoc caſu ſecundaria commoditas.
ſequeretur, quòd aliquando iſti teſtes teſtamen-
tarij non poſſent teſtificari de ſolennitate teſta-
menti vel veritate, cùm ſingulis eorum relinqui
poſſit. l. dictátibus. C. de teſta. Et procedit iſtud
non ſolùm quando in omnem euentum legata-
rius erat habiturus legatú, vt in cau. Auth. ex cau-
ſa. C. de lib. præte. vel quando eſt appoſita clau-
ſula codicillaris, qui ſunt caſus indubitati, ſed etiá
quando ſecundario concerneret præiudicium le-
gatarij per prædicta. Quę ſecundum Imo. ſunt in-
troducta fauore teſtamenti, vt non attendatur
ſecundarium commodum. Adducit Bal. in l. 1. §.
huius ſtudij. ff. de iuſti. & iur. vbi dicit, quòd ſi
legatarius productus in teſtem interrogatus, an
ſentiat commodum ex teſtificatu, dicat quòd nó,
puniendus non eſt de falſo, quia intelligitur, ſci-
licet principaliter, ſi velis. vide de hoc. latiùs per
Imo. & Bal. 1. c. 3. de teſti. per Io. And. Dom. Ant.
Et Imo. vbi ſupr. per Pau. de Caſt. in alle. l. qui te-
ſtaméto, & alijs locis per Fel. in præal. c. de cętero.

Leproſus † à teſtimonio non repellitur, tenet 62
Bal. in l. caſus. C. de teſt. alleg. ad hoc tex. in Au-
then. iuſiuran. quod præſt. ab his in fin.

Lenones † à teſtimonio repelluntur ſecun- 63
dum Bal. in tracta. de teſti. alleg. l. Athletas. §. 1.
de inſa. vbi gloſſ. dicit tales eſſe infames ipſo iu-
re dicens, quòd ille text. non loquitur de leno-
cinio, quod facit qui retinet vxorem in adulte-

P 2 rio

rio deprehenſam, de quo in l. 1. §. lenocinij. Et l. mariti. ff. ad leg. Iul. de adul. nam iſte non eſt infamis ipſo iure, ſed per ſententiam.

64 Libertus † nec volens auditur in teſtem contra patronum, nec cogitur. l. libertorum. C. de teſti. & 4. q. 3. ver. liberti. c. 3. de ſer. non ordi. qui accu. non poſ. l. fi. nec etiam pro eo in ciuili vel criminali cauſa. C. de quæſtio. l. pridem. pro alijs tamen, & contra alios poteſt. Ita Spec. tit. de teſt. §. 1. 14. col. verſic. Item quod eſt libertus, dicens idem putare de filio liberti. & C. de libertis. & eo. lib. l. fi. licet fuerit admiſſus in l. maritus. ff. de quæſt. ſed Io. An. in addi. vbi ſuprà dicit, quòd ibi non fecit indicium ſufficiens ſecundum vnam lectu. ibi no. in glo. niſi procedant, in fin.

Liberatus non poteſt eſſe teſtis contra eum, qui ſe ab eo parentéue eius liberauerit. 4. q. 3. verſic. lege Iul. Spec. tit. de teſte. §. 1. 36. col. verbo, item quod accuſatus.

Litem ſiue cauſam habens criminalem contra eum, contra quem producitur in teſtem, non admittetur antequam ſuper crimine fuerit pronunciatum. Si autẽ cauſam habeat pecuniariam, tunc in continenti recipietur, & in tempus diſputationis quæſtio reſeruabitur. C. de teſti. Auth. ſi verò dicatur de hoc in c. ex parte, eo. tit. Ita Specu. idem tit. §. 1. in princ. & 15. colum. verſic. quid ſi ab vno. & 3. col. verſicul. item quod habet cauſam. & ibi Io. And. in addi. Vide etiam quæ ſcripſi ſupr. in verſic. inimicus.

65 Malæ vitæ, vel non probatę † opinionis, nec bonæ conuerſationis, neque ſine ſuſpicione & macula manifeſta, de quibus multa mala dicuntur, & ſint criminoſi repelluntur. & c. licet de foro comp. c. teſtimonium, de teſti. & c. ſuper eod. & in Auth. eo. ti. §. quia ita. & §. quarta. C. ad l. Falcid. Auth. ſed cùm teſtator. c. forus, de verb. ſign. §. teſtis. Auth. 2. q. 7. C. teſtes. Ita Spec. tit. de teſt. §. 1. col. 35. verſi. item quòd non eſt probatæ.

66 Mater † non poteſt regulariter teſtificari pro filio, vt in l. parentes. & ibi glo. Cy. & Butr. C. de teſti. Fallit in cauſa ætatis filij comprobandæ, vt l. etiam matris. ff. de proba. glo. in §. item in criminali, ver. teſtis idoneus. 4. q. 3. Bart. in l. 2. §. ætas, de excuſa. tuto. Ange. Are. in §. pater. Inſti. de teſti. vide in 2. q. Capelle. & in addi. & per Ia. Egi. in tracta. de teſt. in 9. col. Item in cauſa ſtatus. Bar. in l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de car. Idem Io. Fab. in præalle. §. pater, ver. ſed neque. & in addi. dictæ q. Capelle. Item in teſtamento militis Ange. poſt gloſſ. vbi ſuprà. ſed non in cauſa legitimitatis filiorum. Bar. in l. Gallus, in fin. princ. ff. de libe. & poſthu. Adde quod dicam infrà in verſi. pater.

67 Mediator † non compellitur ferre teſtimonium, niſi ambæ partes cõſentiant, & ſic de conſenſu vtriuſque partis poſſunt compelli, & multo fortius poterunt tunc teſtificari. Si autem altera pars contradicit, tunc clarum eſt quòd non cõpellitur proxeneta teſtificari. Sed an tunc poſſit teſtificari. gl. tenuit quòd Sicu. in Auth. de teſti. §. quoniam, contrarium verò tenuit gloſſ. in §. in his, verſi. quod ſi neque, in Auth. de fi. inſtru. & in contrarium videtur eſſe tex. cum glo. in c. 1. de teſti. libr. 6. vbi videtur ſpeciale quod in illo caſu admittitur proxeneta inuita altera parte, & pro hoc facit ſecundum Io. An. in c. dilectorum, de teſt. eo. ratio. glo. in d. §. quoniam, in volente teſtificari parte inuita habet locũ hic, nam ſecundum gl. non compellitur altera parte inuita, quia præſumitur quòd habeat affectionem ad actum, vt ille ſortiatur effectum, vt habeat ſalarium, ſi quod percipit, vel ſi aliàs impugnatur, imputetur ſibi, quia minus cautè ſe habuerit, quæ ratio videtur etiam militare, vt ſic non compellitur ratione prędictę affectionis. Ita nec volens teſtificari admittatur parte inuita ſecundum Inno. & Feli. in alle. c. dilectorum.

Mercenarij † loco domeſticorum habentur, 68
& ideo repelluntur à teſtimonio in Spec. ti. de teſte. §. 1. 4. colum. ver. item excipitur quòd eſt domeſticus, de quo ſupr. in verſi. domeſtici.

Mente captus à teſtimonio repellitur ſecundum Egi. in tract. de teſti. colum. 2. alle. §. circa. 3. q. 7. & in Spe. eo. ti. colum. 35. verſicu. item quod eſt furioſus. & ibi Io. An. in addi.

Mendacium in teſte quando permiſcetur circa ſubſtantialia vel circumſtantias negocij, de quo agitur. redditur inutile, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter adminiſtratur. 3. q. 9. c. pura. Spec. tit. de teſte. §. 1. colum. 34. verſic. item quod aliquid. Secus autem, ſi circa non ſubſtantialia latiſsimè per Feli. in c. fraternitatis, de hæreti. & Io. An. in addi. Specu. vbi ſuprà.

Minor 14. annis in aliquo caſu recipitur in teſtem, vide ſupr. in verſi. impubes.

Monachus an poſsit eſſe teſtis, vide ſup. in verſicu. Canonicus.

Mulier † poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali 69
de Iure Ciuili, vt l. ex eo. ff. de teſti. niſi in crimine publico, vel vbi venit membri abſciſsio, in quo mulier non poteſt eſſe teſtis, ſicut non poteſt accuſare. ff. de accu. l. qui accuſare. ſed de Iure Cano. nunquã admittitur in criminali, exceptis criminibus. 33. q. 5. c. mulierem, in fi. & ſic intelligendum eſt cap. forus, de verb. ſig. verſ. teſtis. vbi quòd mulier cor varium & mutabile ſemper habet. Vnde verſus: Fœmina fallere, falſaque dicere quando ceſſabit? Beccaria piſcibus, mare fluctibus tuncque carebit. Idem inquit Egi. tracta. de teſte. 2. colum. verſic. item mulieris, alle. c. forus, de verborum ſignifi. Idem Specu. in tit. de teſt. §. 1. colum. 35. & hoc procedit in accuſatione criminali: ſed in inquiſitione de Iure Cano. admitteretur ſecundum Ange. Are. Inſti. de teſta. in §. teſtes. alleg. gloſſ. in c. forus. Ange. & Io. de Pla. ita tenet in d. §. ſed dicit iſta fuiſſe verba Floria. in l. ex eo. in ciuilibus autem, & matrimonialibus, & ſpiritualibus, & quibuſcunque alijs etiam vbi crimine ciuiliter agitur, vt in cauſa inquiſitionis, vel denunciationis admittitur. c. quoniam, de teſtib. c. ſuper eo. 2. & c. tam literis, eo. tit. c. ſuper his. & cap. ad petitionem, de acc. de ſimo. per tuas, in fin. & breuiter infrà vbicunq; non prohibet expreſsè, vt in teſtamentis & criminibus. ita Specu. vbi ſuprà. dicit tamen Sicu. in alle. c. forus, quòd minus creditur mulieri, quàm viro. & ideo ſi duo teſtes maſculi deponerent vnũ, magis crederetur eis, quàm duabus mulieribus contrarium deponanti-

nentibus. Adde quòd ſecundum Ioan. Fab. in alleg. §. teſtes ad probandum inueſtituram mulier non admittitur, vt in tit. qui teſtes ſunt neceſ. ad probandum inueſti. §. 1. col. 10.

70 Mulier, † quæ nubit in virum, & vir, qui nubit in fœminam, à teſtimonio repelluntur. l. cùm vir. C. de adul. vbi dicitur, quòd tales ipſo facto ſunt infames. Ita tenet Bal. in tract. de teſti. verſicu. 55. 1.

71 Mutus † non poteſt ferre teſtimonium, vt in §. teſtes. Inſti. de teſta. & C. qui teſtam. fac. poſſ. l. diſcretis, & Inſti. qui. non eſt permi. fac. teſt. in §. item ſurdus. niſi forſan exemplo Zachariç, Lucæ 1. cap. ſciret literas per ſcripturam redderet teſtimonium: vel quia ſigna indubitata haberet, per quæ ad plenum intelligi poſſent d. l. diſcretis. ff. de leg. 3. l. nutu. c. cùm apud, de ſpon & c. tuç. Ita Spec. tit. de teſt. §. nunc. tract. 6. col. verſi. quid de muto.

Nvptias binas eodem tempore contrahens
72 † à teſtimonio repellitur, quia talis eſt infamis ipſo facto. l. 1. in fi. ff. de his qui no. infa. & ita tenet Bal. in tract. de teſte. verſi. 44.

73 Nutrix † poteſt eſſe teſtis ſuper ætate alumni, & probat, ſi dicit ſcio, quia nutriui. Bar. in l. de tutela. ff. de in integrum reſtit. ſed nutritor non poteſt eſſe teſtis pro tẽpore, quo nutrit, ſed pòſt. ſic in cauſa ſui alumni. Bal. & DD. in l. parentis. C. de teſti.

Officiali creditur cum literis ſuperioris,
74 † non ſine. Bar. in l. prohibitum. C. de iur. fiſci, lib. 10. & ibi vide cui debeat oſtendere. Sed benè creditur ei, quòd inuenerit ludentes, vel animalia in damno ſecundum Bal. in l. Diuus. ff. de cuſto. reor. & in l. ædiles, de via publica. & in l. ſi librarius, de regul. iur.

Operarij habentur loco domeſticorum, & ideo non poſſunt eſſe teſtes ſecundũm Specu. tit. de teſte. §. 1. col. 4. verſicu. item excipitur. gloſſ. & Docto. in c. in literis, de teſti. & ita dixi ſupr. in ver. mercenarij.

Pactvs ſuo nomine furti, iniuriarũ, vi bonorum raptorum, de dolo malo & fraude, quia tales infames ſunt, ipſo facto repelluntur à teſtimonio. l. 1. ff. de his qui no. infa. l. 2. C. eo titu. tenet Bal. in tract. de teſte. ver. 42.

75 Particeps † litis à teſtimonio repellitur, tenet Bal. in l. dictantibus. C. de teſta. ſiue ſit in cauſa ciuili, ſiue etiam ſit ſocius, aut particeps criminis, in c. veniens. infrà de teſt. & ibi Do. idem Aegidi. vbi ſupr. 3. col.

Parentes an repellantur à teſtimonio. Vide ſuprà in cer. coniuncti.

76 Pater † Spiritualis vel compater pro eo quem leuauit de ſacro fonte, vel tenuit ad confirmationem teſtis eſſe poteſt, & è contra ſecundum Bal. in l. parente. C. de teſti. Sed Salicet. tenet contrarium in l. teſtis idoneus. ff. de teſtibus. per l. ſi quis alumnum, in fin. C. de nup. & idem Bal. in l. generaliter. ff. de in ius voc. ſed Iaſ. tenet quòd teſtis eſſe poteſt compater pro filiolo, vel contrà, quia edictum de teſti. & c. l. 1. cum gloſſ. ita Bar. in conſil. ſuo, quod incipit, in quæſtione vertente inter dominum Simonem. Salice. in illa l. parentes. Idem Flo. in prævalle. l. teſtis idoneus. Ludo. Alex. & Iaſ. in prææalle. l. generaliter. & Alex. conſil. 42. In 2. volum. quod incipit, In cauſa & lite vertente inter Chriſtopho. in penulti. col. in fi. & in conſi. 115. in 4. vol. quod incipit, Viſo themate præmiſſo.

Pater † non poteſt regulariter teſtificari in cauſa filij etiam emancipati. l. parentes. & ibi Docto. ff. de teſti. tenet Bar. in l. qui teſtamento. §. per cõtrarium. ff. de teſti. latè Specu. & ibi Ioan. And. in titu. de teſti. §. 1. colum. 1. & ſequen. verſic. item quod eſt parens. Fallit in teſtamento filij de caſtrenſi, vel quaſi teſtanti, vel alijs contractibus in prææalle. l. qui teſtamento. §. per contrarium. Fallit ſecundò in cauſa religionis, in qua pater pro filio teſtificari poteſt. 20. q. 3. in c. præſens. & mater teſtificatur, cùm quæritur de ætate, vel genere, aut cognatione filij. l. etiã in matris. ff. de proba. dicit tamen ibi gloſſ. quòd non recipitur vt teſtis, ſed vt ex ipſius reſponſo iudex melius inueniat veritatem. Vide quæ ſcripſi ſupr. in ver. mater. Quartò fallit in cauſis matrimonialibus, cùm quæritur, vtrum matrimonium poſsit eſſe cum eis, vel non, propter conſanguinitatem, vel affinitatem. 35. q. 6. c. 1. & de matrimo. contra interdictum eccleſiç contracto. c. 1. & c. videtur qui matri. accuſa. poſſ. & c. tenor. de re iudi. c. per tuas. & c. transmiſiſſe, qui fil. ſunt legit. 77

Sed vbi quæritur, an matrimonium fuerit contractum, vel non ſponſa dicente fore contractum, ſponſo hoc negante, ſi ipſe ditior, vel nobilior, vel potentior, vel honorabilior, pater, & mater ſponſæ non admittuntur. Si verò par, vel inferior ſit, admittuntur in fauorem matrimonij, c. ſuper eo. de teſt. & c. ex literis, de ſponſa. Ita dicit Specu. vbi ſuprà, adijciẽs dominum ſuum dicere, quòd etiamſi ſint pares pater & mater, videntur ſuſpecti, vnde bonus iudex hoc arbitrabitur, ff. de verbo. oblig. l. continuus actus, in prin. Adijciens inſuper idem Specu. quòd ſufficit alterum iſtorum ſcilicet quòd ditior, vel etiam nobilior, licet in alijs ſint pares, ad hoc vt pater & mater intelliguntur ſuſpecti in alleg. c. ſuper eo. vbi dicit vel honor diſiunctiuè, & non copulatiuè.

Si autem vir eſt ditior, & ipſa nobilior & potentior, vel econtrà, tunc iudex æſtimabit, quanta ſit viri paupertas maxima vel mediocris, an ipſa ſit multum nobilis, & ipſe valdè vilis quoad genus, ita quòd non eſt veriſimile teſtes propter ſuas diuitias moueri. & ſecundum hoc interpretabitur, an teſtimonium ſit ſuſpectum, vel non. ff. de teſti. l. 3. ver. tu ipſe. & C. de inceſt. nup. l. humilem. & ſecundum Io. An. in addi. vbi ſupr. dicit ponderandam eſſe regionis conſuetudinem, in quibuſdam enim parum ponderatur nobilitas, & in aliquibus multum.

Patroni cauſarum an repellantur à teſtimonio in cauſa, in qua fuerint patroni. Vide ſup. in verſic. aduocatus.

Pauper † à teſtimonio repellitur. l. 3. in princ. 78
ff. de teſti. gloſſ. & Ang. in Authen. de hær. & fal. §. ſi verò, col. 1. quod videtur intelligendum, ſi nõ habet in bonis tantum, quantum valet cauſa ſuper qua deponit glo. ſingu. in d. §. ſi verò. Et Ludo. in ſingu.

ſingularibus, in ver. teſtis item. Verùm cęteris paribus, quia magis creditur teſtibus diuitibus, quàm pauperibus, ſi concurrant in eadem cauſa. gloſſ. in alleg. l. 3. in princ. & Bar. in l. illicitas. §. final. de offic. præſi. Alioqui ſi pauper ſit aliàs honeſta perſona, teſtificari poterit. ſed gloſſ. iuncto text. in cap. ſi qui teſtium, de teſti. gloſſ. in §. item teſtium, in verſic. locuples. 4. q. 3. & Specu. in c. de teſt. §. 1. 20. col. verſi. item opponitur quòd eſt pauper. & glo. in præalleg. l. 3. in prin. in ver. admittantur. & ibi Flo. ff. de teſt. & Cy. in l. 2. 3. 7. q. C. de rebus credi. & Io. An. in ſummula de te in principio. paupertas enim non eſt de genere malorum. 15. q. 1. illa in fin. & C. de inceſt. nup. l. humilem. Alioquin ſecundum Specu. vbi ſupr. multi ſancti viri, & boni religioſi proprio carentes à teſtimonio repellerentur, & ſiue in criminali, ſiue in ciuili, hoc erit in iudicis arbitrio videre, quando paupertas reddat teſtem ſuſpectum ſecundum Sicu. in alleg. cap. ſi qui teſtium. Adde ſecundum Feli. ibidem gloſſ. fi. in §. ſancimus, in ver. ex vtroque, in Auth. de teſt. & Bar. in l. ex liberto. ff. de quæſtio. vbi ponit quòd etiam in criminali pauper non repellitur, ſi eſt perſona honeſta, ſed aliàs poteſt torqueri, maximè ſi vacillat, vt ibi per eũ. Qui ſubdit quòd non tantùm creditur eis in criminali, ſicut alijs, & addit quòd ſi ſpõtè ſe offert, nihil ei creditur, per text. in præallegato §. ſi verò ignoti, in verſi. feſtinantes, in Auth. de teſti.

79 Peccatum † mortale repellit quem à teſtimonio. tenet Franc. de Zaba. in c. penulti. de teſtib. dicens repetẽdo prædictam decre. Bononię tenuiſſe quòd prædictum cap. procedat in quolibet peccato mortali, cùm generaliter loquatur & ſubeſt ratio, quia per mortale quis excluditur à Deo, cùm ergo ſit infidelis Deo, præſumitur quòd nec hominibus ſit fidelis. & ita tenet Sicu. in alleg. c. penulti. addens rationem, quia mortale non data pœnitentia æternaliter punitur, vt in §. criminis. 25. diſt. & dicit ſe credere quòd perſeuerantia in quocunque mortali excludit à promotione. argumen. c. fin. 25. diſt. quia perſeuerantia in mortali ſapit hæreſim propter inobedientiam. argum. c. ſciendum. 8. q. 1. & 81. diſt. c. ſi quis presbyter. & cum præmiſſis & alijs rationibus eiuſdem Sicu. pertranſit Feli. alleg. c. penul. declarando duobus modis ſecundum Sicu. Primo, dummodò peccatum mortale ſit continuatum: ſecus ſi tranſitoriũ, quia illud non tantum aggrauat, alioquin pauci teſtes reperirẽtur, quia ſepties in die cadit iuſtus, c. ſepties, de pœ. diſt. 4. & facit illud: Si dixerimus quòd peccatum non habemus, &c. & illud: Nemo ſine crimine viuit. & fa. c. quia tua. 50. diſt. ibi ſine quo pauci inueniuntur, & loquitur de crimine fornicationis. & ita etiam ſentit Innoc. in alleg. c. pen. Secundo, vt prædicta non procedant de iure Ciuili, prout ſcripſi ſupr. in verſic. criminoſus. Quibus adde poſt Feli. vbi ſupr. quod Moder. ibidem addunt no. per Bar. in l. 1. C. de dila. vbi ponderat conſuetudinem in delictis aggrauare. & ita confirmant opinionem prædictam de perſeuerantia, addendo multa in ſimili, quæ accumulat Rom. in l. ſi verò. §. de viro. in 31. fallen. ff. ſolu. mat. ſed dicta perſeuerantia in crimine capi poteſt dupliciter: Vno modo pro reatu criminis ſemel commiſſi, non ſequuta pœnitentia, de qua cõſtet. & ita intelligit prædictum c. pe. ſecundum Pau. ſi crimen ſit tale, quòd repellat à promotione, & cum eo non fuerit diſpenſatum. Et ita tenet ibidem Abb. antiq. quem ſequuntur Paul. Ioan. An. & Imol. in c. ſuper eo 1. de teſti. & Ang. in l. Athletas. §. calumniator. ff. de his qui no. infa. Alio modo ſumitur perſeuerantia pro continuatione actuali, & hoc modo videtur ſumere Sicu. vbi ſupr. ſed Felinus pro concordia dicit poſſe dici, quòd aut crimen ſimpliciter commiſſum eſt valde graue, tunc ex ſolo reatu non ſequuta pœnitentia ſatis habetur pro perſeuerantia per reſpectum ad emendationem, & ita procedat prima opinio. Si verò non eſt valde graue procedat regula. Adde hic quę ſcripſi ſup. in verſicu. concubinarius.

Pecuniam recipiens ab altera partium, vt alteram non foueret, à teſtimonio non repellitur, quia edictum de teſtibus eſt prohitorium. Ita Specu. titu. de teſt. §. 1. col. 31. verſi. quid ſi recipit pecuniam. Secus autẽ videretur, ſi ob teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſet. 4. q. 3. verſi. item lex Iul. & verſicu. in teſtimonium. 1. q. 1. c. concuſſionis. & 22. q. 3. cap. meretrices. Ita Spec. tit. de teſt. §. 1. col. 38. verſic. item quòd accuſatus. Adde tamen quòd teſti, qui accepit pecuniam, ne teſtimonium dicat, creditur, ſi eſt productus ab eo, contra quem fuerat corruptus. Ita dicit Bald. reputans hoc notabile in cap. 1. 2. col. fi. ſi inueſti. inter dominum & vaſallum lis or. ſuer. & ita tenet Felin. in c. licet de proba. 5. col. verſi. no. 10. adde hic quę ſcripſi ſuprà in verſic. corrupti pretio, & in verſi. aduocatus.

Pœnitens † publicè de hæreſi an poſſit eſſe teſtis. Specu. titu. de teſt. §. 1. col. 36. verſicu. quid de portantibus crucem. finaliter videtur tenere quòd admitti valeant. Quod videtur intelligendum, dummodò propter hæreſim excommunicati infra annum ſatisfacere non contempſerint, alioquin elapſo anno ipſo iure eſſent infames, & à teſtimonio repellerentur, vt in c. excommunicamus. in §. credentes. & tetigi ſuprà in verſic. hæreticus. 80

Percuſſus à parte, ne teſtificaretur, & vt poſſet eum repellere prætextu inimicitiæ non repellitur. Vide ſupr. in verſi. Inimicus.

Periurus quantumcunq; emendatus non admittitur in teſtem in ciuili nec in criminali, vt in c. teſtimonium, de teſti. & in c. quicunque. 6. q. 1. gloſſ. in l. qui cum vno. §. ignominia. ff. de re mili. quam glo. Bal. allegat pro ſingulari. l. Lucius, in fin. de infa. quia talis caret eo, quod eſt potiſſimum in teſte. l. veritate, quæ in teſte debet eſſe pura & ſimplex, c. plura. 3. q. 9. & ideo violato ſemel iuramento, quod eſt confirmatorium veritatis, c. & ſi Chriſtus, de iureiu. remanet ſemper ſuſpicio periurij. d. c. quicunque. & c. paruuli. 22. q. 1. & violato in vno officio, ſemper præſumitur defectus in eodem. l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. & archarijs, libro 10. ſecundum Docto. in alle. c. teſtimonium. Vlterius intelligẽtes iſtud in violante iuramentum licitũ ſiue ſit de præſenti, ſiue de præ- 81

tertio,

terito,ſiue de futuro. Idem ſi eſt dubium,an ſit licitum,quia non erat violandum auctoritate ꝓpria.c.venerabilem,de elect. ſecundum Hoſti. & omnes Doct.in alle.c.teſtimonium, excepto Zaba. qui dicit ſe repetendo in hoc tenuiſſe contrarium. Quia in odioſis accipimus in dubio partem mitiorem regula iuris in pœnis de reg.iur. libr.6. ſed Fel.in alle.c.teſtimonium,ſequitur cõtrariam opin. Doct.per d.c. venerabilem, iunctis no.in c. iuuenis,de ſponſa.& c. illud de cler. excom. vbi autem iuramẽtum eſt illicitum,eius violatio non repellit à teſtimonio, nec infamat ſecundum Hoſti.& omnes ſubdentes, quòd ſicut iuramentum temerarium nõ repellitur à dignitate.c. ſicut noſtris,de iureiur.ita nec à teſtimonio.

Prælatus in cauſa eccleſiæ an poſsit eſſe teſtis. Vide ſupr. in verſic. Abb.& in verſicu. adminiſtrator.

Præuaricationis cauſa damnatus à teſtimonio repellitur.l.1.ff.de his qui no.inſa. Bal. in tracta.de teſt.verſi.40.

Prodigo cui eſt adminiſtratio bonorum interdicta pariter teſtificari prohibetur ſecundum Bal.vbi ſupr. ver.58.

82 Productus † per me contra partem aduerſam, ſi producatur contra me, non poterit per me reprobari, licet inſamis, aut periurus exiſteret, niſi cauſa de nouo emerſerit, ex qua teſtes repelli leges præcipiunt.C. de teſt. l. ſi quis teſtibus.4.q. 3. cap.ſi quis. Vide quæ ſupr.ſcripſi in verſic. iurans. Quibus adde quòd prædicta concluſio fallit ſecundum Felin. in c. præſentium,de teſti. vbi non potuiſſet vti,quia pars aduerſa impugnauit, & repulit: tunc enim in alio iudicio poſſunt teſtes à producente impugnari, ex quo approbatio ſua fuit improbata per iudicem ex facto partis aduerſæ ſecundum Bald. ſignanter in præallega. l.ſi quis teſtibus. propter doctrinam Innoc. & aliorum in cap.mulieri.de iureiur. Quid autem ſi ſemel reprobauit teſtem in iudicio, & fuit pronunciatus inhabilis,an poſſum eius perſonam in alio modo approbare? dicit idem Felin. quòd non ſecundum Anton.in cap.cùm olim.8. col. de cenſi. alleg.Inn. in c.cùm venerabilis, de excep. ſed limitatur niſi eſſet inhabilitas pendens à poteſtate patris per prædicta. & ſentit Domi. poſt Arch.in c.ſi quid veri.37.diſt.

Fallit autem ſecundum eundem Felin. vbi ſuprà prædicta concluſio, niſi teſtis fuiſſet approbatus in iudicio ſummario, quia poſſet opponi exceptio in perſonam in plenario ſecundum Anto.in cap.veniens.7.col. ver. oppono quòd bona fuerit allegatio de teſt.per illum text. vel niſi opponeretur inhabilitas noua vel etiam antiqua occulta ſecundum Abba.in allega.cap. præſentium, per cap.nulli.de elect. lib. 6. vel niſi alia cauſa accidentalis inhabilitaret teſtem, vt in eo qui olim fuit teſtis, ſi litigio cõtra filium ſuum potero eum repellere ab eius teſtimonio ſecundum Innoc. in præallega.c.cùm venerabilis. Anto. & Sicu. in d. c.præſentium. & iſta procedunt ex parte producentis,ſed ceſſant ex parte eius, contra quem producuntur, quia & ſi non reprobaſſet teſtes, tunc non impediretur in alia cauſa eos reprobare ſecundum Specu.& Io. And.in titu. de teſte.§.ſæpè. ver.pe& Anto.& Sicu. in allega.c.præſentium,per text.in l.voluntariè.C. de excuſa. tuto. fa. quod no.in c.dilectus.1.de reſcrip.

83 Procurator † ſi cauſam incepit proſequi, teſtis eſſe non poteſt, pro quo glo. penult. & Domi. in c.fi.de teſti.lib.6. de hoc per Anto. & Imo.in c. cùm à nobis, eodem tit. Ant.in c.inſuper, de teſti. & in cap. literis.& ibi Imol. in 4.col. latè Flor. in fin. ff.de teſti. Bal.c.inter pares penul.col.de lege Corra.& Bart.in l. deferre.§. idem decreuerunt. ff.de iure fiſ.& Io.An.de regu.iur. cùm quid vna via. Sicu.in c.fraternitatis, in fi. de cler.non reſi. & habet etiam iſtud locum in procuratore reuocato lite pendente, quia præſumitur in fraudem ſecundum Rom.deciſ.132. incipiente, item ſi procurator in nouiſsimis.& dicit Anto. in præalleg. cap. cùm à nobis, quòd procurator in poſſeſſorio poteſt eſſe teſtis in cauſa proprietatis, quod Felin. dicit eſſe menti tenendum in dict.cap.poſt Imol. pro quo fa.quod not.gloſſ. Ant.& Imo. in cap.de teſti.eod.titu.& quod ſuprà dictum eſt, debet intelligi pro domino. ſed contrà, benè admitteretur ſecundum Bar.vbi ſuprà,& idem ſi eſſet clericus procurator eccleſiæ ſuæ, quia pro ea poſſet d. c.inſuper. & c.cùm nuncius. & ſuprà in ver. Abba.& in verſi.adminiſtrator. Idem ſi non acceptauerit mandatum ſecundum gloſſ. in præalle.c. fi. item in cauſa appellationis pro ipſo domino appellato, vt in præalleg.gloſſ. item cõtra dominum appellatum, vt ibi Ioan. And.in no. item & in alia cauſa domini, in qua non fuit procurator, vt d.l. deferre etiam parte inuita in gloſ. præallega. Item & in eadem cauſa de conſenſu partis in prædicta gloſſ. item in eadem cauſa ſi non ſit dominus inſtantiæ, ſed fuit datus ad vnum articulum tantùm. Bal.in l.omnibus.C.de teſt. Item non admittitur procura. vnius in alia ſimili cauſa, & idem in aduocato. Rota. deciſ. 384. fuit dubitatum in not.item procur. ad negocia admittitur, niſi habeat commodum, vel incommodum in cauſa gl. in cap.final.de teſti.lib.6.Bal.in Authent. ſed nouo.3. col. C. ſi certum peta. dicit quòd procurator numerans poteſt teſtificari pro domino, ſed Bar.in præalle.§. idem decreuerunt. & idem Bal. in l.omnibus.alle.tenent contrarium.

84 Propriam † cauſam quis teſtimonio ſuo nõ adiuuat in omnibus. C.de teſti. 4.q.3.ver. nullus in re propria.& ver.omnibus.& ver.eos.& q.5.c.1.c. inſuper, de teſti. ff. eod. titu. l.nullus. Specu. titu. de teſte.§.1.col. 37. verſicu. item quod eſt teſtis in re.& dicitur cauſa propria, ſi commodum, vel incommodum habet nomine proprio.2.quæſt.6.biduum verſi. in propria. ff. quando appellandum ſit.l. 2. §. propria.gloſſ.in c.cùm dilectus, de elect. niſi de conſenſu partis ſecundum Bal. in l. fin.de fideicom.

Proxeneta an poſsit eſſe teſtis. Vide ſupr. in verſic. mediator.

Pupillus an poſsit eſſe teſtis. Vide ſuprà in verſicu. impubes.

85 Recipiens pecuniam ne parti faueret, † an poſsit eſſe teſtis. Vide ſuprà in verſic. pecuniam.

Redemptor litium, & continuus litigator non

 poteſt

poteſt eſſe teſtis.text. eſt in cap.ſuſpectos. & in c. nullus.3.q.5.Ludo.Roma.ſing.316.

Religioſus an poſsit eſſe teſtis, vide in ver.Canonicus.

Rector an poſsit eſſe teſtis in cauſa eccleſiæ ſuæ, per Aegi.tracta.de teſte.§.1.& ſupr.in ver.adminiſtrator.& in ver.Canonicus.

16 Remiſſus † ab exercitu ignominiæ cauſa tanquam infamis à teſtimonio repellitur, per l.quod ait.§.hoc amplius.ff.de his qui no.infa.tenet Bal. in tract.de teſte.ver.37.

Remotus à dignitate propter turpitudinem repellitur à teſtimonio.Vide ſuprà in ver. dignitate.

17 Reprobare † an valeam teſtes, quos ipſe produxi.Vide ſuprà in ver.productus.

Res amiſſæ probantur per domeſticos & familiares, quia viderunt res illatas die præcedenti, & de nocte ſenſerunt furem, & mane res illas non repererunt.no. Bar. in l. ſi quando.C. vnde vi.Sicul.in cap.final. quod met.cauſ.quibus adde quæ ſcripſi ſuprà in verſicu. domeſtici. verſic. fallit 3.

Reuelans vtrique parti diuiſim ſe ſcire, quia eis prodeſſet, vt produceretur in teſtem, vt ſic productus poſſet alteri parti proficere à teſtimonio repellitur.4.q.3.verſ.qui falſo, vel variè.Specu.tit.de teſte.§.1.col.38. ver.item quod falſo, vel variè.& ibi Io.An.in addi.Specu.

Reus in alijs à teſtimonio repellitur, quia delinquens in vno, cæteris eſt obnoxius.ff.de bo. lib.l.in ſeruis.c.defleat, de re lu.de pœni.diſt.5.c.1.ff.ad Sillan.l.ſi quis in graui.§.ſi quis tenet.Spec. vbi ſuprà, ver.item quod in alijs

18 SERVVS à teſtimonio repellitur, † 3.q.5.c.§.teſtes.ff.eod.l.qui teſtamento.§.ſeruus.2.q.1.c.in primis, verſicul.ſed de perſonis.C.de teſti.Authen.ſi dicatur.& l.quoniam, eodem titu. Specu.eod.titu.§.1.colum.15.verſicu.item quod eſt ſeruus. Fallit tamen in caſibus ibidem poſitis tam per Specu.quàm Io.And. in additione, quos hîc enumerare non curaui, cùm in præſenti regno ſeruos non habeamus.

Similitudo criminis vel cauſæ repellit quem à teſtificando.c.perſonas, de teſti.4.q.3.verſi.item liberi teſtes.C.eo.tit.l.quoniam fa.c.cauſam.de iudi.tenet Specu. eo. titu. de teſte.§.1.30.colum. verſicul.item quod habet conſimilem Io.And.Sicul.& Imol.In alleg.c.perſonas. Idem Rota conclu.384.incip.fuit dubitatum.

Subditus principis vel regis an poſsit pro ipſo teſtificari. Vide ſupr.in verſicu.domeſtici, verſi. fallit primò.

Surdus omninò de his quę percipiuntur auditu teſtificari non poteſt, in alijs ſecus. Surdet tamen, qui cum difficultate audit, poterit etiam in his quę percipiuntur auditu teſtificari ſecundum Spec.tit.de teſte.§.nunc tractandum, col.2.verſi. de auditu.

19 Socer † pro genero vel econtrà teſtificari non poteſt.glo.in l.teſtis idoneus.ff.de teſti. ad idem Specu.eod.titu.§.1.5. colum. verſicu.quid ſi aduerſarius.idem Bart. in l. qui teſtamento.§.quicunque.3.colum.ff.de teſta.

Socius an poſsit eſſe teſtis pro ſocio, de hoc per Innoc.in c.3. de teſti. Anto.& Sicu. in c.inſuper, de teſti.gloſ.& Bald.in l.quoniam liberi, in verſicu.participes.C.de teſti.& Specu. titu. de teſte.§.1.col.3.verſi.ſed nunquid ſocius. & Io.And.in ſumma, de teſti.circa princip. & communiter tenetur quòd poteſt, niſi ſit ſocius omnium bonorum, vel niſi ratione ſocietatis etiam non omniũ bonorum cauſata eſſet magna familiaritas, quia tunc poterit repelli ſecundum qualitatem amicitiæ, vel præſumptæ affectionis ſecundum Sicu.in alleg.c.inſuper. Pro quo facit, quia aſsidua conuerſatio æquiparatur habitationi in domo.no.gl. in verſicu. aſsiduè, ſecundum intellectum Ioan. And.in c.ad hæc, de Iudæis.& ſtans in domo repellitur.c.in literis, de teſti. De ſocio verò ſocij idem videtur dicendum quod in iſto per l.ſocij, ff.de reg.iur.& c.repellantur, de accuſa.

Sollicitator à teſtimonio repellitur ſecundum Rotam, deci.199.incip. item quod ſollicitator in nouiſsimis. Sequitur Anto.& Imo.in c.cùm à nobis, de teſti. Idem tenet Ang.conſil.231.Iſtud autem ſecundum Felin.in præalleg.cap.à nobis, venit intelligendum in conſtituto à principali ad ſollicitandum: ſecus ſi eſſet familiaris procuratoris, qui etiam impoſuit ſollicitationem ſecundum Rotam, vbi ſupr.quia ſocius ſocij mei meus ſocius non eſt.l.ſocius.ff. de reg. iur. ex quo puta idem de cõſanguineo procuratoris. Secundò intelligit, niſi talis ſollicitator nõ haberet ſalarium à principali ſecundum Rom.conſil. 45. & ita videtur loqui Rota. Si autem aduerſarius dicat eum ſalariatũ, incumbit item onus probandi, vt prædicto conſilio, cuius rationes facilè tolerantur. & contra ipſum fa.quia non habens ſalarium, videtur magis affici cauſæ, cùm ſola affectio ipſum moueat, ſalariatum verò merces. Idem videtur tenere Domi.in c.Romana.de teſti.lib.6.

TESTES inhabiles iudex ex officio repellere † non poteſt.Vide ſuprà in verſicu.iudex 20
ex officio.

Teſtes aliqui repelluntur ipſo iure, vt pupillus & ſeruus, vt ait gl.& Bar.in Auth. de teſti.col. 7.in prin. Alij officio iudicis, vt in §. præced.

Teſtis habilitas inſpicitur tempore iuramenti, & ideo ſi fiat inhabilis ſine culpa ſua probat.l.1.& ibi Bart.C.de teſtamen.l.ſi arbiter.C.de ſenten.l.ad teſtium.§.conditione, qui teſta.fac.poſ. idem Ang.conſi.1.Spec.tit.de teſte.§.1.colum.10. verſi.quid ſi teſtis erit teſtabilis, videtur inclinare, quòd requiratur habilitas tempore depoſitionis. & idem ibi Io.An.& idem Spec. & Ioan.An. eod.tit.§.nunc dicendum, verſi. in quarto.idem Bal.in tit.qui teſt.ſint neceſſarij in vſi.feudo. de quo per eundem Bal.in præalle.l.1.C.de teſta. & vide ibidem latiſsimè per Iaſ.

Teſtes ad probandum defenſionis cauſa factũ fuiſſe admittuntur domeſtici & familiares, & fratres, vt ſcripſi ſupr.in verſi.coniunctus, prope fi.

Teſtes ad probandum æſtimationem rerum ablatarum admittuntur domeſtici & familiares, vt ſcripſi ſuprà in verſicul. domeſtici, verſic.fallit tertiò.

Teſtis an poſsit eſſe iudex ordinarius, vel delegatus.

legatus. Vide ſupr. in verſicu. delegatus, & in verſic. iudex.

91 Teſtis † inhabilis poteſt recipi ad informationem iudicis de fama alicuius ſecundum Bal. in marga. in verſi. iudex. verſic. 1.

Teſtis poteſt eſſe vẽditor in quęſtione finium ſeu terminorum rei venditæ. l. eos. & ibi gloſſ. & Doct. ff. fin. regundo. vbi Bart. dicit hoc ibidem nõ probari, ſed ſolùm quòd termini ſunt fingendi, prout olim fundi dominus deſignauerat tempore venditionis. Sed Bal. ibidem ſimpliciter dicit credi vẽditori in quæſtionibus terminorum, & tenet Bal. in l. omnibus, in princ. C. de teſt.

Teſtes an poſsint eſſe ſinguli de vniuerſitate vel collegio. & regulariter dicendum eſt quòd ſic ſecundum Ioan. And. in cap. cùm nuncius, per tex. ibidem. & in c. inſuper, de teſti. & in c. de prudentia. 14. q. 2. no. gl. in §. cogitandum, in verbo, teſtes autem, in Auth. de mona. quoniam non eſt veriſimile, quòd quis deieret propter iura vniuerſitatis conſeruanda, cùm ſoleat negligi quod cõmuniter poſsidetur. l. 2. C. quãdo & qui. quar. pars lib. 10. quibus Feli. in alle. c. inſuper, addit gl. & Bar. in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diui. Bart. & Ange. in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. Specu. & Ioan. An. in tit. de teſti. §. 1. verſic. 4. colum. 5. nunquid in cauſa vniuerſitatis? gloſſ. in l. idonei. ff. de teſt. in capit. 3. in ſecund. colum. de proba. vbi dicit quòd ſi eſt quæſtio de nemore, cuius fructus venduntur pro ipſa vniuerſitate, & non eſt quid deputatum ad vſum hominum, vel iumẽtorum. poſſunt ipſi homines teſtificari, nam quod eſt commune in vniuerſitate, nemo poteſt dicere ſingulariter, meum eſt: quinimò iſta ſunt inter ſe contraria, ſcilicet eſſe ſingulorũ, & eſſe vniuerſorum, quia non poteſt eſſe plurium in ſolidum. l. ſicut. §. vniuerſitatis. ff. quod cuiuſcuque vniuer. no. & ita dicit de facto ſe pluries conſuluiſſe. Idem Bald. in alleg. c. inſuper, quòd relinquitur aliquid vniuerſitati, ciues poſſunt eſſe teſtes, quia titulus relicti non acquiritur ſingulis, ſed ſoli vniuerſitati, vt l. fin. C. de ſacroſanct. eccle. nec competit alicui ius agendi, niſi habeat mandatum, vt in d. c. inſuper. & in l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis. & ſic dicatur quod intereſt ratione affectionis. dic quòd iſta eſt leuis ſuſpicio, quæ purgatur per iuramentum teſtis, qui iurat quòd non depoſuit, niſi veritatis obtentu, iuxta c. quoties, de teſti. Fallit tamen huiuſmodi regula ſecundum Feli. vbi ſuprà, niſi in materia, in qua vniuerſi teſtificantur, eſſet probata vno modo per ipſos de vniuerſitate, & alio modo per teſtes productos contra ipſum, quia cæteris paribus minus probabunt illi de vniuerſitate propter illam aliqualem affectionem, quæ reddit eos impares ſecundum Sicu. in d. c. inſuper. ſed intellige ſanè, dummodò materia ſit quę ita benè poſsit eſſe nota extraneis ſicut illis de collegio, quoniam in materia, in qua collegiati præſumũtur melius ſcire ratione iſtius præſumptionis, magis credetur eis. tamen quia d. c. de prudentia, circa medium dicit in talibus eos eſſe meliores omnibus. in tali caſu domeſticus vel familiaris non repellitur, vt not. Bar. in l. quoties per illum text. C. de naufra. lib. 11. adeò quòd alij non admittuntur niſi in ſubſidium, vt ibi & cap. quoties. alleg. ergo iſti dici non poſſunt integri. Fallit ſecundò, niſi cauſa mota contra vniuerſitatem, eſſet criminalis, quia ipſi de vniuerſitate non ſunt idonei teſtes, per text. apertè in alleg. c. de prudentia. & ibidem habetur ratio, qua in criminalibus tanquam arduis non debent domeſtici ad probationem admitti. ſecus in ciuilibus ſecundum Sicul. qui pro hoc alleg. gloſſ. in ſimili, in c. 1. 3. quæſt. 5. dicentem quòd conſanguineus non repellitur in cauſa ciuili, ſed in criminali ſic. & maximè hoc procedit, quando eſt tale crimen, propter quod vniuerſitas punitur, quod quando ſit, vide in cap. dilectus. 2. de ſimo. & no. Bar. in l. aut facta. ff. de pe. & Innoc. in cap. grauamen, de ſent. excom. quod ſecundum Felin. vbi ſupra, procedit etiam, ſi vnus de vniuerſitate accuſat alium extraneum, quia non poteſt in teſtem adducere alium de vniuerſitate, niſi in defectum aliorum. Ita no. Spec. in prælle. ver. ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis alleg. Hoſti. in ſumma eo. tit. §. 1. ſub §. & cùm cauſa. Verùm ſupradicta fallentia non procederet, quando vnus de vniuerſitate ꝓduceretur ab vno de vniuerſitate cõtra extraneum, ſed cõtra alium de vniuerſitate, ſecundum Sicu. in alleg. c. inſuper, poſt Io. An. in d. c. cùm nuncius, quia par cauſa affectionis tollit ſuſpicionem. l. nõ ſolùm. ff. de rit. nup. no. glo. in c. cùm olim, de off. deleg. & in c. poſtremo, de appel. ſed nihilominus præfata fallentia procedit, quãdo eſt adeò parua vniuerſitas vel collegium, quod illi de ipſius corpore cadunt in nomen domeſticorũ, ſeu cohabitantium, quia repelluntur per rationẽ c. repellantur, de accu. ſed ſi eſſet talis vniuerſitas, quę nõ induceret cohabitationẽ, vel familiaritatẽ, non prohibetur vnus teſtificari pro alio etiam in criminali ſecundum Io. An. in d. c. cùm nuncius. & Sicu. in alleg. c. inſuper.

Fallit tertiò, niſi per accidens præſumeretur magna affectio propter annexam commoditatem, quia licet res eſſet vniuerſitatis, & non ſingulorum, tamen repelleretur à teſtificãdo ſecundum Bal. in prælle. c. cùm nuncius. & dat exemplum, ſi eſſet queſtio de prædio vel vinea. vnde illi de collegio habent victum, vel de more vbi habent paſcua, tamen alibi non poſſnt eſſe commodè. Idem dicit, ſi eſſet quæſtio de ſtatu vniuerſitatis, vel de aliquo magno honore, vel de aliqua magna iuriſdictione, nam propter magnam affectionem benè repellerentur iſti, cùm etiam repellerentur propter magnam amicitiam. l. 3. ff. eo. titu. & dicit quòd commoda non committuntur iudicis arbitrio, ſed ſimplex affectio Sicul. idem Bal. in Rub. de rer. diuiſ. ff. in 12. col. verſicu. nunc de. vbi dicit quòd ſi cauſa ciuilis eſt multum ardua, illi de vniuerſitate non ſunt omninò teſtes integri. & ratio eſt, quia magna cauſa ciuilis æquiparatur criminali. l. propter litem. ff. de excuſa. tu. fac. c. 1. de reſtit. ſpol. in 6.

Fallit tertiò, niſi vtilitas reſultans ex cauſa, quam habet vniuerſitas, obueniret ſingulis de collegio, nõ autẽ vniuerſo collegio ſecundum Io. An. Pau. de Leaz. Ant. & Imo. in alle. c. cùm nuncius,

cius, quia tunc qua ratione non poteſt teſtificari in cauſa propria. 4.q.2.cap.omnibus. & C. de reſti.l.omnibus nõ teſtiſicabitur in iſta. & per hoc dicunt, quòd ſi eſt quæſtio de paſcuis, & nemoribus, in quibus ſingulorum beſtiæ paſcuntur, & ſinguli ligna ſcindunt, teſtimonium in tali cauſa non admittitur. Quibus Felin.addit Bart. ita tenentem in l. intantum.§. vniuerſitatis.ff. de rerum diuiſ. & ibi infert, quòd ſi donatur aliquid eccleſię fratrum minorum, & de donatione fiat quæſtio, poteſt quilibet frater eſſe teſtis. ſecus ſi facta eſſet donatio, ex qua ſinguli de Conuentu perciperent commodum, tunc enim illi de Conuentu non eſſent idonei teſtes, quod dicit eſſe benè notandum. Idem Bald.in l. parentes, in fin.C. de teſt.dicens, quòd ſi vnum caſtrum contendit cum alio de paſcuis, non poſſunt homines caſtri teſtificari pro vniuerſitate, quando eſſet commodum burſale ſingulis vtẽtibus, ſicut eſt in paſcuis, in quibus paſcuntur beſtię hominum villæ gratis, & ſine aliquo precio, quod detur communitati ipſius villæ; nam licet tunc nomen vniuerſorum effectus eſt ſingulorum, vt not. in l.ſicut.§. vniuerſitatis.ff. quod cuiuſque vniuer. no. & in d. l. intantum. ſecus ſi effectus vtilitatis non diſtribuitur in ſingulos, ſed pertinet ad burſam, vel capſam vniuerſalem, quia bona vniuerſitatis ſunt diuerſa à bonis ſingulorũ ſecundum ipſum. & ſequitur Sali. ibidem Bald. in allega. c. 3. loco dicẽs quòd quando fructus nemoris venduntur pro vniuerſitate, & non eſt aliquid deputatum ad vſum particularium hominum, & tunc admittuntur ad teſtimonium. non enim repelluntur ex eo ſolo, quòd ſint de corpore, ſed quia ſperant commodum pecuniarium: ſed ſi eſt cauſa, in qua oportet, quòd ſinguli mittant manum ad marſupium. puta quia vniuerſitas cõuenitur ad ſoluendum aliquod debitum, propter quod oportet de neceſsitate quòd fiat collecta, tunc nõ admittuntur, quia iſta faciunt eos ſuſpectos ſecundũ ipſum. idem Bald.in d.c.inſuper, dicens ille tex. non habet locum, quando ſinguli ſperant commodum, vt in nemore per beſtias hominũ villæ. Idem dicit, quando ſinguli metuunt immediatum damnum. puta impoſitionem collectę pro ſolutione debitorum communis alle. l.1.§.quibus. ff. quòd cuiuſque vniuerſitatis no. ſecus dicit ipſe, ſi hoc non timeret, quia villa habet aliunde, vnde ſoluat debitum, & ideo poſſunt teſtificari alle. Odofre. in dicto §. qui manumittitur. & Cyn. in l. parentes. Ad idem facit qnod dicit Sicu. in eo.c. inſuper, quòd licet Canonici poſsint teſtificari in cauſa capituli, non tamen teſtificabitur Canonicus in cauſa præbendæ ſuæ, quia licet in genere ſint capituli præbendę, tamen in ſpecie ſingulariter deputantur. ad idem quod not. idem Sicul. dnm reprobando Ioan. An. in allega. c. cùm nuncius, dicit quòd quando capitulum vult teſtificari de geſtis in capitulo, non poteſt ſi damnum vel lucrum eſt applicandum ſingulis Canonicis, quia videtur conueniens, vt propter inopiam probationum quis teſtificetur in facto proprio propter regulam iuris communis. C. de teſti. & imputent ſibi, quare non vocantur teſtes. & ſic vult idẽ Sicu. quòd vtilitas concernens illos de capitulo repelliteos à teſtimonio. & ſic præall. c. inſuper, cũ ſimilib. procedit in cauſa concernente principaliter vniuerſitatẽ circa bona communia, quorum vſus fructus non eſt diuiſus per ſingulares. Fallit quintò ſupradicta regula, niſi vniuerſitas poſsit habere alios teſtes, quàm ex ipſis de vniuerſitate, quia ipſi nõ ſunt idonei, niſi in ſubſidium ſecundum Spec. in alle. ver. ſed nunquid in cauſa vniſitatis dicentẽ ita debere intelligi iura alleg. ſupr. in regula. & alleg. c. & ſi Chriſtus, in fin. in verſic. deficientibus alijs teſtibus, de iureiur. ſed Sicul. in alleg. c. inſuper, tenet contrarium. & benè ſecundum Felin. quia illa iura loquuntur indiſtinctè. & ratio c. ſuper prudentia ſcilicet quod melius ſciant illi de vniuerſitate eſt generalis. & alij plerunque non reddunt bonam cauſam, vnde præferri debent veriſimilius informati. & ad ca. & ſi Chriſtus. dicit quòd ibi religioſi habnerunt conſcientiam iurandi, vnde vt ſaluarent conſcientiam, quantum poſſent, remittit eis Papa onus teſtificandi, ſi alij teſtes adſint. Fallit ſextò in prælato non habente collegium, ſed ſolùm adminiſtrationem eccleſiæ, ſecundum Ioan. Andr. in Specu. tit. de teſt. §.1, ver. ſed pone quòd adminiſtrator. alleg. cap. relatum. ff. de teſt. quod Sicul. in allega. cap. inſuper limitat, niſi eccleſia haberet œconomum generalem conſtitutũ auctoritate epiſcopi, vel ageret idem epiſcopus tanquam generalis adminiſtrator, iuxta cap. fin. de ſucceſ. ab inteſt. quia tunc ceſſat ratio affectionis, quam habet ipſe conſtituens procuratorem, qui ex hoc videt declaraſſe motum animi ſui iudex. l. præter. ff. de iuriſd. om. ind. ſed illa ſola quòd bona non diuidantur inter alios, ſed fuit ſibi ſoli commiſſa non eſt ſufficiens, attento quòd in cauſa eccleſiæ iudicare poteſt, & hoc maximè, quando qualitas canſæ ſeu rei litigioſæ non induceret veriſimiliter immoderatam affectionẽ. Fallit ſeptimò in epiſcopo vel alio prælato collegiato, qui litigat pro eccleſia ſua, quoad bona menſalia, de quibus per gloſſ. in ver. ad menſam. Cle. 1. de exceſ. præla. quia nõ poteſt eſſe teſtis in tali cauſa ſecundum Ioan. An. Anto. & Sicu. in allega. c. ſuper. per Io. An. in §. præſentium, de teſti. lib. 6. prout ſcripſi ſupr. in ver. Abbas. & ver. adminiſtrator.

Teſtis in propria cauſa quis eſſe non poteſt, † vt ſcripſi ſupr. in ver. propriam cauſam. 92

Teſtis in facto proprio in quo quis habet intereſſe, non poteſt eſſe, vt ſcripſi ſupr. in ver. facti proprij.

Teſtis idoneus non dicitur, qui timet deponere veritatem. no. Bal. in l. eos, in fi. C. de teſti.

Teſtis non videtur idoneus collator beneficij pro illa, cui fecit collationem. Vide ſupr. in ver. collator.

Teſtis habens cauſam conſimilem repellitur, vt ſcripſi ſup. in ver. ſimilitudo cauſæ.

Teſtis non poteſt eſſe inueſtitor in cauſa feudi, vt ſcripſi ſup. in verſic. inueſtitor.

Teſtis eſſe non poteſt pro appellante ille, qui adhæret appellationi. iſta eſt concluſio Rotæ in no. deciſi. 314. incipien. Fuit dubitatum, vtrum adhærentes. vide ſupr. in verſic. adhærentes.

Teſtis an

Teſtis an poſsit eſſe contra me, ille qui per me fuit productus, quanquam infamis. vide ſuprà in ver. productus.

Teſtis poteſt opponi quicquid opponi poteſt iudici, ſed minor cauſa repellit iudicem quàm teſtem, quia facilius inueniuntur centum iudices, quàm vnus teſtis, vt dicit Specu. in titu. de deleg. §. 1. in fi. pro quo gloſſ. in c. cùm R. & c. inſinuante, de offi. delega.

Teſtes in dubio potius admittendi ſunt quàm repellendi. Spec. de off. iud. §. vni. ver. 3.

Teſtis eſſe non poteſt vxor pro ſuo marito, præſertim ſi fuerit debilis naturæ, quæ virum timeat, nam varium & mutabile &c. c. ſorus, de verbor. ſig. ſi tamen eſſet virago, quæ virum non timeret, immò de facili eum verberaret admitteretur, ſi aliàs eſſet bonæ famæ. argum. 4. q. 3. verſicu. eos teſtes. C. eo. tit. l. eos. Ita Specu. titu. de teſt. § 1. ver. ſed quid de vxore. Io. And. ibidem in addi. dicit nil caueri in præalleg. l. eos. ſed in l. 2. eo. ti. per gloſſ. & Cyn.

Teſtis contra quem opponitur crimen, quòd cauſam contingit repellitur de except. c. 1. in fin. Spec. titu. de teſt. §. 1. col. 38 ver. item quod crimen teſti obiectum.

Teſtis malæ vitæ repellitur, vide ſuprà in verſic. malæ vitæ.

Teſtis reus in alijs à teſtimonio repellitur. vide ſupr. in verſ. reus in alijs.

Teſtis an ſit idoneus, ſi ex eius depoſitione ſibi laus aut vituperium veniat áſſcribendum. vide ſupr. in ver. idoneus teſtis.

Teſtis in graui cauſa & ponderoſa debent examinari coram duobus teſtibus, vt poſsint conuinci de falſo, ſi poſtea probetur veritas cótrarium, & ipſi negarent. no. in c. vt officium, de hære. lib. 6. Inno. & Hoſtien. in c. Albericus, de teſti. Sicu. in c. cùm ſicut. & c. cùm cauſam, eod. titu. & idem Abb. Sicu. in c. quapropter, de ele. in prin. 10. col.

Teſtis propterea non reprobatur, quòd non fuerit citatus, ſed per partem iudici oblatus, nec ex hoc videtur ſe ingerere, ſed potius videtur ſtimulatus à parte producente. not. Hoſtien. in cap. conſtitutus, de teſti. aliàs ſi teſtis ſe ingereret tanquam ſuſpectus eſſet repellendus, vt l. vxori. §. 1. ff. de fal. & ibi Bar. & in l. quæ omnia. ff. de procur. Sicu. in c. cùm in tua, de ſponſa. in prin. Adde hic Hippol. de Marſi. ſing. 201. incip. teſtis qui offert ſe.

93 Teſtes † omni exceptione maiores dicuntur, qui nulla exceptione legitima repelli poſſunt. no. gloſſ. in c. 1. de conſang. & affini. gloſſ. Inſti. de inutil. ſtipul. §. item verborum, quæ dicit illum idoneum, qui nulla videlicet exceptione repelli. Ita Sicu. in c. at ſi clerici. 10. col. de iudi.

Teſtes, de quorum morte timetur, recipi poſſunt in priuato, ſi actor timet reum conuenire coram iudice propter ipſius potentiam, & faciunt fidem in tempore, in quo lis poteſt tutè inchoari. Hoſt. & Io. An. in c. quoniam frequenter, in fi. vt lit. cont. & Sicu. in c. præterea, in fi. de ſpon.

94 Teſtis † non debet deponere per ſcripturam, ſed diuina voce, vt iudex ex trepidatione, & titubatione facilius veritatem poſsit comprehendere. 3. q. 9. c. teſtes. & qui ma. acc. poſ. c. à nobis. & l. Theopompus. ff. de do. præle. Sicu. in alleg. c. à nobis. teſtis qui aſſerit non diligere partem tacitè, & indirectè videtur aſſerere ſe eſſe inimicum partis, nam tenentur homines inuicem ſe diligere, vt l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Sicu. c. inquiſitionis. §. tertiæ dubitationis, de accu. vbi colligitur ſecundum eum, quòd teſti aſſerenti ſe inimicum alterius creditur ad hoc vt à teſtimonio repellatur, licet nullam cauſam inimicitiæ alleget.

Teſtis ſi dicit ſe inimicum partis antequam iuret, præſumitur dixiſſe in fraudem, ideo debet recipi, vt in præalleg. §. tertiæ. & ibi Sicul. ſed ſi conſtat eum non dixiſſe in fraudem, non debet recipi, ſi inimicitia eſt capitalis: debet tamen interrogari de qualitate inimicitiæ, vt c. pia, de excep. lib. 6. & Authen. de teſti. §. ſi dicitur. & not. in c. ex parte A. de teſti. c. cùm cauſam, eod. titu. Si autem dicat ſe inimicum poſtquam iurauit, etiamſi præſumatur hoc dixiſſe in fraudem, non creditur ei ſuper principali, quia aut dixit verum, & non creditur tanquam inimico: aut dixit falſum, & ſibi non debet credi tanquam periuro.

Teſtis dictum non vitiatur, ſi priùs in præſentia partis dicit quòd erat dicturus coram iudice: imò eſt cautela, vt teſtis inducatur ad prius dicendum, ne habeat materiam variandi ſecundum Bar. in l. eos. ff. de falſ. & Sicu. in c. dilectus, de Capel. mona.

Teſtis iuratus præſumitur, ſi reperiatur ſcriptum in actis, teſtis iuratus ſic depoſuit, nam pręſumitur iuratus tunc temporis. no. Bar. in l. Theopompus. ff. de dote præle. Sicu. in c. 2. de teſti. & c. quod autem de iure patro. Sed Spec. in tit. de teſti. §. ſequitur, verſ. quid ſi in actis tenet, quòd propter hoc non præſumitur iuratus, quia illa aſſertio eſt de pręterito, nec per eã apparet de pœnitentia iudicis, vel partis, quę debet interuenire, vt in præalleg. c. 2. ſi tamen eſſet ſcriptum, teſtem coram partibus iuraſſe, præſumitur iuratus, vt no. doc. in c. tuis, de teſti. & ibi latiùs per Feli.

Teſtis depoſitio, qui primò deponit, & poſtea iurat, non tenet. Ratio, quia cùm iuramentum ſit de forma dicti teſtis, vt cap. de teſtib. de teſti. deficiente forma ſubſtantiali, nihil agitur, vt l. forma. ff. de cenſi. & no. in c. auditis, de elec. hoc tenent verum Goffre. in ſumma de teſtib. ante ſi. & Archi. 4. q. 3. §. item in criminali. verſi. item iureiur. & Anton. in alleg. cap. de teſti. contra Bar. Brix. & Hoſti. ibi. Sed Feli. pro dictarum opinionum concordantia poſt dominum ſuum diſtinguendo dicit, quia opinio Bart. & ſuorum ſequacium procedit, quando teſtis iurauit ſponte incontinenti nullo interrogante, vel petente, vt iuret. Sed ſi iuraſſet etiam in continenti ex eo, quia de hoc fuit requiſitus, procedit opinio Goffredi. & Archi. & Anto. & aliorum, de quibus latiùs per Feli. in alleg. c. de teſti. 3. co.

Teſtis eſſe non poteſt excommunicatus. vide ſupra in verſicu. excommunicatus. ſecus in ſuſpenſo, vt not. Specu. in titu. de teſt. §. opponitur, verſicu. quid de ſuſpenſo. & ibi Ioan. And. in addi. & in c. olim, de accu. & in c. Apoſtolicè, de excep. no. 1. Cle. cupientes, de pœnis.

Tutor poteſt eſſe teſtis in cauſa pupilli, ſi cauſa per alium contutorem agitetur. Innocen. in cap. inſuper, de teſti. Bar. in l. qui teſtamento. ff. de teſti. ita & latius. q. capel. Tholo. *204*. & ibi vide in additione.

94 VASALLVS nec pro, nec contra dominum † teſtificari poteſt, niſi alud ſuadeat qualitas perſonarum, vt per Sicu. & Felin. in cap. inſuper, de teſti. per gloſſ. in c. de forma. *22*. q. *5*. & Specu. titu. de teſti. §. *1*. ver. ſed nunquid vaſallus. & Sicu. in c. accedens. *2*. vt lite non conteſta. & Bald. in c. ego N. de iureiuran. Venditor in cauſa emptoris poteſt eſſe teſtis, quando non tenetur de euictione, quòd quando ſit, vide per gloſſ. & Bar. in l. Ariſto. ff. de dona. & Ioan. Andr. titu. de teſte. §. *1*. verſi. ſed pone mutuaui. de hoc per Anto. Imol. & Specul. Felin. in c. inſuper, de teſt. gloſſ. & Archi. in §. ſi teſtes, verſicu. nullus idoneus. *4*. q. *3*. & Cyn. Iac. de Aret. ac Salicet. in l. omnibus. C. de teſti. & Specu. & Ioan. And. In titu. de teſti. §. *1*. verſic. quid de venditore. & Bal. in c. *1*. §. ſi duo, de pa. ten. in vli; feudo. & Bar. in l. ab executore. §. alio. ff. de appella. nec obſt. offectio, quam veriſimiliter habent in ſuſtentatione venditionis, propter quam proxeneta repellitur, cap. *r*. & ibi gloſſ. & Doct. de teſt. lib. *6*. dixi ſuprà in ver. mediator, quoniam illud eſt ex eo quod communiter ſunt viles perſonæ, & aliqua lucra ſectantur ex validitate contractus, videmus enim quòd in multis caſibus ſola præſumptio affectionis non repellit ſecundum Sicu. per text. in alleg. cap. inſuper. ſed oportet quòd ſit magna affectio. argu. c. fin. de teſti. lib. *6*. & quæ dicuntur de venditore, extenduntur ad donatorem ſecundum Sicu. in allega. cap. inſuper, quem ibidem ſequitur Felin. cui dicit addendum quod dicit Io. And. in dict. ver. ſed pone mutuaui, & ſecundum iſtud crederem limitandum, quod ſcripſi ſuprà in ver. donator. ego tamen dicerem cum Sicul. in præallega. cap. inſuper, quod ibi non tenetur de euictione, ſi fides adhibeatur venditori, atque donatori attenta qualitate perſonæ, & cauſæ argum. c. literis, eo. titu. & ſic vbi nullum habent intereſſe ſit arbitrarium, quanta fides eis adhibenda. argum. in c. & ſi queſtiones. & ſcripſi ſuprà in ver. ſedens.

Vir † non poteſt teſtificari pro vxore, quia ſunt domeſtici. argum. ff. ſi quis cautio. ſed & ſi. §. præterea. ff. de Iud. l. inter, de quo in q. Capel. *3*. vide per Specul. in titu. de teſt. §. *1*. verſicu. ſed quid de vxore, & viro, & quæ ſcripſi ſuprà in verſicu. teſtis non poteſt eſſe vxor. 95

Vir nubens in mulierem à teſtimonio repellitur, vt ſcripſi ſuprà in verſicu. mulier, quæ nubit in virum.

Vniuerſitatis ſinguli an admittantur in teſtes in cauſa vniuerſitatis. vide ſuprà in verſicu. teſtes an poſsint eſſe ſinguli de vniuerſitate.

Vſurarius manifeſtus à teſtimonio repellitur. Bal. in l. *1*. *7*. q. C. de teſtam. no. in c. quanquam, de vſuris, lib. *6*. vide ſuprà in ver. fœnus improbum.

Vxores duas habens eodem tempore repellitur à teſtimonio, vt ſcripſi ſuprà in verſic. nuptias binas.

Vxor regulariter teſtis eſſe non poteſt in cauſa viri ſui, ſicut ſcripſi ſuprà in verſic. teſtis eſſe non poteſt vxor.

FINIS.

TRACTATVS DE TESTIBVS, PER DOMINVM TYNDARVM I. V. DOCTOREM, INTRODVCENTEM BAR. ET BAL.

Collocutores, & adinuicem diſputantes, & Ludouicum Romanum altercationes eorum decidentem, incipit.

PRAEFATIO.

NVPER, Reuerendiſsime Domine, cùm exercendi ingenij gratia mente concepiſſem, aliquid de noſtra Pontificij aut Cæſarei iuris diſciplina literis mandare reuolutis nonnullis noſtrorum Codicibus, opportunè tandem occurrit materia quædam teſtium, ſcilicet variantium tuo inclyto nomini inſcribenda, quæ res mihi ſanè viſa eſt ad diſputandum, admodum ſubtilis inueſtigatione perpulchra ac ſingularis exercitatione facti quotidie per manus omnium, qui iuri dicendo præſunt, aut cauſas quoquo modo inſtruunt, aut ſciſcitantur, ſummè verſatilis, à noſtris etiam maioribus (pace dixerim eorum) leuiſsimè explicata. Igitur te tanto viro dignam dijudicaui, cùm etenim tu vt iam diu vulgata eſt, per omnes notitia ſcientiarum plurimorum præcipueq́; Theologiæ parentis omnium ſtudiorum Philoſophia ac Rhetorica longè lateq́; præditus ſis, iuris quoque pontificij, cuius notitiam conſtat nexu quodam cum Iure Ciuili coniunctam, maximus interpres dijudicatus, ad quem dixerim ſpectare proprius de rebus huiuſmodi diſputare quàm tibi? Cùm etiam tibi ipſi maxima quadam & incredibilis intellectus perſpicacia à ſummo rerum omnium opifice conceſſa ſit, à quo quæſiuerim firmius, quàm à te huius ſcientia & ſtylum & inuentionem? Item cùm tibi quoque Apoſtolica ſedes Deo annuente tot tantarumq́; regionum iure meritoq́; tuum principatum conceſſerit, quem crediderim aduerſantium teſtium cognitionem, in qua non parua reddenda iuſtitiæ pars conſtituta eſt, auidius vendicare quàm tu? Scripſi itaque paucula quædam, quoad perdebiles facultates meas, præterq́;

lectio-

lectiones, quotidianas & varias occupationes fieri potuit, tibiq; ipsi iudicanda statui, non quia crediderim tibi incorrupta ac inerudita hæc verba conferre, ſed vt ea ipſa quæ ſcripſero tua ſumma prudentia, ſapientia atque humanitate modereris, corrigas, atque refrenes, ſoliditatémque tua maxima auctoritate ei attribuas, & prout in me ſumma eſt pietas & beneuolentia, rem paruam maiorem reddas tua æſtimatione, præſertim cum ab homine deditiſſimo proficiſcatur. Ex tuo n. inclyto nomine & excellenti virtute adiicietur volumini auctoritas quædam, minimè contemnenda. nam qui illud ad te deſtinatum legerit, proculdubio exiſtimabunt aliquid ponderis ſibi ineſſe, quòd fuerit dignum nomine talis viri. Interdum itaque Reuerendiſſime pater, poſt rerum magnarum expeditionem, quibus præpoſitus es, & probatiſſimorum auctorum lectionem, cui die noctúque ocio ſuppeditante diligentiſſime incumbis, ad hæc vilia tanquam perfectis conſtitutiſq; viribus reuertaris. Et vt inquit ille inſtitutionis oratoriæ ſummus Quintilianus, ſicuti in cœnis grandibus ſæpe facimus vt cum optimè ſatiati ſumus, varietas tamen in nobis ex vilioribus grata ſit. Nec dubito præſtantiſſime pater, nonnullos eſſe futuros, qui hunc meum libellum tacitè reprehendent, & imparem dicant viribus meis, qui nequiuerim onus ſuſcepti muneris ſuſtinere fortè aſſentiar. Et diſputandi genus à me inchoatum præter maiorum noſtrorum conſuetudinem, maiori dignum ingenio & exquiſitioris intellectus acumine profitebor. verum illud adiungã me non oſtentandi potius, quam exercendi, non ambiendi potius quam addiſcendi ſtudio hoc onus, aut in tantam ac arduam clariſſimorum doctorum controuerſiam deſcendiſſe. Accidit adhoc, quòd vel maximè in hanc dictionem impellit: quia omnes aut præſentes, aut poſteri tuæ celſitudinis & incliti nominis tui auctoritate commoti laborem meum aut apertè culpabunt, ſed eximiam laudem decusq; tribuent mihi, cum intelligent lucubrationem meam qualiſcunque ſit excellentiæ tuæ non diſplicuiſſe. Ne cui igitur mirum ſit quòd diſputandi ſtylum colloquentium virorum aſſumpſerim, planè ab antecesſoribus noſtris: qui iuri ſcribendo ſimiliter interpretando verſati ſunt prorſus alienum. Quanquam enim hoc ipſum diſputandi genus non fuerit inter noſtros iuriſtas hactenus verſatum, pleni tamen ſunt omnes Latinæ Linguæ libri huiuſmodi diſputationibus, quos prope viſum eſt licuiſſe hoc opere imitari. Accidit: quia vt arbitror operæpretium erit ipſos Bartol & Bald. tanta auctoritatis viros de iuris interpretatione etiam hodie loquentes intueri, diſputantesq; clara vt ita dixerim voce audire.

TYNDARVS VTRIVSQVE IVRIS DOCTOR
exercitij cauſa hoc opus confecit.

SVMMARIVM.

1 *Ludouici Romani laudes.*
2 *Baldus Bartoli diſcipulus ſcientiæ cupidus.*
3 *Humanum eloquium non ſufficit ad laudes Bartoli. & inibi ipſa laudes.*
4 *Demoſthenes Græci eloquij princeps, Ciceróque Latini.*
5 *Gloriæ cupiditas in interpretando iure ſemper fuit Baldo.*
6 *Diſputando quis doctior euadit.*
7 *Teſtis aſſerens vnum extra iudicij figuram, qui poſtmodum in iudicio contrarium affirmat, an ſit de falſo puniendus.*
8 *Bartolus iuris ciuilis interpretator acutiſſimus.*

Capitulum primum Bartolus.

SAEPE numero ac vehementer valde admirari
ſoleo, cum aduentantes iuris vtriuſque profeſſores intelligo recenſentes, quanta cum attentione
ſolertiaque & incredibili quadam anxietate, meas
illas quas mortuus ſententias reliqueram ſuper iuris ciuilis interpretatione, tu ipſe poſt me annos
quinque fortaſſe & quadraginta viuens, acri quodam morſu increpare conatus fueris, tenebras etiam ſi quando fieri potuit nomini meo (ſicuti aiunt)
tanquam præcipuo inimico offundere nixus ſis.
quod vel maximè his ferè temporibus † Ludouicus 1
iſte Romanus aperuit, vir excellens, memoria plenus, ac facundia redimitus, ſcrutator etiam nedum
ſcriptorum meorum, ſed tuorum cæterorumq; diligentiſsimus. proximiſque diebus adueniens, Nicolaus Siculus aſſeruit alterum vt accepit ſuæ ætatis
iubar, omni laude ac veneratione dignum. Cogitanti etenim mihi & memoria repetenti, quàm familiaris ac iucunda viuentibus nobis tibi mecum
fuerit coniunctio, quàm dulcis ac aſsidua conuerſatio, quàm etiam per me voluntariè tibi fuerit impenſa doctrina, dum me ferè quotidie interrogabas, dum reſponſa à nobis accipiebas, dum etiam
nos ipſos magiſtralem cathedram aſcendẽtes diſcipulus exiſtens † & ſcientiæ cupidus audiebas. Multo 2
hæc ipſa tua geſta abeſſe videntur à gratiarum actione, cuius audeo dicere partem, ſaltem aliquam per
te mihi deberi, multoque à neceſsitudinis vinculo
aberrant diſtantq; ab officio noſtræ amicitiæ. Nouimus cæteros ſcriptores aliorum ſententijs interdum aduerſatos, horum tamen neminem æmulatio
mouit ac inuidia. Sola verò inueniendæ veritatis ac
iuſtitiæ cupiditas, accepimus, & teipſum erga cæteros omnes me excepto, & humanum & benignum
interdum ac facetum viſum, & reliquos doctores
qui poſt me claruere, honoris aliquid atque reuerentiæ nobis retuliſſe, actusque non parum, quanquam non ſimili neceſsitudine familiaritate ac denique amicitia coguntur. Si itaque placuit Bald.
explanaueris velim quid eſt quod mouerit in tantam noſtri nominis perſecutionem, nec putaueris
illud referre coram nobis eſſe malum, ſiue enim laudes per ſe noſtras ferant, ſiue id quod his eſt oppoſitum fortitudo imperat, vt parui faciamus. Tibi
quoque Ludouice precor ne moleſtum ſit præſto
eſſe his noſtris confabulationibus.

Bal. Si recenſere inſtituiſſem Barto. his temporibus quantum inclito nomini tuo debuerim, dum
ſæculo potiebar, pro his omnibus quæ tuipſe commemoras, quantuncunque tibi debuerint debeantque illi omnes quicunque ſunt, qui poſt te ſurrexere ſurgentque: qui operam iuri dederunt atque dabunt: qui iuſtitiam coluerunt atque colent: qui denique rectum aliquid aut ſanctum amarunt atque
amabunt, per Deum † quale ac quantum in me ex- 3
poſceretur eloquium diuinum: quoniam humanũ
non ſufficeret. Quis enim incredibilem memoriam tuam? quis acumen ingenij? quis ſcientiarum vices? quis doctrinam innumerabilem? quis iuſtitiam? quis æquitatem? quis rerum omnium peramandam veritatem? quis ex reconditis interdum fontibus habitam ſapientiam? quis docendi ſuauitatem?

quis ob tenebrarum ac incognitarũ rerum demon-
ſtrationem? quis ardẽtiſsimam diligentiam? quis
bonitatem apud ſeculares huius mundi inauditam
narrãdo, aut certè minimam partem eius perſtrin-
4 gendo non deficeret? nemo profectò & ſi ipſi † De-
moſtheni aut Ciceroni hoc munus deferretur. quan
quam alterum Græci eloquij principem dicant, al-
terum Latini, non quidem ſi illis eſſent centum lin
guæ oraque centum, ferrea vox, iuxta poëtam. Ita-
que longè falluntur qui putant ob inuidiam aut æ-
mulationem ſententijs tuis me fuiſſe aduerſatum.
errantque vehementius hi quorum ſententias non
retuliſti qui falsè crediderunt me nomini tuo im-
penſum detraxiſſe, propterea quòd tuipſe viuens, vt
aiunt, honoris aliquid fortaſſe ademeris. Nam quis
me de inuidia argueret eius cuius ordinem in docen
do ſemper fuerim amplexus, cui tantum me & om-
nes iuſtitiæ ac veritatis amatores debere profitẽtur?
Quis me de detractatione nominis illius inculpet?
quem ſemper & verbo & ſcripto docens præcepto-
rem meum appellauerim ac dominum. Quis me in
ſummum ac veneratione habuiſſe non dicet illum
quem omne ingenium mihi ipſi dediſſe aſſeruerim?
quem etiam in collo gigantis tanquam ex alto om-
nia reſpicientem affirmare non dubitauerim. Alia
autem aduerſandi ratio extitit mi præceptor, quam
libens non minus tibi, quam cæteris qui aura poti-
untur enarrem, quo error ille eorum mentibus ab-
oleretur. Etenim dum in humanis agebam ſemper
mihi, vt verum fatear, inſita fuit, ſicut fere apud
5 miſeros mundanos cæteros † accidiſſe ſolet gloriæ
cupiditas quædam ſuper interpretando noſtro iure
eamque ipſam facilè comparare poſſe videbar, ſi
diligentiſsimorum virorum ſententias ſubtilius
argumentis oppugnarem, oppugnandoque refel-
lerem. vnde & cuilibet ex omnium Iuriſconſulto-
rum turba ea occaſione quantum honeſtè licuit
ſemper aduerſatus fui in te viro & cæterorum om-
nium principe, omne meum ingenium conuerti,
quem ſuperare ſi potuiſſem reliquos omnes meip-
ſum auferre non dubitaſſem. Tantum enim vt in-
quit Maro tuipſe inter alios caput extuliſti, quantũ
lenta ſolent inter viburna cupreſsi. tecumque vt
rem apertius enarrem, ſic factitari, ſicut fortis miles
dimicare ſolet, qui cum multorum hoſtium pal-
mam deſideret, illam ipſam ſe conſecuturum facile
putat, ſi hoſtium Principem ac Ducem deuicerit.
hæc inquam mi Bartol. æmulandi cauſa extitit,
cuius vtinam ſeculi viuentes notitiam habituri ſint.
non parum enim vt arbitror noſtro etiam nomini
prodeſſet ne de inuidiæ aut ingratitudinis vicio ar-
gueretur. Bartol. Facile admitto Balde. admit-
tam hanc excuſationem, velim tamen etiam ho-
die nos aliquid de tuis illis contradictionibus di-
ſputemus, delegaſque ſi placet argumenti gratia,
locum vnum ex his omnibus in quibus te iure mihi
repugnaſſe putas, & ſi morem mihi omnino gere-
re volueris, ex meis ſententijs quas improbaſti, om
nium tuo iudicio improbabiliorem proferas, quo
diſputatio quæſtionis vnius exemplo eſſe poſsit in
cæteris contradictionibus. Bald. Nedum placet
mi præceptor tecum diſputare ſed perplacet. fie-
6 ri enim non poterit † quin hodie diſputando abs te
doctior euadam, eueniet que fortaſsè nunc ſicuti
etiam viuentibus nobis ſæpius ſolitum erat cum
tuo lateri aliquando adhęrens omnium beatiſsimus
eſſe videbar. Et vt de Scæuola iuriſconſulto, in-
quit Cicero, multa prudenter abs te diſputata, mul-
ta etiam breuiter & commodè dicta memoriæ man
dabam, fierique ſtudebam tua prudentia doctior
atque ſapiens. Cum vel maximè id omnium mihi
hoc tempore placet, quoniam tu ipſe ſuades vt tua-
rum ſententiarũ omnium improbabiliorem profe
ram, fieri enim poterit vt ſpero ꝙ per teipſum di-
ſputationis huius mihi palma tribuetur. igitur ar-
gumentum eſſe volo peregrinam illam ſententiam
tuam (& ſi fas eſt ſic loqui) ſolitariam quam ponis
in l. eos. ff. ad l. Cornel. de fal. † vbi inquis teſtem 7
qui aſſeruit vnum extra iudicij figuram, ſi poſtmo-
dum contrarium affirmet in iudicio, de falſo eſſe
puniendum, hoc enim mihi ſummè apparet ini-
quum, nullaque iuris ratione aut lege probatum, &,
quod deterius eſt, ab omnibus damnatum, maxi-
meque mirandum quòd ex tuo tam præclaro deci-
deritore, cuiuſque dicti ſi oſtenderis veritatem ſo-
nare ſecundum tuam ſententiam ſic dicere auſim
fatebor in cæteris me tibi peſsimè aduerſatum.
Bartol. Rem quidem propoſuiſti. Bald. frequen-
tatam ac neceſſariam ad diſputandum. Item fortaſ-
ſe magis quàm alij crediderint ſubtilem dixeris, ta-
men meam illam ſententiam & hodie non adeo a-
lienam veritatiq; abhorrentem. impoſsibile nam-
que eſt vt oſtendam iure contrarium affirmare, ni-
ſi perfidi omnino ac pertinaces eſſe velimus. Quia
tamen Romane Ludouice te noſtræ huic diſputa-
tioni voluimus præſentem fore, ne tædio fuerit
hodie modernorum ſententias referre ſuper his om
nibus quæ dixerimus, annum etenim ego iam cir-
citer nonageſimum vita ſunctus ſum. Tu vero
Paulò ante ad nos veniſti, plenus memoria, vt in-
tellexi, & legum ſapientia. Ludouicus. O parens
Bartol. iuris ciuilis interpretator † tuque & Bald. 8
quem iuris vtriuſque monarcham appellare ſoli-
tus ſum, quam gratum mihi erit, quam iucundum,
quam ſuaue vos ambos tam ſublimes, tam excelſos
ac facundiſsimos patres diſputantes audire omni-
um procul dubio iucundiſsimum ac ſuauiſsimum
erit. Tu tamen Bar. pręceptor noſter omnium gra-
tiſsimum noſtrum vtrique feceris, vt & pro Bald.
pollicear ſi ſeriem omnium variantium teſtium
quæſtionis vnius propoſitę gratia ab exordio expla
nando dilucidaueris, quemadmodũ viuens facere
ſemper ſolitus eras cum ſerioſos illos tractatus com
ponebas, cum ſparſim dicta in vnum colligebas,
cum arcanam mentem Iuriſconſultorum pande-
bas. Cum denique rem tibi totam explanare place-
bat, vbi tempus ſuppeditabat, nec vnquam teipſum
quicquam intelligere putabas, donec omne, totius
materiei articulos te noſſe proſpiceres. Barto. Li-
bens hæc omnia Ludouice enarrabo, ſi tamen Bal.
ſibi gratum dixerit. Bald. Erit vero. Bar. vt Ludo-
uicus inquit omnium gratiſsimum. Bart. Nos ita-
que hæc omnia pertractare inchoemus, ea tamen
præmiſſa lege, vt & vos Bald. & Ludo. ne me lo-
quentẽ interpelletis, niſi tibi fortaſſe Baldo aliquid
occurrerit dubitationis, cum enim dubitaueris, au-
dacter inſtabis, tibique Ludouice acciderit ali-
quid quod de modernorum ſententijs proferre
volue-

volueris. Bald. Sic faciam. Ludouicus. Ego quoque.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis in eadem inſtantia varians, & inter eaſdem perſonas, an pœna legis Corneliæ de falſis puniatur. & num. 2.*

2 *Teſtis in aliquibus punitur de falſo, in aliquibus non.*

3 *Intellectus ad l. produci. ff. de teſtibus.*

Capitulum ſecundum de generali diuiſione teſtium variantium, & de teſte in eadem inſtantia variante.

OMNIS variantium teſtium diſceptatio in tres partes diſtinguitur, nonnunquam enim variat teſtis in eodem iudicio eademque inſtantia, & inter eaſdem perſonas. Quandoque variat in iudicio & extra iudicium. aut econtra. interdum varius eſt in diuerſis iudicijs aut inſtantijs. quam diuiſionem probè complexus eſt Modeſtinus iuriſconſultus. ff. ad leg. Cornel. de fal. in l. eos. in princ. ſi rectè eius verba intelligantur, garriant alij quid velint. Bal. nos itaq; tria hæc ſegregatim & ordinatè declaremus, primumq; iam locum capiamus. Vari-
1 ans † teſtis in eadem inſtantia, & inter eaſdem perſonas. l. Corn. de fal. puniendus eſt, neque ſtari debet eius dicto primo neq; ſecundo, niſi cõtra ipſum teſtem. probatur hæc regula in præalle. l. eos. primo Reſpon. vbi etiam hoc ſcripſi in meo commento. Item probatur. ff. de teſti. l. qui falſa vel varia. & ibi Glo. 4. q. 3. c. item qui falſo. extra de proba. cap. licet cauſam, circa medium. & per Gl. Ber. de teſti. in c. cum cauſam quæ inter archiepiſcopum. in Gloſſ. vlt. in fi. & per Spe. in tit. de teſte. §. 1. verſic. quid ſi idem teſtis & eodem titulo. §. poſtquam. verſicul. & quid ſi idem teſtis. Fallit tamen hæc regula multis modis meo iudicio: quos per ordinem numeremus. Quando ſecundum dictum fuit in tormentis, primum autem ſine. Secundo, quando dictum ſecundum contrarium fuit ad finem prolationis prolatum. Tertio, quãdo teſtis prima vice deponit per verbum credo, ſecunda vice per verbum veritatis aſſertiuum. Quarto, quando prima vice per verbum mihi videtur, tertia vice per verba affirmatiua. Quinto, vbi teſtis prima vice dubitando, altera affirmando depoſuit. Sexto, vbi prima vice per verbum neſcio, ſecunda verò vice per verbum ſcio. Septimo, vbi prima vice per verbum non recordor, ſecunda per verbum ſcio, vel recordor. Octauo, quando prima depoſitio facta fuit per iracundiam vel iocum, ſecunda non. Nono, vbi primum dictum fuit ſine iuramento, ſecundum autem cum iuramento. Decimo, vbi teſtis prima vice depoſuit & cauſam ſui dicti non reddidit, vel reddidit. ſed inſufficientem, vel non veram, ſecunda autem vice reddidit ſufficientem & veram. Vndecimo, vbi à parte probatur primam depoſitionem fuiſſe falſam. Duodecimo, vbi pro altero ex diuerſis valde coniecturæ concurrunt. omnibus enim his caſibus ſtatur ſecundo dicto præterquam in vltimo, in quo ſtatur illi dicto pro quo coniecturæ concur-
2 runt. † Et in aliquibus punitur teſtis de falſo, in aliquibus non, nec habet locum regula ſupra tradita. de his igitur omnibus aliquid particulariter examinemus. Bald. Pulchram mi præceptor telam orditus es tuo ſolito acumine, quam ſcribentium nullus hactenus excogitauit. dicas tamen velim antequam vlterius proceſſeris, an intelligas hæc in teſte variante in eadem inſtantia, eodem tempore, an diuerſis temporibus. Si enim hac ſecunda via intelli-
geres contradicere † text. videtur. ff. de teſtibus. l. 3
produci. ſecundum vnam lec. Gloſſ. vbi habetur quòd idem teſtis non poteſt iterum produci ſuper eodem, ab eo qui alias in eadem inſtantia eum produxit, nec etiam ab eius aduerſario, & ante atteſtationum aperturam. & facit pro hoc quod no. Glo. C. de teſti. l. ſi quis teſtibus. in prima Gloſſ. & quod no. Gloſſ. extra. eod. titu. cap. cum cauſam quæ inter archiepiſcopum. in vltima Gloſſ. Barto. Verum narras, ſed tamen attende: quia prædicta locum habent in teſte, qui eodem tempore variat, puta, dum de circunſtantijs circa negocium principale à iudice interrogatur. Item locum habent quandoque in teſte qui variat in eadem inſtantia diuerſis temporibus, vt puta, dum à iudice repetitur ad declarandum dictum ſuum vel redditionem rationis. Vel etiam dum variat à primo dicto vbi poſtmodum ſuper diuerſis articulis producitur ſortitã dicendo incompaſsibile ad primum dictum poſſunt enim hęc fieri vt infra demonſtrabimus. ſicque veſtram hanc diſputationem intelligimus. ſed iam ad propoſita redeamus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſecundo dicto contrario ſtandum eſt, vbi primum dictum ſine tormentis probatum eſt, ſecundum verò cum eis.*

2 *Intellectus ad l. ſi vnus §. teſtis. ff. de quæſtioni.*

3 *Teſtis ſecundo dicto ſine tormentis, an potius ſtandum ſit.*

4 *Teſtis ſecundum dictum ſi contrariatur primo, negari non poteſt, quo minus alter vnum dictum falſum ſit.*

5 *Confeſsio in criminibus per torturam extorta, an valeat.*

Capitulum tertium. Bar.

DICEBAM ſtandum † eſſe ſecundo dicto con- 1
trario non primo vbi primum dictum probatum eſt ſine tormentis, ſecundum antem cum eis. probatur hæc ſententia optimè per text. not. in l. ſi poſtulauerit. §. ratio. verſicu. ſed ſi negauerit. ff. de adul. vbi hoc idem notaui & ſcripſi. ff. de fal. l. eos. Ludouicus. Bal. tu idem ſequebaris C. de quęſt. l. fi. in fi. approbat etiam idem dominus Nico. Siculus extra. de proba. c. per tuas. Egoque idem firmabam allegando tuam Bartole auctoritatem, & dicendo dictum verſic. ſi negauerit eſſe valde ad hoc ſingularem, dicebamque ex èo induci cautelam mirabilem, quòd quando vult amico ſuo complacere perſuadeat teſtibus quòd dicant contrarium eius quod primo prædixerunt, poſtea enim faciendo eis aliquem timorem in tormentis, ſtabitur illi ſecundo dicto, quamuis ex interuallo, per prædicta, quòd menti figendum putabam. Bartol. Inquis probè
verum, probatur † etiam dictum meum per alium 2
text. in l. ſi vnius. §. teſtes. ff. de quæſtio. vbi teſtis liber qui dixit mendacium ponitur ad torturam, vt dicat veritatem, & eius dicto ſtatur, & ſi non

eſt verum quòd præallegatus verſicu. ſit ſingularis.
3 Bald. Occurrit dubitatio, † nam potius videtur
ſtandum dicto ſine tormentis, vt videtur caſus. ff.
de quæſto. l. 1. §. diuus, & §. quæſtioni. & §. ſi quis vl
tro. Barto. Si facias ſemper vt inueſtigemus. re-
ſpondeo tamen illud verum in confeſsione ſuper
facto proprio, quæ facta tormentorum timore non
valet, niſi etiam ceſſantibus tormentis in ea perſe-
ueretur, ſic loquuntur iura tua. Aliud eſt in depo-
ſitione teſtis facta ſuper facto alieno, de quo nos lo
quimur, illa enim validior eſt cum tormentis, quã
ſine, vt dicto verſicul. ſed ſi negauerit. & d. §. teſtes.
& in authen. de teſtibus. §. 1. & not. ff. de proba. l.
cum probatio. & ego hoc idem ſcripſi in d. §. quæ-
ſtioni. ſed tractandum eſt hic an hoc caſu teſtis de
falſo puniatur. Ego viuens ſolum dicebam ſtari ſe-
cundo dicto, an teſtis puniatur nihil ſcripſi, nec ad-
huc ſum memor quòd aliquis ſcribens hanc quæ-
ſtionem ponat. dic Ludouice nunquid aliquis alius
hoc tetigerit. Ludouicus. Non certè quòd ſciam.
Bartol. Prima fronte videtur dicendum teſtem
hoc caſu de falſo puniendum. nam negari non po-
4 teſt quominus alterutrum dictum ſit falſum † poſt-
quam ſecundum dictum contrariatur primo: vt ff.
de re. du. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum, & facit. ff. de
condi. & demon. l. Titiæ. ff. de mino. l. ſi filiæ, cum
ſi. neceſſe ergo videtur dici de falſo puniri: vt ff. de
teſtibus. l. qui falſa vel varia. 4. q. 3. c. item qui fal-
ſo vel varie. cum concor. Verum his nõ oppugnan-
tibus oppoſitum arbitror verius. nam ſi rectè con-
ſideramus dictum teſtis ſe habet ad duo, ad ligan-
dum ſcilicet partem in via probationis & varietatis.
Item ad ligandum ſemetipſum teſtem in viâ con-
feſsionis, quare quodlibet teſtimonium eſt confeſ-
ſio quantum ad teſtem, & probatur extra de præ-
ſumptio. c. literas. & de proba. c. per tuas, & dicam
plenè hodie vobis infra libro ſecundo. c. 7. pri-
primum effectum quamuis operetur dictum teſtis
in tormentis emanatum: quia verius in primo di-
cto præſumitur vt dictum eſt, tamen ſecundum o-
5 perari non poteſt, quando teſti nocere non debet †
ſicut nec confeſsio in criminibus extorta per tortu-
ram: vt in præalle. l. 1. §. diuus. & §. ſi quis vltro. ff.
de quæſtio. niſi fortè in ipſa quæſtione perſeuerat
teſtis ceſſantibus tormentis: quia tunc prẹiudicaret,
vt nunc dicebamus, deinde ſi rectè attendantur ver
ba mea in illo verſicul. ſed ſi negauerit dixi teſti li-
cere hoc caſu vbi in tormentis deponit corrigere di-
ctum eius præcedens, quamuis nunc ex interuallo
deponat, quæ quidem correctio tollit teſti pœnam
falſitatis ſicuti ſtatim proximo c. ſubnectemus, in-
telligique illud debet, niſi in ſuo dicto perſeuera-
ret, vt dictum eſt. Et ex hoc inſero ad cautelam tu-
am Ludouice, quòd quanquam ſit bona pro parte
pro qua teſtis ſecunda vice in tormentis deponit,
quare ſtatur illi dicto, tamen peſsima erit quando-
que pro teſte ſubimet contradicente: quia punietur
de falſo ſi fortè in ſuo dicto perſeuerabit, vt ex prẹ-
miſsis apparet. Et attende iterum quare hoc ipſum
verum eſt, niſi teſtis deponeret contrarium in tor-
mentis incontinenti poſt primum dictum corrigen
do eum, & allegãdo cauſam correctionis hoc enim
ſibi liceret, niſi puniretur etiam ſi in ſuo dicto per-
ſeueraret, vt ſtatim apparebit.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis cum variat à primo dicto ad finem correctionis, tunc ſecundo ſtandum eſt.*
2 *Intellectus ad l. repeti. in prin. ff. de queſtio. & c. praeterea. de teſti. cogen. & num. 2.*
Teſti an ſemper liceat dictum ſuum corrigere.
3 *Confeſsionem ſuam quando quis reuocet.*
Intellectus ad l. de ætate §. ex cauſa, & §. fin. ff. de interroga. action.
4 *Teſtis quando dicatur incontinenti corrigere. & nu. 5.*
5 *Teſti an liceat addere dicto ſuo.*
6 *Iudex quandocunq; vult poteſt teſtem repetere, vt dictum ſuum declaret, vel interpretetur. vel rationem dicti ſui reddat.*
7 *Atteſtationum publicatio iudicem non ligat, in eo quod ex officio facit.*
8 *Teſtis obſcuritas qua via declarari poſsit.*

Capitulum quartum de teſte qui in eadem inſtantia variat ad finem correctionis. Bar.

ALTERAM exceptionem eſſe dicebamus † vbi 1
teſtis variat à primo dicto ad finem corre-
ctionis, tunc enim ſtandum diximus ſecundo, &
per eum tolli primum, probatur ſententia hæc. ff.
de quæſtio. l. repet. in prin. extra de teſti. cogen. c.
præterea, & notat Gl. ordinaria iuris ciuilis in auth.
de teſt. in §. quare verò, in Gloſſ. magna circa medi-
um. & per Gloſſ. Canoniſtarũ extra. de teſti. c. cum
cauſam quæ inter archiepiſcopum, & facit ff. de ma-
nu. teſtamento l. Stichus imò Pamphilus, notauiq;
ego idem ff. de fal. l. eos & ff. de adulte. l. ſi poſtu-
lauerit §. ratio verſi. ſed ſi negauerit. Quærendum
tamen eſt hic † an liceat ſemper teſti corrigere di- 2
ctum ſuum, & quidem reſpondeo quòd non, niſi
incontinenti facta depoſitione, ex interuallo verò
non audiretur corrigere volens, vt eſt caſus in dicto
c. prẹterea, & not. Gloſſ. in præalle. §. quare verò.
nec etiam poteſt corrigere incontinenti, niſi iuſtam
cauſam erroris & correctionis allegaret: & hoc iu-
dici videatur, quando autem ſimpliciter variaret
nec diceret ſe illud animo corrigendi facere, tunc
puniretur vt varius, per dictam l. eos, vbi pulchrè
notaui in tertio contrario. Bald. inquis probè, ſed † 3
quid dices ad tex. in l. de ætate §. ex cauſa & §. fi. ff.
de interrog. ac. & ad infinita iura vbi apparet quòd
etiam ex interuallo quandocunque ante ſententi-
am quis confeſsionem ſuam reuocat probato erro-
re primæ credulitatis, & cauſam nouæ opinionis
reddendo, quòd etiam tu ipſe Bartol. plene & ſub-
tiliter diſcutis ff. de confeſſ. l. nõ fatetur & tangitur
C. de in integ. reſtit. in l. de tutela. & extra. de iure-
iuran. libr. 6. c. fin. Barto. Clarè reſpondeo illud in
confeſsione partis facta poſitione ſuper facto pro-
prio, at nos in teſtis depoſitione emanata in facto
alieno, cuius tractatus longè diuerſus eſt ab illa.
Porrò in teſte qui dictum corrigere vult ex inter-
uallo, à iure præſumitur ſubornatio, quæ præſum-
ptio ceſſat in caſu altero, vt probatur in dictis iu-
ribus, & attende quæſo: quoniam in multis diffe-
runt hi caſus, etenim teſtis non corrigit eius di-
ctum niſi incontinenti, pars autem ſuam confeſsio-
nem ex interuallo, vt etiam nunc dictum eſt. Item
etiam teſtis ſi corrigat incontinenti, habet iuſtã cau-
ſam correctionis allegare, quæ iudici admittenda
videa-

videatur, vt prædixi. Pars autem incontinenti po-
teſt indiſtinctè eius confeſsionem tollere, etiam
non docto de errore, vt notat Gloſſ. Ioan. An. quæ
ſolet dici ſingularis in c. fi. de iureiuran. lib. 6. Item
differunt in altero vt ſtatim ſubnectemus. Ludo-
uicus. Pro illa Gloſſ. ego ſolitus eram allegare ca-
ſum in l. de ætate §. Celſus ff. de interroga. ac. & ita
dixi in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de damn.
inſec. Bar. Videndum eſt huius rei declarandæ cau-
4 ſa † quando dicatur teſtis incontinenti corrigere tex.
in præallegato c. prӕterea ſimpliciter loquitur. Ho-
ſti. & quidem alij dixerunt hoc eſſe arbitrium iudi-
cis inſpecta qualitate perſonæ & temporis, & conſi-
deratis certis circunſtantijs, & hanc opinionem ſen-
tit Gloſſ. in d. c. præterea, quamuis eam non firma-
uerit Gloſſ. Legiſtarum in dicto aut. de teſti. §. quia
verò, in Gloſſ. magna ad medium & Glo. Canoni-
ſtarum in dicto c. præterea. & Specu. in tit. de teſti.
§. 5. verſi. ſed quid ſi dicit tenent, quòd tunc dicatur
incontinenti corrigere, quando illud facit antequã
conſpectum iudicis exeat, & cum partibus loqui po
terit. & hæc opinio vt verior in practica ſeruatur. vt
ego ipſe notaui in dicto verſi. ſed ſi negauerit. Lu-
douicus. Communis eſt hæc ſententia Ioann. de
Imol. & omnium aliorum Modernorum in d. c.
præterea. Bart. Dicerem tamen quòd vbi cauſa in-
ter viles perſonas verteretur, & nobilis perſona, vel
magnæ æſtimationis, conſueta veritatem dicere
produceretur in teſtem, tunc iudici eſſe arbitrium
an ex interuallo admittat correctionem tali teſti.
arg. extra de ſimo. c. & ſi quæſtiones, & hoc caſu o-
pin. Hoſt. ſubſtinerem, quamuis ab alijs hoc dictũ
neſciam. Et hæc quidem omnia in teſte procedunt.
in parte alio modo aſſumitur hoc verbum inconti-
nenti. ſemper enim dicitur reuocare confeſsionem
incontinenti ſi illud facit antequam redigatur in
ſcriptis eius confeſsio, ſecundum quandam Gloſſ.
ad hoc valde ſingularem 32. q. 1. cap. apud miſeri-
5 cordes. Quærendum † eſt etiam quid ſi teſtis non
corrigat ſed addat, & quidem dicimus hoc ſibi li-
cere antequam exeat iudicis conſpectum: quia eſt
vna depoſitio cum prima, licet ſit continuata: arg.
ff. de teſtam. l. hæredes palam. §. fin. ff. de verb. ob-
lig. l. continuus, in prin. ff. de duo. reis l. duos reos.
ff. de adul. l. quod ait lex §. fi. Si autem adderet poſt-
quam potuit loqui cum partibus tunc audiri debet,
minor tamen fides ſibi dabitur: arg. not. in d. §. quia
vero & nouit hoc Ioann. An. in dicto c. præterea.
Ludo. Ioan. de Imo. ibidem refert, & ſequitur Bart.
Eſt notandum quoniam prӕdicta omnia vera ſunt,
niſi teſtis corrigat eius dictum ex interuallo in tor-
tura, hoc enim poteſt ſpeciali ratione, vt nunc dice-
bamus ſupra proximo ca. item vera ſunt prædicta
niſi teſtis vice prima dixiſſet ſe non recordari, vel
neſcire, vel quid ſimile, non aſſertiuum, tunc enim
poterit etiam ex interuallo corrigere hoc dictum
dicendo ſe ſcire vel recordari in quibuſdam caſi-
bus quamuis hoc nõ paſsim recipiatur. quod quan-
do ſit, demonſtrabitur infra hoc ipſo libro 13. & no
no. Ludouicus. Idem ſentit dominus Ioann. de
Imol. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulaturus. de dam.
infect. Bartol. Extra de teſtibus. c. cum cauſam-
que inter archiepiſcopum. propriè tamen loquen-
do mihi videtur hanc non eſſe correctionem, ſed
noui dicti additione: argu. ff. qui ſatiſd. cog. l. Iul.
in Gloſſ. nota. & extra de conceſ. præben. c. cum
noſtras. Item vera ſunt omnia ſupradicta vbi teſtis
ſuo motu vel ad partis inſtantiam reuerti vult ad
corrigendum eius dictum & ita intelliguntur iura
ſuperius allegata † iudex autem poteſt quandocun- 6
que vult teſtem repetere vt dictum ſuum obſcu-
rum declaret vel interpretetur, vel rationem dicti
ſui reddat, quoniam in eo ceſſat ſubornationis ti-
mor: vt extra de teſtibus. c. cum clamor. & ibi per
Gloſſ. & Doct. & eod. titul. per tuas & no. Gloſſ. in
d. §. quia vero. in Gloſſ. magna ante medium. & fa-
cit ff. de quæſtio. l. repeti. in princi. vbi ego ipſe no-
taui. facit etiam Glo. notabilis. 30. q. 6. c. de parente-
la. dicendo quòd † publicatio atteſtationum iudi- 7
cem non ligat, in eo quod ex officio facit. quæ ſic
quotidie allegatur. & ego idem tetigi in meo con-
ſilio xcix. quod incipit Ego Barto. de Saxoferra-
to, quanquam hoc ipſum quoque ſecundum quoſ-
dam locum habeat vbi dictum teſtis eſt adeo obſcu
rum quod nullum habet intellectum, ſed ſi poſſet
varijs modis intelligi, tunc iudex non deberet te-
ſtem repetere ſed eius dictum interpretari ſecun-
dum conſuetudinem ſi poteſt alias in partem beni-
gniorem, & his ceſſantibus, dari debere verborum
ſignificationi, omnibusque deficientibus deberet
dictum teſtis contra producentem interpretari, per
c. in præſentia extra de proba. & refert Innocent.
extra de teſtib. c. cum clamor. in Gloſſ. vltima in fi.
quod eſt quotidianum. Hoſt. verò placet † quia 8
quӕlibet obſcuritas teſtis poteſt per hanc viam de-
clarari iudicis officio ad veritatem habẽdam, etiam
ſi verba haberent ex quaſi conſuetudine loquendi
certam interpretationem, cui conſuetudini ſtan-
dum eſſet, ſi repetitio hæc non fieret: vt not. extra
de ſpon. c. ex literis. ff. de ſun. inſtruc. l. cum de la-
nionis. §. aſinam. & ff. de ſuppel. leg. l. Labeo. cum
concor. quamuis non ſic fieri poſsit ad patris poſtu-
lationem, vt dictum eſt, & hoc communi iudicio
eſt verum. Ludouicus. Io. de Ligna. & Io. de Imol.
idem ſequuntur & communiter omnes. Bartol.
Tractabam † quoque, videns materiam hanc, pro 9
qua parte dictum teſtis dubium ſit interpretandum
in l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de verbor.
oblig. vbi de hoc ſatis latè &c. Plus quoque dici-
mus † quòd interdum iudex cogitur ad partis po- 10
ſtulationem teſtem repetere, & valet eius additio
vel declaratio ex interuallo facta nõ obſtante ſub-
ornationis timore quamuis correctio non valeat.
Finge enim iudicem non examinaſſe teſtem ſuper
omnibus articulis ſi quædam obmiſiſſet ob eius ne-
gligentiam vel maliciam, quæ in dubio prӕſumen-
da eſt: vt notat. Specula. in titulo. de teſte in §. nunc
videndum. prope fi. Item finge iudicem non inter-
rogaſſe teſtem de cauſa ſcientiӕ, vel alio ſubſtantia-
li: vt quia in petitione fit mentio de præſcriptione
tali in qua neceſſarius titulus quod quando ſit ha-
betur in l. fi. C. de præſcrip. longi tempo. & in c. 1. de
præſcrip. lib. 6. & tamen iudex interrogauit teſtem
duntaxat de poſſeſsione non autem de titulo. certè
his omnibus caſibus & ſimilibus iudex poterit &
debebit etiam ex interuallõ & etiam poſt publica-
tas atteſtationes teſtem repetere ad partis inſtan-
tiam & ſuper obmiſſo interrogare & ſtabitur dicto

teſtis: vt probatur extra. de teſtib. c. per tuas. & ibi
habetur hoc expreſſe per Innocen. & facit quod ipſe
notat eodem titul. c. fraternitatis. Neque admire-
mini de eo quod dixi, quod repetatur ſi omiſſa eſt
11 interrogatio ſuper cauſa ſcientiæ † quamuis valeat
dictum teſtis ſine cauſa ſcientiæ ſi de eo non in-
terrogatur: vt no. Glo. extra de teſti. c. cum cauſam
tamen bene poterit aduerſarius contra quem teſtis
depoſuit ſine cauſa petere quòd repetatur & de ea
interrogetur, & aliàs in effectu ius ſuum non læde-
retur ſi repetitio hæc non fieret. argum. præalleg. c.
per tuas. Ludouicus. Io. de Imol. ibidem. expreſſe
12 firmat. Bartol. Et † attende quare verum eſt quod
dixi de teſtis repetitione fienda per iudicem ad par-
tis inſtantiam vbi obſcuritas vel defectus dicti te-
ſtis proceſsit ex culpa iudicis. vt dictum eſt. Si enim
ob culpam partis obſcuritas perueniſſet, fortaſſe
quia obſcurum fecit articulum, tunc iudex teſtem
non repeteret, vt ſubtiliter etiam Innocen. notat. in
d. c. per tuas. facit pro hoc text. in l. veluti. ff. de e-
den. quod menti tenendum eſt. & hoc vbi in eadem
inſtantia teſtis repetitur, & ſuper eodem facto, in
alijs autem caſibus multoties teſtes repetuntur: vt
plenè habetur extra, de teſtibus. c. fraternitatis, per
Innocen. & Ioann. An. & ego diſcutiebam. C. de
proba. authen. atqui ſemel. Ludouicus. Tu Balde
notabas ibidem, & dominus Anto. de But. & Io. de
Imol. in d. c. per tuas. Bartol. Illa vero omittamus
quoniam nihil omnino ad hanc rem. Tractandum
13 reſtat † an hic teſtis licitè corrigens eius dictum pu-
niatur de falſo vel vario, & quidem clarè dicimus
quòd non, vt egomet ſenſi in præalleg. l. eos facit,
14 quia † quod iure fit non meretur pœnam. de adul-
15 te. l. Gracchus † nec videtur dixiſſe qui ſtatim di-
ctum ſuum remouet: ar. ff. de ſolu. l. qui ſic. ff. de
manumiſ. teſta. l. Stichus imò Pamphilus. niſi for-
tè teſtis ex interuallo in tormentis corrigeret & in
eius dicto perſeueraret, vt diximus ſupra in præce-
denti. c.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponentis vna vice per verbũ credo, altera uero per verbum veritatis aſſertiuum, ſecundo dicto ſtatur.*
2 *Credere poſſum hodie vnum, & aliud cras.*
3 *Dicto teſtis dicentis ſe credere an ſtandum ſit.*
4 *Teſtis per ſenſum corporeum deponere debet.*
5 *Credulitas, ex factis narratis, ad iudicem pertinet.*
6 *Statuto vel conſuetudine induci non poteſt, quòd dictis teſtis deponentis de credulitate fides præſtetur.*
7 *Ratio teſtis perfecta, eius dictum imperfectum validat. & econtrario.*
8 *Ratio reſtringit dictum.*
9 *Cauſa per teſtem non videtur reddita, ſi non eſt ſufficiens vel iuſta.*
10 *Teſtimonium teſtis deponentis per credulitatem, ſuper his, quæ in ipſius artis peritia conſiſtit validum eſt.*
11 *Iudex quandoq; per verbum videtur, ſententiam fert, nec propterea incerta redditur.*
12 *Filiatio, adulterium, et huiuſmodi per teſtem de credulitate probantur.*
13 *Litis conteſtatio valida eſt per verbum credo.*
14 *Confeſſio valida & reſponſio per verbum credo inducitur poſitionibus.*
15 *Teſtis qui prima vice depoſuit per verbum credo, & ſecunda per verbum aſſertiuum an de falſo puniatur.*
16 *Pars reſpondens an contraria ſuper facto proprio, per verbum credo, an punienda ſit de periurio.*
17 *Dolus ratione peritiæ præſumitur in eo, qui peritia ſua abutitur.*
18 *Credere quis non præſumitur, quod credere non debet, & quod communiter homines illius artis non credunt, nec ratione aliqua, vel coniectura fulcitur.*

Capitulum quintum de teſte qui in eadem inſtantia deponit vna vice per verbum credo, alia per verbum aſſertiuum, & ſic in contrarium.

NARRABAM deinde † ſtari ſecundo dicto 1
vbi teſtis deponit prima vice per verbum cre
do, altera per verbum veritatis aſſertiuum. proba-
tur hoc dictum per Gloſſ. ordinariam. Accu. ab
omnibus approbatam in l. de tutela. C. de integ.
reſti. in ſecunda lec. quæ dicit † quòd poſſum crede- 2
re hodie vnum, & aliud cras. Facit l. peregre. in pri.
ff. de acquirend. poſſ. C. de veteri iure enucle. l. 2. §.
ſi quis autem. & tenuit hoc expreſſe Ia. de Are. C.
de iura. calum. l. 2. §. quòd obſeruari. Ludouicus.
Tu Balde idem tenebas, & approbabas 10. col. de
not. feu. c. 1. §. notandum. Bartol. Intellige ta-
men hoc verum quando teſti licitum eſt dictum ſu-
um corrigere vel iudici licitum eſt hunc teſtẽ exa-
minare quod quando ſit ſatis ſupra proximo c. de-
monſtrauimus. Item intelligatis vbi cauſam nouæ
credulitatis allegat aliàs fortè non ſtaretur eius di-
cto ar. eius quod in ſimili ego ipſe de correctione
notabam. ff. de fal. l. eos. in tertio contrario, quod
etiam nuper retulimus: & quia alàs diceretur vacil-
lans nec ſtaretur eius dicto quia falſitatem admiſce
re non debet vt in quæſtione. 9. c. teſtes & c. pura.
quòd tamen ipſum locum habet vbi eo tempore
vnum dicit ſe credere, deinde aliud diuerſum eſſet,
ſed diuerſis temporibus: quia tunc ceſſat ratio va-
cillationis, cum hodie rectè credere vnum poſſu-
mus, deinde aliud, inde ad aliquos dies, menſes,
vel annos melius rememoratus & informatus, vt di
ctum eſt. Item intelligatis verum præter quàm in
caſibus in quibus ſtatur teſti deponenti per credulĩ-
tatem, tunc enim non ſtaretur nec primo neque ſe-
cundo, ſicq; non exciperetur caſus iſte à generali re-
gula ſupra poſita, vt ex his quæ nunc dicam appa-
rebit. Igitur pro huius demonſtratione quærimus † 3
an ſtandum ſit dicto teſtis dicẽtis ſe credere? & qui-
dem eſt dicendum quòd non ſtatur ſecundum om-
nes ſcribentes: vt notat Specu. in titul. de teſte. §. 1.
ver. item. quòd depoſuit de credulitate. Ia. de Are.
& Cy. C. de teſti. l. teſtium. & Ego ipſe notabam in
l. 1. in princi. ff. de ven. inſpi. & in meo li. de teſti. c.
teſtis dicit aliqua vera eſſe quare ſic credit. Ludoui-
cus. Tu Bald. idem notabas in d. l. teſtium, & domi-
nus Anto. de But. pulchrius omnibus in c. quoties.
de teſtibus. Barto. Huius rationem pulchram aſsi-
gnaui in d. meo. c. dixi enim quòd vbi teſtis depo-
nit per verbum credo magis inducat, quàm teſtifi-
cetur † & rectè quoniam teſtis debet deponere per 4
ſenſum corporeum. ff. de teſta. l. qui teſtamento in
fi. C. de teſti. l. ſolam. & l. teſtium † Credulitas vero 5
ex factis narratis pertinet ad iudicem vt in conſi-

mili

mili caſu ego etiam conſiderabã. C. de vſu. l. prima.
6 Noteris quoque † quod in tantum non valet dictum
teſtis deponentis per credulitatem quod non poſ-
ſet hoc per ſtatutum vel per conſuetudinem induci
quod huiuſmodi dicto fides detur vt notat elegan-
ter Hoſti. in c. 1. extra de appel. Ludouicus. Domi-
nus Anto. de But. ibidem ſequendo refert, Egoque
allegabam, & valde ſingulare eſſe dicebam. Bart.
Eſt tamen hic diligenter aduertendum, quoniam
totum hoc habet locum niſi fortè teſtis per credu-
litatem ſenſui proximam & coniunctam deponat:
vt no. inquit Cy. in dicta l. teſtium. vel cauſam ſuf-
ficientem huiuſmodi depoſitioni annectat, vt ego
ipſe notaui in præallegato cap. teſtis, dixi etiam. ff.
de quæſtio. l. de minore. §. tormenta in 5. quæſtio.
principali iuxta princ. in meo commento. his enim
caſibus ſufficiens eſt tale dictum vt dictis locis, &
7 probatur hodie: quia † ratio teſtis perfecta validat
dictum teſtis imperfectum ar. ff. de leg. 1. l. ſi ſeruus
§. quicunque ſicut econtrario ratio imperfecta di-
ctum teſtis perfectum inualidat, vt ego notanter in
ſimili caſu ſcripſi. ff. de teſta. l. ſi is qui teſtamen-
tum. Ludouicus. Tu Balde idem ſequebaris in
eo. titu. l. ſi is qui. & C. de epiſc. & cle. l. conuenti-
culam. vbi de hoc plenè, facit etiam gloſſ. no. ff. de
8 fonte. l. 1. §. hoc interdictum dicens † quod ratio re-
ſtringit dictum, & gloſſ. ff. de exceptio. doli. l. hi. §.
9 circa, dicens † cauſam non videri redditam ſi non eſt
ſufficiens vel iuſta. Item habet locum quod dixi nõ
10 ſtari dicto teſtis deponentis per credulitatem † niſi
teſtes ſuper his quæ in ipſorum artis peritia conſi-
ſtunt teſtimonium dicant: quia hoc caſu eſſet vali-
da eorum depoſitio vt l. 1. in princ. vbi ego notaui.
ff. de ven. inſpi. quamuis rectius loquendo hi non
vt teſtis ſed vt iudices ad illum cauſæ articulum aſ-
ſumantur, vt ego ipſe dixi in prædicto c. teſtis. dixi
aliqua vera: quia credidit, & hinc eſt quòd per cre-
11 dulitatem deponunt † nam ita facit index qui per
verbum videtur quandoque ſententiam fert, nec
propterea redditur incerta. ff. de arbi. l. quod tamen
§. ſi arbiter. facit. ff. de rei vend. l. 1. §. 1. ff. de libera.
12 cauſa l. diui. §. 1. Item tertiò prædicta de † creduli-
tatis teſtimonio vera ſunt in caſibus, in quibus di-
ctum directo poteſt probari, in alijs autem in qui-
bus hoc fieri non poteſt, vt eſt filiatio adulterium
& huiuſmodi, neceſſe eſt & ſufficit per credulita-
tem deponere: vt no. ego ſcripſi & ibi etiam Accur.
tangit in ſua gloſſ. in l. 2. §. idem Labeo ait cum qua
13 re, de aqua plu. ar. Rurſum † quoque hæc ipſa om-
nia vera ſunt in teſte aliud in parte ſuper facto pro-
prio deponente: quia per verbum credo, valida eſt
litis conteſtatio, vt eſt caſus qui non eſt alibi ſecun-
dum Hoſti. in cap. cum ad ſedem, de reſtit. ſpo. cu-
ius contrarium videtur velle gloſſ. in l. 1. C. de lit.
conteſt. quod tamen qualiter procedat ibi declara-
14 ui. Item † per verbum credo inducitur confeſſio
valida & reſponſio poſitionibus ſicut per verbum
aſſertiuum: vt eſt gloſſ. not. extra de iureiur. cap. ex
literis, & plenè no. Spec. in titu. de poſiti. §. 6. verſic.
15 quid ſi interrogatus. Supereſt vt videamus † an hic
teſtis puniatur de falſo in caſu iſto, vbi prima vice
per verbum credo, ſecunda per verbum aſſertiuum
deponit, ad quod dicendum eſt clarè quòd non:
quia in primo dicto nil affirmauit vnde veritas in
eo vel contradictio non cadit: arg. de inoffic. teſta.
l. nam & ſi ſub cõditione. §. rumpendo. & quia mu-
tatur hominis memoria vt dicit text. cum gloſſ. ff.
de dam. inſec. in l. qui bona, & in l. ſi quis ſtipulatu-
rus. & fieri poteſt quòd in initio vnũ credit, poſtea
aliud ſcire incipiat melius rememorando. l. 2. circa
prin. ff. quis or. in bo. poſ. ſer. in verſic. idem. & in
contrarium. & ff. ad Carbo. l. 3. §. duæ cauſæ. verſi.
ſed ſinge. ibi, mutare conſilium. hoc autem verum
debet intelligi his caſibus exceptis, quibus ſtatur
dicto teſtis deponentis de credulitate, quos proxi-
mè declaraui. tunc enim cum vtrunque dictum ſe-
paratim concludit, certè alteri dicto contrario con-
iunctum teſtis inuenitur falſarius ideoque punien-
dus. ff. de fal. l. eos. ff. de teſti. l. qui falſa vel varia.
cum ſi. qua ratione † idem puto etiã in parte reſpon- 16
dente ſuper facto proprio cõtraria per verbum cre-
do quòd punienda ſit de periurio: argumento C. de
non. nu. pecu. l. generaliter. in fi. ff. de proba. l. cum
de indebito, ad fi. Tu Balde idem recenſebas in tua
repetitione. C. qui accuſ. non poſ. l. data opera. vbi
inquis quòd hi qui teſtificantur ſuper peritia artis
ſuæ per verbum credo, & contraria deponunt, pu-
niendi ſunt de falſo. † quoniam ratione peritiæ do- 17
lus præſumitur in eo qui abutitur peritia ſua: argum.
C. de mune. patri. l. profeſſio. & ff. quod quiſq; iu-
ris, l. 2. † & quia non præſumitur quis credere, quod 18
credere non debet, & quod communiter homines
illius artis non credunt, nec ratione aliqua vel con-
iectura fulcitur: argu. ff. de acquiren. hæred. l. cum
quidem. §. quod dicitur. & ff. de adulte. l. miles. in
§. pen. Bart. Probè narraſti, ſed hæc ipſa omnia
vera ſunt, niſi teſtis corrigendo primum dictum aſ-
ſereret contrarium, quod quando liceat ſupra pro-
ximo cap. extitit declaratum. ideoque ſatis eſt hoc
expeditum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponens per verbum mihi videtur, qui poſtea ſibi contradixit per verbum veritatis aſſertiuum, an probet.*
2 *Et an de falſo puniatur.*
3 *Verbum videtur mihi, coniunctum ſenſui probat.*
4 *Verbum videtur, eſt ſufficiens ratio in teſte, ad ea quæ conſiſtunt in memoria vel intellectu.*

Capitulum ſextum de teſte qui in eadem inſtantia vnum deponit per verbum mihi videtur, deinde contrarium per verba aſſertiua.

SEQVENTEM In ordine exceptionem dicebamus
† vbi teſtis ſemel deponit per verbum mihi vi- 1
detur, poſtmodum verò ſibi contradicit per ver-
bum veritatis aſſertiuum, tunc enim dixi ſtandum
ſecundo dicto quamuis contrario, probatur hæc
ſententia per textum cum gloſſ. ff. de damn. inſec. l.
qui bona. §. ſi quis ſtipulaturus. & ff. ad Carbo. l. 3.
§. duæ cauſæ verſicu. ſinge vbi apparet quod poteſt
mihi videri modo vnum dictum, deinde aliud di-
ctum. probatur etiam ex his quæ nunc diximus de
teſte qui prima vice depoſuit per credulitatem, ſe-
cunda per certitudinem. ſicut enim teſtimoniũ per
credulitatem non valet: quia in l. certum teſtis ſu-
per facto affirmat, ſed potius iudicat, vt dictum eſt,
ſic nec huiuſmodi teſtimonium per verbũ mihi vi-
detur, vt ego ipſe notabam in l. 3. in princip. ff. ven.

inſpi.& in li.de teſti.c. teſtis ſuper aliquo depoſuit
2 quod ſibi videtur &c. † Sed ſubdendum eſt an hic
puniatur de falſo, & ſanè arbitror minimè punien-
dum eodẽ aſſumpto arg. quo idẽ dixi in teſtimonio
credulitatis. cumque vt maiores noſtri dixerunt
æquiparantur hæc duo teſtimonium ſcilicet credu-
litatis, & teſtimonium per verbum videri, idcirco
quæ diximus in illo per omnia repetimus in iſto, vt
his quidem caſibus quibus non creditur dicto teſtis
deponentis per verbum videri ſtetur ſecundo di-
cto aſſertiuo quamuis contrario, nec teſtis punia-
tur. vbi autem tali teſtimonio creditur neutri ex di-
ctis contrarijs ſtetur, & teſtis de falſo puniatur. ſic-
que caſus iſte à generali regula ſupra dicta primo
loco de teſtibus variantibus in eadem cauſa non re-
cipiatur: quando autem ſit hoc quod validum ſit
teſtimonium per verbum videri & quibus caſibus
liquet etiam ex dictis ſupra in teſtimonio creduli-
3 tatis, quæ omnia ad hunc effectum referatis. † vnum
notetis quòd ſi tale dictum ſenſui ſit coniunctum,
vt ſi quis dicat vidi talem poſsidere, & videtur mihi
quòd ſint decem anni. vel vidi vnum hominem, &
videtur mihi quòd fuerit Titius, bonum eſt huiuſ-
modi teſtimonium, vt notabiliter ego dicebam in
dicto c. teſtis ſuper aliquo depoſuit quod ſibi vide-
tur &c. & facit quod no. in l. teſtiũ. C. de teſti. No-
4 tetis quoque † quod verbum videtur, eſt ſufficiens
ratio in teſte, ad ea quæ conſiſtunt in memoria vel
in intellectu: vt ego ipſe pulchrè notabam in con-
ſilio meo quod incipit in quæſtione vertente inter
Dominum Simeonem in ordine trigeſimumno-
num quod eſt quotidianum.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis deponentis prima vice dubitando, ſecunda confir-mando, ſecundo dicto ſtatur.*
2 *Argumentum à dicto Iuriſconſulti ad dictum teſtis valet.*
3 *Argumentum à minori ad maius ſumptum validum eſt.*
4 *Dubitans pro ignorante habetur.*
5 *Probatio dubia non eſt probatio.*

Capitulum ſeptimum de teſte qui in eadem inſtantia vna vice dubitando, alia affirmanda variat.

1 POST hæc narrabam quòd † vbi teſtis prima vice
dubitando ſecunda verò affirmando deponit
ſtari debet ſecundo dicto, probatur hoc per text. ff.
ad leg. Aquil. l. ſed ſi quacunque. §. fin. iuncta. l.
item quæritur. §. idem Iulianus. ff. loca. nam in l.
ſed ſi quacunque. in fin. Iuriſconſultus Iulianus ſu-
pra illo caſu dubitat, ſed in l. item quæritur. in §. idẽ
Iulianus. illum caſum ſine dubitatione decidit ve-
ritatem dicendo, nec propterea ille Iuriſconſultus
Iul. dicitur varius ſecundum glo. in d. l. ſi quacun-
que. §. fi. & facit bene tex. in l. 2. circa prin. vbi du-
2 bitare cœpit. ff. quis or. in bo. poſ. ſer. † valet quippe
arg. de dicto Iuriſconſulti ad dictum teſtis: vt ple-
nè colligitur ex verbis meis in meo commento in l.
3 1. ff. ſi cer. peta. præterea † probatur hoc arg. ſumpto
de minori ad maius, quod optimum eſt vt C. de ſa-
croſan. eccle. auth. multo maius. Sed non idem eſt
in eo qui depoſuit prima vice per credulitatem, vel
per verbum videri in quo maius eſt obſtaculum:
vt iam eſt probatum fortius in iſto, vbi quis ſe dicit
dubitare in quo dicto minus eſt validitatis, validio-
ra quidem ſunt duo illa quàm iſtud: quoniam illa
valent ſæpiſsimè vt iam dictum eſt, hoc verò nun-
quam: quia † dubitans pro ignorante habetur, vt C. 4
de condi. inde. l. pro dubietate. ff. de libe. ho. exhi.
l. 3. §. is qui. ff. de reg. iur. l. non debet. §. in re ob-
ſcura. † & dubia probatio non eſt probatio: vt ex- 5
tra de proba. c. in præſentia: & intellige hoc verum
vbi ſecunda vice cauſam notitiæ nouæ veritatis ad-
ducit, quando hac via eodem tempore varius eſt, ne
aliâs dicatur vacillare, vel falſitatem dicto eius ad-
miſcere, quanquam ſecus eſſet vbi ita diuerſis tem-
poribus variaretur, tunc enim cauſa hæc nõ exqui-
reretur vti nunc in conſimili caſu ſupra proximo
c. dicebamus. Reſtat videre an hic teſtis de falſo pu-
niatur, ſed ex prædictis quòd non, clarè apparet.

SVMMARIVM.

1 *Teſtimonium deponentis per verbum ſcio, quanuis ſuper eodem interrogatus dixerit ſe neſcire, bonum eſt.*
2 *Fieri poteſt, vt qui ab initio ignorauit, poſtea ſcire incipiat.*
3 *Teſtis qui ſemel dixit ſe neſcire, non eſt vlterius in eadem cauſa admittendus.*
4 *Dicta amuicem ſunt incompaſsibilia.*
5 *Teſtis quando ad corrigendum dictum ſuum redire poſsit.*
6 *Intellectus ad l. produci. ff. de teſtibus.*
7 *Correctio teſtis an ex interuallo admittatur.*
8 *Teſtis prima vice deponens dicens ſe neſcire, & ſecunda affirmatiuè deponit, an pœna legis Corneliæ puniatur.*
9 *Differentia inter verbum ignore, & verbum neſcio.*
10 *Teſtes communiter ſunt idiotæ perſonæ, nec ſciunt vocabulis dare propriam interpretationem.*

Capitulum octauum de teſte qui variat in eadem inſtantia: quia dicit vna vice neſcio, alia ſcio.

RECENSEBAM Item † bonum eſſe teſtimonium 1
teſtis deponentis per verbum ſcio, quanuis ſu-
per eodem interrogatus dixerit ſe neſcire, proba-
tur hæc ſententia per not. Iaco. de Aret. C. de iura.
calum. l. 2. §. quod obſeruari. & per textum & glo.
in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulaturus. ff. de damn.
infect. vbi etiam ego hoc affirmabam. Ludoui-
cus. Tu Balde idem ſequebaris 10. colum. quid ſit
inueſtitura. capit. primo. §. 1. per illum textum in
verſic. non reminiſci. & ea. colum. de notis ſeu. eo.
1. §. notandum. Item etiam notabat Angel. ff. de
furtis l. quidam de tabularum. per illum text. in fi.
quem dicebat ad hoc notabilem. Sequebatur etiam
ſententiam tuam Bart. Io. de Imol. & Angel. In d.
§. ſi quis ſtipulaturus. ff. de dam. infec. Bart. Pro-
bè, ſed & alia iura hoc ipſum concludunt, vt eſt ex-
preſſum in c. 1. §. 1. ſi de inueſti. inter do. & vaſal. lis
oriatur. ff. ad Carbo. l. 3. §. duæ cauſæ. ver. finge. &
in l. 2. circa prin. ff. quis or. in bo. poſ. ſer. in verſic.
idem & in contrarium quoniam fieri † poteſt, vt qui 2
ab initio ignorauit poſtea ſcire incipiat. vt ibi dici-
tur, & notat gloſſ. extra de teſti. cap. cum cauſam
quæ inter œconomum. Bald. Caue Bart. quo-
niam aliqua ex prædictis iuribus loquuntur in di-
uerſis inſtantijs, tu autẽ in eadem inſtantia loqueris,
vnde

vnde nihil ad rem facere videntur. præterea dubi-
3 to vehementer: quoniam † teſtis qui ſemel dixit ſe
neſcire non eſt vlterius in eadem cauſa admitten-
dus: vt notat gloſſ. in dicto capit. cum cauſam inter
œconomum. Bart. Parui refert quòd quædam
ex illis iuribus loquantur in diuerſis inſtantijs. nam
ratio eadem eſt vtroque caſu, porro ſi poteſt remi-
niſci teſtis poſt ſuam depoſitionem durante eadem
inſtantia, ſic & in alia. & pro hoc dicta l. ſecunda. ff.
quis or. in in bon. poſſ. ſer. in verſic. idem & in con
trarium non dicas quòd teſtis qui dixit ſemel ſe ne-
ſcire non ſit vlterius admittẽdus: quia illud verum
niſi teſtis poſt modũ ſcire incipiat, vt melius ſuam
informet conſcientiam: vt eſt in caſu noſtro, pro-
ut eadem gloſſ. in eodem capit. cum cauſam inter
œconomum. Bald. Satis eſt, ſequere ſermonem
tuum. Ludouicus. Expectes quæſo, etenim non-
nulli ſoliti referre ſunt verba huius Baldi limi-
tantis ſupra dicta vera eſſe niſi teſtis in primo dicto
præcisè diceret ſe vnum ſcire & non plus vel nil a-
liud ſcire. tali enim caſu ſi poſtmodum plus dice-
4 ret teſtis eſſet falſarius: quia † inuicem dicta hæc ſunt
incompaſſibilia, nec poteſt teſtis in primo hoc di-
cto labilem memoriam allegare, poſtquam illa
fuit aſſertiua locutio, non tamen eſt verum quod
tu Bald. ſic dixeris, erantq́ue qui aliud aſſerunt. Di-
cebas dumtaxat in illa l. cum mulier. eſſe differen-
tiam inter verbum tantum ſcio, & verbum tantum
eſt verum: quia in primo dicto teſtis negat vlterio-
rem cognitionem in ſecundo terminorum. aliter
præcedentium eſſentiam, nec aliud ſubdebas. dic
itaque Bart. præceptor noſter, quid tibi de his vide-
tur. Bartol. Rectè reminiſci, & quod bonum
fuiſſet dictum illud Bald. ſi ita dixiſſet, miror ta-
men vehementer cur ad ipſum iſli ipſi doc. meam
non allegent ſententiam qui prius idem expreſſè
affirmant. ff. ad leg. Cornel. de ſal. l. eos, in verſic.
vltimo verò, ſi bene notentur verba mea, nec dicas
quòd ibi loquar in teſte qui prius aſſeuerat ſe tan-
tum ſcire & non plus extra iudicium: quoniam ſi
idem volui in caſu illo, fortius idem in iſto, vbi e-
uidens eſſe videtur eadem ratio. Ludo. Rurſus
me audias quæſo, etenim memini deciſionis cuiuſ-
dam Dominorum de Rota qui apertè decidere vi-
dentur contra ſupradictam deciſionem 22. dicitur
enim in deciſione illa quòd ſi teſtis iuratus & exa-
minatus ſuper certo articulo depoſuit vna vice ſe
nihil ſcire de contentis in articulo, & rediens poſt
triduum deponit contrarium, eius teſtimonio vl-
timo non creditur, tum propter longum interual-
lum, tum quia præſumitur ſubornatus & informa-
tus, tum quia varius in ſua depoſitione deponendo
vnum prius, & poſtea contrarium ſecundum In-
noc. Ber. & Hoſti. in cap. primo de teſti. cogen. ſe-
5 cus † verò ſi rediret ſtatim ad corrigendum dictum
ſuum. vt de teſti. cogen. cum tua. & c. veniens, & per
Ber. in c. cum cauſam. & in cap. cum clamor. eo. tit.
& hæc ſunt verba formalia deciſionis prædictæ. dic
ergo Bar. quid velis. Bar. Credo cum reuerentia
deciſorum deciſionem illam malè loqui, nam ha-
bet contra ſe multos tex. ſupra alle. ſ. l. qui bona. §.
ſi quis ſtipulaturus. ff. de damn. infect. & dictam l.
quidam de tabularum. in fi. & d. §. duæ cauſæ. & l.
2. in fi. ff. quis or. in bo. poſ. ſer. & auctoritates præ-
allegatorum patrum iuris ciuilis: qui tex. & Docto.
expreſsè volunt quòd teſtis qui vna vice in iudicio
dixit ſe neſcire, poſsit iterum dicere ſe ſcire, & ſtari
debere eius dicto tanquam melius fuerit ſecunda
vice recordatus. nec quicquam repugnant allegata
in prædicta deciſione: quia ſi bene inſpiciamus non
loquitur quando teſtis dixit prima vice ſe neſcire,
vt eſt caſus noſtræ dubitationis: ſed † quando teſtis 6
prima vice affirmatiuè deponit, quo caſu ceſſat ra-
tio rememorationis, poſſet tamen pro ſaluanda di-
cta deciſione ſic conſiderari quod interdum teſtis
qui dixit ſe prima vice nihil ſcire. producitur ite-
rum in eodem iudicio ſuper eodem ab eadem par-
te, quæ prius eum produxerat, vel ab eius aduer-
ſario: & hoc caſu ſi dicit ſe ſcire, ei non creditur:
quia hic teſtis per hanc viam nõ poteſt iterum pro-
duci. & pręſumitur ſubornatus vt eſt caſus. ff. de te-
ſti. l. produci ſecundum vnam lec. & dictum eſt ſu-
pra 2. ca. in fin. Interdum reuertitur teſtis qui prius
dixit ſe neſcire proprio motu ad corrigendum eius
dictum, fortaſſe dicens ſe remoratum vult affirma-
tiuè deponere, & hoc caſu erit idem, ſi illud fecit
ex interuallo propter ſubornationis timorem vt ha
betur in præalle. c. præterea. de teſti. cogen. & quia
† ex interuallo correctio non admittitur per hanc 7
viam vt habetur ibidem. & his duobus caſibus lo-
cum habeat prædicta deciſio, quod ſatis indicant
verba ſua, dum dicunt teſtis rediens poſt triduum
&c. Interdum teſtis qui depoſuit prima vice ſe ne-
ſcire non producitur ab aliqua ex parte neque re-
uertitur, ita ex interuallo proprio motu ſed voca-
tur à iudice ex eius officio ad eius informationem:
quia forſitan iudex perſenſit teſtem eſſe rememo-
ratum, vel ad declinationem aliquam, vel additio-
nem quod facere poteſt iudex: vt extra. de teſti. c.
cum clamor. & ibi not. & hoc caſu locum habent,
quæ ſupra diximus: quod ſatis ſuadet bona ratio:
quia ceſſat ſuſpicio in tali iudicis facto: vt not. glo.
in auth. de teſti. §. quia verò. in gloſſ. magna ad me-
dium. Idem tamen eſſet ſi ab ipſa parte producere-
tur ſuper alio, & incidenter per iudicem eſſet inter-
rogatus de his ſuper quibus prius dixerat ſe neſci-
re, an aliquid nouiter ad teſtis memoriam peruene-
rit, ſicque hodie aliquid ſcire reſponderit. eadem
enim ratione ceſſat ſubornationis timor. hoc caſu
cum nec pars teſtem ad hoc produxerit, nec teſtis
ipſe ſponte prorupit. idem enim eſſet ſi inconti-
nenti poſtquam dixit neſcire antequam cum parti-
bus loqui potuiſſet ſe ſcire affirmaſſet, dum tamen
exprimat ſe illud dicere animo corrigendi vel cau-
ſam nouæ ſcientiæ allegat, aliâs ſi ſimpliciter va-
riaret eius dicto non ſtarem: arg. eius quod ipſe no-
tabam. ff. de ſal. l. eos, in tertio contrario, & quod
diximus nunc ſupra. verſic. eod. iuxta princi. & hæc
diſtinctio rectè congruit his quæ diximus. 5. 6. 7. c.
ſi bene inſpiciatur. Ludouicus. Reuertere iam Bar-
tole vnde digreſſus es. Bart. Et tractandum an te-
ſtis † puniatur l. Corn. iſto caſu, vbi prima vice di- 8
xit ſe neſcire, ſecundò autem depoſuit affirmatiuè,
& dicendum eſt quòd non, quemadmodum qui
prima vice dixit credo aliâs dubito, vel ſic mihi vi-
detur, vt eſt probatum. optimum enim eſt argumen
tum hoc ſi rectè inſpiciatur. niſi fortaſſe teſtis cum
teſtimonio neſciente adijceret verba affirmatiua
ſcio

ſcio tantum, vel non plus, vel ſimilia, tunc enim pu
niretur vt varius per ſupradicta. Item tractandum
quid ſi teſtis deponat prima vice per verbum igno-
ro, & quidem hoc caſu etiam dicendum eſt idem,
per omnia, quod diximus in teſtimonio neſciente,
9 licet enim quoad quid ſit † aliqualis differentia in-
ter verbum ignoro & verbum neſcio vt no. glo. ff.
de teſta. l. de ſtatu. & ff. de iur. & ſac. igno. in rubri-
ca. tamen hoc caſu nullam puto differentiam fien-
10 dam. † quoniam communiter teſtes idiotæ perſonæ
ſunt, nec ſciunt vocabulis dare propriam interpre-
tationem, vt argumentum ad hoc ff. de teſta. tu. l.
quod ſi nepotes in gloſſ. iamque habetis hanc ex-
ceptionem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis primò deponentis per verbum non recordor, & ſecundò per verbu ſcio, vel recordor, ſecūdo dicto ſtandū.*
2 *Teſtimonium non recordationis, teſtimonio ſciētiæ æquipollet.*
3 *Factum valde proximum quòd ex perſona teſtis ſubitò abolitum ſit, non eſt credendum.*
4 *Teſtis ex taciturnitate an ſit falſarius, & aliqua pœna puniatur & nu. 5. 13. & 16.*
5 *Teſtis falſus pœna talionis punitur.*
6 *Teſtis nolens teſtificari, tenetur parti ad intereſſe, & num. 8.*
7 *Teſtificandi munus eſt publicum, ac neceſſarium.*
9 *Medicus qui ſe dolo abſentat, vt non teſtificetur an cicatrix ſit remanſura, ciuitati ad intereſſe tenetur.*
10 *Falſitas eſt delictum publicum.*
11 *Actio in factum ciuilis ad intereſſe ex quolibet delicto publico oritur.*
12 *Teſtis non poteſt de falſo puniri, antequam examinetur, & teſtimonium dicat.*
14 *Teſtis cogi non poteſt iterum teſtificari, niſi in defectum probationum.*
15 *Index an debeat ſtare contentus primo dicto teſtis.*
16 *Index quibus caſibus poteſt teſtem repetere.*
17 *Iuramentum an ſit de forma ſubſtantiali teſtium, & an poßit per partes remitti.*
18 *Teſtis in iudicio ſine iuramento falſum dicens, lege Cornelia puniri debet.*
19 *Intellectus ad l. iuriſiurandi in fi. C. de teſtibus.*
20 *Intellectus ad cap. 1. §. 1. quid ſit inueſtitu. & cap. 1. §. notandum in princip. de not. feu.*

Capitulum nonum de teſte variante in eadem inſtantia vna vice per verbum non recordor, ſecunda per verbum recordor.

SEQVENS erat exceptio teſtis deponentis prima
1 vice per † verbum non recordor, & ſecunda vice
per verbum ſcio, vel recordor, hoc enim caſu dixi
ſtandum eſſe ſecundo, probatur per text. cap. 1. §. 1.
quid ſit inueſtitura & ff. de fur. l. quidam de tabu-
larum, in fin. facit etiam pro hoc tex. in præalleg. l.
qui bona §. ſi quis ſtipulaturus, & quod ego ibi no-
tabam. Ludouicus. Ange. & Io. de Imo. ibidem
2 ſequuntur opinionem tuam in ſumma † teſtimo-
nium hoc nō recordationis æquipollet teſtimonio
ſcientiæ ſecundum meam ſententiam in d. §. ſi quis
ſtipulaturus, ſicque communiter inquiunt omnes
hoc. quę ergò dicimus in teſtimonio illo, etiam hoc
loco repetatis. Eſt autem aduertendum, quoniam
quamuis dixerim teſtem proximis 5. cap. præpoſitis
nō puniri, vbi ſcilicet ſi prima vice dixit ſe vno mo-
do credere, vel vnum ſibi videri, vel ſe dubitare, vel
neſcire, aut ignorare, vel non recordari, vt ex præ-
miſsis apparet, tamen etiam in his caſibus non inar-
gutè dicere poſſumus vltra ſupradicta, quandoque
teſtem eſſe puniēdum. finge enim teſtem ipſum ſo-
lemniter eſſe profeſſum ſe prima vice per odium,
gratiam, vel amorem, vel ſimilem improbatam cau
ſam altero ex modis ſupradictis depoſuiſſe, finge
etiam factum ſuper quo depoſuit non eſſe antiquū,
ſed valde proximum adeo quòd † credendum non 3
ſit ex memoria teſtis tam ſubito eſſe abolitum iu-
xta l. peregrè. ff. de acquiren. poſſ. & C. de ve. iure
enucl. l. 2. §. ſi quis autem. Item finge factum non
eſſe aliquo modo implicitum, ſed potius explici-
tum, adeò quòd eodem modo breuiter credendum
non ſit ex hominis memoria deleri iuxta l. emptor.
§. Lucius ff. de pac. & not. per Inno. extra de accuſ.
c. qualiter, & quando. hoc tamen adiuncto quòd
per ipſius teſtis confeſsionem, vel alios teſtes pro-
betur eum fuiſſe præſentem, nec potuiſſet actū fie-
ri quin ipſe viderit, vel audiuerit, nónne his & ſimi-
libus caſibus erit puniendus? proculdubio ſic, quo-
niam quamuis teſtis his omnibus caſibus prima vi-
ce nil depoſuerit plenum neque perſectum vt iam
eſt probatum, tamen negari non poteſt eum fuiſſe
veritatis occultatorem ſciuiſſeque factum, neque
voluiſſe teſtificari, † & ex tali taciturnitate eum ha- 4
beri pro falſario & l. Corne. puniri, vt probatur per
text. ad hoc nota. C. de epiſc. & cler. l. presbyteri, &
auth. ibi poſita, vbi etiam hoc dicebam, facit etiam
pro hoc bene text. in l. ea quæ commendandi. ff. de
contrahen. empt. & C. ſi contra ius vel vtili. pub. l.
præſcriptione C. de teſta. l. iubemus in fin. ff. ad l.
Corn. de fal. l. Paulus reſpondit, & extra de cri. fal.
c. 1. Ludouicus. Tu Bal. idem notabas C. de teſti.
l. nullum & in d. l. presbyteri. Bart. Plus † vobis 5
dico quòd talis teſtis punitur etiam talionis pœna
ſi fortè tacet defenſionem alterius capitaliter accu-
ſati. quoniam falſarius eſt in tacendo vt nunc dixi,
& falſus teſtis talionis pœna punitur, vt eſt caſus
egregius ff. ad l. Corn. de fal. l. 1. in princi. & in ver.
præterea, & notat gloſſ. elegans 2. q. 3. cap. in ſum-
ma. Item punietur quoque alia pœna † nam tene- 6
tur parti ad intereſſe quoniam teſtis qui non vult
teſtificari ad intereſſe obligatur parti, vt pulchrè
notat Specul. in titu. de teſte. §. ſequitur verſic. vlti-
mo per l. quidam in fin. & l. tutor. ff. de admi. tu. &
C. de excu. tu. l. quoniam † nam teſtificandi munus 7
eſt publicum ac neceſſarium, vt ff. quemadmodum
teſt. aperi. l. eum & in l. ſi quis in princ. eo. titu. & de
cri. fal. c. 1. ſecundum eum. Ludo. † Hoc idem q; 8
teſtis qui non vult teſtificari teneatur ad intereſſe
parti ſequebaris etiam tu Bald. in præallega. l. preſ-
byteri, & in l. argentarius §. fi. ff. de eden. per illum
tex. verſ. idem dicitur in notario qui inſtrumentum
parti non edidit. dicebas etiam idem C. de teſti. l.
nullum. Idem etiam Ange. ſentiebat in præalleg. l.
argentarius §. fi. vbi dixit † quòd medicus qui ſe do- 9
loſè abſentat vt non teſtificetur an ſit cicatrix re-
manſura, tenetur ciuitati ad intereſſe, ſi forſitan
non fuit facta condemnatio propter medici defe-
ctum. Bar. Optimè dixerunt ego quoq; dico quòd
veri-

veritatem tacẽs falſum incurrit vt dictum eſt. Item
10 falſitas † eſt delictum publicum vt eſt ex expreſſum
11 ff. de pub. iudic. l. 1. Item † ex quolibet delicto pub-
lico oritur actio in factum ciuilis ad intereſſe: vt
ſentit glo. ff. pro ſocio l. neque quicquam, & pro-
batur. ff. de fal. l. qui nomine, vbi & ego notabã. Et
pro hoc intellectu diligenter conſiderandum eſt,
quoniam iſtud nolle teſtificari duobus modis po-
teſt euenire. Interdum enim producitur teſtis co-
ram iudice & interrogatus reſpondet ſe credere, vel
ſibi videri vnum cum ſciat pro certo aliud, vel di-
cit ſe dubitare, vel neſcire, vel non recordari vbi re-
ctè ſcit: & his caſibus locum habent, quæ dicta ſunt,
nam ad intereſſe tenetur, & alijs pœnis ſupradictis.
Interdum non eſt productus coram iudice, ſed ſe
abſentauit vt teſtimonium non diceret, & hoc li-
cet teneatur ad intereſſe, & puniatur crimine ſtel-
lionatus, tamen non punitur de falſo: quoniam
12 † antequam teſtis examinetur, & teſtimonium di-
cat, non poteſt de falſo puniri: vt notat gloſſ. ele-
13 gans. 2. q. 5. notificamus. † Suntque hic notanda
duo, vnum eſt quòd prædicta locum habent in te-
ſte veritatis celatore. in celante teſtimonium alia aſ-
ſumitur via. nam occultás eum vni vel duabus per-
ſonis non incidit in l. Cor. Occultans vt nemini ap-
pareat punitur de falſo. caſus eſt pro hoc quem di-
cebam non eſſe alibi in l. 3. §. ſi quis dolo. verſic. &
poſſes. ff. de tabu. exhib. & idem no. in l. Paulus re-
ſpondit. & in l. falſus de fal. Alterum eſt quòd te-
ſtis qui aliâs ſuper eo tulit teſtimonium excuſandus
eſt, ſi non vult iterum teſtificari propter euitandas
14 contrarietates, & maleuolentias, † nec poteſt tunc
teſtis cogi ad teſtificandum niſi in defectum pro-
bationum: vt eſt caſus extra de teſti. cogen. cap. præ-
terea. in princi. Nico. de Sicilia notat illum textum
ad hanc ſententiam. probatur idem ex multis Iuri-
bus: vt ff. de teſti. l. produci. ſecundum vlti. lec. &
gloſſ. C. de teſti. l. fi. §. fi. & l. ſi quis teſtibus. eo. tit.
in prima gloſſ. & per glo. extra. de teſti. c. cum cau-
15 ſam quæ inter Archidiaconũ. Item probatur: † quia
iudex debet ſtare contentus primo dicto: vt notát
gloſ. extra. de præſumpt. c. literas. nec debet teſtem
repetere eo nolente niſi forte dictum teſtis obſcu-
rum vel aliud perſenſerit iudex de nouo perueniſſe
ad teſtis notitiam, ex meliori ſortè recordatione,
quibus caſibus poteſt teſtem repetere ex eius offi-
cio, vt eius dictum declaret vel addat eius dicto: vt
extra de teſti. c. cum clamor. & diximus ſupra nunc
4. c. & 8. prope fi. Ludouicus. Bar. Bal. iſte ſubde-
16 bat † prædicta locum habere in teſte iurato, aliâs ſi
non eſſet iuratus non puniretur de falſo quamuis
veritatem taceat. caſus eſt not. pro hoc ſecundum
eum. 10. col. ſi de inueſti. inter do. & vaſal. lis oria-
tur. Bal. Tu nec ſic dicebas Bar. Bal. Sic inquam
ſi rectè ſum memor quid tibi videtur. Bar. Cre-
do equidem non verum. nam licet dictum teſtis
careat iuramento, tamen non propterea debita for-
17 ma dicitur carere † nec dicitur iuramentum de ſub-
ſtantiali forma teſtimonij quod apparet: quia po-
teſt per partes teſti remitti: vt extra de teſti. cap. tuis,
& no. glo. C. de teſti. l. iuriſiurandi & ff. de ferijs.
l. 1. quòd iuramentum per partes remitti non poſſet
ſi eſſet de forma ſubſtantiali vt ff. de poſtulan. l.
quos prohibet. C. de iura. calumn. l. 2. §. ſed quia
veremur. ff. de pac. l. ſi vnus. §. illud nulla, cum con
cor. † exinde eſt quòd ſi teſtis in iudicio ſine iura- 18
mento falſum dicit. l. Cornelia puniri debet: vt ele-
ganter concludebat Rizar. Malum, in quadam ſua
diſputatione, quam ego ipſe referens approbabam.
ff. ad l. Corne. de fal. l. ſi quis legatum in princ. Fir-
mauit quoque idem Ioa. An. in regula, non eſt ſine
culpa, de re. iur. libr. 6 in mercurialibus per plures
rationes ſatis ſubtiles. Ludouicus. Nico. de Sicilia
& Io. de Imo. & omnes moderni idem hodie tenẽt,
extra de teſti. c. cum cauſam quæ inter archiepiſco-
pum, quamuis tu Bald. aliud ſenſeris. C. de teſti, l.
iuriſiurandi. in fi. text. quem allegas in cap. 1. §. 1. ſi
de inueſti. inter dom. & vaſallum lis oriatur. Bar.
Reſpondeo clariſsime † quod text. ille loquitur in 19
eo qui veritatem dicebat dum interrogabatur à iu-
dice, non in forma iudicij, quod apparet: quia ſi ibi
fuiſſet prima depoſitio ſolennis in forma iudicij,
non cogeretur teſtis iterum iurare, & iterum depo-
nere: vt nunc dicebamus. neque ibi apparet vllo
modo quòd primum dictum fuit obſcurum, vel
quòd teſtis fuit melius rememoratus, ſi bene inſpi-
ciatur, ſicque ibi ideo non punitur teſtis de falſo:
quia non ſolum iuramentum, ſed omnis iudiciaria
forma defuit illi primo dicto, ideoque text. ille ad
propoſitum non facit. Præterea de taciturnitate,
vel aliàs de falſitate primi dicti ibi nullatenus ap-
paret, neque de teſtis variatione, & miror quòd tu
Bald. dixeris oppoſitum, nam textus ille hoc non
aperit, & potius contrarium eſt præſumendum: ar.
ff. de lega. 2. l. cum pater. §. rogo, & extra de ſcruti.
c. 1. Item quia hoc eſt clarum quòd ſecunda depoſi-
tio, de qua ille textus loquitur, non eſt contraria
primæ, ſed venit ad eius corroborationem, teſtis e-
nim ibi extra iudicium dicebat ſe neſcire, vel non
interfuiſſe: vnde, quia tali dicto non creditur: quia
extra iudicium emanat, vult Imperator ibi quòd
idẽ iuratus deponat in iudicio vt ei credatur, quòd
verum dicat, quòd neſciat, vel non interfuit. Quid
autem eſſet ſi contrarium deponeret? text. ille non
aperit, ſic quòd non loquitur in terminis noſtris
† & hac via etiam reſpondebo ad tex. in c. 1. §. 1. quid 20
ſit inueſti. & de notis feudo. cap. 1. §. notandum, in
princ. vbi eſt tex. conſimilis, quamuis tu Bald. non
alleges, & ſi dicas quòd in dicto. §. notandum. text.
dicit quòd cogitur teſtis iurare & veritatem depo-
nere, reſpondeo quòd intelligitur de ea veritate
quam prius extra iudicium inualidè dixerat, nec e-
nim ibi conſtat quòd dixerit falſitatem. Item po-
teſt alijs modis ad illum textum reſponderi vt ple-
nius diſcutiemus infra in alio tractatu de teſte va-
riante & extra. 11. cap.

SVMMARIVM.

1. *Teſtis prima depoſitione facta per iocum vel iracun-diam, an ſecunda contrariante mente temperata facta ſtandum ſit.*
2. *Dicta ioco non valent, neq; obligant.*
3. *Factum calore iracundiæ pro infecto haberi debet.*
4. *Quaſi contrahitur in iudicijs.*
5. *Contractus ioco factus neminem obligat.*
6. *Iuramentum per teſtem in primo dicto interpoſitum, an impediat teſtem altera vice veritatem dicere.*
7. *Iuramentum calore iracundia præſtitum, an valeat.*

8 Iu-

8 *Iuramentum quod ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ſeruandum eſt.*
9 *Iuramentum nouæ obligationis introductorum, ſolum iurantem ligat.*
10 *Teſtis qui calore iracundiæ ſuo iuramento vnum dixit, quòd poſtea temperata mente aliud depoſuit, an de falſo puniatur.*
11 *Temerarius iurans qualiter ſit puniendus.*
12 *Animus & cor, non verba vel facta in delictis ſpectãtur.*
13 *Verba ex factis hominum penſantur.*
14 *Lubricus linguæ facilè ad pœnam non trahitur.*
15 *Delictum per iocum, & delictum per iracundiam à pari procedunt.*
16 *Iudicium idem eſt ac diſciplina in contrariantibus.*

Capitulum decimum de teſte qui variat in eadem inſtantia vna vice per iocum, alia mente temperata.

1 LOco ſequenti dicemus quòd vbi † prima depo-
ſitio facta fuit per iocum vel iracundiam, ſtan-
dum eſt ſecundæ contrarianti factæ mente tempe-
2 rata. probatur ſententia hæc ar. optimo † nam dicta
ioco non valent, neque obligant. l. 3. in fin. ff. de ac.
3 & obli. † & quod calore iracundiæ factum eſt pro
infecto debet haberi. ff. de regu. iur. l. quod calore
& ff. de diuor. l. diuortium. & not. extra de diuor.
4 cap. ex literis. Item in † iudicijs quaſi contrahitur: vt
5 ff. de pœ. l. 3. §. idem ſcribit. † Contractus autem
ioco factus neminem obligat: vt d. l. tertia in fin.
nec etiam calore iracundiæ vt prædictis iuribus.
Item pro hoc quia iuramentum in prima depoſi-
tione hoc caſu emanatum non diſcrepat à temerario
6 iuramento † vnde non prohibet eundem teſtem al-
tera vice dicere veritatem quamuis periurium de-
tegat in primo dicto: vt eſt caſus extra de teſti. c. in-
timauit. & ibi no. per gloſſ. eo. tit. c. conſtitutus. &
de iureiur. c. ſicut vbi inquit Io. An. iuramentum
7 † calore iracundiæ præſtitum non valere: quoniam
tres comites debet habere veritatem ſcilicet, iuſti-
tiam, ac iudicium ſeu deſcriptionem. vt 22. q. 1. cap.
& iurabunt. & no. C. de nup. aucto. quod eis, quan-
quam nonnulli Canoniſtæ deuiauerint ab huiuſ-
modi dicto, dicentes ſeruandum eſſe iuramentum
8 tale, ſi fieri poteſt ſine interitu ſalutis æternæ † quia
negari non poteſt iurantem in culpa fuiſſe: vt extra.
de iureiur. cap. & ſi Chriſtus. Ludouicus. Sic con
tra Io. An. ſentire videtur do. Anton. de Bu. in illo
cap. ſic dicens hanc eſſe communem Canoniſtarum
9 opinionem. Bar. De his tamen non curo † quo-
niam illud in iuramento nouæ obligationis intro-
ductorio, quod ſolum iurantem ligare habet, nos
in iuramento veritatis, quod litis deciſiuum dicitur
eſſe, & non ſolum iurantem ſed tertium affecit in
eius præiudicio, ideoque ſtandum illi non videtur
vllatenus noſtro caſu, ſequendoque in hoc propo-
ſito indubitanter noſtra ratio illa defectus iudicij
ac deſcriptionis: vt not. in præallega. authen. quod
eis. & c. & iurabunt. cum ſimilibus. Sed dubitan-
10 dum eſt an hoc caſu teſtis † puniatur de falſo? quem
articulum ab alijs tactum neſcio. & quidem ſi inſpi-
cimus præalleg. Ioa. An. not. in cap. ſicut de iureiu-
ran. non punietur tanquam non fuerit teſtis obli-
gatus ex primo iuramento, quòd deficiente deſcri-
ptione emanauit, ſi verò contrariam conſideremus
Canoniſtarum opinionem quam tu Ludouice di-
cis dom. Anto. attentari eſſe magis communem, op-
poſitum firmandum eſſet, & ipſius iraſcentis hac ira
inſtantiæ iurantis culpa in eum retorquenda arbi-
tror, tamen mediam quandam atq; æquiorem viam
eligendam. vt ſcilicet non omnino abſoluatur, nec
etiam omnino atrociter puniatur. ergo non vt fal-
ſarius verus, ſed mitius tanquam falſum dicens per
iracundiam vel iocum. vt in ſimili dicitur de † te- 11
merario iurante cui non imponitur pœna omnino
pro periurio, ſed pro temeritate & leuitate: vt d. ca.
intimauit. & dicto c. conſtitutis. de teſt. Item pro-
batur hoc apertè quòd hæc mitior pœna imponen-
da eſt: Præterea: quia † in delictis animus & cor non 12
verba vel facta ſpectantur: vt ff. ad l. Cornel. de ſic.
l. diuus. & l. is qui cum telo, eo. tit. extra de ſenten.
ex communi. c. cum voluntate, in princip. & ibi no.
† & ex factis hominum verba penſantur, ita dicit 13
text. C. ſi quis Imper. maledi. l. 1. in fi. facit 11. quæ-
ſtione 3. c. illa præpoſitorum. 15. q. 1. cap. inebria-
uerunt. Item quia † lubricus linguæ ad pœnam non 14
facilè trahitur. ff. ad l. Iul. maieſt. l. famoſi. §. hoc
tamen capite. Nec dixeritis quòd dicta iura loquan-
tur ſolum in delinquente per iracundiam, non au-
tem in delinquente per iocum, quoniam quamuis
hoc ſit verum, tamen à pari † procedunt hi caſus de- 15
lictum per iracundiam & delictum. ſ. per iocum.
† porrò in contrariantibus idem eſt iudicium ac di- 16
ſciplina: vt C. de prædijs mi. l. emptionis. de re iur.
l. nil tam naturale. Item tamen hæc omnia vera in-
tellige, niſi contrarium dixerit ad finem correctio-
nis, niſi in caſu permiſſo, tunc nullatenus punire-
tur, vt diximus ſupra 5. cap.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis ſecundæ depoſitioni emanatæ cum iuramento ſtandum eſt, quamuis prior depoſitio ſine iuramento præcedat.*
2 *Teſtes iurare compelluntur, vt timore iuramenti vera dicere præſumantur.*
3 *Teſtis vbi deponit verum ſine tormentis, ſi poſtea cum tormentis dicit contrarium, ſtandum eſt ſecundo dicto.*
4 *Teſtis prima vice deponens ſine iuramento, ſecundum cum eo, an de falſo puniatur.*
5 *Teſtis ſi prima vice deponit vnum, & ſufficienter cauſam ſui dicti non reddit, vel reddit ſed non ſufficienter, & ſecunda vice deponit directo contrarium, & reddit cauſam ſufficientem, an ſtandũ ſecundo dicto.*
6 *Teſtimonium ſine cauſæ redditione an valeat, ſi teſtis de cauſa non interrogatur. & nu. 9.*
7 *Teſtes duo ſi non interrogati de cauſa ſimpliciter deponunt vnum, & duo etiam de cauſa non interrogati deponunt cõtrarium, cauſam legitimam aſſignando, quorum dicto ſtandum ſit.*
8 *De quo minus videtur ineſſe & ineſt: ergo & de quo magis.*
9 *Dictum teſtis ſine cauſa, validius eſt, quàm cùm cauſa inualida.*
10 *Teſtis periurus à teſtimonio repellitur.*
11 *Teſtis falſus de falſo non notatus, an à teſtimonio ſit repellendus.*
12 *Intellectus c. teſtimonium. ϛ. de teſtibus.*
13 *Intellectus c. intimauit. de teſtibus.*
14 *Iuramentum temerarium quod dicatur.*

15 Iu-

15 *Periurus an repellatur à teſtimonio ſine infamia illatione.*
16 *Intellectus c. ſicut vobis in fi. de teſtibus.*
17 *Teſtis vbi prima vice ſine cauſa depoſuit, ſiue de ea fuerit interrogatus, ſiue non, an puniatur.*
18 *Contraria duo non poſſunt eſſe vera in eodem ſubiecto.*
19 *Falſitas vt punibilis ſit dolum requirit.*
20 *Teſtis dictum debet de neceſſitate concludere.*
21 *Teſtis ſtudioſè cauſam reddens non concludentem, de falſo punitur.*
22 *Occultator pœna falſi punitur.*
23 *Teſtis an ex contrarietate veniat puniendus.*
24 *Teſtes communiter idiotæ ſunt, & in eis non præſumitur dolus niſi probetur, niſi fortè peritia, vel alia teſtis qualitas aliud ſuadeat.*

Capitulum vndecimum de teſte variante in eadem inſtantia prima vice ſine iuramento, ſecunda cum iuramento.

1 POST Hæc recenſuimus eſſe ſtandum † ſecundæ
depoſitioni emanatæ cum iuramento, quamuis
præcedat prior depoſitio ſine iuramento, quod
dictum ab alijs non inuenietis. probatur autem hæc
2 ſententia tali ratione. Nam ideo † teſtes iurare compelluntur
vt timore iuramenti vera dicere præſumantur:
vt extra de teſti. cap. de teſtibus. C. de teſti.
l. iuriſiurandi. in princip. 4. quæſtio. 3. §. item iuriſiurandi.
cum ſimilibus. Item probatur per ſimi-
3 le. Nam † vbi teſtis deponit verum ſine tormentis, ſi
poſtea tormẽtatus dicit contrarinm ſtatur ſecundo
dicto & illud præſumitur verum: vt no. ſupra in 3.
c. vnde idem dicendum eſt in iuramento: quoniam
eſt quædam ſpiritualis tortura: vt in præalleg. iuribus.
Et attende quare non curo iſto caſu, ſiue eodem
tempore, ſiue diuerſis temporibus, ſiue etiam
mentionem faciat de primo dicto, ſiue non: quia
hæc in tortura non requiruntur. Ludouicus. Hoc
ſimile adduxit domi. Nico. de Sicilia de tortura ad
iuramentum in cap. per tuas. extra de proba. quamuis
loqueretur in diuerſis terminis ſcilicet vbi prior
depoſitio fuit facta extra iudicium. Bart. Probe,
ſed quæramus an hic teſtis puniatur de falſo vbi
4 prima † vice depoſuit ſine iuramento, ſecunda autem
cum eo, & planè articulus iſte ab alijs etiam directo
non tangitur, dicendum tamen eſt teſtem puniri,
nam ex his contrarijs conuincitur falſarius,
quanquam præſumatur verum dixiſſe in dicto iuramento.
punitur ergo teſtis in caſu iſto ex primo
dicto, vbi creditur falſum dixiſſe, & attende. nam
nihil repugnat, quòd iuramentum non interuenit:
quia non eſt de forma ſubſtantiali teſtimonij vt
nunc dicebam. 9. cap. prope finem. denique ſufficit
quòd teſtis in iudicio valido falſum deponat, etiam
ſine iuramento, vt conuincatur falſarius ſecundum
veram ſententiam, vt ibi fuit relatum, ſemper tamen
intelligatis hoc verum niſi fortè teſtis ad finem
correctionis ſibi contradiceret, vt ſæpius dictum
eſt.
5 SVBSEQVENTER in præmiſſo ordine dicebamus
teſtem, qui prima † vice deponit vnum, & cauſam
ſui dicti non reddit, vel reddit, ſed non ſufficienter,
vel non veram, ſecunda verò vice deponit directo
contrarium, & reddit cauſam ſufficientem, &
veram credulitatem dignum eſſe ſtandum ſecundo
dicto. quam regulam ab alio traditam non credo,
& probatur hoc de eo qui in prima depoſitione cauſam
non reddit, aut enim fuit de ea interrogatus, &
nullam cauſam reddit, aut nullo modo cauſa ab eo
exquiſita fuit. priore caſu nulli dubium eſt quòd
dictum eius fuit nullum C. de teſti. l. ſolam ſecundum
vnum intellectum. ff. de proba. l. cum de indebito.
§. fin. not. extra de teſti. cap. cum cauſam.
Altero caſu eſt † conſiderandum quòd quanquam 6
validum ſit teſtimoniũ ſine cauſæ redditione ſi teſtis
de cauſa non interrogatur, vt ff. de tranſact. l.
cum hi. §. in cauſa, & in auth. de teſti. §. & licet. &
not. in præallegata l. ſolam & ff. de no. ope. nun. l.
1. & ego notabam in libro meo de teſti. c. 1. exceptis
quibuſdam caſibus no. per Innoc. in c. cum cauſam
quæ inter archiepiſcopum, & ego ſcripſi in libro
meo de teſti. ca. teſtis dixit aliquem eſſe dominum,
tamẽ ſi duo † teſtes non interrogati de cauſa ſimpli- 7
citer deponunt vnum & duo alij, & etiam de cauſa
non interrogati deponunt contrarinm legitimam
cauſam aſsignando, certè maior fides dabitur deponentibus
cum cauſa, vt eleganter dicit Iaco. But. in
quadam ſua diſputatione quæ incipit Quæſtio talis
eſt, quidam petijt à Titio. Ludouicus. Tu Bal. retuliſti
illam diſputationem, & eam valde commendabas
in l. presbyteri C. de epiſc. & cleric. Bart.
Nec refert quòd illa diſputatio loquitur quando
ſunt plures teſtes, nos autem loquimur quando eſt
vnus, & idem, nam ratio eſt eadem vtroq; caſu, ergo
idem ius ff. ad l. Aqui. l. illud cum concor. Item
probatur aliud de eo qui in primo dicto cauſam
reddidit ſed inſufficientem, vel non veram, quo-
niam † de quo minus videtur ineſſe & ineſt, ergo 8
& de quo magis, vt C. de procur. l. militem & ff. de
de nego. geſt. l. 2. C. de ſacroſan. eccleſ. auth. multo
magis, ſed vbi teſtis deponit prima vice ſine cauſa
minus videtur poſſibile quòd ſtetur ſecundo dicto
cum cauſa, quàm quando primum dictum fuit
cum cauſa inſufficienti, vel non vera, vt nunc demonſtrabo,
& tunc ſtatur vt dictum eſt. ergò &c.
Minor probatur apertè. Nam † depoſitioni ſine 9
cauſa ſtatur ſi teſtis de ea non interrogatur, vt nupèr
etiam dixi. dicto autem valido cum cauſa inualida
non creditur vt probaui ſupra 5. c. ſicque validius
eſt dictum teſtis ſine cauſa, quàm cum cauſa
inualida, vt ex præmiſsis apparet. Attende quoque,
quia hæc omnia vera ſunt, vbi teſtis ſit varius eſt diuerſis
temporibus in eadem inſtantia, ſi autem eodem
tempore, tunc neutri dicto eius quicquam
creditur, quia varius deprehenderetur ac vacillans
in quæſtione 9. cap. pura & cap. hortamur, & facit
quod not. per glo. 9. diſtinct. ſi ad ſcripturas. Baldus.
Vehementer Bartole admiror de eo quod
aſſeris. dic enim mihi nonne hoc articulo detegitur
teſtis periurus ſaltem in primo dicto, ſicque nonne
† repelli debet à teſtimonio? vt extra de teſti. cap. te- 10
ſtimonium. & cap. ſicut. in fin. 6. quæſtio. 1. quicunque.
22. quæſtio. 5. paruuli. & not. ff. de his, qui no.
infa. l. Lucius. in fin. Bartol. Diligens inquiſitor
es. dicimus itaque duas opiniones inter iuris ciuilis
& canonici interpretes eſſe in quæſtione hac, an periurus
à teſtimonio repellatur. Quidam † dicunt 11
non ſufficere teſtem fuiſſe ſemel periurum ad repellendum
eum altera vice à teſtimonio niſi fuerit

per iudicem de falſo notatus. & hanc opinionem
tenent gloſ. expreſsè in l. ſi vteris. C. de fide inſtru.
Expreſsè etiam ibi confirmat Dominus Cy. & ego
ibidem cum eodem tranſibam in meo commento.
Alij aſſerunt teſtem falſum etiam de falſo non no-
tatum indiſtinctè à teſtimonio repelli. & hanc te-
net glo. in l. Lucius. in fi. ff. de his, qui no. inſa. & vi-
detur eſſe de communi intentione omnium cano-
12 niſtarum in locis præallegatis. † & videtur eſſe caſus
pro ea in præalle. c. nobis. in fi. & in præalle. c. teſti-
monium. vbi dicitur quòd repellitur teſtis periurus
etiam ſi nõ ſit infamis: quia ſpeciale eſt in periurio,
quamuis ſecus in alijs criminibus in quibus requi-
ritur ſententia infamiam irrogans: vt ibi habetur.
Ludoui. Tu Balde hanc opinionem ſecundam ſe-
quebaris in præallegata. l. ſi vteris, per tex. d. c. teſti-
monium. Bar. Si ergo tenes opinionem primam
res noſtra clarè procedit: quoniam nondum nota-
tus eſt teſtis de periurio per ſententiam per dicta ſu-
pra. Si autem tenes tertiam quam credimus verio-
rem, hic attende ſubtiliter, quòd cum tertium iura-
mentum verum præſumatur, vt dictum eſt, certè
primum dictum quod eſt directo contrarium te-
13 merarium apparet & nullũ. † ideo: quia huius dicti
periurium non tollit vires ſecundi iuramenti: vt eſt
caſus extra de teſti. c. intimauit. & ibi no. facit quod
habetur eo. titul. c. conſtitutus. & de iureiurand. c.
ſicut. Tu autem forte dices hoc falſum: quia per hãc
viam nullum periurium repellet à teſtimonio: quia
ſemper dicere poſſumus eum temerarium eſſe. Sed
14 ego reſpondeo clarè † quod illud dicitur temerariũ
iuramentum quod temerè & illicitè emanat, vt ſi
quæris factum vel dictum contrarium verum &
neceſſarium tollat, non autem id quod ſolum do-
lum vel malignitatem in ſeipſo habet, vt probatur
in præallegatis iuribus. in propoſito itaq; vbi teſtis
fuit ſemel periurus in diuerſo dicto vel facto, hoc
non recte dicimus iuramentum temerarium quan-
tum ad hoc vt valeat, ſecundum: quia ad id non or-
dinatur nullatenus vel nil valebit ſecundum pro-
pter dubium ne teſtis falſum aſſerat in ſecundo di-
cto, prout aſſeruit in primo d. c. teſtimonium & d.
c. ſicut. & in regula iuris ſemel malus, libro ſexto,
vbi autem periurus fuit ſuper eodem facto: quia
prius periurando aſſeruit directo contrarium eius
quod nunc dixi, prout eſt caſus noſter hic, propriè
dicere poſſumus primum iuramentum temerarium
fuiſſe: quia directo tendit ad tollẽdum ſecundum,
hoc eſt veritatem contrariam, meritoque non re-
pellit à ferendo vero teſtimonio ſuper eodem, vt
probatur ex ratione præallegatorum iurium. Con-
cludimus itaque quòd etiam retenta opinione illa
15 pro vera † quòd periurus repellatur à teſtimonio e-
tiam ſine illatione infamiæ per ſententiam tamen,
illud verum ſuper diuerſis factis. Aliud eſt ſupra
eod. ne veritas in occulto remaneat, vt apparet ex
prædictis, maximè: quia hoc mihi ſuadeo quòd o-
mnia iura repellentia periurum ſolum hoc conſi-
derant ne iterum falſum dicat, vt dicta regula, ſe-
mel malus. quæ præſumptio ceſſat iſto caſu vbi fal-
ſitatem in ſecundo dicto deponere non poteſt: ſed
veritatem, tamen vbi dictum eſt contrarium dire-
cto adeò quòd poſita vnius falſitate ſequatur alte-
rius veritas: vt habetur. ff. de re. du. l. ſi is qui du-
centa. §. vtrum, quanuis non ſit vbi eſſet aliter in-
compatibile cum primo, non autem directo con-
trarium, vt dicam nunc ſequenti. c. † nec dicas quòd 16
contra hoc faciant tex. præallegati. c. ſicut nobis in
fi. verſic. neque enim, vbi dicere videtur quòd teſti-
monium periurij non eſt aliquatenus permittendũ,
etiam ſuper eodem facto: quia illud quòd teſtimo-
nium illorum non debet admitti, debet intelligi,
ſcilicet ſolum, ſed cum alijs teſtibus probantibus
falſitatem primi dicti ſic. & ita loquitur text. ille ſi
bene inſpiciatur. Præterea dicere poſſumus quòd
dictum. c. ſicut. in fi. verſi. neque enim, non loqui-
tur de ſecunda depoſitione nouiter fienda, ſed lo-
quitur de prima depoſitione iã facta in iudicio cui
non debet ſtari, cum teſtes in ea fuerint periuri, &
ſecundũ hunc ſenſum nihil faciet tex. ille ad propo-
ſitum de illius verò tex. intellectu dicemus infra.
lib. 2. cap. 7. Baldus. Nouum & pulchrum tuum
iſtud dictum eſt. Bartolus. Sed & tractandum eſt
an hic teſtis iſto caſu puniendus ſit de falſo. & qui-
dem nec quæſtionem hanc ab alio tactam ſcio. puto
tamen dicendũ quòd † vbi teſtis prima vice ſine cau- 17
ſa depoſuit, ſiue de ea fuerit interrogatus ſiue nõ in-
diſtinctè puniatur: quoniam cum præſumatur ve-
rius dixiſſe in ſecundo dicto, & ideo illi ſtetur, cer-
tum eſt in altero falſum dixiſſe. † quia duo contra- 18
ria non poſſunt eſſe vera in eodem ſubiecto ſecun-
dum dialecticos: vt not. ff. de re. du. l. ſi is qui du-
centa. §. vtrum. & ff. de condi. & demon. l. Titiæ.
cum ſimilibus validum quoque erat illud primum
dictum quanuis ſine cauſa, vt ſupra relatum eſt. vbi
autem teſtis prima vice depoſuit cum cauſa hic eſt
attendendum: quia aut cauſa erat inſufficiens ratio-
ne falſitatis, aut alia inſufficientia. primo caſu, aut
falſitas illa ab alienis dictis cauſam habuerit, vt in
teſtimonio auditus, vel famæ. ex hoc caſu probato
tali an dicto vel fama teſtis videtur excuſandus: qa
† falſitas requirit dolum vt ſit punibilis lege Cor- 19
nelia. C. ad l. Cor. de fal. l. nec exemplum. ff. eod.
l. quid ſit falſum & ibi habetur aut ab alijs dictis nõ
habuit originem & tunc proculdubio eſt punien-
dus. ff. de teſti. l. qui falſa. ff. de fal. l. eos. cum ſimi-
libus. Altero caſu quãdo cauſa erat inſufficiens alia
inſufficientia vt quia non concludens rectè. † quo- 20
niam dictum teſtis debet de neceſſitate concludere.
l. non hoc. C. vnde cogna. extra de proba. c. in præ-
ſentia. Hic attende. † quia ſi teſtis ſtudioſè cauſam 21
reddidit non concludentem punitur de falſo, ne-
dum ex contrarietate, verum etiam: quia veritatis
occultator eſt in primo dicto. † quia occultator de 22
falſo punitur. vt C. de epiſc. & cleri. l. presbyteri. &
diximus plenè ſupra 9. cap. Si autem illud contin-
geret ex teſtis ſimplicitate, vt ſæpiſsimè contingit
in ruſticis, qui cauſam concludentem dictis ſuis ne-
ſciunt adaptare, tunc de falſo nõ punitur ex hac oc-
cultatione quia falſitas dolum requirit vt iam eſt
dictum: & pro hoc quod no. gloſſ. ff. de his, qui no.
inſa. l. Lucius. Ludouicus. Tu Balde hoc vlti-
mum membrum tangebas idem ſentiendo in præ-
allegata l. presbyteri. Bartolus. Ex † contrarie- 23
tate tamen puniendus eſſet. quia verum dolum com
miſit in eius atteſtatione vt d. l. qui falſa. ff. de teſti.
& l. eos. de fal. cum ſi. Si autẽ eſſemus in caſu dubio
an præſumatur ex dolo vel ex ſimplicitate tamen
inſuf-

inſufficientem per teſtem adiectam, & tunc quam-
uis credam potius ex ſimplicitate præſumendum:
24 quia † communiter teſtes idiotæ perſonæ ſunt, nec
dolus præſumitur niſi probetur. C. de dolo. l. do-
lum, niſi fortè peritia vel alia teſtis qualitas aliud
ſuaderet vt extra de priuileg. capitu. cum dum eſſe-
mus. ff. de excuſatio. tuto. lege athletas. §. de ruſti-
cis in gloſſ. notabili ibi poſita de ruſtico malicioſo.
tamen omnino ex contrarietate arbitror eum pu-
niendum per prædicta. & iterum intelligit hęc om-
nia niſi teſtis in caſu præmiſſo ad finem correctio-
nis ſibi contradicat, quod quando ſit, declaratum
eſt ſupra quarto ca.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis prima depoſitio vbi conuincitur apertè falſa, ſe-
cundo dicto contrario ſtandum eſt.*
Intellectus ad c. ſicut nobis. de teſtibus.
2 *Falſarius & periurus ad teſtimoniū non eſt vlterius ad-
mittendus.*
3 *Incompaſsibilia non ſemper directo contraria.*
4 *Separatorum ſeparata eſt ratio.*
forem. q. 66. de test. p. 3. fol. 200. n. 147.

Capitulum 13 de teſte qui variat in eadem inſtantia, cuius
primum dictum apertè probat falſum.

1 RVRSVM † altero loco repetebamus quòd vbi
probatur apertè primam depoſitionem fuiſſe
falſam ſtandum eſt ſecundo dicto contrario. pro-
batur hæc ſententia per regulam generalem ſæpius
allegatam. quia duo contraria non poſſunt eſſe in
eodem ſubiecto vera: & quia poſita falſitate vnius
directo contrarij ſequitur veritas alterius econtra.
Si enim apertè probatur primum dictum eſſe fal-
ſum, neceſſario ſequitur ſecundum directo eſſe ve-
rum, & ei ſtandum. teſtem quoque ex primo dicto
de falſo eſſe puniendum per iura præallegata. Bal-
dus. Mirum eſt quod dicis Barto. aut tu vis quòd
conſtet apertè de falſitate primi dicti per ipſius te-
ſtis confeſsionem, & hoc non debet obeſſe parti,
vt propter hoc ſtetur magis dicto ſecundo quàm
ante hanc confeſsionem ſtari debuerit: vt eſt caſus
extra de teſti. cap. ſicut nobis. & facit. ff. ad Sill. l. ſi
quis in graui. §. ſi quis minores. vbi tu ipſe notabas.
aut vis quòd de hoc conſtet per teſtes probantes di-
ctam falſitatem, & tunc etiam non rectè dici vide-
tur ſtari ſecundo dicto eiuſdem teſtis: quoniam
tunc non ſtatur dicto eius reprobati, ſed reproban-
tium, vt ex ſe patet, maximeque hoc locum habet:
quia ex primo dicto teſtis conuincitur falſarius &
2 periurus, ex quo ſequitur † quòd ſecundo dicto eius
ſtari non debet, quia ad teſtimonium non eſt vlte-
rius admittendus, vt no. ff. de his qui no. infa. l. Lu-
cius. & facit. C. de tranſact. l. ſi quis maior. ſecun-
dum veram ſententiam. Item: quia non debet ad-
miſcere falſitatem in eius dicto, & ſi admiſcet ei nō
creditur in aliquo: vt 3. quæſtio. 9. cap. teſtes. & c.
hortamur. & c. pura. Bar. Verum eſt Bald. quod
dixi. & attende quæſo pro intelligentia huius. in-
terdum conſtat de falſitate primi dicti per ipſius te-
ſtis confeſsionem, & tunc hoc non obeſt parti, ne-
que locum habet quod prædixi, vti tu inquis, & re-
ctè. interdum illud conſtat aliter, vt puta per teſtes,
& tunc ratio tua non eſt bona. aut enim tu vis dicta
teſtis eſſe inuicem contraria ob incōpaſsibilitatem,
aut ea vis directo eſſe contraria adeo quòd poſita
vnius falſitate ſequatur alterius veritas. caſu primo
res hæc apparet apertè: quoniam poſsibile eſt teſtes
reprobatorios primum dictum teſtis legitimè re-
probare. & de ſecundo dicto nil affirmare. Et po-
ne exempli vnius gratia. Titius teſtis deponit pri-
ma vice quòd Sempronius tota die prima Martij
ſtetit in arce Spoletina: quia ibi eum vidit. deinde
alia vice interrogatus dicit quòd idem Sempronius
ſtetit eadem die in ciuitate Romana: quia eum vi-
dit ibi, nec diſceſsit, nec diſcedere potuiſſet quin
ipſe teſtis vidiſſet: quia nunquam per totam diem
ab eius latere receſsit. certè enim hoc caſu quanuis
per teſtes reprobatorios probetur Sempronium di-
cta die tota non ſtetiſſe in arce Spoletina: quia non
potuiſſet ſtare quin ipſi vidiſſent, tamen non ſequi-
tur ex hoc quod per hos teſtes reprobatorios ſit
probatum eum ſtetiſſe in ciuitate Romana. hæc
quanuis ſint incompaſsibilia, tamen † non directo 3
contraria. adeo quod dicta falſitate vnius ſequatur
veritas alterius: vt patet ad ſenſum. & facit ad hoc
quod in ſimili no. glo. magna poſt medium Inſtit.
de inutil. ſtipul. §. item verborum, & quod plenius
de his habetur in d. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. Al-
tero enim caſu etiam non eſt bona valde ratio tua,
quid enim repugnat quominus cum teſtibus repro-
bantibus primum dictum directo contrarium, e-
tiam teſti reprobato ſtari poſsit in dicto ſecundo,
certè nihil. argu. l. ſancimus. C. de teſta. cum con-
cor. Tu tamen obijcis de periurio teſtis in primo di-
cto, & de falſitatis mixtura, ſed ego reſpōdeo quod
vt diximus præcedenti. c. periurium nullum dun-
taxat repellit à teſtimonio: quia eſt ob periurium de
falſo notatus, ſecūdum opinionem aliam quæ vult
quod periurium etiam ſine ſententia repellit à teſti-
monio, verum credimus hoc in diuerſis factis, vel
dictis repugnantibus ob incompaſsibilitatem, aliud
in directo contrarijs, quorum poſita falſitate po-
nitur & veritas, & econtra, ne veritas ſtet in occul-
to, vt iam dictum eſt. Item & falſitas tunc demum
admixta viciat, vbi in vno & eodem dicto, & eo-
dem tempore emanato, teſtis interſerit falſitatem:
& ſic loquuntur iura quæ hoc dicunt. Aliud eſt
vbi teſtis ſuper eodem diuerſis temporibus inter-
rogatus, tunc enim ſunt ſeparata dicta, ſicut ſepara-
tis emanauerunt temporibus, meritoque falſitas in
primo dicto expreſſa non inualidat ſecundum di-
ctum omnino ſeparatum. ſeparatorum † quippe 4
ratio ſeparata eſt. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de
verbo. obliga. ſed hæc diſsimilia ſunt. ff. de calum.
l. fin. ff. de mino. l. Papinianus exuli. & tractabi-
mus de his infra in tertio principali tractatu. cap. 7.
Concludendum ergo eſt quod aut ſecundum dictū
contrarium emanat eodem tempore cum primo,
& tunc neutri ſtatur, aut diuerſis temporibus in ea-
dem inſtantia, & tunc attendendum: quia aut habet
ſe vt directo contrarium, & tunc reprobato primo
per teſtes, ſtatur ſecundo dicto, tam ex atteſtatione
primi teſtis, quàm etiam teſtium reprobantium. aut
non habet ſe vt directo contrarium, ſed vt diuer-
ſum: quia non poteſt primo dicto compati, & tunc
non ſtatur ſecūdo dicto, neque ex atteſtatione pri-
mi teſtis, cuius dictum eſt reprobatum, in primo
eius dicto, neque ex reprobantium atteſtatione,

quod ad ſecundum dictum trahi non poteſt, vt apparet ex præmiſsis, hoc valde eſt vtile. Quid enim ſi ex municipali cõſtitutione actus requirat numerum teſtium taxatum præter ſolitum in caſu tamen quo hoc fieri poteſt per ſtatutum, de quo dixi plenè. ff. de iuſti. & iure. l. omnes populi. certè etiã reprobatus teſtis in primo dicto directo cõtrario numerum augebit, quod nouum eſt & ſingulare.

SVMMARIVM.

1 *Dicto pro quo coniectura concurrunt ſtandum eſt.*

2 *Teſtis, quando vni ex eius dictis contrarijs ſtatur, an puniatur de falſo.*

3 *Teſti ſecundo dicto aliquid fidei detrahitur ex primo, redditurq́; ſecundum debilius per primum.*

Capitulum 14. de teſte qui in eadem inſtantia deponit contraria, & pro eius dicto altero concurrunt veriſimilia.

1 NOVISSIME diximus quòd vbicunque pro altero ex dictis contrarijs veriſimilia vel coniecturæ concurrunt ſtandum † eſt illi dicto pro quo coniecturæ concurrunt. probatur ſententia hæc arg. ei. eorum, quæ de tortura, & iuramento, & cauſæ redditione diximus. nunc ſupra 3. & 11. cap. & 12. probatur. Item optimè arg. ca. literæ. extra de præſump. & c. per tuas. de proba. & ff. de ſal. l. eos. 2. reſponſo quamuis loquantur in prima depoſitione extra iudicium vt infra alio tractatu demonſtrabimus. Baldus. Inducas quæſo illos text. Bartol. Idipſum & ego nunc ne quæras etenim loco congruentiori quem paulò poſt aſſumemus reſeruandum ducimus. Bald. Expectabo quantum voles. Ludouicus. Bartole Dominus Nico. de Sicilia ad idem allegabat prædictum cap. literas. de præſumpt. quamuis in diuerſis terminis loquatur. Bartol. Probè. Sed reſtat videndum hic an teſtis iſte ſit puniendus de ſalſo. ad quod Reſpondeo indubitanter, quòd ſic: quia quamuis ſtetur hoc caſu vni † ex dictis contrarijs vel repugnantibus propter
2 concurrentes coniecturas, tamen in altero conuincitur de neceſsitate ſalſarius, ar. C. de ſur. l. 1. ff. de re. du. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum cum ſi. niſi fortè ad finem correctionis iſte ſibi contradiceret in caſibus præmiſsis, vt ſupra demonſtratum eſt. His etiam exceptis quæ in cap. de tortura & de cauſæ inſufficientia diſſeruimus vnum quoque generaliſſimum omittendum non eſt quòd vbicunque diximus ſtari alteri ex dictis contrarijs per totum hũc librum ſemper ei aliqualis minor fides adhibeatur
3 † quoniam ex primo dicto aliquid fidei detrahitur ſecundo, redditurq́ue ſecundum debilius per primum, vt eleganter not. Innoc. in cap. primo de teſti. cogen. & ſequitur idem ibi Ioan. An. Ludouicus. Ioan. de Imo. & Nico. de Sicilia ibidem confirmant. Bart. Iamq́ue ſatis expeditus eſt omnis tractatus variantium teſtium in eadem inſtantia. Bald. Tuo ſolito diuino intellectũ perſeciſti mi præceptor. Bartolus. Nunc aſſumamus ſecundum tractatum, in quo vis eſt maxima noſtræ diſputationis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium variantium in iudicio & extra iudicium bimembris eſt partitio.*

2 *Teſtis affirmans in iudicio contrarium eius quod prius aſſeuerauit extra iudicium, an puniendus.*

3 *Teſtium depoſitiones factæ non in forma iudicij, præiudicium non generant.*

4 *Iudici, non aduerſario eſt facienda fides.*

5 *Teſtibus, non teſtimonijs iudex ſtare debet.*

6 *Teſtimonium à quocunque non iurato prolatum non valet.*

7 *Omne quod à teſtibus ſtipulatur verius eſſe comprobatur iuramento interueniente.*

8 *Nullum quod eſt, aliquem effectum non ſortitur.*

9 *Depoſitio teſtis extra iudicium, & in iudicio inualido æquiparantur.*

10 *Teſtis deponens in iudicio valido contrarium eius quod primò depoſuerat in iudicio inualido probat, & non punitur.*

11 *Factum non dicitur quod legitimè non eſt factum.*

12 *Mutationem vel variationem non eſt dare, de actu nullo ad actum validum.*

13 *Teſtis ad teſtificandum ſponte ſe ingerens ſuſpectus eſt, nec eius dicto ſtandum eſt.*

14 *Dicens vnum extra iudicium, poteſt contrarium dicere* [illegible]
Intellectus ad l. quidam ff. de proba.

15 *Confeſsio extra iudicium facta abſente parte, & ſine cauſa, nihil præiudicat confitenti.*

16 *Teſtis quamuis extra iudicium vel coram iudice extra figuram iudicij dicat ſe non interfuiſſe, cogi debet in iudicio ad dicendum veritatem, & ſtatur ſua depoſitioni, nec punitur.*
Intellectus ad c. 1. §. 1. quæ ſit inueſtitu.

17 *Teſtis dicens falſum in iudicio, non tamen in forma iudicij: an de falſo puniatur.*
Intellectus ad l. athletæ. §. fi. ff. de fal.

18 *Intellectus ad l. eos ſecundo reſpon. ff. de fal.*

19 *Bar. præclarus doctor, errauit in poſitione caſus.*

INCIPIT SECVNDVS LIBER.

Capitulum primum de generali diuiſione teſtium variantium.

VARIANTIVM teſtium in iudicio & extra iudicium bimembris † eſt partitio. Ete- 1
nim quandoque teſtis prima vice deponit extra iudicium ſecũda in iudicio. Interdum econtrario, prima vice in iudicio ſecunda extra iudicium. de vtraque igitur diſtinctione eſt videndum, pars prima complectitur noſtræ diſputationis exordium ſubtilemq́ue exquirit inueſtigationem, pars altera leuiorẽ habet tractatum ab ipſa vero priore initium ſumamus, velimq; hoc loco ſi vobis placitum ſenſero pertractandi ordinẽm conuertamus. Tu enim Balde ſuper quæſtione quã hodie propoſuiſti tanquã omnium mearum ſententiarum improbabiliorẽ narrabis omne quod ſenties, poſt Ludouicus & munus ſuum hodiernum ſequendo modernorum ſententiam proferens reſponſum quoq; tu Balde per rerum clariſsimam diſtinctionem noſtris quoque interrogationibus reſpondebis ſciſcitaberisq; cum dubitabis. Omnibus denique his per-

peractis nos ipſi ſolitũ ordinem aſſumemus. Bal.
Placet mihi ſummè poſtquam tibi mi præceptor.
Lud. Mihi quoque. Bar. Incipe igitur Balde ſer-
2 monem tunm. Bald. Teſtem affirmantem †in iu-
dicio contrarium eius quod prius aſſeuerauerat ex-
tra iudicinm putaſti. Bart. de falſo eſſe puniendum
nullaque fide aut credulitate dignum. Ego ſenſi
oppoſitum. aduerſandi fundamenta plurima ſunt
quæ me mouerunt ac monent contra ſententiam
tuam. Primum eſt: quia in quæſtione noſtra altera
3 depoſitio facta fuit per teſtem extra iudicium †ac
depoſitiones teſtium factæ non in forma iudicij
præiudicium non generant: vt dicit tex. in cap. 1. de
excep. iuxta prin. & facit. C. de fide inſtru. authen.
apũd eloquentiſsimum. & in auth. vt defun. ſeu fu.
à cre. §. illud. & habetur expreſsè. C. de teſti. l. ſo-
lam ſecundum vnum intellectum quem Gloſſ. ibi
approbat, & tumet Bar. in tuo commento. Item fa-
4 cit pro hoc† quia iudici facienda eſt fides non au-
tem aduerſario. C. de re. alie. l. 1. C. de cond. ob tur.
cau. l. 4. ff. de proba. l. quinquaginta in fin. C. de
5 eden. l. procurator. cum concor. & †quia teſtibus iu-
dex ſtare debet non teſtimonijs, vel. 3. §. Item di-
uus. & in §. Sabino ff. de teſti.
Secundum eſt, quia ſi teſtis deponit extra iudi-
cium reperitur depoſuiſſe ſine iuramenti ſolemni-
6 tate †nec valet teſtimonium à quocunque non iura-
to prolatum, vt C. de teſti. l. iuriſiurandi 3. quæſt. 9.
hortamur & no. C. de teſti. l. ſolam etiam ſi teſtis ſit
7 religioſus, vt extra de teſti. c. nuper & c. tuis † quia
omne quod à teſtibus ſtipulatur verius eſſe conſtat
cum id adiectio iurationis affirmat, vt dicit tex. 22.
q. 1. omne, & quod not. Specul. in titu. de teſti. §. ſe-
quitur, verſic. & not. Si enim non valet dictum ex-
8 tra iudicium ergo nil operatur† quoniam id quod
nullum eſt non ſortitur aliquem effectum, vt pa-
tet in citatione nulla vt in l. ſi pater C. ne de ſtatu
defunc. Item in conteſtatione litis vt C. de lit. cont.
auth. offeratur. Item in relatione teſtium nulla pro-
pter non conteſtatam litem, vt extra de lit. conteſt.
per to. Item in ſententia nulla, vt in l. 2. in fin. ff. de
pœnis & ff. de re iudi. l. 4. §. condemnatum ff. quod
9 quiſque iur. l. 1. in fin. Tertium eſt quóniam † de-
poſitio teſtis extra iudicium & in iudicio in valido
æquiparantur, vt no. gloſſ. ff. de libe. cauſa l. iube-
mus, & tu Bart. in tuo commento in l. cum ſcimus
C. de agri. & cen. libr. 11. in verbo confeſsionis facit
extra de iudic. c. at ſi clerici, & tamen conſtat quòd
10 †teſtis deponens in iudicio valido contrarium eius
quod primo depoſuerat in iudicio inualido pro-
bat, & non punitur, vt not. Bernar. in ſua glo. extra
de teſtib. cap. cum cauſa quæ inter archiepiſcopum.
in gloſſ. fi. in fin. & Specul. in tit. de teſti. §. 1. verſic.
quid ſi idem teſtis, & verſi. ſe. Quartum eſt quo-
niam vt nunc dicebam depoſitio extra iudicij for-
11 mam non dicitur facta legitimè † vnde non dicitur
factum quod legitimè non eſt factum. vt ff. de fide
inſtru. l. tertia. ff. qui ſatiſda. cogan. l. quoties. ex-
tra de re. iuris. c. qui ex timore. in decre. & cap. non
præſtat. & c. quæ contra ius. eo. titu. libr. 6. Ex quo
ſequuntur duo ad rem propoſitam. vnum eſt quòd
tertium dictum iudiciale validum & vtile hoc caſu
non debet viciari per dictum primum extra iudi-
cium inualidum & inutile. C. de dona. l. ſcimus. ff.
de vſuris. l. vſuras & l. placuit. & no. extra de teſta.
ca. Raynutius. & cap. Raynaldus. & in reg. iur. vtile
per inutile lib 6. Alterum eſt quòd hic teſtis de quo
quærimus nõ poteſt dici varius † quia de actu nullo 12
ad actum validum nõ eſt dare mutationem vel va-
riationem, ſed potius creationem, ſicut de non ente
ad ens: vt dixit Accur. no. in ſua gloſſ. fi. qui ſatiſ-
da. cogan. l. Iul. & notat idem glo. Bernar. in c. cum
noſtris. extra de conceſ. præben. Quintum eſt: quia
†hic teſtis dum extra iudicium deponit ſe ingerit ad 13
teſtificandum ſponte antequam ſit ab vllo iudice
petitus, vnde facit ſe ſuſpectum, nec ſtari debet eius
dicto. vt tu Bart. no. dixiſti nos ipſos docendo. ff.
de his qui. vt indig. l. poſt legatum. §. his verò. & in
l. vxori. §. 1. ff. ad l. Cor. de falſ. per illum tex. facit.
ff. de procura. l. quæ omnia. ff. de iudic. l. 2. §. lega-
tis. ibi teſtimonij cauſa vocati. facit optimè tex. C.
de epi. & cle. l. presbyteri. Sextum eſt †quia regu- 14
lam habemus quòd licet quis dicat vnum extra iu-
dicium, tamen non impeditur quominus poſsit po-
ſtea dicere & probare contrarium in iudicio: vt eſt
caſus. ff. de proba. l. quidam & C. de proba. l. non
nudis. & l. non epiſtolis. Septimum: quia † con- 15
feſsio extra iudicium facta abſente parte, & ſine
cauſa, nihil præiudicat confitenti. ff. de proba. l.
cum de indebito. §. fin. C. de non nu. pecu l. gene-
raliter. in fi. extra de fide inſtru. c. ſi cautio. ff. de con
feſ. l. ſi quis abſente. ff. de interroga. ac l. fi. cũ con-
cor. Conſtat enim quòd tu Bar. non proponis in
quæſtione noſtra requiri partis præſentiam, neque
cauſam in dicto teſtis extra iudicium. Octauum
† eſt quoniam contra tuam ſententiam habeo ca- 16
ſum legis expreſſum cui reſponderi non poteſt in
cap. 1. §. 1. quæ ſit inueſti. colla. 10. in vſibus feu. in
verbo non interfuiſſe. vbi exprimitur quòd quam-
uis teſtis extra iudicium vel coram iudice extra figu
ram iudicij dicat ſe non interfuiſſe, tamen in iudi-
cio debet cogi ad dicendum veritatem, & ſtatur ſuæ
depoſitioni nec punitur. & illum textum ſemper
putaui ad hoc ſingulariter notandum. Nonum eſt:
quia huic dicto extra iudicium profecto non debet
ſtari etiam contra teſtem deponentem, vt eſt caſus
in l. athletas. ff. de fal. §. fin. iuncta gloſſ. Accur. ibi
poſita. dicitur enim ibi quòd † teſtis dicens falſum 17
in iudicio non tamen in forma iudicij, non puni-
tur de falſo. Decimum & vltimum eſt: quia hanc
partem tenet communis omnium doc. ſententia te
excepto, etenim ſi auctoritas tua quàm maxima ſit
& aliorum præcellentior communi tamen ego opi.
& doctorum vt aiunt Bononienſes correctioni ad-
hærere intendo iuxta no. Accur. ff. de regu. iuris. l.
omnis diffinitio † nec aliquid facit pro opinione 18
tua text. per quem te fundaſti in l. eos. ff. de ſal. 2.
reſponſo loquitur enim l. illa in tribus caſibus, pri-
mo quando vna & eadem productione ſolenni te-
ſtis eſt ſibi ipſi contrarius, ſecundo quando eſt con-
trarius ſuo ſigillo, tertio quãdo diuerſis productio-
nibus ſolenniter factis eſt ſibi contrarius in iudicio,
de poſitionibus autem extra iudicialibus de quibus
quærimus nihil dicitur ibi, & vt †pace tua dixerim, 19
miratus ſemper fui quòd tu tam præclarus doc. ve-
hementer erraueris maximè in caſus poſitione il-
lius. l. & his motus rationibus pro hac opinione con
traria ad tuam ſæpius ſcripſi in literis meis, ſic etiam

in facto reſpondi vt notum eſt ex meis conſilijs &c.
Bar. Perpulchrè, quidem copioſè ac eleganter mi
Bal. argumentatus es ſicut in cæteris per te fieri ſo-
litum eſt. Ludouicus. Vis plura loqui? Baldus.
Satis eſt tu quoque Ludouice hodiernum exerceas
dic quid alij ſcriptores ſensêre à ſummo vſque ad
infimum omnes recenſeas.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis depoſitio extraiudicialis an obeſſe poſſit.*
Mendacium ſimplex an à teſtimonio repellat. & nume.
2. cum ſeq.
2 *Falſitas per mendacium concluditur.*
3 *Eligenda eſt in dubio opinio per quam mitior fiat inter-*
pretatio.
4 *Metu torturæ præſumitur quis veritatem dixiſſe.*
5 *Intellectus c. inquiſitionis. de accuſationibus.*
6 *Suſpectus de teſtium variatione facias primo eos confi-*
teri coram teſtibus extra iudicium cum iuramento.
7 *Concurrentibus duobus dictis contrarijs ab eodem, vno*
cum iuramento, aliud ſine, ſtatur dicto nõ iurato: quan-
do coniecturæ ſunt magis pro eo, quàm pro dicto iurato.
8 *Dictum extra iudicium fidem non facit.*

Capitulum ſecundũm in quo recenſentur opiniones om-
niam doctorum in quæſtione præmiſſa.

ANTIQVI glosatores pontificij iuris Ioan. ac
Vincentius primam depoſitionem extraiu-
1 dicialem † nihil obeſſe ſenſere, ſed ſoli ſecũdæ ſtan-
dum eſſe Bernar. idem referens Ioa. in ſua gloſſ. in
cap. cum cauſam quæ inter archiepiſcopum. de te-
ſti. quanuis per verbum forſitan loquatur Guil. de
Caſtro duranti idem in Specul. de teſte. §. primo
verſic. quid ſi idem teſtis. & verſic. ſe referens Vin-
cen. quamquam & hic per verbum forſitan loqua-
tur motus per quartam rationem ſupra relatam per
Bald. quamuis non ſic copioſè expreſſerit Ioa. An.
ſequitur idem & quaſi omnes cauoniſtæ in præal-
legato cap. cum in tua. de teſti. Retulit etiam tuam
ſententiam Bart. An. de But. & viſus eſt eam ſequi
quantum ad hoc ſecundum dictum contra pri-
mum non ſit validum, maximè ſi purum tranſi-
uit in contractum, allegat cap. per tuas de proba. &
quia ex primo conuicto ſecundo ſaltem teſtis con-
uincitur mendax, & ſic in peccato. Quantum ad il-
lud autem an teſtis puniatur de falſo putauit con-
2 trarium, † quia per mendacium non concluditur
falſitas: quia poſsibile eſt quòd prius dixerit men-
dacium vt partibus complaceret, & poſtea dixerit
verum, nec omnis mendax de falſo punitur. l. pri-
ma de fal. ſecundum eum, qui tamen ſubdebat ſe
putare teſtem hunc de falſo ſuſpectum. Io. de Imo.
in dicto cap. cum cauſam loquens etiam per ver-
bum forte tenuit ſimpliciter contra te Bart. per Gl.
ibi poſitam, & hanc dixit communem Canoniſta-
rum opinionem veriorem, maximè hoc ſuaſit: quia
non ſic liberè loquitur teſtis coram parte ſicut co-
ram iudice abſente parte iuxta no. de teſti. cap. præ-
3 ſentium. lib. 6. in gloſſ. Item † quia eligenda eſt in
dubio opinio per quam mitior fiat interpretatio vt
in c. in pœnis. de re. iur. libr. 6. ff. de publi. l. ſi præ-
ſes & l. ſi de interpretatione. Nouiſsimus ſcriben-
tium canoniſtarum do. Nicol. Siculus in c. per tuas
extra de proba. dixit ſimpliciter ſtandum ſecundo
quamuis aliqualiter ei detrahatur ex primo contra-
rio: arg. cap. præterea. de teſti. cogen. & no. ibi per
Innoc. mouetur tribus rationibus. primò: quia ſicut
quando quis aſſerit vnum ante torturam poſtea a-
liud in tortura ſtatut ſecundo dicto: quia † metu 4
torturæ præſumitur veritatem dixiſſe: vt in l. ſi po-
ſtulauerit. §. ratio. verſi. ſed ſi negauerit. ff. de adul.
& tu Bart. notabas ibi. & in l. eos. ff. de fal. in ſecun-
do contrario & dixiſti ſupra libr. 1. cap. tertio. Sic
quando quis aſſerit vnum ſine iuramento, deinde
aliud cum iuramento: quia iuramentum eſt quæ-
dam tortura ſpiritualis ſecundum eum, nec debet
præſumi quòd ſit immemor ſalutis æternæ hoc ca-
ſu vbi non tractatur de ſuo damno vel commodo:
vt 1. quæſtio. 7. capitu. ſancimus. † ſecundo per tex- 5
tum in cap. inquiſitionis. extra de accuſ. vbi ſi quis
dixerit ſe inimicam alicuius extra iudicium, cre-
ditur nihilominus ſibi poſt modum contra illum
teſtificando in iudicio, & primum præſumitur di-
xiſſe in fraudem, vt non teſtificaretur contra illum,
& ſic patet quòd mendacium ſimplex non repel-
lit indiſtinctè à teſtimonio per illum textum ter-
tio per præallegatam gloſſ. in dicto cap. cum cau-
ſam, & dicto cap. per tuas. Subdit tamen ſe putare
quòd ſi primum dictum fuiſſet iuratum non vale-
ret ſecundum: quia conuincitur neceſſario teſtis de
periurio ponendo ſe inter duo contraria iura: vt
extra de iureiurando. cap. tua. & ibi nota. facit ex-
tra de præſumpt. cap. literas. & ſic dicebam ſeruari
poſſe theoricam tuam Bartol. ſcilicet quòd quan-
do timetur de † variatione teſtium facias primò eos 6
confiteri coram teſtibus extra iudicium cum iura-
mento, & ſequebatur eandem ſententiam ipſe Ni-
co. in dicto cap. literas, extra de præſumptio. pro-
bans per illum textum, ſic clarum † enim eſt quòd 7
ſi concurrunt duo dicta contraria ab eodem vnum
cum iuramento aliud ſine, quòd ſtandum eſt di-
cto non iurato quando coniecturæ ſunt magis pro
eo quàm pro dicto iurato, vt eſt textus ibi ſingu-
laris ad hoc no. cæteris ergo paribus, & ſic ceſſanti-
bus dictis coniecturis ſtabitur potius dicto iurato
per dictum textum à ſenſu contrario, & hæ ſunt o-
mnes Canoniſtarum ſententiæ. inter Legiſtas tu
Bal. ſequeris poſt Bart. in tribus locis tetigiſti hunc
articulum primo in l. nullum. C. de teſti. vb retu-
liſti ſententiam Bart. & contra eam allegando præ-
fatam gloſſ. in cap. cum cauſam non ſimpliciter di-
xiſti veriorem ſecundam c. 1. §. quid ſit inueſtitura.
10. vbi nil text. in verbo non interfuiſſe, ſicuti nunc
loquendo tu ipſe narrabas. Tertiò in quodam tuo
conſilio quod incipiebat. licet cæci aſſeſſores. &c.
in quo minus honeſtis verbis ſententiam Bartoli
improbabas per dict. gloſſ. in capit. cum cauſam.
& text. in d. cap. 1. quid ſit inueſti. 10. col. quem di-
cebas vnicum in iure. Item per rationem: quia aut
dicimus quòd dixerit falſum extra iudicium, & per
hoc non punitur de falſo, aut quod dixit in iudicio
falſum, & de hoc non conſtat cum id quod † extra 8
iudicium dixit fidem non faciat. C. de teſti. l. iuriſ-
iurandi. Item quia ſecundũ Bart. met. vbi teſtis vnũ
aſſerit in iudicio & contrarium extra ſtatur primo
dicto, nec per hoc punitur: vt extra de teſti. c. ſicut.
& l. generaliter. C. de non nu. pecu. Eadem e-
nim ratione idem dicit eſſe econtra, nec vlla maior

ratio

ratio eſt vno caſu quàm altero, nec dicas quòd ſic:
quia immo debemus ſtare primo dicto teſtis, & ſic
ei quod dixerat extra iudicium: vt notat Gloſſ. or-
dinaria extra de teſti.c.veniens in Gloſſ. quæ inci-
pit ſed quia habet. in fi. Item quia prioritas & poſte-
rioritas cadit inter actus validos non inter actum
inualidum: quia non tam prior quam ſolus inue-
nitur vt C.qui po.in pig.ha.l.2. pro hoc quod no-
ta.In. An.in regula non eſt in Mercurialibus.& hæ
fuerunt rationes conſilij tui Bal. Ange.in l.ſolam.
C.de teſtib.tenet ſimpliciter contra te Barto.per il-
lum text.ſecundum vnam lec. idem etiam quidam
alij Legiſtæ in l.qui falſa vel varia. ff. de teſtib. per
dictam l.ſolam. Ego autem Legiſtarum omnium
ſcribentium vltimus ac minor ſi fas eſt coram te-
ipſo referre idem ſequutus ſum in l.2 §. creditum.
ff.ſi cert.pet.in diſtinctione mea magna de teſtibus
variantibus, hæ inquam ſunt doctorum omnium
ſententiæ, quas noui in præmiſſa quæſtione. Barto.
Per Deum diligens omnium ſcrutator optimè per-
feciſti munus tibi impoſitum. Baldus. Bartol.
ſi rectè percipio nullus adhæret ſententiæ tuæ, vis
vlterius rem hanc diſcutere? non credo ruminata
iam res eſt. Bar. At verò Balde antequam hodie à
me diſcedas imperfidus omnino, aut pertinax con-
tra veritatem inceperis, tuum hoc conſtitutum in
aliam partem conuertes. Bald. Prius profectò ad
ſeculum reuertar quàm hoc faciam, tu putas rem
hanc medullitus diſcuſſam, ego non video vix e-
am ad corticem tactam. Bartol. Mira narras
quæſo, tamen declares poſtquam ſic pertinaciter
adiis, fortaſsis enim omnes vni legum ac Canonum
interpretes deliraſſe oſtendes. Bald. Faciam vt tu
teipſum verbis proprijs hodie conuictum dicas.
Bar. Nos ergo iam more tuo interrogare incipias.
Bald. Sic faciemus ac pro rerum omnium clariſsi-
ma diſcuſsione prius videamus quid operetur de-
poſitio teſtis extra iudicium vera vel falſa.

SVMMARIVM.

1 *Dicto teſtis deponentis aliquid extra iudicium an ſtan-
dum ſit.*
*Dictum teſtis deficiens forma iudicij, nomen teſtimonij
non meretur.*
2 *Dictum teſtis cui iuramenti delatio deficit, inualidum
eſt, niſi à partibus remiſſum appareat.*
3 *Aduerſarius vocandus eſt in teſtium receptione tempo-
re iuramenti.*
4 *Teſtis an poßit falſi pœna puniri, ex falſo dicto extra iu-
dicium.*
5 *Falſum commiſſum in re quæ nemini præiudiciũ affert,
vel nullam probationem inducit, vel ſaltem iudicium,
non punitur.*
5 *Teſtimonium an ex defectu formæ ſit nullum.*
7 *Aperiens teſtimonium viuentis punitur de falſo.*
8 *Recipiens pecuniã ob ferendum teſtimonium, falſi pœ-
na eſt puniendus.*

Capitulum tertium, an ſtetur ſimplici dicto teſtis extra iu-
dicium, & an teſtis ex eo de falſo puniatur.

1 INTERROGO Itaque te Bald. primum an pu-
tas † ſtandum dicto teſtis deponentis aliquid ex-
tra iudicium. Bal. Nõ certè triplici ratione. primo,
quia tali dicto deficit forma iudicij & ſic non mere-
tur nomen teſtimonij ſicut tu Bar. didiciſti. ff. ad l.
Cor. de fal. l. ſi quis legatum. in prin. facit. ff. ad ex-
hiben. l. Iul. §. ſi quis deteriorem. ff. de aur. & ar. le-
ga. l. Seia. ff. ad l. fal. l. ſi is qui quadraginta. §. quæ-
dam. & eſt caſus pro hoc ſecundum vnam lect. Gl.
quam tu etiam ſequebaris. C. de teſt. l. ſolam. & no
tabas idem in ll. tuo de teſt. c. teſtis dixit aliqua mea
eſſe: quia audiuit &c. Secundò † quia tali dicto defi- 2
cit iuramenti delatio vnde eſt inualidum niſi appa-
reat à partibus remiſſum: vt l. iuriſiurandi. & ibi no.
C. de teſti. 3. q. 3. verſicu. item iuriſiurandi. extra de
teſti. c. nuper. & c. tuis cum concor. Item deficit ad-
uerſarij citatio † quoniam vocandus eſt aduerſarius 3
in teſtium receptione tempore iuramenti: vt. C. de
teſti. l. ſi quando, & extra eo. tit. c. in nomine do-
mini. Bar. Rectè inquis ſed † an putas ex falſo dicto 4
extra iudicium teſtem falſi pœna puniri. Bal. Nec
hoc quidem. nam Barto. hoc ipſum quòd non pu-
niatur firmaſti ad l. Cor. de fal. l. ſi quis legatũ. in
princ. per illum tex. benè probantem in 2. reſpon-
ſo. facit quòd † no. in l. damus. C. eo. tit. in Gloſſ. in 5
verbo priuatus. per quam habemus regulam quòd
non punitur quis de falſo licet falſum committat
in re quę nemini pręiudicium vllum afferre poteſt,
nec vllam probationem inducit, vel ſaltem indici-
um. Conſtat enim quòd depoſitio extra iudicium
nemini præiudicat vt ſupra probatum eſt. & facit
pro hoc quod tuipſe dixiſti. ff. de fal. l. 1. §. qui in
rationibus. & §. ex illa, in fi. 1. q. & in l. 2. in ſecundo
contrario eod. titu. & benè facit text. in lege Impu-
berem. §. 1. & ſe. eod. titulo & ff. de pœnis. l. ſi quis
aliquid. §. teſtamẽtum. & quod concludit Io. An. in
ſimili quæſtione in rubrica non eſt in mercuriali-
bus. Barto. Etiam hic probe reſpondiſti, vt enim
dicebam in d. l. ſi quis legatum referendo antiquam
diſputationem Rizar. Malum. hoc enim teſtimo-
nium eſt nullum ex defectu formæ adeo † quod 6
propriè hoc dici non poteſt teſtimonium. ideoque
talis falſitas non punitur quamuis aliud eſſet, ſi di-
ctum teſtis haberet debitam formam, ſed aliàs eſſet
inualidum. tunc enim puniretur per eandem. l. &
benè faciunt ad hoc iura præallegata, & dicemus
infra eod. lib. c. 12. Baldus. Dic tamen tu quæſo
Bartole, nonne in infinitis caſibus qui habentur in
titul. ff. & C. de fal. punitur quis falſi pœna ex fal-
ſo commiſſo extra iudicium vt apparet fere per to-
tum illum tit. cur ergo non idem in caſu iſto. Bar-
tolus. Attende pro intellectu, interdum facta re-
quirunt ad ſui eſſentiam formam iudicialem, pro
vt ſunt teſtimonia, pro vt ſupra eſt relatum in his
ceſſante forma iudicij ceſſat ipſius actus ſubſtantia,
ideo falſum ibi interueniẽs eſt impunibile: vt d. l. ſi
quis legatum, nonnunquam facta ad ſui eſſentiam
non exigunt figuram iudicij: quoniam ſunt valida
ſui natura etiam ſi celebrentur extra iudicium in his
puniuntur falſum committentes, quanquam extra
iudicium ſi incidunt in aliquem caſum ſub illo tit.
de falſis comprehenſum. Exemplum. aperiens † 7
teſtamentum viuentis punitur de falſo, nec requiri-
tur quòd hæc apertio fiat in iudicio: vt ff. de falſ. l.
1. §. is qui. Item † recipiens pecuniam ob ferendum 8
teſtimonium punitur de falſo, nec eſt opus quòd il-
la receptio fiat in iudicio, ſed ſufficit quocunque
loco, vt eadem. l. §. ſed & ſi quis ob renunciandum.

& idem in ſimilibus caſibus qui ibi habentur quod ipſum vt arbitror eſt ſatis plaoum.

SVMMARIVM.

1 *Dicto teſtis extra iudicium ſi in eo proponitur iuramentum an ſtandum.*
Iuramentum an, & quando vim iudicij habeat.
L.2.§.1. ff. de iureiuran. intellectus.
2 *Teſtis falſum aſſerens cum iuramento extra iudicium an de falſo puniatur, vel alia pœna.*
3 *Periurus quis à teſtimonio repellatur. & quibus pœnis ſit puniendus.*

Capitulum quartum an ſtetur dictio teſtis extra iudicium cum iuramento, & ex eo poſsit teſtis de falſo puniri.

1 RVRSVM tamen interrogo te Bald. an credis ſtandum † dicto teſtis extra indicium ſi in eo proponatur interueniſſe iuramentum. Bald. Non quidem. nam ea quæ dici ſolent quòd iuramentum vim iudicij habet adeo quòd æquiparantur iudicium & iuramentum. vt l. qui iuraſſe in fi. & in l. nam poſtea. §. ſi is qui temporali. ff. de iureiuran. & ff. de iudi. l. ſed & ſi reſtituatur. §. ex quibus, locum habent io iuramento conuentionali ex conuentione litigantium delato. ff. de iureiuran. l. 1. & l. iuſiurandum quod ex conuentione, eod. titul. & in iuramento iudiciali quod deſertur à parte parti iudice approbante: vt dicta l. 1. in fi. diuerſum eſt ſi quis nemine deſerente iuret, vt eſt in caſu noſtro, tunc enim ſibijpſi iurans iurare videtur, nec habet effectum quo ad alios tale iuramentum, vt eſt caſus. ff. de iureiuran. l. 2. §. 1. ideoque iurare non videtur: quia ex iudicialis formæ defectu tale teſtimonium eſt nullum, ſicut diximus nunc circa præcedentem articulum. Bar. Satis eſt bona tua ſolutio, ſed quid
2 dices † an punietur de ſalſo hic teſtis ſi falſum aſſeruit cum iuramento extra iudicium. Bald. Minimè. Nam iuramentum illud nequaquam eſt ad hoc efficax, vt faciat teſtem iurantem falſum extra iudicium de ſalſo puniri. quoniam ſub hoc illo titulo. de fal. non reperitur prouiſum. & pœna ſalſi locum non habet niſi caſibus expreſsis in aliquo ex capitulis tituli illius, vt eſt regulariter ſecundum theoricam tuam. ff. ad l. Corne. de fal. l. quid ſit ſalſum & C. eodem titulo. l. nec exemplum. Ludouicus. Tu idem Balde viuens ſequebaris. C. qui accu. non poſ. l. data opera. Bartol. Idipſum etiam etiam probè eſt dictum. Notandum tamen quòd huiuſmodi periurus quanquã. leg. Cor. nõ puniatur, tamẽ crimen incurrit ſtellionatus: vt. ff. de cri. ſtel. l. de periurio, vnde pœna ſua extraordinaria eſt: vt eo. tit. l. 3. §. pœna. incurrit etiam infamiam poſt ſententiã: quia eſt ſuper ſacto de præterito vt notat Gloſſ. in l. Lucius. ff. de his qui no. inſam. vbi de hoc ſacit. C. de tranſac. l. ſi quis maior. & quod habetur. ff. de crim.
3 ſtellio. l. 2. Item repellitur à † teſtimonio talis periurus diſtinctè: vt notat Gloſſ. in ea l. Lucius. in fi. & dixi ſupra li. 1. e. 12. de iure canonico etiam incurrit peccatum mortale & punitur varijs pœnis de quib. 22. q. 1. e. fin. & ea cauſa. q. 5. c. qui iurat. & c. ſi quis periurauit cum ſi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dictum extra iudicium emanatum aduerſario præſente, & audiente, an fidem faciat.*
Intellectus ad l. ſolam. C. de teſtibus.
Iudicij figura ad firmandum teſtimonium requiritur.
2 *Teſtis falſum parti aſſerens extra iudicium, an ſit de falſo puniendus.*
3 *Teſtis decipiens, & lædere volens extra iudicium, quãuis non puniatur lege Cornelia, tamen tenetur ciuiliter de dolo.*
4 *Dolus qui non nocet, nec nocere poteſt, puniri non debet.*

Capitulum quintum an ſtetur dicto teſtis extra iudicium parte præſente, & an teſtis poſsit ex eo. de falſo puniri.

ITERVM abs te quæro an putas dictum teſtis extra iudicium fidem facere ſi fuit aduerſario præſente, & audiente emanatum. Bal. Nequaquam, & enim nihil confert partis præſentia ad firmandum teſtimonium vbi deeſt ipſum iudicium: C. de teſtib. l. ſolam ſecundum vnam lecturam, facit. ff. de teſtib. l. 3. §. idem diuus & §. Sabino cum concord. 1
Requiritur itaque iudicij figura ad firmandum teſtimonium, vt ſupra eſt relatum. Barto. † An dices teſtem de falſo puniendum hoc articulo ſi falſum parti aſſeruit extra iudicium. Bald. Nec idipſum: quoniã nec aliquo capite. leg. Cor. vel tituli de falſis inuenitur ſtatutum, deinde ſi non punitur vbi interuenit iuramentum, vt nunc proximo capitulo eſt dictum, nec iſte erit puniendus, vbi non interuenit iuramentum ſed partis præſentia tantum. Bartol. Rectè etiam id abs te dictum eſt tamen hic attendendum † quia huiuſmodi decipiens & lædere volens extra iudiciũ quanquam non puniatur. leg. Corne. tamen tenetur ciuiliter de doſo: vt ff. de fur. l. ſalſus. §. ſi quis nihil in perſona, vbi de hoc eſt caſus. Item tenetur criminaliter de crimine ſtellionatus. ff. de crimi. ſtellion. l. 3. §. ſi quis in poſterum, vbi de hoc etiam eſt caſus no. & ibi hoc notabam. & facit C. de crimi. ſtelliona. l. 2. & l. fina. & tenuit hoc. Ioann. Andr. in regula non eſt. in Mercurialibus referens ad hoc Rizar. Malnm. in ſua diſputatione. Baldus. Dic quæſo quæ læſio hoc caſu potuerit euenire, cum talis depoſitio extra iudicium nulla ſit, vt ſupra dicebamus, & dolus qui non † nocet nec nocere poteſt puniri non debet. ff. de dolo. l. 1. §. idem Pomponius. Bartolus. Læſio cadit euidens vbi parte præſente emanat hæc depoſitio, ſicuti nos propoſuimus. Quid enim ſi me ementem aliquam rem alius aſſerit rem eſſe vendentis & poſtea reperiatur eius non fuiſſe, & à me euincatur. Quid ſi rem mihi magni pretij vendentis alius aſſerat eã parui exiſtimandam propter quod ego in eius venditione decipiar. Certè his caſibus & ſimilibus apparet læſio euidens propter quam tenebitur mendax in ſubſidium actionibus prædictis: vt in l. 3. in princi. de crimi. ſtelliona. & hoc eſt quod volunt iura præallegata. itaque ex omnibus præmiſſis habemus quòd non ſtatur dicto teſtis extra iudicium etiam interueniente iuramento vel partis præſentia, neque teſtis poteſt ex eo vt falſarius puniri. Reſtat itaque vt oſtendam qua via de falſo puniatur propter ſequens dictum contrarium in iudicio emanatum. Baldus. Idipſum intelligere percupio.

SVMMMARIVM.

1 *Confeſſio extra iudicium in criminalibus quid operetur.*

2 *Depo-*

2 *Depoſitio teſtu fienda in cauſis alienis non valet niſi iudicialiter fiat.*

3 *Confeſſus delictum coram incompetenti iudice non admittitur, ſi poſtmodum contraria dicat coram competenti.*

Confeſſio facta coram non ſuo iudice, vel coram iudice non in forma iudicij, non dicitur facta in iudicio, ſed extra.

4 *Reum iudex non debet cogere ad confitendum ſtatim habitis indicijs.*

Baldus ſemper varius, & ſuorum dictorum non memor.

5 *Confitens an poſsit reuocare ſuam confeſsionem, vel interpretari.*

Intellectus ad l. quæro. §. fin. ff. de ædil. edicto. & nu. 7. 8. 35. & 37.

6 *Mentio vbi ſit in iure de fide vel probatione, in dubio de plena eſt intelligendum.*

7 *Intellectus ad l. cum probatio. ff. de probationibus.*

8 *Confeſsio ſui natura non requirit indicium, ſed eſt fulcita alijs neceſſarijs adminiculis.*

9 *Confeſsio extra iudicium an faciat plenam probationẽ contra reum.*

10 *Argumentum de ciuilibus ad criminalia eſt validum.*

11 *Partis præſentia in ciuilibus, & cauſa confeſsio, & expreſsa reddunt confeſsionem veriſimilem ad perficiendam plenam fidem.*

12 *Extenſio fit in exorbitantibus propter omnimodam ſimilitudinem.*

13 *Lex prohibitiua, & pœnalis extenditur à paritate rationis, vbi de publico fauore tractatur.*

14 *Publicè intereſt ne delicta remaneant impunita.*

15 *Confeſsio facta coram competenti iudice inquirenti, veriſimilis eſt, & plenè probat.*

16 *Iudex competens ex officio inquirens in locum partis deficientis ſuccedit.*

17 *Actus diuerſi an coniungãtur ad plenam probationem.*

18 *Confeſsio per iracundiam facta geminata tenet.*

19 *Confeſsio extra iudicium iuncta veriſimilibus an faciat plenam probationem.*

20 *Probationes in iudicio et non extra fieri debent, nec poteſt quis ex dictis extraiudicialibus condemnari.*

21 *Tortura eſt prohibita in cauſis ciuilibus, certis caſibus exceptis.*

22 *Clariores probationes requiruntur in criminalibus, quã in ciuilibus.*

23 *Confeſſus in ciuilibus ante litem conteſtatam pro condemnato habetur.*

24 *Proceſſus & ſententia requiritur vt quis ex confeſsione in criminalibus condemnetur.*

Membrorum ſuorum nemo eſt dominus.

25 *Iudex eſt miniſter iuſtitiæ.*

26 *Confeſsioni facta in torturam an ſtandum.*

27 *Confeſſus appellans eius confeſsionem reuocare cenſetur.*

28 *Plenam probationem an faciat confeſsio extra iudicium facta ſine veriſimilibus.*

29 *Fama an faciat ſemiplenam probationem.*

30 *Confeſsio extra iudicium cum cauſa de per ſe conſiderata facit ſemiplenam probationem.*

31 *Iuramentum inſeparatè conſiderandum nihil ponit.*

32 *Dicta teſtium examinatorum inter alias perſonas faciunt fidem ſemiplenam contra alium, ſi denuo examinari non poſſunt.*

33 *Teſtium dicta ſi reperiuntur, nec reperitur iuramẽtum, nec parti imputari poteſt, talibus teſtibus ſemiplenè creditur.*

34 *Confeſsio ex quacunque cauſa facit plenam probationem.*

35 *Confeſsio in criminalibus extra iudicium quid operetur.*

Intellectus ad l. capite quinto. ff. de adulter. & nu. 36. cum ſeq.

36 *Confeſsio abſente parte an probet.*

Iudicium minus eſt, quàm ſemiplena probatio.

37 *Confeſsio extra iudicium ſiue in criminalibus, ſiue in ciuilibus cum veriſimilibus facit plenam fidem.*

38 *Confeſsio cum cauſa parte abſente, vel parte præſente ſine cauſa quid conferat.*

39 *Locus & tempus perfectam probationem augmentant, tamen ipſis detractis non faciunt debiliorem probationem.*

Intellectus ad c. fin. de ſucceſsio. ab inteſtato.

40 *Indicium & veriſimilitudo an ſint minora ſemiplena probatione.*

Indiciorum duæ ſunt ſpecies.

41 *Vnicus teſtis an faciat ſemiplenam probationem.*

42 *Iudex habens confeſsionem, vel alia indicia contra reum, an poſsit eum cogere ad perſeuerandum.*

Intellectus ad doctrinam Bart. in l. capite quinto. ff. de adulterijs.

43 *Confeſsio extra iudicium quando faciat ſemiplenam probationem.*

Capitulum ſextum de confeſsis extra iudicium in facto proprio, quid operetur in criminalibus, & in ciuilibus.

DIc Balde quæſo quid credis † operari in cri- 1
minalibus confeſsionem extra iudiciũ. Bal.
Dicam ſi voles, ſed idipſum nihil ad noſtram ex-
ercitationem. Bartol. Imò ad rem noſtram eſt ma-
ximè neceſſarium. dic ergo quid ſentis. nam teipſum
ad locum inuiſum ducam, quem intueri non pote-
ris, donec illuc veneris, eriſq; quemadmodum pe-
regrinus qui ſæpenumero ciuitatem quam petit ob
montes intermedios nuſquam videt antequam ad-
uentauerit. Bald. Inno. in c. inquiſitionem. de ele-
ctione multum ſingulariter dixit, quòd confeſſus
coram incompetenti iudice, vel extra iudicium co-
gitur coram competenti perſeuerare, ſed illud ar-
bitror verum, vbi prima confeſsio fuit veriſimilis:
vt quia poſtea concurrat fama, vel aliqua ſuſpicio
per l. quęro. §. fi. ff. de ædi. edic. & not. ff. de adult.
l. capite quinto. ſicut credo ſi ceſſarent hæc veriſi-
milia. & per hoc. C. de quæſtio. l. milites. §. opor-
tet. hæc eſt mea opinio. tamen vt nunc dicebam hoc
ipſum nihil ad rem noſtram. Nos enim quærimus
de depoſitione teſtis fienda in cauſis alienis † quæ 2
non valet niſi iudicialiter fiat, vt præmiſſum eſt. at
illud in confeſsione quam pars facit in facto pro-
prio, quæ valet interdum, quanquam extra iudici-
um, & eſt longè diuerſum. Barto. Non malè re-
ſpondes noſtræ petitioni diminute tamen locutus
es. Erraſq; dum putas hoc ad noſtram quæſtionem
non pertinere. Sed dic Ludouice quid alij ſenſere.
Ludouicus. Omnes referre volo vt exordiar ab ini-
tio Gloſſ. vulgaris in præallegata. l. capite quinto.
quam tu Bartole commendabas allegando pro ea
tex. optimum in l. quęro. §. fin. ff. de ædil. edic. quæ

etiam

etiam Gloſſam omnes approbant, dicet talem con-
feſsionem extraiudicialem eſſe ſufficiens indicium
contra reum ad torturam Inn.in c.per inquiſitioнē
3 de elec.dicit quòd † confeſſus delictum coram in-
competenti iudice non admittitur ſi poſtmodum
contrarium dixit corā competenti, ſicut nuper Bal.
recitabat.Idemq́; tenuit extra de confeſsi.c.cum ſu
per.quamuis dictum prius ſoleat ſingulariter alle-
gari. Apparet quoq; ex commento Inn.quòd idem
eſſet in confeſsione extraiudiciali: quia confeſsio
facta coram non ſuo iudice, vel coram iudice non
in forma iudicij non dicitur facta in iudicio,ſed ex-
tra: vt no.Gl.elegans.C.de libera.cau.l.iubemus.
& Gloſſ.& tu Bartole in l.cum ſcimus.C.de agric.
& cenſi.lib.11.facit extra de iudi.c.at ſi clerici. Sed
tu.Bar.ff.de quęſtio.l.fi. vbi ſolemniter inueſtigas
quæ ſint indicia ad torturam ſufficientia videris
contradicere Inno. coniungendo duo dicta quãuis
eum non allegas. Etenim ibi iuxta medium dicis
quòd cōfeſsio extra iudicium facit indicium, iuxta
principium autem ibidem dicebas multum elegan-
4 ter docendo aſſeſſores practicam quòd † iudex non
debet ſtatim habitis indicijs contra reum cogere e-
um ad confitendum : quia tunc iudex cōdemnaret
reum ex indicijs,& pręſumptionibus, quod non eſt
fiendum. C. de prob. l. ſciant. Ex his enim ſi rectè
percìpio voluiſti ex indicio cōfeſsionis extra iudi-
cium quem non cogi ad perſeuerandum, idemq́ue
ſentiebas.ff.de cuſto.reo.l.ſi confeſſus, dum dice-
bas quòd ex confeſsione extra iudicium non poteſt
quis condemnari non præcedente proceſſu. Idem
etiam in l.capite quinto. dicens ſolum indicium fa
cere ad torturam non autem plenam probationem.
Tu Bald.tribus in locis tetigiſti hunc articulum, &
pace dixerim tua, ſemper varius fuiſti tuorum di-
ctorum non memor. Etenim in l.clarum in fin.C.
de auct.præſtan.retuliſti.Inno.& eum ſaluaſti eiſ-
dem ferè verbis quibus nunc loquebaris, ſed in l.1.
C.de cōfeſsis variaſti ſuper hoc:nam ibi in vltima
carta ſcriptorum tuorum referendo prędictam no-
tam Inno.dicebas illud eſſe intelligendum verum
ſi confeſſus non reuocet confeſsionem, aliud enim
eſſet ſi reuocaret confeſsionem, pro hoc allegabas
extra de iudi,c.at ſi clerici,quod capitulum nihil ad
hoc facit.& ſi rectè conſidero dixiſti expreſsè con-
tra Inno.quamuis eum pro te allegaui. Inno. enim
5 vult† confitentem non poſſe reuocare ſuam confeſ-
ſionem,ſed ſolum interpretari.Tu vis illud verum
niſi reuocet, ibidem aūt in ſecūda carta iuxta in pri.
referendo Obertum de Cremona doc.antiquū di-
cebas,quòd confeſsio extra iudicium facit ſemiple-
nè iudicium ad torturam per allegatam l.quęro in
fi.Item quòd facit ſemiplenā probationem per ean-
dem legem hæ ſunt ſcribentiū contrarietates tuum
perſpicaciſsimum indicium expectantes. Bartolus.
Inuoluta res eſt, ſed quæſo vos ambo attenti ex to-
to.puto enim noua quadam via omnia prędicta re-
ctè procedere,& ad concordiam poſſe reduci, præ-
terquam illud ſecundum tuum, tibi ipſi contrari-
um valde,in l. 1. C. de confeſ. in quo vehementer
erraſti. Aut enim cum confeſsione extra iudicium
concurrunt aliæ coniecturæ & veriſimilia veritatis,
& tunc facit probationem talis confeſsio contra
confitentem. Aut ſimplex eſt confeſsio ſine aliquo
veriſimili,& tunc facit ſemiplenam. primum pro-
batur per caſum valde not. non cauillando text. in
præallegata l.quęro §.fi. dicitur enim ibi quòd cre-
dendum eſt confeſsioni ſerui fugientis extra iudi-
cium factę corā honeſtis perſonis ſi pro ea alia in-
dicia non deficiunt. Ex quibus verbis ego intelligo
quo ad plenam fidem:quia † vbi fit mentio in iure 6
de fide vel probatione in dubio de plena eſt intel-
ligendum ff.de condi.& demon.l.Lucius. vbi ego
hoc notabam,& tenet hoc Gloſſ. expreſsè extra de
ſucceſ.ab inteſta.c.fi.& ff.de prob.l.1.& attendite,
quia ſi dicitur quòd ibi ſeruꝰ ille interrogatur vt te-
ſtis ad præiudicium venditoris, non autem vt pars
ad proprium præiudicium ipſius confitentis reſpon
deat quia de hoc curandū non eſt,quia vera eſt con-
feſsio illa, & in facto proprio principaliter, quam-
uis conſequenter reſultet in præiudicium vendito-
ris.& hoc Gl.ſentit in l.quęro §.fi.† & eſt caſus ex- 7
preſſus ff.de proba.l.cum probatio. ibi, in ſe enim
interrogari nō pro domino aut inter dominum vi-
detur & ibi Glo. ſecunda ſentit in verſ.in ſe præte-
rea hoc oſtenditur euidenti ratione, eum enim di-
ctum teſtis ſoleat neceſſario exquirere iudicij figu-
ram , nihil proſunt veriſimilia, vt plenè probaui-
mus ſupra hoc tit.lib.3.4.5.capitulis, certè neceſſe
eſt dicere quod in illa l.quæro §. fi. fuerit confeſsio
non atteſtatio.Pręterea quod magis eſt ſi ſine veri-
tate in iudicio diceremus omnino eſſe atteſtationē,
tamen cum atteſtatio extra iudicium iunctis veriſi-
milibus faciat plenam fidem quę exquirit iudicij fi-
guram, vt C.de teſti.l.ſolam. Fortius confeſsio cū
veriſimilibus faciet etiam fidem, quia† confeſsio ſui 8
natura non requirit iudicium ſed eſt fulcita alijs ne-
ceſſarijs adminiculis C.de nō nu.pec.l. generaliter
in fi.cum ſimilib.Si autē diceretur ꝙ in illa.l. quæ-
ro non tractabitur de crimine, & ſic non erat con-
feſsio in criminalibus, de qua quęrimus. Clarè re-
ſpondeo ꝙ imò tractatur ibi de crimine ſerui confi
tentis, id eſt, de eius fuga, quamuis enim ciuiliter ibi
de non prę iudicio agitaretur,& hoc nullus negaret,
deinde ſi hoc eſt in ciuilibus, igitur idem in crimi-
nalibus, vt ff.de pœnis l.abſentē, & infra ſubdetur,
probatur &c. Secundo ſententia eadem per alium
caſum expreſſum in terminis proprijs, iunct Gloſſ.
quamuis non ſic ab alijs ponderetur in præallegata
l.capite quinto in fi.ſecundum vnam lect.meliorē,
nam ibi reus confitetur teſtibus adhibitis qui audi-
ant talem confeſsionem,& tamen ibi Glo. quærens
ad quid proſit talis confeſsio in vno intellectu quē
omnes ſequuntur dicit, quòd ex tali confeſsione
reus poterit ad torturam poni, & ſtabitur tali con-
feſsione factæ in tortura propter extraiudicialem
confeſsionem præcedentem, cum alias non ſtare-
tur.Ex hoc enim meo iudicio colligitur quòd pri-
ma † confeſsio extra iudiciū faciebat plenam proba 9
tionem contra reum,quia aliàs nō ſic cogeretur per-
ſeuerare, nec ſtaretur illi confeſsioni factę in tor-
tura, vt ff.de quæſtio.l.1.§.de quęſtione & §. ſi quis
vltro.& ego ipſe notabam eo.ti.in l.fi.iuxta pri. vt
eſt ſupra relatum. Et ſi dicat quæ veriſimilia con-
currebant pro confeſsione extra iudicium in d. l.
capite quinto. Reſpondeo quòd tibi concurrebat
partis præſentia, cuius intererat adulterium cōfiteri
ſe eſſe in adulterio deprehenſum, & etiam cauſæ

con-

confeſsionis expreſsio. nam ibi debet eſſe præſens
confeſsioni maritus, vel pater extra iudicium vnà
cum teſtibus, & requiritur quòd ille reus deprehen-
ſus apponat cauſam in confeſsione quare captus eſt,
ſcilicet propter adulterium, vt ibidem ego etiam no
tabam in meo commento, & hoc ſingulariter in-
ducit text. ille quòd partis præſentia & cauſa faciat
in criminibus confeſsionem extra iudicium eſſe ve-
riſimile, quod eſt notabile. Tertio probatur quia
10 † validum eſt argumentum de ciuilibus ad crimi-
nalia, vt notat Gloſſ. quam quidam dicunt ſingu-
larem in l. 1. in verbo, poſt motam C. de his quibus
11 vt indignis facit. ff. de pœ. l. abſentem. Sed † in ciui-
libus partis præſentia & cauſæ confeſsio & expreſsio
reddunt confeſsionem veriſimilem ad perficiendã
plenam fidem C. de non nu. pe. l. generaliter in fin.
ff. de proba. l. cum de indebito. §. fi. extra de fide in-
ſtru. c. ſi cautio cum concor. Et pro hoc quòd ſta-
tutum in ciuilibus extendatur ad criminalia quan-
do eſt eadem ratio videtur eſſe caſus not. in l. cum
mulier ſo. ma. ſecundum doc. facit. ff. de pœnis l.
abſentem, & quod not. Gloſſ. ff. de pub. iudi. l. in-
ter accuſatorem. Item pro hoc not. alia Glo. nota-
tur in c. 1. de tempo. ord. li. 6. quæ dicit quòd vbi eſt
eadem ratio penitus ac omnimoda ſimilitudo, tũc
lex etiam pœnalis & odioſa extenditur, allegatur
12 etiam Gloſſ. quòd fit † extenſio etiam in exorbitan-
tibus propter omnimodam ſimilitudinem in l. cõ-
ſtante, in princ. ſolu. matri. & odioſa trahitur ad a-
liud quamuis odioſa, aliàs ſit reſtringẽda, vt in re-
gula iuris odioſa, libro ſexto. Quarto ibidem pro-
13 batur, quia † vbi de publico fauore tractatur etiam
lex prohibitiua & pœnalis extenditur à paritate ra-
tionis, vt eſt text. not. in l. cætera §. hæc ſenatus non
tamen ad ędes ff. de leg. primo. & ff. ad Syll. l. ſi quis
in graui §. vtrum & §. hi quoque. Cõſtat enim quòd
14 in iure Canonico tractatur de publico fauore, † quia
publicè intereſt ne delicta remaneant impunita, vt
ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus ff. de pœnis l. aut fa-
cta in fi. & quia non eſt anguſtanda probationis co-
pia vt C. de hæret. l. quoniam. Quinto apparet ibi-
15 dem optima ratione, quoniam † confeſsio facta co-
ram competenti iudice qui inquirit eſt veriſimilis,
& probat plenè, extra de iudi. c. at ſi clerici. ff. de
16 confeſ. l. 1. C. eo. tit. l. 1. extra eod. tit. c. fi. Sed † vbi
competens iudex ex officio inquirit, ipſe ſuccedit
in locum partis deficientis vt ff. de cuſtod. reorum.
l. diuus, ergo idem in confeſsione facta coram ipſa
parte, & argu. pro hoc ff. qui ſatiſdare cogan. l. ſi ve-
ro §. qui pro rei qualitate. Sexto pro his omnibus
extra de ſucceſſ. ab inteſta. c. fi. & de appell. c. 1. vbi
17 † coniunguntur actus diuerſi ad plenam probatio-
nem. Septimo in ſimili ad idem ego ipſe notabam.
C. de agric. & cenſi. l. cum ſcimus libr. 11. per illum
textum de duabus cõfeſsionibus extraiudicialibus
quòd ſimul iunguntur vt æquiualeant vni confeſ-
ſioni factæ in figura iudicij. Ludouicus. Singulare
& notabile tuum illud dictum Moderni omnes pu
tant. Bar. Octauo ad idem eodem modo quod no.
18 Gl. elegans 2. q. 5. c. ſi quis iratus † de confeſsione fa
cta per iracundiam, quod licèt vnita non teneat, ta-
men geminata tenet. vnde videtur quòd confeſſus
in ſua confeſsione perſeuerare teneatur, & coniun-
guntur actus hi duo quod ipſum quærentes in plu-
ribus inuenire poſſemus, tractauiq; viuens hęc quan
do diuerſa coniungantur ad perfectam probationẽ
plenius in l. admonendi ff. de iureiura. in meo com
mento circa medium. Iamque conſtat per hoc ſatis
probatum primum membrum noſtræ deciſionis.
Bald. Dic quæſo mi præceptor ſi † confeſsio extra 19
iudicium veriſimilibus facit plenam probationem,
quare eſt hoc quòd cogitur perſeuerare, mirum eſt
enim quòd non condemnetur ex ea ſi facit plenam
probationem. Barto. Ratio in promptu eſt, quo-
niam † probationes debent fieri in iudicio & non 20
extra, nec poteſt quis ex dictis extraiudicialibus
damnari, vt aperit Gloſſ. in l. ſi filium, & in l. iube-
mus C. de li. cau. & per Innoc. extra de accuſ. c. qua-
liter, & quando, & ego ipſe tractabam. ff. de cuſto.
reo. l. ſi confeſſus facit C. de agri. & cenſi. l. cum ſci-
mus in verbo non ſolis confeſsionibus, & in l. 1. in
fi. ibi, apud iudices ff. de interroga. acti, nec dicas quod
ad hanc probationem fiendam poſsint teſtes recipi
in iudicio qui probent illam confeſsionem ſine tor
tura, vt C. de non nu. pe. l. generaliter cum concor.
quia illud locum habet in cauſis ciuilib. † in quibus 21
cum prohibita ſit tortura exceptis certis caſibus vt
habetur C. de quæſtio. l. 1. & ff. eo. ti. l. diuus per to-
tum titulum, certè ſatis eſt probatio illa iudicialiter
facta, in criminalibus aũt tortura iudici conceditur
etiam poſt probatã primam confeſsionẽ per teſtes,
vt ad maiorem fidem adducatur, vt dicta l. capite
quinto, & ibi not. † facit l. ſciant C. de proba. in ra- 22
tione dum dicit quòd in criminalib. clariores pro-
bationes requiruntur quàm in ciuilibus. Similem
quoque differentiam inter criminalia & ciuilia ha-
bemus in alio caſu † quanquam confeſſus in ciuili- 23
bus ante lit. conteſta. pro condemnato habeatur, vt
C. de confeſ. l. 1. & ff. eo. ti. l. certum §. fi. ff. de iud.
l. ſi debitori, tamen non ſic in criminalibus, † quia 24
in eis ſemper proceſſus ac ſententia poſtulatur, vt
eſt caſus in pręallegata l. ſi confeſſus, & ibi notabam
C. de confeſ. l. 1. & vtrobique per Gloſſ. vtriuſque
fortaſſe vlterior ratio eſt, quia quamuis quilibet ſit
dominus rerum ſuarũ, vt C. manda. l. in re manda-
ta, tamen non ſic eſt dominus membrorum ſuorum
& perſonæ ſuæ, de cuius cruciatu ac pœna in crimi-
nib. agitur, vt ff. ad l. Aquil. l. liber homo. † quod 25
non contingit in iudice qui miniſter eſt iuſtitiæ, vt
ff. de origine iuris l. 2. §. poſt originem, inferoque
vobis ex præcedentibus nouiſsimum correlarium,
quòd quamquam generaliſsima practica ſit omni-
um aſſeſſorum, quòd omni caſu faciant rerum con-
feſſum in tormẽtis præcedentibus legitimis indicijs
ratificare eius cõfeſsionem coram tribunali tempo-
re quo ceſſat metus tormentorum, propterea quòd
† confeſsioni factæ in tortura non poteſt ſtari vt ff. 26
de appel. l. nõ tantum & ff. de quæſtio. l. 1. §. diuus,
& §. quęſtioni & §. ſi quis vltro. cum concor. tamen
illa ratificatio non eſt ſemper neceſſaria, vt puta
quando præceſsit confeſsio extra iudicium veriſi-
milibus ſuffulta, quę facit plenã probationẽ, quam-
uis ſi fuiſſet ſola confeſsio ſine vllo veriſimili, vel
ſi præceſsiſſet aliud indicium ſufficiẽs ad torturam,
quod facit ſemiplenam probationem, tunc enim
bene eſſet neceſſaria practica illa, vt apparet ex ſe-
quentibus, & hoc dicemus quod ad iuris neceſsitatẽ,
ad cautelam autem bene fatemur conſultiſsimum
eſſe

eſſe habere hanc iteratã confeſsioné præcipuè quo-
niam vtilis eſt hæc ratificatio coram tribunali pub-
licè facta ex interuallo temporis poſt primam con-
feſsionem, ad hoc vt confeſſus nullatenus appella-
re poſsit, vt notatur ff. de cuſto. reorum. l. 2. Porro
27 † ſine hac ratificatione poſſet confeſſus prouocare
& intelligeretur appellando eius confeſsionem re-
uocare, vt not. ff. de appel. l. creditor. §. iuſſus. Lu-
douicus. Balde tu hoc idem de appellatione nota-
bas. ff. de confeſ. l. vnica. Bartol. Secundum au-
28 tem quòd † ſine veriſimilibus confeſsio extra iudi-
cium faciat ſemiplenam probationem, vt mihi vi-
detur, optimè etiam probatur ex dictis ſupra, ſi e-
nim confeſsio extra iudicium Innctis veriſimilibus
faciet plenam, ergo illis detractis faciet ſemiple-
nam, vt probatur in præallegata l. quæro §. fin. & in
præallegata l. capite quinto, & facit optimè extra de
ſucceſ. ab inteſt. c. fi. & de appel. c. 1. & Gl. expreſsè
in l. admonendi ff. de iureiuran. vbi ego ipſe nota-
bam & in l. in bonæ fidei C. eo. titu. dum dicitur ibi
quod ſi duo teſtes faciunt vnam plenam, ergo vnus
facit ſemiplenam. Pro huius quoque intellectu at-
tendite iterum. interdum enim eiuſdem generis
coniunguntur ad elidendam probationem perfe-
ctam, vt puta duo teſtes, & hoc caſu nulli dubium
eſt quòd quilibet eorum ſeparatim facit ſemiplenã,
vt no. in d. l. admonendi & in d. l. in bonæ fidei. in-
terdum coniunguntur duo diuerſi generis ad di-
ctum finem, & hoc eſt ſubtiliter conſiderandum
quòd nonnunquam vtrunque ſeparatè poſitum ſui
natura aſſerit aliquid explicitum. vt puta vnus teſtis
aſſerens aliquid & fama idem confirmans in caſibus
29 tamen in quibus fama facit † ſemiplenam, de quo la
tè ſcripſi. ff. de quæſtioni. l. de minore §. tormenta,
in vltima quæſtione, & etiam idem eſt dicendum
vt quilibet ſeparatim faciat ſemiplenam, vt extra de
appella. c. 1. & no. ff. de teſti. l. 3. §. eandem quoq;.
aliquando etiam vtrunq; ſeparatè poſitum non aſ-
ſerit modo prædicto aliquid explicitum, ſed alte-
rum tantum illorum coniunctorum ponit, & alte-
rum coniunctum adminiculatur ſeu confirmat ad
perfectam probationem. exemplum in confeſsio-
ne extra iudicium cum cauſa parte præſente, quia
confeſsio extra iudicium cum cauſa aſſeruit partis
autém præſentia nullo alio adiuncto nihil dicit, &
tamen adminiculatur confeſsioni vt ſecum coniun
cta faciat dici perfectam probationem, vt ff. de con-
feſſ. l. certum §. ſi quis abſente & ff. de interrog. a-
ctio. l. fi. cum concor. & hoc caſu concludéda ſunt
multa quæ dici poſſunt quòd his duobus inſepara-
tè conſideratis, illud quod affirmat facit ſemiple-
nam vt dicta l. fin. illud autem quòd nihil dicit ne-
30 que in ſe ponit, nihil operatur † vnde confeſsio ex-
tra iudicium cum cauſa de per ſe conſiderata facit
ſemiplenam quanquam præſentia partis nullam fa
ciat ſine coniunctione, vt C. de proba. l. inſtrumen
ta, quamuis prima facie hoc iudicatur durũ, & con-
tra regulam meam quam poſui in d. l. admonendi,
vbi dixi quòd duo aſſumpta ex probatione diuiſa
faciunt quodlibet de per ſe ſemiplenam, eſt neceſſe
quòd vtrunque ſit æqualis potentiæ, ſecus ſi vnum
ſit potentius altero, ex quo dicebam non eſſe bo-
num argumentum hoc, dictum teſtis & iuramẽtum
faciunt plenam probationem, ergo alterum conſi-
deratum facit ſemiplenam: quia inramentum † in- 31
ſeparatè conſideratum nihil ponit. Sed non eſt con-
tra, quia illud verum, vbi quæritur elici ſemiple-
nam ex vtroque ſeparatè, aliud ſi ex altero tantum,
quia affirmat, vt eſt in noſtro caſu, & pro hoc quod
ego ipſe notaui in d. l. admonendi dum dixi quòd
† dicta teſtium examinatorum inter alias perſonas 32
facinnt fidem ſemiplenam contra alium, ſi nõ poſ-
ſunt de nouo examinari: ar. l. à ſententia ff. de ap-
pella. Si enim adiungetur identitas perſonarũ nulli
dubium, quin faceret plenam fidem, vt ff. de teſt. l.
vbi numerus cum ſimili, & tamen detracta identi-
tate perſonarum identitas in ſeparato conſiderata
nihil dicit, nec aliam ſemiplenam facit, pro hoc e-
tiam aliud verbum meum in eadem l. admonendi.
† vbi dixi quòd ſi reperiuntur dicta teſtium, nec re- 33
peritur inramentum nec poteſt aliquid parti impu-
tari, creditur talibus teſtibus ſemiplene. ar. no. per
Innoc. extra de offi. deleg. c. cum in iure peritus, &
tamen ipſum iuramentum de per ſe conſideratum
non facit vllam ſemiplenam. Item pro hoc quod
no. Specu. in titulo de confeſſ. verſ. ſed nunquid in
§. nunc dicendum, vbi dicit quòd † confeſsio ex qua 34
cunque cauſa facit plenam probationem, vt ff. de
proba. l. cum de indebito §. fi. extra de fide inſtru. c.
ſi cautio, cum concor. ſine cauſa illa facit ſemiple-
nam, & tamen conſtat quòd ſola cauſa conſiderata
ſine vlla confeſsione aliam ſemiplenam non face-
ret, quia de ſeipſa nihil dicit. Sicq; euidenter ex his
colligitur quod ſimplex confeſsio extra iudicium
ſine veriſimilibus ſemiplenam faciet probationem,
quamuis veriſimilia non ſemper faciant probatio-
nem ſemiplenam. Ludouicus. Pro dicto illo Spec.
ego allegabam caſum. C. de proba. l. inſtrumenta,
vt ſcripſi in l. admonendi. Barto. Sequitur quoque
ex præmiſsis omnibus veritas alterius membri no-
ſtræ deciſionis. Ludouicus. expectes quæſo, quęſi-
uiſti nuper à me quid ſenſerint Moderniores qui
poſt mortem ſurrexere tuam, in hoc articulo, quid
† operetur confeſsio in criminibus extra iudicium, 35
retuli illorum ſententias, poſtea in tui elegantioris
ſermonis diſcurſu cognoui nullam eſſe vim aut dif-
ferentiam inter cõfeſsiones criminalium cauſarum
& ciuilium, ſunt autem & circa ciniles confeſsiones
extra iudiciũ exercitationes quædam, maximè con-
tra illud quod aſſeris confeſsionem extra iudicium
parte abſente inducere ſemiplenam ad obligãdum.
Barto. profer omnia in medium. Ludouicus. Tu
Bar. narrabas in ſolemni commento l. admonendi,
poſt confeſsionem abſente parte emanatam indu-
cere ſemiplenam per l. capite quinto ff. de adul. de-
inde ſubdebas paulò pòſt loco quod vnus teſtis &
confeſsio facta parte abſente tanquam ſint duæ ſe-
miplenæ diuerſi generis in idem tendentes coniun-
gendæ ſunt ad habendam plenam probationem per
tex. extra de ſucceſſ. ab inteſta. c. fin. vbi dicebas eſſe
caſum. Bal. autem hoc dicebat in l. in bonæ fidei.
C. de rebus credi. ſententiam tuam iure non proba-
ri, quia in illa l. capite quinto confeſsio iuncta erat
cum alio veriſimili, ſcilicet ratione loci vel tempo-
ris. Eodemque modo reſpondendum dicebat ad
tex. ff. de ædil. edic. l. quæro §. fi. & ad tex. c. de ſuc-
ceſſ. ab inteſta. nihil dicebat, & eandem ſententiam
ſequebatur dominus Bar. de Saly. in l. admonendi,
quam-

quamquam de Bald. mentionem non faciat, plus
etiam dicens quòd iure probatur quòd cóſeſsio ab-
36 ſente parte non faciat ſemiplenam, quia lex dicit †
confeſsionem abſente parte non probare ff. de con-
ſeſ. l. certum §. ſi quis abſente, nec enim ibi diſtin-
guitur inter plenam & ſemiplenam, vnde nec nos
diſtinguere debemus: ar. ff. de publi. l. de pretio, &
quia indefinita poſita in illo §. ſi quis abſente, æqui-
pollet vniuerſali ff. de leg. 2. l. ſi pluribus, cum ſi-
milibus dicebat. non obſtare Gloſſ. in l. cap. 5. quia
non dicit quòd faciat ſemiplenam, ſed quòd faciat
indicium, quod indicium eſt minus quàm ſemiple-
na probatio, vt no. Gloſſ. ff. de proba. l. cum pro-
batio. Eandem etiam ſententiam quanquam vere-
cundè coram te ipſo Bart. enarrarē, ſequebarq; ego
ibidem dicens, quòd in illa l. capite 5. confeſsio e-
manauerit incidenter parte abſente, & ideo ſolum
indicium facit, non autem probationem plenam,
neque ſemiplenam probationem, & ideo quæ dixi
dum probarem tuam intentionem neque quen-
quam reperi qui illud ſequatur quòd confeſsio ex-
tra iudicium faciat ſemiplenam, excepto domino
Nicol. de Sicilia, qui tuam ſequitur auctoritatem,
dicitque ſententiam tuam memoriæ commendan-
dam in præallegato c. fi. de ſucceſ. ab inteſta. quan-
quam ille ſubiungat per capitulum illud nó proba-
ri, quia ibi confeſsione facta extra iudicium affuit
partis præſentia, ſcilicet Abbatis de quo ibi expri-
mitur. tuum ergo erit ſi placet aliquid ad hoc ipſe
referre. Bart. Mirandum eſt profectò de his om-
nibus contradicentibus. nulla & enim iure ratione
aut veritatis fulciuntur. itaq; notandum eſt id quod
37 latius proximè diximus. ſ. † confeſsionem extra iu-
dicium ſiue in criminalib. ſiue in ciuilibus cum ve-
riſimilibus facere plenam fidem, probariq; hoc per
dictam l. quæro §. fi. ff. de ædil. edi. & dicā in l. cap.
5. Item notandum eſt, quia vt etiam probauimus
partis præſentia & cauſæ confeſsionis expreſsio faci
unt hic veriſimilia, vt eadem l. capite quinto dem-
ptis his igitur veriſimilibus eorum, ſcilicet altero,
vt puta, præſentia partis vel cauſa cur non id quod
ſupereſt non faciet ſemiplenam, clarè inferūt quòd
ſine illis faciet ſemiplenam, nec enim alio modo
iura exprimunt de ſemiplenis probationibus, quia
nomen iſtud magiſtrale eſt, de quo in legibus men-
tio ſpecifica non inuenitur per aliam viam. Ludo-
uicus. Tu Bald. hoc aſſeris in illa l. in bonæ fidei.
Bart. Simile habemus in alio caſu, ſcilicet in con-
feſsione ſine cauſa. nam. l. non dicit eam facere ſe-
miplenam expreſſe. ſed dicit quòd ſine alijs admi-
niculis non ſufficit ad probationem. C. de proba. l.
inſtrumenta domeſtica. quod tamen verbum om-
nes interpretantur, vt demptis illis adminiculis re-
maneat ſemiplena, vt ſupra extitit relatum. Simi-
liter etiam ſi bene conſideretur in omnibus caſibus
in quibus doctores dicunt aliquid facere ſemiple-
nam quòd ipſum percurrere ſatis longum eſſet. In
his enim nó exprimit lex quòd faciat ſemiplenam,
ſed magiſtrali conſideratione hoc perceptum fuit,
nec curo Balde de eo quod dicis quòd in l. quæro §.
fin. & in l. capite quinto, concurrebant veſimilia
temporis vel loci: quia vt prædiximus illa iura pro-
bant quòd confeſsio extra iudicium cum veriſimi-
libus non facit plenam probationem, & ad illam
corroborandam tendit temporis vel loci ſimilitu-
do. Nos quærimus hic de confeſsione cum cauſa
parte abſente † vel parte præſente ſine cauſa vel de- 38
ficiente alio veriſimili, & ſic nil ad propoſitum eſt
ratio tua. Præterea, vt nuper ex relatu Ludouici
percepi tu ipſe firmaſti in l. C. de confeſſ. hanc fa-
cere ſemiplenam, cur ergo à proprio tuo dicto ſine
cauſa vlla vacillas. nec curandum eſt de illa. d. Bar.
de Saly. ridicula ratio quare lex dum dicit aliquid
non probare intelligenda eſt ſemiplenè, de qua ple-
na in dubio lex loquitur. ff. de condi. & demon.
l. Lucius. & not. per Gloſſ. extra de ſucceſſ. ab in-
teſt. c. fi. ſicuti quando dicit vnum teſtem non pro-
bare: vt. C. de teſti. l. iuriſiuran. in fi. intelligi etiam
debet ſemiplenè: quoniam ſemiplenè ꝓbat vnus te-
ſtis ſine dubio: vt no. C. ad. l. Iul. ma. l. ſi quis alicui.
ff. de quæſtio. l. maritus & hoc nullus negaret, di-
ſtinguiturque hac via multoties lex etiam indefini-
tè loquens ſuggerente ratione vel lege: vt no. ff. de
publi. l. de pretio. per Gloſſ. ff. de iure pa. l. adige-
re. §. quamuis. cum concor. nec iterū eſt de eo quod
tu ipſe dicebas Ludouice: quia quādò. l. capite quin
to. non probaret, tamen alia iura probant, vt ſupra
dictum eſt. Sed non eſt verum quòd confeſsio ibi
emanauerit incidenter: quia imò principaliter. non
enim ad alium finem magis principalem teſtes ibi
adhibentur, niſi vt audiant captum confitentem ſe
captum ex cauſa adulterij, vt poſtmodum teſtifi-
cari poſsint ſuper hac confeſsione, vt ibi exprimi-
tur in Gloſſ. Et notate diligenter quòd † quam- 39
uis locus & tempus perfectam probationem etiam
augmentent, tamen ipſis detractis ipſam probatio-
nem debiliorem non faciunt. vnde confeſsio extra
iudicium abſente parte, vel ſine cauſa, etiam ſine il-
lis qualitatibus temporis ac loci facient ſemiple-
nam. Item ſine qualitatibus eiſdem cum partis præ-
ſentia, & eam faciet probationem plenam, vt ſupra
demōſtratum eſt. Ad illud Nicolai de Sicilia quod
dixit circa. c. fin. de ſucceſſ. ab inteſta. clare dico,
quòd quanquam text. ille non loquatur in confeſ-
ſione extra iudicium parte abſente, tamen loqui-
tur de confeſsione extra iudicium quæ emanauit
incidenter propter aliud ſecundum verum intelle-
ctum ſatis verum ac communem. Ludouicus.
Hunc intellectum ſequitur ipſe Nicolaus Siculus
& multi alij. vnde ſicut dicitur quòd confeſsio in-
cidenter emanata faciens ſemiplenam coniungi-
tur cum dicto vnius teſtis, quæ eſt probatio diuer-
ſi generis ad idem tendens, vt ibi eſt caſus, eo mo-
do pari ratione coniungendus eſt vnus teſtis cum
confeſsione abſente parte, & hoc modo à ſimili ar-
guendo probat text. ille intentionem meam, ad
quam illum textum allegabam in d. l. admonendi.
denique poſt prædicta confeſsio extra iudicium
parte præſente ſine cauſa facit ſemiplenam, & hoc
nullus negat, cur ego non idem in confeſsione ex-
tra iudicium parte abſente cum cauſa, da rationem
differentiæ Balde ſi potes. Bald. dic mi præce-
ptor nonne licet confeſsio extra iudicium faciat ſe-
miplenam probationem, tamen indicium † vel ve- 40
riſimilitudo minora ſunt ſemiplena probatione vt
not. Gloſſ. ff. de proba. l. cum probatio. ex quo
videtur neceſſario dicendum ex duobus contrarijs
alterum contra deciſionem tuam, ſcilicet aut con-

feſsionem extra iudicium etiam cum veriſimilibus
non facere plenam probationem : quia veriſimilia
non ſunt æqualis potentiæ cum confeſsione, aut ſi
faciunt non remanere ſemiplenam ſed maiorem
ipſis veriſimilibus remotis. Bartolus Medullas
nunc tetigiſti noſtræ quæſtionis, igitur reſpondeo
quòd illud de indicijs dictum verum eſt in indicijs
remotis non in indicijs proximis. nam vt ego ipſe
ſubtiliter notabam. ff. de quæſtio. l. fin. indicio-
rum duæ ſunt ſpecies quædam indicia ſunt remota:
vt quòd quis malæ conditionis & famæ, conſuetus
furari, & his ſimilia. Et horum alterum licet faciat
aliqualem ſuſpicionem contra reum, tamen non
ſufficeret iudici ad plenam probationem, neque ad
inquiſitionem, & in his eſt vera gloſa quam tu ipſe
allegabas. Aut ſunt iudicia proxima: & in his non
eſt vera Gloſſ. illa : quoniam ex his vnum tantum
facit ſemiplenam probationem quod apparet: quia
vnus teſtis facit indicium non remotum ſed proxi-
41 mum, vt notabam in dicta l. fin. & tamen † vnus te-
ſtis facit ſemiplenam probationem, vt no. per Glo.
ad l. Iul. ma. l. ſi quis alicui ff. de dote prælegata.
l. Theopompus. & facit etiam quod ego ſcripſi. ff.
de quęſtionibus. l. maritus. ſicq́ue intelligitur quod
dictum eſt de confeſsione extra iudicium ſine veri-
ſimilibus. Bald. Elegans hoc dictum eſt. Barto.
Nunc eſt reſpondendum ad dicta Doct. ſupra rela-
ta. dicimus enim eorum concordiam ex prædictis
apparere. nam quamuis Innocen. dixerit ſimplici-
ter confeſſum coram incompetenti iudice, ſeu ex-
tra iudicium non admitti ſi dicat contrarium co-
ram competenti, tamen illud verum, vbi pro prima
confeſsione concurrunt veriſimilia. ſicuti tu Bald.
eum ſaluando hodie rectè intelligebas. ratio eſt,
quòd talis extraiudicialis confeſsio facit plenam
probationem, vt iam eſt dictum. Item licet ego ipſe
in dicta l. fin. in princ. ff. de quæſtio. dixerim ſim-
42 pliciter quòd † iudex habens confeſsionem vel alia
indicia contra reum, non debere eum cogere ad
perſeuerandum, tamen illud verum: quando plura
indicia remota concurrunt contra reum, vel quan-
do vnum indicium proximum tantum concurrit,
non autem plura, & ſic quando concurrit ſemiple-
na, non autem plena probatio, vt ex præcedentibus
apparet. Ludouicus. Verè notabile eſt hoc quod
dixiſti: quoniam cæteri doctores non rectè intelli-
gunt illud dictum tuum. Bartol. Item quamuis
dixerim in l. capite quinto. quòd confeſsio extra
iudicium non facit plenam, tamen illud intelligen-
dum eſt de illa plena quæ ſufficiens eſt ſine alia tor-
tura: vt in ciuilibus. plenam autem ſufficientem ad
torturam & condemnationem fiendam ex ſola tor-
tura ſine alio inducio, vt probatum eſt. ſicq́; intel-
ligatis verba mea. Item licet Obertus de Cremona
relatus per te Baldum dixerit ſimpliciter confeſ-
ſionem extra iudicium facere ſemiplenam, vt ego
ipſe ſenſerim in præallegata. l. capite quinto. dum
43 dixi quòd † facit indicium, illud eſt verum veriſi-
milibus ceſſantibus ſic: quia habemus prędictorum
omnium concordiam. colligemusq́ue ex præmiſ-
ſis omnibus breuem hanc concluſionem quòd in-
terdum apparet ſimplex confeſsio extra iudicium
ſine aliquo veriſimili & tunc facit ſemiplenã con-
fitentem, id eſt, indicium ſufficiens ad torturam
moderatam & inquiſitionem. interdum concur-
runt veriſimilia, & tunc facit plenam probatio-
nem, ideo quòd præcisè cogi poteſt confeſſus ad
perſeuerandum in tortura vt condemnetur, quam-
uis nec ego viuens, nec alij ſic dixerunt. Ludouicus.
Mirabilia quidem hæc, & alijs incognita ſunt, erra-
uitque vehementer in prædictis dominus Nicolaus
de Sicilia in c. at ſi clerici. extra de iudicijs, vbi di-
uerſo modo conſiderauit.

SVMMARIVM.

1 Dictum teſtis ſine iuramento extra iudicium an habeat vim confeſsionis extra iudicialis quantum ad teſtem.

2 Dicto vnius teſtis non datur plena fidei.

3 Teſtis vnus facit indicium ſolenne ſufficiens ad torturam, ſi integer ſit, & legitimè receptus, ac omni exceptione maior.

4 Confeſſus in facto proprio in tormentis pœnitere poteſt.

5 Teſti torto plus creditur quam non torto.

6 Actio ex confeſsione propria oritur, non autem ex confeſsione teſtium.

7 Confeſsionem propriam quãdo ex interuallo quis reuocare poteſt.

8 Teſtis dictum ſuum non poteſt corrigere, niſi incontinenti.

9 Intellectus ad l. generaliter. C. de non num. pecunia.

10 Intellectus ad c. cum ſuper, de confeſsis.

11 Dictum teſtis extra iudicium an habeat naturam confeſsionis, extra iudicium quantum ad teſtem.

12 Intellectus ad c. ſicut nobis. de teſtibus.

13 Depoſitio extraiudicialis præcedens non habet aliam contrariam.

14 Depoſitio nihil habens contrarietatis plus probat, quã quæ contrarietatem habet.

15 Confeſsioni teſtis extra iudicium pro qua veriſimilia concurrunt ſtatur contra teſtem, vt ab ea recedere in iudicio non poßit, quin de falſo puniatur.

16 Intellectus ad c. literas. de præſumptionibus. & num. 17. & 18.

17 Acta iudicij quæ neceſſariò requirunt ſcripturam, regulariter per teſtes probari non poſſunt.

18 Condemnari an quis debeat de cauſa graui criminis, & ex præſumptione vehementi

19 Intellectus ad c. per tuas. de probationibus. & nume. 20. cum ſeq.

20 Venire quis non debet contra eius aſſertionem.

21 Cauſa filiorum quamuis regulariter eadem videatur idemq́; matris, tamen quandoque mater teſtificatur in cauſa matrimoniali.

22 Metus teſtem falſum non excuſat.

23 Effectus quos habet confeßio in facto proprio in criminalibus extra iudicium, eoſdem habet dictum teſtis in facto alieno contra iudicium quantum ad teſtem.

24 Perſeuerare non cogantur teſtes in iudicio coactione præciſa ſicut pars.

25 Teſtes ſi dixerunt vnum in ſummario iudicio, & poſtea contrarium dicant in plenario, quod dictum valeat.

26 Rationis diuerſitas iuris diuerſitatem inducit.

27 Superfluis vti non debemus.

28 Circuitus eſt euitandus.

29 Delinquentes an puniẽtur, quamuis actus ſint nulli quo ad alios.

30 Iuramentũ ſimplex ſine aduerſarij præſentia an probet

pro

pro confeſsione veriſimilia concurrere, ita quod confeſſo plenum præiudicium inducat.

31 *Minus operatur confeßio extra iudicium, quàm in iudicio.*

32 *Contrarijs duobus poſitis vel incompaßibilibus iuramentis, impoßibile eſt alterum non eſſe falſum.*

33 *Periurus indiſtinctè à teſtimonio repellitur.*

34 *Iurans vnum extra iudicium, poſtmodum in iudicio productus aſſerit oppoſitum, an de falſo puniatur. & num. 35.*

36 *Iuramentum illicitum an ſeruandum.*

37 *Peccare ſemel minus eſt malum, quam bis.*

Capitulum ſeptimum an dictum teſtis extra iudcium habeat ſaltem vim confeſsionis quantum ad teſtem.

1 BALDE non putas dictum † teſtis extra iudicium ſine iuramento vim habere ſaltem confeſsionis extraiudicialis quantum ad teſtem.

Bald. Ad iſtud etiam quod noſtræ rei quomodo conferre poſsit non video.

Bart. Dicas velim omnino quid ſentias. Bald. Nihil arbitror commune habere confeſsionem cum dicto teſtis: nam confeſsio emanat in facto proprio, atteſtatio autem in facto alieno, & quidem in multis differunt hæc duo. & enim confeſsio facta ſuper facto proprio, & cauſa propria ſolemniter facta etiam extra iudicinm valet & tenet, ſiue in criminalibus loquamur, vt tu nunc concludebas, ſiue in ciuilibus caſibus, vt C. de non nu. pecu. l. generaliter. in fi. ff. de proba. l. cum de debito. ad fi. extra de fi. inſtru. c. ſi cautio. cum ſimili. dictum autem teſtis extra iudicium in facto alieno eſt nullum, propter defectum perſonæ iudicij, vt iam ſupra eſt probatum. Item confeſsioni propriæ extra iudicium ſolenniter factæ ſtatur quo ad plenam fidem contra confitentem & ſic creditur dicto vnius.
2 dicto † autem vnius teſtis fides plena non datur, vt ff. d teſti. l. vbi numerus. C. de teſti. l. iuriſiurandi. Item confeſsioni ſimplici extra iudcium non ſolenniter emanatæ ſtatur quantum ad ſemiplenam, ſeu indicium ſufficiens ad torturam, vt tu etiam nunc dicebas. Dico autem teſti extra iudicium nunquam aliqua fides adhibetur, etiam quo ad indicium: quia
3 illud quod dicitur † quòd vnus teſtis facit indicium ſolenne ſufficiens ad torturam: vt not. Gloſſ. C. ad l. Iul. ma. l. ſi quis alicui. & tu ipſe notabas. ff. de quæſtioni. l. fin. eſt verum in teſte integro, & legitimè recepto, & omni exceptione maiori, & eſt caſus notabilis. ff. de quæſtioni. l. marit⁹. vbi tu ipſe etiam hoc eleganter colligebas, & eo. ti. in l. 1. §. idē
4 Cornelio. Item quòd quamuis † in facto proprio quis ſit confeſſus in tormentis, vel metu tormentorum, tamen poteſt pœnitere. ff. de quæſtio. l. 1. §. ſi quis vltro. vbi tex. no. teſtis autem tortus non po-
5 teſt pœnitere quoniam † plus creditur teſti torto, quàm non torto vt hodie latè diſſeruiſti ſupra l. 1.
6 c. 2. Item: quia † ex confeſsione propria oritur actio vt no. Gloſſ. ff. de iureiuran. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſed cū de hęreditate. ſecus ex confeſsione te-
7 ſtium: vt no. ibidē. Item † quia confeſsionem ſuper facto proprio etiam ex interuallo quis reuocare poteſt dicendo ſe aliud credere, & credulitatis nouæ cauſam adducendo, & probato errore primę credulitatis. ff. de interroga. acti. l. de ætate. §. 1. & 2. notabas tu ipſe. ff. de confeſſ. in l. non fatetur. & C. de non nu. pecu. l. generaliter. non autem † teſtis poteſt 8
corrigere niſi incontinenti: vt extra de teſti. cog. c. præterea. quod ipſum declaraſti etiam hodie nobis ſupra li. 1. c. quarto. vbi etiam quaſdam alias differētias inter hos caſus dixiſti. hoc eſt Bartole quod ſentio. Bartol. Dic Ludouice non quicquam alij ſuper hoc ſcripſere, profer in medium quod habes. Ludo. Nihil profectò ſuper hoc ab alijs ſcriptum ſcio, peregrina excitatio tuo egens iudicio. Bartol. Pulchrè argumentatus es Bal. multum tamen deliraſti, aliàs deuiaſti à veritate. Quærebam enim à te an ſimplex dictum teſtis extra iudicium habeat vim confeſsionis, quantum ad teſtem tu putas non habere. Ego ſubtilius conſidero quòd quamuis talis depoſitio extra iudicium non ſit teſtimonium, neque confeſsio quo ad tertias perſonas, prout probant tuę rationes, tamē negari non poteſt quòd non ſit ſimplex confeſsio, & confeſsio extra iudicium quæ regulatur ſecundum naturam confeſsionis extraiudicialis quantum ad teſtem, quanquam hoc ipſum ſit nouum, & à nullo ſcriptorum noſtri iuris demonſtratum, & attende: quia intelligo de confeſſione facta in criminali cauſa: aliàs non congrueret terminis de quibus loquimur, & enim hęc confeſsio teſtis quantum ad ſe non cadit niſi in criminalibus. ſ. ex crimine falſi, quod obijcitur teſti in ſequenti dicto contrario, niſi fortè ciuiliter ageretur ad intereſſe contra teſtem quòd falſum dixit, quod fieri poteſt: vt ff. de falſis. l. qui nomine, tunc enim iudicaretur vt confeſsio in cauſa ciuili, vt ego ipſe notabam. C. de non nu. pecu. l. generaliter. in tertia quæſtione. pro huius † autem intellectu clariori eſt 9
pręmittendum, quòd hoc ipſum iudicant multa iura & auctoritates, vbi nos reperimus poſitum eſſe verbum confeſsionis non ſolum loquendo in confitente ſuper facto proprio, ſed in teſte deponente in facto alieno. Primo hoc aperit text. extra de probationibus. c. per tuas. ibi, cum nimis indignnm ſit ſua voce dilucidè proteſtatum. iuncta Gloſſ. paruula ibi poſita, quæ dicit confeſſus ſecundo. Idem aperuit Gloſſ. extra de præſumptio. capitulo literas. vbi text. loquitur de depoſitionibus teſtium, & tamen Gloſſ. ibi in verbo recognouit, exponit, id eſt, confeſſus fuit tertio per ter. C. de proba. l. non nudis. ibi, aſſeuerationibus, & ibi affirmationem. Ludo. Optimè: nam Bald. met. ibi exponebat, id eſt, confeſsionem. Bartol. Quartò per text. extra
† de confeſsi. c. cum ſuper. qui text. non loquitur in 10
parte confitente in facto proprio, ſed in teſte, ſecundum intellectum Gloſſ. Innocen. & Hoſti. & tamen tex. ibi dicit, iure confeſſus eſt. Quinto hoc iudicant verba mea. ff. de quęſtionib. l. pen. in prin. vbi depoſitionem teſtis appellabam confeſsionem. Idem quoque poſſemus quærentes in multis alijs locis inuenire. His præmiſsis videamus an † dictum 11
teſtis extra iudicium habeat naturam confeſsionis extra iudicium quantum ad teſtem, vt nunc dicebam. Et quidem ſicut ſimplex confeſsio rei extra iudicium ſuper crimine ſine alijs veriſimilibus facit ſemiplenam ſeu indicium ſufficiens quātum ad inquiſitionē, & torturam, vt dictum eſt nunc proxima quæſtione, ſic confeſsio ſimplex teſtis extra

iudiciú ſine alijs præſumptionibus contraria depo-
ſitioni ſuæ in iudicio, ſufficiens eſt ad inquiren-
dum contra teſtem de falſitate dicti iudicialis: vt
12 eſt caſus notabilis † pro hoc extra de teſti. c. ſicut
nobis. vbi ex dicto teſtis extra iudicium dicentis ſe
falsè tuliſſe teſtimonium inquiritur contra eum
de falſitate, apparet enim quod ibi fuerit depoſitio
extraiudicialis dum dicit priuatim. Ludouicus.
Facit quod no. per Ang. ff. ad Sill. l. ſi quis in gra-
ui. §. ſi quis moriens. Bartolus. Nec curo quia tex.
ille loquitur in depoſitione extra iudicium facta
poſt depoſitionem iudicialem, quanquam nos lo-
quamur quando præceſsit. quoniam ſi facit indi-
cium ſufficiens ad inquirendum illo caſu, multo
fortius in iſto. hoc autem apertè probo. Nam depo
ſitio extraiudicialis ſequens habet depoſitionem
13 iudicialem ſibi contrariam. Item † depoſitio extra-
iudicialis præcedens non habet aliam contrariam.
14 Sed nulli dubium quod † plus probat depoſitio quę
nihil habet contrarietatis, quam ea quæ habet con-
trarietatem, vt extra de teſtib. cogen. c. præterea. &
ibi de hoc per Inno. ergo prima depoſitio quę con-
15 trarietaté non habet magis probat. Itē † ſicut ſtatur
confeſsioni in facto proprio in criminibus ſi pro ea
concurrunt veriſimilia quantum ad plenam fidem
id eſt, ad hoc vt cogatur præcisè perſeuerare, vt dixi
ſupra proximo. c. ſic etiam confeſsioni teſtis extra
iudicium pro qua veriſimilia concurrunt ſtatur
contra teſtem vt ab ea recedere in iudicio non poſ-
ſit quin puniatur de falſo. Et attendite quæſo: quia
hoc probatur euidenter per aliqua iura à nemine
16 ponderata. primo † per caſum extra de præſumptio-
nibus. c. literas. nam ibi quidam teſtis depoſuit ex-
tra iudicium quoddam factum ſuum eſſe hęreticú,
& poſtea in iudicio dixit contrarium, & tamen di-
cit ibi text. quòd quia pro primo dicto concurrunt
veriſimilia, creditur teſtem illum ſecunda vice tur-
piter deieraſſe, & ſic vult quòd puniatur de falſo vt
ff. de teſtib. l. qui falſa. & 3. q. 3. ver. item qui falſo.
cum ſimilibus. Nec dicas quòd ibi fuerit depoſitio
extraiudicialis, ſed in iudicio, vt ſentit Glo. ibi, quę
incipit Hoc eſt notabile, quia dicant alij quid ve-
lint, tamen quòd prima depoſitio ibi fuerit facta
extra iudicium apparet expreſsè ex antiqua, vbi di-
citur fuiſſe probatã primam depoſitionem per duos
teſtes, ſcilicet vnum presbyterum & vnum diaco-
num. ſi enim facta fuiſſet in iudicio non potuiſſet
17 probari per teſtes, quia † acta iudicij quę neceſſario
requirunt ſcripturam, vt eſt atteſtatio, regulariter
per teſtes probari non poſſunt, extra de proba. c.
quoniam contra falſam. C. de arbitr. l. ne in arbi-
tris. §. ſin autem in ſcriptura. & hic eſt verus intelle-
ctus illius decretalis. Nec etiam dicas quòd ibi po-
tius coniecturę concurrunt pro ſecundo dicto tan-
quam potius præſumi debeant pro ſecundo dicto
iudiciali iurato quàm pro primo dicto extraiudi-
ciali non iurato: arg. C. de teſtib. l. iuriſiuran. extra
de teſt. c. nuper. & c. tuus cum ſimilibus, quoniam
reſpondeo quòd quamuis hæ coniecturę concurre-
rent pro ſecundo dicto, tamen concurrebant aliæ
coniecturæ ſeu veriſimilitudines vrgentiores. Pro
primo vna coniectura erat quòd ille teſtis tempore
primæ depoſitionis tunc reuertebatur ad fidem,
nec eſt veriſimile quòd tempore quo quis ad fidem
reuertitur falſum dicat, vt dicit ibi tex. Alia veriſi-
militudo eſt: quia ille idem teſtis admiſcuit falſita-
tem in ſecundo dicto, vnde præſumitur contra tale
dictum, vt dicit etiam tex. ibidem. & pro hoc text.
optimus. ff. de quæſtionibus. l. vnius. §. teſtes. 3. q.
9. c. pura. Et quod ego notabam. ff. de quæſti. l. ex
libero. in princi. & dicam in tertio principali tra-
ctatu. 7. c. Nec etiam dicas † quòd ille textus dicit 18
quòd de cauſa graui criminis & præſumptione eti-
am vehementi quis condemnari non debet: quia
clarè ad hoc reſpondetur quòd tunc text. ille lo-
quatur de condemnatione illius teſtis de hæreſi, de
condemnatione autem circa falſitatem text. ille de-
cidit expreſsè, vt prædictum eſt. Secundo † idem 19
probo per caſum extra de proba. c. per tuas, vbi ma-
tri quæ aſſeruit extra iudicium quendam eſſe ſuum
filium, pro quo dicto concurrebant veriſimilia,
non creditur ſi poſtea iuret in iudicio eum non eſſe
eius filium, & punitur de falſ. Et ſi dicas quæ veri-
ſimilia concurrebant ibi pro quo dicto præponde-
rantia iuramento quod erat ibi in ſecundo dicto, &
magis vrgentia. Reſpondeo quòd vna veriſimili-
tudo erat: quia pro primo dicto concurrebat com-
munis opinio & tractatus, vt ibi, communiter no-
minatus & habitus. Alia erat, quia † quis non debet 20
venire contra eius aſſertionem, vt ibidem in verſi.
cum nimis indignum. Item ſi dicis quòd ibi non
apparet quòd mater illa puniatur, ego reſpondeo
quòd ſatis aperit text. hoc dum dicit quòd eius iu-
ramento non eſt ſtandum: nam ex hoc teſtis habe-
tur periurus, ſicq; meritò puniendus vt dictum eſt.
Nec dicas quòd ibi ſit ſpeciale propter communem
opinionem & parentum tractatum, vt eſt commu-
nis intellectus Canoniſtarum. Nam hoc eſt falſum.
ex quo enim habemus regulam quòd vbi dictum
teſtis extra iudicium habet pro ſe veriſimilia, teſtis
non poteſt ab eo recedere, euitare debemus ſpecia-
litates, iuxta ea quæ ego notabam. ff. ſi quis cau. l.
quoties. per illum text. facit. C. de ede. l. 1. in verbo
ex cauſa à ſenſu contrario. fateor tamen quòd ali-
quid noui inducit illa decretalis quòd licet dicto
teſtis extra iudicium etiam ſi pro eo concurrãt con-
iecturæ veritatis, non ſoleat ſtari quo ad alios, vt di-
ctum eſt ſupra proximo. c. tamen in illo caſu ſtatur
etiam quo ad alios ſcilicet quo ad filium propter
communem opinionem & parentum tractatú, ſic-
que debet intelligi Gloſſ. ibi poſita, dum dicit ſpe-
ciale &c. quod eſt ſummè notandum, quia nemo
ſic vnquam intellexit. nec etiam dicas quòd ibi ſit
ſpeciale propter fauorem filiationis: quia ibi non
tractatur de prole legitima ſed illegitima, vt ibi ex-
preſsè no. Hoſti. quamuis Gloſſ. & quidam alij ſen
ſerint oppoſitum, & non rectè. nec etiam dicas ꝙ il-
lud capitulum non loquitur in teſte ſed in parte de-
ponente in facto proprio, tanquam perſona matris
videatur eadem perſona cum perſona filij, vt Inſti.
de inuti. ſtip. §. ei qui. & §. poſt mortē. C. de impu.
& alijs ſubſti. l. fin. cum concor. quoniam † quam- 21
uis regulariter cauſa filiorũ eadem videatur idemq;
matris ſi non teſtificentur etiam ſi vterque velit. C.
de teſtibus. l. parentes. ff. eodem titul. l. teſtes. ido-
neus, tamē hoc fallit in matrimonio in quo ſpecia-
li ratione admittuntur, vt ff. de proba. l. etiam ma-
tris, extra qui filij ſint legit. c. tranſmiſsè, & c. per
tuas.

tuas.& no.Spec.in ti.de teſte.§.1. ver.Item quòd eſt
parens.& hoc ſpeciali caſu loquitur tex. illius capi-
tuli per tuas. Nec etiam dicas ꝙ ibi illa ſecunda de-
poſitio fuerit per metum extorta, & ideo ei non ſte-
tur. C. ſi aduer. ven. auten. ſacramenta puberum.
nam hoc eſt falſum : quia matrimoniũ erat ibi neq;
contractum, vt ſentit ibi Gloſſ. vltima, & ita illud
capitulum intelligit ibi Io.An.Lud.Io. de Imol.&
Nico. de Sicilia idem & communiter omnes, quam-
uis Hoſt. tenuerit oppoſitum. Bart.

Plus vobis dico quòd licet metus non excuſet
22 teſtem falſum hoc eſſet verum, tamen † metus non
excuſat teſtem falſum, vt notat Gloſſ. 15.q.7.c.au-
ctoritatem.in Gloſſ. magna. Ludouicus. Tu Balde
illam ſequebare. C.qui accu. non poſſunt l.data o-
pera. Barto. Sicq́ne omnino dicta mater ibi non ex-
cuſaretur. Tertio principaliter dicta probantur per
caſum apertiſsimum. ff.ad l.Corn. de fal.l.eos.ſe-
cundo reſponſo quam. l. quomodo probat infra
declarabo. 9.c. iamq́; ex præmiſsis liquido collige-
23 re poſſumus in hanc concluſionem quòd † eos effe-
ctus quos habet confeſsio in facto proprio extra iu-
dicium in criminalibus, eoſdem habet dictum teſtis
extra iudicium in facto alieno. quantum ad teſtem
habemus quoque correlarium. quamuis non ſte-
tur quo ad tertium ſimplici dicto teſtis extra iudi-
cium, tamen interdum pro eo veriſimilia non con-
currunt, & tunc facit ſemiplenam probationem ſeu
indicium contra teſtem ſufficiens ad inquirendum
contra eum de falſitate, ſi poſtea contrarium aſſe-
rit in iudicio interdum veriſimilia concurrunt, &
tunc facit ſemiplenam probationem, & punitur de
falſo. Ludoui.

Nemo profecto hoc fuit vnquam imaginatus:
quoniam ſubtiliter loqueris.

Bald. Conſideratio hæc tua Bartol. perpulchra
quidem eſt, verum tamen in prædictis ſcrupulus v-
24 nus adhuc ſupereſt. Cur enim non † cogitur teſtis
perſeuerare in iudicio coactione præciſa ſicut pars,
poteſt enim teſtis ad libitum variare. Bartol. Re-
ſpondeo: quia quando pars confitetur in facto pro-
prio, confeſsio fit ſuper delicto iam conſummato,
& in eſſe deducto, ideo confeſsioni quæ illud aſſe-
rit, & delictum probat, quis cogitur perſeuerare.
vbi autem teſtis depoſuit extra iudicinm delictum
adhuc non fuit in rerum natura, ideo non eſt cui
ipſe perſeuerare cogatur præciſè, ſatis tamen cauſa-
tiuè cogitur: quia ſi non perſeuerat punitur. Ludo-
uicus. Alius etiam apud me ſcrupulus ſupereſt Bar.
Bartolus.

Quis is eſt? Ludouicus. Miror quòd res poſsit
tam vario, & diuerſo iure cenſeri. ſ. quòd eadem te-
ſtis atteſtatio vno caſu valida ſit contra confiten-
tem, & alio caſu non, quantum ad alios quorum in-
tereſſe poteſt, hoc eſt contra regulam. C. de fur. l. 1.
ff. de mino. l. ſi filius ff. quando appell. ſit. l. 2. §.
ſed ſi aliud. ff. de vſuris. l. cum qui ædes. ff. de rebus
dubijs. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. cum ſimilibus.
Bart.

Ne mireris: nã in multis caſibus fallit regula præ-
dicta, maximè vbi eſt ratio diuerſitatis, vt habetur
in prædictis iuribus, & potiſsimè in l. 1. C. de fur.

Idemq́; & in caſu noſtro. Nam ratio diuerſitatis
eſt euidens quo ad alios, non enim poteſt valere di-
ctum teſtis extra iudicium: quia deeſt iudicij forma
quæ neceſſaria eſt, vt diximus ſuprà hoc lib. 2. c.
quo ad ſeipſum teſtem non eſt neceſſaria forma iu-
dicij: quia habet vim ſimplicis confeſsionis extra iu
dicium, & ideo valet, vt ſuprà eſt demonſtratum.
Pro his autem adduco quod not. Gloſſ. & Inno. ex-
tra de teſti. c. veniens. nam Glo. ibi notabiliter mul-
tum dixit quòd † ſi teſtes vnum dixerunt in ſumma- 25
rio iudicio, & poſteà cõtrarium dicant in plenario,
non valet dictum ſecundum, primum autem fidem
facit quo ad quid non ſuum quo ad ſententiam fe-
rendam ei non ſtatur, contra teſtem autem ad re-
probandum ſecundum dictũ ſtatur, cuius dicti ra-
tio colligitur apertè ex dictis Inno. ibi. in principali
enim ideo tale dictum fidẽ non facit: quia teſtis non
fuit adhoc ibi inductus, & lis debet prius inchoari,
deinde pro omnibus inſtrui not. extra. ad reproba-
tionem autem ſecundi dicti benè ſufficit iſtud di-
ctum : quia quantum ad hoc per eum eſt notorium
inductum. † diuerſitas ergo rationis inducit iuris 26
diuerſitatem, quod eſt notandũ. Et ſi dicis ad quid
tales teſtes ſecunda vice in iudicio producuntur,
cùm contradicere primo dicto non poſsint, nec † 27
ſuperfluis vti debemus : vt ff. de procura. l. non co-
gendum. §. fin. ff. vt leg. no. caue. l. hæc. ſtipulatio.
§. 1. Et † circuitus euitandus eſt: vt ff. ſi. ſi cer. pe. l. 28
cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens. & Clemen
tina auditor. de reſcriptis. Reſpondeo ſecundum
Inn. eo. c. veniens, quòd teſtes non inducuntur in
iudicio vt idem dicant vel contrarium, ſed vt ve-
ritatem deponant. Et poſsibile eſt quòd nunc re
cognoſcendo conſcientiam alio modo teſtificen-
tur, & quamuis nunc non valeat ſecundum dictum,
vtile tamen erit parti contra quam teſtificatur: quia
nec prius dictum valebit, ſecundum eundem Inno.
Ludouicus. Vera narras, nam & dominus Ni-
colaus de Sicilia idem ibi ſequendo confirmabat.
Bartolus. De hoc tamen dicam inſra. 3. lib. j. c.
& facit ad prædicta probanda optimè text. extra de
teſtibus. c. ſicut nobis & quod per illum text. ſu-
pra diximus, facit etiam in ſimili. C. de pactis. l. fin.
& C. quomodo, & quando iudex. l. ſi vt proponis
pars. ff. de act. emp. l. ſi ſterilis §. quamuis & l. pe-
nulti. C. ſi contra ius vel vti. pu. C. de pac. l. ſi quis
in conſcribendo. ad fi. ff. de varia. & extra. cognit.
l. fi. & Inſti. de obli. quæ ex delict. naſ. in prin. Item
faciunt infinita iura quibus habetur quòd † delin- 29
quentes puniantur quamuis actus ſint nulli quo ad
alios. Sitq́ue idem actus ob diuerſitatis rationem va
rio iure cenſetur. Bald. Anceps ſum quorſum eua-
das Bartol. Barto. Placent tibi noſtræ deciſiones.
Bald. Imò verè ſummè. nam tu optimè fundaſti
ſententias tuas iuribus ac rationibus. Sed procedas
vlterius nec me tanto tempore in pendulo retine-
as. Bart. Ibi inquam ne celer ſis & enim aliqua ad-
huc neceſſaria peragenda ſunt, antequam rem hanc
ad primum inſtitutum imponamus. Bald. Quan-
tum libet expectabo. Barto. Dicebam nuper Bal.
quòd teſtis confeſſus extra iudicium cogitur in iu-
dicio perſeuerare niſi confeſsio ſua fuerit veriſimi-
libus fulcita.

Sed à te † quæro, an ad hoc ſit ſufficiens ſim- 30
plex iuramentum affirmantis ſine præſentia eius
cuius intereſt vt dicantur pro confeſsione concur-

rere veriſimilia. Bal. Fronte prima occurrunt ex
prædictis mihi, quòd non. nam ſicuti tumet Barto.
decidis atteſtatio teſtis extra iudicium quantum ad
teſtem idem operatur, quod ſolet operari confeſsio
in criminalibus in facto proprio extra iudicium,
confeſsionem autem hanc in criminalibus conſtat
non plus operari, quam confeſsionem in ciuilibus
extra iudicium: ar. C. de proba. l. fi. & extra de elec.
c. vbi periculum li. 6. nec iterũ in ipſis ciuilibus ma-
31 gis operari imò minus † confeſsionem extra iudiciũ
quàm in iudicio: vt probatur. C. de confeſsis l. 1. ff.
ad l. Aqui. l. proinde. §. notandum. cum concor.
Sed in facto proprio etiam in ciuilibus, & etiam in
iudicio iuramentum ſimplex ſine aduerſarij pręſen-
tia non probat confeſsionem, nec facit eam adeo
veriſimilem, quòd inducat ipſi confeſsio plenum
præiudicium, vt eſt caſus iuncta Gloſſ. de confeſſ. l.
certum. §. ſi quis abſente, & ff. de interroga. actio. l.
fi. & no. expreſsè Gloſſ. C. de confeſſ. l. 1. & tumet
Bart. hoc ipſum affirmabas in eo. §. ſi quis abſente.
igitur & idem minus operabitur iuramentum ſim-
plex in criminalibus extra iudicium. Bartol. Sub-
tile apparet, & bonum argumentum tuum. ſed ta-
men attende: quia vt arbitror alia via hic eſt à no-
bis tranſeundum. Etenim ante omnia conſide-
randum eſt, quòd ad duos ordinatur effectus hoc
quod diximus teſtem confeſſum extra iudiciũ cum
veriſimilibus cogi in iudicio ad perſeuerandum, v-
nus eſt, vt ſi in iudicio productus variat à primo di-
cto videtur ſide non dignus, alter vt idem varians
de ſalſo puniatur, effectum primum inducit pri-
mum iuramentum ſimplex extra iudicium, quoni-
32 am † poſitis duobus contrarijs, vel incompaſsibili-
bus iuramentis, impoſsibile eſt alterum non eſſe ſal
ſum. vt. ff. de rebus dub. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum.
& ibi no. Et quanquam incertum ſit cui iuramento
falſitas inſit, tamen ſiue velimus ineſſe ſecundo hoc
eſt clariſsimum: vt ff. de teſtibus. l. qui falſa, vel va-
ria. & 4. q. 3. verſi. item qui falsè vel variè. ſiue eti-
33 am primo idem erit proculdubio tenendum: † nam
periurus repellitur à teſtimonio indiſtinctè ſecun-
dum veram opin. vt not. Glo. ff. de his qui not. in-
fa. l. Lucius. in fi. ſatis plenè diximus ſupra li. 1. 12. c.
Ludouicus. Hanc ſententiam tenuit Nicolaus de
Sicilia extra de pba. c. per tuas, & per c. tuo. de iure-
iurand. in fin. ſicuti ego hodie ipſe retuli in ſermo-
ne meo longiori. Bartol. Porrò quamuis dixerim
ſupra proximo tractatu 13. c. ſtari ſuper dicto iu-
diciali vbi primum dictum iudiciale contrarium
manifeſtè apparet falſum, attamen non apparet
eſſe falſum, detrahitur, ergo hoc caſu per primum
extraiudiciale ſecundo dicto, & eneruat eius fidem,
quoniam conuincitur teſtis mendax & in periurio,
vt in præallegrto c. tua nos. Baldus. Vis hac via in-
terpretari Bartol. ſententiam tuam vt ſcilicet teſtis
34 qui iurauit hic vnum † extra iudicium puniatur de
falſo ſi poſtmodum in iudicio productus aſſerit
oppoſitum. Bartolus. Nimis celer es, nondum in
portu ſumus, tuque iam cupis è naui merces ex-
ponere. Baldus. Procedas ergo vlterius. Barto-
lus. Effectum alterum quòd puniatur de ſalſo pa-
rere non puto ſimplex iuramentum contrarium
extra iudicium emanatum. Nam pœna legis Corne-
liæ & Senatuſconſulti Liboniani in his duntaxat
caſibus locum habet, qui aliquo ex capitulis illius
tituli exprimuntur, vt hoc lib. 4. c. fuit relatum hoc
autem quòd ſimplex iuramentum extra iudicium
ſit huius potentiæ minimè ibi inuenitur ſtatutum.
Deniqueſi hoc articulo, vt nunc dicebam, in quo
dicto falſitas interuenerit non eſt certum, mitiorem
partem in hoc dubio eligimus, vt ſcilicet falſitas in-
teruenerit extra in iudicium argumen. ff. de pœnis.
l. ſi præſes, & l. ſi de interpretatione, punietur ergo
crimine ſtellionatus. Item alijs pœnis, quemad-
modum in conſimili alio caſu in præalleg. c. 4. re-
tulimus. Bald. Perpulchra eſt hæc tua deciſio. Bar-
tolus. Iam ergo habeo quòd † vbi teſtis aſſeruit 35
prius iuramento verbum extra iudicium, ſi poſteà
aſſerit contrarium in iudicio, non eſt ſtandum eius
dicto, quamquam non puniatur de falſo, ſed mi-
tius. Bald. Verum dicis. Bartol. Eſt aduerten-
dum, quoniam vt arbitror ipſum eſt verum etiam
ſi ponamus illicito & prohibito modo prima vice
fuiſſe iuratum, vt eſſet ſi iuraſſet per aliquod Chri-
ſti membrum, vt in authen. vt non luxurietur con-
tra naturam in rubro & nigro, & per aliquam crea-
turam, vt eſt text. not. extra de iureiur. c. & ſi Chri-
ſtus. Ludouicus. Tu Bal. in authen. ſacramenta pu-
berum C. ſi aduerſus ven. ſenſiſti licitum eſſe alicui
iurare per caput ſuum per text. ff. de iureiur. l. 3. §.
fin. ſed Ioan. de Imola improbat dictum tuum in c.
cum contingat extra de iureiuran. per text. dicti ca-
pituli & ſi Chriſtus iuxta medium, & hoc ſequun-
tur omnes doct. Bartol. Probaturque quod di-
cebam quòd poſtquam quis iurauit quamuis illici-
tè, tamen ſeruare iuramentum debet, id ipſum quod
† iuratum illicitum nõn eſt, vt dicit text. in dicto c. 36
& ſi Chriſtus etiam ſi quis per demonem iuraſſet
vel per falſos deos, vt eſt text. not. 22. q. 1. mouet. † 37
Minus enim malum eſt ſemel tãtum peccare quàm
bis, vt ibi habetur, quamquam his caſibus neceſſari-
am eſſe credam iuramenti formam, quam requirit
corporale iuramentum tangendo ſcripturas, vt eſt
text. in c. 1. §. quid ſit inueſti. 10. col. & in c. 1. §. por-
rò de hæreticis in Clem. & 3. q. 9. hortamur & not.
Gloſſ. in c. 1. §. ſacramenta de pace iuramento fir-
manda 10. colla. & Gloſſ. C. de teſtib. l. iuriſiurandi
vel tangendo etiam materiam lapideam vel ligneã
vel aliam, vt dicit Gloſſ. ſingularis in dicto §. ſacra-
menta, adeo quòd nõ ſufficit ſolo verbo iurare ſe-
cundum veram ſententiam, nec tangere ſcripturam
cum alio inſtrumento quàm cum manibus, vt ele-
ganter notauit alia Gl. ſingularis in c. circa, in ver-
bo corporali de elec. li. 6. quamuis etiam ſuper hoc
de forma iurandi multum operetur conſuetudo, vt
notat Gloſſ. in dicto capi. circa, & facit quod notat
Imno. in dicto cap. & ſi Chriſtus.

SVMMMARIVM.

1 *Teſtis profeſſus vnum extra iudicium cum veriſimili-
bus, an cogatur poſt modum in eodem dicto in iudicio
perſeuerare.*

2 *Intellectus ad l. generaliter in fine. C. de non nume. pe-
cunia l. cum de indebito §. fi. ff. de probatio & c. ſi cau-
tio. de fide inſtrumento.*

3 *Teſtis dictum extraiudiciale vim habet confeſsionis in
criminalibus, quantum ad teſtem.*

4 *Intellectus ad l. eos ſecundo reſponſo. ff. ad leg. Cornels.
de falſis, & num. 5. cum ſeq. per tot. cap.*

5 Prebens

5 *Prabens teſtimonium contra ſcripturam ſigillo ſigillatam, an de falſo puniatur.*
6 *Sigillum priuata perſona ad hoc vt validum ſit & probet, quòd approbatum ſit requiritur.*
7 *Comparatio quando plenam fidem faciat.*
8 *Epiſtola abſentem, praſentem facit, vocemq́; diſtantis longo organo ad abſentem ducit.*
Intellectus ad l. Publia. in fi. ff. depoſiti.
9 *Media per pracedentia & ſequentia declarantur.*
10 *Verba legis potius vt perfecta quàm imperfecta ſunt intelligenda.*
11 *Caſus tres conſiderabiles in variatione teſtium.*
12 *Tabellio vtens diuerſis ſignis, pœna falſi punitur.*
13 *Scribentes ſic ſigillant facta aliena in literis ſicut notarij ſignant eorum inſtrumenta.*
14 *Falſum quacunq; via quis in iudicio deponat, de falſo punitur.*
15 *Crimen falſi graue eſt.*
16 *Praſumptio quando ſit liquidiſsima probatio, & ad condemnationem ſufficiat, & nu. 18.*
17 *Indicia à iure approbata & indubitata ſufficiunt ad condemnationem.*
18 *Probatio contra violentam praſumptionem admittitur.*
19 *Dictum cum iuramento plus operatur, quàm dictum ſine iuramento.*
20 *Intellectus ad c. iuriſconſulti 22. q. 1.*
21 *Plus fidei operatur ſimplex iuramentum, quàm ſimplex loquela.*
Intellectus ad c. literas de praſumptio. & c. per tuas. de probationibus.
22 *Teſtis non interrogati de cauſa dictum valet.*
23 *Teſtis non debet eſſe verboſus.*
24 *Confeſsio indiſcreta eſt reijcienda.*

Capitulum octauum an partis præſentia & cauſa indicant veriſimilia pro dicto teſtis extra iudicium, vt cogatur perſeuerare in iudicio.

1 DENVO te duxi Bal. interrogandum dum di-
cimus quòd teſtis qui † profeſſus eſt vnum ex-
tra iudicium cum veriſimilibus cogitur poſtmo-
dum in eodem dicto ad perſeuerandum in iudicio,
an credimus ad hoc ſufficere partis præſentiam cu-
ius intereſt & cauſæ confeſsionis expreſsionem, vt
dicantur pro illo dicto interuenire. Bald. Prius
quàm te hodie audirem, dixiſſem indubitanter ad
illud non ſufficere partis præſentiam & confeſsio-
2 nem cum cauſa. Nam † iura dicentia quòd confeſ-
ſio extra iudicium cum partis pręſentia & cauſa ple-
nè probat loquuntur in contractibus, vt patet C. de
non nu. pe. l. generaliter in fin. ff. de proba. l. cum
de indebito §. fin. & extra de fide inſtrum. cap. & ſi
cautio. vnde loquuntur in materia merè ciuili. nos
autem in materia merè criminali, quæ cum diuer-
ſa ſit diuerſum ius continere debet vt ff. de verbor.
oblig. l. inter ſtipulantem §. ſacram cum ſimilibus.
nunc autem te audiens mutaui propoſitum. ſi enim
rectè conſidero doctrinam tuam quam nos do-
cuiſti profitendum eſt ſufficere partis præſentiam
cum cauſæ confeſsionis expreſsione, habet enim di-
3 ctum † teſtis extraiudiciale vim confeſsionis in cri-
minibus, quantum ad teſtem, vti tu nuper dicebas
7. cap. Item confeſsio in criminibus extra iudicium
ſufficiens eſt ſi emanat coram parte & teſtibus cum
cauſæ expreſsione, ſicuti etiam eleganter dicebas
ſupra 6. capitulo per l. capite quinto ff. de adult. &
per alias rationes, verum tamen Bart. verum fateor,
vnum eſt quod cogit me dubitare, dixiſti nunc pro-
ximo capitulo ad duos nunc ordinari effectus hanc
perſeuerationem, ad quam cogitur teſtis confeſſus
extra iudicium cum veriſimilibus, vt ſcilicet idem
varians poſt modum in iudicium iudicetur fide nó
dignus. Item vt idem varians de falſo puniatur di-
xiſti. Item ex his duobus effectibus poſſe vnum in-
duci ſine altero, vt in iuramento quod parit pri-
mum effectum non ſecundum, demonſtra igitur
quæſo an effectus vterque producatur hoc caſu.
Bart. Quia decet egreſſus, † eſt viã accipere itaque 4
quæſiui explanaturus, nos habemus in l. Iuriſcon-
ſulti Modeſtini. ff. ad l. Corneliam de fal. l. eos,
quæ lex in ſecundo reſponſo apertiſsimè declarat
hanc excitationem, & eſt lex ad hoc valde ſingula-
ris, & incognita, cuius ſenſus pace dixerim omnium
antiquorum ab eodem ſenſu nullo ſuit recte per-
ceptus. quodq́ue eſt deterius ab ipſis iuris ciuilis at-
que pontificij explanatoribus, qui poſt me ſu-
peruenere, ipſorumq́; minimè quanquam à me iam
viuente fuerit demonſtratus nullatenus compre-
hendens, ſicuti ex verbis tuis Ludouice, quibus ho-
die Modernorum ſententias retuliſti ſupra hoc lib.
2. cap. mihi probè percipere licuit. Bald. Nunc
redis fortaſſe Bart. ad primum inſtitutum. Barto-
lus. Ibi itaque eſt caſus quòd partis præſentia in hoc
dicto teſtis extra iudicium cum cauſa & teſtibus in-
ducit vtrunque prædictorum effectuum, facit e-
nim ſecundo dicto iudiciali contrario non ſtari.
Item teſtem varium de falſo puniri. Baldus. Val-
de mirum eſt hoc ipſum quod aſſerit, nam vt ſæ-
pius dixi, nihil ibi exprimitur de dicto teſtis extra
iudicium. Bartolus. Imo verò Bald. idipſum eſt
admirabile, quod tu qui iam diligens ſcrutator eſſe
ſoles legis illius non noueris intellectum. Bal-
dus. Oſtende igitur nobis intellectum illum. Bar-
tolus. Oſtendam, ſed non medium frangas meum
ſermonem. Baldus. Faciam. Bartolus. Ibi di-
citur in ſecundo reſponſo quòd † præbens teſti- 5
monium contra ſcripturam ſuo ſigillo ſigillatam
punitur de falſo ſicuti tu met Bald. eam intelligis, &
omnes, nec poteſt aliter intelligi. & conſequenter
ibi dicitur quòd non ſtatur ſecundo dicto, quia ibi
teſtis de falſo punitur, & eius dicto non ſtatur, vt
ex ſeipſo eſt notum. dic itaque mihi quid aliud eſt
ſcripturam ſuam aliena facta continentem extra
iudicium ſigillare, quàm extra iudicium ſuper fa-
ctis alienis deponere? certè nihil aliud eſt. qui e-
nim deponit id quod dicit verum eſſe, aſſeuerat,
qui ſcripturam ſuam vel alienam ſigillat, eam ipſam
ad fidem ſibi tribuendam corroborat, & quod in
ea ſcriptum eſt affirmat vt ff. de teſtamento mili.
l. in fraudem. §. ſicut & eod. titu. l. tribunus & ff. de
iure codi. l. conficiuntur §. miles, nec enim refert re-
bus ipſis & factis quis aliquid exprimat an voce vbi
forma tradita non inuenitur, & ſi qua eſſet differen-
tia potius ſtandum eſſet voci expreſſæ quàm facto
tacito, vt ff. de leg. l. de quibus ff. ſi cert. peta. l. cum
quid. Tu tamen dices quòd hi caſus differunt, quia
ſigillatio eſt res magis authentica. quoniam ad hoc
vt † ſigillum priuatæ perſonæ ſit validum & pro- 6
bet, requiritur quod ſit approbatum, vt eſt caſus ff.

de procu. l. ſi procuratorem abſentem, & ibi gloſſ.
& egomet aſſerebam, & habetur plenè per canoni-
ſtas extra de proba. c. poſt ceſsionem, quæ probatio
fieri debet vel per ſubſcriptionem publici notarij:
ar. C. de fide inſtr. auth. ad hoc, vel per ſubſcriptio-
nem duorum vel trium teſtium, ar. ff. quemadmo-
dum teſta. aperiuntur l. ſi quis ex ſignatoribus, cum
concor. & ego etiam notabam in e. l. ſi procurato-
rem. Sed ego reſpondeo apertè quòd hoc non eſt
verum, quòd ſigillatio ſit magis authentica hoc ca-
ſu, nam etiam ſine vllo ſigillo ſtatur epiſtolę & cre-
ditur mittentem ſcripſiſſe, probata ſola compara-
tione literarum, vt eſt expreſſum ff. de pign. l. cum
tabernam. §. idem quæſijt. ibi quamuis ſignatæ ta-
bulæ non fuerint, licet in apochis & antapochis ſola
cõparatio fidem plenã non faciat, vt C. de fide inſtr.
l. comparationes, & ego plenius hoc notabam in
præallegato §. idem quæſijt & ff. de dona. l. nuda.
ff. de iureiur. l. admonendi iuxta medium, in meo
commento. Et attendite quæſo diligenter pro hu-
ius clariſsimo intellectu, quãdoq; quærimus de ve-
ritate contentorum in epiſtola quoad præiudicium
ſcribentis tantum, nonnunquam quærimus de hoc
7 quoad fidem † faciendã inter alios. primo caſu nul-
la requiritur approbatio, ſed ſola comparatio ſuffi-
ciens eſt, vt in præallegata l. cõparationes, cum con-
cordantibus, habet enim vim confeſsionis extra iu-
dicium contra teſtem talis aſſertio, vt diximus ſu-
pra hoc lib. 7. c.

Altero caſu pręmiſſa approbatio requirenda eſt:
vt ff. de procura. l. ſi procuratnrem abſentem, & ex-
tra de proba. c. poſt ceſsionem, ſicque contraria illa
non pertinẽt ad hanc noſtram diſputationem. Præ-
terea etiam ſi ponamus ſine veritatis præiudicio ne-
ceſſariam hãc eſſe approbationem, tamen nec dum
verum eſſet ſigillationem illam ſolenniter factam
eſſe rem magis authenticam ſi rectè conſideretur:
quia eadem ſolennitas quæ requiritur in ſigillatio-
ne, neceſſaria eſt etiam in caſu iſto de depoſitione
facta viua voce extra iudicium. porro ſicuti ſigil-
latio requirit tabellionis rogitum, vel teſtium præ-
ſentium, vt nunc eſt relatum, ſic & dictum teſtis ex-
tra iudicium noſtro caſu requirit vel quòd nota-
rius de eo rogatus, vel quòd teſtes aſsiſtant, vt poſt-
modum in iudicio per eos poſsit probari quod aſ-
ſerit teſtis contrarium: vt patet ad ſenſum. Rur-
ſus tamen Bald. fortaſſe dices quòd in illa. l. eos. de
fal. non ſit mentio de præſentia partis, ſed ſolum
de ſigillatione. Sed ego reſpondeo quòd immo ſit
mentio expreſsè ſi bene inſpiciatur. aut enim teſtis
ille ſigillat ſcripturam alienam parte præſente, &
tunc eſt clarum, aut ſigillat ſuam parte abſente, &
tunc licet abſens ſit corpore, tamen eſt ac ſi præ-
ſente eo facta eſſet depoſitio per medium orga-
8 num literæ ſeu epiſtolæ. & enim epiſtola † abſen-
tem præſentem facit, vocemque diſtantis longo
organo ad abſentem ducit, vt eſt caſus not. ff. de-
pnſiti. l. Publia. in fin. per quem textum ſic dixe-
runt. omnes Doct. & facit quod notat gloſſ. ff. de
conſti. pecu. l. ſed licet. & quod habetur extra de fi-
de inſtru. cap. ſi cautio. Et rurſum hic attende quòd
quamuis vbi verborum ſenſus eſt clarus non ſint
quærendæ coniecturæ, vt C. de lib. præteri. l. ſi quis
filium. ff. de verb. obli. l. continuus. §. cum ita. ff. de
leg. 3. l. ille aut ille. §. cum in verbis, tamen demon-
ſtrationis gratia oſtendo clariſsimè mentem Iuriſ-
conſulti Modeſtini fuiſſe tractare in præallegata.
l. eos, ſecundo reſponſo de depoſitione teſtis extra-
iudicialis, clarum † enim eſt ꝙ per pręcedentia & ſe- 9
quentia declarantur media: vt ff. de lega. 1. l. qui fi-
liabus, & l. ſi ſeruus plurium. §. fi. & C. de lib. præ-
teri. l. 1. Item clarum eſt † quòd verba leg. potius vt 10
perfecta quàm imperfecta ſunt intelligenda. ff. de
le. 1. l. ſi quando. & extra de priuile. c. ſi propterea
li. 6. Sed ſi nos intelligimus l. illam in ſecundo re-
ſponſo in deponente extra iudicium, erit perfecta,
ſin autem alio modo erit imperfecta: ergo &c. mi-
nor apparet quoniam tantum ſunt † tres caſus conſi- 11
derabiles in variatione teſtium effectuali, vti dice-
bam ſupra. lib. 1. 2. c. in prin. vnus eſt quando variat
in iudicio in eadem inſtantia, & de hoc clarè in l. il-
la in primo reſponſo. Alter quando etiam in iudi-
çio in diuerſis inſtantijs, & de hoc apertè ibidem in
tertio reſponſo. Tertius quando in iudicio & ex-
tra iudicium vel econtra, & de hoc neceſſario dixit
ibidem Iuriſconſultus in ſecundo reſponſo vt per-
fectam legem & magiſtralem faceret. Bald. Ra-
tio perſuaſiua eſt. Bartol. Attendite etiam: quia
Guil. de Cu. in l. comparationes. C. de fide inſtru.
non tamen ad propoſitum noſtrum dedit legi præ-
dictæ nouum intellectum. ſ. quòd ibi in ſecundo
reſponſo loquatur in tabellione tantum. Ex quo
dicebat † quòd tabellio qui vtitur diuerſis ſignis 12
punitur pœna falſi. Ludouicus. Sic referebas tu
Bal. cum Guil. de Cu. in dicta l. comparationes. de
fide inſtru. Barto. Ego tamen credo quòd quan-
uis fortaſſe dictum Guil. ſit in ſe verum, tamen tex.
illius legis non congruit, diuinat enim litera illa. &
ſine vlla ratione nimis legem illam reſtringit, ete-
nim ſic ſigillant † ſcribentes facta aliena in literis 13
ſicut notarij ſignant eorum inſtrumenta, vt in præ-
allegata lege ſi quis ex ſignatoribus. & Inſtit. de te-
ſta. §. teſtes. cum concor. pertinax autem dicere poſ-
ſet quod tex. ille. l. eos. in ſecundo reſponſo loqui-
tur in eo qui manifeſtè falſum tulit teſtimonium,
quod videtur ſentire ibi dum dicit text. falſum te-
ſtimonium. Sed non eſt verum: quia hac via intel-
ligendo tex. ille nihil operaretur contra præallega-
ta iura. ff. de leg. 1. l. ſi quando. & extra de priuileg.
c. ſi propterea. lib. 6. Præterea ad qnid fuiſſet opus
ita intelligendo facere ibi mentionem de ſigillo,
certè fruſtra: quia † quacunque via quis falſum depo 14
nat in iudicio, punitur de falſo: vt ff. de teſti. l. qui
falſa. intelligi ergo debet verbum alind ibi poſi-
tum falſum teſtimonium. ſ. iuris præſumptione: qa
eo ipſo quòd quis variat in iudicio ab eo quod prius
affirmauerat extra iudicinm parte præſente & te-
ſtibus, præſumitur falſum dicere, ideoq; non ſtatur
eius dicto, & punitur de falſo, vt ibi habetur, quod
oportet notetis bene. Bald. Verè notabiliſsimum
eſt: & cæteris incognitum. obſecro tamen te qua via
vis hunc teſtem ex hac præſumptione tam acriter de
falſo damnari, hoc enim videtur contra. l. ff. de pœ-
nis. l. abſentem. quod locum etiam habet ſi præſum
ptio ſit vehemens: quando crimen eſt graue, vt eſt
caſus extra de præſump. c. literas.

Et † enim crimen falſi graue eſt, vt apparet ex l. 15
1. §. 1. ff. de falſis. & ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §.

qui

qui vim. & probatur. C. ad l. Cor. de ſal. vbi ſalſi.
& ff. de decur. l. generaliter. in prin. ibi, vel aliam de
grauioribꝰ &c. Et notabas tumet & omnes Doc. C.
de tranſac. l. tranſigere. Sentiebas etiam idem ff. de
falſis. l. ſi quis legatum. iuxta princ. Bartolus. Re-
ſponſio clara eſt. Nam illud quod dicis verũ eſt in
prꝑſumptione hominis, ex qua quis damnari nõ de-
bet. ſic loquuntur iura illa, niſi fortè præſumptio
eſſet violenta, quanuis non ſufficiat vehemens: vt
no. glo. notabilis in præallegato. c. literas. & eo. tit.
16 c. afferte. † nos autem loquimur in præſumptione
iuris, lex enim ita prꝑſumit vt dictum eſt. iuris quip-
pe præſumptio dicitur liquidiſsima probatio: vt C.
de periculo tu. l. ſi tutor, in glo. no. iuncto tex. vn-
de ſufficit ad condemnationem etiã in criminibus:
vt C. de probati. l. ſciant. & pro hoc eſt caſus no. C.
de adul. l. ſi quis adulterij. ſecundum vnum intel-
lectum glo. Ludouicus. Tu Bal. idem dicebas in
præallegata. l. ſciant. ſequendo Nicol. de Mattarel.
17 dicendo quòd indicia † à iure approbata & indu-
bitata ſufficiunt ad condemnationem: quia ex quo
ſunt indubitata legi debent eſſe indubitata iudici.
facit C. de quæſtioni. l. milites. §. oportet. Bartol.
18 Tu Balde fortaſſe † dices quòd hoc caſu cõtra hanc
præſumptionem iure poteſt probari: & ſic non ſe-
quitur condemnatio: ar. ff. de ſal. l. vxori. §. fi. Item
quòd etiam cõtra violentam præſumptionem pro-
batio admittitur: vt not. gl. ad hoc notabilis in prꝑ-
alle. c. literas. Sed ego reſpondeo quòd præſumptio
à iure approbata ſufficit ad condemnationem do-
nec probetur contrarium: vt not. Innoc. extra de
proba. c. quia veriſimile. Si autem probaretur con-
trarium, tunc eſſemus in caſu diuerſo & ſpeciali, con
tra regulam. d. l. eos, ſecundo reſponſo. vt dicemus
infra 16. ca. nam aliud eſt dicendum. Bal. Adhuc
anceps ſum qua via hic procedant, ſi enim rectè con
ſidero dicta in toto hoc c. & præcedenti, plus ope-
ratur ſimplex partis præſentia quàm ſimplex iura-
mentum: nam partis præſentia facit variantem po-
ſtea in iudicio puniri de ſalſo, quod non operatur
iuramentum: vt ex prædictis deprehenditur. hoc
autem videtur abſurdum: quia plus videtur opera-
19 ri debere dictum † cum iuramento quàm dictum ſi-
ne iuramento emanatum: vt extra de iureiur. c. de-
bitores. de teſti. c. nuper. & c. tuis. 22. q. 1. cap. 1. cum
20 concor. † Et adeo hoc eſt verum, quòd quamuis tex.
22. q. 5. ca. Iuriſconſulti, dicat quòd idem operetur
ſimplex loquela quod operatur iuramentum, illud
verum interpretor quantum ad rei obſeruationem,
quantum autem ad effectum credulitatis vel pœ-
næ, plus operatur ſimplex iuramentum quàm ſim-
plex loquela: vt d. c. debitores. cum concor. & ita
no. glo. in d. c. Iuriſconſulti. & de iureiuran. c. pe-
nul. Ludoui. Anto. de Butr. & Io. de Imo. poſue-
runt hanc ſolutionem, & etiã alias plures in c. cum
contingat. de iureiur. & in præallegato. c. debitores.
Bar. Fateor dicta tua Bald. Sed nimirum ſi in caſu
noſtro hoc euenit, quòd plus ſtetur dicto extra iu-
dicium ſine iuramento quàm cum iuramento. nam
cum illo dicto extra iudicium quod plus operatur
concurrit partis præſentia cuius intereſt, quæ non
interuenit in caſu altero de ſimplici iuramento in-
ſinuans, vt vberius vtar illo quod dicitur, quòd
21 † plus fidei operatur ſimplex iuramentum, quàm

ſimplex loquela, eſt verum niſi cum ſimplici lo-
quela aliæ coniecturæ concurrant: vt eſt caſus nota-
bilis in præallegato. c. literas. & extra de proba. cap.
per tuas. & d. l. eos. ſecundo oſtenſo. pro qua ratio-
ne plus operatur partis præſentia in confeſsione ex-
traiudiciali ſuper facto proprio, quàm ſimplex iu-
ramentum ſine partis præſentia, ſecundum omnes
Doc. Eadem & in iſto: quia eiuſdem eſt naturæ di-
ctum teſtis extra iudicium quantum ad teſtem, vt
diximus ſupra hoc lib. 7. c. Bald. Dic quæſo ali-
quid in hoc dicto teſtis extra iudicium, quod habet
vim confeſsionis extra iudicium, eſt ne cauſa neceſ-
ſaria? etenim vehementer dubito: quoniam ſi con-
feſsionem conſidero, cui dictum teſtis extra iudi-
cium æquiparas, certè cauſa neceſſaria eſt: vt ff. de
proba. l. cum indebito. §. fin. ſecundum dictum te-
ſtis verum, & proprium aliud erit: quia † validum 22
eſt dictum etiam ſine cauſa, ſi de cauſa non interro-
gatus quia † teſtis non debet eſſe verboſus, vt not. 23
glo. & idem tumet Bart. ſequebaris. C. de teſti. in l.
ſolam. Bartol. Optimam tetigiſti exceptionem
quæ ſola hic tractanda reſtabat. Et quidem cau-
ſam neceſſariam puto: nam vt ſæpius dixi, hæc non
eſt atteſtatio cui deeſt forma iudicij: ſed ſimplex
confeſsio extra iudicium quoad teſtem, per quam
confeſsionem apertum eſt cauſam requirere, vt ple-
nam faciat probationem, & ne indiſcreta dicatur: vt
ff. de proba. lege cum de indebito. §. fin. & proba-
tur. ff. de adul. l. capite quinto. iuncta gloſſ. Et at-
tendite: quia hic nõ intelligo de cauſa debiti, quod
habeat interuenire in confeſsione tali. Sed de cau-
ſa ipſius confeſsionis, quæ habeat credere cauſam
veriſimilem. pone verbi gratia. Subtractus eſt mihi
liber per Titium, ignoro furem, venit Sempronius
ad me, & dicit ſe ſcire quòd Titius ſubtraxit mihi
librum illum. Ego ad hanc aſſertionem teſtes adhi-
beo, vel de ea notarium rogatum facio, certè nil va-
lebit hæc confeſsio tanquam † indiſcreta, niſi fortè 24
in via ſimplicis indicij, ſeu ſemiplenæ probationis,
& ſecurus poterit poſtmodum in iudicio variare ſi
vlterius nõ adijcit cauſam quare ſciat, quamuis poſ-
ſit contra eum ex tali dicto inquiri de falſitate. de-
bebit itaque dicere ſcio quòd ſubtraxit: quia eum
vidi ſubtrahere, & erit valida ſua confeſsio contra
ſe, cum hac cauſa, vel ſimili parte præſente, etiam
nil alio oſtenſo, vt ſupra eſt probatum, nec tamen
erit opus quòd dicat cauſam propter quam liber il-
le ad me pertineat, vel mihi debeatur. quia hęc cau-
ſa ſeparata eſt ab hac cõfeſsione, & poterit per alios
teſtes probari, vt ex ſe eſt notum. Iamq; hoc ſatis ar-
bitror expeditum. Bald. Perpulchrè quidem.
Bartolus. At verò eleganter.

SVMMARIVM.

1 *Lex tota perſpicienda eſt, antequam ex ea aliquid eli-
ciatur.*
2 *Bartolus anno ætatis ſuæ 44. vita functus eſt.*
*Dynus, Cynus, Petrus de Bellapertica, & Iacobus Bu-
trigarius clariſsimi legum ſcriptores.*
3 *Bartolo qui aduerſari conantur, ſæpius eorum macu-
lam atq; inſcientiam oſtendunt.*

Capitulum nonum in quo ſaluatur opinio Bartoli in le-
ge eos. ff. ad leg. Corn. de falſis. ab omnibus improbata.

Etiam

ETIAM Nunc Bald. dixi abs te quærendum an vides ex pręmiſsis deciſum eſſe id quod primo loco hodie delegiſti, diſputationis articulum quod ex meis omnibus ſententijs improbabilius reputabas. Baldus. Enncleatum quidem eſt, ac delucidatum, verum minimè ſecundum tuam ſentétiam. nam tu de ſimplici dicto teſtis extra iudicium cui aduerſatur ſequens iudiciale dicebas in l. eos. ff. de falſis: de partis autem præſenna nullam ibi feciſti mentionem. hoc quoque ego hodie diſputationis initinm admirabile mihi & omnibus ad ſuſtentandum aſſumpſeram, ſi memor ſum mei ſermonis. Barto. Quid tibi videtur Romane Ludouice. Ludouicus. Idem mi præceptor. neque enim aſpicere poſſum qua via dicamus ex pręcedentibus quæſtionem illam ſecundum ſententiam tuam eſſe ſopitam. Bar. proh Deum atque hominum fidem quàm tepidum ingenium veſtrum, nonne docui in l. eos. notabilem cautelam, & menti tenendam in practica, qnòd quando quis habet teſtem qui extra iudicium aſſerit vnum faciat eius dictum ſcribi à notario, vel ſaltem coram teſtibus dici, vt poſtmodum prædictus in iudicio non poſsit affirmare contrarium quin puniatur de falſo, per caſum illius legis ſecundo reſponſo. Bal. Sic certè. Bar. Qua igitur via poterit hoc fieri ſine partis præſennia, vel alterius qui eius vicem ſuſtineat, nulla profecto. proteruus tamen fortaſſe dicet quòd ego ipſe ibi in ſecundo membro diſtinctionis meæ ſimpliciter dixi teſtem ita prædicto modo variantem puniri, neque ibi vllam de partis præſentia mentionem fecerim. Sed deponat illa arma quibus me offendere
1 quærit ſcilicet lex in ciuilem. C. de fur. vbi † tota. l. proſpici debet antequam ex ea aliquid eliciatur. Item. l. & ſi poſteriores. ff. de legi. cum concor. & omnia iura quibus dicitur: quia ex ſequentibus præcedentia declarantur, & econtra. l. prima. C. de inoffic. doti. cum ſimilibus. vbi habetur quòd congrunm eſt iura iuribus concordare, deeſſe redditionis in tali confeſsione nihil ibi expreſsè fateor. Sed quid vltra verbum illud ſic hodie vobis aſſero intelligendum. Bald. Verè admirabilis eſt iſte Ludouice. nos quoque & cæteri iuris interpretes, vt video, in hoc articulo ſtulti fuimus & tardi corde ac mente ad intelligendum. Ludouicus. Vera inquis. ô quanta cum intelligentia, quanto cum ſale, quanto cum fundamento protulit bonus hic vir omnia verba ſua atque vtinam annos vixiſſet plu-
2 res. † Etenim hic qui quadrageſimum quartum annum ſuæ ætatis agens vita functus eſt, totque & tanta tam obſcurata obtenebrata penituſq; interdum incognita pancula illa ætate mirabili quadam memoria ac incredibili perſpicacia in apertum duxit, qua ferè ætate cæteri omnes vix littora profunditatis noſtræ ſapientiæ tetigiſſe ſolent. Quid fabricaſſet ſi nonageſimum annum tetigiſſet? ſicut fuere multi noſtræ ciuilis ſapientiæ profeſſores in iure ciuili, profecto obſcuritatis aut ambiguitatis nihil relictum eſſet, ſed ipſa ſecula lugenda etiam exiſtentibus ac recenſenda dimittamus. Baldus. Ludouice, ſæpius viuens dixi & nunc quoq; quanto magis mente repenſo, tanto verius exiſtimo q ſi miraculosè in vno corpore poſsibile eſſet inueniri ſcientiam Dyni, Cyni, Petri de Bella pertica, Iacobi Butrigarij, qui quatuor clariſsimi legum ſcriptores toto orbe fuerunt tamen præceptoris huius mei ſcientia excederet. Ludouicus. Proculdubio & enim huius ſcientiæ ex mente iuris ac reconditis
fontibus procedunt adeo † vt qui ei aduerſari co- 3
nantur ſæpius eorum maculam atque inſcientiam oſtendant. ſicuti dicit tex. de detractoribus loquens. 11. q. 3. inter illa. Bart. Qui autem bi ſermones quos inuicem tam attentius ſecreto confertis? Ludouicus. Bartol. præceptor noſter a omnium qui poſt tempora tua iuri ciuili operam dedere dantq; & dabunt Bal. acquieſcit ſententiæ tuæ eamque ipſe ſummè commendat & extollit. Ego quoque ſi meritus ſum inter tantos de me ſententia quanquam explanare maximè ipſam laudandam exiſtimo, neque quicquam vlterius quæras rogo. Bartolus. Nimirum ſi dictis meis Bald. acquieſcis nunc, poſteaquam iure conuictus es, antea autem vehementer inſultabas. Baldus. Quid vltra rectè me loqui putabam, nunc autem aliud eueniſſe cognoſco, pro quo quanquam doleam mirum in modum, vltimum tamen me conſolatur aliorum doctorum omnium errantium ſocietas: qui poſt te ſurrexere: quique quaſi vnanimiter meæ opinionis extitere. Bartolus. At verò de hodiernis verbis tuis memor ſis de alijs tuis contradictionibus. Baldus. Id rogo ne memineris, ſuſpicor enim ne ipſum verum ſit, & enim ſi hac in quæſtione primariè me tibi iure putabam aduerſatum, idq; nunc clarè conſpicio non iure tentatum eſſe, quanto magis idipſum fortaſſe eueniet in cæteris quorum non arbitror adeo apertam eſſe rationem. Bartolns. Nunc itaque ad reliqua peragenda tranſeamus, rationeſq; tuas Balde, quas hodie contra ſententiam meam & rationes cæterorum doctorum, ſicut ex te Ludouice fuit relatum clara demonſtratione confutemus.

SVMMARIVM.

1 *Informis & iniurata depoſitio teſtis præiudicat.*
Intellectus ad Glo. fi. in c. cum cauſam quæ inter archiepiſcopum. & nu. 2. cum ſeq.

2 *Teſtes examinati non examinandi, an ſibi cotradicentes puniantur.*

3 *Teſtis depoſitio extraiudicialis, vt validetur quid requiratur.*

4 *Teſtes quòd recipi debent parte præſente, vel contumace, qualiter intelligatur.*
Modificatio ad dictum Bar. in l. eos. ff. ad leg. Cornel. de falſis.

5 *Actus extraiudicialis an debilior quàm iudicialis.*

6 *Teſtis dictum extra iudicium actorem à calumnia excuſat.*

7 *Difficilius retractatur id quod duplici vinculo fulcitur quàm id quod vno tantum.*

8 *Teſtis in iudicio deponit cum iuramento. Et coram iudice qui loco partis abſentis ſuccedit.*

9 *Iuramentum ſi in iudicio nullo interuenit, eneruabit fidem ſecundi dicti contrarij.*

10 *Animus in delictis & cor inſpicitur, & non factum.*

11 *Alterum ex contrarijs falſum eſſe certum eſt. & nu. 16.*

12 *Repræſentantes dominum ratihabitione ſequuta qui ſunt.*

13 *Teſtis de neceſsitate comparere debet ad deponendum vbi per iudicem vocatur.*

14 *Teſti qui ſe ingerit quantum ad alios non ſtatur, quantum ad ſe ſic.*
15 *Intellectus ad c.1 quid ſit inueſtitu.c.1.§.1.ſi de inueſti. inter domi.& vaſal.lis oria. & c.1.§. notandum.de not. feudo.& nu.16.cum ſeq.*
17 *Pecuniã accipiens vt teſtimonium dicat, etiam verum, falſum committit.*
18 *Ratio eadem eſt in dicente ſe non interfuiſſe & dicente ſe neſcire.*
19 *Intellectus ad l.vnius.§.teſtes.ff.de quaſtionibus.*
20 *Reſponſio adaptatur ad interrogationem,& ſecundum eam eſt intelligenda.*
21 *Opinio communis non eſt ſequenda, vbi iudex noſcit illam non bonam.*
22 *Intellectus ad c.literas.de praſumptionibus.*
23 *Intellectus ad c.inquiſitionis.de accuſationibus.*
24 *Dictum extraiudiciale vbi procedit, illud praſumitur verum.ſi factum eſt cum debitis ſolennitatibus. Intellectus c ſicut nobis. de teſtibus.*

Capitulum decimum in quo confutantur omnes rationes contra Bartolum in primo & ſecundo capitulis huius libri.

PRIMAM rationem tuam ſecúdamq́; ac quartam
ex præcedentibus Balde eneruatas conſpici-
1 mus. Etenim † depoſitio teſtis ſine forma iudicij
& etiam ſine iuramento præiudicium facit teſti,
quamuis non alijs,& legitima dicitur quoad teſtem
in vi confeſsionis, ſi confeſsionum ſolita interue-
niant ſolennia, ſicuti ſuperioribus caſibus liquido
declaratum apparet. Ad tertiam rationem quę mul-
tum vrgere videtur in oppoſitum, quæ quoque pri-
ma fuit in tuo conſilio in quo tam inhoneſte con-
tra me inuehebaris. Eſt ante omnia ſciendum quod
eandem gloſſ. in cap. cum cauſam quæ inter archie-
piſcopum, in gloſſ. fin. ego ipſe bene noui ſolitusq́;
ſum allegare & approbare, vt ego ſcripſi in quo-
dam meo conſilio quod incipit, In quæſtione ver-
tente inter dominum Symonem in ordine 59. vbi
2 dicebam per illam gloſſ. quod † teſtes examinati iu-
dicis officio qui examinari non debent ſi ſibi con-
tradicunt non puniuntur nec eis nocet huiuſmodi
contradictio quod eſt notandum. Hoc quoq; præ-
miſſo, eſt ſubtiliter aduertendum quod prædicta
gloſſ. non loquitur in noſtris terminis. ſed quando
teſtis vtraq; vice inualidè in iudicio depoſuit quã-
uis prima vice inualidè, quod patet: quia ſi loque-
retur in prima depoſitione extra iudicium, fruſtra
mentionem faceret gloſſ. eadem de publicatione
atteſtationum, quæ non requiritur in dictis extra-
iudicialibus. Sed tu Bal. argumétabaris quòd idem
iuris eſt de actis factis coram iudice iuriſdictione
carente, vel non ſolenniter, quod eſt in dictis ex-
traiudicialibus per gloſſ. C. de liberali cauſa. l. iu-
bemus, cum concor. ſortaſsisq́; addi per te poſſet
quòd ſi qua diuerſitas eſt maior ratio facit pro di-
cto iudiciali quamuis inualido quàm pro dicto ex-
traiudiciali i ar. l. 1. C. de prædijs decur. libr. 10.
Ego tamen reſpondeo quod non interuenit quod
hoc caſu plus poſsit depoſitio extraiudicialis quàm
iudicialis inualida, quanquam prima fronte videa-
3 tur admirabile. probo ſic euidenter. Depoſitio † ex-
tra iudicium in caſu noſtro vt valida ſit contra te-
ſtem, habet neceſſe fieri parte præſente, & cum cau-
ſa, vt ſupra eſt probatum. Sed depoſitin quæ fit
per teſtem coram iudice non ſit parte præſente, imò
penitus ea abſente, ergo &c. Quòd fiat parte abſen-
te hoc caſu eſt notum: quia † quamuis dicitur quod 4
teſtes debent recipi parte præſente vel contumace
vt in auth. de teſtibus. §. ex hoc verò. col. 7. & C. eo.
tit. auth. ſi quis ab aliquo. tamen illud ab omnibus
interpretatur verum quantum ad iuramentum, ad
quod videndum pars eſt citanda. In depoſitionibus
autem pars minimè intereſſe debet vt C. de teſt. l. ſi
quando & ibi no. nec debet diſcere teſtificata ante
publicationem: vt no. in auth. de teſti. §. quia verò.
& C. de proba. authen. at qui ſemel. liquido itaque
apparet quòd talis depoſitio in iudicio in primo nó
poteſt habere effectum confeſsionis & extraiudi-
cialis quæ neceſſaria eſt in caſu iſto, fateor tamen
quod haberet effectum confeſsionis extra iudicium
factæ parte abſente quæ plenè non præiudicaret: vt
extra de iudi. c. at ſi clerici. & ff. de confeſsio. l. cer-
tum. §. ſi quis abſente. vnde faceret indicium contra
teſtem ad inquirendum contra eum de falſitate in
ſequenti dicto contrario in judicio probato: vt eſt
probatum ſupra hoc libr. 7. c. & per hanc viam ego
ſaluo gloſſ. prædictam in c. cum cauſam, & dictum
Spec. & meum in pręallegato conſilio, quamuis ne-
mo hoc dixerit. & facit ad prædicta text. ſecundum
vnam lec. communiter approbatam in c. nlim de re-
ſcriptis. Habetis quoq; ex pręd ctis modificationem
pulchram ad dictum meum in l. eos. ff. de fal.

Et enim illud verum quandõ teſtis prima vice
depoſuit extra iudiciũ: ſecus eſſet ſi in iudicio nul-
lo: quia tunc illa depoſitio nihil probat omnino e-
tiam contra teſtem certè ſtabitur ſecundo dicto, &
non punietur teſtis de falſo, licet poſtea cõtrarium
in iudicio valido deponat, poterit tamen cõtra eum
inquiri, vt ſupra dictum eſt. Ludouicus. Singula-
re ac nouum dictum eſt. Bal. Sed quid dices Bar-
tol. non debilior eſt actus † extraiudicialis quàm 5
judicialis, vt patet in toto tit. C. de prædijs mino. &
C. de admini. tu. l. lex quæ tutores. & C. de prædijs
decu. l. 1. lib. 10. & in l. in hac. & in l. in donatio. C.
de dona. cum infinitis concor. & per hoc quod no.
glo. in c. 2. de elec. lib. 6. quæ dicit ꝙ multa permit-
tunt parti teſtes extra iudicium quæ poſtea ipſi non
dicunt in iudicio. Bart. Fateor contrarium, ſed
illud verum cæteris paribus ſic locum habent iura
illa. Aliud eſt iſto caſu vbi pro dicto extra iudiciũ
concurrant veriſimilia, pro dicto autem in iudicio
ſecus, vt dictum eſt. Præterea illud verum in actu
facto in iudicio vero. Aliud vbi iudicium eſt nul-
lum, vt in propoſito, tunc enim actus in ea factus
dicitur extraiudicialis non iudicialis, vt in præal-
legato cap. at ſi clerici. & dicta l. ſcimus C. de agri.
& cenſi. lib. 11. Ad gloſſ. in c. 1. de elec. lib. 6. dico ꝙ
quanuis illud ſæpiſsimè accidat, vt glo. dicit, tamen
non ſequitur ergo non debeant teſtes puniri, nec il-
lud gloſſ. dicit. Item non ſequitur ergo dicto ex-
tra iudicium non eſt danda fides contra confiten-
tem, quia nec hoc vult gloſſ. illa, imo potius ſentit
oppoſitum dum dicit notabiliter quòd † dictum te- 6
ſtis extra iudicium excuſat actorem à calumnia,
hoc enim non eſt propter aliud, niſi quia tale di-
ctum præſumitur verum. Bal. Quid dices ad ra-
tionem, nonne † difficilius retractatur id quod 7
dupli-

duplici vinculo fulcitur quàm id quod vno tan-
tum vt l. 1. & ibi no. C. de pac. & tu ipſe notabas. ff.
de iureiur. l. admonendi. in quarto contrario. Cer-
tum eſt enim quòd depoſitio facta in iudicio quam-
8 uis non eſt ſulcita vinculo duplici & depoſitio † ex-
tra iudicium vno tantum, nam teſtis deponit in iu-
dicio cum iuramento, vt C. de teſti. l. iuriſiuran. 4.
q. 3. verſ. Item iuriſiuran. cum ſi. Item deponit co-
ram iudice qui ſuccedit in locum partis ea abſente
vt C. de appella. l. ampliorem in prin. & tu Bar. no-
tabas ff. de publi. iudi. l. pen. §. ad crimen in fi. & ſic
ſunt duo vincula, ſcilicet iuramẽtum & partis præ-
ſentia, in extraiudiciali eſt vnum tãtum vinculum,
ſcilicet partis præſentia, nec tu aliquid requiris.
Bart. Reſpondeo clarè poſito quòd hoc caſu iu-
dex ſuccedat in locum partis, quod tamen verum
non credo, quia hic nõ eſt de caſibus de quibus ego
notaui in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infect. in qui-
bus iudex ſupplet ex officio, & hoc ponunt doct. in
l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. par. iudex. ſup. tamẽ iſto
caſu iudex non eſt iudex ſed iuriſdictione caret, vel
in forma iudicij teſtem nõ recipit, vt ff. de iure om.
iudi. l. imperium & per totum illum ti. Porro ſi in
9 † iudicio nullo interuenit iuramentum eneruabit
fidem ſecundi dicti contrarij, non tamen ſufficiens
erit ad faciendum teſtem puniri de falſo, vt ſatis li-
quet ex dictis ſupra hoc libr. 8. c. Bald. Dic quæ-
ſo aliud nonne quamuis non ſufficiat dictum fal-
ſum teſtis extra iudicium ad hoc vt teſtis puniatur
de falſo, & tu nuper dicebas hoc ipſo lib. 3. cap. ta-
men ad hoc ſufficit iudicium vllum quod habet ap-
parentem formam iudicij, vt probatur ex his quæ
tumet Bart. notabas. ff. de fal. l. ſi quis legatum, &
ſentit idem Ioan. And. in regula non eſt ſine culpa
10 de regu. iur. lib. 6. in Mercurialibus, † quia in deli-
ctis animus & cor inſpicitur, non factum, maximè
in atrocioribus, prout eſt iſtud, vt C. de epiſ. & cle.
l. ſi quis non dicam rapere, & ff. de Sica. l. is qui cum
telo & l. diuus, cum concor. Ludouicus. Ioann.
de Imol. idem tenuit, & Abbas de Sicilia, & omnes
Canoniſtæ in cap. cum cauſam quæ inter archiepiſ-
copum, extra de teſti. quamuis tu ipſe Bald. in l. iu-
riſiuran. in fin. C. de teſti. videaris aliud ſenſiſſe.
Baldus. Quomodo ergo eſt hoc quòd varians à di-
cto emanato in iudicio nullo modo puniatur de
11 falſo. Etenim † certum eſt alterum ex contrarijs
ſalſum eſſe, vt l. 1. C. de fur. & ſiue primum ſit fal-
ſum ſiue ſecundum, ſatis eſt ad eum puniendum,
vt patet ex prædictis. Bart. Nunc tetigiſti medul-
lam huius quæſtionis, & quidem Bald. fateor con-
trarium. Sed attende, quia illud quod dicis de for-
ma iudicij apparente eſt verum, quando apparet ne
dum alijs ſed etiam teſti. Et hæc eſt ratio quare te-
ſtis punitur, quia ignorabat iudicij inualiditatem,
& credit falſum deponere ſolemniter. Quando
autem forma teſti hoc non apparet, ſed ſcit ſe in iu-
dicio nullo deponere hic ceſſant omnes rationes
punitionis, & puto quòd plus eſt talem teſtem non
ſolum de falſo non puniendum, ſed nec de crimi-
ne ſtellionatus, quoniam mendax extra iudicium
non punitur niſi ex ſuo mendacio quis damnifice-
tur vel damnificari poterit vt dictum fuit ſuperius.
volo quoque verbi gratia dare exemplum vnum.
Pone enim falſum procuratorem vel nuncium vel
defenſorem agitaſſe iudicium certum, certè hi non
repreſentant dominum niſi † ratihabitione ſecuta, 12
vt ff. de iudicijs l. licet, quia iudici obripiunt & pu-
niuntur l. Corne. vt ff. de falſis l. ſi quis obrepſerit.
vnde iudicium cum eis actum eſt ipſo iure nullum,
vt C. de procura. l. licet & ff. de collu. dete. l. iuſto,
& ibi not. Certè enim ſi in hoc iudicio teſtis aſſerit
vnum, deinde aſſerit oppoſitum in alio iudicio agi-
tato ſuper eo per verum dominum, vel eius procu-
ratorem, indubitanter puniendus eſt de falſo, quia
credebat primum iudicium valere, quoniã ad eum
non ſpectant de mandato agentis inquirere, ſed ha-
bet comparere † de neceſsitate ad deponendum vbi 13
per iudicem vocatur, vt ff. quemadum teſta. aperi.
l. cum ab initio, & l. ſi quis ex ſignatoribus, in prin-
cip. Item pone iudicem à quo teſtis vocatur to-
tali carere iuriſdictione, vel cauſæ notione, & te-
ſtem hoc apertè ſcire, proculdubio quamuis coram
eo vnum affirmet licebit ei poſtmodum in iudicio
valido aſſerere veritatem, etiam ſi ſonet in contra-
rium, vt ſupra dictum eſt & demonſtratum. Bal-
dus. Bonum dictum eſt. Bartolus. nunc tranſeo
ad quintam rationem, & dico quòd non ſtatur illi
teſti qui ſe ingerit † quantum ad alios, quantum ad 14
ſe ſic vt prædixi.

Ad ſextam dicimus quòd in illis iuribus primũ
dictũ emanauit per errorem, non ſic in noſtro caſu,
vel illud in caſu quando depoſitio extra iudicium
manifeſtè probatur non vera, quo caſu non habent
locum prædicta, vt dicam in 16. cap. Ad ſeptimam
reſponſio clara eſt. Ad octauam eſt attendendum
quòd † quamuis tu Bal. dicas illum text. in c. 1. quid 15
ſit inueſti. eſſe ſingularem & vnicum in iure, tamen
hoc non eſt verum. habet enim alium conſimilem
quaſi ad contextum in c. 1. §. 1. ſi de inueſti. inter do-
minum & vaſal. lis ori. Item habet alium in c. 1. §.
notandum de notis ſeudo. 10. colla. Hoc quoque
præmiſſo apertiſsimè ad illos tex. reſpondeo quòd
non loquuntur vllatenus in terminis noſtris, nam
ibi non apparet quidquam de teſtis variatione, & ſic
nihil ad eandem rem noſtram. Præterea ſi appare-
ret, tamen primum dictum ibi non emanauit merè
extra iudicium, ſed coram iudice, quamuis extra fi-
guram iudicij, in quo caſu diuerſa eſt ratio, vt ſupra
demonſtraui. Et dixi hodie de intellectu illorum
tex. lib. 3. 11. ca. in fin. Ludonicus. Tumet Bal. in-
telligis illos text. in prima depoſitione facta coram
iudice non in iudicij figura. Barto. Item addo ad
illos text. alias reſponſiones, poſito etiam ſine præ-
iudicio veritatis quòd loquantur in prima depoſi-
tione extra iudicium parte præſente, & ibi variatur
ab eo dicto, vt requiritur in caſu noſtro: non enim
eſt mirum ſi teſtis ibi non puniatur, quia ibi expreſ-
ſe apparet quòd teſtis prima vice ſcienter veritatem
celabat, vel odio vel gratia, vel pretio illud dicebat,
vt text. illi præſupponunt, & ibi video ſtatur dicto
ſecundo. Si enim ponimus † pro conſtanti primum 16
dictum eſſe ſalſum neceſſario ſequitur alterum di-
ctum contrarium eſſe verum, loquendo in his quæ
ſunt directo contraria, vbi apparet de corruptio-
ne, tamen non apparet de falſitate in primo dicto,
nam imò apparet ibi falſitas dum dicitur quòd ve-
ritatem celabant. Item poſito quod non appareret
aliter, tamen eo ipſo quod quis eſt corruptus, præ-
ſumi-

17 ſumitur falſum dicere, & † eo ipſo quòd quis pecu-
niam accipit vt teſtimonium dicat etiã verum, fal-
ſum committit, vt notat gloſſ. elegans in l. 1. §. 1. in
ver. ad notationem. ff. de fal. quam ego ibi ſummè
notabam. poteſt etiam dici ad tex. in c. 1. §. 1. quid ſit
inueſtitura in verbo non reminiſci, quem tu Balde
inducebàs in tuo conſilio, & etiam ad text. in c. 1. de
nonis ſeudo. quod ibi teſtis nihil depoſuit affirma-
tiuè in primo dicto, ſed ſimpliciter dixit ſe nihil ſci-
re, vnde licet iterato productus dicat ſcire, propter
hoc non debet puniri de falſo, quia potuit melius
factum reduxiſſe ad memoriam, vt diximus ſupra
libr. 1. 8. cap. Secus in caſu noſtro vbi teſtis in prima
vice extra iudicium affirmando depoſuit. Tu Bal-
de dices ꝙ text. in d. c. 1. §. 1. quid ſit inueſtit. ſubdit
quod teſtis dixerat non ſolum non reminiſci, ſed
etiam non interueniſſe, vel non interfuiſſe. Ludo-
uicus. Ita notat eum Bal. in lectura ſua. Bar. Sed
dico quod quamuis verbum non interfuiſſe videa-
tur affirmatiuum, tamen non eſt verum quoniam
18 † eadem eſt ratio in dicente ſe non interfuiſſe, & di-
cente ſe neſcire, quia illud non interfuiſſe intelligi-
tur, id eſt, non recordor quod interfuerim, nec po-
teſt aliter intelligi niſi fortè teſtis dicens ſe non in-
terfuiſſe cauſam dicti redderet coartãdo perſonam
ſuam loco vel tempore, tunc enim eſſet dictum pe-
nitus affirmatiuum, nec poſſet ab eo variari, vt C. de
proba. l. actor. ff. de verb. oblig. l. in illa, & ibi ha-
19 betur. † Et idem dicerem ſi cum dicto negatiuo
teſtis aliquid admiſceret affirmatiuum, puta ſi di-
ceret puto quòd tale quid fuit factum, ſed illi facto
ego non interfui, tunc enim eodem modo non ca-
dit prædicta rememoratio text. eſt ad hoc notan-
dus vt mihi videtur. ff. de quæſtio. l. vnius §. teſtes,
& ita debet intelligi, alias prædictis contradicetur.
Tu dices quòd ille teſtis qui deponat in cap. 1. quid
ſit inueſtit. dixit ſe non interfuiſſe tunc cum inue-
ſtitura fieret, vt aperit ibi tex. & ſic ibi cum dicto ſuo
admiſcuit affirmationem. Sed ego reſpõdeo quòd
poſſunt eſſe illa verba legiſlatoris. Et ſi vis omni-
no quòd ſint verba teſtis tamen non concludunt
propterea quòd teſtis ille aſsignet inueſtituram fa-
20 ctam eſſe, quia † reſponſio adaptatur ad interroga-
tionem & ſecundum eam eſt intelligenda: vt ff. de
verborum obliga. l. prima. §. ſi quis ſimpliciter, vn-
de ſi teſtis dicit non interfui tunc cum inueſtitura
fieret, intelligitur, ſcilicet illa de qua interrogor, &
ſic teſtis nõ affirmat eam eſſe factam, ſed refert ver-
ba interrogationis.

Aliud putarem, ſi teſtis diceret ſcio inueſtituram
factam eſſe, tamen illi interſui vt prædixi, ſicq́; ha-
betis multas reſponſiones ad illos text. Ad nonam
rationem reſponſio clara eſt quòd in l. athletas te-
ſtis non dixit poſtmodum contrarium ſolemniter
imo pœnituit eum, vt ibi gloſſ. not. & ego nota-
bam. Ad decimam dicimus illud verum niſi opi-
nio communis clarè probetur mala, tunc enim ab
ea diſcedendum eſt tanquam à corruptela, vt dixit
teſtis 8. diſtinct. cap. conſuetudinem, & c. conſue-
tudo, & cap. fruſtra, & quaſi per totam illam diſtin-
ctionem, maximè cùm pro mea æqua & rationali
opinione ſit caſus legis vt ſupra eſt demonſtratum.
Et pro hoc optimè facit quod dixerunt Hoſti. &
Ioan. And. extra de conſti. in cap. 1. vbi inquiunt
† communem opinionem non eſſe ſequendam, vbi 21
iudex noſcit illam non bonam, pro hoc etiam tex-
tus optimus C. de vete. iure enucl. l. 1. §. ſed neque.
Ludouicus. Abbas de Sicilia ſequebatur idem in
præallegato cap. 1. per dictum text. Bar. Reſtant
aliquæ rationes aliorum doc. quas hodie retulit Lu-
douicus, quibus reſponſum non apparet. Nec igitur
obſtat quod dicebat Antonius de Butr. quòd poſ-
ſibile eſt quod dixerit mẽdacium prius vt partibus
complaceret, & poſtea dixerit verum, quia reſpon-
deo quòd quamuis poſsibilis ſit, tamen ius præſu-
mit oppoſitum prima facie, & eum punit, niſi aliud
demonſtret, vt ſupra probatum eſt. Et eodem † mo- 22
do reſpondeo ad illud Io. de Imo. quòd non ſic lo-
quitur liberè teſtis coram parte ſicut coram iudice
parte abſente, quia licet iſtud verum ſit, tamen ius
contra ipſum præſumit. Ad illud do. Abb. de Sici-
lia de ſimilitudine contra torturam cum iuramen-
to. Ego reſpondeo quod hæc generalis præſumptio
quod dictum cum iuramento ſit verum tollitur per
præſumptiones iuris ſpecialis vrgentes in oppoſitũ,
vt eſt caſus de præſump. c. literas & ſic eſt in noſtro
caſu, vt dicta l. eos 2. reſponſo. Ad † tex. in c. inqui- 23
ſitionis vbi etiam dico quòd ideo ibi ſtatur ſecun-
do dicto, quia primum præſumebatur in fraudem
factum, vt non admitteretur ad teſtimonium, pro
hoc quod dicam infra 16. c.

Ad illud dictum tuum Bal. in tuo conſilio de te-
ſte qui dicit vnum in iudicio & poſtea contrarium
extra, quòd ſtatur primo dicto nec punitur, vnde
idem dicebas eſſe contra eadem ratione reſpondeo
clarè, quia falſum eſt, nam maxima differentia eſt
inter prædicta. vbi enim dictum † extraiudiciale 24
præcedit, illud præſumitur verum, ſi factũ eſt cum
debitis ſolemnitatibus, & conſequenter ſecundum
falſum, vt d. l. eos ſecundo reſponſo, & ca. per tuas
extra de proba. & de præſump. c. literas, vbi autem
extraiudiciale ſequitur primum iudiciale præſumi-
tur verum, & ei ſtatur, & conſequenter ſecundum
falſum, licet ſecundum faciat indicium ſufficiens
ad inquirendum contra primum, vt eſt caſus extra
de teſti. c. ſicut nobis. probat ergo multo magis di-
ctum extraiudiciale præcedens quàm ſequens, & ra-
tio eſt, quia vbi præcedit iam inuentum eſt illud
dictum natum cum præſumptione veritatis, quia
non habet à quo inualidatur, vbi autem ſequitur in-
ualidatur per præſumptionem primi præcedentis.
Et attende Bald. quia tu vehementer errabas, pu-
taſti enim me ſemper velle ſtari primo dicto extra
iudicium. ſed non eſt verum vt in multis locis ego
tenui, vt dixi ſupra hoc libro 3. 4. & 5. cap. Ratio
itaque eſt quia ſecundum ſolemne falſum præſu-
mitur, vt iam eſt dictum, cætera ex præmiſsis ſatis
apparent. Ludouicus. Enucleata iam res eſt hæc,
clariuſq́; ſub modo multorum quæ nunquam ha-
ctenus intellexi. Sequere tamen præceptor noſter
ſi quid aliud nobis dicturus es.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum licet eneruet teſtis dictum contrarium, an tantas vires habeat vt faciat teſtem de falſo puniri.*
2 *Teſtis ſecundo dicto in quibus caſibus ſtatur, nec de falſo punitur.*

Capitulum vndecimum in quo ponitur generaliter regula de teſte vario extra iudicium, & in iudicio, cum ſuis fallentijs.

SATIS liquido ex ſupra demonſtratis apparet
colligi poſſe hanc generalem regulam, quòd ſi
teſtis parte præſente & cauſa, aliquid aſſerit extra
iudicium, & poſtea contrarium dicit, in iudicio ſta-
ri non debet huic dicto, imo teſtis ipſe punitur de
falſo. Et idẽ ſi pro dicto extraiudiciali primo con-
currerent aliæ coniecturæ aut ſufficientia veriſimi-
1 lia excepto iuramento quòd quamuis eneruet † di-
ctum contrarium, tamen non habet tantas vires vt
faciat teſtem de falſo puniri, quia tamen regula hæc
requirit quaſdã modificationes, ideo ſubijciamus
2 illas quo plenè diſcutiatur hic articulus. † fallit ita-
que primo, quando ſecunda depoſitio facta fuit in
tormentis. Secundò quando dictum ſecundum fuit
ad finem corruptionis prolatum. Tertiò quando
teſtis prima vice depoſuit per verbũ credo, vel per
verbum mihi videtur, vel per verbum dubito, vel
per verbum neſcio, vel non recordor, vel per lo-
ci, vel per iracundiæ motionem, ſecunda autem vi-
ce per verba veritatis affirmatiuè ab homine in ani-
mo temperato prolata. Quartò vbi expreſsè pro-
baretur primam depoſitionem extraiudicialẽ fuiſſe
falſam. Quintò quando extra iudicium depoſitio
non principaliter propter ſe emanauit, ſed inciden-
ter. omnibus enim his caſibus ſtatur ſecundo dicto,
nec teſtis punitur de falſo, ſed iam de quolibet ali-
quid indiſtinctè diſcutiamus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dicto facto in tormentis an ſemper ſtandum ſit, & præſumatur verius, quàm ſine tormentis.*

2 *Teſtis an poßit à principio torqueri antequam aliud deponat.*

3 *Torquendus nemo eſt antequam vacillet, vel in ſuſpicationem falſitatis incidat.*

4 *Caſus in quibus licet à tormentis incboare.*

Capitulum 12. de teſte qui variat in iudicio cum tormentis ab eo quod dixerat extra iudicium.

1 DIXI † ſtari dicto iudiciali facto in tormentis
nec teſtem de falſo puniri quamuis præceſsit
cõtraria depoſitio extraiudicialis veriſimilibus ful
cita: probatur hoc clarè, quoniam dictum in tor-
mentis ſemper verius præſumitur ſine tormentis. vt
ff. de quæſt. l. vnius §. teſtes. & l. ex libero. in prin.
vbi ego hoc notabam. Item probatur hoc argu-
mento ſumpto à fortiori, ſi enim hoc caſu ſecundo
dicto vbi primum ſuit contrarium eodem modo
iudiciale & iuramentum: vt eſt caſus. ff. de adult. l.
ſi poſtulauerit. verſic. ſed ſi negauerit, & dixi ſupra
lib. primo. 5. cap. quanto magis hoc caſu. Idem di-
cemus de forma iudicij quæ deeſt in primo dicto.
Tu dices cur eſt quod teſtis hoc caſu de falſo non
punitur. Sed ego reſpondeo quod hoc caſu cui di-
ctum præiudiciale præſumitur verum propter tor-
menta, & conſequenter extraiudiciale falſum, cer-
tè ex hac falſitate dicta extra iudicium teſtis nõ po-
teſt de falſo puniri, quamuis teneatur aliter de do-
lo, & criminaliter de crimine ſtellionatus, vt dixi-
mus ſupra hoc li. c. 5. Quærendum tamen pro ho-
2 rum declaratione eſt an † teſtis poſsit à principio tor
queri antequam aliud deponat? & quidem ex præ-
dictis videtur ſequi quod ſic. dicimus tamen ꝙ re-
gulariter non eſt à tormentis inchoandum. l. 1. ff. de
quæſt. in princ. & per totum tit. † nec quilibet homo 3
eſt torquendus antequam vacillet, vt eo. tit. l. ex li-
bero. in prin. vel in ſuſpicionem falſitatis inciderit:
vt eo. tit. l. vnus. §. teſtes. intelligite † ergo prædicta 4
in caſibus in quibus ſallit hæc regula, in quibus licet
à tormentis inchoare, vt eſt in proditione ſeruorũ,
& ſimilium quibus nulla fides eſt danda: vt habe-
tur. C. de quæſt. l. 1. & ff. de quæſt. quaſi per totum,
& per Spe. in tit. de teſte. §. 1. verſ. Item ꝙ eſt ſeruus.
Item intelligatis in alijs caſibus in quibus tortura
fieri poteſt ex poſtfacto vt in iuribus præallegatis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis depoſitio facta extra iudicium an habeat vim confeßionis, in criminalibus quantum ad teſtem.*

2 *Errans non confitetur.*

Intellectus l. generaliter. C. de non numera. pecunia.

3 *Timor ſubornationis non cadit in facto verè proprio.*

4 *Teſtis quando propter eius depoſitionem, vel eius hæres actione in factum parti læſa ad intereſſe obligetur.*

5 *Notarij error partibus obeſſe non debet.*

Capitulum 13. de teſte qui variat in iudicio ad finem correctionis, ab eo quod dixerat extra iudicium.

DICEBAM idem ſtandum ſecundo dicto iudi-
ciali contrario præcedenti dicto extraiudi-
ciali & veriſimili, vbi ſecundum dictum emanauit
ad finem correctionis, nec tunc teſtem puniri hic eſt
attendendum, quod vt ſupra probatum apparet. 7.
ca. huius libri † depoſitio teſtis facta extra iudicium 1
habet vim confeſsionis in criminibus quantum ad
teſtem, & ſecũdum illam regulam. puto itaq; quod
ſicut confeſsioni ſolenniter factæ extra iudicium
quis poteſt contradicere probato errore primæ con
feſsionis, per titulum de iuris & facti igno. † & quia 2
qui errat nõ confitetur: vt ff. de iur. om. iud. l. ſi per
errorem. & ego latè notabam. C. de non nu. pecu. l.
generaliter. in mea repetitione, eodem modo fiat
hoc caſu: quoniam eadem eſt ratio. Credo tamen
hoc caſu hanc confeſsionis correctionem non ita
facilè admittendam ſicut in cõfeſsione vera & pro-
pria ſuper facto proprio ad alios non ſpectante de
qua loquitur. l. generaliter. & iura ſimillima. † Nam 3
hic eſt timor ſubornationis qui non cadit in facto
verè proprio. hoc igitur totum iudicis arbitrio re-
linquendum puto, qui penſata perſonarum quali-
tate, & cæteris correctionis nihil recipiat: ar. ff. de te-
ſti. l. 3. §. tu magis ſcire potes. Idem notandum hic
quòd admiſſa huiuſmodi probatione erroris & cor-
rectionis primi dicti, non propterea ſupereſt parti
læſæ in expenſis litis actio de dolo. vel de crimine
ſtellio. contra teſtẽ. & enim qui errat non ſatetur ff.
de confeſſ. nec delinquitur ſine animo delinquen-
di: vt ff. de ſic. l. diuus. & de ſententia exco. c. cum
voluntate in princip. † arbitror tamen teſtem hunc, 4
& eius hæredem actione in factum parti læſæ ad in-
tereſſe obligari: ar. eius quod no. iam dixi de tabel-
lione qui per errorem conficit inſtrumentum non
validum cuius error † non debet partibus obeſſe, ſed 5
eis tenetur ad intereſſe vt ff. de re. iur. l. ſi librarius.
& per hoc l. fina. C. de magiſt. conue. vbi eſt textus
optimus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vbi deponit extra iudicium per verbum non affirmatiuum, ſtatur ſecundo dicto affirmatiuo, nec teſtis punitur de falſo.*

2 *Confeßioni etiam iudiciali non propter ſe, ſed incidenter emanatæ non ſtatur.*

Capitulum 14 de teſte qui deponit in iudicio affirmatiuè, contra id quod extra iudicium dixerat non affirmando.

1 NARRABAM poſt hæc quòd † vbi teſtis deponit extra iudicium per verbum non affirmatiuum ſtatur ſecundo dicto affirmatiuo, nec teſtis punitur de falſo. hoc probatur à fortiori per ea quæ diximus ſupra. libr. 1. 5. 6. 7. capitulis ſi bene inſpiciatur. Sed quærendum eſt hic an teſtis puniatur in aliquo ad aliquod planè dicimus quod non: quia prima depoſitio nemini præiudicium attulit, & potuit ſecunda vice melius recordari, & ad ſaniorem memoriam redire, vt ſatis demõſtratum eſt in prædictis locis. Deinde narrabam quod vbi apertè probatur primam depoſitionem extra iudicium fuiſſe falſam, ſtandum erit ſecundo dicto directo contrario facto in iudicio, nec teſtis punietur de falſo & hoc probatur fortiter per dicta ſupra libr. 13. cap. quod hic breuitatis cauſa non repeto.

Vltimo dicebam hoc caſu ſtandum eſſe ſecundo dicto niſi extraiudicialis depoſitio non principaliter propter ſe, ſed incidenter emanauit: probatur argumento ſumpto à minori. Nam dictum hoc extra iudicium habet vim confeſsionis quantum ad
2 teſtem. † Sed confeſsioni etiam iudiciali non propter ſe, ſed incidenter emanatæ non ſtatur: vt not. gloſ. C. de libe. cauſ. l. ſi filius. & egomet dicebam. ff. de cuſto. reo. l. ſi confeſſus. & eſt pro hoc gl. ſingularis ſecundum quoſdam. 50. di. ex pœnitentibus. in glo. magna circa fi. ergo multo minus ſtabitur confeſsioni extraiudiciali incidenter emanatæ. Repetendum quoq; ad omnes has fallentias illud generale Inno. in c. præterea. de teſti. cogen. ab omnibus approbatum, vt dicebam ſupra li. 1. vltimo c. in fi. ꝙ quanuis omnibus his caſibus ſtetur ſecundo dicto, tamen ſemper fatendum eſt aliquid ei detrahere ex primo contrario, quod menti tenetur. Ludouicus. Hoc ipſum tenuit Abbas de Sicilia extra de proba. cap. per tuas. loquendo in proprijs noſtris terminis indiſtinctè, non cogitando ſuper hoc an interuenerit partis præſentia in dicto extraiudiciali, vel non interuenerit. Bart. Placet quia tale dictum indicium facit contra teſtem, vt prædixi, & hæc ſatis ſint ad primam partitionem variantium teſtium in iudicio, & extra iudicium. Bald. Pulchrè expeditum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis in prima vice dixit vnum in iudicio, deinde aliud contrarium extra iudicium cui dicto ſtandum.*

2 *Teſtis in articulo mortis dicenti ſe falſum tuliſſe teſtimonium, & iudici dicenti in eodem articulo ſe tuliſſe ſententiam per pecuniam, an credendum ſit.*

3 *Confeßio facta in foro poli, fidem non facit in foro fori.*

4 *Intellectus ad c. ſicut nobis. de teſtibus.*

5 *Veritatem an quis præſumatur dicere in mortis articulo.*

Capitulum 15. de teſte qui dixit vnum prima vice in iudicio, ſecunda vice contrarium extra iudicium.

Secunda pars principalis.

SEQVITVR altera pars de teſte † qui prima vice dixit vnum in indicio deinde aliud contrarium extra iudicium, qui quidem articulus videtur expeditus. Primò igitur videamus an ſtandum ſit hoc caſu primo dicto, vel ſecundo. Et equidem proculdubio ſtari debet primo vt eſt caſus extra de teſti. c. ſicut nobis. facit. C. de non nu. pecu. l. generaliter in fin. verſic. ego idem dicebam in l. eos. ff. de fal. Ludouicus. Tu Bald. idem dicebas poſt Barto. in l. illa generaliter. Bartol. Dicebamq; idem. ff. ad Silla. l. ſi quis in grani. §. ſi quis moriens, per illum tex. † vbi plus notãter ſcribebam, ꝙ ſi teſtis in mortis articulo conſtitutus confitetur ſe falſum tuliſſe teſtimonium aut iudex in mortis articulo conſtitutus confitetur ſe tuliſſe ſentẽtiam per pecuniam nihilominus his dictis extraiudicialibus non eſt ſtandum, niſi aliter probetur per dictum capitulum ſicut. Ludouicus. Idem ſequebatur dominus Ang. & ego etiam in eodem. §. ſi quis. & tu Bald. idem etiam dicebas. C. de teſti. auth. ſi dicatur. Bartolus. Facit pro hoc dicto meo notabile dictum Io. An. in additionibus ſuis in c. fi. de tempo. ordi. vbi dicit quod ſi homicida confeſſus eſt ſacerdoti in foro pœnitentiæ ſe homicidium commiſiſſe, & poſt cortinam ſteterunt duo teſtes qui talem confeſsionem intellexerunt tamen huiuſmodi teſtes in iudicio recipi non poſſunt ad hanc confeſsionem proban- 3
dam, quoniam † confeſsio facta in foro poli fidem non facit in foro fori. quod ſingulare & nótabile dictum eſt. Item videamus an teſtis ille puniatur de falſo. & hic attendite: quia cum ſtatur hoc caſu primo dicto, vt nunc dixi, certè non poteſt ex eo puniri de falſo, facit tamen hoc ſecundum dictum ſufficiens indicium ad inquirendum contra primum, 4
vt dicto ca. ſicut. Ludouicus. † Ad idem no. in d. §. ſi quis. ſi igitur adhibita diligenti inquiſitione inueniretur teſtem prima vice falſum dixiſſe, hoc caſu bene puniretur de falſo per capitulũ illud quod ſic intelligo. Baldus. Bartole nonne in vltimo 5
articulo vitæ præſumitur ſemper quis † veritatem dicere? vt C. de prob. l. qui teſtamentum. ff. de le. 2. l. Lucius. §. quiſquis. de leg. 3. l. cum quis. §. Titia. ſi igitur veritatem hoc caſu quis dicere præſumitur, in ſecundo dicto, puniendus videtur ex primo contrario. Bartolus. Reſpondeo illud quod dicis quòd veritatem præſumitur quis dicere in mortis articulo eſt verum, niſi præſumptiones validiores concurrant pro alio dicto contrario. Sicq́ue eſt in noſtro caſu propter formam iudicij, & iuramentum: argumento. ff. de fal. l. eos. 2. reſponſo extra de præſump. cap. literas. cum concor. Poteſt etiam dici quod quanuis præſumatur verũ dicere in mortis articulo, tamen propter hoc non ſit indicij ſufficiens probatio: argumento. ff. de pigno. l. Caius. ſecundum glo. in d. c. literas. vnde in propoſito ſatis eſt quod indicium faciat ſufficiens ad inquirendum. reſponſio prima tamen melior eſt. Sicq; expeditus iam omnium variantium teſtium tractatus in iudicio, & extra iudicium. Transeamus nunc ad tertiam partem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes variantes in diuerſis inſtantijs an de falſo puniendi.*

Intellectus ad l. eos. in 3. reſponſo. ff. ad leg. Corn. de falſis. & nu. 2. cum ſequentibus per totum capitulum.

2 *Probationes factæ in iudicio ſummario nullam faciunt fidem in plenario.*

3 *Iudiciorum diuerſitas poteſt etiam in plenarijs diuerſis modis conſiderari.*

4 *Probationes facta in vna cauſa fidem faciunt etiam in alia omnino diuerſa inter eaſdem perſonas.*

5 *Acta facta inter quaſdam perſonas non faciunt fidem inter alias diuerſas, non inſpecto an cauſa ſit eadem de qua litigant, an diuerſa.*

6 *Acta & probationes non nocent, vti ſententia non nocet.*

7 *Teſtium variantium diuerſis temporibus in eadem inſtantia nullis dicto ſtatur.*

8 *Producens teſtes pro ſe non poteſt illos productos poſtea contra ſe repellere. & nu. 9.*

Intellectus ad l. generaliter. §. fin. in fin & §. index autem in fin. C. de rebus credi. & l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus.

9 *Iudex poteſt ex officio teſtes punire, quos pars accuſare non poteſt.*

Intellectus ad § ſi vero quidam in fi. in auth. de teſtibus. l. nullum. C. de teſti. & l. qui falſa. ff. eo.

10 *Publicatis atteſtationibus, & cognitis teſtificatis, teſtes non recipiuntur iterum ſuper eodem.*

11 *Intellectus ad l fin C. de teſtibus.*

Tertia pars principalis.

CAP. PRIMVM.

1 SEQVENS eſt alia diſputatio † variantium teſtium in iudicio in diuerſis inſtātijs in qua quidem vicinus ego ſimpliciter dicebam teſtem de falſo puniendum, & conſequenter eius dicto nullatenus ſtandum. ff. ad l. Corneliam de fal. l. eos. per illum textum 3. reſponſo qui hoc optimè probat inſpecto alio intellectu glo. ibi poſito, quæ vult quòd text. ille loquatur in eo qui dixit diuerſa teſtimonia in eadem cauſa pro diuerſis perſonis, qui intellectus ad illum text. non eſt bonus, quamuis in ſeipſo ſit verus. Nam ſecundum illud nihil diuerſificaret ille verſ. à primo reſponſo illius. l. vt ibi ſcripſi. & probatur hæc ſententia. ff. de teſti. l. qui falſa. 4. q. 3. ver. item qui falſo vel vario. Sed nunquid idipſum altius repetamus ſimulque quando ſtandum ſit in diuerſo iudicio declaremus. Conſiderandum igitur quòd teſtis nonnunquam eſt varius in diuerſis iudicijs primo exiſtente nullo altero valido, & hoc quid iuris ſit ſatis hodie diximus ſuprà li. prox. 11. c. Quandoque varius eſt in diuerſis iudicijs validis primo exiſtente ſummario altero plenario, & hoc quamuis non ſtetur primo dicto quoad principa-
2 lis cauſæ, victoriam: quia probationes factæ † in iudicio ſummario nullam fidem faciunt in plenario: vt eſt text. de teſti. c. veniens. & cap. cum in tua, ſtatur tamen eo quantum ad hoc vt credulitas eneruetur ex ſecundo dicto, & teſtis puniatur de falſo: vt no. Inno. & gloſſ. Ber. in ca. veniens vt hodie quoque diſcutiemus lib. 2. 7. cap. circa finem. Interdum variat teſtis diuerſis iudicijs plenarijs, & hic dubitationem afferre videntur iura quædam in quibus habetur quòd probationes factæ in vna cauſa etiam plenaria, fidem non faciunt etiam in alia vt l. ſed etſi poſſeſſori. §. fin. cum l. ſequen. ff. de iureiuran. vt not. glo. C. de eden. l. 2. & ibi per omnes Docto. & iudi. ſol. l. cum lite mortua. & ibi ego plenè notabam. Ex his enim apparere videtur quòd huiuſmodi teſtis non poſſit puniri tanquam varius, cum ſecundum dictum habeatur vt primum. Sed tamen pro huius intellectu attendite: quia † iudicio- 3
rum diuerſitas poteſt etiam in plenarijs diuerſis modis conſiderari. Et enim cauſa quandoque eſt eadem eædemq; perſonæ litigantes diuerſæ tamen inſtantiæ vt eſſet inſtantia in cauſa appellationis in caſibus in quibus licitum eſt eundem teſtem iterum producere: vt habetur. C. de tempo. app. l. per hanc. & C. de appel. l. eos in princ. & extra de teſti. c. fraternitatis. hoc enim caſu ſi teſtis deponit cōtraria ſuper eodē in his diuerſis inſtantijs, nulli dubium quod teſtis punitur de falſo, & ſtandum erit primo dicto, quia atteſtationes factæ in caſu iſto in prima inſtantia faciunt fidem in ſecunda etiam quoad cauſam principalem, vt C. de arbi. l. cum anna. §. fi. & probatur in l. properandum §. fi. C. de iudi. & C. de teſti. l. fi. & de teſti. præſentata, nec repugnant cōtraria præallegata, quia hoc caſu locum habent, & hic poteſt eſſe vnus intellectus ad præallegatam l. eos 3. reſponſo. Quandoque cauſæ ſunt diuerſæ conſequenter quoq; inſtantiæ eædem, tamen ſunt litigantes perſonæ vt ſi ago prius coram poteſtate contra te ex mutuo dicens me filium & hæredem Titij, & quòd Titius tibi mutuauit hodie. Aut ago contra te commodati coram capitaneo dicens me filium & hęredem Titij, & quòd Titius commodauit tibi, hoc enim caſu ſi idem teſtis variat ſuper eodem fortè ſuper illo de filiatione, idem dicēdum erit quod ſupra proximo caſu, puniretur enim teſtis ex ſecundo dicto & ſtabitur primo indubitanter etiam in
cauſa principali, quia † probationes factæ in vna 4
cauſa fidem faciunt etiam in alia omnino diuerſa inter eaſdem perſonas, vt probatur in l. cum anna. §. fin. C. de arbi. & in præallegata l. fi. C. de teſti. & C. de libera. cauſa l. iubemus, nec quidquam repugnant contraria, quia illud habet locum inter diuerſas perſonas, nos loquimur inter eaſdem, & hic poteſt eſſe intellectus ſecundus ad dictam l. eos 3. reſponſo de fal. & his duobus modis intelligo gloſſ. illas ordinarias in d. cap. literis, & de proba. cap. per tuas, & de teſti. cum in tua & cap. veniens, dum ibi voluit quòd vbi teſtis aſſerit contraria diuerſis temporibus ſtandum ſit primo dicto, quamuis tex. pręallega. cap. per tuas & cap. literas nihil faciant quare loquuntur in prima depoſitione extra iudicium, vt diximus ſupra lib. hoc 7. cap. Semper tamen intellige niſi in ſecundo iudicio ad diuerſum finem fuerit actum, vt quia prius ciuiliter, nunc criminaliter, quo caſu facta in vno iudicio fidem non faciunt in alio, vt no. gloſſ. not. in l. ſi quis à ſe fundum C. ad l. Iul. de vi. vbi ego ipſe notabam, & latius tractabam in l. 2. vi. bono. rap. puniretur tamen teſtis varius. quia quoad eum ſtatur primo dicto vt nunc dicemus in ſequentibus. Quandoque diuerſæ cauſæ ſunt & diuerſæ inſtantiæ. Item omnino litigantes perſonæ, vt eſſet ſi mihi relicta ſunt centum à Titio mortuo ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit: & alia centum a Sempronio mortuo ſub conditione ſi eadem nauis ex Aſia venerit egi ego produxi Caium in teſtem qui dixit nauem aduenisse. Tu

egiſti & eundem Caium produxiſti qui oppoſitum
aſſeruit, & hoc caſu notetis quòd quanuis Doct. re-
5 pugnent contraria præallegata: quia † acta facta in-
ter alias perſonas non faciunt fidem inter alias di-
uerſas non inſpecto an cauſa ſit eadem de qua liti-
gatur, vel diuerſa: vt probatur in illa l. ſed ſi poſſeſ-
ſori. intelligendum eſt verum quoad effectum cau-
ſæ principalis de qua agitatur. & hoc loquuntur iu-
ra illa quantum ad teſtem. aut qui iterato deponit
ſuper eodem inter diuerſas bene fidem facit prior
atteſtatio ſua, vt ſi ab ea variat puniatur de falſo. ca-
ſus eſt in præallegata. l. eos. 3. reſponſo & hic eſt a-
lius modus intelligendi illam & pro hoc quod ego
ipſe notabam ibidem in 3. contrario. & per Innoc.
optimè extra de teſti. c. veniens. Et quod dixi nunc
de teſte qui dixit vnum in ciuili deinde aliud in cri-
minali. Quandoque autem cauſa eſt eadem diuer-
ſæ tamen inſtantiæ, & diuerſæ litigantes perſonæ,
verbi gratia, pone conſocium vel cohæredem egiſ-
ſe pro parte ſua, deinde conſocium vel cohæredem
egiſſe pro parte altera, certè probationes factæ in
primo quicquam non præiudicant alijs, per iura il-
la contraria, licet faciant qualem qualem fidẽ: vt ff.
de appel. l. à ſententia, in princip. præiudicabunt te-
ſti plenè, vt nunc eſt demonſtratum, & hic eſt quar-
tus intellectus intelligendi dictam l. eos. 3. reſpon-
ſo. Poteſt eriam l. illa ſecundum hunc vltimum
modum aliter exemplificari: pone enim diuerſita-
tem perſonarum in iudicibus, verbi gratia vnus iu-
dex inquiſiuit contra aliquem reum quem condem
nauit, deinde remiſit eum ad alium iudicem cum
toto proceſſu & ſententia pro executione, quæ ſibi
de iure non competit: vt contingit in doctore qui
non exequitur ſententiam ſuam, ſed alius pro eo: vt
no. C. de epiſ. audi. l. epiſtolam, certè hoc caſu iu-
dex ad quem reus eſt remiſſus poteſt non ſtare illi
proceſſui ſi vult, & iterum crimen examinare: vt
ego ipſe notabam in l. diuus de cuſto. reo. per text.
ad hoc ſummè notandum in authen. de ſanc. epiſc.
§. ſi verò crimen. colla. 9. finge igitur eum hoc fa-
cere certè iam habemus diuerſam inſtantiam quam-
uis eadem cauſa ſit, habemus iterum diuerſitatem
perſonarum in iudicibus, ſicq; teſtis puniretur ſi hac
ſecunda vice iurabit per eandem. l. eos. 3. reſponſo
quam ita intelligatis. Bald. Probè iam diſcuſſus
eſt illius. l. intellectus. Bartolus. Præterea notan-
da ſunt quædam ex præcedentibus. Nos enim ha-
6 bemus regulam quòd † cui non nocet ſententia non
nocent acta nec probationes: vt no. Inno. de teſti.
cap. cum cauſam. & cap. veniens, & probatur. ff. de
manu. l. lege Iulia & Papia. & ex his quæ ego ipſe
notabam in l. ſi mater. §. fin. ff. de except. rei iudic.
certè hoc eſt verum niſi quantum ad teſtem. quan-
quam enim ſibi non nocet ſententia vt probatur. ff.
de his qui notantur infamia nocebit ſibi atteſtatio
ſua repugnans primæ emanatæ in alio iudicio vt pa-
tet ex prædictis. Item vera eſt regula illa directo &
principaliter, per indirectum autem & conſequen-
ter quamuis alicui non nocet ſententia tamen poſ-
ſunt nocere atteſtationes. pone enim quod teſtis va-
riat in alio iudicio certè eius dicto nõ ſtabitur pro-
pter primum cõtrarium in alio iudicio emanatum,
vt dictum eſt, ſicque pars damnificabitur ex atte-
ſtatione contraria quamuis non ex ſententia lata in
primo iudicio: quia non poterit ex dicto illius te-
ſtis ſe fundare, vt ex ſe patet. Baldus. Dic quæſo
mi præceptor, nonne dicebas hodie ſupra li. 1. 2. c.
non ſtari † alicui dicto neque primo neque ſecundo 7
teſtis variantis diuerſis temporibus in eadem inſtan
tia? cur ergo non idem ius in caſu iſto in diuerſis in-
ſtantijs vbi inquis ſtari primo dicto inter eaſdem
perſonas, eadem enim prima fronte vtroque caſu
ratio apparet. Bartolus. Bona eſt hæc tua hæſi-
tatio, breuibus tamen verbis reſpondeo, ſi rectè con
ſideras iura quæ volunt non ſtari ſecundo dicto te-
ſtis contrario in inſtãtia diuerſa emanato, ideo hoc
volunt quod teſtis hac vice præſumitur ſuborna-
tus: & falſum dicere: vt no. per Inno. extra de teſti.
cap. præterea facit quod no. gloſſ. in authen. de te-
ſti. §. quia verò. & quod habetur extra de teſti. cap.
fraternitatis, cum ſi ideo ſtatur primo dicto rema-
nente vero & valido inter eaſdem perſonas, vt ſu-
pra dixi. Item ſi rectè conſideras quæ diximus ſu-
pra lib. 1. ſecundo. cap. non eſt dare teſtem variãtem
in eadem inſtantia diuerſis temporibus, niſi in duo-
bus caſibus, vbi per iudicem repellitur ex officio
ſuo ad declarationem dicti ſui, vel redditionẽ cau-
ſæ & ſimilia. Item vbi ſuper diuerſis deponit in-
compaſſibilia, his omnibus caſibus ceſſat omnino
ſubornationis præſumptio vt diximus de teſte qui
repetitur ex officio, eo. lib. 1. c. 4. & de teſte qui de-
ponit incompaſſibilia idem videretur, meritò quo-
que ſi his caſibus variat teſtis, nõ ſtatur primo dicto
neque ſecundo, quia incertum eſt in quo dictum
falſum expreſſerit. Bal. Quid rurſum dices Bar-
tole? nonne † producens teſtes pro ſe, non poteſt il- 8
los productos poſtea contra ſe repellere: vt l. gene-
raliter. §. fin. in fi. & §. iudex autem. in fi. C. de reb.
credi. & l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. Ex quo vide-
tur idem dicendum in caſu noſtro: quia hic in pri-
ma inſtantia depoſuiſſe reperitur pro eo contra
quem ſecunda vice depoſuit. Bartolus. Fateor.
Sed quid ad nos † quamuis enim pars non poſſit te- 9
ſtes accuſare, tamen iudex poterit ex officio puni-
re: vt in authen. de teſti. §. ſi verò quidam. ad fin. C.
de teſti. l. nullum. vbi de hoc per gloſſ. & ff. de teſti.
l. qui falſa, præterea reſpondeo & melius quod imo
poterit ipſa pars teſtem recuſare & arguere. Nam
illud quod dicitur producens pro ſe non poteſt po-
ſtea reprobare, eſt verum ex defectu perſonæ: quia
eius perſonam intelligitur approbaſſe ita loquun-
tur iura illa. & facit. ff. de adul. l. ſi vxor. §. fi. ex de-
fectu tamẽ teſtimonij fortè ob variationem vel fal-
ſitatem bene poteſt teſtem reprobare, etiam ſi mil-
lies pro ſe produxiſſet, vt expreſsè probatur ex tex.
in præallegata. l. ſi quis teſtibus. Bald. Quid ite-
rum dices † nonne poſt publicatas atteſtationes & 10
cognita teſtificata teſtes iterum non recipiuntur ſu-
per eodem. C. de proba. authen. at qui ſemel. & in
auth. de teſtib. §. quia verò. & no. ff. de rei vendi. l.
officium. extra de teſti. c. fraternitatis. c. ſeries. c. ex
tenore. & c. intimauit. Conſtat enim quòd atteſta-
tiones erant ſemel publicatæ in primo iudicio. Bar.
Clarè reſpondeo. quandoque iudicium ſecundum
agitur cum diuerſis perſonis, interdum inter eaſ-
dem. caſu priore non eſt vera regula illa, cùm acta
facta cum aliquibus non faciunt præiudicium alijs
perſonis, vt ſupra diximus. Certè neceſſe eſt teſti

iterum in alio iudicio produc: ad probationem. in
11 altero caſu fateor contrarium. † Sed tamen attendite: quia illud eſt verum in eadem inſtantia, in diuerſis autem inſtantijs poſſunt iterum teſtes recipi ſuper eodem, & pnblicari non obſtante priore receptione & publicatione. caſus eſt quem ego ibi notabam in l. fin. C. de teſti. Ludouicus. Similis eſt ſecundum Angel. in l. quidam tabularum in fi. ff. de fur. Bart. Nihil facit illa lex: quia teſtis ibi prima vice non verè depoſuit, nec aſſertiuè locutus fuit, vt hodie dicebam ſupra lib. 1. 8. cap. deinde in multis caſibus poſt varias atteſtationes iterum licet teſtes recipere, quos ego plenè tractabam, & ibi omnes Doctores in dicta authen. at qui ſemel, & per Io. An. in ca. ex tenore. de teſti. & per alios Canoniſtas in clemen. de teſti. eo. tit. & per Legiſtas in l. per hanc. C. de tempo. appellat. omnibus itaque alijs caſibus locum habere poſſunt contraria dicta de teſte vario diuerſis iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Varius teſtis in diuerſis iudicijs an de falſo puniendus.*

2 *Caſus in quibus ſtatur ſecundo dicto, teſtiũ omiſſo primo.*

3 *Subornationis tantus metus non in diuerſa inſtantia, ſicut in eadem.*

Capitulum ſecũdum in quo ponitur generalis regula cum fallentijs de teſte variante in diuerſis iudicijs.

IN Summa ex præcedentibus nõ malè notare poſ-
1 ſumus teſtem † varium in diuerſis iudicijs de falſo puniendum, & nulla fide dignum in ſecundo dicto. ſed ſtare dicto primo inter eaſdem perſonas niſi fortè iudicium prius fuiſſet ſummariè, vel nulliter agitatum.

Fallit autem regula in aliquibus caſibus. primo quando dictum fuiſſet in tormentis habitum, primum autem ſine tormentis. Secundo vbi primum dictum non fuit veritatis omnimodo aſſertiuum, vel emanauit per iocum, vel iracundiam.

Tertio quando primum dictum fuit ſine iuramento, ſecundum autem cum iuramento. Quarto quãdo teſtis deponit prima vice ſine cauſa, vel cum cauſa inſufficienti, vel non vera. Quinto vbi expreſsè probaretur primam depoſitionem fuiſſe falſam ſecundam autem veram.

Sexto vbi coniecturæ pro aliquo ex his dictis contrariæ concurrerent. omnibus enim his caſibus
2 † ſtatur ſecũdo dicto præterquam in vltimo in quo ſtatur illo dicto pro quo concurrunt coniecturæ. Si diuerſitas perſonarum non repugnat, & aliquibus caſibus teſtis punitur, & in aliquibus non, vt ſatis euidenter omnia colligi poſſunt ex dictis ſupra lib. 1. 3. ca. vſque ad fin. quæ omnia hic breuitatis cauſa non repetimus, & eo ſemper vniuerſali ante poſito, & huic dicto cui ſtatur ſemper ex dicto contrario aliquid detrahitur: vt not. Inno. in cap. præterea extra de teſtī. & dixi ſupra quanuis ſit eadem ratio inter hos caſus, vbi hæ variæ depoſitiones emanant in vna & eadem inſtantia, & in diuerſis inſtantijs tamen in vno ſolo differentiam inuenimus. Etenim quanquam in eadem inſtantia ſi teſtis qui prima vice depoſuit non aſſertiuè poſtmodum ex interuallo reuertitur ꝓ primo motu, vel prodncitur ab aliqua partium, & vult deponere aſſertiuè, non ſtatur eius dicto propter timorem ſubornationis, vt diximus ſupra lib. primo. 8. c. tamẽ in his diuerſis aliud dicere debemus, ſtari enim debet ſecundo aſſertino omni caſu, vbi licitum eſt hunc teſtem iterum producere, & hic diſtinguam an à parte producatur, vel à iudice vocetur ex eius officio. & enim non eſt tan-
tus † metus ſubornationis in diuerſa inſtantia ſicut 3
in eadem. fortè enim ſi fuerunt diuerſi litigãtes neſcient partes eundem teſtem ſuper eadem re aliàs depoſuiſſe. Item fortè longum tempus fuit inter primam & ſecundam, ex quo poterit teſtis cogitando, & recogitando tandem reminiſci, licet prius fuit oblitus: argumento. l. 3. §. Nerua. ff. de acquir. poſſeſſ. & l. peregrè. eod. tit. cum concor. & pro hoc optimè facit text. l. quidam tabularum. de fur. & ff. de damn. in fect. l. qui bona. §. ſtipulaturus. cum ſi. omnes in diuerſis inſtantijs loquuntur, nec diſtinguunt qua vice teſtis in diuerſa inſtantia producatur, ſed ſimpliciter volunt ſtari ſecundo dicto aſſertiuo. Baldus. Non alia mi præceptor hodie es declaraturus. Bartolus. Etiam videtur huiuſce confirmandæ reſtant pauca quædam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis coram arbitro varius an puniendus, & à quo?*

Capitulum tertium de teſte qui variat coram arbitro.

QVAERENDVM eſt quid ſi teſtes variant coram
arbitr. quia † quædam hæſitatio paucis verbis 1
expediretur. dicimus itaque quod teſtis qui eſt varius coram arbitro variaſſe videtur in iudicio qui his iudicis moram habet in procedendo, vt. ff. de arbi. l. 1. & C. eo. l. ne in arbitris. §. ſin autem C. de iudic. l. rem non nouam. nec curo quod arbiter non habeat iuriſdictionem, ſed notionem. ff. de verbo. ſigni. l. notionem in princi. Nam hoc caſu non puniet teſtem arbiter. Sed iudex ordinarius loci. C. ad l. Corn. de fal. vbi falſi. cum ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſt varians coram à quo puniri debeat.*

2 *Arbitramentũ plus ſapit de contractu quàm de iudicijs.*

Capitulum quartum de variante coram arbitratore.

TRACTANDVM † quid ſi teſtis eſt varius co- 1
ram arbitratore. Et quidem reſpondendum videtur prima fronte idem eſſe ac ſi teſtis depone-
ret extra iudicium: quia † arbitramentum plus ſapit 2
de contractu quàm de iudicijs: vt in auth. de defen. iudic. §. fin. in glo. notabili. no. C. de iudi. in auth. ſi vero contigerit. Sed tamen contrarium credo, & enim hic committitur falſitas in re quæ affert partibus vtilitatem, & præiudicium, ſcilicet in probatione, & puto itaque per iudicem de falſo puniri debere, & pro hoc quod no. gloſſ. C. de falſis, in l. damnis, in verbo priuatas. Et quod ego ipſe notabam in l. 1. §. qui in rationibus, de fal.

Deinde quanquam arbitramentum plus ſapiat de contractu quàm de iudicio, tamen omnino aliquid de iudicio ſapit, Illud certè ſufficit quãtum ad teſtem puniendum quòd iudicium habeat apparentem formam iudicij quamuis non ſit verum iudicium, vt hodie dicebam ſupra libro ſecundo. 11. ca.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtis varius coram iudice, procedente ſine figura iudicij an tanquam falſarius puniendus.*
2 *Teſtes per ignorantiam, vel obliuionem, vel alium errorem variantes non puniuntur.*
3 *Falſitas, vt ſit punibilis dolum requirit.*
4 *Clauſula generalis in fine appoſita ad omnia præcedentia referenda eſt, quando commodè poteſt.*

Capitulum quintum de teſte vario coram iudice vbi procedit ſine figura iudicij.

1 ITem quærendum quid ſi teſtis variat † coram iu-
dice in caſibus in quibus proceditur ſine figura iu
dicij, & hoc quidem dicimus, quòd quanquam pri-
ma facie videatur idem eſſe ac ſi depoſuiſſet extra
iudicium vbi remota figura iudicij cum videretur
eſſe iudicium, vt ego ipſe notabam, in l. 1. quem. iu.
lęſę ma. crimen. proce. 11. col. in mea Glo. magna ſu
per verbo figura iudicij, in pri. tamen ſatis eſt quòd
falſitas ex huiuſmodi variatione committatur in a-
ctu qui alijs præiudicat: & quia licet iudicium ſit ſi-
ne figura iudicij, tamen omnino teſtes in eo produ
cti iurant, vt ego notabam in dicto verbo figura iu-
dicij. ſicq; quantum ad teſtem iudicium iſtud habet
figuram ſuam quod ſolum ſufficit, vt dictum vnum
quandoque ad omnia ſupradicta generaliſsimum
2 noteris. quòd ſi † poteſt probari vlla via quòd teſtes
per ignorantiam, vel obliuionem, vel alium erro-
rem variauerint putando vtraq; vice verum dicere,
3 certe tunc teſtes nunquam punientur. † Nam falſitas
punibilis dolum requirit, vt dictum eſt, & hoc eſt
expreſſum in auth. de teſti. §. ſi verò quidam. ad fi.
col. 7. Nec dicas quòd tex. ille loquitur in pluribus
inuicem contradicentibus: quia imo tex. ille in ſui
prin. loquitur in contrarietate vnius, tantum ad ſe-
4 ipſum. † Clauſula itaq; generalis in fi. illius tex. po-
ſita ad omnia præcedentia referenda eſt, poſtquam
commodè poteſt: vt. ff. de iur. om. iudic. l. ſi idem
cum eodem. §. fin. C. de libe. præte. l. 1. ff. de leg. 1.
talis ſcriptura.

SVMMARIVM.

1 *Teſtimonia falſa, varia, vel diuerſa quæ ſint.*
2 *Teſtis interrogatus ſuper commodato reſpondens ſuper mutuo, an falſarius dicatur.*
3 *Verba teſtis impropriantur, vt eius dictum ſaluetur.*
4 *Teſtes communiter idiotæ eſſe ſolent, neſcientes verborum propriam ſignificationem*
5 *Ignorantiæ ratio in teſtibus iuris peritis ceſſat.*
6 *Teſtis deponens quòd Sempronius interfecit Titium, qui interfecit Ioannem, an falſidicus dicatur, ſi probetur Sempronium non interfeciſſe Ioannem.*
7 *Relatiuum quis, quid deſignet.*
8 *Teſtis an falſarius dicatur, ſi dicat quid factum tempore guerræ: quod paulò ante, vel paulo poſt factum fuit.*
9 *Facta incontinenti videntur ineſſe.*
10 *Teſtis dicens tales actus factos eſſe ſimul, non eſt falſus, ſi probatur alterum factum eſſe in principio diei, alterũ in fine.*
11 *Simul fieri quæ dicantur.*
12 *Intellectus ad l. ſi duas. iuxta prin. in ver. ſin autem ordo. ff. de excu. tut.*
13 *Teſtis dicens Titium ſemper poſſediſſe, an falſarius dicatur, ſi probatur aliquando in poſſeſſione non fuiſſe. & num. 14.*
14 *Dictio ſemper, quomodo exponatur.*
15 *Poſſeſsio vera per quos actus probetur.*
16 *Verba teſtis ciuiliter intelliguntur.*
17 *Teſtis verba humanè ſunt intelligenda.*
18 *Teſtis dicens Titium olim filium Sempronij, an de falſo arguatur, ſi probatur Sempronium viuere.*
19 *Dictiones olim, quendam, & iamdudum, quid ſignificent.*

Capitulum ſextum in quo diſcutitur quæ ſint falſa teſtimonia, & quando verba teſtis impropriãtur, & nõ ſunt falſa.

TRANSEAMVS ad quædam vtilia pro caſuum 1
præcedentium clariori intelligentia. Et primo
videamus quæ ſint teſtimonia diuerſa de quibus lo
quitur. l. eos. Et quidem ibi dicebam, & quidam a-
lij diuerſa teſtimonia eſſe. i. falſa, vel. i. varia, vel. i.
aduerſa. Egoque ibi viuens ſingula diſcutiebam,
nunc autem aliàs omnia ea repetamus. falſa teſtimo
nia ibi eſſe dicebam contrarietatem qui ſalſum dicit
doloſè. Nunc addo pro hoc text. C. de fal. nec ex-
emplum. & quod ego ipſe notabam. ff. ad l. Cor. de
falſis. l. quid ſit falſum. Rurſum addo quòd ſalſa-
rius eſt teſtis qui in iudicio deductus doloſè ſuppri-
mit, vel tacet, vt hodie ſatis diſſeruimus, libr. 1. c. 9.
Item quòd is eſt ſalſus qui doloſè deponit in ipſo
iudicio, non ſic ſi extra iudicium etiã interueniente
iuramento: quia hic non propriè ſalſus eſt, quamuis
aliter puniatur, vt ſuprà etiam diximus lib. 2. 3. 4. 5.
c. Sic eſt tractandum quid ſi teſtis interrogatus † ſu- 2
per commodato reſpondeat ſuper mutuo, dice-
mus ne eum ſalſarium? non quidem. & enim ſaluan
dum eſt dictum ſuum in commodato, vt ſic mutu-
um pro commodato interpretetur: vt ego ipſe pul-
chrè notabam. C. de his qui ex pub. rationi. li. 10. &
facit quod ego ipſe notabam C. de vſu fru. l. 1. in fi.
& l. ſed & ſi poſſeſſori. §. ſi iurauero. ff. de iureiu-
ran. dum dicebam teſtem deponentẽ relictum eſſe
vſumfructum rei quæ conſumitur vſu, ſaluari in
ſimplici vſu, † hoc modo ad ſaluandum teſtem ver- 3
ba impropriari quod eſt not. Facit ad hoc etiam
Gloſſ. dicens impropriari verba teſtis, vt ſaluetur
eius dictum. vt l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoque de
verb. oblig. & attendite: quia hæc ipſa verba exiſti-
mo in † teſtibus idiotis quos communiter eſſe tales 4
conſtat neſciuntque verborum propriam ſignifica-
tionem: vt not. C. de teſtam. tu. l. quòd ſi nepotes.
In teſtibus autem iuriſperitis † aliud dicendum eſ- 5
ſet. ceſſat quippe in his præmiſſa ignorantię ratio,
& ad hoc quod notat Cyn. C. de dona. ante nup. l.
ſi cum ante: arg. ff. ſami. erc. l. ſi filiæ. in princ. Tra-
ctandum † item quid ſi teſtis dicat Sempronius in- 6
terfecit Titium qui interfecit Ioannem, an dicemus
eum eſſe falſariũ ſi probetur Sempronium non in-
terfeciſſe Ioannem.

Et quidem prima fronte vnuſquiſque arbitra-
retur eum de falſo puniri: quoniam dictio † quis 7
vel qui eſt ſubſtantiæ, vt ff. de hæred. inſtit. l. Iulia-
nus. Oppoſitum ego tamen demonſtraui in ea-
dem l. Iulianus in vnico meo verbulo porrò ad ſu-
giendum ſalſitatem relatiuum quis vel qui in hoc
articulo ſpeciem refert ad ſubſtantiam vt ibi dice-
bam. Ludouicus. Idem mi præceptor ſequebar

in l. *1* in princip. ff. de no. ope. nun. & illud dictum
8 putabam ſingulare. Bart. Item videndum † quid
ſi teſtis dicat factum tempore guerræ, quod liqui-
dum poſtea demonſtratũ fuiſſe parum ante vel pau
lò poſt, an dicatur falſidicus? & quidem dicendum
quòd non: ar. ff. ſol. ma. l. diuortio. in prin. Ludo-
uicus. Hoc idem ſentiebat Bald. ibidem. Barto.
9 Pro hoc, quia † ea quæ fiunt incontinenti videntur
ineſſe ff. de pactis. l. ſi vnus §. pactus ne peteret. ff. ſi
cer. peta. l. lecta. verſi. dicebam ff. de duo. re. l. duos
10 reos in fin. cum concor. Item videndum † quid ſi te-
ſtis dixerit tales actus factos eſſe ſimul, & tamen po
ſtea apertè probatur alterum factum eſſe in prin.
diei, alterum in fine, vel vnum eſſe factum in vna
hora, alterum in alia omnino diuerſa, an dicemus
eum falſarium. Et quidem dicendum quòd non,
quanquam prima facie videatur durum, vt ſingu-
lariter ego ipſe notabam in l. in operis. ff. loca. per
11 Glo. poſitam ibi, quę † vult quòd ſimul fieri dican-
tur ea quæ facta ſunt eadem die, quod not. & opti-
12 mè ad hoc † facta ad rem ſpectantia dicuntur facta
eodem tempore. vt probat text. ad hoc valdè ſin-
gularis ff. de excu. tu. l. ſi duas iuxta prin. in verſi.
ſin autem ordo, & facit tex. C. de contra. & commi.
ſtip. l. optimam, circa medium. Ludouicus. Bal.
ad idem quòd facta eadem die dicantur facta eo-
dem tempore notabat text. illum in lectura ſua in
13 prææallegata l. ſi duos. Bartol. Item videndum †
quid ſi teſtis dicit Titium ſemper poſſediſſe, & pro-
batur aliquando non fuiſſe in poſſeſsione, an dice-
mus eum eſſe falſidicum, & ſanè dicimus quòd nõ,
vt ego ipſe notabam. ff. de vſucap. l. Celſus, & ff.
ſolu. mat. l. *1*. vbi pro hoc adducebam tres rationes.
4 nam quia dictio ſemper, exponitur † pro ferè, vt
not. Gloſſ. ibidem. pro quo facit alia Gloſſ. in aut.
vt de termi. ſit numerus cleri. vbi Gl. exponit ſem-
per, id eſt, multoties. Alteram rationem, quia id
quod teſtis dicit ſemper poſſedit intelligi debet, id
eſt, fuit in aptitudine poſsidendi l. *1*. §. igitur quoti-
diana ff. de aqua quoti. & æſti. Tertiam, quia quan-
15 quam † teſtis dixerit Titium ſemper poſſediſſe, ta-
men intelligi debent verba hæc, & feciſſe ea quę ſo-
let verus poſſeſſor, vt recolligere fructus, per quem
actum vera poſſeſsio probatur, vt ff. de ſolut. l. Ti-
tia C. de agri. & cenſi. l. litibus libr. *11*. Ludouicus.
Hanc tuam ſententiam ſequebatur affirmans etiam
dominus An. de Butr. in procemio decretalium al-
legat vltra iura tua l. foramen ff. de ſeru. vrb. præ-
dio. ff. de condi. & demon. l. ſi quis ita teſtamento.
ff. de ali. & ci. lega. c. ex parte c. ad audientiam, & c.
cum dilectus de cler. non reſidentibus. Bartolus.
Tractandum quid ſi teſtis non præterijt neque ho-
ram qua Titius fuit in poſſeſsione, an hoc caſu fal-
ſum dixerit? & determinandum eſt ſanè quòd non.
16 intelliguntur † enim verba teſtis ciuiliter, id eſt, non
fuit hora qua commodè non potuerit eſſe in poſſeſ-
ſione, & hoc text. optimus *12*. diſtinct. c. poſuiſti.
Item quid ſi teſtis dixit continuè, & hoc dicimus
idem vt de conſe. diſtinct. vltima ſint tibi. Item ſi
dixit nunquam exiuit dies, & idem eadem diſtinct.
§. nunquam. Item quid ſi dixit ſine intermiſsione,
& idem vt probatur *22*. diſtinct. c. ſacroſanct. Item
quid ſi dixit omnibus diebus, & idem vt de conſe-
cra. diſtinct. *3*. reuera. Item quid ſi dixit indefi-
nenter, & ibidem vt eſt text. ſing. *36*. diſtin. ſi quis.
Item quid ſi dixit quotidie, & idem vt eſt text. extra
de præben. c. ſignificatum, & facit de conſecra. di-
ſtinct. *2*. quotidie. Ludouicus. Bartole hæc omnia
ferè notabam in prææallegata. l. ſolut. matr. atten-
do hoc ad tuum dictum. Bart. Pro his omnibus fa-
cit, quia † verba teſtis humanè intelligenda ſunt, vt 17
ff. de damn. infect. l. damni infect. §. ſi is qui vicinas
in Gloſſ. not. Item tractandum † quid ſi teſtis dixe- 18
rit Titius olim filius Sempronij, & probatur poſt-
modum Sempronium viuere an hic de falſo argua-
tur, & planè hunc minimè damnamus. Nam dictio-
nes hæ † olim, quondam, iamdudum, tria tempora 19
ſignificant, ſcilicet præſens, prǽteritum, & futurum,
vt not. ff. de contrahen. emp. l. emptio. Rectè igi-
tur dictum teſtis hoc caſu in præſenti tempore ſu-
ſtentatur, vt de falſo non puniatur. Idemque eſſet
in inſtrumento confecto per tabellionem, cuius
per hoc fides non attenuabitur, vt ſingulariter ego
ipſe dicebam ff. de ope. no. nunc l. *1*. §. *1*. quod eſt
not. Item in ſumma qualiter committatur falſum
quaſi in omnibus caſibus diſcutienda eſſent Ariſto-
telis prædicamenta quæ decem ſunt, vt illa enume-
rat Azo in prin. ſuę ſummæ. Tu Balde diligens ſcru
tator illa procures. Bal. Semel iam ſic feci in mea
longa repetitione. C. qui accu. non poſſunt. l. data
opera. Ludoui. Ibi tu Balde ſatis latè prædicamen-
ta illa diſcutiebas, initiumque & fundamentum aſ-
ſumebas ex quodam libro Bartol. mirabili quidem
opere viſo, quem de teſtibus inſcripſit in figura tex.
Iuriſconſulti ſine vllis allegationibus. Bartol. Il-
lum mors amara viuentibus ætati meę prææmatura
imperfectam ſuperius coegit dimittere fabricam
quidem opus illud & alia quibus lectis auctoritas à
Carolo *4*. principe tunc regnante concedenda erat,
ſicut ego viuens ab eodem mihi in mandatis aſſum-
pſeras legationis cauſa quippe, quia ad eum Peruſi-
no populo imperante profectus eram. Ludo. Heu
mors impia, mors dira, mors quæ noſtri patris cur
virum hunc tam ſublimem viuentem adhuc de me-
dio ſuſtuliſti. Barto. Omittamus hæc Ludouice, &
ad nos redeamus.

SVMMARIVM.

1 *Varia teſtimonia quæ dicantur, & quando varietas te-
ſtium eis noceat, per totum capitulum.*
2 *Intellectus ad l. qui falſa vel varia ff. de teſtib. & ad 4.
q. 3. verſi. item qui falſo.*
3 *Teſtes contrarij propriè qui dicantur.*
4 *Teſtis cum dicto ſuo admiſcens falſitatem aliquam an
dicatur varius, & à teſtimonio repellatur.*
5 *Teſtis in quo poteſt eſſe ignorantia, nunquam dicere de-
bet, niſi quod in veritate vidit, vel audierit.*
6 *Dictum teſtis ne incurrat variationem vel falſitatem
ſaluatur per repetitionem.*
7 *Verbum æqualiter quomodo exponatur.*
8 *Affirmans prima vice contractum factum eſſe obliga-
tionem quæ ex ea naſcuntur videtur affirmare.*
9 *Teſtis factum deponere debet nonius.*

CAP. VII.

VARIA teſtimonia differre dicebam In præ-
allegata l. eos. ff. de falſis à diuerſis vel cõtra-
rijs,

1 rijs, quia varia † ſunt quando teſtis dicit vnum in
vno articulo, & in alio articulo dicit aliud directo
contrarium primo ſuper eodem. Aduerſa vel con-
traria dicere dicuntur illi qui dicunt incompaſsibi-
lia, verbi gratia, in vno articulo dixit vnum in alio
articulo dixit aliud, quod impoſsibile eſt cum pri-
mo concurrere, vt no. Specu. in titulo de teſte ver.
item quòd eſt varius, & verſi. item quòd aliquid. &
ſentit idem Inno. in c. præterea de teſtibus. Hic no-
tandum eſt quod huiuſmodi teſtium variationem
aut contradictiones ſemper ipſis teſtib. nncere prius
receptum erat, generali ratione, quia impoſsibile in
dictis contrarijs vel aduerſantibus alterum non eſſe
falſum vt ff. de reb. dub. l. ſi is qui ducenta §. vtrum
2 C. de fur. l. 1. Ego † vero dixi in eadem l. eos huma-
nius conſiderari debere, ioterdum eoim varietas hęc
teſtis vel contradictio reperitur circa principale ne-
gocium ſuper quo fuit interrogatus, vel circa cir-
cumſtantias ipſius negocij principalis, vt ſi variatur
circa locum contractus, vel circa tempus contra-
ctus, vel delicti, & quidem teſti nocet indubitanter
vt ff. de teſtibus. l. qui falſa vel varia 4. q. 3. verſicu.
item qui ſalſo, cum ſimilibus, quæ iura ſic intelligi
debent, & facit quod notatur C. de teſti. l. teſtium.
Interdum reperitur circa demonſtrationes varietas,
vt circa pronomen ſiue agnomen vnius ex partibus,
vel circa locum originis vnius ex partibus, & hæc
teſti minimè oocere debent, nec facere debent eum
varium dici, vel contrariantem, adeo quòd iura de
teſtibus variantibus loquentia in ipſo locum habe-
ant: ar. pro hoc. ff. de hæredit. inſtit. l. his verbis in
fin. & de reb. dub. l. penult. quod eſt quotidianum,
& not. addi. quoque ſupra dictis omnibus tertium
3 genus teſtium debet. Nam † contrarij ſunt prnpriè
vt varij, ſed vacillantes hi ſunt qui dubitando & ti-
mendo variè loquuntur, quorum teſtimonium nō
valet, & teſtibus nocet vt puniatur. C. de teſtibus. l.
nulli. & per Inno. & Specul. expreſsè, in locis præ-
4 allegatis. † notandum etiam erit quid ſi tęſtis cum
dicto ſuo aliquam admiſceat ſalſitatem, an dicetur
varius? adeo quòd eius teſtimonium repellamus, &
hic quidem dicimus valere eius depoſitioné, quam-
uis falſitatem admiſcnerit dicto ſuo etiam ſcienter,
dum tamen faliitas illa non tangat ſubſtantiam vel
circunſtantias negocij ſuper quo deponit, quoniam
dicta teſtis non conſiſtunt in his quæ nihil ſaciunt
ad teſtimonium, vt multum elegaoter not. Specul.
in loco prææallegato, & ſacit pro hoc quod ipſe no-
tabam. ff. de aur. & argent. lega. l. ſcripſit quintus,
de teſte qui pro parte verum dicit & pro parte ſal-
ſum, diuerſum eſſet ſi falſitas admixta eſſet ſuper
ſubſtantia contractus, vel circunſtantijs ipſius, & e-
nim ſiue ſcienter ſiue ignoranter falſum admiſceat,
5 & tunc eius teſtimooium nullum ſit: quia † nun-
quam dicere debet niſi quod in veritate vidit vel
audiuit, in quo non poteſt eſſe ignorantia, vt 4. q. 9.
teſtis, & c. hortamur, & c. cura ſecundum Specul.
ibidem, & facit pro hoc quod no. Gloſſ. 9. diſtinct.
qui ad ſcripturas, quamuis hoc caſu probato errore
non puniretur de ſalſo vt ſupra diximus hoc vlti-
mo libro 7. c. Prædicto hoc quoque modo intel-
ligatis omnia iura dicentia quòd teſtis admiſcens
falſitatem io ſuo dicto præſumitur ſalſum dicere,
quod tene menti. Item quoque hoc ipſum modifi-
care vbi falſitas admixta dicto fuit eodem tempo-
re aliud eſſet ſi diuerſis temporibus vt hodie dice-
bamus ſuprà libr. 1. 4. c. Quærendum autem oc-
currit quid ſi teſtis dicit tale quid commiſſum in
tali loco & tempore, & poſtmodum interrogatus
de cauſa reſpondet, quia audiui, án dicemus eum
dixiſſe varia vel incompatibilia, & quidem hoc vi-
detur, quia non reddidit cauſam de tempore & lo-
co, ar. ff. de contrahen. emp. l. qui ſundum. Sed ta-
men contrarium arbitror verum, quia per repetitio
nem ſaluatur † dictum teſtis ne incurrat variatio- 6
nem vel falſitatem, vt ego ipſe notabam de ſupp.
leg. l. Labeo. Occurrit item quid ſi teſtis dum exa-
minabatur in palatio poteſtatis dixit in vno articu-
lo contractum ſactum in palatio Epiſcopi, in alio
verò articulo dixit eundem contractum in hoc pa-
latio an dicemus eum variaſſe, vel incompatibilia
dixiſſe, prima ſacie vnuſquiſque dixerit quòd ſic,
contrarium tamen multum eleganter ipſe putabat
verum in l. prima. iuxta princi. de ope. no. nun. ra-
tionem dicebat quòd quamuis demonſtratiuū hoc
ſoleat referri ad oculum corporeum, vt not. ff. de
le. 2. l. Mæuius §. duobus, tamen cauſa euitandę con
trarietatis referri poteſt ad oculum intellectus, vt
probatur ff. de calum. l. hæc actio itaq; verbum il-
lud in hoc palatio, ſcilicet de quo ſuprà locutus ſum
occurrit. Item quid ſi teſtis dicit in vno articulo fi-
lium inſtitutum in maiori ſumma, filiam in mino-
ri, in alio autem articulo dixit eos inſtitutos æqua-
liter ao dicemus eum varia protuliſſe aut incompa-
tibilia, certè. non etenim exponitur illud † verbum 7
æqualiter, id eſt, eodem tempore, cauſa euitandæ
contrarietatis, vt ipſe ſimiliter notabam de dam.
inſe. l. ſi finita §. ſed ſi quando, vbi loquebar de
pluribus teſtibus ſic variantibus, tamen eadé ratio
eſt vtroque caſu, vt inſra dicam vltimo c. quamuis
huic omnino quidam contradicunt per rationes ſa-
tis generales de quibus hic non curamus, ſed ad lo-
cum illum breuitatis cauſa remittamus. Item oc-
currit tractandum quid ſi teſtis interrogatus in arti-
culis ſpecialibus dixit ſe neſcire: poſtmodum verò
in generali articulo de publica voce & ſama dicit de
prædictis, vel aliquo prædictorum eſſe publicam
vocem & ſamam, erit ne falſarius iſte, vel incompa-
tibilia dicens, & quidem reſpondendum eſt quòd
non. Et not. quòd poſsibile eſt teſtem neſcire in ve-
ritate, & tamen eſſe publicam vocem & famam,
ideoq; ſuſtentandum eſt eius dictum, vt no. Spe. de
noto. cri. §. ſama ver. quid ſi teſtis.

Ludouicus. Tu Balde ſequebaris dictum illud
de interrogatorijs actionibus l. ſi deſenſor. Barto-
lus. Item occurrit, quid ſi actor ſecit duos articu-
los, vnum de contractu alterum de obligatione, &
teſtis interrogatus ſuper contractu reſpondet vera
eſſe contenta, in articulo altero, interrogatus autem
de ſecuodo dicit ſe neſcire, an erit iſte varius an in-
compatibilia proſerens dicendum eſt quòd ſic,
quia † affirmans prima vice contractum factum eſ- 8
ſe, affirmare videtur obligationem quæ ex ea na-
ſcitur, ar. ff. de iureiuran. l. ſi. Oppoſitum tamen ex-
iſtimo, † etenim teſtis ſactum deponere debet, non 9
ius, vt ego ipſe notabam de vſur. l. 1. & in libro meo
de teſtib. c. teſtis dixit aliquem eſſe dominum, cer-
tè contractus facti eſt, obligatio autem ex contractu
naſcens

naſcens iuris eſt, vt ff. de cur. fur. l. ſi conſilio con-
iuncta l. licet §. ea obligatio. de procu. Ludouicus.
Tu Balde hoc ipſum notabas C. qui accuſare non
poſſunt l. data. Bar. Nunc tranſeamus ad reliqua.

SVMMARIVM.

1 *Teſtimonium dico me ſcire tantum quantum in tali cau-*
ſa dixi an validum.
2 *Teſtis deponere debet ſpecificè non per relationem ad a-*
liud eius dictum.
3 *Iuramentum quod adhibetur teſtimonio in quo teſtis*
cogitat de prima depoſitione ad quam ſe refert, an li-
get teſtem.
Intellectus cap. pen. de iureiuran. & c. cum in tua de te-
ſtibus.
4 *Teſtes plures ſi producuntur in eadem inſtantia, et vnus*
deponit extensè, alter dicit dico, prout dixit talis ho-
mo, an eius teſtimonium reprobatur.
5 *Plures teſtes eundem ſermonem præmeditatum aſſe-*
rentes an repellendi.

Capitulum decimum. An valeat tale teſtimonium dico me tantum ſcire quantum dixi in tali cauſa.

VIDIMVS ſæpè cautelam vſitari per cunctos
homines qui producuntur in teſtes in vna
cauſa, ſuper eodem ſuper quo in alia cauſa alias in-
terrogati fuerunt, reſpondent tunc cum interrogan
1 tur, dicimus † tantum ſcire quantum nos ipſi exa-
minari ſuper hoc in tali cauſa diximus. hocque fa-
ciunt ne fortè iterum extensè deponendo variatio-
nem aliquam incurrant vel contradictionem. di-
ſcutiamus an itaque huiuſmodi atteſtatio valeat, &
quidem dicebam viuens in præallegata l. eos, hunc
punctum tactum non reperiri. deinde determina-
bam hoc totum iudicis arbitrio relinqui, qui poſsit
hunc teſtem ſi vult admittere, ar. l. 1. §. fili ſa. de le-
ga. 3. l. qui liberis §. teſtamento de bono. poſſeſſ.
ſecundum tab. & l. quærebatur de teſt. mili. poſſet
quoque ipſum reſpuere ſi vellet vt videat qua tre-
pidatione & qua cōſtantia loquatur l. de minore §.
tormenta, de quæſti. idem quoque ſentiebam ff. de
leg. 1. l. legata inutiliter, in princip. per illum text.
quamuis ibi loquutus fuerim in prima depoſitione
inutili, eadem tamen eſt ratio vtroque caſu. Dic tu
Ludouice num alij quidquam aliud in hoc articulo
ſenſere, ſic quidem perplacet. Ludouicus. Bald. in l.
iuriſiurandi in princ. & l. fin. C. de teſti. ſimpliciter
tenuit contra tuam ſententiam teipſum recitando
2 rationem adducebat, † quia teſtis deponere debet
ſpecificè non per relationem ad aliud eius dictum.
allegat ff. de teſtibus. l. 3. §. item diuus, & §. Sabinus
dominus Bar. de Saly. in prædicta l. iuriſiuran. non
faciens vllam mentionem Bal. recitabat tuam ſen-
tentiam Bartol. & ipſum ſequebatur, reſpondebat
ad §. Item diuus, quòd loquatur quando teſtes pro-
ducuntur nō vt teſtes, nec ſunt recepti in forma de-
bita, præterea ſecundum cum non dicuntur verba
incerta per relationem, vt C. de ſententijs quæ ſine
cert. quanti proſe. l. hæc ſententia. dominus Nico-
laus de Sicilia in ca. cum in tua. extra de teſtibus no-
tabat ibi text. in verbo illa eadem, quòd teſtis poſ-
ſit in ſecūdo iudicio dicere dico illa eadem quę di-
xi in prima vice, poſtmodum refert tuam ſenten-
tiam hanc de iudicis arbitrio, & approbat quod ti-
bi videtur.

Bart. Semper fuiſti mihi aduerſatus Bal. atten-
dite. Itaque quidem veriſsima eſt ſententia mea vt
prædicti domini Bartòl. de Saly. d. Nico. de Sicilia
dixerunt, & poſtea nunc adduco tex. no. in auth. de
ſanc. epiſ. §. ſi verò crimen. coll. 8. Si benè inſpici-
tur prout ego in ſimili notabam. ff. de cuſto. reo. l.
diuus Adrianus iuxta princ. & hodie narrabam hoc
li. 1. c. quod breuitatis cauſa non repeto. Item ad-
duco: quia iuramentum quod adhibetur teſtimo-
nio in quo teſtis cogitat de prima depoſitione ad
quam ſe refert ligat teſtem, vt eſt caſus extra de iu-
reiura. c. pe. & facit. ff. de pac. l. cum Aquiliana. cum
concor. Cogitat itaque teſtis de alio dicto ad quod
ſe refert, & ſic eſt idem ac ſi id ipſum ſpecifice depo-
neret: arg. de ſupp. leg. l. Labeo. puta tale iuramē-
tum non diſcrepat à quadam ſubſcriptione quam
ſubſcriptionem conſtat idem operari ac ſi ſubſcri-
bens totam ſcripturam ſcripſiſſet manu propria: vt
eſt text. not. ad hoc quem ibi viuens notabam. ff. de
pac. l. emptor. §. Lucius. & facit optimè. ff. de eden.
l. ſi quis ex argētarijs. §. fi. porro tua Bal. opinio vno
ſolo caſu poſſet ſuſtentari, quamuis ille modicum
noſtræ confert exercitationi, ſcilicet vbi teſtis repe-
teretur iterum per iudicem ad declarationem pri-
mi dicti, quod poteſt iudex facere quandocunque,
non obſtante timore ſubornationis: vt extra de te-
ſtibus. c. cum clamor. & ibi per Innocen. hoc enim
caſu non poterit iudex ſtare tali dicto ſcilicet ſcio,
vt dixi in prima vice: quoniam nihil addit vltra pri-
mam. ſic quoque omnimodo eius dictum remane-
ret obſcurum vel ambiguum, & pro hoc. ff. de vſuc.
l. Labeo. in prima Gloſſ. notabili, & quod ego ipſe
notabam in li. de teſte. c. 2. & Innoc. extra de teſti.
c. cum cauſam. † Ad tex. in. c. cum in tua, quem no- 5
tabat dominus Nico. quod ſic dicimus quòd cum
ſtari poſſet illi dicto tamen non repugnat ille text.
quòd iudex ſi vult non poſsit iterum examinare vt
videat quo pallore loquatur, vt d. §. tormenta. præ-
terea verba illa ſi benè inſpiciantur non ſunt teſtis
ſed Papæ loquentis in illa decretali. ſicq; nihil facit
tex. ille ad propoſitam quæſtionem.

Baldus. Admiror Bartole de tua huiuſmodi
decisione, nonne ſi in eadem inſtantia † plures teſtes 4
producuntur & vnus deponit extensè, alter dicit
dico prout dixit talis homo, teſtimonium repro-
batur: quia iudex debet videre qua conſtantia de-
ponat: vt in d. §. tormenta. quod expreſsè multum
notanter dicebat Spec. in titu. de teſte. §. nunc tra-
ctandum. verſi. cautum quoq; examinatorem. vbi
inquit quòd ſi in actis apparet quòd ſi notarius qui
ſcripſit atteſtationes teſtium concordantium po-
ſuit primam extenſam, in alijs verò ſcripſit talis di-
xit prout talis &c. talibus atteſtationibus non erit
ſtandum ſi notarius eſt mortuus. tenet etiam Io. An.
extra de verbo. ſigni. nihil in nouella, quamuis di-
cat communiorem conſuetudinem contrariam eſ-
ſe notariorum & malam. Ludouicus. Tu ipſe nota-
bas. C. de appella. l. ampliorem. §. in refutatorijs. in
fi. dicendo quòd in cauſis grauibus debet mandari
notario quòd talia dicta extendat. Baldus. Cur er-
go non idem Bart. noſtro caſu. Eadem enim vide-
tur vtroque articulo eſſe ratio. Bar.

Clariſsimè reſpondeo in diuerſis teſtibus hac via
deponentibus euidens colligitur ſubornatio. &
enim

5 enim non licuit plures † teſtes eundem ſermonem præmeditatum afferre, immo hæc ſola ratio ſufficiens eſt ad improbanda eorum teſtimonia, vt ff. de teſti. l. 3. §. tu magis &c.

Deinde tabellio facta à teſtibus errata ſcribere debet, ad iudicem autem pertinet ipſorum concordiam colligere: quoniam conſiſtit in ſolo iure, de quo iure nó poteſt nec debet tabellio impedire vel teſtis vt dixi in l. 1. C. de vſur. & li. de teſtib. c. teſtis dixi aliqua vera, quia ſic &c.

Ludouicus. Tu idem ſentiebas Bal. in illo §. refutatoris. Bart. In vno quidem teſte qui ſe refert ad aliud eius dictum iam pronunciatum nulla via aliquis ſubornationis timor cadit, itaq; valere dictũ teſtis, hoc caſu concludimus vbi ſe ſimpliciter refert ad aliud eius dictum antea extra iudicium emanatum, niſi fortè iudex iterum eius conſtantiam experiri velit, tunc enim eum iterum extensè examinare poteſt, vt ſupra dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis an poßit compellere teſtem ſecundo deponentem, extensè deponere.*

2 *Pars vel teſtis poteſt petere, quòd res in iudicio exhibeatur, vt teſtes ipſam recognoſcant.*

Intellectus ad l. 3. §. ſi quis noxali. ff. ad exhibendum.

3 *Teſtis qui ſemel depoſuit, & iterum ſupra eodem producitur, quid adhibere debeat, vt falſi pœnam euitet.*

Capitulum vndecimum an teſtis poſsit petere ſibi exhiberi priores atteſtationes ne ab alijs variatio contingat.

VIDIMVS Item ſæpiſsimè frequentari per cunctos viros. dum enim in teſtimonium producuntur in facto ſupra quo alia vice depoſuerint ſi
1 iudex † omnino vult eos per extenſum audire quod facere poteſt, vt nunc diximus in præcedenti capitulo petunt ſibi exhiberi priores atteſtationes ne ab alijs contingat variatio vel contradictio, tractamus igitur an hoc fieri poſsit, & equidem viuens docui huiuſmodi cautelam fieri ob ſaluandos teſtes: quia in præallegata. l. eos, iuxta finem allegabam. ff. de publica. l. cum exhibuiſſet, quę optimè hoc probat, ſubdebamq́ue deberi teſti oſtendi dictum ſuum præcedens etiam ſi non fuiſſet publicatum, quoniam quantum ad teſtem eius teſtimonium nunquam eſt ſecretum, ſed ſemper debet eſſe ei publicatum, ſicut de iudice inquirente dicitur, extra de teſti. c. cum clamor, & ego ipſe notabam. ff. de adul. l. 2. §. ſi publico, illo præallegato, mirabilem cautelam dicendo, quòd ſemper in ſecũdo teſtimonio ponat hæc verba quòd ipſe dicit prout ſibi modo videtur. Si tamen alio modo appareret eum dixiſſe in alia cauſa, ex nunc corrigit dictum ſuum ſecundum, & reducit ad primum, quod eſt perpetuo ab omni teſte notandum. Nunc addo quòd illud de petitione. quòd exhibeatur alia atteſtatio, Glo. notabilem in l. fin. ſi ex nox. cau. aga. dicentem quòd
2 poteſt † pars vel teſtis petere quòd res in iudicio exhibeatur, vt teſtes ipſam recognoſcant.

Item addo text. ff. ad exhi. l. 3. §. ſi quis noxali, vbi habetur quòd poteſt peti quòd nominẽtur omnes de familia ad hoc ſolum vt teſtis de nomine recordetur. quem tex. ego ipſe notabã ad hoc in d. l. cum exhibuiſſent. addo etiam ad illud de exhibitione quòd verum eſt, niſi teſtis petens ſuum teſtimonium exhiberi eſſet perſona ſuſpecta & malæ famæ. Tunc enim nedum quòd teſti debeat teſtimonium ſuum oſtendi, imò debet iudex conari omni induſtria, vt eum alloquatur vt notabiliter no. Azo. in ſua ſumma. C. de teſti. Ludouicus. Tu Bal. idem ſequebaris. C. de teſti. l. fi. quod eſt ſummè notabile. Bartolus. Addo idem quòd ex illa vltima mea cautela nunc relata ſequitur euidenter vnum ſummè mirabile, quòd † teſtis qui ſemel depoſuit, 3
& iterum ſuper eodem producitur, poterit adhibita illa proteſtatione in ſecundo dicto ſemper falſum & falſi pœnam euitare. Et enim fortè ſi primæ atteſtationes non reperiuntur probata eſt eius intentio, ſi reperiuntur, non puniretur propter cautelam illam. quod eſt mirandum. Tale tamen quid facere peſsimum eſt & abhorrendum propter animæ periculum.

SVMMMARIVM.

1 *Dicta contraria vnius teſtis ſicut dicta plurium an poſſint ad concordiam reduci.*

2 *Concordia, & benigna interpretationis doctorum contrariorum quæ ſit cauſa.*

Capitulum vltimum an dicta contraria vnius teſtis reducantur ad concordiam ſicut dicta plurium.

EST quoque nouiſsimè diſcutiendum, an † dicta 1
vnius teſtis poſsint reduci ad concordiam, & debeant, quemadmodum fieri ſolitum eſt in dictis plurium teſtium: vt habetur extra de teſti. c. cum tu fili. & ibi plenè per Cano. Et ego de hoc notabã. ff. ſi cer. pe. l. 2. §. creditũ. & ff. de verb. ob. l. inter ſtipulantem. §. 1. & ff. de libe. & poſtu. l. Gallus. §. ille caſus. & ff. ſolu. matr. l. inſulam. Ludouicus. Tu Bal. de hoc notabas in prima conſti. C. §. quibus.

Bart. Et quidem in hoc articulo dicendum videtur non habere locum concordantiam illam in vno teſte tantum: quia idipſum ego ſentire viſus ſum in præallegata. l. eos. in fi. verborum meorum ibi item ſcias. In contrarium facit id quod ego ipſe ſentiebam quãuis non expreſsè hoc dixerim in præallegata l. inter ſtipulanté. §. 1. & l. 1. in primo contrario. ff. de no. oper. nunc. l. ſi finita. §. ſed ſi ante. de dam. infec. & in meo conſilio in quæſtione vertente inter dominum Simonem, in ordine. 29. & in multis alijs locis. & hanc partem puto veriorem. & rationem quidem fundamentalem conſidero, quæ eſt in diuerſis teſtibus ſibi inuicem contradicẽtibus.
Ea enim † ſola eſt cauſa concordiæ, & benignæ in- 2
terpretationis ſi poſſunt, nec de falſo puniantur, vt exprimit text. in d. c. cum tu, & alijs concor. proculdubio ratio eadem militat in vno ſolo teſte variante ne de falſo puniatur ſicque ius idem ſtare debet vtroq; caſu per iura no. fateor quippe quòd hęc concordia raro cadit in vno teſte ſolo. & hoc eſt quod ego volui in præallegata. l. eos. in fi.

Colligite itaque ſicut in actu multiplicabili plures teſtes contrarij ad concordiam reducuntur, vt c. cum fili. Item ſicut in actibus diuerſis in pluribus teſtibus non poteſt eſſe contrarietas, vt de pœ. di. c. periculosè. Sic etiam in his caſibus vnus, & idẽ teſtis reducendus eſt. facit pro hoc quod notat Glo. ff. de orig. iur. l. 2. §. ex actis, vnum quoque notetis,

quòd

quòd quamuis ſit controuerſia inter Canoniſtas, &
Legiſtas an plures teſtes concordentur quantum ad
hoc ſolum, vt falſum euitent, an verò quantum ad
omnem victoriam, tamen in caſu iſto vbi de con-
cordia vnius teſtis tractamus, quæſtio illa dubita-
tionem non habet, concordatur quippe vnus teſtis
ſolum ad pœnam euitandam, non autem ad victo-
riam, vt dixit eleganter. d. Ia. Bu. ff. de prob. l. cum
ætate quod menti teneatis. d. An. de Bu. ſentit refe-
rens prædictam notam Iaco. Bu. in d. c. cum. tu. &
Io. de Imo. in præallegato. §. 5. Nuncq; iam verbis
noſtris finem imponamus.

SVMMARIVM.

1 *Dubium eſt verbum teſtis quod multipliciter poteſt in-
telligi.*

2 *Differentia nō eſt facienda in teſtibus, an ab eadē parte
producantur, an à diuerſa.*

Intellectus c. cum tu de teſtibus.

3 *Cōcordes teſtes in principali dicto, in acceſſorio poſſunt
reduci ad concordiam.*

4 *Dubia probatio eſt inualida.*

5 *Teſtis non debet eſſe verboſus.*

6 *Probatio dubia non releuat.*

7 *Dubitatio vbicunque eſt ratione contrarietatis teſtes
reducuntur etiam ad concordiam ſi aliter res probari
non poſſit.*

LVdoulcus. Dij tantum animam tuam Barto.
ſubliment, quantum illam in terris humanæ
omnes gentes quæ inter Romana iura verſantur il-
luſtrem reddunt. Finis.

Et iſta quæſtio an, & quando reducantur ad con-
cordiam vt probent. Bart. in l. inter ſtipulantem. §.
5. de verb. ob. & l. in fi. C. de vſufruct. dicit quòd li-
cet reducantur ad concordiam vt euitent pœnā fal-
1 ſi, non tamē vt probent. Nam † verbum teſtis quod
multipliciter poteſt intelligi eſt dubium, ideò ſem
per contra proferentem debet interpretari extra de
proba. c. in præſentia. & fuit dictum Iaco. But. in l.
ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiuran.
& l. cum de ætate. ſupra de proba. & l. optimam. C.
de contrahen. & commit. ſtip. Sed hoc videtur con-
tra text. in c. cum tu. extra de teſtibus. vbi reducun-
tur ad concordiam etiam vt probent ſecundum v-
num intellectum quem ibi ponit Io. An. Sed domi-
nus An. ibi dicit opinionem communē Legiſtarum
poſſe procedere tribus caſibus tantum. Primus
quando teſtes qui contrariantur ſunt producti ab
vna parte tantum: quia tunc interpretatio non fit
niſi ad ſaluandos teſtes. Secūdus quando ſunt pro-
ducti à diuerſis partibus, vt dicto c. cum tu. Sed in
hoc do. Ioan. de Imo. in l. inter ſtipulantem. §. 5. de
verb. obl. dicit hoc ſibi non placere: quia ita reddi-
tur dubia probatio actoris alia ſicut vno caſu. Et
2 quia non eſt facienda † differentia in teſtib. an ab ea-
dem parte producantur, an à diuerſa: vt no. in l. ſcri
pturæ. C. de fide inſtr. & ca. cum in noſtra. extra de
teſtibus. Et reuera non video rationem differentiæ
cum teſtes ſiue ab vna parte producātur ſiue ab alia
ſint ad hoc inducti, vt pro vtraque parte deponant,
C. de epiſco. & cle. auth. ſed iudex 11. q. nec honor.
extra de teſti. veniens el. 2. ſecundo dicit domi. An-
to. opinionem Legiſtarum procedere quando ſunt
ſolum pro vtraque parte contrarientes: quia tunc
neuter de per ſe habet integram probationem, ideò
licet concordentur non probant. quia ſingulares
ſunt, ſiue ſint ambo pro vna parte, ſiue pro diuerſis,
& ita dicit tenere Io. And. in titulo. de teſti. §. iam
de interrogatorijs, ver. quid ſi vnus teſtis. & Fride-
ricus ſuo conſilio. 162. cui adde quod idem dixit
Fridericus ſuo conſilio. 220. Addit. d. Io. ita tenere
ibi Vincentium, vt refert Io. An. in ca. in noſtra de
teſtib. in Gloſſ. magna. Sed ipſe do. Io. dicit non eſ-
ſe abſonum dicere quòd hoc caſu fiat concordia vt
probent, ex quo in principali † dicto ſunt concor- 3
des, & in acceſſorio poſſunt reduci ad concordiam,
argumento not. in l. ob carmen. §. fin. de teſti. & per
Inno. in c. qualiter el 2. de accu. Sed iſta reprehenſio
non procedit. nam dominus An. & Io. An. in addi.
prædicta, & Fredericus loquuntur de concordia
quæ fit per iterationem actus, nam licet concorden-
tur illi duo teſtes, quorum vnus dicit matrimonium
contractum Mutinę, alter Florentię, vt intelligatur
his locis contractum matrimoniū, non tamen pro-
bant: quia vnus intelligit de vno actu, alter de alio,
& ſic ſunt ſingulares, licet. d. Io. loquatur in con-
cordia quę fit per eiuſdem actus extenuationem, vt
ſi vnus dicit ante calendas, alter dicit poſt: quia
tunc intelliguntur teſtes de eodem actu. fiet hoc ca-
ſu concordia vt probent. Sed in hoc etiam dominus
An. tenuit contrarium, vt ſtatim dicam. Tertio igi-
tur dicit dominus An. poſſe ſaluari opinio. Legi-
ſtarum in teſtibus qui deponunt de actu non multi
plici, ſed eodem, vt ante guerram & poſt guerram.
Nam tunc quia dictum vtriuſque teſtis ſaluatur, vt
poſſit dupliciter intelligi, redditur † probatio du- 4
bia & ſic non probant. Secus quando reducuntur
ad concordiam in actu multiplici: quia vtriuſque
actus probatio tunc eſt clara & ſe non impediunt, &
ſic vterque actus eſt probatus. Iſtud non placet d.
Ioann. quia dicit quòd nulla videtur bona ratio di-
uerſitatis. Sed certè ratio eſt clara declarando vt
ſupra dixi. Ex dictis omnium iſta videtur vera con-
cluſio. Aut vnus teſtis ſibijpſi contradicit. Aut v-
nus vni. Aut plures pluribus. Primo caſu, quando
vnus ſibijpſi contradicit. Aut dictum eius non po-
teſt reduci ad concordiam, & tunc nihil probat, &
in periurium incurrat, Aut poteſt concordari, &
tunc concordatur vt euitet pœnam falſi, nō vt pro-
bet ſecundum do. Anto. qui dicit ita Iac. But. tenu-
iſſe in l. cum de ætate. & in l. ſed & ſi poſſeſſori. ſu-
pra allegata. & Bar. in l. Labeo. de ſuppel. leg. licet
ipſe audiuerit aliquos cōtradicere. & cum hoc tran-
ſit. d. Ioan. Sed aduerte: quia imò Bar. in l. Labeo.
videtur velle quòd imò talis teſtis reducatur ad cō-
cordiam etiam vt probat, quod puto verum in ca-
ſu quo loquitur ad concordiam per intellectam re-
petionem eius quod primo dixerat. dixit teſtis ꝙ
tali tempore erat talis communis vſus loquendi.
interrogatus de cauſa ſcientiæ dixit: quia ſic audiuit
homines dicere communiter, nec repetit tali tem-
pore, intelligitur repetitum etiam vt probat: quia
reuera hic nulla eſt contradictio vel varietas. nam
& ſecundum propriam ſignificationem verborum
poteſt concordari: ſed eſt defectus interrogantis
qui non quęſiuit de tempore. † Nam teſtis non de- 5
bet eſſe verboſus. C. de preci. Impera. offe. l. fina.
Sed vbi talis concordia requireret verborū impro-
prietatem,

prietatem vel actuum multiplicationem. puta: quia dicit vidi Titium vulnerantem Seium cum enſe, poſteà dicit vidi eum vulnerantem cum lancea, tunc ſi non conſtat expreſſè, quòd velit de diuerſis actibus loqui, licet concordetur, vt euitet pœnam falſi, non concordabitur, vt probet: quia eſt in ſuo dicto varius, & vacillans. ſuprà de leg. l. 1. in prin. & l. qui falſa. de teſti. & extra de cauſa poſ. & proprie. c. cũ eccleſia. Secundo caſu, quando vnus alij contradicit, tunc aut reducuntur ad concordiam per actus multiplicationem, & clarum quòd non probant: quia vterque remanet in ſuo dicto ſingularis, ita loquitur Ioan. & Frideri. in locis allegatis. Aut per eiuſdem actus extentionem, vel improprietatem, tũc idem quòd non probant. quidquid dicat do. Ioan. quia dictum eorum poterat diuerſimodè intel-
6 ligi, & ſic eſt dubium, & probatio † dubia non releuat, extra de proba. c. in præſentia. ſecundum do. An. & ita etiam loquitur Bart. cum dicit quòd non reducuntur ad concordiam vt probent. Tertio caſu quando plures contradicunt pluribus diſtinguitur. Aut probationes ſunt impares, puta: quia vnus habet plures, & magis idoneos etiam, & tunc non reducuntur ad concordiam, vt dixi ſecundum Bartol. in l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. & Innocen. & Ioann. An. & Gloſſ. in c. cum contingunt. de officio deleg. quamuis Gloſſ. in c. in noſtra. de teſtibus. & d. An. in c. cum tu. dicat contrarium.

Sed dicit. d. Io. quòd illa opinio do. Anto. licet ſit fortè vera de iure, tamen non ſeruaretur in practica propter auctoritatem tantorum Doc. & dicit verum poſtquam non adducitur text. in contrarium. Si autem ſunt probationes pares, tunc ſiue ſint producti ab vna parte, ſiue ab ambabus, probatio actoris etiam ſi ad concordiam reducantur, redditur dubia, ideo non probant. & ita etiam intelligitur Bartol. & Butri. quamuis dominus An. diſtinguat & malè, vt ſuprà dixi. vnum tamen eſt ſingulariter not. quod dixit Iaco. Butr. in d. l. cum ætate. de proba. † quia vbicunque dubitatio eſt ratione 7
contrarietatis, reducuntur etiam ad concordiam ſi aliter probari non poteſt: quia tunc concordantur, vt probent, & nihil allegat, & cum eo tranſit d. An. in c. cum tu. & d. Ioan. in l. inter ſtipulantem. §. 1. quamuis dicat Iac. Butr. non ita clarè dicere. No. etiam quòd multipliciter reducuntur teſtes ad concordiam, quandoque per actus multiplicationem, quandoq; per verborum impropriationem, & multis alijs modis de quo per Bartol. in l. cum de ætate. de proba. Sed in ſumma dicit d. Ant. in d. c. cum tu. quòd quomodocunque leges diſcordantes ad concordiam reducuntur, ſic & teſtes. Ludouicus de Roma.

LAVS DEO.

SVBTILIS AC PERVTILIS

TRACTATVS DE TESTIBVS ALBERICI DE MALETIS PAPIENSIS, DOCTORIS CONSVMATISSIMI. SINE QVO PERFECTE HAEC MATERIA HABERI NON POTEST, cum ſummarijs vnicuique cap. poſitis.

COnſpiciens Teſtium materiam frequentem, & neceſſariam, vt inquit Archi. Iuriſcon eámque confusè ſatis atq; diffusè à maioribus noſtris traditam eſſe. de hinc homini nihil pulchrius contingere poſſe quàm cum natura, cum ingenio & ratione illuſtraueris ignauia & diſſidia prorſus traditum eſſe, quemadmodam accepimus à Cicerone ſecundo de finibus, Ariſtotelem voluiſſe ad duas res intelligendum, & agendum eſſe natum quaſi mortalem deum. contra quem vt tardam aliquam & languidam pecudem ad paſcua et voluptatē hoc diuinum animal natum eſſe voluit, quo nihil eſt abſurdius. propterea conſtitui hanc materiam in hunc vnum ordinem redigere. et qua à maioribus inſtituta ſunt arte & auctoritate diſtinguere, vtq; Doct. ſententias hinc inde diſperſas in vnum conglomeratas habeat longeq; ex hoc clariorem & certiorem doctrinam intelligetis, quam hactenus per quempiam receptum fuerit.

OPERIS PARTITIO.

VT igitur hunc tractatum plenè abſoluere & perficere poſſim per quinque partes principales. In prima parte tractabimus quibus teſtibus fides denegetur vel teſtimonium perhiberre. In ſecunda qui teſtes non compellantur ad teſtificãdum. In tertia quæ ſolennitates exigantur in teſtibus recipiendis ſeu examinandis. In quarta quæ interrogatoria teſtibus fiant.

In quinta & vltima qualiter dicta teſtium impugnentur vel conſeruentur. quibus expeditis, erit expleta materia.

Prima pars principalis recipit quinq; diuiſiones. In prima tractatur quibus denegetur teſtimonium perhibere ratione conſanguinitatis vel affinitatis. In ſecunda ratione domeſticitatis. In tertia ratione criminis vel infamiæ. In quarta ratione commodi vel affectionis ad cauſam ipſam. In quinta ratione defectus perſonæ.

SVMMARIVM.

1 *Pater an poſſit eſſe teſtis in cauſa filij, & ecōtrà et nu. 4.*
2 *Affectio in teſtibus conſideratur.*
Mater repellitur à teſtimonio, licet non habeat filios in poteſtate, idem dicit de auo. & nu. 3.
3 *Mater appellatione parentum continetur.*
5 *Iudex infringere nō poteſt prohibitionem, quòd filius in cauſa patris non teſtificetur.*
Iuri naturali non poteſt per iudicem derogari.
6 *Filij minus legitimè nati à teſtimonio contra parentes repelluntur.*
Spurij & inceſtuoſi an ad teſtimonium contra parentes admittantur.

Spurij & inceſtuoſi, filij non ſunt nominandi.
Filiorum appellatione minus legitimi continẽtur, in his, in quibus conſideratio iuris naturalis habetur.
7 *Filiorum appellatione minus legitimi continentur in teſtibus.*
8 *Parentes poſſunt pro filijs in quatuor caſibus teſtificari, videlicet cum dubitatur an filius ſit ingreſſus religionẽ animo profitendi.*
9 *Item cum quæritur de ætate, vel cognatione filij. & nume.10.*
11 *Item in cauſa matrimoniali cum quæritur an matrimonium eſſe poßit propter conſanguinitatem vel affinitatem.*
12 *Item cum dubitatur an matrimonium ſit contractum vel ne, quod intellige, vt infrà nu.13.*
14 *Maritus ignobilis non poteſt opponere exceptionem non numeratæ dotis contra vxorem nobilem.*
15 *Teſtis in teſtamento filij teſtanti de Caſtrenſi peculio in militia pater eſſe poteſt.*
16 *Intellectus ad §. ſed ſi filius: Inſti.de teſta.*
17 *Teſtamentum filij in militari expeditione ſiue ſolennitate valet, & in eo pater poteſt eſſe teſtis.*
18 *Filius an poßit eſſe teſtis in teſtamento patris. & quid in alijs caſibus. & nu.21.*
19 *Filius in cauſa patris procuratoris non repellitur à teſtimonio, ſecus econtra, de quo vide etiam nu.22.*
20 *Affectio ita cadit in emancipato, ſicut in filiofamilias.*
Procurator efficitur dominus litis, & inſtantiæ.
23 *Pater teſtificatur pro filio, & econtrà, quando aduerſarius contra quem pater vel filius producitur, conſentit.*
24 *Adoptiuus an poßit in cauſa patris teſtimonium perhibere.*
25 *Pater ſpiritualis an admittatur teſtis in cauſa filij, & econuerſo.*
Filij appellatione non continetur ſpiritualis.
26 *Nutritus an admittatur ad teſtimonium pro filio, & econtrà.*
27 *Frater an, & quando admittatur in teſtem pro fratre, & econtrà. & num. 28.29.30.34.35.36. 37.38.39.40. cum pluribus ſeq.*
31 *Intellectus & limitatio ad l.lege Iulia. ff. de teſti.*
32 *Teſti non fide digno datur plena fides, quando à partibus eſt rogatus.*
33 *Teſtis vbi rogatus & quantumcunq; alijs inhabilis, ſemper eſt idoneus.*
36 *Intellectus ad c.ad literas.de præſumptionibus.*
44 *Affectio naturalis maior accidentali.*
45 *Aduocatus an à teſtimonio repellatur.*
46 *Frater fratri præſtare alimenta tenetur.*
47 *Conſanguinei & affines an repellantur à teſtimonio, in cauſis conſanguineorum, & affinium, & numero. 53. 55.*
48 *Agnati & cognati vtrum dicantur domeſtici.*
Affines repelluntur à iudicando.
Iudices plures reperiuntur quàm teſtes.
Conſobrini & alij qui non poſſunt teſtificari pro agnatis & cognatis, nu.50
49 *Socer non admittitur ad teſtimonium pro genero.*
51 *Conſobrinus vel agnatus licet non compellatur teſtimonium perhibere poteſt volens teſtificari.*
52 *Iniuria facta vni videtur facta omnibus de domo.*
53 *Tranſuerſales an admittantur ad legitima teſtimonia.*
55 *Affinitas vel conſanguinitas non admittit teſtes in criminalibus.*
56 *Affinitas reſoluta non repellit quem à teſte.*
57 *Paria ſunt non eſſe affinem vel affinitatem eſſe diſſolutam.*

PRIMA PARS.

PRo expeditione primæ partis videndum eſt
primò † an pater poſsit eſſe teſtis in cauſa filij, 1
concludit e regulam negatiuam quòd non l. parentes. C. de teſtibus. Et hoc eſt intelligendum de omnibus parentibus vſq; in infinitum ſecundum Glo. in d. l. parentes. & Spec. in eo. tit. §. 1. pro hoc. l. quique. ff. de in ius vocan. Hoc vbi verum intelligatis ſiue habeant filios in poteſtate ſiue non, ſecundum communem docto. ſententiam, quod etiam tenuit Spec. in d. §. 1. circa princi.

Et † potuit eſſe duplex ratio: quoniam videmus 2
quòd in teſtibus conſideratur affectio, quę minimè tollitur, licet filius ſit emancipatus. Secunda ratio eſt: quia mater vt ſtatim dicam repellitur à teſtimo-
nio, licet non habeat filios in poteſtate. Idem † in- 3
telligendum eſt de auo materno ſecundum doct. maximè Alber. in d. l. parentes. quoniam appellatione parentum continetur ipſa mater. l. paren. ff.
de verb. ſigni. Idem eſt † intelligendum ſecundum 4
doc. in filijs qui non poſſunt teſtificari contra parentes: vt in d. l. parentes. & 4. q. 3. ver. parentes. & ver. in criminali.

Et adeò ſunt prohibiti teſtificari contra patrem, vt etiam volentes non admittantur, vt d. l. parẽtes.

Propterea † inquit notabiliter Io. An. in addi. ad 5
Spec. circa princ. de teſti. quòd iudex non poteſt infringere hanc prohibitionem vt filius teſtificetur contra patrem: quia eſt introductum ex quadam reuerentia & iure quodam naturali, quibus non poteſt per iudicem derogari: ar. ſecundum ipſum in l. 1. §. ſi verò. ff. de teſtib. quod eſt notandum contra imperitos iudices qui volunt perducere teſtes non modo extraneos ſed filios contra parentes. Quod † autem dictum eſt de filijs intelligatis etiam de minus legitimè natis, vt ſenſit Gloſſ. in d. l. parentes. Idem tenuit Guil. de Sum. in d. l. Amplius dixit Io. An. in addi. Spec. circa prin. titu. de teſti. quòd non modo naturales, ſed Spurij & inceſtuoſi repelluntur à teſtimonio contra parentes, licet non ſint nominandi filij. vt in auth. qui mo. na. effi. ſui. §. fi. pro hoc facit optimè notabilis ſententia Cy. recitata per Bal. & Ang. in d. l. parentes. ff. de in ius vo. qui voluit quòd in his in quibus habetur conſideratio iuris naturalis appellatione filiorum continentur minus legitimi.

Propterea † inquit idem Bar. quòd in teſtibus in 7
quibus conſideramus affectionem quæ inſurgit à quadam naturali ratione appellatione filiorum continentur minus legitimi, quoniam inter eos viget ſanguinis ratio licet non iuris ciuilis ratio. Et hoc maximè procedit ſecundũ Io. An. quando minus legitimi habitant in domibus parentum.

Fallit † autem regula l. parentes, in quatuor caſi- 8
bus in quibus parentes poſſunt teſtificari pro filijs, id eſt, quando dubitatur an filius ingreſſus ſit religionem animo profitendi: quia tunc pater admitti-
tur. 20. q. 3. c. patris. Secundo fallit † cum quęritur 9

ætate vel cognatione filij. l. etiam. ff. de proba.
hoc † tamen ſentit Io. An.in d. §. 1. in addi. quòd
ter vel mater ſuper ætate vel cognatione filij non
mittuntur vt plenam faciant probationem, ſed
lum, vt faciant aliquam perſumptinnem iudici,
od etiam videtur tenere Glo. in d. l. etiam. & vi-
tur communis apud doc. Tertio fallit † hæc re-
la in cauſa matrimoniali, cum quæritur an ma-
monium poſsit eſſe propter conſanguinitatem
l affinitatem. 35. q. 6. c. 1. & c. videtur. qui ma. ac.
.po. † Si autem dubitatur an matrimonium ſit cõ-
ctum vel ne, vt quia dicat maritus ſe contraxiſſe,
ulier neget, vel econtra. tunc concludite quòd ſi
onſus ſit nobilior, ditior, potentior, vel honora-
ior, pater vel mater non poſſunt teſtimonium di
re quòd matrimonium ſit contractum cum filia:
oniam propter filiæ affectionem, quæ tradita eſ-
locupleti marito, facilè deierarent. & ſufficit al-
rum ſupradictorum occurrere ſcilicet nobilita-
n vel diuitias &c. ſecundum quod voluit Spe. eo.
. §. 1. in 1. col.
Si † autem hi de quibus dubitatur an matrimoni-
n ſit contractum vel non ſint pares, tunc ſecundú
am opi. quam primo loco videtur tenuiſſe Spec.
ter & mater non admittuntur in teſtes. commu-
s tamen opi. Io. An. & Hoſti. quam videtur ſequi
t. & Imo. quòd committitur hoc caſu arbi. iudi-
qui diligenter habeat inſpicerre an ſit fides adhi-
nda patri vel matri. nam qunniam euenire poſſet
licem poſſe committere fidem patri etiam ſi ma-
us eſſet nobilior ipſo prout ſolet euenire, vt dicit
ol. in d. c. ſuper eo. e. tit. de teſti. quando aliquis
bilis captus eſt amore alicuius plebeię: qua ratio-
amoris aliquando nobilet declinant ad contra-
ndum cum plebeis. Facit † quod no. per Gloſſ. in
i voluntate. C. de dot. promiſſa. vbi maritus ig-
bilis non poteſt opponere except. non nu. do-
contra vxorem nobilem quod eſt ſingulare.
ll it vltimo caſu † quando filiusfamilias cnndi-
teſtamentum ipſo exiſtente in militia, & teſtan-
le caſtrenſi peculio, tunc pater poteſt eſſe teſtis in
tamento. l. qui teſtamento. §. per contrarium. ff.
teſtam. & hoc tenuit Specul. in d. §. 1. circa. 1. col.
c⁹ tamẽ eſſet † ſi filius teſtaretur de caſtrẽſi ipſo nõ
iſtente in militia vel armorum expeditinne, &
c modo intelligitur §. ſed ſi filius Inſt. de teſt. Et
ratio differentiæ † qunniam vbi filius teſtatur in
litari expeditione tale teſtamentum habet pri-
egium vt valeat ſine ſolennitate. ideò pater po-
t eſſe teſtis, quod ſecus eſt quando non eſt in
peditione. hanc rationem ſentit Glo. in d. §. per
ntrarium. & §. ſed ſi filius. Sed ſi dubitatur † an
ius poterit eſſe teſtis patri? & primò cnncludite
òd in teſtamento filius indiſtinctè non poteſt eſ-
teſtis patri: vt no. Gloſſ. in d. §. per contrarium
æ approbatur ab omnibus.
In alijs concludite ſecundum Ia. de Are. & Bar.
t ex illo actu aliquid quæritur patri & filio, & túc
uter poteſt eſſe teſtis, aut neutri ipſorum aliquid
æritur, & tunc poteſt filius eſſe teſtis, qund verú
tel ligunt Ia. de Are. & Bartol. in his negotijs quæ
on ſpectant ad patrem.
Ideo † dicunt notabiliter quòd ſi pater agat pro-
uratorio nomine alicuius, túc ſi nihil quęritur ipſi
patri, nec filio, tunc filius poterit eſſe teſtis in ipſa
cauſa. & hoc modo eſt intelligendus. ver. per con-
trarium, cum ver. ſe. Secus tamen eſt ſecundum ip-
ſos econtra. nam ſi filius agat procuratorio nom·ne
alicuius, pater non poterit eſſe teſtis in illa cauſa
quam agit filius, licet commodum ad neutrum per-
tineat, & ſic pater repellitur in cauſa filij procur. ſed
non filius in cauſa patris procuratoris. & hanc ſen-
tentiam dixit Bart. eſſe de mente Gloſſ. in d. §. per
contrarium. Ang. tamen in d. §. per contrarium in-
telligit aliter illam Gloſſ. conclndendo duas regu-
las. prima eſt regula negatiua, quòd exiſtens in po-
teſtate teſtantis nulln modo eſt teſtis idoneus ad va
liditatem teſtamenti. Idem intelligatis † ex mente 20
Bart. ſi filius eſſet emancipatus: quia ita affectio ca-
dit in filio emancipato ſicut in poteſtate. Alia eſt e-
tiam ſecunda † regula negatiua ſecundú Ang. quod 21
in omnibus alijs negocijs exiſtens in poteſtate non
eſt teſtis idoneus. Fallit in vno caſu indiſtinctè ſe-
cundum Ang. quando ex negocio nihil acquiritur
patri, nec filio. & hoc dicit Ange. tenere Gloſſ. re-
ctè intellecta, licet videatur Gloſſ. magis applau-
dere ſententiæ, & opi. Bar.
Mihi tamen † videtur poſſe indiſtinctè ſuſtineri, 22
vt quocunque modo, vel pater agat procuratorio
nomine vel filius, quòd neuter ipſorum poſsit eſſe
teſtis in cauſa quam agit alter procuratorio nomi-
ne, etiam ſi nullum commodum quæratur alteri, &
moueor tali conſideratione, quia procurator effi-
citur dominus litis & inſtantiæ vt infrà no. in quar-
ta diſtinctione huius principalis partis, ſed vbi filius
eſt dominus, dicimus patrem eſſe ſuſpectú, ex quo
teſtificatur in cauſa vel re ſpectante ad filium. Ita fi-
lius erit ſuſpectus ſi teſtificatur in cauſa quam agit
pater procuratorin nnmine, ex qun pater efficitur
dominus inſtantiæ.
Vltimn addite † quantum ad hoc membrum ali- 23
um caſum in quo pater pro filio, & ecõuerſo poteſt
teſtificari, ſcilicet quando aduerſarius contra quem
pater vel filius producitur, conſentiret, quia tunc
talis prohibitio relaxatur propter conſenſum ad-
uerſarij ſecundum ſententiam Guil. de Sum. in d. l.
parentes, quam ſecutus Io. An. in addi. ad Spe. cir-
ca primam col. facit l. fi. C. de tem. ap.
Sed † dubitatur de filio adoptiuo vel patre, hoc 24
non reperi tactum à doc. poteſtis dicere quòd ſi fili-
us eſt in poteſtate patris, tunc non poterit teſtimo-
nium perhibere pro patre nec pater pro eo, ſi autem
eſt abſolutus ab eius poteſtate, tunc poterint inui-
cem teſtificari, ar. in l. adoptiui ff. de in ius vo. Sed
† quid erit de patre ſpirituali Bald. in d. l. parentes, 25
dicit eum admitti in teſtem ex quo non reperitur l.
prohibitum, ipſe tamen Bald. contrarium notauit,
licet non meminerit, ex mente Guil. in l. generali-
ter ff. de in ius vocan. attamen videtur verinr ſen-
tentia quòd admittatur. de qua in d. l. parẽtes, quo-
niam vt ſtatim videbitis, maximum verſatur dubi-
um an frater admittitur pro fratre, & concluditur
quòd ſic. quanto ergo magis debemus dicere pa-
trem ſpiritualem pro filio admitti, & econuerſo,
maximè cum hoc vinculum ſit Ciuile vel Canoni-
cum, ideo appellatione filij non cõtinetur ſpiritua-
lis, ar. ex his quę ſupra dixi ex ſententia Cyn. in l. pa-
rentes ff. de in ius voc. Vlterius † dubitatur de alio 26

parente nutrimenti, breuiter concludite ſecundum
Bald.in d.l. parentes, quòd durante domeſticitate,
vt dum durat in familia nutrientis patris repellitur
filins à teſtimonio pro patre & econuerſo.
27 Secundo † eſt videndum de fratre, Azo.in ſumma huius tit. tenuit fratrem admitti poſſe in teſtem
pro fratre nec eſſe repellendum. Idem tenuit Glo.
in d. l. parentes. Idem videtur tenere Gloſſ. in c.
cum canonicus & c.inſinuante de officio dele.Idem
tenuit Gloſſ. 3.q. 5. c. 1. idem tenuit Guido & Galeotus in rubrica de teſti. & hanc opi. dicit ſeruari in
practica Spec. in titul. de teſti. verſ. ſed an frater, dicit fratrem pro fratre admitti in ciuilibus, quia non
reperitur prohibitum, ſed tamen limitat Specu. niſi
frater habeat bona indiuiſa cum fratre pro quo vult
teſtificari, quia talis communio facit cenſeri rem eſſe propriam, ar. in l. 1. §. in propria ff. quando ap.
28 ſit. Minor † tamen fides inquit Specu. adhibetur fratri quàm alijs, ar. l. 3. ff. e. Si autem cauſa ſit criminalis frater non admittitur pro fratre, vt 4. q. 3. ver.
item lege, niſi ſit crimen hæreſis. c. litcras de præſump. 23.q.8. legi. Idem videtur tenuiſſe Butri. in
29 d. l. parentes. Subijcit † tamen Specul. modicam fidem eſſe adhiben. Bartol. in d. l. qui teſtamento. §.
qui autem ff. de teſtibus. dicit Gloſſ. in d. l. parentes
eſſe veram, etiam ſauore fratris eſt introductum vt
frater non cogatur teſtimonium dicere l. lege Iul.
ff. e. ergo non eſt retorquendum contra ſauorem
ſuum, vt pro eo non poſsit admitti l. quod ſauore.
ff. de legibus. Bald. in d. l. parentes, dicit aliqua notabilia verba quo ad hunc articulum. concludite
ergo ſecundum ipſum quòd aliquibus caſibus frater
30 admittitur pro fratre. Primus † eſt caſus notabilis,
quando frater eſt teſtis inſtrumentarius rogatus ab
vtraque parte, tunc euim admittitur in totum. Ra-
31 tio † ſecundum eum, quia perſona eius eſt approbata à partibus. Amplius dicit Bald. quòd non ſolum erit teſtis idoneus, ſed compelletur teſtificari,
& per hoc habetis limitationem ad l. lege Iul. pro
hoc allegat Gloſſ. vt in authen. de teſtib. §. licet ad
32 fin. Amplius † dicit Bald. quòd etiam non fide digno datur plena fides, quando eſt à partibus rogatus. Facit quod ponitur per Gloſſ. in l. inuiti ff. eod.
33 titul. Et † per hoc habetis bonam concluſionem in
quantum ad omnia dicenda in hac prima parte principali, quòd vbi teſtis eſt rogatus, ſemper ille teſtis
34 eſt idoneus, quantumcunque alias ſit inhabilis. Et †
per hoc poteſtis vti bona cautela quòd aſſumatis potius fratres vel affines pro teſtibus inſtrumentarijs,
quàm alios qui poterũt teſtificari pro vobis, & ideo
pridie tum eſſet accuſatum teſtamentum de falſo,
& ibi fuiſſet rogatus quidam affinis teſtatoris pro
teſte, dixi illum poſſe admitti teſtificari in fauorem
teſtamenti, quantumcunque affinis & inſtitutus, ex
quo teſtator eum rogauerat. Addit Bal. quod idem
eſt generaliter ſiue teſtis ſit rogatus à contrahentibus, ſiue à teſtatote, ſiue à iudice, vt rogatus ſemper
ſit idoneus.
35 Secundo † admittitur frater pro fratre, quando
frater producitur contra fratrem, nam ex quo producitur per aduerſarium ſuum, poterit etiam pro
36 fratre teſtificari l. ſi quis teſtibus C. de teſt. Item †
eſt notandum ſecundum Bal. quando frater produceretur à iudice inquirente de crimine, tunc benè
probat pro fratre plenè, & hnc modo intelligit Bal.
ſingulariter c. literas de præſump.
Tertio † producitur frater contra fratrem quan- 37
do eſt tale quid in quo domeſtica fides non repellitur l. conſenſu C. de repu. c. veniens extra de teſtibus. Vltimò † admittitur frater, quando cauſa eſt 38
ciuilis & parua, & frater ſit perſona grauis & honeſta, & illi fratres inſimul non habitent, nam iſto caſu frater eſt teſtis idoneus pro fratre. Subiungens † 39
Bald. quòd in alio caſu teſtificatur frater, ſcilicet ad
purgationem fratris, etiam ſi pœna eſſet fiſco applicanda, per dictum c. literas, quòd etiam hoc modo
poteſt intelligi. Et per † hoc infertur ſecundum 40
Bald. quòd in cauſa criminali frater admittitur pro
fratre, quod intelligatis verum non quando frater
agit contra alium, ſed quando agitur de mera purgatione ipſius fratris, quòd non deliquerit. Butri.
in c. cum oporteat de accuſ. refert Abbatem tenuiſſe fratrem in tribus caſibus non admitti pro fratre.
Primus, † quando fratres ſunt in eadem poteſtate, 41
videlicet, quia pater viuit, & hoc tenuit primo loco Gloſſ. in d. l. parentes per §. teſtes iſti de teſtam.
Item † ſi haberent bona communia, vt ſupra dixi, 42
vel etiam ſi ſimul habitent vt ſenſit Bald. & optimè in c. conſanguinei 3. q. 5. in alijs autem ſecundũ
Butri. & Abba. admittitur, & hæc eſt communis
opi. doct. & Gloſſ. à qua non eſt receden. cum hoc
tamen temperamento quòd fides minor adhibeatur fratri quàm alijs, & idem videtur Imol. ſentire
in c. cum canonicus de offi. dele. Subdens † vnum 43
quòd frater adeò poſſet eſſe probatæ vitæ vt ſibi
crederetur tanquam teſti idoneo, vt ſi eſſet religioſus, Cartuſienſis vel ſimilis. Et no. vnum pro declaratione prædictorum eſſe differentiam vtrum talis
teſtis repellatur, an ſibi fides non adhibeatur. Nam
quando teſtis repellitur multo vtilius eſt aduerſario quòd non examinetur eius dictum. Secus quando admittitur, ſed minuitur fides: hoc ſenſit Glo. in
auth. ſi teſtis dicitur. C. de teſtibus. Mihi † autem vi- 44
detur dicendum fratri non modo fidem eſſe diminuendam, ſed eum non eſſe admittendum. quia maior eſt affectio naturalis quàm accidentalis. Sed affectio accidentalis repellit teſtem: vt dicimus in aduocato, qui non poteſt teſtificari. l. fi. ff. e. ergo fortius repellitur frater, vbi imminet affectio naturalis. Secundo † quia teſtis domeſticus repellitur vt 45
videbitis in ſecunda diuiſione: ergo multo magis
frater: quia eſt & domeſticus & ſanguine coniunctus. Vltimo † arguitur: quòd frater non poſsit ad- 46
mitti: quia fratri incumbit onus conferendi alimenta fratri. l. ſi quis à liberis vt in Gloſſ. not. ff. de liagno. & l. qui filium. ff. de pu. edu. ergo debemus
dicere quòd ſaltem ratione eius intereſſe frater non
admittitur pro fratre ne deueniatur ad obligationẽ
conferendorum alimentorum.
Dicto de fratre ſupereſt † videre de alijs conſan- 47
guineis & affinibus, Gloſſ. 3. q. 5. c. 1. videtur velle
hanc concluſionem, quòd conſanguinei & affines
in cauſa ciuili poſſunt teſtificari. pro hoc facit c. abſens. 3. q. 8. & quod ibi no. Spec. in eod. titu. de teſti.
verſi. nunquid frater. in fi. concludit finaliter quòd
contra teſtem poteſt excipi generaliter quòd eſt
conſanguineus vel affinis. Idem videtur ſentire in
ver. nunquid agnati vel cognati. in fin. ſentit tamen
Spec.

48 Spe. in d. ver. nunquid† quòd agnati & cognati non
dicuntur domeſtici adeo quòd repellãtur, & ſecun-
dum hoc videtur differentia ſecundum ipſum in-
ter conſanguineos & affines agnatos & cognaos.
Gloſſ. in c. accedens. vt lit. non conte. tenet affinem
non eſſe repellendum à teſtimonio, licet poſsit re-
pelli à iudicando: vt in d. c. accedẽs, ea ratione, quo-
niam plures reperiuntur iudices quàm teſtes. Gloſſ.
in l. Iul. ff. de teſti. videtur tenere ꝙ conſobrini &
alij ibidem numerati non poſſunt teſtificari pro
49 agnatis & cognatis. Idem† videtur tenere de ſocero
in l. idoneus. ff. de te. eo. ti. & illam Gloſſ. in l. lege
Iul. approbat Archi. 4. q. 8. in c. lege Iul. Sed miran
dum eſt ſatis de illa Gloſſ. nam Gloſſ. in l. parentes.
50 C. eodẽ. tenuit† quòd frater admittitur pro fratre:
ergo multo magis conſanguineus vel conſobrinus,
non obſtat ratio Gl. in l. lege Iulia, quę dicit quòd
ſi deponeret pro conſobrino, tunc etiam deponere
poſſet contra ipſum, quod tamen non eſt conceden
dum vt d. l. Iulia, quoniam poteſt reſponderi quòd
51 †conſobrinus vel agnatus, licet non compellatur
teſtimonium perhibere: vt d. l. lege Iulia: tamen po
teſt volens teſtificari: vt ſenſit Gl. in d. l. leg. Iulia,
quæ communiter approbatur. Bartol. vero in l. lex
Cornelia. ff. de iniu. dicit quòd licet regulariter cõ-
ſanguineus admittatur in teſtem, tamen vbi agitur
de criminali, non admittitur pro conſanguineo:
52 quoniam† iniuria facta vni de familia videtur facta
omnibus de familia. Bal. in l. parentes. C. e. conclu
dit quòd idem eſt in tranſuerſalibus quod in fratri-
53 bus, vt ſuprà dixi. & hoc intelligendum† eſt ſecun-
dum ipſum vſque ad quartum gradum. de hoc ta-
men non habetur ſpecialis probatio quòd teſtis cõ-
ſanguineus admittatur vſq; ad certum gradum vel
ne. vnde tenenda eſt communis opi. Gloſſ. iure ca-
no. quæ videtur approbari communiter à doct. vi-
delicet quòd conſanguineus & affinis poſsit in teſtẽ
admitti. licet Glo. in d. l. Iulia quæ tenetur per Ar-
chi. ſentiat eos non admitti ad teſtificandum. Mo-
54 deranda tamen† eſt communis opin. vt non tantum
credatur aliqualiter teſtibus plenarijs, ſed eis fides
diminuatur, ſecundum affinitatem magis propin-
quam vel remotam, vt ſenſerunt But. & Albri. in d.
55 l. lege Iulia. ff. de teſti. In† criminali autem certum
eſt ſecundum omnes quod affines vel conſanguinei
non admittuntur. 3. q. 5. c. 1. & c. abſens. 3. q. 9. Et
ſic multum eſt dubius iſte articulus an affinis ad-
56 mittatur. Sed iuxta† prædicta quæritur nunquid
ſi affinitas eſt diſſoluta an tunc teſtis ſit omnino
57 idoneus? dic quòd ſic† paria enim ſunt non eſſe af-
finem, vel affinitatem eſſe diſſolutam. & hoc vo-
luerunt Guil. & Ange. in l. cum eorum. §. 1. ff. de
poſtu. Et ſic eſt expedita prima pars huius tra-
ctatus, quando ratione conſanguinitatis vel affinita
tis teſtis repellitur.

SVMMARIVM.

1 *Domeſtici qui ſint, qui ratione domeſticitatis repellantur.*

2 *Vir & vxor à teſtimonio repelluntur.*

Donatio inter virum & vxorem non valet.

3 *Mulier an poſsit compelli dicere teſtimonium contra maritum.*

Sponſa pro ſponſo an poſsit eſſe teſtis, & econtra.

Concubina pro concubino teſtificari poteſt.

4 *Amici & inimici an, & quando repellantur à teſtimonio num. 5. 6. 7.*

Fides quanta ſit adhibẽda teſtibus arbitrio iudicis committitur.

Arbitrio iudicis relinquitur, quæ inimicitia teſtem repellant.

6 *Teſtes in cauſa criminali debent eſſe idoniores quàm in ciuili.*

7 *Teſtes de inimicitia capitali ſuſpecti à teſtificando repelluntur.*

Inimicus qui aliàs fuit ſemper inimicus præſumitur niſi reconciliatio probetur.

Reconciliatio inter inimicos quomodo probetur.

8 *Inimicitia repellit etiam ab accuſando, & etiam ab excipiendo.*

Inimicus opponens repellitur.

9 *Reconciliatio an reconualidet teſtimonium inimicitiæ capitalis*

10 *Inimicitia ex quibus cauſis quis iudicari poteſt, vt à teſtimonio repellatur.*

Spolians aliquem repellitur ab accuſando, & in criminalibus ab excipiendo.

Bona fama res eſt pretioſa.

Inimicus capitalis quando quis dicatur nu. 11. 12. 15.

13 *Copulatus cum inimico an, & quando à teſtimonio repellatur. nu. 14.*

14 *Hoſpes repentinus dans damnum dominis hoſpitij non tenetur, ſecus qui cum damno hoſpitij habitat*

15 *Intellectus ad l. producti. ff. de teſtib. & 4. q. 3. §. teſtem in criminali.*

Teſtis qui in vna cauſa teſtificatus eſt, an poſsit iterum produci.

17 *Amicus an, & quando à teſtimonio repellatur, & numero 18.*

19 *Iudex arbitrari debet quis ſit teſtis idoneus.*

20 *Amicus pro amico non debet velle falſum, ſed ſolum honeſtum.*

Ratio differentiæ quare in teſtibus magis conſideratur amicitia quam inimicitia. Intellectus ad l. 3. in princ. de teſti.

21 *Socius pro parte alterius ſocij quando teſtificari poſsit, & quid in ſocijs omnium bonorum & nu. 22. 23. 24. 25. & 26.*

27 *Vaſallus vtrum teſtificari poſsit pro domino, & num. 28. 29. cum ſeq.*

28 *Iuramentum fidelitatis quid repræſentet ſeruus non poteſt eſſe teſtis pro domino.*

30 *Emphiteuta quando teſtificari poſsit pro domino, & num. 32.*

31 *Vaſalli obligatio erga dominum vehementior eſt, quàm filij erga patrem.*

32 *Vaſallus tenetur defendere dominum, etiam contra patrem & fratrem.*

33 *Familiares an ſint domeſtici, & an à teſtimonio repellantur, & quando, & nume. 34. & 35. cum ſeq. & nume. 53.*

35 *Teſtes idonei non ſunt illi, quibus imperari poteſt ratione patriæ poteſtatis, dominica vel alia.*

Familiares ſcholaſticorum an in teſtes recipiantur.

36 *Satellites nunquid poſsint pro poteſtati in ſyndicatu teſtificari, & nu. 37. 38.*

37 *Vilitas vitæ & perſonæ repellit à teſtimonio.*

39 *Cliens ſeu mercenarius aſcriptitius ſeu colonus vtrum*

ſolum repellũtur inimici, ſed etiam ſuſpecti de ini-
micitia capitali, vt ponitur per Inno. in c.cum P. de
accu. Et qui olim fuit inimicus ſemper præſumitur
inimicus: vt in c.cum oporteat. de accu. niſi probe-
tur quòd inimicitia ſit reconciliata: ar. in l. 3. in fi.
ff. de adi. le. & probatur reconciliatio ſecundum quod
probatur remiſsio iniuriarum: vt in §. fin. Inſtit. de
8 iniuri. Eſt tamen diligenter † notan. ſecundum
Arch. in d. ca. accuſatores, quòd inimicitia non ſo-
lum repellit à teſtificando, ſed ab accuſando: & e-
tiam ab excipiendo: vt pulchrè no. Innoc. in c. me-
minimus. de accu. Et ideo ſi electo in prælatum vel
officialem opponitur exceptio inhabilitatis in per-
ſona ſua, ita repellitur opponens ſi ſit inimicus, ſi-
9 cut repelleretur ſi vellet teſtificari. Quod † autem
ſupradictum eſt teſtem non admitti propter inimi-
citiam, verum eſt ſecundum Butri. etiam ſi fecerint
pacem de recenti, & inimicitia ſit recens: vt in cap.
accuſatores. 3. q. 5. Amplius dicit ipſe Butr. quod ſi
tempore capitalis inimicitiæ depoſuerit non recon-
ualidatur teſtimonium per reconciliationem, vt in
authen. de teſti. §. ſi vero quis dicat, & ibi ponitur in
4. gloſſ. quoniam attenditur tempus depoſitio-
nis ipſius teſtis, non autem reconciliationis poſtea
ſequutæ, & hoc etiam tenuit Ioa. An. in addi. §. op-
ponit. in princip. & hoc documentum poſuit Bu. in
10 d. cap. cum oporteat. † Sed pro declaratione ſupra
dictorum hic poteſt dubitari ex quibus cauſis iudi-
cabis aliquem adeo inimicum, vt eum à teſtimonio
repellas. dicit primo, quando aliquis ſpoliauit me
de rebus meis: vt no. Alberi. in d. auth. ſi dicatur. &
per cap. item cum quis, de Reſti. ſpoli. nam ſpolians
aliquem repellitur ab accuſando &c. in criminibus
exceptis: vt no. in d. cap. cum quis. Idem eſſet ſi ſpo-
liaret aliquem bona fama, quæ res eſt pretioſa. 9.
quæſtio. 3. cap. quarta. nam magnum eſt damnum
quod datur propter infamiam l. infamia. C. de de-
11 cur. Idem † erit ſi ſubditus ſpoliat prælatum vel
ſuperiorem ſubtrahendo ſe ab eius obedientia, e-
12 tiam lite pendente. cap. olim. de accuſa. Item † po-
teſt dici inimicus capitalis ille, qui ſe copulauit ini-
mico meo, vel ſecum cohabitat. c. repellitur. & ca.
cum oporteat. de accu. hi enim repelluntur in cri-
minalibus: ſed in ciuilibus eſt præſumptio contra
eos: vt no. Specu. in §. 1. verſi. item qui cohabitat. in
13 titu. de teſti. Cy. † quem ſequitur Alberi. in d. au-
then. ſi dicatur. concludit quòd aut quis copulauit
ſe cum inimico meo aliqua affinitate, & tunc etiam
14 dicitur inimicus meus, & repellitur. Si † verò ſim-
pliciter aliquis copulauit ſe cum inimico meo, &
tunc non repellitur, ſed minor fides ei datur. Bu-
trig. in d. ca. repellitur. dicit iura dicentia cohabi-
tantem cum inimicis eſſe repellendum fore intel-
ligenda de habitatione continua, non autem coha-
bitatione per cætera tempora: vel de conuerſatio-
ne. hoc probatur per ſimile. nam ſi hoſpes repenti-
nus dat damnum dominis hoſpitij, non tenetur, ſe-
cus ille qui habitat cum domino hoſpitij continuè:
tunc enim domino bene tenetur. l. licet. §. in factũ.
ff. na. ca. ſta. & hoc aſſerit But. fuiſſe de mente Vin-
centij, & eſt bonum dictum in materia iſta. Item
15 † probatur inimicus capitalis: quando quis teſtifi-
catur contra me in cauſa criminali, & hoc videntur
tenuiſſe gloſſ. & Innoc. in ca. meminimus, extra de
accu. Specu. in ver. item quod in alia. §. 1. dicit quod
hoc eſt intelligendum vt non admittatur ad teſtifi-
candum in criminali cauſa, non autem in ciuili, ſe-
cundum opin. cuiuſdam doc. antiqui. Finaliter ta-
men ſequitur ſententiam Io. concludentis quòd ſi-
ue cauſa ſit criminalis ſiue ciuilis poterit teſtificari
in alia cauſa contra eum contra quem iam teſtifica-
tus eſt in cauſa criminali.

Nec obſt. l. produci. ff. eo. & 4. q. 3. §. item in cri-
minali. quoniam reſpondet Spec. altero de duobus
modis. primo. quod ibi atteſtationes erant publica-
tæ, ideo qui teſtificatus eſt in vna cauſa, amplius nõ
poteſt produci, & hoc videtur ſentire gloſſ. in d. l.
produci. Vel ſecundo poteſt reſponderi quod ma-
lum teſtimonium primo perhibuerat, ideo non ad-
mittitur. ſed hæc eſt diuinatio, ideo reijcienda.

Sed † in hoc articulo concludatis ex mente Hoſt. 16
in d. cap. meminimus. quem etiam ibidem ſequitur
But. quandoq; quis obtulit ſe ad teſtificandum abſ-
que alia compulſione in cauſa criminali, & tunc in
alia cauſa non poterit teſtificari contra eum, contra
quem erat iam teſtificatus. & hoc modo poteſt in-
telligi. d. cap. cum quæſtio ſi verò fuit per iudicem
compulſus ad teſtificandum in cauſa criminali,
tunc admittitur in qualibet alia cauſa: quoniam te-
ſtis debet carere omni ſuſpicione, quoniam ſe red-
dit obedientem mandatis. ar. 23. q. 1. c. quod culpa-
tur. & cum hac ſententia videtur tranſire Alberi. in
d. auth. ſi dicatur.

Dicto de inimico, ſupereſt videre de amico. tex-
tus in l. 3. de teſti. videtur amicum repellere à teſti-
monio. Spec. † eo. tit. §. 1. circa prin. concludit quòd 17
ſi amicitia erat magna, tunc iſto caſu repellatur l.
latæ culpæ. §. amicos ff. de ver. ſigni. & in ca. quoti.
eo. ti. ſecus ſi ſit leuis amicitia. gloſſ. tamen in auth.
de monachis in §. cogitãdum, videtur ſentire quòd
amicitia non habeat teſtem repellere, communiter
tamen doc. videntur concludere quòd ſi amicitia
ſit magna, tunc habeat repellere teſtem, ſi autem ſit
leuis, tunc aliqualiter habeat diminuere fidem il-
lius teſtis.

In vno † tamen caſu dicit Albericus in illa l. 3. 18
amicus erit teſtis idoneus omnino, quando depo-
nit ſuper facto quod non attingit amico pro com-
modo vel incommodo, vt ſi deponat ſuper re ven-
dita quando amicus vendens non tenetur de euicti-
one. Bald. in l. eos C. eo. titu. dicit Petrum tenuiſſe
hoc committi arbitrio iudicis an ſit amicus admit-
tendus vel ne.

Subdit † tamen ipſe Bal. iudicem debere arbitrari 19
quòd ſit teſtis idoneus, niſi ſit alia ratio quàm ami-
citiæ. Nam † amicus non debet velle falſum pro 20
amico, imo ſolum honeſtum, & hæc poteſt eſſe ra-
tio differentiæ quare magis conſideretur inimicitia
quàm amicitia, quoniam inimicitia procedit à ma-
lignitate, & à mala parte, & amicitia à bona, ideo
non eſt veriſimile amicum committere falſum pro
amico. Idem videtur tenere But. in d. c. cum opor-
teat, quia ratio amicitiæ non repellit teſtem, licet
diminuat eius fidem. Et hoc modo intelligenda
eſt l. 3. ff. eo. Et hoc idem videtur tenere Ioa. An.
in d. §. 1. circa princ. in addi. contra tamen prædi-
cta fortiter facit text. in d. l. 3. qui parificat ami-
citiam & inimicitiam, ſed reſpondeatis conſtituen.

differentiam vt ſupra dixi. Et quòd amicus admit-
tatur in teſtem, habetis tex. notabilem in l. ſciendũ.
ff. de vſur. facit & ad prædicta ſi liber homo ff. de
neg. ge. & l. liberto. eo. tit.
21 Conſequenter † dubitatur de ſocio. gl. in l. quo-
niam. C. eo. concludit eſſe diſtinguendum in hac
materia. Aut ſunt ſocij omnium bonorum, & tunc
non admittitur ſocius pro ſocio, ex quo lucrum &
22 damnum ad inuicem ſpectat. Si † verò non ſunt ſo-
cij omnium bonorum, nec etiam habeant ſocieta-
tem in aliqua re communi, tunc admittitur ſocius
pro ſocio, quia quidquid conſequitur alter ſociorũ
non communicat cum altero, quãdo res ſolum eſt
communis abſque alia ſocietate, vt quia habemus
hanc domum communem, & ſocietatem lucri, &
commodi. nec hanc eandem opi. glo. ſequitur Inn.
23 in c. 3. de teſti. Subdit tamen ibidem quòd † ſocius
pro parte alterius ſocij poterit teſtificari, quod ta-
men ſemper eſt intelligendum ſi modo commodũ
aliquod non ſpectet ad conſocium teſtem. Id etiam
ſequitur Butri. in ca. in ſuper de teſtibus. Bart. etiam
& Bal. in d. l. quoniam, videntur approbare glo. Ia.
de Ra. dixit indiſtinctè ſocium rei communis eſſe
repellendum ſiue ſit res communis cum ſocietate
ſiue ſine ſocietate. mouetur ex illa conſideratione,
quoniam ex ſententia lata contra habentẽ rem com
munem etiam ſocietate grauatur quale quale præ-
iudicium alteri ſocio, propter quòd præiudicium
concedimus remedium appellandi alteri ſocio. l. à
ſententia. ff. de appell.
24 Poteſtis † tamen reſpondere huic impugnationi,
quòd in cauſa criminali ſpeciale eſt fauore hominis
liberi, vt ille qui prætendit nullum intereſſe poſſit
appellationem interponere pro dante: ſecus in cau-
ſa ciuili, vbi ceſſat fauor pro tuenda vita liberi ho-
minis, ideo appellatio non debet admitti niſi quale
quale ſit præiudicium. Subdit tamen ipſe Iac. quòd
propter tale pręiudicium, licet minimum diminue-
tur aliqualiter fides ſocio deponenti: ar. 1. l. ob car-
men. §. fi. ff. eo. ti. concludit tamen Cy. in d. l. quo-
niam. ſecundum Iac. de Are. primò concluſionem
quæ ab omnibus approbatur, quòd ſocij omniũ bo-
norum repelluntur à teſtificando. & hoc idem vi-
25 detur tenuiſſe Spe. in §. 1. ver. nunquid ſocius. Si † ve-
rò nõ ſunt ſocij bonorum, aut etiam eius rei de qua
agitur, tunc ſi eadem eſt cauſa defenſionis eius rei
in perſona eius qui debet teſtificari: quæ eſt in per-
ſona ipſius conuenti, tunc repellitur ſocius, etiam
ſi nulla ſit ſocietas in dicta re communi. Si autem
26 † diuerſæ ſunt defenſiones, tunc ſocius admittitur.
l. qui ſeparatim. ff. de ap. Et hoc idem videtur te-
nuiſſe Io. An. in addi. vbi ſupra. Et hæc opi. videtur
veriſſima: quoniam vbi diſtinctæ & ſeparatæ ſunt
cauſæ defenſionum, ibi non poteſt ſperari vel time-
ri de lucro vel damno, ideo ſocius admittitur. Ad-
dit Ioa. An. in addi. vbi ſupra alium caſum in quo
ſocius pro ſocio poteſt teſtificari etiam ſocietate in-
ita inter ipſos, ſcilicet quando agitur ad probãdum
ſocietatem contra tertium.
27 Vlterius eſt videndum † an vaſallus poſſit teſti-
ficari pro domino? Spe. in §. 1. verſ. nunquid vaſal-
lus. diſtinguit, aut vaſallus eſt obligatus domino ad
præſtandum certa ſeruitia tantum, non ad fidelita-
tem, & tunc poterit pro domino teſtificari, prout
poteſt probari in ementes decimas ab eccleſia. §.
quanuis. de decimis. Si † verò præſtiterit iuramen- 28
tum fidelitatis, tunc non poterit teſtificari: quia
ſacramentum fidelitatis repræſentat quandam ſpe-
ciem ſeruitutis: ar. c. indignum. de reg. iur. & ſeruus
non poteſt eſſe teſtis pro domino. l. eos. C. eo. & c.
accedens. vt lite non conteſtata. & l. ſi municipes. ff.
quod cuiuſ. vni. Io. An. in addi. vbi ſupra dixit eſſe
conſiderandum ex qualitate perſonarum domini
ſiue vaſalli an poſſit eſſe ſuſpicio contra dominum
vel vaſallum. Albertus Papienſis † quem ſequitur 29
Gui. de Sum. in l. idonei. ff. eo. tenet vaſallum in-
diſtinctè admitti, ex quo ipſe eſt perſona libera. Mi-
nor tamen ei ſecundum eos fides adhibetur. & idem
videtur ſequi Alberi. in d. l. idonei.
Butri. in c. inſuper. eo. tit. concludit † quòd feu- 30
datarius ſiue emphiteuta non poteſt teſtificari pro
domino ſuper controuerſia mota ſuper re data in
feudum, vel emphyteuſim: quia verſatur intereſſe
ipſius vaſalli, vel emphyteutæ, quod dictum credo
in hoc caſu indubitanter eſſe verum, quonam agitur
de magno intereſſe ipſorum.
Sed † maior cadit dubitatio: quando lis nõ eſt ſu- 31
per re data in emphyteuſim, vel feudum, & in hoc
concluderem ꝙ vaſallus non poſſet teſtificari pro
domino: quoniã vehementior eſt obligatio vaſalli
erga dominum, quàm ſit filij erga patrem: quia va-
ſallus tenetur defendere dominũ, etiam contra pa-
trem & fratrem. c. domino guerram. in fin. in ti. hic
finitur lex Corradi in vſi. feu. Facit etiã quia feudũ
retinetur cum magno lucro, ideo videtur magna ſu-
ſpicio de ipſo vaſallo, ex quo à feudo propter mul-
ta poteſt priuari: vt in tit. qui. mo. feu. amit.
Aliter † tamen crederem de emphyteuta quando 32
lis non verſatur ſuper re emphyteutica: quia nullũ
poteſt cogitari intereſſe emphyteutæ, cum non ob-
ligatur perſonaliter domino, vt obligatur vaſallus.
Addit ad prædicta Bal. in l. libertorum. C. eo. tit. ꝙ
vaſalli poterunt contra dominũ teſtificari, illa con-
ſideratione: quia cum vaſalli litigant appellant pa-
res curiæ per quos inueſtitura eſt probanda. de quo
in cap. de conſue. reci. ſe. Sed hic dubitatur † quid 33
de familiaribus? text. in l. fin. §. ſanè. C. de his, qui
ad ec. confu. videtur cõſentire familiarem eſſe do-
meſticum. Idem etiam ſentit gl. ibidem. hoc etiam
tenuit gloſſ. 3. quæſtio. 5. in ſumma inquiens quòd
omnes qui ſunt de familia alicuius ſiue ſint liberi ſi-
ue non ſunt domeſtici, ideo ſunt repellendi. l. ædi-
les. §. familiæ. ff. de ædil. edic. Et intellige ſecun-
dum gloſſ. illam largè omnes familiares qui habi-
tant cum alio. cap. in literis. eo. tit. & ca. inſinuante.
de offi. dele. Text. tamen † in d. c. in literis. videtur 34
dicere quòd familiares repellãtur niſi ſint vitæ pro-
batæ, adeo quòd non ſit veriſimile eos deierare. Ad-
dit etiam gloſſ. ibidem quod familiares poſſunt ap-
pellari quibus poteſt imperari ratione patriæ pote-
ſtatis, vel dominicæ, vel alia. & tales non ſunt ido-
nei. 4. q. 3. vbi idonei. & l. idonei. ff. e. Alij autem
familiares ſecundũ gl. non ita indiſtinctè repellun-
tur, ſecundũ diſtinctionẽ d. c. in literis. Sæpe eo. tit.
§. 1. ver. nunquid ſocer. in fi. cõcludit † ꝙ illi quibus 35
poteſt imperari ratione patriæ vel dominicæ pote-
ſtatis, vel alia, non ſunt teſtes idonei. 4. q. 3. ver. ido
nei. & l. idonei. ff. e. Innoc. in cap. in literis, quem
ſequi-

ſequitur Bal. in l. etiam. C.e. inquit quod familia-
res honeſtæ & bonæ famę recipiuntur in teſtes pro-
ut ſunt familiares epiſcopi, vel abbatis, vel alterius
nobilis domini, qui non tenent niſi familiares bo-
næ opinionis. Sed familiares pauperum, vt ſcolariũ
vel berruarij, vt inquit Bald. non poſſunt recipi in
teſtes. & ita tenet Inno. in c. in literis. Addit Car. in
c. inſinuante. de oſi. dele. quòd familiares non mo
rantes in domo non poſſunt recuſari quin recipian-
tur in teſtes. quod ibi reprobat Imol. quod dictum
Imol. putarem verum quando reciperent aliquod
ſalarium à domino. Facit l. reſpiciendum. §. furta.
ff. de pœn. Pro hoc facit no. Io. An. in addi. in ver.
item excipitur. vbi dicitur quòd qui ſtant pro ex-
pen. in domo alicuius non ſunt teſtes idonei, ſiue li-
beri ſint, ſiue non. & in his omnibus videntur com-
mittendi arbitrio iudicis. Vlterius videndum eſt
36 † quid de berruarijs. Nunquid poteſtas poterit pro-
ducere pro ſe berruarios & familiares ſuos in ſyn-
dicatu. Bal. in l. etiam. C. eo. quòd ſic, dummodo
non ſint ita viles vt de vilitate vitæ ſint ſuſpecti: ar.
l. affinitate. ff. de in ius voc. & hoc ſi re vera à pote-
37 ſtate receſſerunt. Facit l. 1. C. ſi qua præ. po. Hoc †
dictum Bal. dum dicit de vilitate ipſorum, intelli-
gatis quòd ratione vilitatis ita repellantur à teſtifi-
cando pro poteſtate, quemadmodum ratione ipſo-
rum vilitatis repellerentur, vel ſaltem diminuere-
tur eorum fides in quolibet alio. non autem ea ra-
tione quòd fuerunt berruarij poteſtatis ſit eis detra-
hendum: quoniam ex quo ceſſat domeſticitas erunt
teſtes idonei, vt infra videbitur in alio articulo.
38 Hoc † dictum Bald. etiam per expreſſum ſequitur
Ang. in l. ſciendum. de vſur. vbi refert ſe defendiſſe
quendam officialem ſuum amicum per teſtimoniũ
berruariorum. quod tamen intelligit ipſe quando
omnino receſſerunt, vt ſupra dixi. & arguit Ange.
per illum tex. quòd amicus non repellitur, per quẽ
39 vt ſupra dixi. Bal. idem tenet. Vltra prædicta † vi-
dendum eſt de cliente ſeu mercenario. Spec. in ver.
item excipitur. in §. 1. dicit eos eſſe domeſticos. &
hoc videtur etiam probare l. reſpiciendum. §. furta
ſupra allega. & l. præſenti. §. ſanè. de his, qui ad ec-
40 cle. confu. Idem † eſt ſecundum glo. in aſcriptitio
& colono qui pro domino non admittuntur, licet
Spec. in ver. de quo, dicat ꝙ de conſuetudine aſcri-
ptitius & colonus admittũtur pro domino, ſed mi-
41 nor fides eis, quàm alijs adhibetur. Alberic. † dicit
in d. l. etiam. quod de conſuetudine ſeruatur ꝙ non
admittitur, & hoc tenet glo. in §. in teſti. Inſti. de te-
ſta. Facit l. ſed & ſi quis. §. illud. ff. ſi quis cau. & ip-
ſam glo. ſequuntur Bagarotus & Gualfredus ſecun
42 dum Alberi. Idem de † colono tenuit glo. in ſum-
ma. 3. q. 5. ꝙ colonus, libertus, mercenarius, aſcri-
ptitius, ſunt domeſtici & repelluntur. Idem vide-
tur tenuiſſe gloſſ. in c. in literis, quæ videtur ibidem
43 approbari. Conſequenter † eſt videndum quid de
ſubditis alicuius domini vel comitis, an poſsint te-
ſtificari pro domino? Glo. in l. idonei. ff. eod. dicit
quòd non quibus partis imperari ratione dominicæ
vel patriæ poteſtatis, iuriſdictionis vel obedientiæ,
niſi ſit in cauſa abbatis qui poterit producere mona-
chos: vt infra videbimus. Spec. in §. 1. ver. nunquid
ſocer. dicit quod ſeruatur quòd de regno vel comi-
tatu poſſunt in teſtes adduci.

Idem tenet Pe. & Cy. ex mente Guid. in d. l. etiã.
Idem tenet Ioa. An. in addi. Specul. vbi ſupra. Hoc
etiam videtur † tenere Bar. in d. l. idonei. Nec ob. 44
ſecundum hos Doct. text. in d. l. idonei. quoniam
lex illa locum habet in his quæ ſpectant ad iuriſdi-
ctionem, & ad caſus communes ciuitatis vel comi-
tatus. non autem in proprijs habentibus iuriſdicti-
onem: quia ſecundum hoc ſequeretur quòd nul-
lus eſſet teſtis idoneus contra imperatorem. Hæc
reſponſio non valet ad l. illam. Primo: quia † eam 45
reſtringit. Secundo: quia ſi nos loquimur quando
agitur de iuriſdictione vel cauſa ſpectante ad ciui-
tatem vel comitatum, tunc ſi ciuitas vel comitatus
non habet ius imperandi, non eſt propriè caſus. l.
idonei, quia ibi loquitur quando poterat imperari.
Si † autem habebat communitas ius imperandi, 46
dicendum eſſet talem non poſſe admitti, tum pro-
pter ius imperandi, tum etiam: quia aliqualiter tra-
ctatur de commodo ipſius ſubditi ex quo eſt ſubdi-
tus ciuitatis. Alber. in d. l. idonei. dicit † quòd mi- 47
nor fides adhibetur: quia non euitat ſuſpicionem
timoris vel amoris: vt in l. 1. C. de contract. iudi. 3.
q. 5. c. accuſatores. & ſi vultis tenere hanc vltimam
opin. poteſtis reſpondere ad d. l. idonei. quòd non
dicit eos repelli quibus poſſumus imperare: ſed ſo-
lum dicit eos non eſſe idoneos: quare non ſunt ido-
nei: quia diminuitur fides. & hæc opi. Alberi. vide-
tur bona. Bald. tamen in l. 3. eo. tit. C. concludit ꝙ
ſi poſsibile ſit habentem iuriſdictio. imprimere mi-
nacem terrorem quòd talis non erit teſtis idoneus:
aliàs ſic: ar. in l. 1. C. ſi rec. proui. & in l. 1. C. ſi qua
præ. po. Quod dictum poſſet optimè exemplifica-
ri in ſubditis qui ſolum reddunt certum cenſum an-
nuatim domino ſuo, & nihil aliud extimeſcunt, nõ
autem in alijs qui poſſunt grauari pro libito domi-
norum: quia poſſunt imponere minacem terrorem.

Demum dubitat † quid de carceratis. Alber. in l. 48
3. §. lege Iulia. refert Az. in cathedra dixiſſe quòd
ipſe defendit quendam nobilem Cremonenſem
qui furore ductus in carcere poſitus interfecit fa-
mulum ſuum, quia per carceratos alios non potuit
probari crimen contra illum nobilem: & per con-
ſequens condemnari, & ſic dicit alios Doct. con-
cordaſſe. Sed contra hanc ſententiam ſecundum
Alberi. facit l. conſenſu. C. de repu. & ca. veniens.
eo. tit. Pro ſententia tamen Az. fortiter facit dictus.
§. lege Iulia. qui dicit poſitum in vinculis non poſ-
ſe teſtificari. Sed contra † hunc nobilem duo erant 49
remedia. primum quòd officialis liberaret duos vel
tres ex carceratis, qui poſtea dicerent ipſum famu-
lum interfeciſſe, vt infra dicetur de domeſtico, qui
poteſt deponere de his quæ vidit tempore dome-
ſticitatis, dummodo tempore depoſitionis non ſit
domeſticus.

Aliud † remedium erat quæſtionis ſubeundæ, vt 50
poneretur ad torturam: quoniam ex quo illi teſtes
deponebant contra eum, licet nõ facerent plenam,
fidem, tamen faciebant bonum indicium ad tortu-
ram: ar. ex his quæ no. per Bart. in l. de minore. §.
tormenta. & in l. maritus. ff. de quæſt. Addit ad præ-
dicta Io. An. vnum bonum dictum in rub. in eo. ti.
in addi. quod † teſtis quem epiſcopus carcerauerat 51
pro iuriſdictione ſua poteſt admitti in teſtem pro
epiſcopo ipſo: quia nõ reperitur lege cautum quòd
prohi-

prohibeatur. Nec obſtat ſuſtinendo Io. An. di-
ctus.§. lege Iulia. quoniam poteſtis reſpondere quod
ibi loquitur in cauſa criminali. licet ille text. poſsit
etiam intelligi in ciuili. Dicit tamen Io. An. quòd
minor adhibetur fides. & hoc dictum Ioa. An. ſe-
52 quutus But. in c. cum oporteat. de accu. Addit † etiã
Io. An. in d. rub. quòd famuli epiſcopi qui ſunt ex-
pulſi propter ſcelera eorum, non poſſunt admitti
ad probandum contra epiſcopum, & pro epiſcopo
niſi eſſent expulſi propter talia crimina propter
quæ non debuiſſent eſſe familiares epiſcopi. & hoc
idem tenuit Butri. in d. cap. cum oporteat. Facit ca.
53 nulli epiſcoporum. de accuſa. Hæc † omnia prædi-
cta de domeſticitate habent locum notabiliter ſe-
cundum Albe. in l. etiam, ſiue loquamur in dome-
ſtici partis producentis, ſiue in domeſtici iudicis in-
quirentis. Propterea inquit Alber. quòd cum iſti
iudices maleficiorum procedãt per inquiſitionem,
non poterunt inducere in teſtes berruarios, vel a-
lios famulos poteſtatis volentes teſtificari ſuper
ipſis inquiſitionibus, pro hoc adducit. 3. quæſt. 5. c.
accuſatores. 4. quæſtio. 4. cap. ſi quis. Aliqui tamen
dicit Alber. ſeruant oppoſitum, & opi. illorum pu-
to veriorem. primo per dictum Bald. quod ſupra
vidiſtis in capitulo de fratre. vbi iudex poteſt ap-
probare teſtes minus idoneos quantum ad inquiſi-
tionem niſi concordãdo hæc dicta intelligatis Bal.
iudicem poſſe approbare domeſticum teſtem in fa-
uorem domeſtici non autem contra eum. Præterea
54 facit † quoniam iſti domeſtici iudicis non dicun-
tur habere odium, vel affectionem per perſecutio-
nem cauſæ: quoniam non verſatur commodum
eius cuius ſunt domeſtici. pro hoc adduco dictum
eiuſdem Alber. ſupra tactum in capitulo de ami-
co. vbi inquit quòd indiſtinctè admittitur amicus
pro amico quando non verſatur commodum, vel
intereſſe amici. Ita in propoſito domeſticus pro
domeſtico quando non verſatur commodum, vel
intereſſe domeſtici. Hæc omnia limitabitis proce-
dere, vt domeſticus non admittatur quando eſt re-
ceptus ignorante aduerſario eum eſſe domeſticum.
55 Nam Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſi. quid ſi teſtis † di-
cit domeſticum receptum ignorante aduerſario nõ
facere talem præſumptionem ex qua poſſet deferri
iuramentum in ſupplementum probationis. ſecun
dum Iac. Bald. facit quod. not. in c. at ſi clerici. ex-
tra de iudic.

Si autem aduerſarius ſciuit eũ eſſe domeſticum,
& tacuit, tunc ſecundum vnam opi. adhuc non va-
lebit eius dictum. quam opi. recitat Spe. in ver. quid
ſi vidit. per l. quos prohibet, de poſtu. Sed lex illa
non obſtat: quoniã loquitur in his qui ſunt prohi-
biti ratione turpitudinis, non aũt ratione affectio-
nis. & videbimus in 4. q. principali, infra. Ideo eſt
melior opi. aliorum contra tenen. per l. ita demum.
C. de procura. Et illam opinionem tenet Io. An. in
addi. vbi ſupra quoniam poterunt reprobari teſtes,
vt falſi. & hoc ſiue aduerſarius produxerit cõtra me
domeſticum meum, & ego tacui, ſiue ego contra ip-
ſum produxerim, & ipſe tacuerit.

56 Prædicta † tamen puto vera & limitanda quando
ille contra quem domeſticus producitur ignorabat
eum eſſe domeſticum. Si autem ſciebat eum eſſe do-
meſticum, ſed ignorabat eum repelli poſſe, tunc
non amplius poteſt repelli ex quo eſt admiſſus.
nam eſt notabilis differentia inter exceptionem iu-
ris & facti. Quoniam † exceptio iuris tollitur per 57
terminos ſtatutos à iure, ſiue fuerit ignorans, ſiue
ſciens: ſecus † in exceptione facti. & hæc fuit ſenten- 58
tia no. Ber. in c. paſtoralis. de excep. quæ approba-
tur. Et ſic limitatur, & intelligitur d. ca. paſtoralis.
Ideo adhibenda eſt cautela, vt ſemper opponatur
in principio exceptio contra perſonas teſtium. de
quo infra dicam. Vltra prædicta † poſſunt addi duo 59
caſus in quibus teſtis domeſticus admittitur in cau-
ſa ciuili. primus † eſt in clerico qui admittitur in 60
cauſa ſuæ eccleſiæ. cap. 1. 14. quæſtio. 2. & c. inſuper.
eo. titu. Alius eſt caſus in probatione conſanguini-
tatis. 35. quæſt. 6. c. 1. ſiue ad dirimendum matrimo-
nium contractum, ſiue ad impediendum contra-
hendum. c. videtur. qui. mo. acc. po. Et hoc non ſo
lum in impedimento conſanguinitatis, ſed etiam
in quocunque alio impedimento ex quo matrimo-
nium veniret diſſoluendũ. c. ſuper eo. tit. & ſic ob-
ſeruatur de facto ſecundum gl. no. 14. q. 2. c. 1. Nec
† ob. ſecundũ gl. illam c. in literis. eo. tit. vbi dome- 61
ſtici qui non ſunt vitæ probatæ nõ admittuntur ad
teſtificandũ ſuper matrimonio diſſoluendo: quo-
niã reſpondet gl. illa dupliciter primo. quia ibi ideo
nõ admittitur domeſticus: quoniã ille maritus iam
ſeptennio habitauerat cum vxore putatiua. Vel ali-
ter, & ſecundo poteſt reſponderi eſſe conſtituendã
differentiam inter domeſticos quibus poteſt impe-
rari ratione dominicæ poteſtatis, vel inter alios do-
meſticos ratione affinitatis, vel alterius cauſæ. nam
primo caſu tales teſtes non admittuntur ad matri-
monium diſſoluendum. Prima tamen ſolutio vi-
detur mihi verior vt ibi non admittatur propter ve-
hementem præſumptionem inſurgentem ex lon-
gitudine temporis ſeptennij. Nam † videmus quòd 62
teſtes quibus poteſt imperari ratione dominicæ po-
teſtatis admittuntur ad probandum cauſam ma-
trimonij diſſoluendi: vt in l. conſenſu. C. de repu.
ergo idem eſſet dicendum in caſu noſtro. vnde te-
neatis primam ſolutionem. In criminali † autem 63
cauſa admittuntur domeſtici etiam in duobus ca-
ſibus. primus, quando canonici accuſant prælatum
ſuum. 2. quæſtio. 7. c. lator. Præterea dicit Arc. no-
tabiliter in d. c. 1. 14. q. 2. quòd fuit obtentum in cu-
ria vt canonici admitterentur in teſtes ad probandũ
crimina obiecta per capitulum in quo erant illi ca-
nonici, contra promouen. ad beneficium. Quod
† verum eſt intelligendum ſecundum ipſum, niſi in 64
primo canonico procuratore ipſius capituli, ille ta-
men non admittitur. c. inſuper. eo. tit. de teſti. & de
hoc habetis bonam & notabilem glo. de iſtis cano-
nicis quando admittuntur vel ne in d. c. 1. 14. q. 2. Et
hoc videbitis aliqualiter tangi in 4. q. principali hu-
ius principalis partis. Secundus † eſt, quando accuſa- 65
tur matrimonium propter conſanguinitatem. 35.
q. 6. c. 1. & hos caſus ponit glo. in d. c. 1.

Sed hic † dubitatur pro declaratione omniũ præ- 66
dictorum an domeſticus admittatur ſi veritas aliter
haberi non poteſt? Specu. in §. 1. verſi. item quòd eſt
domeſticus. dicit eum admitten. in caſu l. conſen-
ſu. C. de rep. & c. veniens. extra de teſti. ſcilicet quan
do veritas aliter haberi non poteſt. Idem tenuit
Io. And. in verſi. quid ſi olim. in §. 1. ex mẽte Guid.
addens

addens ipſe Io. An. quòd iudex non debet recipere
teſtem domeſticum vbi aliter veritas haberi poteſt.
ego autem magis dubito de hoc dicto, quàm de alio
dicto quod ſit in materia teſtium. nonne ſecundum
hoc dictum poterit dicere domeſticus producere
volens eius domeſticum, ego non reperio aliquos
teſtes, nec veritas apparere aliter poteſt quàm per
iſtum meum domeſticum vel affinem, & hoc ſolet
euenire quod negotia non ſint tractata niſi in præ-
ſentia domeſticorum vel affinium. Ideo pro de-
claratione huius dicti quod videtur limitare omnia
prædicta à principio vſque. nunc poteſtis conclu-
dere hoc modo. Aliqua ſunt negotia quæ non ſo-
lent regulariter expediri ſiue tractari niſi in præ-
ſentia domeſticorum vel affinium, & in quibus ne-
gotijs regulariter & ex natura ipſorum non addun-
tur extranei. & tunc concludatis quòd ſi alij non
ſuperſint teſtes, tunc fiet probatio per domeſticos
67 vel affines. Tolle † duo optima exempla. primum
in l. conſenſu. C. de repu. ſi enim accuſatur maritus
vel vxor quòd commiſerit adulterium, tunc admit-
titur probatio per domeſticos: quoniam talia adul-
teria ſiue coitus non fiunt in præſentia multorum
virorum, imo clam & occultè, & hæc eſt ratio quã
propriè ponit Imperator in d. l. conſenſu. Secun-
68 dum † exemplum in c. veniens de teſti. ea enim quæ
tractantur in collegio, capitulo, vel vniuerſitate nõ
ſolent tractari in præſentia aliorum, ſed illorum de
vniuerſitate, vel collegio, vel capitulo, & ideo: quia
ex natura illius actus ſolummodo deſiderãtur per-
ſonæ quæ ſunt in collegio, admittuntur illi de ca-
pitulo, qui ſunt domeſtici ad probandum geſta in
ipſo capitulo. Si verò ſunt aliqua negotia quæ ſo-
leant tractari etiã apud extraneos, tunc licet veritas
aliter haberi non poſsit, propterea nõ concederem
domeſticos eſſe admittendos, & ideo ſubtilius fuit
loquutus Specu. quã Io. An. dum dixit ſolummodo
teſtes domeſticos eſſe recipiendos in caſibus ca. ve-
niens. & l. conſenſu, non autem dixit in caſibus in
quibꝰ aliter veritas haberi nõ poteſt: vt dixit Io. An.
69 Quod † tamen dictum eſt in primo membro do-
meſticũ admitti poſſe limitabitis verũ vltra alios,
quando nõ eſſet vehemens præſumptio contra do-
meſticum. & hoc modo intelligo c. in literis. & hæc
eſt vera ſolutio quam dixi tenere gloſſ. 14. quæſtio.
2. cap. 1. exemplum eſt in illo cap. maritus per ſep-
tennium habitauit cum vxore, deinde dicit ſe co-
gnouiſſe antea affinem ſuæ vxoris, ad quod proban
dum vult inducere familiares ſuos, nam illi fami-
liares niſi ſint probatæ vitæ non admittuntur: quia
eſt vehemens præſumptio contra eos, ex quo mari-
tus cum vxore tanto tempore habitauerit. Tamen
crederem ipſos poſſe admitti cum tormentis, eo ca-
ſu quo locus eſſe poſſet tormentis: argu. d. l. con-
ſenſu. & ad illam limitationem c. in literis, facit l.
70 qua in prouincia. §. 1. ff. de rit. nup. Sed hic † poſſet
dubitari, qđ ſi domeſticus teſtis ſit domeſticus vtri-
que parti? breuiter conclude ſecundũ omnes, quod
ſi par eſt affinitas vel par domeſticitas admittitur. l.
non ſolum. §. 1. ff. de rit. nup. Finaliter circa prædi-
cta cadit dubitatio notabilis, quæ reſpicit primam
partem ſupra tactam de affinitate, & etiam hanc ſe-
71 cundam de domeſticitate † aliquis teſtis interroga-
tus an ſit domeſticus vel affinis reſpondet quod nõ,
cum reuera, eſſet domeſticus vel affinis. an dicemus
eum teneri de falſo ex quo neget domeſticitatem
vel affinitatem. Iacob. But. multum ſingulariter in
l. Lucius. §. quæro de his qui no. infa. tenet quòd nõ
punitur de falſo, quod dictũ inquit Ang. perpetuo
eſſet menti tenen. non tamen dicit quod probetur
lege, ſed eſt ſtãdum auctoritati ſuę. Pro ipſis facit l.
cum tibi. C. de iudi. quam non allegat, vbi eſt text.
ſingularis. Et generaliter concludunt ſupraſcipti
Doc. quod † vbicunque teſtis dicit falſum ſuper ap- 72
pendentijs cauſæ nunquam punitur de falſo, puni-
tur tantum de crimine ſtellionatus ex quo incurrit
periuriũ. l. fi. ff. de crimine ſtellio. quod vltimum
crederem verum quando teſtis iuraſſet verum di-
cere ſuper tota cauſa, vel ſuper his de quibus inter-
rogabitur, & fuiſſet interrogatus an eſſet affinis vel
domeſticus. Si autem iuraſſet verum dicere ſuper
his de quibus interrogatus eſſet, & vltra dicit ſe non
eſſe: ar. ex notatis in c. cum dilectus. de accuſa. licet
ille tex. videatur aliqualiter contra facere. Si autem
negetur quòd ſit domeſticus, plenè videbitis in ſe-
quenti diſtinctione huius primæ partis.

SVMMARIVM.

1 Criminoſi à teſtimonio repelluntur.
2 Emendatus de crimine an à teſtimonio ferendo ſit expellendus.
3 Infamia quem teſtem repellat, & quem admittat, & quomodo. nu. 4. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
5 Crimen læſæ maieſtatis admittit infamem ad teſtimonium.
6 Hæretici ſunt infames, & ad teſtimonium non recipiuntur.
7 Infamis contra infamem admittitur ad teſtificandum.
8 Actio dirigitur contra aduerſarium, non contra teſtem.
9 Seruus quo caſu legitimam perſonam ſtandi in iudicio habeat.
10 Exceptio facta contra teſtem, quòd ſit excommunicatus vel criminoſus, non poteſt contra excipientem de eodem crimine replicari.
11 Intellectus ad l. Quoniam de hæretic. & nu. 12.
12 Intellectus ad l. in Arenam C. de inofficioſ. teſta.
13 Iudæi coram iudice laico non poſſunt in teſtes produci.
14 Infames in quibus admittantur in teſtes.
Intellectus ad l. Caßius ff. de Senato.
Intellectus ad l. optimam. C. de cont. & committe ſtipulatio. Et nu. 15. & 16.
16 Intellectus ad l. 1. C. de ſumma Trinit.
Intellectus l 3 §. lege Iulia. ff. de teſti.
18 Teſtimonium dicere eſt quid dignitatis generoſa. Et nume. 47.
Intellectus c. præceptum. 32. q. 5.
19 Infamibus quæ dignitatis ſunt, omnino ſunt præcluſa.
20 Exiſtens in peccato mortali an admittatur ad teſtificandum.
21 Infamia quotuplex ſit, & quæ infamia per pœnitentiam remittatur.
Infamis non conſequitur famam niſi per principis reſtitutionem.
22 Peccans mortaliter dicitur pati maximam capitis diminutionem, & qualiter.
23 Crimen differt à peccato mortali.
24 Periurus an dicatur infamis, & an & quando ſit à teſtimonio repellendus. & nu. 27. cum ſequenti.

25 Dam-

25 Dammatus de periurio, eſt damnatus de crimine ſtellionatus.
26 Teſtis deponens falſum an ſit infamis.
28 Papa diſpenſare poteſt vt periurus vel alius in mortali crimine conſtitutus non repellatur à teſtimonio.
29 Intellectus ad cap. fin. de iureiur. Et ad l. admenend. ff. eod. tit.
30 Iurans temerariè peccat mortaliter.
31 Veniens contra iuramentum illicitum non repellitur de periurio.
32 Infamia teſtis an poßit poſt eius mortem probari.
33 Excommunicatus an teſtimonium dicere poßit, & nu. 34. cum ſequenti.
34 Excommunicatus abſolutus an poßit teſtimonium perhibere. Et nu. 35. cum ſequenti. & nu. 42. cum ſeq.
35 Intellectus ad l. ſecundam. §. ignominia. ff. de his qui notant infam.
36 Pœna excommunicationis nunquam imponitur tanquã pœna pro crimine quantumcunq; graui.
37 Iudex propter quid excommunicet.
38 Excommunicato an, & quando ſententia irroget perpetuam infamiam.
39 Confeſſus furtum eſt ipſo iure infamis, & à teſtimonio repellitur.
40 Accuſatus de crimine quando à teſtimonio repellatur. et nu. 41. cum ſeq.
41 Excommunicatio non præſuppenit certè delictum eſſe commiſſum.
43 Teſtis vt à teſtimonio repellatur, an ſit neceſſe quòd ſit de crimine condemnatus.
44 Fur ante ſententiam non eſt infamis.
45 Crimen repellens teſtem quale eſſe debeat.
46 Declaratio l. reus delatus. ff. de muner. & honor.
48 Confeſſum de crimine conſequitur infamia de iure ciuili.
49 Exceptio criminis vbicunq; ponitur contra teſtem debet teſtis repelli.
50 Excipiens contra aliquem de crimine, videtur eum accuſare.
51 Vincula non inferunt iuſtum metum ad teſtificandum.
52 Oppoſitum contra teſtem quando reſeruandum poſt publicationem, & in quibus fallit.
53 Mora modica modicum parit præiudicium.
54 Interloquutoria ſuper receptione teſtium à iudice lata, eſt appellabilis.
55 Exceptiones quæ poſt litem conteſtatam emergunt, non habent impedire iudicium.
56 Exceptiones contra teſtes qualiter recipiendæ.
57 Aduocatus loquens teſtibus ante depoſitionem fatuè agit.
58 Teſtis corruptela poſt ſententiam allegari poteſt.
59 Præſumptiones iuris ſunt liquidißimæ probationes.
Intellectus ad c. ſicut nobis. Extra de teſti.
60 Denunciator criminis an poßit eſſe teſtis in cauſa quàm denunciat.
61 Teſti ſe infamem dicenti vt euitet teſtimonium, an ſit credendum.
62 Crudelis eſt qui famam ſuam negligit.
63 Teſtis criminoſus tempore depoſitionis, & non criminoſus tempore iuramenti, an repellatur.
64 Iudex recipiens teſtem infamem fatuus eſt.
65 Pars ſciens teſtem criminoſum tempore iuramenti, vel depoſitionis, quæ non oppoſuit an in poſterum opponere poßit.
66 Iuramentum in teſte attenditur nõ tempus depoſitioni.
67 Teſtis qui die non feriata iurauit, poteſt die feriata deponere.
Intellectus ad gloſſ. in Clemen. prima de officio delegat.
69 Perſeuerantiam vel emendationem criminis quis probare habeat.
70 Criminis emendatio qualiter probanda.
71 Caſus in quo teſtimonium vnius admittitur.
72 Exceptio criminis ſi contra teſtem opponitur, an ipſi teſti capitula dari debeant ad probandum crimen.
73 Infamis qui pro non infame habetur à teſtimonio non repellitur.

CAP. III.

Quando teſtes repelluntur ratione criminis vel infamiæ.

CONSEQVENTER eſt videndum quando teſtes
ratione criminis vel infamiæ repellantur. in
hac parte concludite vnam regulam † quod omnis 1
criminoſus & in crimine perſeuerans ſiue in criminali ſiue in ciuili repellitur à teſtimonio. hæc concluſio probatur in c. teſtimonium. eo. tit.

Idem erit ſi fuerit ob crimen famoſum damnatus. 4. q. 3. c. ob crimen. & l. ob carmen. ff. eo. Vel etiam ſi fuerit publico iudicio condemnatus. l. 3. §. lege Iulia. ff. eo. tit. Præterea Spec. de teſt. in §. ver. item opponitur. infert quòd fur, raptor, adulter manifeſtus, & generaliter exiſtens in peccato mortali repellitur à teſtimonio. ca. ex parte. & c. ſuper eod. tit. de hoc tamen quando eſt in mortali peccato vobis plenè tractabo in lectione ſequenti. Si autem ſit emendatus de crimine, tunc ſi infamia non ſequitur eum admittitur in cauſa ciuili vel criminali ciuiliter intentata. Idem eſt in periurio de quo plene tractatum videbis de periurio.

In † criminali vero repellitur quãquam ſit emen- 2
datus etiam ſi infamia non ſequatur. primo ſi fuerit aliàs de crimine conuictus, vel confeſſus, vel conuincatur nunc, quando excipitur contra teſtem, aut grauata ſit eius opinio ex eo quod aliquando fuerit repulſus. In his enim omnibus etiam ſi pœnitẽtiam egerit, in criminali tamen repellitur: vt hæc diſtinctio probatur in c. teſtimonium, de teſti.

Secundo concludite quòd infamia habet teſtem
repellere. In hoc tamen primo eſt facienda diffe-
rentia † an ſit infamis infamia iuris an facti. Circa 3
primum de infame à iure concludatis infamem iure repelli à teſtimonio ſiue in ciuili, ſiue in criminali: vt d. ca. teſtimonium. & c. licet. ex quadam. & d. l. 3. §. lege Iulia.

Et per hanc concluſionem facio vnam illationem ad multos qui non poſſunt eſſe teſtes. ſ. ad omnes nominatos in l. 1. ff. de his qui no. infa. hi enim omnes repelluntur à teſtimonio: quia infamis infamia iuris, quos infames omnes nominat Specu. in quodam repertorio per eum confecto.

Hanc concluſionem limitabitis eſſe veram ſecundum Bart. in l. 1. C. de ſum. Tri. & fi. ca. vbi alij
teſtes non poſſent haberi: quia admitterentur infa-
mes ſed † cum grano ſalis: quia admittũtur cum tor- 4
mentis, vt in auth. de teſti. §. ſi vero ignoti. col. 7.
Alius † & ſecundus caſus eſt vbi admittitur infamis. 5
ſ. in crimine læſæ maieſtatis. l. nullus. ad l. Iuli. ma.
& l.

6 & l.famoſi.eo.tit. Tertio†fallit in hæreticis ſecun-
dum glo.in l.3.§.l.Iulia.ff. eo. & glo. etiam ſenſit
in c.teſtimonium.eo.tit. per l.quoniam.de hæreti.
Cy.tamen & Bar. in d.l.1.de ſum.Tri. tenent quòd
cum hodie omnes hæretici ſint infames in teſtimo-
nium admitti non poſſunt. Et ꝙ ſint infames pro-
batur in auth.gazaros.C.de hær.& l.pe.eo.ti.& nõ
habet hodie locũ cum hæretici ſint infames. Et hoc
viſa eſt tenere gloſſ. ſecundum quod allegatur per
doc.in c.teſtimonium.in cap.ſi hæreticus.2.q.7.&
idem tenuerunt nouiſsimi, in c,teſtimonium. Fal-
7 lit†in alio caſu notabiliter, quando infamis produ-
ceretur in teſtem contra infamem. & idem eſſet de
criminoſo contra criminoſum, de excommunica-
to contra excommunicatum. hoc tenuit gloſſ.in d.
l.3.§.l.Iulia.l.quoniam.de hæreticis. Gl.tamen in
ca.teſtimonium. tenet contrarium mota illa ratio-
ne, & conſideratione: quia à proſecutione iuris ſui
quis non repellitur. licet ſit criminoſus.3.q.5.cap.
omnibus, niſi ſit excommunicatus, vel talis cui ſo-
rum ſit interdictum. Mouetur etiam alia ratione.
quoniam in iudicio contra teſtem non agitur, ſed
8 potius contra aduerſarium: † quia contra eum actio
dirigitur non contra teſtem.c.cum dilectus.de ord.
cogni. & ſic pari ratione ſecundum gloſſ.illam nec
poterit opponi crimen propter hoc : quia actio di-
rigitur contra aduerſarium non contra teſtem. cap.
cum dilectus.de ordi.cogn. Præterea dicit glo.illa
9 †quòd ſi ſeruus vult probare ſe contraxiſſe cum ali-
qua muliere eo caſu poterit probare. quia eo caſu ha
bet legitimam perſonam ſtandi in iudicio no.in c.
1.& 2.de coniug.ſer.

Et hoc caſu poterit ſeruus ſecundum gloſ.illam
obijcere contra teſtes qui producuntur, quòd ſunt
ſerui licet ipſe ſit ſeruus.l. hos accuſare.ff.de accu-
ſa. Spec.in §.1.verſ.nunquid excommunicatus.te-
net quòd criminoſus excommunicatus, vel infamis
non admittitur contra infamem. & ſic tenet glo.in
c.teſtimonium. Idem tenet Vbertus de Bobio.mo-
10 uetur hac ſubtili conſideratione: † quia ſi excipio
cõtra te quòd es excommunicatus, vel criminoſus,
tu non poteris contra me de excommunicatione
replicare.l.apud Celſum.§.Marcellus.de exce.do.
11 c.dilecti.c.à nobis.de accu. Nec†obſtat ſecundum
Spe.l. quoniam.C. de hære. quoniam loquitur in
caſu ſuo dicit Spe. hoc eſt dicere quòd ſit ſpeciale in
illis hæreticis.ita credo voluiſſe Bart.in l.cum mu-
lier.ſolu.matr.allegat Innoc.in c.intelleximus. de
adul.reproban.glo.illam in l.3.§.l.Iulia.mouetur
12 Bar.†quia teſtimonium principaliter redditur iu-
dici cui fides debet adhiberi.l.quinquaginta.ff.de
proba.quod ſecus eſt ſecundum Bar.in alijs actibus
qui fiunt inter ipſos criminoſos: quia vnus alium
propter crimen non poterit repellere.& hoc modo
loquitur.l.in arenam.C.de inoffi.teſta.& ibi Bald.
ſequitur Bar.& dicit Gui.tenere.Sed tamen non re-
ſpondet ad l.quoniam.C.de hære. Sed vos poteſtis
reſpondere illi.l. quoniam. quòd tempore.l.quo-
niam.non erat prohibitus hæreticus dicere teſtimo
nium ex quo tunc non erat infamis. vt ſupra dixi.
Hodie autem per authen.Gazaros.ſunt infames,&
repelluntur & per hoc.l.illa eſt correcta.
13 Et†poſſumus dicere quòd ſi Iudæus litigaret cum
Iudæo coram iudice noſtro, non deberet Iudex ad-
hibere fidem Iudæo contra Iudæum: quoniam pro-
batio quæ fit iudici debet eſſe omnino pura & ſine
macula infamiæ. & ideo poteſtis dicere generalius
quòd Iudæi coram iudice laico non poſſunt produ-
ci in teſtes.Sunt†alij caſus in quibus infamis admit- 14
titur in teſtem. Primus eſt in ſimonia, propter acer-
bitatem criminis admittitur teſtis aliâs inhabilis ad
teſtificandum ſuper hoc crimine c. licet Heli.extra
de ſimo.Secundus eſt in cauſa hæreſis vt in capitulo
vrgentis de hæreti. vbi aliâs inhabilis admittitur.
Tertius caſus eſt in crimine ſacrilegij.16. quæſtio.4.
c.hi qui. & l. ſi quemquam.C. de epi. & cle. Idem
eſt in crimine fraudatæ annonæ quod committi-
tur quando portator victualium ad exercitum ſu-
ratur ipſa victualia. Idem etiam eſt in cauſa dilapi-
dationis: vt ſi bona eccleſiæ fuerint dilapidata. nam
in his caſibus admittuntur inhabiles. facit cap. li-
cet Heli.extra de ſimo. cap. ſi quis presbyterorum.
de re.ec.non ali. Idem eſt in crimine fraudati cen-
ſus quod committitur quando quis pecuniam pub-
licam depoſitam ſubtrahit vel furatur. Idem in cri-
mine perduellionis. vt l. fin.ff. ad leg.Iul. maieſta.
hos omnes caſus ponit Spec. in titu.de accu.§.1.cir-
ca fin. quos ſequuntur Ioa.An. Abbas & Butrius in
c.fi.de teſti.Subiungit tamen vnum Spec.ibidem de
quo doc.prædicti non faciunt mentionem, quod in
dictis caſibus capitalis inimicus non admittitur.ca.
per tuas. de ſimo. c.1.3.q.2. & ſic habetis caſus vbi
prohibiti aliâs poſſunt eſſe teſtes. Supereſt† vide- 15
re an infamis infamia facti repellatur à teſtimonio.
de hoc habemus glo. contrarias in iure ciuili, vnam
in l.Caſsius.ff. de ſena. quæ dicit infamem infamia
facti eſſe repellen. Contrarium tenuit alia gloſſ.in
l.prima.C.de ſu.Tri. Et hæc gloſſ.vltima appro-
batur & communiter obſeruatur ſecundum Albe-
ri.Bar.tamen in d.l.1.de ſumma Trin.concludit ꝙ
infamia facti non repellit à teſtimonio, minus ta-
men eſt ſibi credendum, quàm alteri bonæ famæ.&
in hoc concordant ferè omnes doc. pro hoc facit.c.
licet ex quadam.de proba.facit.l.3.§.duæ cauſæ.ff.
de Car.edic.Subijcit tamen Cyn.in d.l.1.quòd ta-
les infames infamia facti admittuntur ad teſtifican-
dum cum tormentis.facit.§.ſi verò ignoti.in auth.
de teſti. quod dictum eſt intelligendum ſecundum
Bar.idem & alios doc. Abba.Butr. & Imol.in c.te-
ſtimonium. de infame infamia iuris. Is enim ad-
mittendus eſt in ſupplementum cum tormentis, vt
dixi ſupra in articulo de infame infamia iuris. Poſ-
ſet tamen eſſe tanta vtilitas infamis infamia facti vt
non admitteretur ad teſtificandum niſi cum tor-
mentis ſecundum Bart. ibidem & dictos doc.in ca.
teſtimonium per §.ſi verò ignoti. Et hoc modo po
teſt ſaluari & intelligi gloſſ. in l. Caſsius, de ſena-
to. vel aliter poteſt ſaluari illa gloſſ.ſecundum Cy.
& Alberi.in d.l.1. vt intelligamus eam habita rela-
tione ad tex.l.Caſsius ſcilicet vt infamis infamia fa-
cti repellatur à iudicando non à teſtificando. †In 16
criminali verò infamis infamia facti indiſtinctè re-
pellitur. Butr.tamen in d.cap.teſtimonium.refert
quoſdam doc. tenere quod ſi infamia traxit origi-
nem à delicto quod conſtat, quod tunc non admit-
titur. Si verò inceperit à carceratione ſiue repulſio-
ne, vt: quia ſemel fuerit repulſus à teſtimonio, tunc
non repellitur in ciuili.d.ca.teſtimonium, ſecus in

criminali. & ſecundum eum ita debent intelligi dicta in d. l. 1. Bald. in d. l. 1. de ſum. Tri. dicit ꝙ infamis infamia facti quæ ipſo facto naturaliter ineſt, vt ſi quis committat homicidiũ vel graue delictum habet elidere fidem ipſius teſtis, non tamen prorſus repellit, niſi ſint cauſæ graues. ſi tamẽ deponit proxima veritati adhibetur fides infami infamia facti, licet nnn plena. In cauſis verò criminalibus vel multum grauibus non creditur infamibus infamia facti niſi habeat alia adminicula. & hoc modo poteſt intelligi. l. 3. §. lege Iulia. ff. eo. & l. optimam. C. de contra. & co. ſti. Et breuiter ex prædictis concludite ꝙ infamis infamia facti repellitur in criminali & in ciuili admittitur, ſed fides diminuitur. Et aliquando ſubijcitur tormentis ſi maxima eſt vilitas perſonæ. Subijcit tamen vnum notabiliter in d.
17 l. 1. quod † licet infames infamia iuris vel facti non ſint habiles in criminalibus pro ſententia ferenda, erunt tamen habiles quantum ad inſtructinnem & inquiſitionem fnrmandam. & ſic quantum ad indicium pro tormentis. & hoc fuit dictum Odofr. ſecundum eum. & facit. l. fi. ff. de pecu. qund dictum videtur tenere Bart. in l. 1. §. quæſtio. ff. de quæſtio. Quod facit ad ea quæ no. contra illum nobilem Cremonenſem defenſum per Az. de quo ſupra dixi, vt illi carcerati licet non facerent plenam probationem, tamen facerent indicium ad torturam contra ipſum. Sed contra prædicta opponit Spec. in §. 1. verſ. item excipitur, quod infamis infamia facti
18 nullo modo admittitur: † qnia dicere teſtimonium eſt quid dignitatis generoſæ. ita inquit tex. 22. quæſtio. 5. c. præceptum. & idem quòd ſit dignitas not. glo. in c. teſtimonium. eo. tit. ergo infamis infamia
19 facti non poterit teſtificari † quia quæ ſunt dignitatis ſutt omnimodo prçcluſa infamibus l. 1. C. de infa. lib. 10. ſed Specu. non ſoluit contrarium, nec reperi doc. ſoluen. Vos dicatis quòd dictum c. præceptũ, loquitur de dignitate largo modo ſumpta prout denotat fidem & veritatem in teſtificante, nõ autem prout eſt propriè de qua in l. 1. de his qui no. infa. & dicitur generoſæ dignitatis vt dixit tex. ibi ꝓpter fidem quæ teſti adhibetur. Vel dic quòd teſtis infamis non admittitur tanquam plenus. ſed ſibi de fide detrahitur vt ſupra concluſum eſt. Conſequen-
20 ter † eſt vidẽdum an exiſtens in peccatn mortali admittatur ad teſtificandum: Gln. in l. 3. §. lege Iulia. videtur velle quòd repellatur.

Idem videtur tenuiſſe glo. in l. fin. C. de infamibus: quoniam exiſtẽs in peccato mortali dicitur eſſe infamis. 3. q. 5. c. conſtituimus. Idem videtur ſentire Inno. in d. c. teſtimonium tu, & etiam Arch. in c. quicunque, 6. q. 1. Specu. in §. 1. ver. item excipitur. dicit etiam eos eſſe repellendns qui ſunt in peccato mortali: quia tales ſunt infames infamia cannnica. ca. hi qui. 6. q. 1. Sed contra hoc opponit Specul. dicens quòd ſecundum hanc ſententiam nullus poſſit eſſe teſtis, cum nemo ſine crimine viuat. cap. niſi cum pridem. de renum. Et pro ſol. huius contrarij ſe remittit ad ver. item crimen hæreſis in §. 1. & in illo ver. videtur concludere notabiliter, quòd duplex eſt infamia, vna ciuilis, & talis non tollitur per pœnitentiã l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui no. in fa. nam infamis non conſequitur famam niſi per reſtitutionẽ principis l. 1. §. de qua. ff. de poſtu.

Alia eſt infamia canonica quæ contrahitur per peccatum mortale. vt d. c. illi qui. 6. q. 1. & talis infamia remittitur per pœnitentiam: & per hoc poteſt nunc ſolui contrarium. cum dicitur neminem eſſe admittendum: quoniam reſpondetur quòd is poterit admitti in teſtem quẽ pœnituerit mortaliter peccaſſe. pro hac ſententia adducitur quòd peccãs mortaliter dicitur pati maximã capitis diminutionem, vt ſingulariter no. per Archi. in c. ſecuti ſunt viam. 2. q. 7. & ſuit dictum originaliter Lauren. in c. qualiter: & quando, el. 2. de accuſ. vbi cnncludit ꝙ exiſtens in peccato mortali vel infamia dicitur pati maximam capitis diminutionem. Nam † primò amitat 21
ciuitatem: quia de ciuitate Dei conſtituitur de ciuitate Diabnli. Mutat familiam: quia de ſeruo Dei efficitur de familia Diaboli. Item mutat ſtatum, quoniam efficitur ſeruus peccati, ideo nimirum ſi exiſtens in peccato mortali patitur maximam cap. di. pro hoc etiam facit quod no. per Archi. in cap. infames. 6. quæſt. 1. vbi concludit quòd crimen capitale largè dicitur quodlibet peccatum mnrtale: quia ſic capitalia crimina præcidunt & deformant caput hominis, id eſt, mentem ipſius hominis. Alb. enim in d. l. 3. §. lege Iulia. ff. eo. reprobat illam gl. per rationem Spe. quia nullus admitteretur in teſtẽ. idem etiam videntur tenuiſſe Pan. & But. in d. c. te-
ſtimonium. dicentes † aliud eſſe crimen, aliud pec- 23
catum mortale. Amplius dicunt quod non ſufficit quodlibet crimen ad repellendum teſtem, ſed debet eſſe tale quod repellãt à promotione. Opi. ſuperior videtur verior, & communior maximè per rationes duas quas ſupra dixi, et ſic concludatis ꝙ exiſtens in peccato mortali nõ ſecuta pœnitentia eſt repellendus à teſtimonio, vel ſaltem ei non eſt tanta fides adhibenda: quia eſt capite diminutus. & incidit in crimen capitale, pro hac ſententia ſortiter facit d. c. infames. & d. c. illi qui. Vlterius videndum
† eſt quid de periurio: & pro declaratione huius arti- 24
culi viden. eſt, an periurus dicitur infamis.

Glo. in l. Lucius. §. quæro. ff. de his qui no. infa. concludit ꝙ ſi quis iurat de præterito vel præſenti nõ eſt infamis periurando ratio: quia ex quo iurãdo periurat, non eſt contempta religio iuramenti.

Si autem iuratur de futuro & periuratur deinde, tunc eſt infamis quando iuramentum tendit ad obligandum tertium. l. ſi quis maior. C. de tranſa. tũc enim videtur contempta religio iuramenti & promiſsio ipſius iurantis. Sed ſi non ordinatur iuramentum ad obligãdum tertium, ſed ſoli Deo, tunc non eſt infamis ſed ſolum Deum habet vltorem. l. 2. C. de iureiurando, & l. alienam. C. ad l. Iul. ma. Idem videtur tenuiſſe gloſ. in cap. quicunque. 6. q. 1. quas glo. videntur comprobare Bart. & Angel. in d. l. Lucius. Subijciunt tamen quod vbi iuramẽtum non eſt ordinatum ad obligandum tertium, ſi tamen accuſetur de periurio & ſequatur ſententia, tũc per ſententiam efficitur infamis ſi doloſè periura-
uit: quia † damnatus de periurio eſt damnatus de cri- 25
mine ſtellionatus. vt in l. fin. ff. de crim. ſtellio. qui efficitur infamis ex tali crimine. l. quid ergo. §. fin. ff. de his, qui no. infa. Et ex prædictis Ange. notabi-
liter in d. §. quæro inſert † ꝙ teſtis qui dicit & depo- 26
nit falſum nõ eſt infamis eo quod deponit falſum. quia deponit de eo quod eſt vel fuit & non de futu-

futuro. & iuramentum ſuum non ordinatur ad ob-
ligandum alicui, ſed ad probandum. l. iureiur. C.
de teſti. Archi. in hac materia poſt Goſr. dicit quod
ſi iuramentum eſt aſſertorium non eſt infamis, ſi
promiſſorium eſt infamis, & ſic videtur tendere in
priſtinam ſententiam. Butri. tamen in d. cap. teſti-
monium dicit periurinm eſſe infamem infamia ca-
nonica: & bene dicit: quia eſt in peccato mortali.

Vnum tamen addatis ſupradictis valde notabi-
le, quod etiam vbi iuramentum tendit ad obligan-
dum tertium, quòd ſi illud iuramentum habet tem-
pus limitatum de implendo promiſsionem, ſi tamẽ
elapſo tempore promiſsionis promiſſor obtulerit
adimplere quod promiſit, non dicitur periurus nec
infamis. & per hoc dico ſingulariter quod ſi pro-
miſi ſoluere tibi ad paſcha futurum tãtum, ſi in ter-
mino nõ ſoluo ſed ſoluo poſtea, non ero periurus.
Ita ſingulariter tenet gl. in c. apud miſericordiam.
32. quæſtio. 1. & pro hac gloſſ. facit l. fin. ff. de arbi.
quia non videtur habuiſſe animum periurandi ex
27 quo poſtea ſoluit. Circa ſecundum † an periurus
repellatur à teſtimonio? concludite, aut venit con-
tra iuramentum licitum, & tunc ſiue ſit aſſertorium,
ſiue promiſſorinm repellitur: ſecus ſi veniret con-
tra iuramentum illicitum: quia licet ſit periurus nõ
repellitur à teſtimonio. c. conſtitutus. el. 2. & c. in-
timauit. extra c. de teſti.

Propterea inquit Ang. in d. l. Lucius. in fi. quod
licet periurus non ſit infamis, tamen non admitti-
tur ad teſtificandum, prout euenit quando iurauit
de præterito. ratio eſt: quia cum permanet præſum-
ptio periurij. ideo veriſimile eſt quod periuret, e-
tiam ſi fuerit redactus ad frugem vitæ melioris. pro
hac concluſione habetis text. in d. c. teſtimonium,
& habetis bonum textum in l. qui cum vno. §. ſi ig-
nominia. ff. de re mil. quanquam enim periurus ſit
emendatus, nihilominus amplius in teſtem non ad-
mittitur vt d. c. teſtimoninm. & notat gl. in d. l. quæ-
ro. ſecus tamen eſt in alijs: vtputa excommunicatis
qui admittuntur vt infra videbitis. Spe. in eo. tit. §.
28 1. verſi. ſed quæro. limitat prædicta ſi modo † Papa
non diſpenſaſſet, nam Papa ſecundum Spec. poteſt
diſpenſare vt periurus vel alius in mortali crimine
cõſtitutus nõ repellantur à teſtimonio, per id quod
habetur in c. per venerabilem. qui fi. ſint leg. & in c.
cum te. de re iudic. Idem tenet ibidem Io. An. refe-
rens Pileũ tenuiſſe quod qui ſemel eſt periurus non
erit teſtis nec accedet ad ſacramentũ, nec in ſua cau-
ſa vel alterius iurator exiſtet. quod eſt bene nota-
29 bile. Et per hoc dico † quod materia c. fi. de iureiu-
ran. & l. admonendi, quæ vult deferri iuramentum
in ſupplementum probationis non vendicarent ſi-
bi locum in periuro. Et quod dictum eſt de diſpen-
ſatione Papali ſequitur Vincentius & Butri. in c. te-
ſtimonium, licet non allegent Specu. Arch. in cap.
quicunque. 6. q. 1. dicit quod vbi dictum eſt periu-
rum eſſe repellen. quando venit contra licitum iu-
ramentum erit intelligen. etiam ſi veniat contra iu-
ramentum quod dubium, an ſit licitum vel ne. nam
tunc ille periurus repellitur à teſtimonio etiam ſi
dubium ſit de iuramento perinde ac ſi iuramentum
fuiſſet licitum. cap. venerabilem. §. pe. de elec. Sed
contra prædicta opponit Arch. imò videtur quod
quilibet periurus etiam veniens contra iuramẽtum
illicitum non poſsit teſtificari † quoniam quilibet 30
temerariè iurans peccat mortaliter. 22. q. 2. cap. 2. &
c. & ſi Chriſtus. de iureiur. Et ideo vt inquit Archi.
videtur dicendum indiſtinctè quod omnis periu-
rus repellitur à teſtimonio, nec obſtat ſecundum
eum c. conſtitutus. quòd ille periurus ſolum pote-
rit teſtificari qui ad ſic iurandum illum induxit non
autem contra alios, reſpon. eſt ſecundum Archi.
quia videtur introductum in odium eius qui eum
ad ſic iurandum compulit. hanc rationem dicit te-
nuiſſe Innoc. Subdit tamen ipſe Doc. communiter
tenere † quòd veniens contra iuramentum illicitum 31
non repellatur de periurio, quod eſt intelligẽdum
ſecũdum eum ex quo pœnituit. & hoc tenuit Hoſt.
in d. c. teſtimonium.

Et ideo concludatis concluſionem generalem
quòd omnis periurus non ſecuta pœnitentia repel-
litur à teſtimonio.

Secunda concluſio eſt quòd omnis periurus qui
venit contra licitum iuramentum ſecuta pœniten-
tia repellitur: ſecus ſi contra iuramẽtum illicitum:
quia tunc ſecuta pœnitentia non repellitur.

Vltra † prædicta dubitatur nunquid infamia te- 32
ſtis poterit probari poſt mortem ipſius teſtis. Spe. in
verſi. item excipitur. in fin. & ſeq. determinat poſſe
probari infamiam teſtis etiam eo defuncto.

Quod verum eſt intelligendum ſecundum Ioa.
An. ibidem quando probatur teſtem fuiſſe infamẽ
tempore depoſiti. nam licet poſt dictum depoſi-
tum effectus fuiſſet infamis, præterea non eſſet re-
pellendus, nec fides diminuenda. Subſequenter vi-
dendum eſt † an excommunicatus repellatur. In 33
hoc conclude breuiter quod ſic: vt no. Spec. in ver.
item quod eſt excommunicatus, & eſt caſus in c. ve-
niens, el. 2. extra de teſti. 3. q. 5. ca. conſpiratores. &
c. ſe. c. excommunicatus. §. credentes, de hæreti. Sed
maior cadit dubitatio † an excommunicatus abſo- 34
lutus poſsit teſtimonium perhibere. Spe. in loco de
ſupra remittit ſe ad no. per Inno. in c. teſtimonium.
de teſti. Glo. 4. q. 1. in ſumma refert duas opin. pri-
ma eſt, quod ſi ſit excommunicatus pro crimine,
quòd tunc repellitur. Si verò ſolum pro contuma-
cia: quia non paruit, vel non venerit ad iudicium,
tunc non repellitur à teſtificando. Alia eſt opin.
quòd aut crimen pro quo quis eſt excommunica-
tus infamat, aut non infamat. primo caſu repelli-
tur, ſecundo caſu non. Et hæc opi. tanquam vltima
videtur ipſius Io. ibidem. Inn. in d. c. teſtimonium.
multum ſubtiliter & latè examinat hunc articulum.
finaliter concludit quòd ſufficit ad repellendum
quenquam excommunicatum à teſtimonio qui nõ
ſit abſolutus, probare quòd fuerit excommunica-
tus expreſſa cauſa criminis, niſi tale crimen fuerit
expreſſum in ipſa ſententia quod ipſo facto infa-
maret cum acta pœnitentia de alijs criminibus in-
famia canonica ceſſat. Nec † obſtat prædictis ſecun- 35
dum Innoc. l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui no. infa.
quoniam remouere ab exercitu vel ordine eſt pro-
xima cauſa, & pœna delicti. ſed excommunicatio
non eſt proxima cauſa & pœna delicti. immo aliud
eſt medium. ſ. contumacia: quia eſt contumax &
excommunicatus. Et nunquam † pro crimine quan- 36
tumcunque graui imponitur pœna excommunica-
tionis tanquam pœna. 9. quæſt. 3. c. certum. Nec hac

ratione inquit Innoc. eſt dicendum quòd ſi ipſo fa-
cto incidit in excommunicationem: vt quia violen
tam manum in clericum iniecerit, quòd propterea
ſit repellendus quamuis ſit proxima pœna ipſi deli-
cto: quia hæc pœna nõ eſt inferenda ab homine, ſed
à iure. vnde nõ amplius repelletur propter excom-
municationẽ quam propter crimen tantum, ſcilicet
durante excõmunicatione, vel quouſq; pœnitentiã
egerit. Arch. in c. decernimus. de ſen. excom. in vi.
videtur intelligere Inno. aliter quam verè dicat, li-
cet vt inquit Imo. ſit bonus intellectus eum intelli-
gendo hoc modo videlicet, vt ſi lata ſit ſentẽtia ex-
cõmunicationis propter crimen cõmiſſum, vel quã-
do eſt excõmunicatus propter crimen quod eſt no-
torium per euidentiã facti, vel quando eſt excom-
municatus ipſo iure: vt quia manus iniecerit in cle-
ricum, tunc eo caſu ſit repellendus excõmunicatus.

Sed vt dixi Arch. non bene intellexit Inno. nam
Inn. vult formaliter vt ſtatim vobis retuli. quòd li-
cet quis ipſo facto incurrat excommunicationem,
attamen nõ repellitur à teſtimonio ſi ſit abſolutus.
37 Quod vobis vltra ipſum probo tali ratione † nam
licet quis aliquando incurrat excommunicat. ipſo
iure, nõ tamen per hoc efficitur infamis infamia iu-
ris ciuilis, ſed ſolum infamia iuris canonici. niſi eſ-
ſet excommunicatus propter delictum quod infa-
maret, quo caſu etiam ſecundum aliquos eſſet di-
cẽdum quòd eo abſoluto poſſit teſtificari: quia iu-
dex regulariter nõ excommunicat propter delictũ,
ſed propter contumaciam in nõ veniendo vel com
parendo. Et licet mandetur alicui ſub pœna excom
municationis vt compareat in iudicio pro tali cri-
mine de quo eſt accuſatus, non tamen conſtat quòd
commiſerit tale delictum ſecundum Innoc. Fate-
tur tamen ipſe quòd vbi apparet crimen eſſe com-
miſſum: vt quia lata ſit excommunicatio à iure &
abſolutio ſit impetrata: tunc quia conſtat delictum
eſſe commiſſum, ſi ex tali delicto ſequitur infamia,
repellitur in ciuili & in criminali, ſi autem non ſe-
quatur infamia, tunc admittitur in ciuili ſed nõ cri-
minali: vt d. c. teſtimonium. But. in d. c. teſtimoniũ
videtur concludere ꝙ ſi ſententia excõmunicatio-
nis fertur ſæpe ſine manifeſta & ſolenni probatio-
ne, ex eo quòd citatus nõ comparuit in iudicio, po-
tuit tamen eſſe legitimo impedimento detentus, vt
etiam voluit Inno. quo caſu tamen iuſta eſſet ſenten
tia excom. licet fuerit iuſto impedimento detentus.
38 Et ideo inquit ipſe Butr. † ꝙ graue eſſet quòd ſen-
tentia excõmunicationis haberet inferre perpetuam
infamiam, quia non probat neceſſariam culpam li-
cet præſumptã. In hoc articulo mihi videretur cla-
rius eſſe diſtinguen. primo concludendo hanc con-
cluſionem quòd ſentẽtia excommunicationis ſola
non habet operari perpetuam infamiam: vt ſubſe-
cuta abſolutione nõ poſſit admitti in teſtem. Fallit
autẽ hoc dictum quando ſententia excõmunicatio-
nis eſt lata propter crimẽ de quo conſtat, & hoc vi-
detur bene ſenſiſſe Inn. tunc enim ſi iſtud crimẽ ir-
rogat infamiã, licet ſubſecuta ſit abſolutio, nihilo-
minus talis excõmunicatus etiam abſolutus nõ ad-
mittitur in teſtem. propterea dico ꝙ ſi aliquis ſit ex-
communicatus: quia commiſit furtum, licet ſit ab-
39 ſolutus repellitur † quia ſtatim ex quo confeſſus eſt
furtum eſt infamis. l. 1. de his qui no. infa. Et no.
quod non repellitur propter excommunicationem
ſed propter infamiam quã ſecutus eſt ex cõfeſſione
criminis. Fallit ſecundo quando quis † eſſet accuſa- 40
tus de crimine & eſſet excõmunicatus: quia in iudi-
cio nõ compareret, nam propter accuſationẽ criminis
redditur inhabilis ad teſtificandum. vt in c. fi. eo. ti.
de teſti. & ideo licet poſtea abſolueretur nihilomi-
nus nõ admitteretur in teſtem: quia ſola accuſatio
criminis facit eum ſuſpectũ de crimine vt infra ſta-
tim videbitis. Aliàs autem vbi nõ eſſet accuſatus de
crimine, vel non conſtat eum deliquiſſe, & proba-
tione vel cõfeſſione eum commiſiſſe delictum, ex-
communicatus abſolutus ſemper admittitur † quia 41
excommunicatio non præſupponit certè delictum
eſſe commiſſum, ex quo fertur propter contuma-
ciam ſolum: ar. l. qui repudien. §. fin. ff. de inoff. te-
ſta. Idem addite † quod ſi iudex procederet per in- 42
quiſitionem de crimine contra aliquem de crimi-
ne, & eum excommunicaret, quoniam in iudicio
non compareret, hoc caſu ſi eſſet abſolutus admit-
teretur in teſtem. Aliud enim eſt quando quis accu-
ſatur de crimine quam quando proceditur contra
eum per inquiſitionem: quia primo caſu redditur
ſuſpectus de crimine & repellitur à teſtimonio. quia
accuſans aliquem inſcribit ſe ad pœnam talionis, vt
in l. fin. C. de acc. ideo inſurgit vehemens præſum-
ptio contra accuſatum: ſecus vbi contra eum proce-
ditur per inquiſitionem: quia tunc ceſſat veriſimi-
litudo pœnæ talionis. Et hæc omnia ſupradicta in-
telligatis procedere niſi ille qui impetrat abſo. ab ex-
communicatione fateatur ſe delictum commiſiſſe,
tunc repellitur in criminali & ciuili, non propter
ſententiam excommunicationis, ſed propter con-
feſſionem factam de ſuo crimine. Sed pro declara-
tione huius quæſtionis & prædictorum quæro † an 43
ſit neceſſe quòd ſit condemnatus de crimine ad hoc
vt repellatur à teſtimonio? gloſſ. in cap. ſuper eo.
el. primo extra de teſti. videtur conſtituere diffe-
rentiam inter iura ciuilia & canonica inquiẽs, quòd
ſecundum leges repellitur tantum damnatus de cri-
mine, ſed ſecundũ canones repellitur ſiue ſit dam-
natus ſiue ei probari poſſit & probetur, quod di-
ctum gloſſ. eſt intelligendum ſecundum Butri. &
Imo. quando ſit damnatus ex tali crimine ex quo
ſequitur infamia, vt in furto. l. non poteſt. ff. de
fur. † quia fur ante ſententiam non repellitur ſecun- 44
dum leges: quia non eſt infamis. ſecus ſi eſſet deli-
ctum quod ante ſententiam iudicis infamaret, tunc
repellitur ſecundum leges, vt quia pugnaſſet cum
beſtijs, & ſic leges non tantum prohibent ratione
criminis, quã ratione infamiæ. ſecus ſecundum ca-
nones ſubiungentes dicti doc. leges ſeruãdas in fo-
ro noſtro & canones in ſuo. Et addunt dicti doc.
in d. cap. ſuper eo. quòd † ad hoc vt crimen repel- 45
lat teſtem requiritur quod ſit tale quod repellat
à promotione, & fuit dictum Alani & Vincentij in
d. ca. ſuper eo. vbi volunt quòd ſit graue & enorme
delictum. vt not. in cap. ex tenore. de tempo. ordi.
etiam ſi non ſit conuictus damnatus, vel confeſſus
repellitur de iure canonico. Sed hæc ſententia glo.
Butrig. & Imol. non videtur mihi bona, nec credo
conſtituendam differentiam inter ius canonicum
& ciuile. & primo allego † tex. no. de iure ciuili, vbi 46
accuſatus de crimine, repellitur à dignitatibus, licet

nondum

nondum ſit conuictus vel confeſſus, vt.l.reus de-
latus.ff.de mu.& ho.& ſi ſententia contra eum fer-
tur & appellauerit nihilominus repellitur,& appel
latio nil prodeſt,vt etiam inquit ibi tex.Ita dicendū
47 erit in teſte:quia † ferè teſtimonium eſt dignitas ge-
neroſa,vt heri dixi 32.q.5.c.præceptum.

Necobſtat.l.3.§.lege Iulia.ff.de teſti.vbi inquit
quod damnatus publico iudicio repellitur, quo-
niam reſpondeo quòd ibi non negat quominus e-
tiam non damnati omnino repellantur prout po-
nit multa exempla. Pro hac ſententia etiam facit.
48 nam † confeſſum de crimine cōſequitur infamia de
iure ciuili : vt in l.1.ff. de his qui no.infa.& l. quo-
niā.ergo alius quàm damnatus de iure ciuili repelli-
tur.Nec valet dictum But.& Imo. dum dicūt quòd
damnatus ad beſtias repellitur à teſtimonio, licet
non ſit damnatus : quoniam nō video differentiam
inter eum qui pugnauerit cum beſtijs,& qui cōmiſit
furtum, nam ei opponitur quòd pugnaueris cum
beſtijs, & es confeſſus, tunc repellaris, ita eſt in fur-
to,per dictam l.1.de his qui no.infa.Si autem negas
te pugnaſſe cum beſtijs quomodo dicemus te eſſe
infamem ſic non conſtat de delicto.

49 Et ideo concludatis generaliter & indiſtinctè
quòd † vbicunque opponitur exceptio criminis con
tra teſtem, teſtis debet repelli etiam ſi non ſit con-
demnatus de delicto, dummodo probetur delictū
periura ſupradicta, & per rationem.cap.fin.eo.tit.
50 † nam ille qui excipit contra aliquem de crimine
videtur eum accuſare,de quo in d.c.fin.Non placet
etiam dictum Ala. quod ſequuntur alij doct.quod
ad hoc vt crimē repellat teſtem ſit neceſſe vt ſit gra-
ue vel enorme : quoniam iura loquentia de crimi-
nibus repellentibus teſtem non diſtinguunt an ſit
graue vel ne,ſed ſolum diſtinguunt an ſequatur in-
famia vel ne quantum ad cauſam ciuilem. quan-
tum vero ad criminalem indiſtinctè repellitur cri-
minoſus etiam ſi infamia eum non ſequitur. vnde
intelligatis generaliter de quolibet crimine ſecun-
dum diſtinctionem cap. teſtimonium. pro hoc fa-
cit.§.l.Iulia. qui vult indiſtinctè poſitum in vincu-
51 lis non poſſe teſtificari.non enim credo † eſſe pro-
hibitum : quia ſit in vinculis: ſed quia videtur ſu-
ſpectus & quodāmodo infamis de crimine ex quo
poſitus eſt in vinculis. quæ ratio facit pro eo quod
ſupra tenui, quòd etiam non condemnatus de iure
ciuili repellitur ſi obijciatur crimen, per dictum.§.
l.Iulia. nam vincula vel carcer non habent inferre
metum iuſtum, vt exiſtens in carceribus non poſsit
teſtificari,per ea quæ no.per Ange.in l.qui à latro-
nibus.ff. de teſta. ſed repellitur in vinculis poſi-
tus:quia eſt ſuſpectus de crimine, & quodammodo
infamis,vt ſupra dixi.

52 Vltra prædicta dubitatur, † quid ſi obijciatur cri-
men contra teſtem, & ipſe negat, vel obijciatur teſti
quòd eſt inimicus, domeſticus, vel conſanguineus
in tali caſu in quo repellitur à teſtimonio,ille ne-
gat , an debeat deſerri receptio huius teſtis donec
fuerit probatum de crimine, vel de alijs qualitati-
bus repellentibus eum Inn.in c. ex parte d. de teſti.
concludit quòd exceptio oppoſita contra teſtem
admittitur, quando opponens offert ſe incontinen-
ti probare id quod opponit, vel ſi quod opponitur
ſit publicum,& notorium. Si vero quod opponitur
contra teſtes requirit altiorem indaginem, tunc re-
ſeruabitur poſt publicationem teſtium, per d.c.ex
parte.& auth.ſi dicatur. C.eo.tit.Et hoc ſiue repro-
batio fieret per inſtrumentum, ſiue per teſtes.

Hoſt.in d.ca.ex parte. tenuit quòd ſtatim debet
exceptio recipi, ſed probatio debet differri in tem-
pus diſputationis. & hoc tacitè videtur ſentire glo.
in d.c.ex parte. Alia fuit opi.Guil.de Cuneo in d.
auth.ſi dicatur. vbi dicit quòd exceptio teſtium re-
probatoria ſtatim debet admitti ſi periculum eſt in
mora differen. vt quia opponens illum eſſe crimi-
noſum dicit teſtes per quos vult crimē probare bre-
ui eſſe morituros, vel in longinquam patriam pro-
fecturos, vel alteri ſubeſt periculum. arg.in c.quo-
niam frequenter.§.1.vt lit. non conte.aliâs autē dif
feretur in tempus diſputationis poſt dicta teſtium
publicata. Io.An.in d.c. ex parte. concludit quòd
ſtatim debet recipi exceptio, vt etiam ſentit Hoſt.
Sed an probatio ſtatim ſit fienda, vel ne hoc relin-
quitur arbitrio iudicis qui conſideratis circunſtātijs
poterit arbitrari differendam eſſe probationem vel
ne.In aliquibus tamen caſibus dixi omnino eſſe ad-
mittendā probationem exceptionis oppoſitæ. Pri-
mus caſus quem ponit gl. in d.c. ex parte.ſi iſte qui
producitur in teſtem habeat cauſam criminalē cum
eo contra quem producitur in teſtem: nam hoc ca-
ſu eſt admittenda prius probatio an habeat illam
cauſam criminalem, vel ne: vt in authen.de teſti.§.
quia vero.& in d.auth.ſi dicatur.

Secundo recipitur probatio in caſu. cap. licet. de
proba.& hos duos poſuit glo.in d.c.ex parte. Fal-
lit tertio ſecundum Io.And.ibi.quando opponitur
exceptio excommunicationis contra teſtem, & hoc
propter periculum excommunicationis cap.pia.de
excep.in 6. Fallit quarto, quando opponitur con-
tra teſtem quòd eſt ſeruus pœnæ, & ipſe dicit ſe li-
bertum.d.auth.ſi dicatur.

Admittitur etiam alijs caſibus generaliter ſi iu-
dex videret periculum imminere ſi probatio diſ-
ferretur. In dubio tamen melius facit iudex probat
excep.differre poſt publicat.teſtium.

Addit Butri. dictis fallentijs ſecundum Innoc.ſi
quando probatio eſt manifeſta, vel in continenti
offert ſe probaturum,& hanc opin.dicit Io.An.eſſe
tenendam.

Præterea notandum eſt ſecundum Butr.& Imo.
vt opponens qui opponit contra perſonam teſtis of
ferat ſe paratum in continenti probare exceptio-
nem cōtra perſonam ipſius teſtis. de hoc etiam po-
nitur per Specu.in §.1.verſi.item quid ſi dicitur. vbi
finaliter concludit † quòd ſi ille qui offert ſe proba- 53
turum in continenti ex mora poſſet pati pericu-
lum, vt ſi teſtes ſint infirmi, vel ituri ad campeſtre
bellum, vel maritimum, tunc recipiantur, ſi offert
ſe in continenti velle probare,& ſic exigit Spec.duo
vt admittatur probatio ſuper exceptis. primo quòd
incontinenti velit probare ſecundum quòd pericu-
lum ſit in mora differendo, aliàs videtur opponere
cauſa differendi iudicium ſecundum Spec.ar.in l.1.
§.fi.ff.de ſer.

Si vos teneatis ſententiam Innoc. vt ſi offerat ſe
in continenti probaturum etiam ſi periculum non
ſit in mora nihilominus admittitur probatio: quo-
niam in mora modici temporis poteſt eſſe paruum

præiudicium. l. ſi debitori. ff. de iudic.
54 Sed pro ſententia Inno. adduco tex. in l. 3. §. item
ſubiungit. ff. ad exhib.

Subijcit † tamen Spe. vnum quod ſi recepta pro-
batione exceptionis oppoſitæ contra reſtem iudex
pronunciet teſtem eſſe recipien. vel non recipien. à
tali interlocutoria poterit appellari. quod eſt no-
tan. de quo aliàs dixi in l. ab arbitro. ff. qui ſa. co.
55 Bal. in d. auth. ſi dicatur concludit quòd † exceptio-
nes quæ oriuntur poſt litis conte. vel emergunt non
habent impedire iudicium: nam vbi dubitatur de
defectu iudicij qui effectus non abſorberet ius par-
tis, tunc non impedit, ſed differtur tempore ſenten-
tiæ diffinitiuæ, ſicut eſt in poſitionibus, capitulis, &
ſimilibus de quibus etiam infra videbitis tangi. te-
neatis opi. Inno. tanquam veriſsimam.

56 Conſequēter † poteſt opponi vltra prædicta con-
tra teſtem quòd recepit pretium pro teſtimonio fe-
rendo, vel non ferendo, vel eſt ei promiſſum vt di-
ceret falſum, vel fuit inſtructus ad dicendum. vn-
de eius dictum non valet. hæc omnia ponit Spec. in
§. 1. ver. item opponitur. facit l. ſi quis. in fin. C. eo.
tit. & l. eos.

57 Ideo † inquit Specu. aduocatum fatuè agere qui
loquitur teſtibus ante depoſitionem. Item poteſt
opponi ſecundum Specu. quòd prece fuit inductus
ad teſtificandum. hoc tamen vltimum de prece li-
mitauit Spec. Hoſt. & Butr. in c. 1. extra eo. tit. pro-
cedere quando eſſet corruptela. nam ſecundum ip-
ſos poteſt prece induci ad teſtifican. & ita videmus
fieri tota die.

Poteſt etiam opponi teſti. crimen falſi teſtimo-
nij dicti à teſte corrupto l. nullum. C. eo. & c. licet.
de proba. Innoc. tamen & gloſſ. in d. c. licet. tenent
58 † quod ſufficiat allegare corruptelam tantum licet
non falſitatem. Et hoc verum ſecundum Innoc. ſi
allegatur corruptela tantum ante ſententiam poſt
ſententiam non ſufficit allegare corruptelam, niſi
allegetur, & falſitas cum corruptela. pro qua ſenten
tia facit dictum ca. licet. Bart. tamen in l. diuo. de re
iudic. tenet quòd etiam poſt ſententiam poteſt al-
legari ſola corruptela: quia teſtis corruptus punitur
de falſo. l. 1. ff. de fal. Imo. tamen tenet opin. Innoc.
quia non ſequitur teſtis eſt corruptus: ergo dixit
falſum, nec etiam ſequitur quòd licet teſtis ſit cor-
ruptus ſit periurus: quia iurat dicere teſtimonium
remotis odio, amore, timore, & pretio. de quo per
glo. in c. fraternitatis. eo. ti. quoniam per hoc adhuc
non probatur dixiſſe falſum.

Mihi tamen magis placet ſententia Bart. vt poſt
ſententiam etiam ſola corruptela poſsit allegari:
quoniam vbi pars corrupit teſtem in dubio inter-
pretari debemus ipſum dixiſſe falſum. primo pro-
pter odium partis corrumpentis: ar. in l. locum. §.
condemnatio. ff. de tabu. exhi.

Secundo: quia non eſt veriſimile quòd eum cor-
rupiſſet, vt verum diceret. Imol. eſt præſumptio ꝙ
ex quo corrupit eum quod velit eū inducere ad te-
ſtificādum falſum. Tertio: quia iſte teſtis qui ſemel
eſt periurus, ex quo recipit pretium præſumitur etiā
periurus in teſtimonio adeo quòd ſemel malus in
eodem genere mali præſumitur etiam malus: argu.
ex his quæ vidiſtis notari ex materia. c. teſtimoniū.
& eorum quæ no. in l. Caſsius. ff. de ſenatoribus.

Præterea hæc corruptela præſumptiuè concludit
falſitatem, † & præſumptiones iuris ſunt liquidiſsi- 59
mæ probationes: vt no. glo. fin. in l. ſi tutor petitus.
C. de pericu. tu. Dicit tamen Innoc. in cap. ſicut no-
bis. extra de teſti. quòd in vno caſu poſt ſententiam
poteſt allegari corruptela tantum, ſcilicet, quando
ſententia non tranſiuit in rem iudicatam: vt quia
eſt cauſa matrimonialis. & hoc modo intelligitur
dictum c. ſicut nobis. vel aliàs eſſet interpoſita ap-
pellatio ſecundum Io. An. & But. in præallegato c.
ſicut nobis, &c.

Vlterius dubitatur nunquid † denunciator cri- 60
minis poſsit eſſe teſtis in cauſa quam denunciat: bre-
uiter concludite ex mente gloſſ. & aliorum in ca. in
omni extra eo. quòd in denunciatione ad corre-
ctionem peccati denunciator poteſt eſſe teſtis: ſecus
in alijs indicialibus quæ pœnitentialiter non agun-
tur, vt in d. ca. in omni & hæc ſupradicta declarant
perſonas, quæ prohibentur ratione criminis vel in-
famiæ. Sed pro declaratione † prædictorum quæ- 61
ritur, quid ſi teſtis dixerit ſe infamem vel crimino-
ſum vt euitetur teſtimonium, an audiatur, & ei cre-
datur. Inno. in c. inquiſi. de accuſ. dicit credendum
eſſe ſimplici aſſertioni † quia crudelis eſt qui negli- 62
git famam ſuam 12. quæſt. 1. c. nolo. Spec. in §. 1. ver.
quid ſi teſtis dicat, dicit quòd ſibi differatur iura-
mentum, vt per iuramentum vel torturam veritas
habeatur: ar. 5. q. 5. c. illi qui. Sed quid erit ſi † teſtis 63
eſt criminoſus ſecundum tempus depoſitionis non
criminoſus tempore iuramenti an repelletur. Arch.
concludit quòd ſi eius crimen non eſt notorium
teſtimonium recipietur, & reſeruabitur in tempus
diſputa. teſtium. Si vero ſit notorium eum eſſe cri-
minoſum tempore quo deponit non admittetur
eius dictum propter infamiam ſuperuenientem 8.
quæſtio. 3. c. talia † fatuus enim eſſet iudex qui illum 64
reciperet ſecundū Arch. 3. q. 5. c. conſtitutus. Guid.
de Sum. vt refert Io. An. in §. opponitur, verſi. quid
ſi teſtis concludit teſtem non eſſe recipiendum, &
eius dictum non valere, quoniam debet eſſe habilis
vtroque tempore, & hoc videtur tenere Io. And. in
regula peccatum de regu. iur. lib. 6.

Paulus † in d. c. teſtimonium, dicit quòd hoc non 65
procedit, quando teſtis recipitur à iudice, ſecus ſi
recipietur ab executore dato ad examinandum te-
ſtes. ſed poſtea tempore diſputationis fides eius re-
pelletur. Nec obſtat ſi dicatur quòd pars non oppo-
ſuit teſti, quoniam potuit ignorare eum eſſe crimi-
noſum, propterea in delatione iuramenti non vo-
catur pars vt opponat, ſed vt videat iurare c. in no-
mine extra eo. Et hoc videtur tenere But. in c. teſti-
monium. Vos concludite quòd ſi pars ſciuit eum
criminoſum, vel tempore iuramenti, vel tempore
depoſitionis, & non oppoſuerit, amplius non pote-
rit opponere, per ea quæ notantur per Cyn. in auth.
ſi dicatur C. eo. titu. Sed contra prędictam determi-
nationem doc. ſupradictorum fortiter † facit quod 66
no. pulchrè per glo. in Cle. 1. de offi. dele. vbi dicit
gloſſ. quòd in teſtibus potiſsimè attendimus iura-
mentum, nō autem tempus depoſitionis.

Propterea inquit gloſſ. illa notabilis † quòd ſi te- 67
ſtis iurauerit die non feriata, poterit poſtea depo-
nere die feriata, quia attendimus iuramentum non
tempus depoſitionis. Pro hoc facit quod not. in l.
damni

damni §. Sabinus ff. de dam. inſec. per Bart. & Ang.
vbi ſi ſtatuitur terminus octo dierum ad proban-
dum ſufficit teſtes iuraſſe in dicto tẽpore octo die-
rum, licet non depoſuerit, quia iuramentum atten-
ditur in teſtibus, & non depoſitio. Ergo idem eſt
68 hic dicendum † quòd ſi teſtis erat habilis & non cri-
minoſus tempore iuramenti hoc ſufficit, licet fuerit
inhabilis tempore depoſitionis. Pro concordia ta-
men harum opi. crederem ſic poſſe diſtingui. Aut
nos quærimus de his quę concernunt ſolemnitatem
teſtium producendorum, & in his conſiderare de-
bemus tempus iuramenti tantum, & non depoſitio-
nis. Ita intelligitur Gloſſ. in d. Cle. prima & Bar. &
Ang. Aut loquimur in his quæ concernunt fidem
teſtis, & tunc non modo conſideratur tempus iura-
menti, ſed etiam tempus depoſitionis, quoniam fi-
des maximè verſatur in depoſitione.

69 Vlterius † viden. eſt quis habet probare perſeue-
rantiam, vel emendationem criminis. Dicatis quod
in criminali negans perſeuerantiam habet proba-
re, per regulam ſemel malus. Idem eſt in ciuili, ſi
crimen eſt notorium, ſi autem eſt occultum habet
probare dicens perſeuerantiam, vt fiat interpretatio
in meliorem partem, & ne præſumatur immemor
ſalutis æternæ, prout diſtinxit Io. 2. q. 7. c. ipſi apo-
ſtoli. Idem tenet Spe. eod. titul. §. 1. ver. item oppo-
nitur. Imo tamen in d. c. teſtimonium, dicit non eſ-
70 ſe diſtinguendum, quod credo verum. Sed † qua-
liter dicemus emenda. criminis probari? Gloſſ. in d.
c. teſtimonium, dicit probari per ſacerdotem con-
feſsionis 2. q. 1. c. ſi peccauerit 1. diſtin. c. in capite, &
ibi per Archi. Inno. in d. c. teſtimonium, dicit quòd
confeſsio poteſt probari & pœnitentiæ iniunctio
per ſacerdotem, ſatisfactio autem exterior proba-
tur per familiares, & alios qui viderunt, ſufficit oc-
culta ſi delictum eſt occultum. Si vero eſt maniſe-
ſtum requiritur maniſeſta, licet non ſit ſolemnis d.
c. ſi peccauerit. Et ſubijcit Inno. quòd in aliquibus
videtur quòd ſimplici verbo ſacerdotis ſine iura-
mento credatur, quod facit ſecundum Hoſt. quia in
illo actu vices Dei gerit. ca. ſi ſacerdos de offi. ord.
Ideo ab eo ſicut nec à Deo non exigitur iuramen-
tum. Aliqui tamen tenent contrarium, quia hic non
deponit in ſoro pœnitentiali ſed in cõtentioſo, pri-
mum tamen eſt æquius ſecundum Hoſti. ſed ſecun-
dum eſt verius, & primum tenet Arch. in d. c. in ca-
71 pite † & dicit Ioan. And. hunc eſſe vnum de caſibus
in quibus admittitur teſtimonium vnius, & hoc pro
pter neceſsitatem, quia fit in ſecreto. Alium ca-
ſum habetis vbi creditur vni teſti in l. Theopom-
72 pus, de do. præ. Vlterius † dubitatur an ſi opponi-
tur exceptio criminis contra teſtem, debeant dari
capitula ipſi teſti ad probandum crimen? Gloſſ. in
d. c. teſtimonium, tacitè ſentit quòd nõ, quia agitur
directo contra partem producentem non contra
teſtem.

Et hoc idem tenuerunt Io. An. Butr. & Imo. niſi
teſtis offerret ſe ad defenſionem ſuam per not. per
Inno. in ca. peruenit de fideiuſ.

73 Vlnimo † addite quòd Bar. in l. prima. ff. de teſta.
tenuit infamem non repelli à teſtimonio, ſi habe-
batur pro non infame per d. l. 1. ſed illa opi. repro-
batur per Bal. de qua opi. infrà dicam, vbi declara-
bo quæ opponantur contra dictum teſtis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis conſimilem cauſam habens vel crimen à teſtimonio repellitur.*
2 *Intellectus ad c. perſonas de teſti.*
3 *Teſtis ſuper facto teſtimonium ferre debet, non ſuper iure.*
4 *Aduocatus an & quando poßit eſſe teſtis in cauſa appellationis ſeu principali nu. 5. 6. 8.*
5 *Iudex quando poßit eſſe teſtis in cauſa.*
7 *Intellectus ad l. conſenſu. C. de repud.*
8 *Edictum de teſtibus permiſſorum.*
9 *Aduocatio præiudicat aduocato cur nõ poßit dicere cauſam in qua aduocabat iniuſtè.*
10 *Procurator an poßit eſſe teſtis in cauſa in qua eſt cur fuit procurator, maximè in cauſa appellationis, & nu. 13. 14. 15. 16.*
Procurator non iurat de calumnia.
11 *Intellectus ad §. ſi verò in auth. de fid. inſtrum.*
12 *Procuratoris officium eſt voluntarium.*
13 *Tutor plus iuris habet in bonis pupilli, quàm procurator in cauſa in qua eſt conſtitutus.*
14 *Procurator ad vnum articulum tantum, an poßit eſſe teſtis in alijs.*
15 *Teſtis vbicunque tractat de ſe exonerando, non eſt idoneus teſtis.*
17 *Procurator reuocatus lite pendente, & poſtea in teſtem productus, non poteſt teſtimonium in ea cauſa dicere.*
18 *Famulus de domo expulſus ad teſtificandum pro domino non admittitur.*
19 *Teſtium ſolicitator à teſtimonio repellitur, non eius ſocius.*
20 *Procurator in cauſa poſſeßionis, an poßit deponere in cauſa proprietatis, & quid in procuratore ad negotia, et num. 21.*
22 *Notarius factorum quando poßit in alia inſtantia in teſtem produci.*
23 *Iudex in quibus caſibus poßit teſtificari, & nu. 24. cum ſeq. & num. 34.*
24 *Intellectus ad c. ſtatuendum 2. q. 6. & nu. 37.*
25 *Iudex an cogi poßit teſtificari in cauſa criminali.*
26 *Arbiter an poßit eſſe teſtis, & nu. 34.*
27 *Iudex de ſua priuata conſcientia non iudicat.*
28 *Aduocatus & iudex in eadem cauſa quis eſſe non debet.*
29 *Intellectus ad l. ſi de teſti.*
30 *Intellectus ad l. ne in arbitris, C. de arbitr. & nu. 40.*
31 *Differentia inter appellationem & in integrum reſtitutionem.*
32 *Dicto plurium iudicum de intentione communi ſuper verbo ambiguo creditur.*
33 *Interpretatio ſententiæ ad iudicem ſpectat.*
34 *Intellectus ad c. non ſine de arbitr.*
35 *Dicto alicuius quando ſtandum ſit.*
36 *Intellectus ad l. ob carmen. ff. de teſti.*
38 *Condemnatio ex vno teſte ſequi non poteſt.*
39 *Sententia iudicis reprobantis teſtes an ipſos infamet.*
41 *Arbitrator an, & quando poßit teſtimonium ferre.*
42 *Venditor an & quando poßit eſſe teſtis idoneus in lite mota ſuper re vendita.*
43 *Proxeneta an ſit teſtis idoneus in contractu, & nu. 44. 61. cum ſeq.*
44 *Intellectus ad l. fin. fin. regund.*

45 *Donans an poßit teſtificari ſuper controuerſia rei donata.*

46 *Cedeus iura ſua an pro ceßionario teſtificet. & num. 47. & 50.*

47 *Vaſallus vel emphiteuta non pſſunt pro domino teſtificari, nec dominus pro eis, vbi de re emphiteutica vel feudali agitur.*

48 *Donata alteri eſt ſpecies lucri.*

49 *Donatarius donanti gratus eſſe debet, & illi ad antidora tenetur.*

51 *Fideiuſſor an poßit eſſe teſtis in cauſa principalis ſuper actione pro qua fide iußit.*

52 *Adhærens cauſa an in ea ad teſtificandum admittatur.*

53 *Tutor an à teſtimonio repellatur, in cauſa ſui pupilli.*

54 *Legatarius an & quando idoneus teſtis ſit, & nume. 55. 56. 57.*

55 *Intellectus ad l. qui teſtamento ff. de teſta. & §. legatarij Inſt. de teſta. & num. 58.*

56 *Teſtem qui ſemel approbauit, amplius illum tanquam teſtem improbare non poteſt.*

57 *Hæres approbationi defuncti contrauenire non poteſt.*

59 *Teſtificari in cauſa vſuraria an poßit ille, qui ad vſuram accepit.*

Teſtificari in cauſa propria quot modis quis dicatur.

61 *Proxeneta an cogi poßit teſtimonium dicere.*

52 *Intellectus ad Gloſſam in § nihil autem, in authen. C. de fide inſtu.*

63 *Par affectio tollit omnem præſumptionem ſuſpicionis teſtis.*

64 *Intellectus ad c. primum de teſti. lib. 6.*

65 *Conſocij & criminis participes an ad legitimum teſtimonium admittantur.*

66 *Delinquens qualiter opponere debeat contra ſocios criminis participes.*

67 *Confeßio ſocij criminis an faciat indicium ad torturam.*

68 *Accuſator an poßit in teſtem deducere aliquē ex his qui homicidium feciſſe dicuntur.*

69 *Prælatus an in cauſa eccleſiæ ſuæ poßit eſſe teſtis.*

Declaratio ad capitulum inſuper de teſti.

70 *Clericus in cauſa ſua eccleſia admittatur ad teſtimonium.*

71 *Teſtificari an poßit in cauſa vniuerſitatis vel collegij quilibet de vniuerſitate vel collegio, & numer. 72. cum ſequen.*

72 *Differentia inter vniuerſitatem eccleſiaſticam & ſecularem.*

73 *Teſtis de vniuerſitate an poßit teſtificari pro aliquo de niuerſitate in cauſa criminali.*

74 *Vicinus in cauſa criminali non eſt teſtis idoneus.*

75 *Omnes de vniuerſitate ſi excommunicati ſunt, an vnus contra alium admittatur in teſtem.*

76 *Canonicus an teſtificari poßit pro alio canonico.*

Quando teſtes repellontur ratione affectionis.

CAP. IIII.

EXPEDITA tertia parte primæ principalis ſupereſt nunc videre quando teſtis repellatur, vel ſibi non credatur ratione affectionis ad cauſam vel
1 commodi. Primo † repellitur teſtis qui habet conſimilem cauſam vel crimen. c. perſonas. eo. titu. 4. q. 3. liberi teſtes. & l. quoniam. C. eod. Facit optimè c. cauſam. de iudicijs. & hoc videtur tenuiſſe Spe. §. 1. verſi. item quòd habetur Hoſt. in d. c. perſonas, tenuit oppoſitum: quoniam ſequeretur ſecundum eum quòd vnus emptor non poſſet eſſe teſtis in cauſa alterius emptoris. quod videretur incongruum,
niſi eſſet valde ſuſpectus. Nec † obſtat ſecundum e- 2
um c. perſonas. quia loquitur in ſocio & participe criminis ſecundum d. l. quoniam Io. An. concludit vt relinquatur arbitrio iudicis, qui habebit conſiderare an deciſio cauſæ in qua producitur in teſtem habeat quicquam inſerre ad illam, quòd tunc repellatur, aliàs non. Butri. in d. c. perſonas, ſequitur opi.
Hoſti. illa conſideratione † quia teſtis non habet te- 3
ſtificari ſuper iure, ſed ſuper facto. l. teſtium. C. eo. & ſic non concluditur in cauſa alia: ſecus eſt in iudice qui habet decidere de iure, qui propter conſimilem cauſam repellitur etiam in ciuili c. cauſam. de iudicijs. Imo. videtur defendere Io. An. declarans cauſam vbi teſtis poteſt commodum percipere ex conſimilitudine cauſæ. Nam ſi dubitaretur an eſſet ſtandum dicto proxenetæ in cauſa emptionis. & ad hoc adduceretur conſuetudo, & hoc caſu poſſet verſari commodum emptoris, qui deponeret eſſe ſtandum dicto proxenetę. & poteſtis concludere generaliter quòd ſi verſatur commodum vel intereſſe teſtis habentis conſimilem cauſam, ille non erit idoneus. & hoc eſt quod voluit Io. An.

Secundo videndum eſt de aduocato. conclndite
† aduocatū non admitten. l. fi. ff. eo. c. Romana. eo. 4
tit. in 6. ſiue ſuerit aduocatus in cauſa principali, ſiue in cauſa appel. in nulla enim cauſa poterit teſtificari in d. c. Romana. Quod verum intelligit Spe. in §. 1. verſi. item quòd eſt aduocatus. quando aduocatus prius non depoſuiſſet dictum ſuum quam eſſet electus aduocatus. quia ſi prius depoſuit dictū
ſuum, tunc poterit eſſe aduocatus, † & etiam iudex. 5
& hoc dicit fuiſſe ex mente Hugolini. quod dictum Spec. reprobat Imol. in d. c. cum à nobis. quoniam videtur ſuſpectus ne velit tueri dictum ſuum. nam ſi alias pronunciaret contra illud, vel aduocaret, poſſet quodammodo notari de inſamia, & de periurio per id quod habetur in d. c. teſtimonium. & in c. cum dilectus. de ord. cogni. Hoc dictum Inno. credo verum in iudice, vt repelleretur à iudicādo. ſed dictum ſuum valet per rationem ſuam, ſed in aduocato ceſſat illa ratio: quia aduocatus poterit pręſtare patrocinium pro defendendo dictū ſuum. Concludatis ergo quòd non vitiatur dictum ſuum. licet poſteà eligatur iudex, vel aduocatus. Sed quando eligitur iudex repellitur, & hoc modo intelligitur dictum Imo. Hęc ſuprà dicta de aduo. locum habent poſtquam cœpit patrocinari: ſecus ſi cœpit patrocinari, ſed cōuenerit de ſalario, & paratus fuerit præſtare patrocinium, vt tenuit Glo. in l. fi. ff. e. & Spe. in §. 1. ver. item quod dixi.

Et † idem tenuit Ioan. And. in addi. ſuper verſi. 6
item quòd fuit aduocatus, qui reprobat Guidonem, qui tenet quòd etiam ſi conuentum ſi de ſalario nihilominus admittitur: quia lex ſimpliciter non repellit aduocatum, ſed eum qui præſtitit patrociniū: vt in d. l. fi. lex illa fi. fortiter facit pro ſententia ſupradicta dum dicit ibi. qui patrocinium præſtiterunt. attamen videtur fortiter facere cōtra hanc ſententiam: quia ex quo conuentum eſt quòd pręſtet patrocinium, iam videtur applicaſſe animum ad

cauſam

cauſam & affectionem, licet nondum præſtiterit.
Præterea conſideratur etiam affectio futura propter
quam poſsit repelli aduocatus. Si vero ſuſcepit offi-
cium aduoca. & præſtiterit patrocinium, tunc in
eadem cauſa, nec in cauſa appellationis poterit te-
ſtificari, vt ſupra dixi, facit l. nemo. C. de aſſeſſ. niſi
produceretur aduocatus de voluntate vtriuſq; par-
tis. & ex his quæ not. in c. 1. extra eod. in 6. immo
poſſet cogi aduocatus à parte contra quam produ-
citur in teſtem, ſecundum Specul. in ver. quid ſi ad-
uocatus, & no. in d. l. fin. & ſic contra eum pro quo
fuit aduocatus poterit produci. In alia autem in-
ſtantia aduocatus poſſet produci: quia ad illam non
habet affectionem. Addit tamen vnum Butri. in d.
c. cum à nobis, quòd deficientibus alijs probatio-
nibus admitteretur aduocatus in ſubſidium, vt ſi di
cantur aliqua acta in præſentia ipſius aduocati &
partium, ex quo veritas aliter apparere non poteſt:
ar. in l. conſenſu. C. de repu.

Et hoc videtur ſequi Io. An. in addi. ſuper verſi.
item quòd fuit. Imo. tamen videtur reprobare hoc
vltimum: quia videtur imputandum partibus qua-
re non fecerunt redigi in ſcriptis per not. actorum,
vel quare alios teſtes non adhibuerunt. poſſet tamē
ſecundum Imo. ad informationem & præſumptio-
nem recipi aduocatus: argum. eorum quæ habentur
7 in c. de conſilijs. 19. di. Hoc † dictum Imol. videtur
mihi verum, non tamen reſpondet ad l. conſenſu.
Sed vos reſpondeatis prout ſuprà dixi in parte do-
meſticitatis quòd l. conſenſu, loquitur de his acti-
bus quæ non ſolent tractari niſi occultè & inter eos
de domo. Ideo non facit ad dictum But. & Io. An.
licet in iudicando non poſſet ab eis recedere. Sed
quid dicemus ſi aduocatus recipit pecuniam ab al-
tera partium vt alteram non foueat, videtur quòd
non poſsit eſſe teſtis: arg. 3. q. 1. c. ea lege. arg. tamen
8 contra † quia edictum de teſti. eſt permiſſorium vt
in l. fi. ff eo. ita dicit Spe. in ver. quid ſi recipit. quod
dictum Spe. non credo verum. immo credo primā
opin. veriorem propter receptionem pecunię: quia
iam contractus habet executionem pro parte. ideo
videtur repellendus, & etiam: quia negare non poſ-
ſumus quominus is aduocatus qui iam pecuniā re-
cipit habeat affectum ad cauſam.

Notandum eſt etiam vltra prædicta ſecundum
Spe. in d. verſicu. quid ſi aduocatus, quòd ſi quis ſit
inſpectus teſtis in aliquo contractu vel inſtrumen-
to ex quo nunc agitur & ipſe in cauſa patrocinatur
non poterit amplius in teſtem produci. Subdit ta-
men Specul. quòd per tale inſtrumentum probabi-
tur contractus licet aduocatus non poſsit depone-
9 re. Addendum † eſt vnum aliud quòd aduocatio
præiudicat aduocato vt non poſsit dicere cauſam
iniuſtam in quam aduocabat. facit quod not. in c.
ex literis. de tranſact. ſed an præiudicet in iure ad-
uocati ipſius dic vt ibi per Spec. & in l. fideiuſſor de
pign. & in l. Gaius. de pi. ac. Viſo de aduocato viden
10 dum eſt † de procuratore, an procu. poſsit eſſe teſtis
in cauſa in qua eſt vel fuit procur. Gloſſ. in l. fin. ff.
eod. titu. tenet ſic: quia procurator non iurat de ca-
lumnia authen. principales. C. de iuramento cal. &
ſic non cenſetur eſſe eius cauſa propria. contrarium
no. Gloſſ. in l. differre. §. idem decreuerunt. ff. de
iure fi. Spe. in §. 1. ver. item quòd fuit in eadē cauſa.
concludit finaliter procuratorem à cauſa eſſe repel-
lendum. Nec † obſtat in authen. de fi. inſtru. §. ſi ve- 11
rò moriātur, quia ibi loquitur de mediatore. ſ. pro-
xeneta. nos verò loquimur de ipſo procuratore.
Quidam tamen refert ipſe Spec. dixerunt cum pro-
curatorem non admitti durante officio procurato-
ris, ſed finito officio bene admittitur. c. inſuper eod.
titul. de hoc tamen ſe remittit Specul. ad no. per In-
not. in d. c. inſuper. vbi Innoc. videtur concludere
quòd procu. durante officio procurationis, & eo
exercente. non poſsit eſſe teſtis. ſed ſi ſit inſtitutus
procurator, & procurationē non exerceat, tunc non
repellitur ſecundum Inno. quia non reperitur pro-
hibitum. pro hac ſententia Inno. facit quod heri di-
xi aduocatum non eſſe repellendum quando con-
uenit de patrocinio pręſtando. ſi modo ipſum non
pręſtiterit, ita poteſt rectè dici in procuratore. Cy.
tamen & Ia. Bal. in l. omnibus. C. eo. tenent ſimpli-
citer non admitti procuratorem. quia repellitur tu-
tor. l. fi. ff. eo. cuius officium non eſt voluntarium.
ſed dicitur neceſſarium † ergo multo magis repelli- 12
tur procur. cuius officium eſt voluntarium. Huic
tamen motiuo poteſtis reſpondere † tutorē plus iu- 13
ris habere in bonis pupilli quam procur. in cauſa in
qua eſt conſtitutus: ait in l. qui fundum. §. tutor. ff.
pro emp. & l. interdum. §. qui nitelā. ff. de fur. & ad
plura obligatur tutor pupillo quàm obligatur pro-
cur. domin. Io. An. in nouella in c. Romana. eod.
titu. concludit ꝙ procur. qui eſt dominus inſtantiæ
non poteſt eſſe teſtis etiam in cauſa appella. ar. in l.
ita demum. C. de procu. Secus † ſi eſſet procu. ad v- 14
num articulū tantum: quia in alijs poteſt eſſe teſtis.
& hoc videtur tenere Bal. in d. l. omnibus, & Alb.
in d. l. omnib. videtur ſequi opi. Cy. per c. inſuper.
e. ti. Pro concluſione huius articuli poteſtis conclu-
dere primo vnam concluſionem, ſcilicet quòd pro-
cu. qui non exercuit officium poteſt eſſe teſtis ad
ſimilitudinem aduocati, vt ſuprà tetigi. opi. Inno.

Si verò exercuit concludite quòd durante ea-
dem inſtantia ſiue cauſa non poteſt eſſe teſtis, ſicut
dictum eſt in aduocato. Si autē in alia inſtantia in
qua non eſt procu. tunc, ſi commodum vel incom-
modum poterit ad eum ſpectare non erit teſtis ido-
neus. vt no. Bar. in d. l. differre. §. idem decreuerūt.
Ideo dicit ibi Bart. quòd ſi peto à te. c. cauſa mutui
quæ dico me tibi mutuaſſe per Titium procurato-
rem tuum, nō potero Titium producere in teſtem:
quoniam hic verſatur commodum ipſius procura-
toris: quia ſi non apparet Titium tibi numeraſſe pe-
cuniam, remanet mihi obligatus † & per hanc ſen- 15
tentiam Barto. poteſtis inferre quòd vbicunque te-
ſtis tractat de ſe exonerādo & liberādo non eſt ido-
neus. Si autem ad eum procuratorem non ſpectat
commodum vel incommodum, tunc etiam non
debet admitti niſi de conſenſu vtriuſque partis. vel
niſi producatur contra eum cuius fuit procur. ſe-
cundum Barto. in d. §. idem decreuerunt, idem vi-
detur tenere Imol. in d. c. inſup. Facit † c. Romana, 16
extra eo. But. in d. c. inſuper, ſequitur Io. An. in ad-
di. ſuper verſicul. ſed pone, vbi concludit quando
laus vel vituperium poteſt aſcribi procuratori ſu-
per eo ſuper quo teſtificatur, tunc non admittitur
in teſtem etiam finito officio procurationis, pro eo
pro quo fuit procur. Si autem non eſt laus vel
vitu-

vituperium, tunc Butr. vult poſſe admitti finito of-
ficio procurationis, imo tamen tenet indiſtinctè vt
ſuprà dixi. Barto. quia ſemper eſt ſuſpectus cum ha-
beat affectionem ad cauſam pro qua fuit procu. vt
ſuprà dictum eſt in aduocato. Subijcit tamen ipſe
Imo. quòd licet procurator non facit plenam pro-
bationem, admittetur ad faciendum præſumptio-
nem vel informationem habendam, pro hoc facit
ſecundum Imol. quod not. Domini de Rota. c. 22.
17 aliàs 122. deciſione † vbi ſi procurator eſt reuoca-
tus lite pendente, & poſteà producitur in teſtem
quòd ideo non poterit teſtimonium dicere: quia
prẹſumitur reuocatus in fraudem, facit c. ſedes extra
de reſcrip.

18 Ex † quo etiam poteſt dici quòd practica quo-
rundam expellen. famulos de domo vt poſsint te-
ſtificari in cauſa pro dominis non valeat, quando
expellũtur cœpto iudicio: quia prẹſumitur in frau-
19 dem. Dicunt † etiam domini de Rota. 148. deciſio-
ne quòd licet repellatur ſolicitator teſtium per l. fi.
ff. eo. tamen non repellitur ſocius ſolicitatoris qui
non ſolicitauit: ar. in l. nam ſocius. ff. pro ſo. & 81.
d. c. legitur. Ex prædictis apparet quòd procurator
in vna cauſa in alia in qua non eſt procurator poteſt
eſſe teſtis.

20 Amplius † dicit Butr. in c. cum à nobis, extra e.
quòd procurator in cauſa poſſeſsionis poteſt eſſe
teſtis in cauſa proprietatis. quod ſequitur Imo. & eſt
notandum.

Mihi tamen placet illa ſententia Butri. quòd vbi
laus vel vituperium non poteſt aſcribi procuratori,
quòd procurator finito officio procurationis pote-
rit in cauſa illa in qua fuit ꝓcurator teſtificari: quo-
niam ceſſat affectio ad ipſam cauſam ex quo ceſſat
cauſa affectionis inducendæ.

Præterea affectio quæ eſt in eſſe futuro non re-
pellit teſtem à teſtimonio, ſecundum communem
opi. in aduocato qui promiſit patrare patrocinium:
ergo multo minus affectio prẹterita. Item facit: quia
attendimus conditionem teſtis quando teſtifica-
21 tur: vt in l. 1. C. de teſtam. Vlterius † poteſt dubita-
ri de procuratore ad negocia, habetis Gloſſam v-
nam in c. Romana, extra eod. in 6. Videndum eſt
22 nunc † de notario. breuiter concludite quòd nota-
rius actorum poteſt in alia inſtantia in teſtem pro-
duci eo caſu fortè quo nõ appareret ſcriptura. pro-
pterea dicit Ioan. in c. quoniam. de proba. quòd ſu-
per proceſſu in alia inſtantia creditur dicto notarij
23 & iudicis. Conſequenter † videndum eſt de iudice,
& de hoc habemus tex. 2. q. 6. c. ſtatuendum. qui vi-
detur velle iudicem non poſſe teſtificari. ſed primo
concludatis aliquos caſus in quibus poteſt teſtifica-
ri, deinde videbimus quando non poteſt. Con-
cludite primò vbi veritas aliter apparere non po-
teſt, iudex remouetur ab officio iudicandi propter
neceſsitatem officij teſtificandi, & hoc ſi petatur an-
te lit. conteſt. c. dilecto. c. de teſtibus. poſt lit. con-
teſt. non poteſt peti vt remoueatur ab officio iudi-
candi. Quare inquit Butri. in cap. dilecto, ex lit.
conte. iudex aliquid acquirat in inſtantia. Subijcit ta
men Imol. quem ſequitur Butri. in d. ca. dilecto
quòd ad hoc vt iudex remoueatur ab officio iudi-
candi propter officium teſtificandi eſt neceſſaria a-
liqua cognitio veriſimilis coniecturæ, per quam
præſumitur neceſſarius: & quòd de re illa veritatem
ſciat. hoc intelligendum eſt ſiue ſint plures iudices
quibus competat ius iudicandi ſiue ſit vnus tantum
ſecundum Hoſti. & Butri. Et per hoc ſoluitur quæ-
dam dubitatio quam Bald. in l. ne in arbitris. de ar-
bi. reliquit indeciſam ſcilicet, quando vnus tantum
eſt iudex an ab officio iudicandi remoueatur cauſa
teſtificandi. Sed hic dubitatur quid ſi iudex qui pe-
titur ad teſtificandum ſtatim committit vices ſuas
nihil ſibi reſeruando, an poterit eſſe teſtis coram iu
dice delegato ab ipſo? Gloſſ. in d. c. c. dilecto. ſen-
tit, quòd ſic. Nec † ob. c. ſtatuendum. 2. q. 6. quia lo- 24
quitur in iudice qui cognouit in cauſa, & hoc facit
dictum. c. dilecto.

Plus dicit ibi Gloſſ. quòd ſi ordinarius petitur
in teſtem coram ſuo ordinario tunc compelletur,
& illam Gloſſ. ſequitur Hoſti. & But. pro hoc facit.
c. iudex de offic. dele. in 6. An † autem iudex poſsit 25
cogi teſtificari in criminali? dicatis vt in d. c. dilecto,
& videbitis declarari infrà qui teſtes coguntur. Cir-
ca ſecundum principalem † cum quæritur an iudex 26
poſsit eſſe teſtis. & idem de arbitro iuris? Cy. in d. l.
l. ne in arbitris. C. de arbi. videtur concludere hoc
modo. aut iudex vel arbiter vult teſtificari coram
ſe, aut coram alio.

Primo caſu concluſio eſt omniũ Doc. quòd non
poſsit teſtificari coram ſe.

Mouentur duplici conſideratione. prima: quia
iudex non debet fungi duplici officio iudicandi. ſ.
& teſtificandi.

Item † quia de ſua priuata conſcientia non iudi- 27
cat. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſi. Facit eti-
am quod ſolemus dicere † quem non debere eſſe ad- 28
uocatum, & iudicem in eadem cauſa. l. quiſquis. C.
de poſtu. Præterea idem agens aget in ſeipſo.
nam iudex debet deferre iuramentum teſti. & ſic
hoc caſu ſibimet defert quod non eſt conceden-
dum.

Si vero vult teſtificari coram altero iudice, aut
eſt quæſtio præter appellationem interpoſitam à
ſententia ipſius qui finiuit officium ante litem fini-
tam, & tunc poterit eſſe teſtis. l. ob carmen. §. illud.
ff. eod. ti. Aut eſt quæſtio per appellationem inter-
poſitam à ſua ſententia & tunc eſt ſubdiſtinguendũ
quòd quantum ad proceſſum illius cauſæ poterit
teſtificari. c. cum dilecti. de acc. Aut quantum ad
iuſtitiam, & non poterit teſtificari. 2. q. 6. c. ſtatuen-
dum. Nec † obſtat. l. fi. eod. titul. quia loquitur in 29
eo qui geſsit officium perſonale. nam procurator
applicat animum, & affectionem ad vnam partem
tantum, iudex vero eſt medius, vnde poterit teſtifi-
cari. Sed hoc dictum Cy. in hoc vltimo non placet
mihi dum vult iudicem poſſe teſtificari ſuper pro-
ceſſu, quando eſt interpoſita appellatio ab eius ſen-
tentia: quoniam per appellationem deuoluitur nõ
modo iuſtitia in cauſa ipſa, ſed etiam nullitas pro-
cedens ex defectu ſolemnitatis. l. Cornelia pia. de
iu. pa. & plenè ponitur per Inno. in c. cum cõtingat.
de off. dele. Et ideo ſi ꝓceſſus fuiſſet minus ſolem-
niter factus, vel in eo allegaretur defectus, tunc iſto
caſu ſententia fuiſſet lata minus iuſtè. l. prolatam.
C. de ſen. & interlo. om. iud. Bal. in d. l. ne in arbi-
tris. dicit quòd aliqui ſimpliciter dicunt iudicẽ poſ-
ſe teſtificari in cauſa appell. etiam ſuper proceſſu,
ſed

ſed non ſuper iuſtitia, vel iniuſtitia cauſę, ſecundum
Iac. de Are. & Barto. quod dictum, vt proximè di-
30 xi non credo verum. Nec ſecundum Bar. † l. illa ne
in arbitris. quia ideo non valet ibi teſtimoniũ, non
quia erat arbiter, ſed quia actus erat qui ex ſui na-
tura deſiderabat ſcripturam quæ non interuenerat.
Iacob. Butri. in hoc articulo videtur concludere
quòd ſi cognitio eius durat non poteſt teſtificari de
actibus motis coram ſe: quia non poteſt eſſe teſtis,
& iudex.

Si verò cognitio ſpirauit, tunc in his quæ reſpi-
ciunt terminum ad deciſionem litis non creditur:
quia videtur ſuſpectus. In alijs verò quæ reſpici-
unt ordinem iudicij, poteſt eſſe teſtis: quoniam non
reperitur prohibitus à teſtificando. l. ob. carmen. §.
illud. & §. item ſe. ff. eod. Et pro hoc infert ipſe
ad duo primum ſi ſpirauerit compromiſſum pote-
rit arbiter teſtificari de geſtis coram ſe apud alium.
iudicem.

31 Secundum † infert quòd ſi petitur reſtitutio in
integrum contra ſententià iudicis, hoc caſu admit-
titur iudex ipſe ad teſtificandum. ratio: quia per re-
ſtitutionem in integrum non arguitur aliqualiter
iniquitas iudicis ipſius. Et hæc eſt differentia quæ
eſt inter reſtitutionem in integrum, & appella. quia
appellatio arguit iniquitatem ſententiæ, & reſtitu-
tio verò in integrum arguit errorem proprium, vel
circuitionem aduerſarij. de hoc habetis text. in l.
profecti. ff. de minori. Bald. in l. ne in arbitris, con-
cludit primo vnum ſupra cõclusum, ſcilicet iudi-
cem coram ſe nullo modo teſtificari. Si vero co-
ram alio, tunc poterit quando vult teſtificari ad de-
clarationem animi ſui, vt euenit ſæpè quando in
ſententijs proferuntur aliqua verba ambigua, quæ
ad vtrumque ſenſum trahi poſſunt, tunc enim pote-
rit teſtificari declarando intentionem ſuam, & ita
inquit Bal. ſe conſuluiſſe ſuper hoc articulo, vt co-
ram alio iudice de hoc cognoſcente poſsit teſtifica-
ri, non tamen inquit Bal. vt dicto ſolius iudicis cre-
32 datur, † ſed quando ſunt plures iudices ſiue arbitri,
& teſtificatur de intentione communi ſuper verbo
ambiguo, tunc poterunt teſtificari. Primò: quia non
reperitur prohibitum. Secundo per dictum Innoc.
& Hoſti. in c. quoniam. de proba. qui dicunt quòd
dicto plurium iudicum creditur, & idẽ tenet Arch.
licet ipſi non allegent in d. c. ſtatutum. 2. q. 6. Ter-
33 tio † quia interpretatio ſententiæ ſpectat ad ipſum
iudicem. l. ab executore. ff. de appellat. mihi autem
videtur probabiliter poſſe ſuſtineri quòd vbi du-
bitatur de ambiguitate verborum ſententia prola-
torũ quòd ſemper ſtemus dicto iudicis proferentis
etiam ſi ſit vnus tantum.

34 Moueor † quia vbi dubitatur de intentione, &
animo alicuius tunc ſtatur dicto ipſius l. Fulcini-
us. §. quid ſit latitare. & vbi Gloſſ. ff. ex qui. ca. in
poſ. ea.

Secundo: quia videmus quòd quantum ad pœ-
nas inferendas, vbi agitur de præiudicio maximo
declaran. animum ſuum ſtatur dicto partis de cuius
animo dubitatur. c. ſi vero. de ſenten. exco. pro hoc
etiam facit quod no. per Gl. aliosq; in c. paſtoralis.
de excep. nam ſi dubitatur an habuerim notitiam
de aliqua exceptione mihi competenti ſtatur dicto
meo, & creditur mihi in cauſa mea: quãto ergo ma-
gis dicemus eſſe credendum iudici in his in quibus
verſatur dubium de eo quod in animo ſuo cõſiſtit,
cum non verſetur intereſſe, vel commodum ipſius
iudicis, & ita crederem eſſe tenen. Imol. in d. c. cum
à nobis. videtur cõcludere ex omnibus ſupradictis.
primo quòd ſi iudex eſt remotus ab officio iudican
di, tunc poterit teſtificari. quod tamen eſt intelli-
gen. prout in principio huius ar. vobis tradidi.

Si vero inducitur teſtis in alia inſtantia, & ſic fi-
nito officio, concludit quòd ſuper his quę acta co-
ram eo ſint, creditur iudici tanquam vni teſti. & ſi e-
runt plures iudices probabunt plenè, per not. per
Gloſſ. in d. c. cum à nobis. Si † vero loquimur de 35
actu quod iudex ipſe fecit, & non coram eo, tunc
ſecundum Io. Cal. non creditur ſibi, niſi quantum
ad præſumptionem, & informationem, vel vbi ad-
mitteretur ad teſtificandum contra factum per ſe:
quia tunc ceſſaret præſumptio: & hoc modo poteſt
intelligi quod not. in c. non ſine, de arbi. & ibi no.
Inno. Subdit etiam Imol. Butri. dicere quòd iudex
non poteſt produci contra appellantem eo inuito,
quaſi ſit pręſumptio ſuſpicionis contra eum iudicẽ.
Doc. tamen inquit Imo. communiter ſentiunt opp.
ex quo non producitur ſuper principali caauſa, nec
ſuper actis geſtis à ſe. Mihi autem † videtur ſatis pro- 36
babiliter poſſe ſuſtineri quòd etiam iudex admitti-
tur ad teſtificandum pendente iudicio per l. ob car-
men. §. 1. ff. eo. vbi inquit Iureconſultus eſſe indu-
bitabile, vt magiſtratus, ſiue præſes poſsit admitti in
teſtimonium ſi in pręſenti fuerit. Nec obſtat ſi quiſ-
piam diceret quòd ille text. eſt intelligen. de magi-
ſtratu nolente teſtificari corã alio magiſtratu: quo-
niam hoc non apparet ex litera illa quæ ſimpliciter
loquitur & dicit magiſtratum admitti poſſe.

Præterea nulla verſatur dubitatio quominus v-
nus magiſtratus poſsit apud aliũ teſtificari. non e-
nim dignitas impedit officium teſtificandi, imò au-
get fidem l. 2. ff. eo. ti. Et ideo cũ non videatur bene
reſpõſum ad l. ob carmen, poteſtis vos primo hanc
concluſionem concludere quòd iudex etiam pen-
dente iudicio coram ipſo poterit teſtificari de his de
quibus non eſt lata ſententia, dummodo dictum
ſuum ab aliquo interrogatore à partibus electo re-
cipiatur, vel à tabellione publico deferente ſibi iu-
ramentum, vel etiam ab alio præſide vel magiſtra-
tu, hæc concluſio optimè probatur in d. l. ob car-
men, probatur etiam quoniam hic nulla affectio
vel commodum verſatur ex parte iudicis vt non
admittatur ad teſtificandum. præterea non reperi-
tur lege prohibitum, ideo admittendum, vt in l. 1.
ff. eo. Nec † obſtat c. ſtatuen. 2. q. 6. quoniam poteſt 37
reſponderi dupliciter, primo, quòd ibi loquitur in
iudice qui cognouit de cauſa, quo caſu cum ibi ver-
ſetur affectio vt dicatur benè pronunciatum repel-
litur à iudicando, vel aliter, ibi loquitur in clerico
qui nõ debet teſtificari regulariter maximè ſine li-
centia ſuperioris, vt declarat illud c. in fin. ſui. Non
† obſtat etiam ſi dicatur quòd idem erit iudex & 38
teſtis, quoniam reſpondeo hoc non eſſe impoſsibi-
le reſpectu diuerſorum, quoniam inquantum erit
iudex non poterit pronunciare ſolum ex dicto ip-
ſius iudicis, imo erit neceſſe vt habeat alium conte-
ſtem, non enim volo vt ſibi credatur niſi vt vni te-
ſti, & ſic dictum ſuum ſupplebitur per alium teſtẽ,

nec debet eſſe veriſimile exiſtentem in officio iu-
dicandi cui committitur cognitio iuris cum iura-
mento l. rem non nouam C. de iudi. aliter debere
teſtificari quàm veritas diſponit. Nec obſtat ſi dica-
tur quòd iudex videbitur ſuſpectus, quia habebit
affectionem ad conſeruandum dictum ſuum, quia
reſpondeo quòd ſi erit ſolus teſtis non verſabitur
affectio, quia ex vno teſte non poteſt ſequi condem
natio. ſi vero erit alius conteſtis, dico quòd nõ ver-
39 ſabitur affectio † quia ſententia iudicis reprobantis
teſtes non habet infamare ipſos teſtes l. Lucius. §.
quæro. ff. de his qui no. infa. Item quia aſtringitur
duplici iuramento, ſcilicet iuramento rectè iudican
di & rectè teſtificandi.

Si autem malè iudicaret faceret litem ſuam, vn-
de propter iuramenta & pœnam malè iudicandi nõ
eſt veriſimile iudicem malè iudicaturum. Et hoc
procederet in iudice ordinario. Si autem eſſet iu-
dex delegatus, tunc fateor quòd à principio eſt re-
mouendus ab officio iudicandi vt poſsit teſtificari.
c. dilecto extra eo. Ratio differentiæ, quia facilius
remouetur delegatus, quàm ordinarius. Secundo in
hac materia poteſtis concludere aliam concluſio-
nem, quòd iudex de his de quibus iam cognouit nõ
poteſt teſtificari ſiue ſuper iuſtitia ſiue ſuper pro-
ceſſu, quia tunc ceſſant omnes rationes ſupra poſitę,
& verſatur ignominia iudicis ſi malè iudicauerit,
vel etiam ſi proceſſus minus ſolemnis ſit confectus.
40 Nec † ob prædictas l. ne in arbitris C. de arbit. quia
poteſtis reſpondere vt ſuprà ſentit Bartol. quòd ibi
ideo non probat, quia actus exigebat ſcripturam.
41 Conſequenter videndum eſt † quid de arbitratore
qui procedit de iure & de facto Bartol. in l. ſi ſo-
cietatem §. arbitrorum ff. pro ſo. dixit arbitratorẽ
eſſe repellendum quemadmodum arbitrum vel iu
dicem, aliter tamen videtur limitaſſe in authen. niſi
breuiores C. de ſen. & interlo. hoc eſſe verum niſi
eſſet data poteſtas arbitratori procedendi de iure &
de facto, cum ſcriptis & ſine ſcriptis, quia partes vi-
dentur habuiſſe fidem de ipſo proceſſu celebrando
per arbitratorem, & cum hoc dicto Bartol. tranſit
42 Imol. in c. cum à nobis extra eo. Vlterius † viden-
dum eſt quid de venditore? Gloſſ. in l. nullus ff. eo.
titu. concludit quòd ſi venditor tenetur de euictio-
ne, tunc non erit teſtis idoneus in lite mota ſuper re
vendita. Si autem non tenetur de euictione tunc e-
rit teſtis idoneus. Eandem Gloſſ. ſecutus eſt Arch.
in ca. nullus 4. q. 3. nam ex quo nullum commo-
dum percipit, videtur admitti poſſe. Idem etiam vi-
detur tenere Spec. in eod tit. 1. ver. quid de vendito-
re. Idem etiam videtur tenere Bald. in l. omnibus.
C. eo. tit. vt quando emptor non habiturus regreſ-
ſum contra ipſum venditorẽ, ipſe venditor ſit teſtis
idoneus Cyn. tamen in l. omnibus C. eo. ex mente
Specu. tenuit indiſtinctè venditorem eſſe repellen-
dum etiam ſi non teneatur de euictione ipſi em-
ptori. Idem videtur tenere Io. An. in verſi. quid de
venditore, inquiens, quòd etiam ſi non teneatur de
euictione, tamen propter affectionem ad contractũ
quem fecit, non eſt integrum eius dictum.
43 Sicut † dicimus proxenetam non eſſe idoneum
teſtem propter affectionem quam gerit ad contra-
ctum ca. 1. de teſti. lib. 6. & infra videbitis, niſi ven-
ditor admitteretur de volũtate partium, vt dicimus
de proxeneta in authen. c. de teſti. §. fi. Et hanc opi.
ſecuti ſunt Butri. & Imo. in cap. inſuper extra e. Nec
† obſtat l. eos fi. reg. quoniam reſpondetur quòd ibi 44
eſt par affectio, & quod ab vno perdit, ab alio con-
ſequitur l. non ſolum de ri. nup. Et hæc opi. vide-
tur verior fortè in diſputando. In iudicando ta-
men eſſet graue recedere à ſententia Gloſſ. quam ſi
vultis omnimodo tueri poteſtis reſpondere articu-
lo proxenetæ, quòd proxeneta ideo repellitur pro-
pter affectionem quam habet ad cõtractum ipſum,
quoniam intereſt proxenetæ vt contractus valeat,
quoniam in hoc verſatur principaliter dictũ ſuum,
ſed non ſic in venditore qui cum non tenetur de e-
uictione nullum conſequitur commodum ex vali-
ditate contractus.

Præterea in hoc nõ verſatur honor alicuius con-
tractus in perſona venditoris ſicut in perſona pro-
xenetæ, ideo poteſtis tenere tam iudicando quam
diſputando venditorem non obligatum de eui-
ctione poſſe teſtificari ſuper controuerſia rei vendi
tæ mota. Vnũ tamen notabitis, quòd licet venditor
in venditione dixerit ſe nolle obligari de euictio-
ne, nihilominus per hoc non liberatur quominus re
euicta non teneatur ad pretium l. exempta. §. fi.
ff. de ac. emp. Et hoc modo non eſt intelligen-
da ſententia gloſſ. in d. l. nullus, quoniam verſa-
retur commodum ipſius venditoris. Intelligatis
ergo quando non tenetur de euictione etiam ratio-
ne pretij, quod euenit quando emptor ſciebat rem
eſſe alienam l. ſi fundum C. de euic. & ibi per Glo.
vel ſpecie conuentum erat quòd etiam de pretio
non teneretur. Vltra † prædicta viden. eſt quid de 45
donante an poſsit teſtificari ſuper controuerſia rei
donatæ. aliqui referunt diſtinctionem de donan-
te eſſe idem quod de vendente. Odoſ. tenuit indi-
ſtinctè donantem eſſe repellendũ, quemadmodum
repelli debet venditor, ſecundum eum facit l. fi. C.
de procura. Idem tenuit Cy. in d. l. omnibus, quo-
niam donans affectat donationem ſuam valere,
quemadmodum dicimus de proxeneta, in authen.
de teſtibus. §. penulti. Et per ſupraſcripta inſertur † 46
quòd cedens iura ſua non teſtificatur pro ceſsiona-
rio facit l. 1. ff. ne iuſſ. fi. ci. Et ſecundum hoc inqui-
unt But. & Imo. in c. inſuper eo. ti. inutile eſſe conſi-
lium quod ſolet dari per nonnullos, vt ſi nõ habeas
niſi teſtem vnum per quem poſsis probare intẽtum
tuum, tunc cedas iura tua alteri, & poſtea poteris te-
ſtificari in cauſa ceſsionarij, & ſic ſupplere defectũ
illius teſtis, nam per prædicta hoc conſilium vide-
tur inutile, de quo conſilio ponitur per Spec. in tit.
de procur. in §. fin. & in eo. titu. de teſtib. §. 1. verſi.
ſed pone mutuaui. Pro hoc facit illa ratio quòd ce-
dens non carens prẹſumptione ſuſpicionis ipſius af-
fectionis, ſicut eſt in proxeneta. Spec. in verſicu. de
quo ſupra videtur tenere primam opi. vt diſtingua-
mus an ceſsio inceperit à traditione, & tunc teſtifi-
cari poſsit, quoniam non tenetur de euictione, ſe-
cus vero ſi à promiſsione l. Ariſto. ff. de dona. Et
in hac ſententia Spec. reſidet Butr. in d. ca. inſuper,
& hoc verum niſi ceſsio eſſet facta in fraudem. Sub-
ijcit tamen Specu. idem quod lex docet aliquando
facere ſimilem fraudem l. atqui natura §. cum quis
me abſente ff. de neg. & in l. 4. §. ſi communem ff. fi.
regun. hæc fraus non videtur improbabilis, quando
debi-

debitum verè ſubeſt, imò eſt bonus dolus pro iu-
ſtitia defendenda. Io. And. in addi. in ver. quid de
venditore. §. 1. refert Gu. tenuiſſe opin. Specu. an
teneatur de euictione, vel ne licet ſecundum ip-
ſum Ia. de Ra. indiſtinctè repellatur. Item Ioan.
An. in alio verſic. ſed pone mutuaui, videtur in-
hærere opi. ipſius Spec.

Subijcit tamen, quòd ſi eſſet fraudulenta, tunc
teſtificabitur, ſi non obligatur de euictione. Et
multo fortius ſecundum eum filius donantis vel
cedendo. Addens in illo verſ. quid de venditore.
47 Ioan. And. quòd emphyteuta, † vel vaſallus non
poſſunt pro domino teſtificari, nec dominus pro
eis, vbi agitur de re emphyteutica vel feudali, quia
cauſa mixta dicitur cauſa propria. l. 1. §. in pro-
pria. ff. quando ap. ſit. De hoc vltimo dicatis vel
ſuprà dixi de vaſallo. Bal. in l. omnibus. C. eo. tit.
videtur ſentire duas opin. Prima, quòd ſi cedens
transfert omnia ſua iura, tunc poſsit teſtificari. l.
ex aſſe. ff. ad Trebel. quod euenit, quando ceſsio-
narius alteri cedit.

Si verò non abdicauerit totum ius, tunc non
poteſt teſtificari, ex quo iura remanent in perſo-
na ipſius cedentis. Alia fuit opin. in qua videtur
periiſtere ipſe Bald. per quam tenet opin. Petr. &
Cy. vt indiſtinctè cedens repellatur à teſtimonio
propter imaginem quam gerit ſucceſſor. arg. in l.
qui ſtipendia. C. de proc. Pro declaratione ſupra-
dictorum concludatis primò vltra prędictos Do-
cto. circa ipſum donantem veriorem eſſe opin. vt
donans indiſtinctè repellatur à teſtimonio, ſiue
teneatur de euictione ſiue non, illa conſideratio-
48 ne, † quoniam donare alteri eſt ſpecies lucri. l. ſi
pignore. §. 1. ff. de fur. Species enim eſt lucri ex a-
lieno largiri, & beneficio ſibi debitorem acquire-
re, & ideo cùm lucrum ſit ex parte donantis, vt
donatio teneat, ideo non poterit teſtificari. Se-
cundò pro hac ſententia facit, quia videmus plu-
res obligationes reſultare ex parte donatarij erga
49 ipſum donantem. Nam † ſibi tenetur eſſe gratus,
& tenetur ſibi ad antidora. l. fin. C. de reuo. do. &
in l. ſed ſi hac l. §. cōſuluit. ff. de pe. hær. ergo cùm
hæc omnio ceſſarent, ſi res donata euinceretur
indubitanter dicamus donantem repelli à teſti-
monio ſuper controuerſia mota de re donata. Et
maximè quando donans haberet filios, quia ſpes
eſſet de reuocanda donatione ex ſuperuenientia
libertorum. l. ſi nunquam, de reuo. do.
50 Circa † ſecundum de cedente an poſsit eſſe te-
ſtis pro ceſsionario concludite.

Aut ceſsio eſt facta titulo donationis, & tunc
indiſtinctè repellitur cedens, quemadmodum
dixi de donante. Aut ceſsio eſt facta titulo one-
roſo, & tunc dicatis, vt ſuprà vobis dixi de vendi-
tore, an teneatur de euictione vel ne. Sed dicet
quiſpiā: Nonne hæc tua doctrina eſt cōtraria do-
ctrinæ ſuprapoſitæ de venditore, vbi tenui illam
diſtinctionem, an teneatur de euictione vel ne.
Reſpondeo quòd non, aliud enim eſt in donan-
te, aliud in vendente, nam emptor non obligatur
aliqualiter venditori, licet venditor non teneatur
de euictione. Sed ſecus in donatario, qui obliga-
tur donanti ad antidora, & ad gratitudinem quæ
ſunt ſpecies lucri, vt ſup. dictum eſt. Pro hoc opti-
mè facit quod ponitur per Inno. in c. tuæ, de æta.
& quali. vbi inquit, quòd prælati curię Romanæ
ſi intercedunt apud Papam pro beneficio obti-
nendo in fauorem amici ipſorum, qui donauerit
eis aliqua, & in remuneratione donatorū ille præ-
latus dicitur ſimoniacus, quoniam hoc facit pro-
pter obligationem donationis, ad quam tenetur
in remunerando. Et hoc idē dictum tenuit Ang.
in §. conſuluit. & ita debetis intelligere & diſtin-
guere hāc materiam. Nunc † videndum eſt de fi- 51
deiuſſore, an poſsit eſſe teſtis in cauſa rei princi-
palis, ſcilicet ſuper acti. pro qua fideiuſsit. Specu.
etiam in tit. de teſti. in verſiculo, quid de fideiuſ-
ſore concludit, aut debitor eſt ſoluendo, & tunc
admittitur fideiuſſor, aliàs autem non. argu. ff. de
fur. l. itaque. contra hoc tamen eſt arg. contrà, ſe-
cundum Spec. in l. ſi cui. §. fi. de le. 1. & ff. quando
ap. ſit. l. penul. Butr. in c. inſuper, eo. tit. refert opi.
Spe. eſſe pro ea parte, pro qua arguit, ſcilicet vt fi-
deiuſſor ſimpliciter nō admittatur pro debitore,
& eum ſequitur Io. An. in verſi. quid de fideiuſſo-
re, videtur tenere quòd non admittitur fideiuſ-
ſor, cùm ſatis ſit intereſſe ipſius fideiuſſori vexari
litibus & ſumptibus. argum. in l. in minoribus 25.
ann. ff. de mi. & c. 2. de arbi. Et maximè ſecundum
ipſum quando fideiuſſor renunciauit. Nec obſtat
l. itaque, allegata per Specu. quia non loquitur de
intereſſe debentis agere, ex quo enim fullo cui
furatæ ſunt veſtes non eſt ſoluendo, illorum do-
minus agit. hic verò loquitur de intereſſe eius,
qui poteſt conueniri, ideo eius teſtimonium eſt
ſuſpectum ſecundum Ioan. And.

Bald. in l. dictantibus. C. de teſta. inquit, quòd
vnus fideiuſſor poteſt eſſe teſtis pro alio confide-
iuſſore pro cōſequendo beneficium excuſsionis,
licet quilibet principaliter in inſtrumento ſe ob-
ligauerit. Et dicit fuiſſe ex mente Dy. & Cy. Si ta-
men ſecundum ipſum ſit aliquis color quæſitus,
vt poſsit vti beneficio excuſsionis. Et ideo ſi cre-
ditor aliàs noluerit recipere fideiuſſores vt fide-
iuſſores, ſed vt principales debitores aliud erit.

Mihi autem placet opi. Io. An. & But. indiſtin-
ctè, vt fideiuſſor nō admittatur pro debitore pro
intereſſe litis & ſumptus.

Nec etiam crederem, vt fideiuſſor admittetur
pro fideiuſſore pro beneficio excuſsionis, quo-
niam verſatur idem intereſſe in hoc fideiuſſore
volente teſtificari quod verſatur in fideiuſſore
conuento.

Quid † dicemus de adhærente cauſæ? Domi- 52
ni de Rota 373. concluſione, dicunt quòd repel-
litur à teſtificando propter affectionem ipſius cau
ſæ. 4. q. 3. cap. nullus, in fin. quod eſt verum ſe-
cundum Butri. & Imol. in cap. inſuper etiam fini-
ta adhæſione. arg. in c. Roman. de teſti. in 6.

Conſequenter † videndum eſt de tutore. tex. 53
in l. fi. ff. eo. tit. videtur ſentire ꝙ repellitur tutor.
& idem ſentit ibi gloſſ. Bar. in l. qui teſtamento.
eo. tit. dicit quòd tutor poteſt eſſe teſtis ad actum
ſolennizando, vt valeat. Quo autem ad iudi-
cium, vt fundetur probatio concludit. Aut ipſe
tutor eſt in iudicio, aut alius pro eo. primo caſu
non poteſt, vt dicit l. final. de teſti. ſecundo caſu
poterit teſtificari ſecundum Iac. de Are.

Sed quid erit,ſi actor litigat. Bart. concludit, quòd ſi ſit ordinatus à tutore, tutor non teſtificatur: ſi à iudice, tunc benè teſtificatur, vt in ſimili no.per Inn. in c.inſuper,eo.ti.Bal.in d.l.qui teſtamento,dicit quòd tutor repellitur,cùm actor detur periculo ipſius tutoris,Inſti.de cur.§.fi.

Secus eſt ſecundum Bald. in capitulo,quia capitulum non ordinat ſibi ſyndicum periculo priuati.dabitur ergo ſecundum Bal.curator litis,qui nó datur periculo tutoris, vt ff.de tut.l. qui habet §.ſi pupillus,& tunc tutor poterit teſtificari in cauſa ſui pupilli de hoc videbitis aliter tangi infrà de executore.

54 Conſequenter † videndum eſt quid de legatario? gloſſ. in l. qui teſtamento. ff. de teſta. & in §. legatarijs,Inſtit.de teſta.refert plures opi.in hoc articulo Butr. refert quandam gl. quam dicit eſſe 12. q. 2. c. 1. quæ tenet legatarium eſſe admittendum,ſed illam ibidem non inuenio. Inn.in cap.3. eo.tit.tenent indiſtinctè legatarium poſſe teſtificari, quia legatum poteſt deberi, licet non valeat teſtamentum, Authen. ex cauſa. C. de li.præ. nec ſequitur, legatum eſt præſtandum, quia falcidia poteſt diminui. Sed hæ omnes rationes concludunt in caſibus ſuis, ſcilicet quando falcidia aſſeriberet legatũ, vel quando legatũ deberetur etiamſi teſtamentum eſſet nullum. Spe.verſic.quid de legatario, in §.1.eod.tit.concludit,quòd ſi verſatur quæſtio inter hæredem & legatarium de legato, legatarius non teſtificatur, quia eſt propria cauſa
55 vel conſimilis. Si † autem ſit quæſtio inter duos cuius ſit hæreditas, tunc poterit teſtificari, & hoc modo loquitur l. qui teſtamento. & §. legatarij. Ioan. An.in verſ. item quòd eſt talis in §.1.concludit,quòd ſi in omnem euentum legatum debeatur legatario quemcunq; finem lis habuerit, tunc admittitur,& eſt teſtis idoneus.Si verò in omnem euentum non eſſet habitus legatum, ſed ſolùm in euentum victoriæ ipſius cauſæ, tunc admitteretur legatarius, ſed non eſſet teſtis integer. & idem tenuit Simon Vincentinus. Et in hoc reſidet But. hæc ratio Ioan. And. reprobatur per Bald. in dict. l.dictantibus.C. de teſta. ſecundum hoc ſequeretur, quòd hæres ſperans hæreditatem aliunde quàm ex teſtamento poſſet teſtificari, & eſſet teſtis in teſtamento, quod eſt falſum. Sed hæc ratio Bald. non ſtringit contra Ioann. And. quoniam plura alia concurrunt in hærede, quæ ceſſant in legatario. Nam hæres principaliter tractat cauſam ad ſe pertinentem, & factum principale teſtamenti eſt factũ ipſius hæredis, ideo non debet admitti, etiamſi ſperaret ab inteſtato conſequi hæreditatem, & eo maximè, quoniam ſi ſperaret ab inteſtato fauorabilius eſſet hæredi conſequi hæreditatem ab inteſtato, quàm ex teſtamento propter legata, & alia onera quæ imponuntur in teſtamento, & ideo nullo modo eſt teſtis idoneus. Bart. in dict.l.qui teſtamento, concludit quòd legatarius eſt teſtis idoneus, an teſtator ſic fecerit teſtamentum, & vniuerſaliter de toto teſtamento interrogatur, non principaliter interrogatur pro ſe, ideo eſt idoneus. Bar. in dict.l. dictantibus, ſentit duas opi. Prima eſt, cui magis videtur inhærere, ꝙ legatarius ſit teſtis idoneus pro teſtamento illa conſideratione, quoniam hæres ſcriptus vtitur adminiculo legatarij, quantum ad fundandam intentionem ipſius, & eo ipſo fundat perſonam ſuam, vnde poſtea non poteſt improbari. Nam teſtamentum reputatur indiuiduum, ideo pro parte non poteſt approbare perſonam, pro parte improbare. l.ſi quis teſtib.C.eo.tit. Et hoc clarius poſuit Bal. in d.l.qui teſtamento. hęc declaratio Bal.non videtur benè concludere: primò, quia hæres non approbat iudicialiter perſonam ipſius legatarij. pręterea poteſt obtinere hæreditatem ſine cõtrouerſia, ideo videtur quòd non ſemper approbet perſonam ipſius legatarij. præterea licet approbet perſonam legatarij reſpectu validitatis teſtamenti, non tamen approbat reſpectu ipſius legati. Nec ob.l.ſi quis teſtib.C.eo. quoniam poteſt reſpon-
deri, quòd † qui approbauit ſemel vnum teſtem, 56
amplius illum tanquam teſtem improbare non poteſt, non tamen per hoc obligatur credere ſibi in his, quæ attingunt cauſam propriam ipſius teſtis, quando tunc non producitur vt teſtis, ſed vt pars. Subijcit tamen ipſe Bal. in d. l. dictantibus, aliam rationem quare legatarius poteſt eſſe teſtis, quoniam in teſtibus inſtrumentarijs videtur eſſe facta approbatio quædã ab ipſo teſtatore, & ideo ſecundum ipſum legatarius ꝓbat, quia fides eius eſt electa à teſtatore. Secus eſſet ſecundum hanc ſententiam, ſi legatarij nó eſſent teſtes ſcripti nec ſubſcripti, ſed ſimpliciter teſtes iudiciarij: tunc enim legatarius nó probaret, ex quo fides ipſorum non eſſet approbata ab ipſo teſtatore. Hæc ratio etiam non benè concludit, quia pro hoc non tollitur, quo minus legatarius teſtificetur in cauſa ꝓpria. Et licet fides legatarij ſit approbata à teſtatore, non tamen eſt approbata ab ipſo hærede, ni-
ſi dicatis, † quòd hæres non poteſt contrauenire 57
approbationi defuncti, etiamſi ſit minus ſolemnis. l.ab eo.C.de li.ca.& l. filium.ff. eo.de li.ca.

In hoc articulo putarem ſic eſſe concludendum. Primò, quòd vbi vertitur controuerſia inter hæredem & alium de hæreditate, tunc legatarius eſſet integer teſtis, licet Ioan. And. dixerit eum non eſſe integrum, pro hoc dict. l. qui teſtamento, & §. legatarijs. Si autem vertitur controuerſia inter hæredem & legatarium, vtrum legatum debeatur. cõcludite quòd is legatarius, cum quo eſt legati controuerſia, non poterit teſtificari, quoniã eſſet actor & teſtis, ſicut videmus quòd prælatus agens pro eccleſia non poteſt eſſe teſtis in cauſa eccleſiæ, quia idem non debet eſſe actor & teſtis.

Si auté quærimus, vtrum alij legatarij admittantur ad teſtificandũ ꝓ alio legatario, cum quo eſt cõtrouerſia, tunc concluderẽ, ꝙ ſi cauſa iſtorum legatariorũ volentiũ teſtificari nó habeat dependentiã à cauſa ipſius legati, de quo eſt controuerſia, tunc poterut teſtificari, & erunt teſtes idonei.

Si autem habeant dependentiam à legato, de quo eſt controuerſia, tunc non crederem eos eſſe idoneos, quoniam iſta cauſa, in qua teſtificantur, non eſt cauſa principalis ipſius teſtamẽti, ſed principalis ipſorum legatariorum, ideo debeat repelli, quoniam repellitur etiam habens conſimilem cauſam. facit cap. cauſam, de iud.

Nec

58 Nec † ob.l.qui teſtamento.& §.legatarijs, quia
reſpondeo qòd legatarij poſſunt eſſe teſtes in cau-
ſa teſtamenti ad ſolennitatem ipſius teſtamenti, &
ad proban.ea quæ geſta ſunt inter alios, ſed non
in fauorem ipſorum.Crederem tamen, quòd vno
caſu admitterẽtur ad ꝓban. in cauſa ꝓpria ipſum
legatum, ſcilicet quando alij teſtes in teſtamento
viderent, & deponerent: nam tunc ipſi poſſent te-
ſtificari illa cõſideratione, quia legatum poteſt da
ri etiã minori numero 7.teſtium, quia poteſt dari
in codicillis, in quibus ſufficiunt 5.teſtes.l.fin.C.
de codicillis.& ideo ꝓpter multitudinẽ teſtium,
& quia nõ exiguntur de neceſsitate tot teſtes, ideo
tunc legatarius admittitur in cauſa ꝓpria.Nec ob-
ſtat l.omnibus. C.eo. propter quam inducuntur
tot variationes, quia poteſt reſponderi, ꝙ ſpeciale
eſt in legatarijs, vt admittantur ad teſtificandum
in cauſa teſtamenti, & in cauſa ipſorum in caſibus
ſuprà dictis, propter multitudinem conteſtium.
Nam in teſtamentis adhibentur 7.teſtes, ideo non
eſt veriſimile committi falſum, vbi ſit tot teſtium
numerus. Et hæc ſupradicta de legatarijs faciunt
ſecundum Bal.in dict.l.dictantibus, vt ſi diſpo-
59 natur per cõſtituti.epiſcopi, † quòd probato ali-
quo vſurario etiam per teſtes ſingulares, omnia
ſua inſtrumẽta fingantur vſuraria, an in cauſa Ti-
tij poterit teſtificari, ſciens quòd fœnerator mu-
tuauerit ſibi: nam ſupradicta faciunt quòd ſic,
quod tamen non concedit Bal. niſi proteſtetur,
quòd non intendit ex hoc teſtamento aliquod
ius quærere, quia de neceſsitate commodum ſpe-
60 ctat ad ipſum. Subiungit † etiam Bal. ibidem quẽ
dici teſtificari in cauſa propria quatuor modis.
Primus ratione vtilitatis vbicunque commodum
proprium ſuo teſtamento neceſſariò cohærat. Se-
cundus ratione iuris rei, vt in Spec. C. de re iudi.
Tertius ratione iuris inſtantiæ, vt in procurato-
re iudicij. Item in procuratore ad negocia ſecun-
dum Bal. in d.l. omnibus, quando commodum
vel incommodum ad eum ſpectat: ſi verò nullum
commodum ſpectat, tunc etiam non eſt teſtis i-
doneus. ſed Bar.in l.deferre.§.idem decreuerunt,
ff.de iur.ſi.quemadmodum eſt in ꝓxeneta, quod
dictum putat Bal. eſſe intelligen. prout intelligit
de proxeneta, licet Bar. intellexerit proxenetam
indiſtinctè non admitten. Videndum eſt ergo,
61 quid de proxeneta. Primò concludatis, † quòd
proxeneta poteſt cogi teſtimonium dicere, ſi
producitur ab vtraque parte, vt in c. dilectorum,
de teſti.cog. Volens autem admittitur, ſi ambæ
partes cõſentiunt. Sed dubium eſt, nunquid poſ-
ſit produci ab altera parte tantum. de hoc habe-
mus gloſſ.contrarias.gloſſ.in §.quoniam, in Au-
then.de teſti.quæ tenuit, quòd ſi altera pars con-
tradicat, nihilominus proxeneta poterit teſtifica-
ri.contrarium tenuit gloſſ.in §.in his, in Auth.de
fid.inſtr. Et pro illa glo. videtur tex. cum alia gl.
in c.1.de teſti.lib.6. in gloſſ. pen. vbi eſt ſpeciale,
quòd in caſu ſimoniæ admittitur proxeneta inui-
ta altera parte. Et hoc tenent But. Io. And. & Imo.
illa conſideratione, quia vbi proxeneta recipit pe
cuniam pro officio, tunc videtur teſtificari in ꝓ-
prium commodum. Si autem non recepit pecu-
niam, eſt idem, quia præſumitur quòd affectet ad-
implere, quod iam inchoauit, nec imputetur ei,
quòd incautè ſe habuerit, vel auferatur quod iam
datum erat. † Facit cap.cùm à nobis, eodem titu. 62
Bal.tamen in dict.l.omnibus, dicit quòd proxe-
neta non poteſt cogi niſi producitur ab vtraque
parte, volens tamen poteſt teſtificari productus
ab altera parte: ſecus ſi à neutra, vt in Authent. de
teſti.§.penultim.& iſta eſt veritas, inquit Bal. Et
hoc modo eſt intelligendum ſecundum ipſum
quod dicitur de procuratore ad negocia.& ita de-
bet intelligi gloſſ. in dict. Authen. de fid. inſtru.
in §. in his. Pro hac ſententia Bal. adduco ratio-
nem, nam † par affectio tollit omnem præſum- 63
ptionem ſuſpicionis ipſius teſtis.l. non ſolum.§.
1.ff. de rit. nupt. & ideo cum proxeneta habeat
parem affectionem hincinde ad contrahentes vi-
detur poſſe admitti, quia ab vtraque perceperit
commodum pariter. Attamen † Bal.non reſpon 64
det ad c.1.de teſti.in 6. vbi eſt ſpeciale in cauſa ſi-
moniæ, vt mediator poſsit ab altera parte produ-
ci, niſi reſpondeatis illi c. quod loquitur de me-
diatore ſeu proxeneta criminis, qui eſt in deli-
cto: & aliàs repellitur, vt in illo caſu admittatur.

Secus autem eſt in alijs proxenetis contra-
ctuum perficiendorum, qui nullatenus commit-
tunt crimen in contractibus licitè perficiendis.
Pro hoc facit l. quoniam liberi.C. eod. titu. pro
hac ſententia Bal. facit etiam, quoniam mediator
ſiue proxeneta melius & facilius nouit veritatem
contractus, cuius fuit proxeneta, quam nouerint
alij, & ideo debet admitti, licet aliàs ſit minus i-
doneus.argumen.in l.conſenſu. de repu. Conſe-
quẽter pro declaratione eius quod ſuprà dictum
eſt de proxeneta videndum eſt, † quid de conſo- 65
cio & participe criminis. vos concludatis in hoc
articulo hoc modo, quòd ſocij & participes cri-
minis non admittuntur ad teſtificandum.l.quo-
niam liberi.C.eod. titu. poſuit Specu.§. 1. in ver.
item quòd eſt ſocius criminis.4.q.3.ver.liberi.&
c.veniens, eod. titu. in princ. quod eſt verum ſe-
cundum Bal.in dict.l.quoniam, ſiue defenden-
do, ſiue impugnando, nam ſi ſumus quatuor &
tres velint deponere, quòd ego ſum culpabilis,
vel non culpabilis, eis non credetur. Fallit hæc
regula in duobus verſibus poſitis pro Specu. vi-
delicet, per teſtem ſocium ſceleris, ſimonia pro-
batur. Muneris & ſceleris teſtis ſocius reproba-
tur. hoc eſt, quòd in caſu ſimoniæ teſtis ſocius cri-
minis admittitur ad teſtificandum dict.c.1.eodem
titu. in 6. niſi ſit ſocius muneris & ſceleris. Et hoc
habet locum in crimine ſimoniæ, & in alijs excep.
ſi agitur ciuiliter de crimine: ſi verò agatur crimi-
naliter, indiſtinctè repellitur ſocius criminis, licet
etiam nõ eſſet ſocius muneris, vt in d.l.quoniam.

Sed hoc pro declaratione, & quod dictum eſt
ſocium admitti in crimine ſimoniæ, ſi agitur ciui-
liter, hoc intelligo ſecundum Imol.in c.veniens,
eo.tit. ſi eſt ſolùm ſocius criminis, & non mune-
ris. Sed † quid erit, ſi ego volo opponere con- 66
tra aliquos, qui ſunt participes criminis, nunquid
hoc caſu debeo confiteri crimen ? concludatis
quòd non, quia ſola confeſsio ſine teſtibus pro-
baret. Nec etiam debeo negare, ſi commiſi crimen
ſecundum gl.in d.c.1.eo.ti.in 6. Sed debeo oppo-

nere ſub iſta forma. Dico vos non poſſe probare
contra me, quia commiſiſtis tale crimen, de quo
nunc agitur. & hoc offero me probaturum. Hanc
67 formam notabiliter tradit gloſſ. in d. c. 1. Et eam
ſequitur Bal. in l. quoniam. Amplius † eſt ſcien-
dum, quòd ſocius criminis nó eſt interrogandus
de alio conſocio criminis. Imò ſi confiteretur a-
lium conſocium eſſe in crimine, tunc non crede-
retur ei, ſed hæc confeſsio in criminibus exceptis
faceret indicium ad torturam. In alijs autem cri-
minibus faceret qualem qualem præſumptionem
non tamen ſufficientem ad torturam, niſi concur
reret infamia. no. per Bar. in l. de minore. §. tor-
menta. ff. de quæſti. & Canoni. in c. 1. de confeſ.
Subijcit tamen Bar. in l. repeti. eo. ti. de quæſti. q̃
confeſſus delictum non debet interrogari de alijs
conſocijs, niſi in criminibus quæ tendunt ad of-
fenſam publicam, prout eſt in fure, vel latrone,
vel in fabricante falſam monetam. Secus eſſet in
homicidio, quia nó tendit principaliter ad offen-
ſam publicam, quod dictum eſt ſatis dubitabile,
68 de hoc tamen dicatis, vt in d. c. 1. per Butri. & Imo.
Sed quid † dicemus, ſi quaturor homines dican-
tur aliquem in aliqua domo occidiſſe, & conſtat
eum occiſum, an accuſatus poterit aliquem ex il-
lis quatuor in teſtem producere? Spec. in verſicu.
quid ſi quatuor, cócludit quòd in cauſa ciuili poſ-
ſunt produci, ſecus in criminali. arg. in c. 1. de con
feſ. Subijcit ibidem Io. An. quòd hęc non eſt quæ-
ſtio, quia ſi omnes accuſat conſtat, quòd eos in te-
ſtes non poteſt inducere, ſi vnum ſolum nihil im-
pedit, quin reliquos inducat. Et hæc videtur vera
ſententia. Demùm ſi accuſaretur teſtis de crimi-
ne, vt non poſſet teſtificari, dicatis quòd ſi conſta-
ret hoc eſſe factum per calumniam, tunc teſtis om
nimodò admitteretur, aliàs deferretur dictum
ſuum, de quo dicatis vt habetur in Auth. ſi dica-
69 tur. C. de teſti. Conſequenter videndum, † nun-
quid prælatus in cauſa eccleſiæ ſuæ poſsit eſſe te-
ſtis? Inn. in c. inſuper. eod. titu. de teſti. concludit
quòd ſi vicedominus vel procurator eius agat in
iudicio, tunc pręlatus non poterit eſſe teſtis. Con
tra hoc dictum Inn. facit præalleg. c. inſuper. vbi
dicitur prælatum poſſe teſtificari, quando conſti-
tuit procuratoré ad agendum. ideo Hoſti. tenuit
indiſtinctè prælatum poſſe teſtificari in cauſa ec-
cleſiæ ſuæ. Io. An. ibidem concordat has opinio-
nes hoc modo: Aut epiſcopus vel prælatus conſti-
tuit procuratorem in cauſa ſpectante menſæ ſuæ,
& tunc non poterit teſtificari, vt in Clem. 1. de re-
bus eccle. non ali. Aut prælatus cum Capitulo vel
Conuentu cóſtituit in alia cauſa eccleſiæ, vel etiã
Capituli ſui, vel Conuentus, & eo caſu quo po-
teſt procuratorem conſtituere ſecundum no. in
c. diœceſi, de reſcriptis, & tunc poterit eſſe teſtis,
& ſic loquitur cap. inſuper, ſecundum eum. Et ſic
poteſtis breuiter concludere, quòd in his quę ſpe-
ctant ad propriam menſam prælati prælatus con-
ſtituendo procuratorem non potarit eſſe teſtis.

Et cum hac opi. Io. And. tranſeunt cæteri Ca-
noniſtæ, licet videatur contrafacere d. c. inſuper,
quod indiſtinctè permittit prælatum poſſe teſti-
ficari, quando conſtituit procuratorem ad agen.
vnde fortè opin. Hoſtien. indiſtinctè eſt verior.

Sic † etiam, & quilibet clericus in cauſa ipſius 70
eccleſiæ admittitur in teſtimonium, in c. longius.
eod. titu. dum tamen ſit alius, qui agat nomine ec
cleſiæ, per dict. c. inſuper. quia in eodem iudicio
quis non debet eſſe teſtis, & actor. De hoc etiam
tangitur per Alberi. in l. omnibus. C. eo. titu. vbi
dicit, quòd adminiſtratores ciuitatis, & prælati
eccleſiarum poſſunt teſtificari, licet quidam dixe-
rint ſecundum ipſum, quòd adminiſtratores du-
rante officio non poſſunt teſtificari, ſed hoc non
reperitur lege ꝓhibitum, nec etiam eſt cauſa, qua-
re adminiſtrator ciuitatis debeat prohiberi, quod
tamen intelligatis ſecundum quæſtionem imme-
diatè ſequentem.

Quæro, † nunquid in cauſa vniuerſitatis, vel 71
collegij quilibet de collegio, vel vniuerſitate poſ-
ſit teſtificari? glo. in l. intantum. ff. de re. di. tenuit
quòd ſic, quoniam cauſa vniuerſitatis non dici-
tur cauſa ſiugulorum. l. ſed ſi hac lege. §. qui ma-
numittitur. ff. de in ius voc. Pro hoc optimè l. 2. ff.
quod cuiuſque vniuer. Idem tenuit glo. in c. cùm
nuncius, eod. titu. & non ſolùm poterit teſtificari
pro collegio, vel vniuerſitate, ſed etiam cótra col-
legium, vel vniuerſitatem ſecundum gloſſ. in d. l.
intantum. Specu. in §. 1. ver. ſed nunquid in cauſa
vniuerſitatis. tenet etiam admitti teſtem de vni-
uerſitate, vel collegio pro & contra, quia non te-
ſtificatur pro nullo de vniuerſitate, vel collegio,
& hoc dicit eſſe verum indiſtinctè in cauſa ciuili.
& idem ſequitur Alberi. & Guil. vt ibidem dicit
Io. And. Doct. tamen communiter tam Iuris Ciui-
lis, quàm Canonici diſtinguunt in hoc articulo
primò concludentes vnum, quòd de his quę agun
tur in capitulo, vel vniuerſitate indiſtinctè quili-
bet de vniuerſitate admittitur, prout eſt in ele-
ctionibus, quæ ſiunt in capitulo, vel vniuerſita-
te, & generaliter in omnibus alijs quæ in ſola vni-
uerſitate expediuntur. c. veniens. eod. tit. c. tertio
loco. de proba. & c. dilecti. de elect. l. conſenſu. C.
de repu.

Si auté ſint alia, quæ agantur extra collegium,
vel vniuerſitaté, tunc concludite, q̃ ſi teſtes de v-
niuerſitate ꝓducuntur ad probandũ ea quæ ſpe-
ctant vniuerſitati tanquã vniuerſitati, & non tan-
quam ſingulis de vniuerſitate, tunc quilibet de
collegio vel vniuerſitate poterit teſtificari, vt in
d. §. qui manumittitur. & 12. q. 2. qui manumitti-
tur. Si verò ſint alia, quæ ſpectant vniuerſitati tan-
quam ſingulis de vniuerſitate, tunc non poterit
teſtificari, quoniam attingit cauſam, vel commo-
dum proprium. Et ideo inquiunt DD. quòd te-
ſtes de vniuerſitate non poterunt teſtificari ſuper
paſcuis vel nemoribus, in quibus quilibet de vni-
uerſitate liberum habet paſcuum, quoniam hæc
attingunt vniuerſitatem, & ſingulos de vniuerſi-
tate. Quidam tamen vt Vbertus de Bo. & Simon
Vicentinus, quos etiam ſequitur Archi. 14. q. 2. ſu-
per ſumma. videntur limitare prædicta, ſcilicet vt
teſtis de vniuerſitate poſsit teſtificari in cauſa que
ſit vniuerſitatis, vt vniuerſitatis, non tantùm vt ei
adhibeatur plena fides, quod dictum Arch. vide-
tur tenere Butr. in c. cùm nuncius, in rebus vni-
uerſitatis ſecularis, ſecus autem eſt in rebus vni-
uerſitatis eccleſiaſticæ, quoniã tunc teſtis de vni-

verſitate teſtificatur, & plena fides ſibi adhibetur.
72 Et eſt ratio † differentiæ inter vniuerſitatem ec-
cleſiaſticam & ſecularem, ſecundum Butr. quia ea
quæ ſunt eccleſiæ, vel vniuerſitatis eccleſiaſticæ,
non in tantum ſpectant clericis, & alijs de vniuer
ſitate, quantum ſpectant ea quę ſunt vniuerſitatis
ſecularis illis de illa vniuerſitate. hæc ratio diffe-
rentię nó placuit Im. in d. c. cùm nuncius, quia có-
modū applicatur vniuerſitati vt vniuerſitati, ideo
nó magis ſpectat ad ſingulos in vno caſu, quàm in
alio. ideo inquit ipſe, ꝙ vbi plures quàm duo te-
ſtes poſſunt haberi, tūc duo teſtes de vniuerſitate
nó ſufficerét, & hoc modo poteſt intelligi Archi.
ſed vbi aliàs non poſſent haberi, niſi duo fortè ꝓ-
pter magnam antiquitaté facti, tunc in ſubſidium
ſtaretur dicto duorum ex quo commodum venit
applicandum vniuerſitati. Facit quod no. in ſimi-
li Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio.
Mihi autem videtur vera differentia But. eo caſu,
quo ſit vera ſententia Archi. quoniam negare nó
poſſumus, quin plus iuris habeant ſinguli de vni-
uerſitate ſeculari in his quę ſpectant vniuerſitati
ipſi tanquam vniuerſitati, quàm habeant ſinguli
de vninerſiate eccleſiaſtica, vel clerici in cauſa ec-
cleſiæ, quoniam in cauſa vniuerſitatis ſecularis
commodum reſpicit ſingulos de vniuerſitate, &
etiam futuros hæredes ipſorum contemplatione,
quorum non mediocris eſt affectio, quę ratio ceſ-
ſat in clericis qui nullam prætendunt affectioné
reſpectu futuræ poſteritatis. In indicando tamen
videretur tutius admitti ſententiam Archid. pro-
pter auctoritatem glo. & Spe. tenentium indiſtin-
ctè quemlibet de vniuerſitate poſſe teſtificari. At-
73 tamen bonum eſt dictum Archi. Et hæc † ſupra-
dicta locum habent in cauſa ciuili. Sed quid erit
in cauſa criminali? an teſtis de vniuerſitate in cau
ſa criminali? Specu. in verſic. de quo ſuprà dicit,
quòd ſi prælatus accuſatur, tunc poſſunt illi de
Capitulo contra eum teſtificari, de hoc tamen vo
bis plenè dixi ſuprà in ſecunda parte, etiam ſecun
dum Specula. ſi accuſetur ab aliquo de vniuerſi-
tate. Sed ſi aliquis de vniuerſitate accuſat extra-
neum, non poteſt aliquem de vniuerſitate in te-
ſtem inducere, niſi in defectum. 14. q. 2. c. ſuper.
Et hanc ſententiam dicit Specu. fuiſſe domini ſui
Hoſti. in ſumma. Io. An. in d. c. cùm nuncius, in-
quit eſſe diſtinguendum inter vniuerſitatem, vt ſi
vniuerſitas ſit magna & ampla, tunc quilibet de
vniuerſitate poſſet teſtificari etiam in criminali
pro cauſa alterius de eadem vniuerſitate agentis
criminaliter. Si autem vniuerſitas eſſet adeò par-
ua, vt illi de vniuerſitate illa caderent in nomen
domeſticorum, tunc non poſſent teſtificari. Et ſe-
cundum hanc diſtinctionem videtur intelligi Io.
And. in ver. nunquid in cauſa collegij in addi. ge-
neraliter. ſiue in cauſa criminali, ſiue in ciuili. Et
cum hac opinione tranſeunt Butr. & Imol. refe-
rentes tamen eum quoad cauſam criminalem, &
non quoad ciuilem. Et hæc opinio Io. An. vide-
tur æquiſſima etiam in cauſa ciuili. Nam quan-
do vniuerſitas eſt parua, perinde eſt, ac ſi illi de il-
la vniuerſitate eſſent in eadem habitatione. Et
per hoc dictum Ioan. And. crederem, quòd ſi ali-
quis Papien. accuſaret Mediol. criminaliter, quod
hoc caſu non poſsit producere vicinum Papien.
pro ipſo accuſante contra Mediolan. ratione di-
cti ipſius Ioan. Andr. quoniam licet vniuerſitas
Papien. ſit ampla, tamen ratione vniuerſitatis di-
cuntur quodammodò domeſtici. Pro hoc facit il-
lud Terentij: Vicinitas eſt in propinqua amicitiæ
parte. Pro hoc facit quod no. pulchrè per gloſſ. in
l. aut ſi aliter. §. ſi fortè. ff. quod vi & clàm. vbi gl.
parificat amicos & vicinos. Et † ideo in cauſa cri 74
minali, in qua teſtes debent eſſe luce clariores vi-
cinus non eſſet teſtis idoneus, & in ciuili fides ſibi
aliquantiſper diminuenda eſt, quia vicinitas di-
citur vniuerſitas quædam parua & ſeparata ab a-
lijs vniuerſitatibus. hoc tamen non reperio ta-
ctum ab aliquo. Sed † quid erit, ſi omnes de vni- 75
uerſitate ſint excommunicati, an vnus contra a-
linm admittatnr. Specu. in ver. quid ſi omnes de
vniuerſitate tenet ſecundum quoſdam, quòd ſic
per l. quoniam. C. de hær. niſi iudex ex officio eos
repellat. l. quos prohibet. ff. de poſtu. Vtrum
† autem vnus Canonicus poſsit teſtificari pro 76
alio? gloſſ. habetis quòd ſic. 14. quæſt. 2. ſic. cap.
quos ſuper, quod eſt intelligendum niſi ſimul
habitent ſecundum Butri. in cap. cùm nuncius.
& de hoc etiam vobis dixi ſuprà in ſecunda diui-
ſione huius partis. Finaliter de exequutore, &
ſyndico habetis gloſſ. in l. final. eodem titu. & di-
catis vt ibi. Et nunc habetis expeditam quartam
partem huius partis principalis.

SVMMARIVM.

1 *Seruus an & quando admittatur ad legitima teſtimo-
monia. & nu. 3. 4. 5. cum ſeq.*
2 *Seruus non poteſt eſſe miniſter, nec nuncius ad citatio-
nes.*
3 *Seruus qui habetur pro libero, & infamis pro viro bona
fame, an poſsit teſtificari. & nu. 5.*
4 *Probationibus deficientibus, an ſeruus in teſtem accipia
tur.*
6 *Mulier qua communiter habetur pro viro, vel pupillus
pro maiore, an teſtimonium dicere poſsit.*
7 *Seruus qui fuit teſtis in inſtrumento an de ipſius in-
ſtrumenti veritate deponere poſsit, detecta eius ſerui-
tute.*
8 *Intellectus ad l. primam. C. de teſta.*
Intellectus. ad l. 3. §. dua cauſa. ff. de Carb. edict.
9 *Tempus iuramenti in teſtibus attenditur.*
10 *Dubietas commiſsi criminis, vel infamia repellit quem
à teſtificando.*
11 *Iudex teſtem infamem ex officio repellit.*
12 *Infamia qualiter obycienda ſit teſti.*
13 *Libellus ſicut præſumptiuè ſufficit concludere, ita &
exceptio.*
14 *Infamia vbi præceſsit aſſumptionem alicuius officij in-
famem non repellit à teſtimonio.*
15 *Superior aſſumens infamem ad officium, an videatur
cum illo diſpenſare.*
16 *Statuliber an poſsit teſtificari.*
17 *Seruus ſub conditione, an pendente conditione teſtifi-
cari poſsit.*
18 *Teſtis inteſtabilis à teſtificando repellitur.*
19 *Pupillus ſeu impubes teſtimonium dicere non poteſt in
cauſa ciuili, fallit in cauſa criminali, in qua admitti-*

 tur,

tuur, & torquetur, & praſumptionem ad probandum dominum occiſum à familia facit.

21 *Pubes factus, an poßit teſtificari de his qua in pupillari atate vidit.*

22 *Intellectus ad l. 1. de falſ. monet.*

23 *Intellectus ad gl. in l. 3. §. idem Diuus. ff. de teſti.*

24 *Pauper an à teſtificando repellatur. & nume. 25. cum ſequen.*

25 *Paupertas non eſt de genere malorum.*

26 *Fideiuſſor non tantùm datur locuples ex facultatibus, quantum ex fide.*

27 *Monachus, vel Canonicus regularis, an ſit legitimus teſtis.*

28 *Frater minor an poßit eſſe teſtis.*

29 *Fratribus minoribus, vel alijs religioſis magis creditur, quàm ſecularibus in teſtificando.*

30 *Clerici an poßint teſtificari inter laicos.*

31 *Clericus in teſtem productus, à quo ſit examinãdus, & in quo loco.*

32 *Furioſus, vel indiſcretus, an à teſtificando remoueantur.*

33 *Furioſi & indiſcreti pro abſentibus, & ignorantibus habentur, niſi dilucida interualla habeant.*

34 *Furioſus an teſtificari poßit de his qua tempore ſana mentis, & bona memoria vidit.*

35 *Teſtis cui bonis eſt interdictum ad teſtificandum non admittitur.*

36 *Cacus an & quando poßit eſſe teſtis.*
Cacus factus dignitatem retinet.

37 *Cacus an poßit eſſe teſtis in ſtipulatione, & in actione iniuriarum, & an poßit falli vel ne, remittitur iudicis arbitrio.*

38 *Exceptiones qua opponi poſſunt contra teſtes.*

39 *Laicus in cauſa criminali contra clericum teſtificari non poteſt.*

Quando repelluntur teſtes ratione defe-
ctus perſonæ.

CAP. V.

VIDENDVM eſt nunc de perſonis quę pro-
hibentur ratione defectus perſonæ. Primò
1 † prohibetur ſeruus. l. qui teſtamento. §.
ſeruus. ff. de teſta. Auth. ſi dicatur. C. eo. ti. & d. l.
quoniã. 3. q. 5. c. nullus. niſi in defectum ꝓba. ſe-
cundum quoſdam, vt inquit Spec. in ver. item eſt
ſeruus. in §. 1. & l. penul. C. de hære. in fi. 4. q. 2. c.
fin. Et niſi in caſibus exceptis, quia admititur, ſi
accuſatus ſit de crimine diffama. 2. q. 2. in primis,
in facto ſuo ipſius ſerui quandoq; creditur cum
tormentis, & alijs præſump. 4. q. 3. verſi. ſerui.

Contra dominum autem vel patronum non
creditur, niſi in aliquibus caſibus. no. in l. quicun-
que. §. fi. C. de ſer. fugi. & in d. c. ſerui. 4. q. 3. Sub-
2 iungit † notabiliter Io. An. in addi. in d. ver. ex
mente Guil. de Sum. quòd quemadmodum ſer-
uus non poteſt eſſe teſtis, ita etiam non poteſt eſ-
ſe miniſter, nec nuncius ad citationes, quia tales
ſunt plus quàm teſtes, ex quo eis ſolis creditur:
& quia nullam habent cõiunctionem Iure Ciuili,
vel prætorio, & æquiparantur morti. l. antepenul-
tim. ff. de regul. iur. Et ex prædicta ratione Ioan.
And videtur poſſe inferri, quòd vbi quis non po-
teſt eſſe legitimus teſtis, tunc etiam non poſſit eſ-
ſe nuncius ad referendum in iudicio, quia magna
ſibi fides, & credulitas adhibetur.

Quid † autem ſi ſeruus habeatur pro libero, 3
vel infamis pro viro bonæ famæ. not. tamen ſe-
cundum Io. Andr. in addi. in verſi. de quo ſuprà,
quòd lex dedignatur appellare dictum ſerui teſti-
monium, ſed eum appellat reſponſum, & non te-
ſtimonium. l. ſerui reſponſo. ff. eo. tit. & l. quæro.
§. fi. vbi bonus tex. ff. de ædil. edict.

Et hoc fuit dictum cuiuſdam Bagaroti anti-
qui. Subijcit † deinde Ioan. And. idem ex mente 4
Guil. quòd deficientibns probationibus recipi-
tur ſeruus in teſtẽ, etiamſi de ſuo facto nõ interro
gatur, quemadmodum nos dicimus in armario. l.
ob carmen. §. fi. ea. ff. eo. ti. Nam ſecundum l. pri-
dem. & l. interrogari. C. de quæſt. nõ debebant
ſerui pro domino, vel contrà, interrogari, ſed de
ſuo facto debebant iterrogari. Quid ergo voluit
i. ſerui reſponſo. ff. eo. titu. Reſpondeatis ſecun-
dum Io. And. quòd deficiente aliqua probatione
ſumitur dictum ſerui, in teſtamento tamen ſer-
uus non adhibetur ad ſolennitatem. l. qui teſta-
mento. ff. de teſta.

Et finaliter conclu dite, ꝙ in iudicio in defectũ
ꝓba. ſeruus poteſt deponere dictũ ſuum, vt in d.
l. ſerui reſponſo. & optime in d. l. quæro. §. fin. ff.
de ædil. edict. facit l. Diuus. ff. de quæſt. Sed vltra
prædicta dubitatur, an † ſeruus, qui habetur pro 5
libero, poteſt teſtificari? Spec. in ver. item quod
eſt ſeruus. concludit quòd ſi communiter habe-
batur pro libero tempore quo depoſuit, valet, vt
in l. 1. C. de teſta.

Idem ſi à maiori parte haberetur pro libero.
l. quòd maior. ff. ad muni.

Idem ſi omnes eſſent ſerui cum opi. quòd eſ-
ſent liberi ſecundnm Cy. & Iac. de Ra. in l. 1. C. de
teſta. Idem eſſet notabiliter ſecundum Ioan. An.
in prælleg. ver. ſi communis error eſſet in ætate,
vel ſexu teſtium.

Vt † puta ſi mulier haberetur communiter 6
pro viro, vel pupillus haberetur pro maiore. Idẽ
ſecundum eum eſt, ſi communis opin. haberet a-
liquem pro non infame, vt habetis gloſſ. notabi-
lem in l. cum l. ff. de teſta. Et hęc omnia ꝓcedunt,
vt quis depoſuerit dictum ſuum antequam dete-
cta ſit eius infamia vel ſeruitus. Sed dubitat, † an 7
ſeruus, qui fuit teſtis in inſtrumento poſſit depo-
nere de veritate ipſius inſtrumenti, detecta eius
ſeruitute? glo. in d. l. 1. C. de teſta. tenet quòd non
ſolùm communis error operetur, vt inſtrumen-
tum non poſſit dici nullum ratione defectus ſo-
lennitatis, ſed ratione falſitatis poſſet dici falſum.
mouetur glo. per l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de Car. edict.
& per l. quoniam. C. eo. tit. Cyn. tamen in d. l. 1. &
Bar. in d. l. 3. §. duæ cauſæ concludnnt ex mente
Az. in Summa. eo. ti. de teſtamentis, quòd ſeruus
poterit teſtificari in iudicio de veritate teſtamen-
ti. Nec obſtant contraria allegata per gloſſ. quia
reſpondent diſtinguendo, quoniam mutatur con
ditio perſonæ abſque defectu ipſius perſonæ, &
tunc poterit eſſe teſtis, vt in d. l. 1. quandoq; mu-
tatur conditio culpa ipſorum teſtium, vt quia ef-
ficitur infamis, & tunc nõ poterit teſtificari. & ita
loquan-

loquantur contraria. Bald. in dict. l. 1. de teſtam. c.
8 † concludit, interdum admittitur teſtis ad ſub-
ſtantiã actus, in principio, & tunc inſpicitur prin-
cipium non quòd poſtea ſequitur, & hoc modo
loquitur d. l. 1. interdum admittitur teſtis ad ꝓ-
bationem, quia reſpicit in futurum, non ad ſub-
ſtantiam actus alicuius. & tunc inſpicitur quod
poſtea ſequitur. ita loquitur d. l. 3. §. duæ cauſæ.
Mihi autem magis placet ſententia gloſſ. in d. l. 1.
vt ſeruus & infamis, qui adhibiti ſint teſtes ſolùm
operantur ad ſolennitatem detecta ſeruitute, vel
infamia, non autem loquitur ad probationem ve-
ritatis. Primò per d. §. duæ cauſæ, qui indiſtinctè
loquitur de mutatione, quę poſſet euenire in per-
ſonam teſtis. nec reſponſio Docto. probatur. l. eo
9 modo diſtinguente. Secundò † moueor, quo-
niam in teſtibus principaliter attendimus tem-
pus iuramenti, vt not. gloſſ. in Clem. 1. de offi. de-
leg. & ſuprà in præceden. tetigi: ergo cum tempo-
re iuramenti conſtet publicè teſtem eſſe ſeruum,
vel infamem, minimè erit admittendus. Tertiò
10 moueor, † nam dubietas commiſsi criminis vel
infamiæ repellit quem à teſtificando. c. fina. de te-
ſtibus. l. reus delatus. ff. de mu. & ho. Sed ſi pro-
pter dubietatem repellitur, ergo multo magis
propter certitudinem infamiæ, vel ſeruitutis.
11 Quartò, † quoniam ſaltem dicemus iudicem de-
bere repellere ſeruum, vel infamem officio ſuo,
quoniam intereſt iudicis, ne in iudicijs perſonæ
infames vel viliſsimæ verſentur, ideo prohiberi
poteſt. l. quos prohibet. ff. de poſtu. Nec obſt. ſi
dicitur quòd ſeruus, vel infamis fuerit approba-
tus à contrahentibus vel teſtatore, quia reſpon-
deo quòd approbatio illa fuit per errorem, ideo
non admittenda.

12 Præterea inquit Bar. in d. l. 1. quòd † ille, qui
vult obijcere infamiam teſti, debet dicere eum
fuiſſe infamem, & publicè habitum pro infame.
Aliàs enim ſi diceret, oppono contra te, quia tem-
pore depoſiti dicti tui tu eras infamis, hoc non
ſufficeret, quoniam exceptio debet de neceſsitate
cõcludere. & hoc nõ concluderet de neceſsitate,
quoniã nõ ſequitur, iſte fuit infamis: ergo nõ po-
tuit eſſe teſtis, quia ſi fuiſſet habitus publicè pro
viro non infame, tunc admiſſus fuiſſet. facit glo.
notab. ſuprà allegata, in l. cum lege. Bal. in dict. l.
1. reprobat Bar. inquiens ſufficere, ſi opponitur
cõtra teſtem, quòd fuerit infamis, dum tamen no-
minet ſpecialiter cauſam ſuæ infamiæ. c. præſen-
tium. eo. tit. in 6. nec eſt neceſſe dicere ſecundum
eum, quòd habebatur pro infame, ex quo ita ha-
beri debebat. Secus eſſet ſecundum eum, ſi oppo-
neretur exceptio infamiæ ſine cauſa, quia hoc nõ
ſufficeret, vt in d. c. præſentium. & hæc opi. vide-
tur verior, & eò maximè cum in dubio interpre-
tandum ſit contra ipſum infamem.

Et idem dicemus de ſeruo, propterea incum-
bit onus probandi infami vel ſeruo probare tunc
temporis non fuiſſe infamem, vel ſeruum. Pro
13 hoc † facit, quoniam ſicuti ſufficit libellum con-
cludere præſumptiuè. l. creditor. §. Lucius. ff. de
his quæ in frau. credi. ita etiam ſufficit exceptio-
nem concludere præſumptiuè, & eſt præſum-
ptio, quoniam peccata nocentium debent eſſe
publica. l. eum qui nocentem. ff. de iniur. Notan-
dum † eſt etiam vltra prædicta ex mente gloſſ. in 14
c. præterea, de teſti. cog. quod vbi infamia præ-
ceſsit aſſumptionem alicuius officij, tunc infamis
non repellitur à teſtimonio, vt videtur innuere
gloſſ. ibidem à contrario ſenſu. Et † huius dicti 15
eſt ratio, quia ſuperior aſſumendo infamem ad of-
ficium non obſtante illa infamia, videtur ſuper
illa diſpenſare, per id quod habetur in c. diuerſis,
de cler. coniug. & in cap. veniens, de fil. presby. l.
quidam conſulebat. ff. de re iudi. Quæ diſpenſa-
tio infamiæ procedit, tunc quando crimẽ, ex quo
proceſsit infamia, erat ſaltem notorium vel famo
ſum, ita quòd veriſimiliter tranſmeat ad notitiam
ſuperioris. Secus ſi fuiſſet occultum, quia tunc nõ
videtur ſuper illo diſpenſatum. ſed potius eſt im-
putandum teſti, qui tacuit. per no. in c. expoſui-
ſti. de cor. vitia, & in cap. cùm non ignores, de præ-
bend. ſecundum Hoſtien. qui ſenſit quòd tunc
non poſsit teſtificari. Et ex prædicta doctrina in-
fert nobis ſingulariter, quòd vbi ſuperior promo
uet infamem ad officium, tunc videtur diſpenſa-
re ſuper infamia, & eum reſtituere ad famã, quan-
do delictum publicè erat notum. pro hoc opti-
mè quod no. in c. conſtitutus. de reſcri. & in c. di-
lecto, de præben. vbi ex mente Doct. concludi-
tur, quòd ſi Canonici condiderunt ſtatutum, &
iurauerint non tollere ſtatutum, pro hoc caſu cõ-
traueniendo ipſi ſtatuto videntur diſpenſare ſu-
per iuramento. Et eo modo ſi iurauerint non con
trauenire ſtatuto, nã contraueniendo ipſi ſtatuto
videntur tollere ſtatutũ, & in conſequentia ipſum
iuramentum. Imol. tamen ſenſit vnum in dict. c.
præterea, quòd donec infamis in officio tollera-
tur poterit teſtificari, per tex. in d. c. pręterea, quia
loquitur indiſtinctè. Subdit tamen, ꝙ vbi crimen
fuit occultum, poſsit remoueri ab officio, & peti
vt remoueatur, ex quo non intelligitur ſuper il-
lo diſpenſatum. Secus quando nõ fuit occultum,
per dict. c. diuerſis fallacijs. Ego autem dicerem,
quòd ſi infamia ſuperuenit durante officio, quo-
niam tunc poterit teſtificari, quoniã tollerando
infamem in officio, ita videtur diſpenſare ſuper
infamia, quemadmodum diſpenſat, quando ab
initio promouet infamem ad officium. Faciunt ad
prædicta quæ no. per Innoc. pulchrè in c. ſuſcita-
tur, aliàs conſtitutus, de reſcriptis. Et hæc omnia
faciunt ad ea quę vobis ſuprà dixi, quando teſtis
repellitur ratione criminis vel infamiæ.

Sed † quid dicemus de ſtatulibero, an poſsit 16
teſtificari? breuiter idem dicatis de ſtatulibero,
quod de ſeruo. l. ſtatuliberi cæteris. ff. de ſtatuli.
nam conditio, ſub qua libertas ſibi data eſt, non
habet eum liberare, nec eximere à ſeruitute. Sed
hic dubitatur, quid † ſi aliquis ſit ſeruus ſub con 17
ditione. verbi gratia, ſi nauis ex Aſia venerit, ven-
do me tibi, vel ſi fuerit pronunciatum te vendi-
diſſe, pronuncio te ſeruum, an pendente condi-
tione poterit teſtificari? concludatis quòd ſic, nec
ſuperueniens implementum conditionis habebit
irritare dictum ſuum, quemadmodum dicimus
in ſta. li. Ita no. Bal. in ſimili in l. 1. C. de hære. in-
ſti. Nam ſi damnatus ad mortem non poteſt inſti-
tui hæres, & aliquis damnatus ad mortem ſub

conditione, ſi non ſoluerit mille infra menſem, ſi
pendente conditione fuerit inſtitutus hæres, va-
let talis inſtitutio, nec ſuperueniens defectus con-
ditionis habet irritare inſtitutionem factam pen-
dente conditione, per d.l. ſtatu liberi.

Conſequenter † repellitur teſtis qui eſt inte-
ſtabilis, vt l. cum lege. ff. de teſta.

18 Repellitur etiam † teſtis ratione minoris æta-
tis, nam pupillus teſtimonium dicere non poteſt,
91 l. inuiti. ff. eodem titulo. gloſſa tamen in dicta le-
ge, inuiti, dixit primò pupillum non poſſe eſſe te-
ſtem, quoniam ſciens peieraſſe non videtur. l. qui
iuraſſe. §. pupillus. ff. de iureiur.

Si autem ſit pubes, non poteſt niſi ſit maior an-
nis 25. in l. teſtimonium. ff. eod. tit. Fallit in crimi-
ne læſæ maieſtatis, vbi etiam pupillus admittitur
& torquetur, ſi opus eſt, in l. de minore, in princ.
ff. de quæſti. Item fallit, ſi † eſt proximus puber-
tati & doli capax. l. fin. ff. de li. cauſa. Per hoc ta-
20 men inquit gloſſ. in dict. l. inuiti, non erit teſtis
idoneus, ſed faciet ſolùm aliquod indicium, vt
inquit gloſſ. in dict. c. fi. Spec. videtur ſequi gloſſ.
in d. l. inuiti. ſed addit alium caſum, vbi pupillus
poteſt recipi, vt ſi dominus dicatur occiſus à fami
lia. l. quoniam. C. eo. tit. & l. 2. §. puberis. ff. ad Sil-
lania. Conſequenter † videndum eſt, an pubes fa-
ctus poſsit teſtificari de his, quę vidit in pupillari
21 ætate? hæc quæſtio reputatur ſubatina, de ea poni-
tur per Pileum in 13. q. ſua. Azo in ſumma de teſti.
ad fin. dixit puberem ſimpliciter poſſe teſtificari
de his quę vidit in pupillari ætate, gloſſ. noſtra po
ſuit primò de hac quæſtione in l. 3. §. idem Di-
uus. ff. eodem titu. & in l. ad teſtium. ff. de te-
ſta. Tractauit etiam in l. notionem. §. inſtrumen
torum. ff. de verbo. ſigni. Et in his locis conclu-
dit puberem poſſe teſtificari de his quæ vidit in
pupillari ætate, dummodò poſsit habere animum
in eo tempore ad cognoſcēdum ea, de quibus te-
ſtificatur. Specu. in tit. de teſti. §. 1. in ver. ſed nun-
quid pubes factus. dicit idem quod ſuprà dictum
eſt, & hæc eſt ex cōmuni omnium ſententia, dum
tamen teſtificetur de his quę vidit dum erat pro-
ximus pubertati. Idē dicunt quidam ſecundum
Spe. erit de his quę in furore aliàs vidit, vel ante-
22 quam fieret cæcus. Ioan. And. in addi. vbi † ſuprà
dixit puberem admittendum in teſtem in his quę
viderit impubes, ſi talia eſſent quę probabiliter
cadere poſſent in mentem ipſius tunc pupilli. Si
autem non poſſet cadere in mentem ipſius, tunc
non poſſet teſtificari. & hoc modo intelligitur l.
1. C. de fal. mo. nam licet pupillus videret fabri-
cari falſam monetam, tamen non haberet iudi-
cium intelligendi falſitatem ipſius monetæ. Am-
plius ſubdit Io. An. quòd etiam poterit teſtificari
pubes de his quę vidit in pupillari ætate non mo-
dò, ſed etiam in ætate infantili, dummodò de eo
potuerit tunc habere iudicium. Proinde dicit Io.
And. quòd ſi infantes fuerint ſocij in ſcholis vel
aliter in ſocietate verſati ſunt, & quæratur de æta-
te alterius ipſorum. pro hoc caſu alter ex iſtis con
ſocijs poterit teſtificari alterum conſocium eſſe
ætatis annorum 25. licet ipſe teſtis non ſit niſi tri-
ginta annor. Et ſic teſtificatur de his quę vidit in
quinto anno. Secus tamen ſecundum eum eſſet in
controuerſia de vno vel duobus annis, vt quia
dicit eum eſſe vigintinouem vel triginta an. tunc
enim hoc non poſſet teſtificari, quia in eo non e-
rat tantum iudicium, vt poſſet ſeceroere ætatem
per annum vel per duos, niſi fortè eſſet frater, qui
immediatè ſequeretur fratrem in natiuitate: nam
tunc probabiliter admitteretur. Bar. in d. l. 3. ff.
eo. tit. tenuit gloſſ. ibidem, vt poſsit teſtificari de
his quę vidit in pupillari ætate. Subiungit tamen
Bar. vnum, dum dixit gloſſ. poſſe teſtificari pu-
berem de his quæ vidit in pupillari ætate. hoc ve-
rum, dum tamen exceſsiſſet infantiam, aliter non
admitteretur. & ſic videtis Bar. contrariari opin.
Ioan. And.

Opinio tamen Io. And. verior, & quomodo ſe
reſtringit ad ea de quibus infans poteſt habere iu-
dicium. Archi. 37. dict. c. relatum ſequitur gloſſ. in
dict. l. 3. ſubiungens vnum bonum verbum in
hac materia, quòd idem eſt de minore proximo
pubertati, quod eſt de ipſo pubere, ſcilicet quòd
poſſet teſtificari de his quæ vidit in pupillari æta-
te. & hanc opinionem dicit fuiſſe Laurentij. Qui
autem dicantur proximi pubertati, ponitur in l.
1. ff. de noua.

Bal. in l. excipiuntur. ff. ad Silla. vbi videtur ca-
ſus pro ſententia gloſſ. dicit ex mente Ia. de Are.
& Dy. ipſum puberem poſſe teſtificari, ſi eo tem-
pore fiebat, quo intellectum capere poſſet, tunc
admitteretur. & hæc videtur iuſtiſsima ſententia,
quam ſuprà ſenſit Ioan. And. † Ideo concludatis 23
breuiter puberem vel proximum pubertati ſecun
dum Archi. poſſe teſtificari, nedum de his quæ vi-
dit in pupillari ætate, ſed etiam in infantili, ſi mo-
dò habuerit iudicium pro cognitione negocij, de
quo teſtificatur. de hac quæſti. etiam ponitur per
Alberi. in dict. l. 3. ff. de teſti. & ibi ſentit pube-
rem ſolùm teſtificari poſſe de his quæ vidit in æta
te proxima pubertati. Et hoc modo dicit intel-
ligendam gloſſ. in dict. §. idem Diuus in l. 3. facit
l. ſi minor. ff. de ſer. expor. Vltra prædicta † du- 24
bitari poteſt, quid di paupere? text. in dict. l. 3.
de teſti. videtur conſtituere differentiam, an te-
ſtis ſit locuples vel pauper. Specu. in §. 1. verſicu.
item quòd eſt pauper. concludit, licet videatur
dubitare. quòd ſi pauper ſit bonæ fidei, tunc ad-
mittitur in teſtem, dum tamen aliquid habeat in
bonis: nam qui non habet quinquaginta aureos
in bonis, præſumitur non idoneus, in Authenti.
§. teſti. §. 1. & §. ſancimus. Et hoc vbi ſit honeſtus
& non ſuſpectus pauper, Inſti. de ſuſpe. tut. §. fi. In
criminalibus pauper videtur ſuſpectus, & non ad-
mittendus ſine tormentis. Subijcit tamen Specu.
quòd paupertas † non eſt de genere malorum. 25
15. q. 1. cap. illa. & argum. in l. humilem. C. de in-
ceſt. nup. Aliàs ſi pauperes honeſti & boni repelle-
rentur, dicetur omnes S. Martyres non poſſe teſti
ficari, quod tamen non eſt concedendum ſecun-
dum Specu. Alberi. in dict. l. 3. in princ. ff. eod. tit.
videtur concludere ex mente Ia. Bal. quòd in his,
in quibus requiritur idoneitas non ſolùm circa
fidem, ſed etiam circa diuitias principaliter, tunc
pauper non eſt idoneus, prout eſt in fideiuſſori-
bus & expromiſſore. l. ſi creditores. ff. de priui-
leg cr. & l. ſi verò. ff. qui ſatiſd. cog.

26 Sciendum † tamen eſt, quòd fideiuſſor non
tantùm datur locuples ex facultatibus quantum
ex fide, vt eſt textus in l. ſi ſtipulatus, in fin. ff. de
verborum obligat. & in l. ſcire oportet. §. fin. ff. de
excu. tu. Si autem verſatur idoneitas principaliter
reſpectu fidei, prout dicimus in teſte, tunc dicen-
dum eſt ſecundum Albe. & Ia. Bal. quòd ſi pau-
per habeatur bonæ fidei, admittitur. & hoc vide-
tur gl. ſenſiſſe in d. l. 3.

Minor tamen fides ſibi adhibetur quàm ſi eſ-
ſet diues ſecundum Alb. quia pauper facilè cor-
rumpi poſſet, ſi tamen eſſet diues malę famæ, præ-
feretur pauper bonæ fidei, & famæ illi diuiti ſe-
cundum eos.

Si autem loquitur in his, in quibus requiritur
fides miſta cum diuitijs, vt in tutela, tunc non ad-
mittitur omnimodò pauper, ſed adiungitur cura-
tor. l. ſuſpectum. ff. de ſuſp. tu. Et breuiter pote-
ſtis concludere hoc eſſe relinquendum arbitrio
iudicis pro qualitate paupertatis, & famæ, & fidei
ipſius pauperis, & etiam pro qualitate cauſæ. de
iure tamen Lombardorum pauper non habens
proprium, repellitur à teſtimonio ſecundum Al-
27 be. Vlterius videndum † eſt, quid de monacho,
vel canonico regulari? gloſſ. in Auth. ſi dicatur.
de teſti. videtur velle hos eſſe legitimos, & ido-
neos teſtes. Specu. in §. 1. ver. item excipitur quòd
eſt monachus. concludit quòd monachus, canoni-
cus regularis, conuerſus, vel alius religioſus ſub
obedientia non poteſt eſſe teſtis ſine licentia ſu-
perioris. argu. 16. q. 1. c. monachi. & c. 2. de poſtu-
lando. facit l. 3. §. in bello. ff. de re mil. Et hanc o-
pin. tenet Albe. in d. Auth. ſi dicatur. & videtur
omnimodò communis, licet gl. ibi dixerit admit-
28 ti ſimpliciter. Sed quid † dicemus de fratre mino-
re? Spec. in ver. quid de monacho dicit idem eſſe
de fratre minore quod eſt in monacho. Non ta-
men reperitur prohibitum eſſe fratem minorem
poſſe teſtificari, vnde admittendus eſt. l. 1. ff. eod.
pro hoc facit quod no. gloſſ. in Authen. de mona.
§. cogitandum. & quod not. in c. 1. de crimine fal.
idem tenet Io. And. in d. ver. quid de monacho.
Idem ſequitur Albe. in Rubrica de teſti. conclu-
29 dens, † quòd fratres minores, vel alij religioſi nō
poſſunt teſtificari ſine licentia ſuperioris. 16. q. 1.
Ideo videtur talibus magis eſſe credendum quàm
alijs ſecularibus propter religionem, quam ſum-
pſerunt, quæ abdicat ab eis omne commodum, &
omne proprium attingens eos.

30 Sed † quid erit de clericis, an poterunt teſtifi-
cari inter laicos? Butr. in c. cùm nuncius. extrà eo.
dicit quòd clerici teſtificantur inter laicos. 14. q. 2.
c. quanquam. vbi dicitur quòd non debent ad-
mitti teſtes in inſtrumentis inter laicos, nec inter
laicos cogi ad teſtificandum, niſi in ſubſidium,
31 quando alij teſtes deficiunt. Et tunc † ſunt exami-
nandi à iudice eccleſiaſtico, non autem à ſeculari.
hinc eſt, quòd nos videmus clericos deponere di-
ctum ſuum cum licentia prælati ſui. Subijcit ta-
men Archi. in dict. c. quanquam. eſſe in arbitrio
epiſcopi, an committat clericum examinandum,
vel velit ipſe examinare eum, cùm clerici nō poſ-
ſint iurare abſque licentia epiſcopi ſui. c. 1. de iur.
cal. 6. q. 1. c. teſtimonium. Et ibi dicitur, quòd cle-
ricus, qui in teſtem producitur, debet examinari
in eccleſia, licet Vgol. ibidem teneat quòd poſsit
iurare, & teſtificari ſi vult extra eccleſiam, & con-
tra ipſum Vgol. c. nullus. 22. q. ſi.

Conſequenter † remouetur à teſtificando fu 32
rioſus, vel indiſcretus. argum. 3. q. 9. c. iudices. & l.
qui furore. ff. de ſta. ho. Facit l. cæcus. ff. de iudi. &
l. cùm furioſus. eod. tit. Et hoc tenet Specu. in ver.
item quòd eſt furioſus. Tales † enim habentur 33
pro abſentibus, & ignorantibus. l. 1. §. furioſus. ff.
de acquir. poſſeſſ. niſi haberent dilucida interual-
la. l. qui teſtamento. §. eum qui. ff. de teſta. Sed 34
† quid erit, ſi furioſus velit teſtificari de his quæ
vidit tempore ſane mentis? in hoc tenerem quòd
non poſſet, quia potiſsimè in eo conſideramus
tempus diſpoſitionis, quo tempore penitùs caret
memoria, & intellectu. Si autem quis velit teſtifi-
cari de his quæ vidit in furore, tunc crederē eum
eſſe admittendum. Et hoc tenet Specu. in ver. ſed
nunquid pubes. Ratio eſt, quia tempore quo de-
ponit, eſt ſanæ mentis, & bonæ memoriæ, & faci-
lè poteſt habere memoriam de his, quæ vidit tem
pore furoris.

Sed † quid erit de eo, cui bonis eſt interdi- 35
ctum? concludite quòd non poteſt eſſe teſtis. l. is
cui bonis. ff. de teſta. & ibi ponitur per Bal. Vltra
prædicta † videndum eſt, quid de cæco. Specu. 36
in §. 1. ver. ſed nunquid cæcus, dixit poſſe teſtifi-
cari, quia non reperitur in iure prohibitus, maxi-
mè de his quæ vidit antequam fieret cæcus: nam
cæcus factus retinet dignitatem. l. qui furore. ff.
de ſta. ho. Et facit l. cæcus. ff. de iudi. hoc tamen
eſt limitandum ſecundum ipſum, ſi prius voces
contrahentium notas habuerit.

Nec ob. ſi dicatur, † quòd in voce decipi po- 37
teſt, quia & viſus quandoque poteſt decipi. 27. q. 1.
cap. voce. Et breuiter ſecundum ipſum poterit
eſſe teſtis in ſtipulatione, & in actione iniuria-
rum. poſſet tamen probabiliter diſtingui, an faci-
lè poterit falli vel ne, & hoc eſſe committendum
arbitrio iudicis, qui habebit conſiderare, an habe-
bat adeò notas voces cōtrahentium, vt facilè falli
non poſsit.

De † hinc ſubijcit Specu. quòd poterit contra 38
teſtem excipi, quòd eſt artifex ignotus, vel nimis
obſcurus, vel ignobilis, vel nō diues ponit in ver.
item quòd eſt artifex. Item etiam quòd non eſt in
dignitate, quæ tamen omnia ſunt determinanda
vt aliqualiter fidem diminuant, nō autem vt om-
ninò repellatur, licet ipſe loquatur generaliter.
Item etiam poteſt opponi, quòd teſtis eſt gratio-
ſus, vt in verſic. item quòd eſt gratioſus. facit 3. q.
5. ſimiliter. & c. accuſationes. Demùm etiam op-
ponitur † laicum non poſſe teſtificari in cauſa 39
criminali contra clericum, vt in c. veniens, el pri-
mo, de teſtibus. 2. q. 6. laicos. & ibi ponitur per to-
tum. Ex his habetis expeditam hanc vltimam pri-
mæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtificari non coguntur ſenes vt ſunt maiores annis ſeptuaginta valetudinarij, ij qui ſunt cum magiſtro Republica, miſsi à militia ignominia cauſa abſentes ex probabili & neceſſararia cauſa, & qui conduxit prabendam vehendam.*

2 *Frater an cogatur teſtificari contra fratrem in cauſa criminali. & nu. 4.*

3 *Frater quo caſu contra fratrem in ciuili teſtificari cõpellitur. & nu. 5.*

5 *Intellectus ad gl. in l. lege Iulia. ff. de teſtis.*

6 *Frater vel conſanguineus cuius fauore prohibeatur teſtificari contra fratrem vel conſanguineum.*

7 *Frater volens teſtificari contra fratrem, an & quando admittatur.*

8 *Frater poteſt accuſare fratrem ciuiliter, quando crimen nimis magnum eſt.*

9 *Gener contra ſocerum non compellitur teſtificari, vel econtrà. & nu. 18.*

Vitricus aduerſus priuignum, vel econtrà.

Sobrinus aduerſus ſobrinum vel ſobrinam, vel econtrà.

Idem de nothis ex his qui ſunt propinquiores gradu.

Idem in omnibus agnatis.

10 *Collaterales vſque ad quem gradum non compellantur eſſe teſtes.*

11 *Libertus contra patronum non cogitur teſtificari.*

12 *Sententia lata prætextu probationum à iure reprobatarum nulla eſt.*

13 *Libertus an poßit teſtificari contra patronum patrono volente.*

Reuerentia expreßè debita remitti non poteſt.

14 *Filius contra patrem an admittatur ad teſtificandum.*

15 *Vxor contra maritum non cogitur eſſe teſtis. & nu. 7. & in d. nu. 31. Et quid, ſi veritas aliter haberi non poteſt. nu. 19.*

16 *Teſtis domeſticus an poßit cogi teſtificari contra domeſticum.*

Aduocatus teſtificari non cogitur contra partem, pro qua patrocinium præſtat.

17 *Vxor marito ſuo reuerentiam debet.*

19 *Veritas quando aliter haberi non poteſt, qui teſtificari compellantur.*

20 *Libertus an teſtari compellatur, quando veritas aliter haberi non poteſt, & quid de filio, ſocero, & genero.*

21 *Expulſi ex vilitate perſonæ admittuntur ad teſtificandum, quando veritas aliter haberi nequit, quid ſi vitio ſui quis prohibetur à teſtificatione.*

22 *Magiſtratus & ſimiles qui fauore publico à teſtimonio excuſantur, an cogatur in deſertum vbi publica vtilitas ſuadet.*

23 *Priuilegio proprio excuſari vt ſenes & valetudinarij, & tales non compelluntur venire coram iudice in defectum, ſed iudex debet mittere ad eos recipiendos.*

24 *Veritas vbi aliter apparere non poteſt, priuilegiati compelluntur teſtificari.*

25 *Onus probandi quòd veritas aliter apparere non poteſt, cui incumbat.*

26 *Ius procedens à diſpenſatione communi potentius eſt, quàm à diſpenſatione priuilegiati.*

27 *Celare veritatem an ſit peccatum.*

28 *Princeps per priuilegium, nec conſuetudo, nec pietas excuſat à peccato.*

29 *Differentia inter priuilegiatum & non priuilegiatum, quia priuilegiatus non compellitur teſtificari, niſi vbi aliter veritas apparere nequit. cæteri verò non priuilegiati indiſtinctè cõpelluntur teſtificari, etiamſi veritas aliàs poteſt apparere.*

30 *Peccatum licet ſit, celare veritatem in ciuili, in criminali non eſt peccatum.*

32 *Anima eſt cunctis rebus præferenda.*

33 *Clericus regulariter non compellitur teſtificari, niſi in ſubſidium probationum.*

34 *Clericus in teſtamentis poteſt eſſe teſtis.*

35 *Intellectus ad c. ſi qui. de teſtis.*

36 *Clerici coguntur ad teſtificandum, quando de crimine ciuiliter agitur.*

37 *Clerici compelluntur coram iudice ſeculari teſtimonium dicere, quando agitur criminaliter de crimine ad pœnam pecuniariam imponendam per ſtatuta.*

38 *Clerici non compelluntur coram iudice, qui eſt de temporali iuriſdictione eccleſiæ teſtificari, quando teſtificando in criminalibus incurrerent irregularitatem.*

39 *Idem de laico, qui tenderet ad clericatum.*

40 *Teſtes tunc compelluntur, ſi de crimine agitur criminaliter in foro canonico ad pœnam depoſitionis vel ſuſpenſionis, vel etiam aliam*

41 *Teſtificari an quis cogi poßit, quando de crimine agitur per viam exceptionis, vt quia opponitur contra teſtem vel procuratorem, quòd eſt crimunoſus, vel in alijs ſimilibus.*

42 *Teſtes de Iure Canonico non compelluntur niſi timore alterius partis conſtet iudici teſtem eſſe reuocatum à teſtimonio ferendo.*

43 *Teſtis compellitur in cauſa criminali, ſi timore vel malitioſè ſe ſubtraxit, ad teſtificandum ex inſtinctu partis aduerſæ, ſecus ſi amore tantùm.*

44 *Teſtis qualiter dicatur deponere inuitus, & non coactus.*

45 *Teſtis iurans non teſtificari, an cõpelli poßit ad teſtificandum.*

46 *Teſtis qui iurauit teſtificari, qui deponit compulſus, licet non plenè probet, tamen dictum ſuum valet ad ſemiplenam probationem, & iuramenti delationem in ſupplementum probationis.*

47 *Periurus repellitur quandocunque à teſtificando, & tutius eſt quòd teſtis à iuramento abſoluatur.*

48 *Iudex ordinarius habens teſtem in ſua iuriſdictione poteſt cogere teſtem ad deponendum.*

49 *Idem ſi teſtis ſit de iuriſdictione iudicis, & vocatus cõparet coram eo, tunc poteſt cogi à iudice ordinario, & puniri.*

50 *Iudices poſſunt committere examinationem teſtium abſentium iudici illius territorij vbi teſtes degunt, & compellant eos ad teſtificandum, ſi cauſa eſt ciuilis.*

51 *Quid, ſi cauſa eſt criminalis.*

52 *Merum & mixtum imperium in cauſa abſentia poteſt delegari.*

53 *Delegatus Papæ vel principis cui cauſa committitur cum clauſula, teſtes ſi ſe ſubtraxerint compellas, poteſt quemlibet compellere.*

54 *Idem ſi illa clauſula non ſit appoſita.*

55 *Arbiter non poteſt cogere teſtes ad teſtificandum, ſed ordinarius eos compellit.*

56 *Victor, qui in itinere eſt, cogitur ad teſtificandum, ſi clericus eſt per cenſuram eccleſiaſticam, ſi verò laicus per impulſionem vel captis pignoribus, non autem per mißionem in carcerem.*

Qui teſtes non cogantur teſtificari.

CAP. VI.

NVNC videndum eſt principaliter, qui teſtes non cogantur teſtificari. Concludite primò, quòd † valetudinarij ſenes, vt ſunt maio-

maiores 70. annis excuſantur. Itẽ hi qui ſunt cum magiſtro Reipublicæ, hi etiam quibus in vrbe venire non licet, vt quia ignominiæ cauſa miſsi ſunt à militia. Item publicanus, & is qui abeſt ex probabili & neceſſaria cauſa. Item qui conduxit præbendam vehendam exercitui, vt hæc omnia probantur in l. inuiti. la prima, de teſti. 2. q. 3. inuiti.
2 Sed † hîc principaliter dubitatur, nunquid frater cogatur teſtificari contra fratrem, hæc quæſtio eſt tradita multum inuolutè à Docto. noſtris, pro ea tamen declaranda poſſumus principaliter dubitare de quatuor. Primò, nunquid frater compellatur teſtificari contra fratrem. Secuudò, an poſsit compelli teſtificari pro fratre. Tertiò, an volens teſtificari contra fratrem, admittatur. Quartò, an volens teſtificari pro fratre, admittatur.

Circa primum concludite, quòd frater non cogitur teſtificari contra fratrem in cauſa criminali, & hoc eſt indubitatum apud omnes. l. lege Iulia. ff. eod. & cap. lege Iulia. 4. q. 3. in ciuili autem gloſſ. in dict. l. lege Iulia. dixit idem quod in criminali.

Subiungens gloſſ. quòd omnes ennmerati in d. l. lege Iulia, compelli non poſſunt in ciuili. Et idem eſt ſecundum gloſſ. in agnatis, quia eadem vel maior eſt ratio, quam gloſſ. tenuit Ia. de Are. vt refert Cy. in l. parentes. C. eod. Et idem tenuit Archi. in d. c. lege Iulia. Pro hac ſententia adducitur ratio. Teſtificari eſt munus publicum, ſed tutela quæ eſt munus publicum remittitur alicui, ne ſit contra fratrem. l. humanitatis, de excu. tut. ergo eadem ratione remittatur teſtificari, ſed hoc argumentum non concludit ſecundum Io. And. in addi. ad Specu. in §. de teſtium compulſione, circa princ. quoniam illud dictum procedit fauore ipſius pupilli. Item facilius habetur tutor quàm teſtis, nec vltra dicit Ioan. Andr. Alber. in dict. l. parentes, ſequitur opin. glo. niſi in vno caſu ex mente Iaco. de Are. quando vtraque pars litigantium conſentiret, vt frater produceretur contra fratrem, tunc enim inuitus etiam compelleretur. faciunt quę no. in l. 2. C. eo. ti. de teſti. Bar. in d. l. lege Iulia. ſequitur etiam glo. illam, & cum illa tranſit ibidem Bald. quia eam non reprobat
3 † ipſe tamen Bald. in l. parentes, addit aliquos caſus, in quibus frater compellitur in ciuili. Primus, vbi frater eſt teſtis rogatus ab vtraque parte in inſtrumento. Secundus, ſi eſſet rogatus à teſtatore vel à iudice in iudicio: in his enim caſibus frater compellitur teſtificari contra fratrem in ciuili.

Facit quod no. per gloſſ. in Auth. de teſti. in §. licet, in fin. Specu. in §. de teſti. compulſione, verſic. ſed nunquid frater refert gloſſ. dicere. 3. q. 5. c. 1. fratrem poſſe cogi teſtificari contra fratrẽ in cauſa ciuili, contra quam ſententiam dicit Specu. faciunt quæ habentur in d. l. le. Iulia, prout intelligitur in ciuili & criminali. Dehinc ſubijcit Spec.
4 † quòd in minoribus criminibus cogitur aliquando contra fratrem, non tamen in magnis, argu. in l. ſi magnum, & l. ſi ſororem. C. qui accuſa. non poſ. niſi ſint aliqua crimina excepta, vt in crimine hæreſis vel ſimoniæ, de quo in c. literas, de præſumptio. & in ca. ſi auditus. 23. q. 8. Et hoc ſecundum eum in defectũ probat l. quoniam. C. de hæreti. 24. q. 2. quanquam. Mihi tamen magis placet ſententia gl. in d. c. primo, quoniam ex quo frater litigans approbat perſonam ipſius fratris, videtur iniquum, & quodammodò calumnioſum, vt etiam frater ipſum fratrem non debeat approbare. Secundo, quoniam facultas probat, non eſt anguſtanda. l. quoniam. C. de hæ. & maximè quando proba. procedunt ſine ſuſpicione, vt hîc.

Niſi ſaluando communem ſententiam reſpondeatis, quòd frater non compellitur teſtificari contra fratrem fauore ipſius teſtificari debentis, quo caſu tunc non deberet compelli, de quo ſtatim vobis dicam.

Circa † ſecundum, an frater poſsit compelli 5
teſtificari pro fratre. glo. in dict. l. lege Iulia. dicit, quòd nec pro eis cauſis nominaris in d. l. lege Iulia, poteſt compelli. Et idem tenuit Arch. 4. q. 3. c. lege Iulia. quæ glo. poteſt habere duplicem intellectum. Primus, quòd frater nec filij in illa l. nominati poſsint teſtificari pro eis. Et hunc intellectum videtur habuiſſe Ia. But.

Et hoc modo intellexi illam gl. in prima parte primæ partis, dum tetigi de conſanguineo. Alio modo, quòd frater & alij ibidem nominatim nõ poſsint cogi teſtificari pro eis. Doct. communiter in d. l. lège Iulia. Alberi. Bar. & Bal. concludunt, quòd aut fauor ſolus eſt cauſa prohibendi teſtimonium, & tunc poſſumus compellere eos teſtificari. arg. in l. quod fauore. C. de legi. aut eſt reuerentia cauſa prohibitionis, vt in liberto, & tunc non poteſt admitti pro eis. & ita intelligitur glo. illa ſecundum DD. Sed pro declaratione huius q.
eſt † videndum, cuius fauore ſit prohibitus fra- 6
ter, vel conſanguineus teſtificari contra fratrem vel conſanguineum? gloſſ. in d. l. lege Iulia. dicit, quòd fauore eorum, contra quos producitur in teſtem. Albe. idem reprobat illam gl. inquiens, quod ſolùm hęc prohibitio eſt inducta fauore coniunctorum debentium teſtificari. propterea gl. ibidẽ malè allegauit l. quod fauore. Bar. in l. in legib. ff. eo. ti. videtur ſentire, quòd ſit in fauorẽ vtriuſq;, tam eius, cõtra quem producitur in teſtem, quàm fratris vel cõſanguinei producti. & ſic ſecundum hanc ſententiam Bar. frater vel conſanguineus nõ poſſet compelli inuitus teſtificari pro fratre, vel conſanguineo, ex quo hæc prohibitio eſt inducta etiam in fauorem ipſius teſtificari debentis, & multo fortius eſſet dicendum ſecundum Albe. ex quo tantummodò in fauorem eorum qui producuntur hoc eſt prohibitum. Et pro hac ſententia Alber. facit, quoniam teſtificari contra fratrem, vel conſanguineum videtur quid odioſum, & ideo dum frater, vel conſanguineus compelleretur teſtificari pro fratre vel conſanguineo, aliquando forte eueniret, vt de neceſsitate teſtificaretur contra ipſos, quia pro vtraque teſtificari debet. & hæc eſt ratio, quam ſentit gloſſ. in d. l. lege Iulia.

Circa † tertium, an volens teſtificari contra 7
fratrem admittatur. Albe. tenuit quòd ſic in ciuili. arg. illius l. à contrario ſenſu. & quia non reperitur prohibitum. Idem tenuit Ia. de Are. vt refert Alb. in l. parentes. licet ſecundum ipſum glof. videatur ſentire in l. lege Iulia. quòd etiam volens

non

tem ſit prohibitio propter reuerentiam, tunc nó
poteſt compelli teſtificari, ſicut dicimus in liber-
to.l.libertorum.C.eo.

17 Et † idem cùm vxor debeat reuerentiam ma-
rito ſuo.33.q.5.§.ex præmiſsis.& §.ſe. l.in alia, in
fin.ff.ſolu.matrim. Mulier contra maritum non
compellitur teſtificari. Et hoc idem tenuere But.
& Bal.in d.l.etiam. Et pro hac ſententia adduci-
18 tur ratio, † nam ſocer & gener inuicem non co-
guntur teſtificari, vt ſuprà tetigi: ergo multo mi-
nus compelleretur vir & vxor. Sed hic pro decla-
19 ratione prædictorum quæritur, † quid ſi veritas
aliter haberi non poſſet, nunquid ſupradicti com
pellentur teſtificari? gl. in l.inuiti.la prima.ff.eo.
tenetur, quòd valetudinarij ſenes & alij ibi no-
minati non tenentur. compelluntur etiam ſi veri-
tas aliter haberi nó poſsit, niſi vno caſu, quoniam
ſunt rogati. & multo ſortius eſt dicen. in alijs qui
non compelluntur teſtificari ratione ſanguinis
vel reuerentię. Bar. tamen & Bal. ex mente But. &
Alber. dicunt in d.l.inuiti. gloſſ. ibidem eſſe in-
telligendam, vt ibi illi nominati non teneantur, ſi
veritas aliter apparere non poteſt. hoc eſt ad iudi-
cium venire..ſed iudex debet ad eos mittere Of-
ficiales pro dicto eorum recipiendo facit.l.ad per-
ſonas, de iureiurando, aliàs enim eſſet abſurdum
quòd ſenes & illi valetudinarij non teſtificaren-
tur pro quo hodie eſt inducta decretalis. ſi qui.
eo.tit. de teſti. quæ determinat eos eſſe admitten.
vt teſtificentur. quod tamen eſt intelligendum in
cauſa ciuili. in criminali autem ſunt examinandi
in præſentia iudicis, nec eſt aliquis mittendus ad
ipſos, Authentic. apud eloquentiſsimum. C. de
fid. inſtrumentor. Et hoc vltimum fuit ex men-
te Innoc. & Hoſti. & But. in d.c.ſi qui. per hoc ta-
men non eſt declaratum quid de alijs, qui non
compelluntur regulariter ratione ſanguinis. Spe-
cu. in tit. de teſtibus. ver. nunquid frater. dicit ex
mente Hoſti. in ſumma quòd omnes qui regula-
riter nó compelluntur teſtificari, inter quos prin-
cipaliter eſt frater, poſſunt compelli teſtificari, ſi
veritas aliter haberi non poteſt. Idem tenent Io.
Andr. in addit. vbi ſuprà ex mente Guido. de
Suzaria. & idem erit ſecundum eum in his, qui po
nuntur in l.lege Iulia. ff.eo.

20 Excipit † tamen ipſe Io. An. ex mente Guido.
de Suz. libertum l.libertorum. C.eo. & ſocerum,
qui habetur loco parentis.l.quia.ff.ſolu.mat. Et ſic
habetis notare ſecundum hos DD. quòd etiam
vbi veritas aliter haberi non poſsit libertus, filius,
& gener non compelluntur teſtificari cótra ſuos.
Albe. in d.l.inuiti. eod. tit. refert opi. But. diſtin-
21 guentis. Quidam † repelluntur ex vilitate perſo-
næ, & iſti admittuntur in defectum, quando veri-
tas aliter haberi nequeat.l. ob carmen.§. ſi ea.ff.
eod.titu. Idem ſi vitio ſui quis prohibetur à teſti-
22 ficatione.l.quoniam.C. de hære. Quidam † ex-
cuſantur fauore publico, vt ſunt magiſtratus, &
tales compelluntur, ſi publica vtilitas ſuaſerit eos
cogi in defectum.l. vt gradatim.§. quoties.ff. de
mu. & ho. facit cap. cùm à nobis. & cap. dilecto.
23 eod. titu. Quidam † excuſantur priuilegio pro-
prio, vt ſenes, & valetudinarij, & tales non com-
pelluntur venire coram iudice in defectum, ſed
iudex debet mittere ad eos recipiendos. & hanc
ſententiam But. ſequitur Alb. & generaliter com-
munis eſt ſententia, maximè & Canoniſtarum,
† quòd vbi veritas aliter apparere non poteſt, pri- 24
uilegiati compelluntur teſtificari, vt in c.1. & in c.
cùm præuenit. de teſtibus cog. mouentur illa con-
ſideratione, quia vbi veritas aliter nequit appare-
re, peccatum eſt celare veritatem, vndecima q.3.ſi
quis. & c. quiſquis. ideo ad tollendum peccatum
veritas debet liquere. Sed dubitatur hic, † cui in- 25
cumbit onus probandi, quòd veritas aliter non
poteſt apparere. But. tangit hanc quæſt. in c.ſuper
eo. de teſti. cog. refert quoſdam tenere quòd teſtis
excipiens veritatem aliter poſſe apparere debet il-
lud probare duplici ratione. Prima, quia hæc eſt
exceptio ſundans intentionem excipientis, vnde
probare debet.l.in exceptionibus.ff.de excep. Se-
cunda, quia ipſe affirmat, & aduerſarius negat,
ideo affirmanti incumbit onus probandi. Butri.
idem dixit hoc procedere in ciuili, niſi ſortè eſſet
clericus, qui ob reuerentiam iuramenti non vel-
let iurare. ſed hoc procedit in alio caſu, de quo
infrà dicam. In criminali verò actor debet pro-
bare, & hæc ſententia videtur mihi vera, † quia 26
potentius eſt ius procedens à diſpoſitione com-
muni, quam à diſpenſatione priuilegiati.l.eius mi
litis.§. militia miſſus. de re milit. Sed ille, qui vult
teſtem compellere, nititur iure communi, & ad-
uerſarius iure priuilegiati, ideo ſundanti ſe ſuper
priuilegio incumbit onus probandi. Sed vlterius
dubitatur † pro declaratione prædictorum, an 27
celare veritatem ſit peccatum? Butr. in dict.cap.1.
de teſti. cog. videtur concludere ex mente quo-
rundam. primò, quòd aſſumpto officio teſtifican-
di tacens veritatem incurrit mortale, quia iurat
plenè dicere veritatem, vt not. per gloſſ. in c. fra-
ternitatis, de teſtibus. pro hoc optimè cap. dilecti.
de accuſa. ſic no. gloſſ. ſecundum eum. 20. quæſt.
2.cap. ne quis facit. 11. quæſt. 3. ſi quis metu. Hoc ta-
men dictum primum But. intelligitur procedere,
quando teſtis iuraſſet dicere veritatem ſuper his,
de quibus eſſet interrogatus: vel etiã iuraſſet ſim-
pliciter. de quo in dict. cap. fraternitatis. Si autem
non fuerit aſſumptum officium teſtificandi, tunc
ſi tacet veritatem, vt aliquid conſequatur, adhuc
peccat. 20. quæſt. 5. ne quis, quia hoc eſt menda-
cium.l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtilita-
tem publicam. Si autem tacet veritatem, quia non
vult alteri prodeſſe nec nocere, tunc ſi veritas ali-
ter haberi non poteſt, mortaliter peccat. Idem ſi
aliter ſciri poteſt, ſed credit per alium non poſſe
ſciri. Si autem credit ſciri per alium, & reuelari ta-
cendo veritatem non peccat mortaliter. Et hæc
vera ſunt ſecundum But. quãdo tacet in damnum
alterius. ſecus ſi in commodum vnius, & non ad
commodum alterius, vt not. in cap. dilectorum,
eod. tit. niſi tacuerit odio vel corruptione, quia
tunc peccat mortaliter, vt in dict. cap. 1. de teſti.
cogen. Quæ omnia etiam procedunt in perſonis
priuilegiatis illa conſideratione, † quoniam nec 28
princeps per priuilegium, nec conſuetudo, nec
pietas excuſat à peccato. cap. fin. de conſue. & in c.
ſuper eo. de vſu. Eſt † tamen differentia inter pri- 29
uilegiatum & non priuilegiatum: nam priuilegia-

tus non compellitur teſtificari, niſi vbi veritas ali-
ter apparere nequit. Cæteri verò non priuilegiati
indiſtinctè cõpelluntur teſtificari, etiamſi veritas
aliter poteſt apparere ſecundum Hoſti. & Butr.&
in d.c.ſuper eo.

30 Notandum eſt etiam, † quòd licet ſit peccatum
cęlare veritatem in ciuili, in criminali tamen non
eſt peccatum, vt no.Spec.in §.qualiter.ver.& no.
vt etiam no. Canoniſtæ in c. 1. de teſti. cog. & ibi
31 per But.Conſequenter dubitatur, an † vxor co-
gatur teſtificari contra virum.Specu.in tit. de te-
ſti.in §.1.ver.ſed nunquid. videtur teoere quòd
ſic.argu.in l.nouum.§.hoc edicto.ff. de ta.exhi.
& in l.quoniam.C.eod.titu.clarius tenuit in d.§.
qualiter.verſi.& not. vbi generaliter dixit, quòd
hi qui non cõpelluntur regulariter teſtificari, cõ-
pelluntur tamen, quando veritas aliter haberi nõ
poteſt, etiam ergo compellitur vxor. Sed contra
hanc ſententiam Spec.facit quod heri dixi vobis
ex mente Io. An.& Gui.ſcilicet libertũ non com-
pelli etiam vbi veritas haberi non poteſt, propter
reuerentiam, quam debet patrono : ergo idem e-
rit dicendum in vxore, quæ debet reuerẽtiam ma
rito, vt dixi. Et ideo fortè melius eſt tenere ſen-
tentiam Spec. quòd vbi veritas aliter haberi non
poteſt, vxor compellitur teſtificari, etiam liber-
tus, eadem ratione, & quod plus eſt, filius contra
patrem, quando ibi veritas aliter haberi non po-
teſt, verſatur peccatum mortale tacendo verita-
tem, & propter maritum, patronum vel parentem
32 non eſt iocurrendum peccatum mortale, † quo-
niam anima cunctis rebus præferenda eſt.l. ſanci-
mus, de ſacroſan.eccle.& l.Deo vobis.C.de epiſ.
& cler. pro hoc etiam facit generalitas Doctorum
dicentium teſtes priuilegiatos compelli generali-
ter, quando veritas aliter haberi nequit.

33 Sed quid erit † de clerico? breuiter dicatis
eum regulariter non compelli teſtificari.c. quan-
quam.17.q.2. niſi in ſubſidium probationum, vt
34 no.glo.in c.ſuper eo.de teſti.cog.Imò † nec cle-
rici debent eſſe teſtes, vt d.c. quanquam, quia nõ
eſt officium eis competens, in teſtamentis tamen
poteſt adhiberi teſtis. c.relatum.& c.cùm eſſes.de
teſta. Demùm pro concluſione totius partis, de
qua agitur, concluduntur quatuor caſus ex men-
te Io. Cald.Io. Andr.& Ant.de Butrio. in c. dile-
ctorum, de teſtib.cogen. quandoque ciuiliter pro
cauſa ciuili, & hi teſtes regulariter compelluntur
35 tam de Iure Ciuili, quàm Canonico. Fallit † in
perſonis priuilegiatis, de quibus dixi, quę nõ com
pelluntur, niſi veritas aliter adhiberi nõ poſſet, de
quibus perſonis ponitur 4. q. 3. §. item in crimi-
nali.& ver.ſe.Et idem eſt in clerico, vt ſuprà dixi.
& hoc modo eſt intelligendum quod ponitur in
36 cap.ſi qui.eod.titu.de teſti.Secundus † caſus eſt,
quando agitur ciuiliter de crimine. & idem dica-
tis quòd in caſu præcedenti. c. ſuper his. & c. per-
37 uenit, el. 2.de teſti.co. Tertius † caſus eſt, quan-
do agitur criminaliter de crimine. Et tunc ſi aga-
tur ad pœnam pecuniariam imponendam per ſta-
tuta, vel etiam corporalem, tunc compelluntur
coram iudice ſeculari.c.ſuper eo.in fi. de teſti.co.
niſi ſint priuilegiati.

Et eſt no. quòd in criminali Doct. volunt in-
diſtinctè priuilegiatos non compelli, non habita
diſtinctione, an veritas poſsit apparere vel non,
quia de hoc minimè verbum faciunt.& poteſt eſſe
ratio, quoniam in ciuilibus ideo cõpellitur, quan-
do veritas aliter non poteſt haberi, quia cælare ve-
ritatem eſt peccatum in ciuilibus. quæ ratio om-
nimodò ceſſat in criminalibus, quoniam tunc
† non eſt peccatum, vt ſuprà ſtatim vobis dixi. 38
Clerici autem ſecundum prædictos Docto. non
compelluntur etiam coram iudice, qui eſt de tem
porali iuriſdictiooe eccleſiæ, quæ teſtificando in
criminalibus incurrerent irregularitatem. 23.q.8.
cap.his à quibus.cap. ſententiam ne clerici vel mo
nach. facit 11.q.1.c.teſtimonium. Et ſubijcit pul-
chrè But. in d.c. dilectorum. honeſtum eſſe hoc
caſu etiam † non cogi laicum, qui tenderet ad cle 39
ricatum. quod eſt notan. Si verò † de crimine a- 40
gitur criminaliter in foro canonico ad pœnã de-
poſitionis vel ſuſpenſionis, vel aliam, tunc teſtes
compelluntur ſecundum Hoſti.& But. Quartus
† eſt caſus, quando agitur de crimine per viam 41
exceptionis, vt quia oppo.contra teſtem vel pro-
curatorem, quòd eſt criminoſus, vel in alijs ſimi-
libus. Et tunc ſi propter exceptionem, quę oppo-
nitur, non punitur, prout eſt quando opponitur
contra teſtem vel procuratorem, vt c. 2. de or.cog.
tunc non compelluntur teſtes teſtificari propter
odium talis reprobationis, ex qua ſola infamia
ſequitur, vt d. c. dilectorum. Et hoc verum, niſi
parti faciat magnum præiudicium ſecundum Ho
ſtien. quo caſu compelluntur, vt c. cùm contra,
eod. tit. de teſti.co. Item & hoc verum, niſi con-
ſtaret quòd ſubtraherent odio vel timore ſecun-
dum prædictos. facit. c ſuper eo. de teſti.cog. Si au
tem crimen deductum in exceptionem punire-
tur, tunc dicatis teſtes compelli per ſupradicta. Et
ita diſtinxerunt prædicti DD. in d.c. dilectorum.
Videtur tamen eſſe addendum huic diſtinctioni,
ſcilicet vt in delictis † de Iure Canonico non cõ- 42
pelluntur, niſi timore alterius partis conſtiterit
iudici teſtem eſſe reuocatum à teſtimonio feren-
do, vt in dicto c. ſuper eo. propterea dicit Iono. in
d.c. ſuper eo. teſtem † compelli in cauſa crimina- 43
li, ſi timore vel aliter ſi malitioſè ſubtraxit à teſti-
ficando ex inſtinctu partis aduerſę, vt in c. perue-
nit. de teſtib.co. el. 1. ſecus ſi amore tantùm. & hoc
etiam tenuerunt Pe. & Abb. in d.c. ſuper eo. de Iu-
re verò Ciuili ſemper cõpelluntur tam in ciuili,
quàm in criminali, vt ſuprà dictum eſt, vt l. quo-
niam. C. eod. titu. Sed hic dubitatur, † qualiter 44
dicemus teſtem deponere inuitum, & non coa-
ctum. Ia. de Bel. in Authent. §. penult. dicit quòd
quanquam teſtis ſit citatus, ſi tamen non allega-
uerit defenſiooem vel excuſationem ſuam, tunc
dicitur deponere voluntariè. Secus ſi allegauerit
excuſationem, & iudex eum compellat. arg. in l.
filius. ff. ad Maced. & idem tenuit Bar. in l. libel-
lorum. C. eo. tit. Sed hic † dubitatur de notabili 45
q. teſtis iurauit non teſtificari, Nunquid dicemus
eum compelli ad teſtificandum? Spe. in ti. de teſti-
bus. ver. ſed quid ſi quis. dicit q; hoc iuramentum
eſt temerarium, & habet inducere peccatũ morta-
le, ex quo agitur de veritate cælanda. 11. q. 3. quiſ-
quis. & ideo poterit cõtrauenire huic iuramento
etiam

etiam propria auctoritate. c. ſicut noſtris de iure-
iurando. & no. in c. intimauit. eo. tit. de teſti. Ali-
qui tamen tenuerunt, quòd non poſsit contraue-
nire propria auctoritate, ſed ſit neceſſarium impe
trare auctoritatem ſuperioris. Laurentius in cap.
peruenit. de teſti. cog. voluit, vt teſtis ſolùm com
pelleretur ad oſtenden. fraudem, qua ſe aſtrinxit
ad iuran. & ea detecta habetur pro dicto contra
ſtringentem, & dicitur contra eum probare. gloſ.
tamẽ in d. c. peruenit. videtur ſentire, quòd poſ-
ſit compelli non obſtante iuramento deponere
ſuper principali negocio, quoniã hoc iuramentũ
non eſt obligatorium, ex quo eſt cõtra bonos mo-
res, vt in regulis iuris non eſt obligatorium. de re-
gul. iur. in 6. & hæc opi. videtur veriſsima. & hoc
idem videtur tenere Alber. in l. ſi quando. C. eo.
46 tit. Ampſius dixit Spe. in ver. de quo ſuprà. † quòd
ſi vnus teſtis iurauit non teſtificari, & poſtea de-
ponat compulſus, quòd tunc licet non plenè pro-
bet, tamen dictum ſuum valet ad ſemiplenam probationem & iuramẽti delationem in ſupplemen-
tum probationis, quod eſt no. Sed contra prædi-
47 cta fortiter oppo. quia † periurus repellitur quan-
docunque à teſtificando, vt in c. teſtimonio, eod.
titul. ergo ex quo iſte deponens incurrit periu-
rium, eius dictum non valet, & ideo fortè tutius
eſt tenere, quòd teſtis abſoluatur à tali iuramen-
to. & erit vtile parti, pro qua deponit ipſe teſtis,
48 quia ſibi maior fides adhibebitur. Sed † quem
dicemus cõpellere teſtem ad teſtificandum? con-
cludit e primò, quòd ſi erit iudex ordinarius, qui
habeat teſtes in iuriſdictione ſua, tunc cogi pote-
rit compellere. & not. Specu. in titu. de teſtibus.
49 ver. ſed quis cogetur. Idem † erit, ſi teſtis erit de
iuriſdictione iudicis, & vocatus comparet coram
iudice, nam tunc ex quo comparuit coram eo, po-
terit cogi à iudice ordinario, & etiam puniri ſe-
50 cundum Specu. Si verò † teſtes ſint extra iuriſdi-
ctionem iudicis ordinarij, tunc iudex ordinarius
debet ſcribere iudici illius iuriſdictionis, vbi te-
ſtes degunt, vt eos teſtes compellat ad teſtifican.
l. iudices. C. de fid. inſtrum. Et hoc ſi cauſa erat ci-
51 uilis: † ſi autem eſſet criminalis, non ſolet fieri
commiſsio receptionis teſtium, vt in Authenti. a-
pud eloquentiſsimum. C. de fide inſtrum. Et ſe-
cundum Cyn. ibidẽ, ſi aliter fieri non poſſet, quo-
minus committeretur receptio teſtium. Quod ta-
men dictum reprehendunt Nico. & Bal. ibidem,
quoniam veritas per hoc perire non debet. Præ-
52 terea videmus, † quòd in cauſa abſentiæ merum
& miſtum imperium poteſt delegari. l. 1. ff. de off.
eius, cui man. eſt iuriſ. Et hoc videtur verius. Vn-
de concludit e, quòd ſi poſſunt haberi teſtes in
cauſa criminali, non eſt committenda receptio te-
ſtium, d. Auth. apud eloquentiſsimum. Si autem
vllo pacto haberi non poſſunt, tunc eſt commit-
53 tenda receptio teſtium. † Delegatus autem Papæ
vel principis, cui cauſa committitur cum clau-
ſula, teſtes ſi ſe ſubtraxerint, poteſt quemlibet
compellere. Amplius dicit Specula. in dict. §. ſi
54 quis. † quòd ſi illa clauſula non eſſet appoſita,
nihilominus delegatus poſſet cogere quoſcunq;
teſtes dicere veritatem, nam ex quo iuriſdictio eſt
ſibi delegata, omnia intelliguntur ſibi conceſſa,
ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt. cap.
præterea, de off. dele. & l. ea qui. ff. de iuriſd. om.
iud. Finaliter † videndum eſt de arbitro. Alber. 55
in d. l. ſi quando. C. eod. titu. dicit arbitrum non
poſſe cogere teſtes ad teſtificandum, ſed ordina-
rius eos compellet, qui cogit arbitrum pronun-
ciare. l. Labeo. §. 1. ff. de arbi. Et poterit compelli
ſecundum Alberi. etiam † viator, qui eſt in iti- 56
nere, ad teſtificandnm. Non tamen ſunt teſtes
compellendi per miſsionem in carcerem, prout
faciunt quidam iudices imperiti. Sed debent com
pelli, ſi ſunt clerici, per cenſuram eccleſiaſticam: ſi
ſunt laici, per impulſionem vel captis pignoribus.
argu. in l. 1. ff. ſi quis ius di. non ob. & hæc forma
traditur per Spe. in d. §. de teſti. eodem titu. de te-
ſti. Et hæc quoad ſecundam partem principalem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis quando producitur, neceſſaria eſt citatio partis, contra quam producitur, & eius præſentia vel contumacia.*

2 *Citationis ſolennitate præfata omiſſa nil valet quod geritur, ſi tamen citatus iuſto impedimento venire non poteſt, & teſtes recipiuntur, teſtium productio non valet.*

3 *Cauſa vbi ardua eſt, non tenetur dominus per procuratorem comparere, & ſi dominus citatus iuſto impedimento venire non poteſt, non valet quod geritur.*

4 *Sententia reuocatur, cùm citatus de legitimo impedimento docet.*

5 *Iudicis monitio citationis vim habet.*

6 *Citari an debeat pars ad articulos dandos, vel corrigendos.*

Et quid, ſi præceſſit citatio ad omnes actus. nu. 9.

7 *In interlocutorijs pars eſt citanda.*

8 *Interlocutoria abſente parte ferri poteſt, licet non per contumaciam.*

10 *Dominus ſi procuratorem conſtituit in iudicio, & procurator ſit litem cõteſtatus, an ſi dominus citatus ſit ad videndum produci teſtes, talis citatio valeat.*

11 *Dominus licet conſtituat procuratorem, cauſa tamen dicitur propria ipſius domini, & ad eum cauſa commodum & incommodum ſpectat, iuratq́; de calumnia, & opponit exceptiones, & poſtea in eum fit exceptio.*

Declaratio ad capitulum 2. §. aliàs de teſti.

12 *Dominus inuito procuratore non poteſt in ſe litem aſſumere, & quòd procurator ipſe damnatus eſt.*

13 *Procuratoris perſona regulariter inſpicitur in his quæ pertinent ad litis ordinationem, ſecus in reſpicientibus peremptionem vel deciſionem, quia tum perſona ipſius domini inſpicitur.*

14 *Dominus non cogitur inuitus comparere niſi ex cauſa.*

15 *Procurator licet ſit dominus inſtantiæ directæ, tamẽ dominus vtiliter poteſt vti iure inſtantiæ ſine ceſſione, & ſufficit procuratorem domino non contradicere.*

16 *Domino præſente ſi lata eſt ſententia, & non apparet, quòd eo præſente ad hoc ſiquidem fuit citatus ad audiendam ſententiam, vel teſtes producendos, ad hunc effectum præſens cenſetur, ad quem citatus fuit.*

17 *Stipulatio præſumitur interueniſſe, ſi quis pro fideiuſſore ſe aſcribi patitur.*

18 *Actor vel reus nunquam aliquod incommodum pati debet, ex procuratoris conſtitutione.*

19 Procurator habens mandatum ad producendum teſtes vel articulos, & non ad totam cauſam, non dicitur producere articulos & teſtes, ſed ipſe dominus.

20 Procurator ſi procuratorio nomine recipit in his quæ nõ poſſunt in alium tranſire, vt in feudo, & vſufructu, incontinenti acquiritur totum domino, nec ab ipſo procuratore neceſſaria eſt ceſſio.

21 Procuratores duo ſi conſtituti ſunt inſolidum, ita, quòd occupantis non ſit melior conditio, & vnus eſt litem conteſtatus, & alter teſtes produxit, an atteſtationes valeant.

22 Litigare cum pluribus procuratoribus quis non compellitur.

23 Teſtis an citari debeat.

24 Monitio facta teſti per iudicem, habet vim citationis.

25 Dictum teſtis non citati nec admoniti, in præſentia partis & iudicis, deponentis valet.

26 Iudex quòd aßignet certum teſtimonium ad producendum teſtes, an ſufficiat.

27 Teſtis ſe ingerens ſuſpectus præſumitur.

28 Teſtis per partem productus præſumitur non ſponte deponere, ſed à parte ſtimulatus.

29 Teſtis epiſcopus an neceſſariò citari debeat.

30 Teſtes volentes in iudicio teſtificari, num inuiti teſtificari cõpellantur, & eo caſu præcedit citatio, non tamen neceſſe eſt, vt citationem peremptoriam recipiant.

31 Teſtis vt mulctari debeat, quia non vult teſtificari, talis citatio requiritur, per quam teſtis de contumacia conuincatur.

32 Teſtes qui inuiti non coguntur, ſi fuerint coacti venire in iudicium, & non fuerunt coacti teſtificari, ſed ſponte depoſuerunt, an probent.

33 Aßignato termino decem dierum, ad probandum, an teſtes pendente termino produci poßint abſque alia citatione partis, contra quam producuntur.

34 Citatio ad cauſam cuius importantia ſit.

35 Citatio partis an neceſſaria ſit, cùm per inquiſitionem proceditur, & teſtes recipiuntur.

Intellectus ad textum Inſt. de publi. iudic. in princ. & num. 36. cum ſeq.

36 Inquiſitio ſuccedit in locum accuſationis, & eiuſdem eſt naturæ, cuius eſt actio.

37 Intellectus ad dictum Innocentij in cap. fin. de purg. canon.

38 Citatio partis neceſſaria eſt, cùm per accuſationẽ proceditur.

39 Iudicij ordo non requiritur, vbi per inquiſitionem proceditur.

40 Iudex an interloqui poßit parte non citata, vbi eſt quæſtio de iure, an ſtatutum teneat vel conſuetudo.

41 Partis præſentia non eſt neceſſaria, vbicunq; iudex ex mero officio & motu proprio aliquid facit.

42 Iudex informationem recipere poteſt de notorio & fama in camera ſua nemine citato.

43 Teſtes recepti ad ſimplicem informationem, nunquam probant in proceſſu qui ſequitur, quando recepti non ſunt lite conteſtata, & aliquo ordine ſeruato.

44 Iudex procedens ex ſuo officio publicatis atteſtationibus, poteſt ſuper eiſdem capitulis & atteſtationibus iterato alios teſtes producere.

45 Teſtis examinatus qui non debuit examinari, vel examinatus minus ſolenniter, an fidem faciat.

46 Præſumptio qualis qualis quos effectus operetur.

47 Inimicitia ſuperueniens facto ipſius, contra quem producitur teſtis, non habet omninò repellere teſtem, ſed iudici committitur.

48 Teſtis conditio licet inſpiciatur tempore quo deponit, hoc non procedit, quando teſtis ſuam conditionem mutauit in fraudem teſtimonij ferendi.

49 Iuramentum teſtium die feriata deferri non poteſt, & tali iuramento quatuor interuenire ſolent, videlicet quòd teſtis dicet veritatem iudici, vel cui ipſe iudex commiſerit, quam nouerit ſuper re, ſuper qua iurat, & quòd nullam interſeret falſitatẽ, & quòd pro vtraque parte diceret veritatem, quam ſcit, & ſiue interrogatus fuerit, ſiue non, & quòd nec precio, nec timore, amore, vel odio, ſeu pro alio commodo teſtimonium dicet.

50 Teſtis iurare debet cum manibus tactis ſcripturis.

51 Teſtis an præſumatur, quòd iurauerit tactis ſcripturis cum manibus, ſi notarius dicat, talis teſtis iuratus depoſuit.

52 Acta iudicis præſumptionem pro ſe habent, quoad ſolennitatem & veritatem.

53 Teſtis iurans non debet iurare ſub iſta forma, Iuro per iſta ſancta Dei Euangelia, ſi ſcriptura illa euangelia non ſint.

54 Practica euitandi periuria in iuramentis teſtium.

55 Iudex nec partes petere debet quòd teſtes iurare debent de veritate tantùm ſuper articulis datis, quoniam teſtis iuratus ſuper vno articulo non probat ſuper alio.

56 Teſtes non debent iurare, niſi ſuper eo, ſuper quo pars ipſos producit, niſi in caſibus, in quibus iudex poteſt teſtem ex officio examinare.

57 Teſtes examinari non debent ſuper articulo, ſuper quo non ſunt producti, & ſi inductus teſtis, & iuratus ſuper vno articulo deponat, ſuper alio non probat, niſi ſuper dependentibus & connexis, vt ſuper loco & tempore.

58 Teſtis ſi iurauit ſimpliciter dicere veritatem, an idem ac ſi iuraſſet dicere veritatem ſuper tota cauſa.

59 Cauſa limitata limitatum parit effectum.

60 Teſtis ſi iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa, & ſimpliciter, dicens ſuper certis articulis, an impediatur pars producere eandem ſuper alijs articulis, & quid, ſi fuiſſet interrogatus etiam ſuper alijs, & dixiſſet nihil ſcire.

61 Indefinita locutio æquipollet vniuerſitati.

62 Teſtis dicens falſum in vno, an in totum reprobetur, & quid, ſi illa falſitas non tangit negociũ, de quo agitur. Quid, ſi per errorem vel ignorantiam deponat falſum.

63 Imperator facere non poteſt, quòd dictum teſtis falſum in vno, valeat in eo quod verum dixit.

64 Dicentes principem non poſſe dominium alterius auferre, mentiuntur.

65 Teſtimonium teſtis deponentis ante iuramentum, & poſtea iurantis, an valeat.

66 Ea, quæ ſunt de ſubſtantia alicuius actus iudiciarij, non poſſunt de partium conſenſu remitti.

67 Intellectus ad legem primam. §. quoties. ff. de vi & vi armo.

68 Teſtis qui ſemel depoſuit ſuper vno articulo, an ſi iterum producitur in alia cauſa ſuper eodẽ articulo, ſufficit dicere, dico me modò ſcire quantum dixi in alia, vel prout dixi in alia cauſa.

69 Teſti non ſufficit deponere per relationem ad acta, & non implicitè, ſed ſpecificè, ſicut interrogatur ſpecificè.

70 *Teſti qui non recordatur vt depoſuit, datur terminus ad clarè reſpondendum.*

71 *Teſtis an teſtimonium ſuum poſsit in ſcriptũ deponere. & num. 73.*

72 *Iudex viuam vocem teſtis audire debet, & qua conſtantia deponat.*

74 *Teſtimonium teſtis qui dictum ſuum ſcripſit, & poſtea legit, probat.*

75 *Teſtis iuramentum non eſt de ſubſtantia, & remitti poteſt, quod tamen fallit in cauſa matrimoniali.*

76 *Teſtis deponens falſum non iuratus, puñitur de falſo.*

77 *Teſtimoniũ teſtis qui iurauit die iuridica, & depoſuit die feriata, an valeat.*

78 *Actus iudiciarius die feriata exerceri non poteſt.*

79 *Terminus ſi ſtatutus ſit parti ad probandum, & iurent teſtes infra terminum, deponatq́ post terminum, an valeat eorum depoſitio.*

80 *Quid ſi datus eſt terminus ad producendum, & probatum habendum.*

81 *Quid ſi teſtis iurauit, ſed nondum articuli ſunt parati, vel interrogatoria danda teſtibus.*

82 *Teſtes in iudicio exhibendi ſunt ſumptibus producentis moderandis iudicis arbitrio, non ſolùm in veniendo, ſed etiam in redeundo.*

83 *Teſti an vectura equorum ſolui debeat.*

84 *Teſti an expenſa ſoluenda ſint, habita ratione expenſarum, quas in domo feciſſet.*

85 *Teſti qui amiſit operas, vel incurrit damnum, quòd negocijs ſupereſſe non potuit, an producens expenſas reſarcire teneatur.*

86 *Intellectus ad l. ſancimus. C. de iudi.*

87 *Priuilegia cum iniuria alterius non intelliguntur.*

88 *Lis quod conteſtata ſit, an requiratur in teſtibus producendis.*

89 *Articuli ſuper quibus producuntur teſtes, quomodo formentur. & nu. 96.*

90 *Teſtis an deponere poſsit ſuper libello, licet articuli non ſint formati.*

91 *Articuli quare inſtituti ſint.*

92 *Articuli formandi non ſunt diſiunctiuè, niſi vbi agitur de facto, & ignorantia probabilis eſt.*

93 *Teſtis quando ſuper articulis omiſsis poſsit examinari.*

94 *Accuſator, qui formauit duos articulos, vnum ſuper crimine commiſſo, alium ſuper fama, & teſtes depoſuerunt tantùm ſuper primo, & nihil plus ſcire dixerunt, an petere poſsit, vt iterum poſt publicationem teſtes examinentur, quia ſuper fama interrogati non fuerunt.*

95 *Teſtis obſcurus iterum examinari poteſt.*

97 *Articuli impertinentes & inutiles admitti nõ debent.*

98 *Probari non debent quæcunque vult actor vel reus, ſed ſolùm ad cauſam facientia.*

99 *Iudex diſcutere debet, an probatio ſit admittenda vel ne.*

100 *Articuli ſi obſcuri ſunt, vel longam recipiunt diſputationem, debere à iudice admitti ſaluo iure impertinentium.*

101 *Iudex dubius an debeat articulos admittere vel reijcere tanquam impertinentes, quid agere debet.*

102 *Articulorum copia ei dari debet, contra quem producuntur. Copia verò interrogationum producenti teſtes non datur.*

103 *Teſtium productio ex quibus cauſis impediatur, & de eorum publicatione.*

104 *Teſtium productio propter numerum ſufficientem teſtium impeditur, & de hoc numero iudicis arbitrio relinquitur.*

105 *Renunciatio teſtium an præcludat viam producendi quando eorum dicta non ſunt publicata, vel ſi publicata ſunt, pars dicta teſtium non didicit.*

106 *Teſtes produci non poſſunt de iure communi, ſi in aliquo articulo ſpecialiter eis renunciatum eſt, & quid ſi aliqua iuſta cauſa appareat.*

107 *Teſtium ſola publicatio non impedit productionem aliorum teſtium, vbi quis teſtificata non didicit, niſi renunciaſſet.*

108 *Teſtes poſt publicatas atteſtationes produci poſſunt etiam ſuper capitulis ſuper directo contrarijs. Quando cum teſtibus producitur inſtrumẽtum probationem teſtium coadiuuans.*

109 *Statutum licet aliquid probari per teſtes prohibeat, non prohibet probationes per inſtrumentum & teſtes.*

110 *Conſuetudo quod publicatis atteſtationibus poſsint teſtes produci, an valeat.*

111 *Teſtium receptio an nulla ſit, quia non rectè recepti, & quando teſtium productionem impedire habeat.*

112 *Teſtes antiqui vel noui, an recipi poſsint in cauſa appellationis ſuper his articulis, ſuper quibus publicatiò facta eſt in principali.*
Intellectus ad §. qui verò multi, in Auth. de teſti.
Intellectus ad l. per hanc. C. de temp. appell. nu. 118. & 122.

113 *Intellectus ad l. per eos. C. de appell. & nu. 118.*
Intellectus ad Clementinam 2. de teſti.

114 *Teſtes produci poſſunt ſuper articulis de directo contrarijs, ſed indirecto, quibus probatis reprobatio atteſtationum ſequitur.*

115 *Ius canonicum vbicunq; ſtatuit aliquid quod ſit rigoroſum, & ius ciuile aliud ſtatuit quod ſumma uitatur æquitate, ius ciuile iuri canonico eſt præferendum.*

116 *Dies quando incipiat de iure canonico, & quando de iure ciuili.*

117 *Clericus iurans dare infra diem, an elapſo veſpere non dando periurus ſit.*

119 *Inſtantia variata variatur & finis agendi.*

120 *Teſtes quando dicantur directè cotrarij, & quando indirectè*

121 *Articulus nouus qualiter cognoſcatur.*

123 *Teſtes ſuper articulo directè contrario producere licet, etiam publicatis atteſtationibus, quando allegatur falſitas cum corruptione.*

124 *Quid ſi quis vellet teſtes reprobare, & ſuos primos teſtes confirmare.*

125 *Articulus directè contrarius nõ admittitur ad reprobandum teſtes reprobatorios, niſi eligetur falſitas.*

126 *Teſtes quis reprobare poteſt poſt publicatas atteſtationes, quando antea contra illos teſtes proteſtatus fuerat.*

127 *Productio fieri poteſt publicatis atteſtationibus, quando quis vult reprobare ſimul atteſtationes teſtium, & eorum dicta.*

128 *Teſtes an quis producere poſsit etiam publicatis atteſtationibus. ſuper articulo tituli, ſi non articulaui, de præſcri. ſed de poſſeſsione decem annorum, & poſtea de titulo articulauit.*

129 *Publicatis atteſtationibus, vbicunq; quis vult articu-*

lum producere qui inhæreat de neceßitate facti,& por-
bationis in articulo atteſtationum publicatarum , tunc
non licet talem articulum probare. ſecus ſi nõ ſit de ne-
ceßitate probationis,ſed facti tantùm.

130 *Quid ſi in articulis actor appoſuit clauſulam ſolitam ap*
poni,ſcilicet non aſtringens ſe ad probandũ , niſi ea qua
ad fundamentùm intentionis ſua ſufficiunt.

131 *Teſtes an poßint produci publicatis atteſtationibus in*
his caſibus,in quibus ſentẽtia in rem iudicatã non tran-
ſit,prout eſt in matrimonio.

132 *Sententia qua fertur per peritos in arte nunquam tran*
ſit in rem iudicatã,ideo publicatis atteſtationibus , poſ-
ſunt tali teſtes produci.

133 *Didiciſſe teſtificata quis dicitur , quando perfectè di-*
dicit,quod plenariè legit atteſtationes,& potuit delibe
rare,ſecus ſi tranſitoriè.

CAP. VII.

VIDENDVM eſt nunc principaliter de ſolen
nitatibus,quę requiruntur in teſtibus pro-
1 ducendis.Primùm † requiritur partis,con-
tra quam producitur, citatio. Eſt enim neceſſaria
partis præſentia, vel contumacia.c. in nomine do
mini,eo.ti.de teſti. & l. ſi quando.C. eod. tit.& in
Auth.eo.§.ſançimus.& §.penul. facit l. iudices.C.
de fid.inſtrumen. Et ſi hæc ſolennitas citationis
fuerit omiſſa, nil valet quod geſtum eſt. d. c. 2. Si
2 † tamen citatus iuſto impedimento venire non
poterit, tunc ſi teſtes recipiantur, non valebit te-
ſtium productio. Nec obſt. ſi dicatur partem cita-
tam debuiſſe mittere procuratorem ad allegan.
3 abſentiam, vel ad videndum ꝑduci teſtes, † quo-
niam vbi cauſa eſt ardua quis nõ tenetur per pro-
curatorem comparere. c.querelam. vbi text. ſing.
extrà de procu. & ita reſpondet Imol. in dict.c.2.
4 quem alij ſequuntur. Pro hoc etiam facit, † quia
ſententia reuocatur, ſi citatus docuerit de legiti-
mo impedimento.c. cùm Bertholdus, de re iudi.
l. ſi finita.§.ſi forte.ff.de dam.infect. & hoc etiam
5 ſenſit gloſſ.in d.c.2. Notandum tamẽ eſt, † quòd
monitio iudicis habet vim citationis, vt in d.c.2.
& l.ceſſante.C. quomodo & quando iudex. Sed
6 hîc dubitatur, † nunquid pars debeat citari ad
articulos dandos vel corrigendos? domini de Ro
ta concluſione 90. referunt aliquos tenuiſſe quòd
nõ,quia talis actus eſt actus ipſius iudicis, nec in-
tereſt partis aduerſæ, ex quo ſuas dedit exceptio-
nes. Referunt tamen quidam egregij domini te-
nuiſſe cõtrarium, quoniam huiuſmodi admiſsio
7 articulorũ eſt interlocutoria quædam † & in in-
terlocutorijs pars eſt citanda.c. ad petitionem, de
accu.& c.ſi à iudice, de app. in 6. Et hanc opin. vi-
dentur tenere ipſi Domini de Rota. Nec ob. ſi di-
catur quòd ſit interlocutoria, quoniam reſpon-
8 detur quòd † interlocutoria poteſt fieri abſente
parte, licet non per contumaciam, vt not. Innoc.
9 in c.auditis, de procu. Et maximè † quando pro-
cedit generalis citatio ad totam cauſam, & ad om-
nes actus iudiciarios: nam tunc ſecundum Innoc.
non erit opus alia citatione in iudicio, quando ꝑ-
ceſsit generalis citatio ad omnes actus, & hanc vl-
timam opi. debẽt prædicti domini ſeruare in Cu-
ria. But.tamen in d.c.2.dicit aliam opi. eſſe verio-
rem, niſi præceſsiſſet generalis citatio. Nec obſtat
dictum Inno. in d.c.auditis, quoniam reſponde-
tur illud dictum non procedere de iure. & ita
eum reprobat Hoſti. in c.ex ratione, de appel. tu-
tius eſt ad tollẽdum omnes opi. citari facere par-
tem ad videndum produci articulos ſeu capitula,
& ita vidi ſeruari. Conſequenter hic dubitatur,
† quid ſi aliquis conſtituit procuratorem in iudi- 10
cio, & procu. ſit litem conteſtatus, an ſi dominus
fuerit citatus ad videndum produci teſtes, valeat
talis citatio. Lambertus de Rampo. vt refert Bar.&
Alexan. in l. ſi à furioſo. ff. de re iudicata, diſpu-
tauit hanc quæſt. & videretur valere citationem,
† quoniam cauſa dicitur eſſe propria ipſius do- 11
mini, & ad dominum ſpectat commodum & in-
commodum cauſæ. l. qui ſtipendia. C. de procu.
Item dominus iurat de calumnia, & opponit ex-
ceptiones.c.2.de procu. in 6.l. ſi ſuſpecta, & quod
ibi no. ff.de inoffic. teſta. Poſtea ſit in dominum
executio. l.Plaucius. ff. de procu. ergo ex his vide-
tur citationem tenuiſſe. In contrarium tamen for
titer facit c.2.§. alijs, de teſti. vbi pars debet cita-
ri, ſed procu. dicitur dominus litis, ergo eſt citan-
dus. Item † etiam dominus inuito procuratore 12
non poteſt in ſe litem aſſumere. l. poſt litem. ff. de
procura. & c.2. de procu. in 6. Item procur. ipſe eſt
damnandus, non dominus. l. 2. C. de ſenten. &
interlocu. om. iudi. Et hanc vltimam partem te-
nuit ipſe Bar. quia † in his quę pertinent ad litis 13
ordinationem regulariter reſpicimus perſonam
procuratoris : ſecus in his quę reſpiciunt perem-
ptionem vel deciſionem, quia reſpicimus perſo-
nam ipſius domini. & ita loquuntur contraria in
prima parte allegata Bar. in d. l. ſi à furioſo. tenet
etiam hanc opi. quia † dominus non cogitur com 14
parere inuitus, niſi ex cauſa. l. fi. C. de procu. l. 1. §.
vſus. ff. de procu. & ex quo eligit litigare per pro-
curatorem non videtur per ſe ipſum velle litiga-
re. Si tamen ſecundum Bar. ſpontè comparuit, pu
tat Bar. quòd valeat ſententia & teſtium produ-
ctio. Idem etiam videtur tenere Bar. in dict. l. 1.
de ſen. & interlo. om. iudi. † quia licet procur. ſit 15
dominus directo ipſius inſtantiæ, dominus tamẽ
ipſe, qui eſt dominus, vtiliter poteſt vti iure in-
ſtantiæ ſine ceſsione. l. in cauſæ. §. fi. ff. de procur.
& ſufficit procuratorem domino non contradi-
cere. l. quæ omnia. ff. de procur.

Si † tamen præſente domino lata eſt ſenten- 16
tia, & non apparet quòd eo præſente. ad hoc ſi
quidem fuerim citatus ad audien. ſententiam, vel
teſtes producendos cenſetur eſſe pręſens ad hunc
effectum, ad quem fuerat citatus, ſicut reſponſio
refertur ad interrogata. facit etiam l. hæredes in
teſtamentis. ff. de teſta. Si verò non facit citatus,
ſed aliàs ibi præſens dominus, tunc ſi apparet ꝙ
ſit certioratus à iudice, idẽ erit quod in caſu præ-
cedenti. arg. in §. in teſtamentis.

Si non apparet de tali monitione, tunc ſi ſen-
tentia ſit lata pro eo, pręſumeretur ad hunc actum
non fuiſſe eum præſentem. l. quod patitur. ff. man
dati. ſi contra eum, tunc præſumeretur ſecus, arg.
in l. filius. §. inuitus. ff. de procur. & cum hac ſen-
tentia Bar. tranſit Ang. in d. l. à furioſo. & Butr.
in d.c.2. Addit tamen Bal. vnum in d. l. 1. quo ad
hunc

hunc vltimum, quòd ſi Notarius ſcripſit domi-
17 num ſuiſſe præſentem, tunc valet ſentētia,& mul-
to fortius ipſorum teſtium receptio. Si † verò in
actis non reperitur ſcriptum, pro hoc dicit ipſe
text.ſt l.illa notabilis, cùm oſtendimus.§.final.ff.
de fideiuſſ.tu. vbi ſi aliquis patitur ſe aſſcribi, pro
fideiuſſore præſumitur ſtipulatio interueniſſe.
hæc ſententia communis ſuprà relata non placet
mihi in primo membro, dum voluit non valere
teſtium productionem, quando dominus eſt ci-
tatus,& non procurator.& dominus non compa-
18 ruit in iudicio. Moueor illa cōſideratione,† quo-
niam actor vel reus nunquam debet pati aliquod
incommodum ex conſtitutione procuratoris.l.2.
§.defendi.ff.de procu.& qui.ca.in poſ.ea. ſed hic
aduerſarius pateretur incommodum ex conſti-
tutione procuratoris, quia ſi dominus litigaſſet in
iudicio, non fuiſſet neceſſe citari procuratorem:
ergo debemus dicere hanc citationem ſactam de
domino valere,& tenere. Pręterea ſi dominus fue
rit citatus, & comparet in iudicio, valet teſtium
productio ſecundum prædictos Doct. ergo mul-
to magis debemus dicere valere, quando domi-
nus fuit contumax, & noluit comparere, ne me-
lioris conditionis ſit contumax quàm comparens
in iudicio. Præterea ſicut nos præſumimus con-
ſenſum domini, quando comparet in iudicio, &
non contradicit. ita debemus præſumere, quando
eſt abſens, & contumax propter ipſius contuma-
ciam.

Nec obſtat, ſi dicatis procuratorem eſſe domi-
num litis, quoniam reſpondeo hoc dominium
non conferri ipſi procuratori ad incommodum
aduerſarij, cui ſufficeret, ſi dominū citaſſet, quan-
do procur.non fuiſſet conſtitutus: ergo idem erit
quando procuratorem conſtituit. Facit ad prædi-
cta de contumacia.l.locum.§.condemnato.ff. de
ta.exhi. Addite prædictis quod no. poſsit Bal. in
19 d.l.1.de ſen.& interlo. quòd † procurator habens
mandatum ad producendum teſtes, vel articulos,
& non ad totam cauſam, non dicitur producere
articulos, vel teſtes, ſed dominus ipſe, quia per ta-
lem actum procurator non efficitur dominus li-
tis. & ſic quidam modus tranſiens quoad ipſum
procuratorem abſq; eo quòd aliquid penes eum
remaneat.

20 Subijcit etiam Bald. ibidem, † quòd ſi procu-
rator procuratoris nomine recipiat in his quę nō
poſſunt in alium tranſire, vt in feudo, vel vſufru-
ctu, incontinenti acquiritur totum domino, nec
eſt neceſſaria ceſsio ab ipſo procuratore. Et idem
eſt in dote ſecundum eum, quod eſt notabile
21 multum. Sed † hic vlterius quæritur, duo ſunt
conſtituti procuratores inſol. ita quòd occupan-
tis non ſit melior conditio, vnus eſt litem conte-
ſtatus, alter produxit teſtes, an valeant atteſtatio-
nes? & videtur ꝙ non, quia per lit.cont. alter eſt
effectus dominus litis.

22 † Præterea quis non compellitur litigare cum
pluribus procuratoribus.l.1.in fin.cum ſeq.ff. de
procu. Nec cauſæ continentia diuidi debet.l.nul-
li.ff.de iudi. In contrarium facit l.1.ff.de offi.pro-
conſ.& l.3.ff.de admi.tu. Facit etiam, quia aduer-
ſarius videtur conſentire, cuius conſenſu licet ſo-
lennitas remitti poteſt. argum. in l. filiusſamil.§.
veterani.ff.de procu. But. in d.c.2. concludit ex
mente quorundam. Primò, quòd vbi actor, & re-
us concordant atteſtationes valere, vel non va-
lere, hoc eſt indubitabile, quia regulatur ſecun-
dum conſenſum vtriuſque. Si autem reus vult,
quòd non valeant atteſtationes, dominus vult,
quòd valeant, tunc ſi reus fuit pręſens, valent.arg.
in d.§.veterani. ſecus ſi fuerit abſens, vt in l.2.de
exerci. ſi autem reus vult valere, & dominus non
vult, hoc caſu exauditur reus, quia fauorabiliores
ſumus ipſis reis: & quia eſt appoſita clauſula, vt nō
ſit melior conditio occupantis. Et quædam alia
vide de hoc in d.c.2. per But. Sed † nunquid te- 23
ſtis debeat citari? Bal. in §. porrò. quæ ſit prima
cauſa bene.amit. inquit, quòd nullo iure cauetur
teſtes eſſe citandos, iurare enim debent partibus
præſentibus vel citatis. Et eo ipſo, quòd iudex de-
fert iuramentum, videtur monere ipſum teſtem,
quem † admonitio habet vim citationis.l.ceſſan- 24
te.C.quomodo & quando iudex.

Idem † tenet Bal. in l. presbyteri.C.de epiſco. 25
& clericis. Domini de Rota, refert Butr. in d.c.2.
de teſti. dicunt valere dictum teſtis non citati.
nec admoniti deponentis in præſentia partis &
iudicis. & pro hoc allegat quæ no. Specu. in tit.de
teſte.§.qualiter.† vbi ſufficit, quòd iudex aſsignet 26
certum terminum ad producendum teſtes, infra
quem eos producat,& poterit pars eos producere
abſque alia citatione vel monitione, quoniam ex
quo præſens eſt præſumitur citatus, vt no.in c.bo-
næ.de elect. Et hoc præſertim verum eſt ſecun-
dum eos, ſi in præſentia partis iurauerit nil oppo-
nere. Nec ob. ſecundum eos, ſi dicatur, † quòd eo 27
ipſo quo teſtis ſe ingerit officio teſtificandi vide-
tur eſſe ſuſpectus, vt l.quæ omnia.ff. de procu.&
clarè tenuit Specu.1.§.qualiter. verſic. nolens. eo.
tit. Et idem videtur tenuiſſe quidam Laurentius
in Cle. ne Romani. de iureiur. quoniam † reſpon 28
dent prædicti domini, quòd eo ipſo quod pro-
ducitur per partē præſumitur non ſpontè depo-
nere, ſed ſtimulatus à parte, vt quia pręſumitur ci-
tatus, ex quo venit ſecundum eos. & hoc poſue-
runt prædicti Domini concluſione 472. cum qua
opin. tranſit But. in dict.c.2. Et ex hac opin. habe-
tis eſſe neceſſarium, vt teſtis citetur, ſed in dubio
præſumi citatus. Alb. in l. ſed honore. C. de epiſc.
& cleri. dicit non eſſe neceſſarium, vt teſtis cite-
tur, quidquid dixerit Specu. ſecundum eum in d.
§.qualiter. † quoniam ſpeciale eſt in epiſcopo, vt 29
citari debeat, ergo in alijs in contrarium eſt eius
commune. pro hoc adducitur text. cum gloſſ. in l.
poſt legatum.& ibi Bar.& in l. libertorum.& in l.
iuriſiurandi. C. de teſti. §. citati. ff. de his qui. vt
indi. Propterea dicit Alb. fruſtratoriè fit interro-
gatio teſti, an ſit citatus, vel ſpontè dicat, quoniam
non eſt neceſſaria citatio. Et hæc opinio Alberi.
quam tenuit Bald. videtur verior de iure, licet cō
ſuetudo ſentiat in oppoſitum. Nec ob. vna ratio,
per quam mouetur Spec. hunc teſtem haberi ſuſpe
ctum, ex quo ſpontè teſtificatur, quoniam reſpon
ſio ex multis tollit hanc ſuſpicionem. Primò
vis ipſius iuramenti, quia non eſt veriſimile te-
ſtem deierare. Secundò, quia teſtis propter

veritatem maniſeſtandam poteſt ſe vltrò offerre
ſine ſuſpicione, vt ſit locus veritati. Tertiò, quia
videtur ſaltem vocatus à parte. Quartò, quoniam
ſponte facit id, ad quod aliàs poterit compelli: ſi
enim teſtis poſſet euitare teſtimonium, tunc poſ-
ſet contra eum probabiliter ſuſpicari, ſed cùm
poſsit compelli, ſi non velit teſtificari, ſi ſponte &
non citatus teſtificatur, non per hoc ſe videtur in-
gerere, ex quo aliàs poterat compelli. Notandum
30 eſt vltra prædicta in aliquo † caſu eſſe omninò
neceſſe, vt teſtes citentur, quando volunt in iudi-
cio teſtificari: tunc enim inuiti compelluntur te-
ſtificari, & eo caſu præcedit citatio, vt in l. ſi quan
do. C. eo. titu. non tamen eſt neceſſe, vt teſtes re-
cipiant peremptoriam citationem, ſed ſatis eſt
quòd in prima citatione compareant quantum ad
vim teſtimonij. ſecundum Bald. in d. l. ſi quan-
31 do. Sed † quantum ad mulctandum teſtem qui
nō vult teſtificari requiritur talis citatio per quam
teſtis conuincatur de contumacia, quemadmo-
dum nos dicimus in quolibet mulctando. l. 1. §.
ex hoc. ff. de vent. inſpic. pars autem ſecundum
Bal. peremptoria citatur ad peremptoriū actum,
nam victoria cauſæ, quæ dicitur peremptorium
ipſius cauſæ cōſiſtit in probatione, licet fiat in me-
dio cauſæ, & idem eſt modus citandi in medio
qui eſt in principio & fine. pro hoc adducit Bal.
in d. l. ſi quando gloſſ. no. in l. poſt dictum. ff. de
32 iudi. Sciendum † tamen eſt ſecundum ipſum Bal.
in d. l. ſi quando, quòd ſi teſtes qui inuiti non co-
guntur, fuerint coacti venire ad iudicium, atta-
men non fuerint coacti teſtificari, ſed ſponte de-
poſuerint, valet ipſorum teſtimonium ex mente
Nico. Mattha. Quod dictū intelligemus verum in
his teſtibus, qui licet cogi nō poſsint, ſponte tamē
poſſunt teſtificari: ſecus in his, q nec inuiti cogun-
tur, nec volētes admittuntur, vt in liberto & filio,
vt l. libertorū. & l. parentes. C. eo. ti. Sed hic cadit
33 notab. dubitatio, † quòd ſi aſsignatus eſt termi-
nus decem dierum ad probandum, an teſtes pen-
dente termino poterunt produci abque alia cita-
tione partis contra quam producuntur. Bal. in d.
l. ſi quando, inquit quòd in qualibet parte termi-
ni teſtes poterunt produci, ſed tamen eſt neceſſe
partem citari ad videndum iurare teſtes, prout eſt
caſus in dict. l. ſi quando. Facit gloſſ. in ele. quam-
uis. de app. Idem tacet Bart. in l. qui ante calen. ff.
de verborum obligat. tamen dicit ipſe Bal. quòd
vltima die termini quælibet pars videtur monita
ad videndum iurare & produci teſtes. ita inquit
in l. item illa de conſti. pec. nec debet expectari
vltima extremitas ipſius diei, ſed ſufficit produci
quacunque hora ipſius diei ſecundum ipſum Bal.
& no. in dict. Clem. quamuis. aduocati tamen ſe-
cundum Bal. ſolent quando aſsignatur terminus
teſtium producen. moneri facere partem contra
quam produci debent, vt aſsiſtant ſingulis die-
bus & horis ad videndum iurare teſtes, & ita com
muniter practicatur. Et hæc practica eſt quàm ma
ximè neceſſaria, ſi pars, contra quam debent pro-
duci teſtes, habitet in loco longinquo. Et pro
hoc ſoluitur dubitatio Bart. in dict. l. qui ante ca-
len. vel ſecundum Ang. in d. l. qui antè, ſi citatur
per citationem generalem ad cauſam quæ poteſt
præmitti à principio ſecundum gloſ. no. in Auth.
qui ſemel. in verbo, tribus edictis. C. quomodo &
quando iud. & in corpore vnde ſumitur. & in l.
poſt edictum, in princip. gloſſ. magnæ. ff. de iudi.
Quæ † citatio ad cauſam eſt tantæ efficaciæ & po- 34
tentiæ, vt ibidem ſecundum Ang. vt poſsit perue-
niri ad ſententiam diffinitiuam nulla alia citatio-
ne intermedia, quod eſt notandum. & fuit origi-
naliter opinio Inno. in c. conſuluit, de off. deleg.
Poteſt etiā accommodari aliud remedium, quan-
do pars, contra quam producitur, ſtat in longin-
quo, vt compellatur eligere domicilium in loco
iudicij, in quo facilè citari poſsit ſecundum Ang.
hoc enim ſuadet æquitas, ſuadet etiā fauor litium
diminuen. vel etiam poteſt citari pars ad omnes
& ſingulos actus vſque ad finem litis incluſiuè,
quæ citatio procedit, nec erit poſtea alia neceſſa-
ria, vt pulchrè not. Inno. in c. auditis. & c. conſti-
tutus. de procu. & hunc vltimum modum etiam
ſequitur Ang. in d. l. qui ante calen.

Conſequenter hic dubitatur, † vtrum ſi pro- 35
cedatur per inquiſitionem, & teſtes recipiantur, ſit
neceſſaria partis citatio? Ia. But. vt refert Bar. in l.
2. §. ſi publico. ff. de adul. dicit quòd eadem ſo-
lennitas requiritur in inquiſitione, quæ requiri-
tur in accuſatione, præterquàm in ſolennitate pœ
næ talionis, quoniam in inquiſitione non eſt qui
ſe aſſcribat pœnæ talionis, ſicut in accuſatore. &
hoc modo intelligitur quod no. Inſti. de pu. iudi.
in prin. Quoniam † inquiſitio ſuccedit in locum 36
accuſationis, ideo dicemus eam eſſe eiuſdem na-
turæ, cuius eſt accuſatio. l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis
teſta. lib. eſſe iuſ. fue. Nec † ob. dictum Inno. in c. 37
fin. de pur. c. quoniam, eſt intelligendum ſecun-
dum Bar. in d. §. ſi publico, quando ſit ſpecialis
inquiſitio, quoad perſonam ſed generalis quoad
delicta, & ſic ad aliquem remouendum à bene-
ficio, non ad puniendum criminaliter. facit l. hæc
enim, cum ſua gloſſ. ff. de ſuſ. tuto. Sed per ſupra-
dictam perſonam videtur eſſe dicendum neceſſa-
riam citationē partis in inquiſitione, † quoniam 38
clarum eſt, quod vbi proceditur per accuſatorē,
neceſſaria eſt citatio partis, quia ſi requiritur in ci-
uilibus, multo magis in criminalibus. arg. in l. fi.
C. de proba. Bal. in l. 3. §. 1. ff. de condi. ob turp.
cau. tenet quòd vbi agitur per inquiſitionem pars
debet citari, c. per inquiſitionē. de ele. Et ibi ſen-
tit Inno. licet ipſe non alleget. facit c. paſtoralis, de
re iudi. in Cle. Subijcit tamen ipſe Bal. eleganter
ibidem, quòd vbi fit indagatio delicti cominiſsi,
prout eſt, quando iudex cogit teſtē ad oſtenden-
dum, & nominandum perſonam delinquentis,
tunc in tali compulſione non exigitur partis cita-
tio non ea ratione ſecundum Bal. quia † vbi pro- 39
ceditur per inquiſitionem non requiritur ordo
iudicij, vt Inſti. de pu. iudi. in princip. quoniam
hoc eſt falſum in citatione, vt d. c. per inquiſitio-
nem. ſed ideo non requiritur partis citatio in caſu
præcedenti, quoniam iſta prima indagatio non
habet in ſe formam alicuius proceſſus, ideo nec
requiritur citatio, ſicut in ſimili no. in l. 3. §. pen.
ff. de bo. poſ. ſicut eſt in ſimili ſecundū Bal. quan-
do iudex procedit & inquirit de fama. & ad hoc
dictum vltimū nil allegat Bal. Sed aduerte quod
pulchrè

pulchrè dicitur per ipſum Bal. in c.cùm inter nos.
de conſue. vbi refert aliqua peregrina dicta. Pri-
40 mum ſcilicet, quòd † vbi eſt quæſtio de iure, an
teneat ſtatutum vel conſuetudo iudex poterit in-
terloqui parte non citata. & hoc ſenſit Inn. in d.
c.cùm inter nos. & etiam poſuit Dy. in l. Aretuſa.
41 ff. de ſta. ho. Secundò refert † dictum Arch. no.
in c. quoties ordinis. 1. q. 7. vbi tenet, quòd vbi-
cunq; iudex facit aliquid ex officio mero & mo-
tu proprio, nõ eſt neceſſaria partis præſentia. pro
hoc facit quod no. Inno. in c.cùm in tua, qui ma.
42 ac. poſ. vbi inquit, † quòd iudex poteſt recipere
informationem de notorio & fama in camera ſua
nemine citato. & idẽ ſenſit Arch. ſecundum Bal.
43 in d. c.cùm inter nos. 11. q. 3. Subijcit tamẽ † ipſe
Bal. in dict. l. 3. §. 1. quòd teſtes recepti ad ſimpli-
cem querelam ad informationẽ curiæ, quod nun-
quam probant in proceſſu, qui poſtea ſequitur,
quando non ſunt recepti lite conteſtata, & aliquo
ordine ſeruato, vnde proprie nõ ſunt teſtes, quia
non recipiuntur ad probationem, ſed ad inſtru-
ctionem, vt probatur ex coniunctione. ll. l. qui
vltimo. ff. de pœ. & l. fin. C. de accu. & hoc etiam
procedit ſecundum eum, etiamſi ſint recepti ſu-
per generali inquiſitione, quia iudex non ſtat in
ea, ſed habita informatione deſcendit ad ſpecia-
lem inquiſitionem. l. congruit. ff. de offic. præſi.
nec in tali informatione præparatoria fit publica-
tio teſtium, quia fit ad inſtructionem, non ad ꝓ-
bationem. pro hoc facit vltra Bal. quod pulchrè
no. per Ioan. Andr. & Butr. in c. qualiter & quan-
44 do. el. 1. de acc. vbi dicunt, † quòd ſi iudex pro-
cedit ex officio ſuo publicatis atteſtationib. pote-
rit ſuper eiſdem capitulis & atteſtat. iterato alios
teſtes producere per c.cùm clamor, eod. tit. quod
ſecus eſſet ſecundum eos. vbi iudex procederet
ad inſtan. accuſantis, quia publicatis atteſta. non
licet alios teſtes producere. & ex prædictis habe-
tis expeditum hunc no. articulum. Sed vlterius
45 dubitat, † qualem fidem faciat teſtis examina-
tus, qui non debuit examinari, vel examinatus
minus ſolenniter. Bar. in l. maritus. ff. de quæſti.
concludit quandoque teſtis non debuit exami-
nari propter reuerentiam, quam debet his contra
quos producitur, & tunc examinatus non probat,
nec facit indicium. l. 1. §. Diuus. & d. l. maritus. ff.
de quæſti. pro hoc facit quod no. per Bar. in l. li-
bertorum. C. de teſtibus. Facit etiam quod not. ſe-
cundum Ioan. And. in princip. huius tractatus. &
ideo filius ſiue libertus examinatus cõtra patrem
vel patronum non ꝓbat nec facit indiciũ, quan-
doque teſtis non debuit examinari propter ætatẽ,
& tunc examinatus non facit probationem, nec
plenè facit indicium, ſed ſolùm quale quale indi-
cium. l. 1. §. impuberes. ad Silla. Et notan. eſt hic
ſignanter ex mẽte Bal. in l. ſi duo patroni, in prin.
46 ff. de iureiuran. † quòd qualis qualis præſumptio
operatur duos effectus. Primus eſt, quòd vbi ſit
par & æqualis probatio præualeat illa probatio,
quæ habet qualem qualem præſumptionẽ adiun-
ctam. pro hoc facit c. licet cùm cauſam, de proba.
& l. clàm poſſidere. ff. de acq. poſ. prout euenit. ſe-
cundum Bal. in quali quali præſumptione, quæ
inſurget ex re inter alios acta alijs non pręiudicet,
attamen facit quale quale præiudicium. pro hoc
optimè facit l. à ſententia. ff. de ap. & l. ſæpè, de re
iu. Secundus effectus ex mente Gui. & Bal. in d. l.
ſi duo, eſt vt hæc qualis qualis præſump. adhibita
vni teſti, faciat vt iudex faueat in delatione iura-
mẽti, qui duo effectus ſunt notandi, quoniam te-
ſtis non debuit examinari propter ſexum, vt in
muliere. & idem dicatis quod in caſu præceden-
ti, quia facit qualem qualem pręſumptionẽ. Quo-
niam teſtis non debuit examinari propter infa-
miam, & tunc examinatus nõ facit etiam, niſi qua-
le quale indicium. l. qui vltimo. ff. de pœn. Quan-
doque & vltimo caſu non debuit examinari pro-
pter inimicitias, & tunc facit indicium, vel non ſe-
cundum qualitatẽ inimicitiarum. l. 1. §. præterea.
ff. de quæſtio.

Et no. quòd † inimicitia ſuperueniens facto 47
ipſius contra quem producitur teſtis, non habet
omninò repellere teſtem, ſed iudici committitur.
l. 1. §. cùm quis. ff. de quæſti. & ibi no. Bar. Præte-
rea reprobat Bar. cautelam quorundam, qui dant
alapam, vel aliter percutiunt teſtem, vt deinde
cauſa inimicitiarum non poſſit contra eum de-
ponere, quoniam hæc inimicitia culpa & facto
ipſius, conrra quem deponit ipſe teſtis, nam † li- 48
cet inſpiciatur conditio teſtis tempore quo de-
ponit, vt in l. 3. §. l. Iulia. & ibi gloſſ. eod. ti. tamen
hoc non procedit quando teſtis nõ mutauit ſuam
conditionem in fraudem teſtimonij ferendi. l. 1.
§. ſi ſeruum. & ibi Bar. ff. de quæſti. & hæc in ſupe-
rioribus tetigi. Si autem teſtis eſt examinatus non
habita ratione ordinis iudiciarij, vt quia ante lit.
conteſt. vel parte non citata. & tunc inquit Bar. in
d. l. maritus, quòd putat talem teſtem non facere
probationem, nec indicium. l. ſi quis adulterium.
ff. de adul. & facit l. ſi quando, in fin. C. de teſti.

Secunda principalis ſolennitas, † quæ exigi- 49
tur in teſtibus examinandis, ſcilicet iuramẽti de-
latio: hoc enim eſt illud quod principaliter habet
regulare teſtium depoſitionem ſeu fidem. Et ideo
dicimus, quòd iuramentum teſtium non poteſt
deferri die feriata tanquam actus ſolennis & prin
cipalior in ipſo teſte. no. gloſſ. in Clement. 1. de
off. dele. & de hoc iuramento ponitur in l. iuriſiu-
randi. C. eod. titu. quæ eſt canonizata. 4. q. 3. c. iu-
reiuran. & l. teſtium & l. ſi quando. C. eo. & poni-
tur per gloſſ. in c. fraternitatis, eodem titulo. Et in
tali iuramento ſolent principaliter quatuor in-
teruenire. Primum, quòd teſtis dicet veritatẽ iu-
dici, vel cui ipſe iudex commiſerit quam nouerit
ſuper re illa, ſuper qua iurat. 3. q 8. c. hortamur. &
in Authen. eod. titu. §. 1. Secundum eſt quòd nul-
lam interſeret falſitatẽ. 2. q. 4. & 3. c. pura. Tertium
eſt quòd pro vtraque parte dicet veritatem quam
ſcit. 14. q. 5. nõ ſanè. & ſiue interrogatus fuerit ſiue
non. argum. in c.cùm dilectus. de accu. Quartum
eſt quòd nec precio, nec timore, amore, vel odio,
ſeu pro alio commodo teſtimonium dicet. c. quo-
ties. & c. licet. eo. tit. hæc enim ſunt quæ teſtis iura-
re debet, vt no. gloſſ. fin. in d. c. fraternitatis. Et
† eſt notan. vltra prædicta teſtem debere iurare 50
tactis ſcripturis, vt habetur in Cle. 1. in verbo, ta-
cta. de hære. quod no. per glo. in cap. vt circa. de
ele. lib. 6. ſuper verbo, corporaliter, vbi no. gloſſ.
quòd

quòd non ſufficit tangere ſcripturam cum pecto-
re vel cubito, ſed debet tangere cum manibus. di-
cit tamen Io. Andr. in §. ſequitur, verſi. & nota. in
51 addi. eo. titu. quòd † vbi iur. apparet præſtitum
præſumitur tactis ſcripturis, tum propter qualita-
tem perſonæ notarij, qui eſt peritus, vt no. per Spe.
eo. titu. §. 1. ver. ſed quid in prædictis, tamen pro-
pter auctoritatem iudicis, qui peritus in talibus di
ligentiſſimus eſſe debet: & quia pars non contra-
dicit, ſurgit præſumptio pro prædictis. facit quod
no. per Inno. in c. cùm in iure, de off. deleg. Secus
eſt ſecundum Ioan. And. ſi tabellio dixit talis te-
ſtis iuratus depoſuit &c. nam & non ſufficit dicta
aſſertio cùm ſit de prçterito. & hoc etiam ſequitur
But. in d. c. fraternitatis. eo. tit.

Quod vltimum limitat Imo. in d. c. fraternita-
tis, quando ſimpliciter dixit, talis teſtis iuratus co-
ram iudice, & in præſentia talis partis, cõtra quam
producebatur, id videtur ſufficere, cùm potuit
interuenire dicto tempore. & hoc etiam ſenſit
Bar. in l. Theopompus, de do. præle. videtur tamẽ
probabiliter poſſe ſuſtinere, quòd etiamſi dixit,
talis teſtis iuratus depoſuit, quòd per hoc præſu-
mitur omnis ſolennitas, per ea quæ habentur in
l. ſciendum. ff. de ver. obl. Et hoc maximè propter
præſentiam duorum peritorum iudicis, ſcilicet
& tabellionis, arg. ex his quæ not. per gloſſ. in §. ſi
52 ita ſcriptum. Inſti. de inutil. ſtipu. Præterea † pro
actibus iudicis præſumitur quoad ſolennitatem
& veritatẽ, vt no. in l. nec enim aliter. ff. de adop.
& ibi per Bald. & l. cùm hi. §. cùm prætor. ff. de
tranſ. ergo præſumimus propter præſentiam iu-
dicis teſtem rectè & ritè examinatum per ſupra-
dicta. Adde tamen vnum vltra prædicta, quòd
53 † teſtis, quando iurat, non debet iurare ſub tali
forma: Iuro per iſta ſacra Dei Euãgelia, ſi illa ſcri-
ptura non ſit Euangelium, quoniam illa dictio,
iſta, habet rela. ad id quod demonſtratur. & hoc e-
uidenter eſt falſum, cùm ſcriptura illa nõ ſit Euan
gelium. Et hoc dictum tenuit Bald. à contrario
ſenſu in Authent. ſacramenta puberum. C. ſi ad-
54 uerſus vendi. Et pro hoc habetis † no. practicam
euitandi periuria, vt iuretis per iſta ſancta Dei
Euangelia ſuper ſcriptura, quæ non ſit Euange-
lium: nam tale iuramentum non valet, ex quo in
ſe habet expreſſam demonſtra. falſam. Tunc eſt
55 ſciendum ꝓ declaratione primi dicti, quòd † in-
teruenire debet in iuramento teſtis, quòd nec iu-
dex, nec partes petere debent teſtes iurare de ve-
ritate tantùm dicenda ſuper articulis datis, quo-
niam nõ valeret eius teſtimonium ſuper alijs quæ
contingunt ſe alijs articulis: nam teſtis iuratus ſu-
per vno articulo non probat ſuper alio. C. de te-
ſti. eo. tit. de teſti. 3. q. 8. c. hortamur, & c. cùm di-
lectus, de ac. & hoc tenuit Specul. in §. ſequitur,
ver. illud autem, eod. titu. Subijcit tamen Bal. in
l. ſi duo patroni. §. idem Iul. ff. de iureiuran. quòd
56 † teſtes non debent iurare niſi ſuper eo, ſuper quo
pars producit ipſos, niſi in caſibus, in quibus iu-
dex poteſt teſtem ex officio examinare, vt no. in
l. 4. §. ſi tibi. ff. de cõdi. ob turp. cau. nec etiam † in-
57 quit idem Bal. teſtes debent examinari ſuper arti-
culo, ſuper quo non ſunt inducti. argu. ex no. per
gl. in d. §. idem Iulianus. pro hoc etiam facit quod
no. per gloſſ. in d. c. de teſtibus, vbì ſi teſtis indu-
ctus ſuper vno articulo deponat ſuper alio, non
probat. Quod procedit quando iurauit ſuper cer
to articulo, vt ſuprà tetigi. & no. Bar. in d. §. idem
Iulianus. Niſi in vno caſu poſito per no. per Bald.
in d. §. idem Iulianus, ſcilicet quando teſtis depo-
nit ſuper dependentibus vel connexis articulo ſe-
cundum Bald. quod eſt notabile, vt ſuper loco
vel tempore, licet enim iurauerit ſuper certo arti-
culo, tamen non dicitur deponere extra articulũ,
quando deponit ſuper dependentibus vel con-
nexis, quod eſt no. Hic dubitatur, † quid ſi teſtis 58
iurauit ſimpliciter dicere veritatem? Butr. in d. c.
de teſtibus, videtur velle idem eſſe, ac ſi teſtis iu-
raſſet dicere veritatem ſuper tota cauſa. Quod di-
ctum non concedit Imol. quia cùm propter arti-
culos teſtes producuntur iuramentum ſimplici-
ter præſtitum, videtur referendum ad articulos,
† quoniam limitata cauſa limitatum parit effe- 59
ctum. l. ita autem, in prin. ff. de admi. tu. & l. in a-
gris. ff. de acquir. rer. dom. Fatetur † tamen Imo. 60
quòd licet teſtis iuraſſet dicere veritatẽ ſuper to-
ta cauſa, vel ſimpliciter: ſi tamen poſtea deponat
ſuper certis articulis, non impeditur pars produ-
cere eoſdẽ teſtes ſuper alijs articulis, quia ex quo
non depoſuerunt, non curatur iuramentũ quod
præſtiterant, quia illud etiam ad alios articulos
extenditur.

Secus verò, ſi fuiſſent interrogati etiam ſuper a-
lijs, & dixiſſent nihil ſcire, quia tunc poſt publi-
catas atteſtationes non poterunt alij produci, per
id quod dicitur in d. c. de teſtibus, mihi tamẽ ma-
gis placet ſententia Butr. per tex. no. l. is qui du-
centa. §. vtrum, verſi. proinde. ff. de re. du.

Secundò, † quia indefinita locutio ſolet iure 61
noſtro æquipollere vniuerſali, de qua plenè po-
nitur in d. §. vtrum, ergo cùm teſtis iurauerit in-
definitè dicere veritatem ſuper cauſam. & hæc in-
defini. æquipollet vniuerſali, ſcilicet ſuper tota
cauſa. Nec ob. motiuum Imol. dum dicit teſtem
habere relationem ad capitula, quoniam reſpon-
deo, quòd teſtis ſimpliter iurat dicere veritatem,
quam nouerit de cauſa, de qua agitur, vt dixi in
prima parte iuramenti teſtis, non autem iurat di-
cere veritatem ſuper articulis tantùm, nec dictum
teſtis regulatur ſecundum articulos, ſed ſecun-
dum iuramentum. facit quod no. in Clem. 1. de
off. deleg. Dixi & ſecundò teſtem debere iurare
quòd non interſeret falſitatem. Sed † quid erit, ſi 62
teſtis dicat falſum in vno, an in totum reprobetur
ille teſtis? hæc quæſtio ponitur per Inno. in c. fra-
ternitatis, in princ. de hæret. & ibi concludit ipſe
Inno. quòd ſi tabellio in inſtrumentis ſuis, vel te-
ſtis in dicto ſuo admiſerat aliquam falſitatẽ etiam
ſcienter, nihilominus valet inſtrumentum, & de-
poſitio teſtis, dummodò falſitas illa non tangat
ſubſtantiam vel circumſtantias negocij, de quo
fit inſtrumentum, vel redditur teſtimonium, vt ſi
dicat cõtrahentes eſſe de alia ꝓuincia, quàm ſint,
vel ſi dicat affines eſſe, qui non ſint, quia nihil fa-
ciat ad cõtractum vel teſtimonium, vnde ſint ipſi
contrahentes, vel quorum ſint affines. Si autẽ fal-
ſitas ſit de his, quæ tangunt circumſtantias, vel
his circa quæ redditur teſtimonium vel ſuper cir-
cumſtan-

cunſtantias eius, tunc ſiue ignoranter ſiue ſcien-
ter falſum interſerat, non valet teſtimonium, vel
inſtrumentum ſecundum Innoc. quoniam teſtis
nunquam debet deponere, niſi de eo quod noue-
rit in veritate, & vidit, & hæc non poteſt eſſe igno
rãtia. 3. q. 9. c. teſtes. Alb. in l. ſi ex falſis. C. de tranſ-
act. dixit quoſdam diſtinxiſſe in hoc articulo aut
capitula ſunt diſtincta, aut connexa. per l. 1. §. item
quæritur. & §. Trebatius. de aqua quotid. & æſti.
Subijcit tamen poſtea Doct. communiter tenere,
vt dictum teſtis indiſtinctè vitiet in totum, quo-
niam licet capitula ſint diſtincta, tamen iuramen-
tum ipſius teſtis eſt quid indiuiſibile. argumen.
optimum in l. ſi gemina. ff. ar. fur. ceſ. & 1. q. 9. cap.
pura. l. duobus. ff. de li. cauſa. facit quod no. per
gloſſ. 37. diſt. cap. ſi quid. & ibi per Archid. Et hęc
communis ſententia procedit ſecundum Alberi.
ſi modò reperiatur falſitas in ſubſtantialibus ne-
gocij de quo quæritur, ſecus ſi ſuper circunſtan-
tijs quæ nil faciunt ad dictum teſtis, cap. ex lite-
ris, de fid. inſtr. & no. in l. fi. C. de edict. Diui Adr.
tol. Et hoc inquit Albe. tenuit Inn. in d. c. frater-
nitatis. & in c. cùm in iure peritus, de off. del. & no.
per Spe. in ti. de teſte. §. 1. ver. item quod aliquid de
ſuo. Sed tamen vt ſuprà vobis retuli, Innoc. ſen-
tit contrarium in d. c. fraternitatis. Sed ſaluando
Albe. dicatis eum loqui de circunſtantijs, quę nil
faciunt ad dictum teſtis, prout vobis ſuprà exem-
plificaui ſecundum Innocen. Bal. in d. l. ſi & fal-
ſis. concludit primò, quòd ſi capitulum, ſuper
quo falſitas verſatur, eſt quid ſubſtantiale ipſius
negocij, tunc totum dictum vitiatur ſecundum
omnes. Si autem eſt qualificatiuum negocij & ꝓ-
bationis, vt quia de re negocij ſit interrogatus,
an ſit conſanguineus, reſpondet quòd non, cùm
ſit in gradu, in quo minor fides adhibetur, & tunc
idem erit quod in præcedentibus ſecundum Bal.
Et ad hoc allegat Innoc. in d. c. fraternitatis. Nec
obſtat Bal. quod ſtatim ſuprà retuli, ſecundum
Inno. de affine, quoniam diſtinguit hoc modo,
quòd vbi negocio affinitatis vel aſſertio nil facit
ad teſtimoniũ, de quo agitur, tunc illa falſitas non
vitiat teſtimonium: ſi autem illa falſitas cõfert ad
teſtimonium vel negocium principale, tunc iſto
caſu loquitur Bal. & etiam Inno. ſi benè intelligi-
tur. Subijcit poſtea Bal. quòd communiter tene-
tur quòd dictũ teſtis falſum in vno, vitietur in to-
tum, quoniã ex quo hic teſtis eſt periurus in vno,
non amplius ſibi creditur tanquam periuro. c. te-
ſtimonium, eo. ti. de teſti. Et hoc eſt verum, ſi fal-
ſum deponit ſciens: ſecus ignorans per errorem,
quia tunc non erit periurus. l. nec exemplum. C.
de fal. Sed hoc. dictum Bal. repugnat expreſsè ſen
tentię Inno. quàm ſuprà vobis retuli, vbi dicit, nõ
eſſe differentiam inter ſcientiam & ignorantiam.
ſed hæc opi. Bal. æquior eſt, maximè quando ca-
pitula ſunt omnino diſtincta. Item dicit Bal. pro-
cedit communis ſententia, quando falſitas contin
git negocium principale: ſecus ſi ſit impertinens
ad negocium, quia tunc teſtis non eſt periurus,
nam iuramentum non refertur ad articulos im-
pertinentes. l. ſi quis libertatem. §. fi. ff. de peti. hæ-
re. Facit quod no. in c. ſi ad ſcripturas. 9. diſt. & in
c. pura. 3. q. 14. Facit etiam ad prædicta illud ſin-
gulare dictum Bnt. & Ang. quos vobis retuli in
prima parte huius tractatus poſitum per eos in l.
Lucius. §. quæro. ff. de inſa. Vnum verbum dicit
Albe. vltra prędicta in l. ſi ex falſis, † quòd impe- 63
rator nõ poſſet facere quòd dictum teſtis falſum
in vno valeret, in eo quòd dixiſſet verum per no.
in l. 1. & in l. fin. C. ſi per vim vel ali. mo. Et quia
per tale reſcriptum examinarentur vires negocij
contra l. quoties. C. de preci. impe. off. Et hoc re-
ſcriptum dicit Albe. eſſet impetran. vt ſi teſtis di-
xerit falſum circa no ſubſtantialia, tunc valeat di-
ctum in eo quod verum eſt, vt reſcriptum recipiat
diſtinctionem ſecundum ius commune. arg. in l.
ſi quando. C. de inoff. teſt.

Contra † tamen hanc ſententiam facit quod 64
not. per Ange. & alios in l. item ſi verberatum. §. 1.
ff. de rei vendicatione, vbi dicit Ang. quòd men-
tiuntur hi, qui dicunt principem non poſſe au-
ferre dominium alterius. Facit etiam quod pul-
chrè no. per Bal. in l. fin. C. ſententiam re. non po.
& eo maximè cùm hoc reſcriptum principis habe-
ret in ſe cauſam iuſtiſsimam, quoniam falſitas te-
ſtis in vno articulo non debet officere veritati in
alio articulo. Et hoc quando conſtaret certè de
veritate alterius articuli, ſecus ſi eſſemus in du-
bio. Subſequenter dubitatur, † quid teſtis depo- 65
nat ante iuramentum, & poſt depoſitionem iu-
ret, an dicemus eius teſtimonium valere. gloſſ. in
l. iuſiurandi. C. eod. videtur innuere, quòd non
valeat tale teſtimonium, dum exigit iuramẽtum
præcedere debere ipſam depoſitionem. & hoc
etiam fuit de mente Azo. vt refert Alber. Spec. in
§. ſequitur, verſi. quid ſi teſtis, eodem titu. allegat
multa hincinde, & nõ ſoluit. Bartolomæus Brix.
tenet quòd valeat tale teſtimonium. Tutius ta-
men eſt ſecundum eum, vt priùs iuret. pro hoc ſe-
cundum eum l. qui bona. §. ſi ſtipu. de damn. in-
fect. Arch. tacet quòd non valeat, vt no. in c. iure-
iurandi. 4. q. 3. & pro hoc adducit c. de teſtibus,
eo. tit. Idem tenuit Gofredus in ſua vltima col. Et
hanc opi. Gof. pro parte negatiua dicit Imo. quòd
eſt communis in c. de teſtibus. Io. Andr. in d. c. de
teſtibus, dicit bonam eſſe cautelam, vt interim te-
ſtis deponat poſt iuramentũ præſtitum, vel quòd
breuiter & ſpecificè repetat illud dictum ante iu-
ramentum. Alber. in dict. l. iureiurandi, diſtin-
guit. Aut teſtis incontinenti iurauit poſt depoſi-
& tunc valeat eius teſtimonium, quoniam ea quæ
incontinenti fiunt, dicuntur ineſſe. l. lecta. §. dice-
bam. ff. ſi cert. peta. ſecus ſi ex interuallo iuramen-
tum ſit præſtitum poſt depoſitionem. Hanc ean-
dem ſententiam Alber. tenet Bal. in dict. l. iureiu-
randi. Subiungens ipſe Bald. quòd non ſufficit ex
interuallo, vt teſtis loquatur per relationem, vt
ſtatim dicam. Mihi autem probabiliter videtur
poſſe ſuſtineri, vt valeat teſtimonium præcedens
iuramentum ſiue præcedat ex interuallo, ſiue in-
continenti. Primò, quia iuramentum non dici-
tur eſſe de ſubſtantia & neceſſaria ſolennitate
ipſius teſtimonij quod probatur, nam iuramen-
tum poteſt remitti de conſenſu partium. c. tuis,
eod. titu. & infrà ſtatim dicam. † ſed ea quæ ſunt 66
de ſubſtantia alicuius actus iudiciarij nõ poſſunt
remitti de conſenſu partiũ, vt no. in d. c. de cauſis,

de offi.deleg. ergo iuramentum non erit de ſub-
ſtantia.& hoc ſentiunt Docto.in d.c.tuis. pro hoc
etiam facit quod ponitur per Bar. in l. ſi quis le-
gatum. ff. de falſis.& ſtatim tangam. Secundò pro
hac ſententia facit, nam iuramentum præſtatur vt
veritati locus ſit,& vt metu periurij teſtis non de-
clinet à veritate.ſed hæ rationes ita militāt, quan-
do iuramentum præſtatur poſt depoſitum teſti-
monium ſicut & ante: ergo &c. Nec ob.c. de teſti-
bus.eo.tit.quoniam quando teſtis depoſuit non
iuratus, non valet. ſed in caſu noſtro quando iu-
ramentum eſt ſubſecutum, tunc non dicitur eius
teſtimonium non iuratum, ideo valeat. pro hac
67 ſententia † facit quod no. in l. 1. §. quoties. ff. de
vi & vi. arg. vbi in delictis ratihabitio retrotrahi-
tur, & ita eſſet in periuro & falſo teſtimonio. In
contractibus etiam ratihabitio retrotrahitur. l. ve
ro procuratori. ff. de ſo. Hanc tamen opi. putarem
eſſe limitan. ſi modò iuramentum præſtitum fue-
rit poſt depoſitionem infra terminum ſtatutum
ad proban. per ea quæ infrà videbitis. & eſt nota-
bilis articulus. Sed hîc quæritur pro declaratione
68 ſupradictorum per Io. And. in hoc articulo, † v-
trum teſtis, qui depoſuit ſemel ſuper vno articu-
lo, ſi iterum producitur in alia cauſa ſuper eodem
articulo, ſufficit dicere, dico me tantū ſcire, quan-
tum dixi in alia cauſa, vel dico, prout dixi in alia
cauſa. Bar. in l. eos. ff. de fal. putat ꝙ ſit in arbitrio
iudicis, vtrum velit admittere tale teſtimoniū vel
non, ſicut teſtator poteſt confirmare teſtamētum,
quod aliàs fuit inualidum ſine expreſsione ver-
borum contentorum in alio teſtamento. l. 1. §. fi-
liusfa. ff. de leg. 3. l. qui ex liberis. §. teſtanti. ff. de
bo. poſ. ſecundum ta. & l. quærebatur. ff. de teſta.
Si autem iudex non vult admittere teſtimonium,
quia velit videre qua trepidatione ipſe deponat,
tunc eſt conſilium ſecundum Bart. quòd ipſe pe-
tat atteſtationes priùs exhiberi, vt de dicenda ve-
ritate poſsit informari argu. ex his quæ no. in l. ſi
cùm exhibuiſſet. ff. de publi. Etiam ſecundum
Bar. ſi teſtimoniū quod prius depoſuit, nondum
ſit publicatum, quia quātum ad ipſum teſtem te-
ſtimonium non dicitur eſſe ſecretum, ſicut dici-
mus in iudice. c. cùm clamor, extrà de teſti. Con-
ſuluit vlterius Bar. ipſi teſti, quod in ſecundo di-
cto dicat quòd deponit, vt ſibi nunc videtur. Et ſi
appareat aliter dixiſſe in alia cauſa, ex nunc corri-
git hoc dictum ſecundum, & reducit ad primum.
quod notan. Bald. in d. l. iuriſiuran. inquit † quòd
69 non ſufficit deponere per relationem ad acta, in
quibus eſt primum teſtimoniū, imò debet ſecun-
dum eum loqui ſpecificè, & non implicitè, ſicut
interrogatur ſpecificè. l. 3. §. idem. ff. eo. ti. Et ideo
ſecundum eum non ſufficit quòd teſtis deponat
remiſsiuè, vt, depono, vt iā depoſui in tali cauſa. Si
70 † tamen non recordatur quid depoſuit, debet ſi-
bi dari terminus ad clarè reſpondendum: verba
enim generalia ſecundum eum non inſtruunt iu-
dicem. l. ita fidei. ff. de iur. fiſ. Mihi tamen magis
placet ſententia Bar. vt ſit in arbitrio iudicis, pro-
71 ut ſuprà concluſum eſt. Sed † an teſtis poſsit de-
ponere teſtimonium ſuum in ſcriptis? Docto. in
dict. cap. de teſtibus, videntur ſentire non, quia
72 † iudex debet audire viuam vocem teſtis. & quia
conſtantia ipſe deponat. l. de minore. §. tormen-
ta. ff. de quæſti. Et hoc etiam tenuit Alb. in dict. l.
iuriſiuran. Si tamen teſtis † deponat iuratus di- 73
ctum ſuum in ſcriptis non contradicente iudice,
nec parte, & in præſentia iudicis porrigit ſcriptu-
ram teſtimonij ſui, & dicat ſe teſtificari, prout ibi
continetur, valet eius teſtimonium. argum. ex his
quæ no. per Bar. in d. l. eos. & l. Theopompus, de
do. præl. ſecus ſi in abſentia deponeret per literas
ſuas. 3. q. 9. cap. teſtis. Et hoc etiam ſequitur Imo.
in dict. cap. de teſtibus. Bal. in d. l. iuriſiurandi, di-
cit, † quòd ſi teſtis legit dictum ſuum quod ſcri- 74
pſerat, tunc valet, aliàs non valet. facit quod no.
per Ioan. And. in d. c. de teſtib. Sed † an iuramen- 75
tum teſtis ſit de ſubſtantia vel non, ita, quòd poſ-
ſit remitti? concludatis quòd remitti poteſt, vt in
cap. tuis. de teſti. fallit ſecum gloſſ. ibidem in cau-
ſa matrimoniali, quia nec per confeſsionem præ-
iudicant partes ipſi matrimonio. & hoc eſt, ne ali-
quando colluderet ſuper ma. cap. ſuper eo, extrà
de eo qui com vx. ſu. In coniungendo autem ma-
trimonium tunc poteſt credi ipſi confitenti, ideo
tunc remittitur iuramentum. facit cap. 2. de cla.
deſp. Et per prædicta patet, quòd iuramentum nó
eſt de ſubſtantia teſtimonij, per ea quæ ſtatim ſu-
prà dixi. Ideo dixit † Barto. in l. ſi quis. ff. de fal. 76
quòd teſtis deponens falſum non iuratus, puni-
tur de falſo, ac ſi iuraſſet, quia iuramentum non
eſt de ſubſtantia teſtimonij. Vltra prædicta † du- 77
bitatur, quid ſi teſtis iurauit die iuridica, depo-
ſuitque die feriata, an valeat tale teſtimonium?
Gui. de Sum. tenet quòd non, quia deponere co-
ram iudice † eſt actus iudiciarius, qui die feriata 78
exerceri non poteſt. l. de feſto. C. de fer. Specu. ta-
men in titu. de ferijs. §. ſequitur. verſicu. quid ſi
ſciuit, tenet valere tale teſtimonium. Idem etiam
tenet Pileus. & cum hac ſententia tranſit Albe. in
l. iuriſiurandi. C. eodem titu. Hanc etiam ſenten-
tiam tenet Ang. in l. damn. infecti. §. Sabinus. de
damn. infect. & dicit ſeruari in curia & toto mun-
do. Pro hoc etiam habetis gloſſ. in Clemen. vni.
ca. de offi. delegati. pro hoc etiam facit ratio, quia
hæc depoſitio eſt finis, ad quem eſt ordinatum iu-
ramentum, ideo trahitur ad iuramētum tanquam
ad ſuum primarium principium. Idem etiam te-
net Bal. in l. ſi quando. C. eo. tit.

Sed alia hinc oritur dubitatio, † quid ſi ſtatu- 79
tus eſt terminus parti ad proband. & iurent te-
ſtes infra terminum, & deponant poſt terminum,
an hoc caſu dicemus talem depoſitionem valere.
Dy. tenet ꝙ ſic, per l. 1. de bo. poſ. ex teſt. mil. iun-
cta gl. ibidem in ſolutioue contrarij. l. ex eo. ff. de
teſt. mil. Nam ſufficit militem iuraſſe, quoad hoc,
vt fruatur priuilegijs militaribus. Ita & in propo-
ſito etiam tenet Nicol. Mar. Arch. in c. pia, de ex-
ceptio. in 6. diſtinguit, quòd ſi producenti poteſt
imputari, quòd non fecit teſtes examinari, & non
petierit, tunc præcluſa eſt via examinandi. Idē te-
net Io. An. in d. c. in Nouella. Idem videtur ſen-
ſiſſe Bar. in l. damni infecti. § Sabinus. ff. de dam.
infect. Butr. in l. admonendi. ff. de iureiurando.
Specu. in §. qualiter, ver. is quoque, eod. titu. in-
quit, quòd is cui datus eſt terminus ad teſtes ꝓdu-
cen. ſatisfacit termino, ſi infra terminū illos ꝓdu-
cit,

cit, & iurare facit, licet teſtes non fuerint examina-
ti: ar. in l. pe. C. de teſta. & ita ſeruat curia ſecun-
80 dum eum. Secus† fortè ſi datus ſit terminus ad pro-
ducen. vel ad proban. vel ad facien. eos examina-
ri: ar. in c. licet. in prin. de proba. de hoc tamen ſe
remittit ad. §. j. ver. quid ſi. in ti. de dila. vbi ta-
men non determinat hunc caſum ſecundum Io.
An. in add. vbi ſupra. attamen placet diſtinctio
Spe. ipſi Ioa. An. Ang. in d. §. Sabinus ſequitur ſen-
tentiam Bart. niſi ſecundum eum iudex dediſſet
terminum ad proban. & probatum haben. tunc. n.
non ſufficit infra terminum iuratum haberi teſtem,
ſed eſt neceſſe vt deponat. & hæc opi. videtur mul-
tum ęqua & ita practicatur in ciuitate iſta. Conſe-
81 quenter † dubitatur, quid ſi teſtis iurauit ſed non-
dum ſunt articuli parati, vel interrogatoria danda
teſtibus, dicatis eſſe committendum iudicis arbitrio
an procedat vel differat teſtes iurare examinari. l.
82 quicquid. ff. de iudi. Et eſt notandum quòd † teſ-
tes ſunt exhibendi in iudicio ſumptibus producen-
tis. iiij. q. iij. ver. veritatis &. l. quoniam. C. eo.
ti. & tales expenſæ moderantur iudicis arbitrio non
ſolum in veniendo ſed etiã in redeundo, capitulo
ſtatutum. §. fin. de reſcript. in 6. & ibi per Io. An.
& Arch. & per Alber. in d. l. quoniam. Et ſe-
83 cundum opin. Alber. ſolui † debet vectura equo-
rum, ſi teſtis ſolitus erat equitare, vel infirmus, &
idem ſi habebat equum proprium quẽ ſolitus erat
dare ad vecturam, prout eſt Girardus Bidus.
84 Sed hic † probabiliter dubitatur an ſint ſoluen-
dę expenſę teſti habita ratione expenſarum quas fe-
ciſſet in domo? hanc. q. format Ang. in l. ſed ſi le-
ge. §. quod autem. ff. de peti. hær. vbi Gloſſ. bre-
uiter concludit quod aliquando expenſæ debentur
ratione victoriæ cauſę, & tunc habetur ratio expen-
ſarum quas feciſſet domi: ſecus ſi debeantur pro-
pter contumaciam, vel à lege, vt in teſtibus produ-
cendis, vel in delato conferente ſe extra patriam ad
cognoſcendum, tunc non habetur ratio expenſa-
rum quas domi feciſſet: & hoc ſentit Io. An. in c.
ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. in 6. Vltra præ-
85 dicta dubitatur † quid ſi teſtis amiſit operas, vel in-
currit damnum quod negocijs ſupereſſe non potu-
it, an procedens teneatur reſarcire? Alberi. in d. l.
quoniam, tenet quòd non: quia teſtificari eſt offi-
cium publicum. Item quia. l. quoniam nil loqui-
tur de damno. & ità vidit ſeruari. Nec ob. † ſecun-
86 dum eum l. ſancimus. C. de iudi. quia reſpondetur
quod ibi fit mentio ſpecialis de damno, & ibi erat
etiam partis contumacia. Sed hæc opi. Alberi. eſt
87 multum iniqua † nam priuilegia non intelliguntur
cum iniuria alterius. l. ij. §. merito. ff. ne quid in lo.
pub. ergo priuilegium conceſſum pro cõpulſione
teſtium non debet reſtringi in damnum ipſo-
rum teſtium. Satis enim eſt quòd teſtes compellan-
tur ad teſtificandum, ex quo aliquando ſequitur
odium alterius partis: quia veritas odium parit abſ-
que eo quod compellantur cum ipſorum incom-
88 modo & damno. † Vltra prædicta exigitur alia ſo-
lemnitas in teſtibus producendis ſcilicet lit. eſſe cõ-
te. nam lite non conteſtata teſtes non producun-
tur, nec valet ipſorum productio. cap. quoniã fre-
quenter. de lite non conteſta.
Fallit tamen in aliquibus caſibus vbi teſtes reci-
pi poſſunt ſiue lis eſſet cœpta ſiue nõ, & ſunt. xxxvj.
numero qui referuntur per Spec. in §. nunc tracte-
mus eo. ti. & dicatis vt ibi per eum. Et de ſolemni-
tate quæ exigitur in illis caſibus plenè ponitur in il-
lo. c. quoniam. Et notandum eſt tamen ſecundum
Spec. in fi. illius §. quod in illis caſibus in quibus iu-
ra permittunt poſſe procedi lite non conteſtata eſt
intelligendũ altera parte ſe contumaciter abſentan-
te. Si enim vtraque pars ſit præſens, tunc non valet
proceſſus niſi quo ad omnia iuris ordo ſeruetur, de
quo ponitur in c. per venerabilem, qui fil. ſint leg.
Videndum eſt vltra prædicta † de articulis ſuper 89
quibus teſtes producuntur, Spec. in §. nunc viden-
dum, inquit in curia Romana obſeruat vt lit. con-
te. & præſtito iuramento actor ſuas formet poſiti-
ones quas innuit ex mente libelli, & ſi reus negaue-
rit formet & det articulos in ſcriptis ad inſtar poſi-
tionũ inquiens talis intendit probare tale quid &c.
verbi gratia ego dico te eſſe hæredẽ Titij &c. Non-
nulli tamen ſecundum Spec. aliter dicunt, talis po-
nit tale quid quod probare intendit. Et poſteà po-
ſitiones negatas conuertit in articulos ſiue capitula.
facit cap. per tuas, de excep. & l. ſi duos. §. idem Iu-
lianus de iureiuran.
Bal. tamen in d. §. idem Iul. ſentit quod articuli
ſiue capitula non ſint de ſubſtantia probatio. quia
† valet ſi teſtis deponit ſuper libello, licet articuli 90
non ſint formati ſecundũ Arch. in c. præſentium.
de teſti. in 6. Et hoc etiam ſentit Spec. licet non al-
leget in d. §. nunc videndum. Sed † ideo articuli
ſunt inſtituti vt teſtis clarius deponat. & etiam faci- 91
lius examinari poſſit, & ſibi interrogatoria for-
mari. facit c. præſentium, quia petita in genere ſpe-
cificantur in capitulis, nec † ſunt formandi articuli 92
diſiunctiuè, niſi fortè vbi agitur de facto vbi pro-
babilis eſt ignorantia. l. regula. ff. de iur. & fac.
igno. in c. conſtitutus, de in inte. reſti. & per Inno.
in d. c. auditis de excep. Notandum eſt etiam vl-
tra prædicta ſecundum Specu. in d. §. nunc viden-
dum. verſiculo illud, quod † vbi pars dedit articu-
los ſuper quibus ſui teſtes examinari debebant, & 93
aliqui ex illis articulis ſint omiſſi dolo ſeu incuria
iudicis, quod præſumitur ſecundum eum eo ipſo
quod teſtes ſuper illo non depoſuerunt, publicatis
atteſtationibus poterunt iterum teſtes examinari
ſuper illis articulis omiſſis. nec obſtabit teſtium pu-
blicatio: quia ſolum obſtat articulis ſuper quibus
facta eſt publicatio & examinatio, non ſuper alijs
articulis. c. per tuas de teſti. Si autem iudex omitte-
ret teſtem examinari ſuper illo articulo: vt quia ille
articulus erat impertinens: vel aliter: tunc amplius
non poterit peti reiteratio examinationis niſi capi-
tula eſſent approbata partibus pręſentibus, & aliqua
fuiſſent omiſſa, ſuper quibus teſtes non fuiſſent ex-
aminati. Et hanc ſententiam ſequitur Io. An. in
addi. vbi ſupra. Quærens idem de vna. q. Accuſa-
tor formauit † duos articulos vnum ſuper crimine 94
commiſſo alium ſuper fama, teſtes depoſuerunt
tantum ſuper primo, & dixerunt nil plus ſcire, an
accuſator poterit petere vt iterum poſt pub. teſtes
examinentur: quia non fuerunt interrogati ſuper
fama. Breuiter Io. An. determinat ꝙ ſic, ex mente
cuiuſdam doct. antiqui qui diſputauit hanc. q. per
hanc rationem † quoniam teſtis obſcurus iterum 95

poteſt examinari. c. cum clamor eo. ti. eodem mo-
do erit in hoc teſte qui obſcurè depoſuit ſuper ſa-
96 ma. Et † videatis Io. An. in d. c. de quo ſupra qui ple-
nè dat formas articulorum conficiendorum ſuper
cauſis. Notandum eſt pro declaratiòne prædicto-
97 rum † quòd articuli impertinentes & inutiles nó de-
bent admitti. l. ad probationem. C. de proba. c. cú
98 contingat in fi. de offi. dele. Non † enim quęcunque
vult actor vel reus debent probari, ſed ſolum ad
cauſam facientia. l. ſi quis libertatem. §. fi. de iure-
iuran. l. ſi qui momentaneæ. ff. qui leg. per. ſtan. in
99 iud. non ha. Et † iudex debet diſquirere an talis pro-
batio ſit admittenda vel ne. c. pręſentium. eo. ti. &
l. fi. C. ſi per vim vel alio modo. c. cum ex literis de
in inte. reſti. & l. à procedente. C. de dila. & no. Spe.
in eo. §. qualiter. eo. ti. in prin. §.

Subijcit tamen ipſe Spec. in §. nunc videndú vbi
100 ſint articuli † ꝙ cauſa litem abbreuiãdi cum articuli
ſunt obſcuri vel longam recipiunt diſputationem,
iudices debent tales articulos admittere ſaluo iure
impertinentium, quemadmodú dicimus in poſiti-
onibus: vt no. in c. per tuas eo. ti. vbi dicitur de arti-
culis ꝙ ſunt impertinentes ſi iudex ita innuerit caſ-
ſabit & irritabit, prout in iuribus ſupra allegatis.
Pro hoc etiam facit ꝙ no. in d. c. præſentium eo. ti.
101 Sed † dubitatur quid ſi iudex eſt dubius an debeat ar
ticulos admittere vel reijcere tanquá impertinentes?
Hoſti. in c. per tuas eo. ti. dicit no. in dubio articu-
los eſſe admittẽdos & hoc ſequitur Imo. in d. c. per
tuas. Sic dicimus in his quę tio. in c. vt debitus, de
appel. facit ꝙ no. per Bal. ex mente Specu. in l. de
ſtatu. ff. de teſta. & ibi determinauit in dubio eſſe
102 deferendum poſitioni. Notandum † eſt etiam eſſe
neceſſe vt articuli dentur per producentes teſtes ei
contra quem producuntur, vt facilius poſſit teſtem
interrogare, non tamen eſt danda. copia interroga-
tionum producenti ipſos teſtes, ne poſſint inſtrui ad
veritatem vitandam, licet ſed Inno. in c. per tuas
poſſet dari ex voluntate partium, ſed minus cautú
eſſet qui daret copiam interrogationum producen-
103 ti teſtes. Conſequenter eſt ſciendum † ꝙ tres ſunt re-
gulę principales impedientes teſtium productioné.
prima ſufficiens numerus teſtium, ſecunda teſtium
renuntiatio, tertia atteſtationum publicatio, & dã-
tur hæ regulæ in c. de teſti. eo. ti. in fi. de prima re-
gula ponitur in c. ſignificauerunt. &c. cum cauſam,
& d. c. de teſtibus, eo. ti. l. j. ff. eo. Et concludatis
104 quantú ad primam regulam † quòd relinquitur ar-
bitrio iudicis quando dicitur ſufficere numerus te-
ſtium habita conſideratione magnitudinis cauſæ &
qualitatis perſonarum. vt tenet gloſſ. in d. c. cú cau-
ſam. Nam quando. 32. millia dentur dicerentur
pauca. 45. di. c. diſciplina. Et aliquando dicitur ir-
refrenata teſtium multitudo ſi eſt vltra quadrage-
narium numerum: vt c. cum cauſam eo. ti. & ita có-
muniter tenetur per Doc. Circa ſecundam regulam
105 † de renuntiatione dubitatur an renunciatio teſtium
præcludat viam producendi quando dicta tęſtium
non ſunt publicata, vel ſi ſunt publicata pars non
didicerit dicta teſtium. Gloſſ. in authen. de teſti.
in. §. quia vero dicit ſolam renuntiationem nó no-
cere. Idem videtur tacitè ſentire gloſſ. in c. con-
ſtitutus. el. 2. eo. ti. Idem ſentit Azo. in ſumma de
teſti. prima col. in contrarium tamen facit tex. in d.
c. de teſtibus. & in c. conuetiiſſent. Et hoc vlti-
mum videtur tenuiſſe Spec. in §. ſatis vtiliter. ver.
quid ſi publicati. Et hæc vltima opi. ſecundum
Inno. in c. conſtitutus tenetur communiter per ca-
no. pro hoc facit regula quia iuri ſuo poteſt renun-
tiari. l. ſi quis in conſcribendo. C. de pac. Nec ob-
ſtat quod ponitur per gloſſ. in d. §. quia vero, quia
gloſſ. in ſecundo caſu non repetit de teſtium re-
nuntiatione, & eo, maxime cum reſultaret prauus
intellectus. Et hæc opi. vltima videtur mihi vera.
pro hoc facit authen. iubemus. C. de iudi. Su-
bijcit † tamen eleganter Bar. in d. authen. iube- 106
mus, quod ſi renunciatum eſt teſtibus in aliquo ar-
ticulo ſpecialiter teſtes de iure communi produci
non poſſunt: vt in d. c. de teſtibus. Si tamen ex
aliqua iuſta cauſa iudex mouetur præſtito iura-
mento à parte petente pro hoc malitioſe non pe-
tit iterum ſuper eodem articulo poterunt teſtes
produci ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cau-
ſa videbitur &c. de qua in l. 1. in fi. ff. ex qui. cau.
ma. per beneficium reſtitutionis in integrum, quod
eſt notandum. facit quod no. per Inn. in c. licet
vltra tertiam. eo. ti.

Circa † tertiam regulam de publicatione teſti- 107
um concludite, quòd ſola publicatio teſtium non
impedit productionem aliorum teſtium, vbi quis
non didicit teſtificata, niſi renunciauerit. de hoc
tamen vltimo ſupra tetigi. hæc no. glo. in c. con-
ſtitutus. el 2. eo. titu. Sed in contrarium videtur
tex. in d. c. de teſtibus. & videtur tenuiſſe Spe. in
§. ſatis vtiliter. ver. quid ſi publicate. & ibi dicit
Clementem Quartum tenuiſſe. Io. An. in d. c. con-
ſtitutus. concordat hoc modo. ſ. vt prima opi. pro-
cedat quando publicatio eſt facta inuita parte, vel
inſcia, tunc enim non obſtante publicatione ſi pars
non didicerit teſtificata poterit teſtes producere. ſe
cunda vero opinio Spe. & aliorum procedi quando
publicatio eſt vtraque parte conſentiente. pro hoc
facit quod no. per gl. in d. c. fraternitatis eo. ti. quæ
videtur contrariare gloſſ. in d. c. conſtitutus. Pro
hoc etiã facit quod no. per Bar. in auth. qui ſemel.
C. quomodo, & quando iu. quam ſententiam Io.
An. limitat Imo. procedere in d. c. fraternitatis. niſi
publicatio ſit facta ex cauſa parte inuita, vel igno-
rante, legitime tamen citata: vt quia timebatur de
peremptione inſtantiæ. facit c. conſuluit de offic.
delegati. & videtur bona, & recte limitatio.

Notandum † tamen eſt ſingulariter quòd poſt 108
publicatas atteſtationes poſſunt produci teſtes, etiã
ſuper capitulis directo contrarijs: quando cum te-
ſtibus producitur inſtrumentum coadiuuans pro-
ba. teſtium. nam tunc ceſſat timor ſubornationis
teſtium. facit. c. ſeries eo. ti. & ibi no. pulchrè But.
Secus vbi non producitur inſtrumentum: quia tunc
eſſet timor ſubornationis. Pro hac ſententia adduco
vobis no. ſententiam. Bart. ex mente Iac. Butri. in
l. certi. conditio. §. quoniam. ff. ſi cer. pe vbi dicút
quòd † licet ſtatutum prohibeat aliquid probari 109
per teſtes, ſi tamen quis velit probare per teſtes, &
inſtrumentum, tunc admittitur probatio, ita in pro
poſito quando prohibetur teſtium productio pro-
pter publicationem. Et illud dictum But. ſequitur
Imo. in d. c. ſeries. Sed hic dubitatur an † valeat 110
conſuetudo quòd publicatis atteſtationibus poſſint
teſtes

teſtes produci. Io. An. in ti. de exceptionibus. §.
dicto. ver. ſed nunquid. in addi. ad Spe. tenet quòd
ſic. facit quod no. per ipſum in c. fraternitatis. eod.
tit. & tenuit Imo. in d. c. ſeries.
111 Nunc videndum † eſt an receptio teſtium ſit nul-
la: quia non rectè recepti, & quando habeat impe-
dire teſtium productionem. Et dicendum eſt quod
non, ne pereat facultas probandi. c. cum cauſam cũ
gloſſ. eo. ti. & no. in c. de teſtibus eo. ti. Et per Bal.
in l. per hanc. C. de temp. app. Et hoc ideo ne fa-
cultas probationis pereat. Idem eſſet ſi publicatio
eſſet nulla: quia parte non citata. Subiicit tamẽ Bar.
in authen. qui ſemel. C. de proba. quod ſi teſtes ſint
rite recepti licet publicatio ſit nulla, attamen ſi pars
didiciſſet teſtificata repellatur à productione te-
ſtium, non vi publicationis nullæ, ſed vi ſcientiæ
habitæ de dictis teſtium. & ita etiam tenent alij no-
tiſſimi in c. fraternitatis. e. ti.
112 Sed † an in cauſa appellationis ſuper his articulis
ſuper quibus eſt ſacta publicatio in principali, poſ-
ſint recipi teſtes antiqui vel noui? hæc quæſtio ha-
bet longam indaginem, vt plene ponitur in d. c.
fraternitatis. & in d. l. per hanc. vnde glo. in d. c.
fraternitatis tenet quòd non. & hoc videtur proce-
dere de iure canonico, & ciuili ſecundum aliquos
Canoniſtas per. §. quia vero multi. in auc. de teſti-
bus. vbi indiſtinctè prohibetur produci teſtes pu-
blicatis atteſtationib. Nec ob. l. per hanc. quia debet
intelligi quando non producuntur ſuper eiſdẽ ar-
ticulis, ſed ſuper nouis dependentibus à primis. Le-
giſtæ tamen & maximè Accur. in d. l. per hanc. te-
nent quòd etiã in cauſa appellationis ſuper eiſdem
capitulis, licet teſtes producere propter diuerſitatẽ
inſtantiæ: quia alia eſt inſtantia cauſæ principalis, &
alia inſtantia appellationis. Hoſt. tamen in d. c. fra-
ternitatis inquit quod in cauſa appellationis ſuper
eiſdem articulis nõ poſſunt produci teſtes iam pro-
ducti. per d. l. per hanc. ſed hęc opi. non videtur mi
hi vera. nã potius deberemus dicere teſtes antiquos
poſſe produci in cauſa appellationis quam teſtes no
uos: quia non cadit tanta pręſumptio ſubornationis
in teſtibus antiquis ſicut in nouis: quia antiqui non
auderent variare à primo dicto propter crimen fal-
ſi: quæ ratio ceſſat in teſtibus nouis nondum pro-
ductis. Bald. in d, l. per hanc. inquit ꝙ de iure ciuili
veritas eſt quòd in cauſa appellationis teſtes produ
ci poſſunt ſuper eiſdem articulis. & per hoc habe-
113 mus † duos tex. d, l. per hanc. & l. per eos. C. de ap-
pel. vbi pars põt producere teſtes ad probandum
veritatem quæ latuit in principali cauſa. de iure ca-
nonico concludit Bal. quòd ſuper eiſdem articulis,
vel directo contrarijs non recipiuntur teſtes in cau-
ſa appellationis. & hoc modo loquitur Cle. 2. de
114 teſti. eo. ti. † poſſunt tamen produci teſtes ſuper ar-
ticulis non directo contrarijs, ſed indirecto, quibus
probatis ſequitur reprobatio atteſtationum: quo-
niam tale capitulum dicitur eſſe capitulum nouum
de quo dicta teſtium non ſunt publicata, nec pro-
ducta
Nec eſt verum vt dicta teſtium dentur notificata
parti ſuper tali capitulo in directo contrario, eo
maxime cum ſit diuerſus modus agendi qui habet
inducere diuerſitatem effectuũ. c. pia. de excep. lib.
6. & ibi no. per Ioa. An. in nouella.

Præterea † dicit Bal. ius canonicum ſeruandum 115
eſſet in ſoro clericorum, ius ciuile in ſoro Cæſaris,
& hoc maxime cũ ius ciuile hoc caſu contineat ęqui
tatem, & ius canonicum contineat rigorem. Sed hic
aduertendum eſt vltra Bald. nam per hanc rationẽ
Bal. ſequeretur quòd ius ciuile eſſet ſeruandum in
hoc etiam in ſoro clericorum. Nam vbicunque
ius canonicum ſtatuit aliquid quod ſit rigoroſum,
& ius ciuile aliud ſtatuit quod ſumma nitatur ęqui-
tate ius ciuile præferendum eſt iuri canonico eti-
am in his quæ ſpectant ad ſorum canonicum. Ita
ſingulariter not. Arch. in c. quid à patribus 75. di.
Et pro hoc inquit ibi ſingulariter † Archi. quòd 116
licet de iure canonico dies incipiat à veſpere &
duret vſque ad illud. de iure ciuili dies incipit
à media nocte. l. more Romano. ff. de ſer. quòd
† ſtante hac diuerſitate ſi clericus iurat dare decem 117
infra diem, elapſo veſpere non erit periurus, quo-
niam licet iuramentum ſit quid ſpirituale, & cle-
ricus ſit perſona eccleſiaſtica, attamen intellige-
mus de die ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis
quod innititur æquitati. Facit ad prædicta. c. eos.
l. diſtin. Ita ergo eſſet dicendum in propoſito vt in
faro eccleſiæ ſeruari debeat ius ciuile ex quo niti-
tur maiori æquitate, niſi ſeruando per prędicta
dixeritis quòd ibi innititur ęquitas vt publicatis at-
teſtationibus ſuper eiſdem articulis, vel indirecto
contrarijs non producantur teſtes propter timorem
ſubornationis & corruptelæ. Imo. tamen in hoc ar-
ticulo in d. c. fraternitatis inquit quòd cum dubiũ
ſit etiam de iure ciuili an teſtes admittantur in cauſa
appellationis ſuper eiſdem articulis directo con-
trarijs, & hoc reperiatur expreſsè determinatum de
iure canonico, debemus dicere eſſe ſtandum iuri
canonico etiam in foro ciuili per no. in c. per vene-
rabilem, qui fi. ſint leg. Secus vbi non eſſet du-
bium de iure ciuili, ſed eſſet omnino certum: quia
tunc ſeruatur ius ciuile in terris imperij, & ius cano-
nicum in terris eccleſiæ: vt no. per glo. in c. ij. de
arb. lib. 6. Nec † obſtat. l. eos. C. de ap. quia de- 118
bet intelligi quando nõ producuntur ſuper eiſdem
capitulis. ſed ſuper nouis dependentibus ex primis,
& ita etiam debet intelligi. l. per hanc. Et hæc re-
ſponſio non tollit illa contraria. l. eos. quæ di-
ſponit teſtes produci ad probandum veritatem quę
latuit in principali cauſa, ſed noua capitula licet de-
pendentia ex primis non dicuntur latuiſſe in prin-
cipali cauſa: quia de his nil cognitum ſuit. Non
obſtat ſecundum eum dum dicitur quòd diuerſitas
inſtãtiæ debeat hoc operari per. l. fi. C. de teſta. &c.
præſentata. eo. ti. quia in prima inſtantia fuit corã
arbitro non coram iudice, ideo tunc ſeruatur quod
habetur in. §. quia vero in ant. e. ti. Nec ob. c. veni.
eo. ti. quia † variata inſtantia variatur etiam finis 119
agendi. Quoniam prima inſtantia erat ſummaria
ad vnum finem. Secundum erat ſummaria ad aliũ
finem, nos vero loquimur quando tam cauſa prin-
cipalis quam cauſa appellationis ſunt plenariæ.
Non obſtat etiam ſi dicitur quòd non debet attendi
timor ſubornationis in noua inſtantia: quoniã po-
teſt reſponderi quòd immo timor ſubornationis
poteſt haberi etiam in cauſa appellationis: quoniã
vbi teſtes ſunt producti & publicati, & pars videt
quòd non probant, vel minus ſufficienter probant

tunc valde poteſt timeri de ſubornatione; & iſte
timor non ſolum eſt in cauſa principali, ſed etiam
in cauſa appellationis. Et eo maximè cum in cau-
ſa appellationis agatur de maiori præiudicio quàm
in cauſa principali: quia lapſus inſtantiæ in cauſa
appellationis perimit omne ius ipſius partis. in auth.
ei qui. C. de temp. ap.

Notandum eſt tamen ſecundum Bal. in d. l. per
hanc. ꝙ vbi pars in cauſa principali potuiſſet pro-
bare, ſed voluit differre ad cauſam appellationis,
tunc etiam de iure ciuili amplius non admittitur.

120 Sed hic quæritur † quando dicuntur teſtes dire-
cto contrarij: & quando indirecte. Bal. in d. l. per
hanc. inquit quando teſtes probant contrarium per
viſum ipſius facti. verbi gratia, quòd tali hora eras
in ciuitate, alius dicit quòd tali hora non eras in ci-
uitate: quia ſciuit ꝙ omnino eras extra ciuitatem.
& tunc appellantur directo contrarij. Sed quando
teſtes vnius partis non potuerunt videre id teſtes al-
terius partis viderunt, tunc dicuntur in directo con-
trarij, exemplum in l. optimam. C. de contra. &
com. ſti. Clarius tollite exemplũ tu probaſti quòd
die 10. proximè præteriti menſis promiſit tibi in ci-
uitate Mediol. c. ego probo quòd eadem die eram
Bononiæ, nam talis probatio non dicitur directo
contraria, ſed indirecta. nam indirecta eſt illa quæ
procedit arguendo per rationem intellectus, & eſt
121 bona declaratio. Sed qualiter † cognoſcimus arti-
culum nouum. Spec. in §. ſatis vtiliter. vbi illud au-
tem notandum inquit, quòd articulus nouus poteſt
quadrupliciter dici, vt ibi per ipſum. ponit tamen
primum modum, vt ſi in cauſa principali ego petij
equum, & in cauſa appellationis ego peto bouem,
nam tale capitulũ bouis dicitur omnino nouum à
primo capitulo. propterea non potero probare ſu-
122 per hoc capitulo. Et † hoc eſt quod inquit. l. per
hanc, quæ dicit non poſſe produci teſtes ſuper capi-
tulis nouis nõn dependentibus à primis: quoniam
iſtud tale capitulum eſt penitus alienum, & ſepa-
ratum à primo. pro hoc facit quod no. per Inn. in c.
fraternitatis. in fi. eo. ti. vbi pulchrè inquit quòd
ſi ego egi rei vendicatione: quia emi fundum à Ti-
tio, & in cauſa appellationis velim dicere quod emi
à Sempronio, quòd talis probatio non admittitur:
quia videtur omnino ſibi contrarius. facit c. ſolici-
tudine. de appel.

Et generaliter poteſtis concludere quod hi di-
cuntur articuli noui omnino: qui habent dependẽ-
tiam à primis articulis, & qui etiam non iuuat inten-
tionem actoris nec rei & ſunt impertinentes, de qui
bus latiſſimè proſequitur Butr. in dicto c. fraterni-
tatis. & etiam ibi ponitur per Imo. & aliqualiter tan-
gam in lectione ſequenti.

123 Conſequenter eſt notandum quod † ſuper capi-
tulo directo contrario quandoq; licet teſtes produ-
cere, etiam publicatis atteſtationibus. ſ. quando al-
legatur falſitas cum corruptione: vt no. in Cle. te-
ſtibus. eo. ti. & c. licet. de probatio.

124 Idem † liceret quando quis vellet teſtes repro-
bare, & confirmare ſuos primos teſtes: quia non fuit
tunc ꝙ debeat ſibi imputari. nam credere debuit
ſuos teſtes bene dixiſſe donec viderit contrarium.
facit quod no. in d. c. licet. & ponuntur hi modi in
125 d. c. fraternitatis. ad † reprobandum tamen teſtes
reprobatorios nõ admittitur articulus directè con-
trarius, niſi allegetur falſitas: vt ponitur per nouiſ-
ſimos in d. c. fraternitatis.

Et eſt ſciendum † quòd poſt publicatas atteſta- 126
tiones poteſt reprobare teſtes quando antea fuerat
proteſtatus contra illos teſtes. c. præſentium. eo.
ti. non poſſet tamen reprobare teſtes aliàs produ-
ctos per ipſum reprobantem. l. ſi quis teſtibus. C.
eod. ti.

Item poteſt fieri † productio publicatis atteſta. 127
quando quis vult reprobare ſimul perſonas teſtiũ.
& eorum dicta: vt quia teſtis deponit quòd iam
ſunt 20. anni in quibus Titius promiſit Seio decem,
Titius dicit oppoſitum: & vult probare quod te-
ſtes non ſunt tantæ ætatis, vt facile deponere poſſint
de tanto tempore: vt quia non ſunt maiores. 20. an-
nis, & teſtificantur de memoria an. 20. nam tunc ad-
mittitur productio teſtiũ: etiam poſt publicatas at
teſtationes: vt no. Nic. & Barto. in aut. qui ſemel.
C. quomodo, & quando index. quos ſequuntur
nouiſſimi in d. c. fraternitatis.

Vlterius addite prædictis, quòd † vbi quis fecit 128
articulum de præſcriptione publicatis atteſtationi-
bus non licet producere teſtes ſuper articulo, tamẽ
ſi non articulauit de præſcriptione, ſed de poſſeſ-
ſione. 10. an. & poſtea articulauit de titulo poterit
producere teſtes etiam publicatis atteſtationibus
ſuper articulo tituli: quoniam articulus tituli
non includitur de neceſſitate ſub articulo poſſeſſi-
onis. Cum quædam poſſeſſio ſit cum titulo, quæ-
dam ſine titulo. nec tamen cenſebitur nouus arti-
culus omnino: quoniam tenditur ad iuuandum in-
tentionem partis, vt inquiunt Doc. in d. c. fraterni-
tatis. Secus autem eſſet vbi concluderetur articulus
de neceſſitate ſub primo articulo. nam tunc dicitur
articulus antiquus. exemplum ponunt Doc. ſi reus
dicit ſe præſcripſiſſe rem alienam ſpacio. 10. annorũ
inter præſentes. l. fi. C. de præſcrip. lon. temporis.
nam tunc ſub tali articulo includitur de neceſſitate
titulus, bona fides, & poſſeſſio. & ideo ſi reus feco-
rit articulum ꝙ præſcripſerit ſpacio. 10. an. & publi-
catis atteſtationibus: quia non probauit de titulo ve
lit articulum cedere qualiter emit rem à Titio, hoc
caſu nõ poterit: quoniam talis articulus includeba-
tur de neceſſitate ſub præcedenti articulo pręceden
tis præſcriptionis. 129
Præterea poteſtis ſic concludere † regulam no-
tabilem ex mente Doc. in dicto c. fraternitatis quòd
vbicunque publicatis atteſtationbus quis vellet ar-
ticulum producere, qui inerat de neceſſitate facti
& probationis in articulo atteſta. publicatarũ, tunc
non licet talem articulum probare. Secus ſi non
eſſet de neceſſitate probationis, ſed facti tantum:
nam tunc non liceret producere.

Exemplum ponunt Doc. noſtri, vt ſi peto rem
dicens illam mihi venditam, & reus dicit ſe non te-
neri ad pretium ipſius, & ſuccumbat petens pretiũ,
vt quia habita ſit fides de ipſo pretio, nam in cauſa
appellationis poterit dicere ꝙ venditio fuit condi-
tionalis & nondum peruenit conditio iſta, nam ta-
lis articulus eſt nouus, non tamẽ omnimodo nouus
vt habeat incluſam neceſſitatem facti præcedentis,
vel poteſt poni clarius exemplũ. Si dico ꝙ mutua-
ui 10. de neceſſitate facti intelligitur mutuum eſſe
contra-

contractum certo loco & certo tempore. c. abbate,
de re iudi. in 6. ſi tamen non eſt de neceſſitate pro-
bationis vt probetur mutuum eſſe contractum cer-
to loco vel tempore, vt ponitur in l. teſtium. C. eo.
titu. per Inno. in c. qualiter. de accu. Et ideo ſi teſtes
depoſuerunt de certo loco vel tempore mutui, ad-
uerſarius poterit facere & probare articulum quod
illo loco & tempore non erat in loco aſſerti mutui:
& talis articulus dicitur articulus nouus & non an-
tiquus vt dicitur indirectè contrarius: vt in c. ex te-
nore, eo. ti. Secus eſſet ſecundum Doc. in d. c. fra-
ternitatis, ſi ego petens mutuum à te articulaſſem
pecuniam tibi mutuatã certo loco & tempore, tunc
enim locus & tempus ſunt de neceſſitate facti &
probationis, & debeo illa probare: vt ponitur in d.
c. abbate, & ideo aduerſarius non poterit publica-
tis atteſtationibus probare quòd non erat ibi illo
tempore, vt probatur in d. Clem. teſtibus & per
Bar. in authen. qui ſemel. C. de probat. Hanc ſen-
130 tentiam Doc. putarem eſſe † limitandam: quando
actor per poſuit ſimpliciter mutuum eſſe factum,
certo loco & tempore. Secus autem ſi propoſuit
cum proteſtatione, quæ regulariter ſolet apponi.
ſ. non aſtringens ſe ad probandum niſi ea, quæ
ſufficiant ad fundamentum intentionis ſuæ, vt
plenè probatur & ponitur in l. diuus. ff. reſcrip.
de re iud. & c. 2. de teſti. & c. licet cauſam. de probat.
Nam vi talis clauſulæ actor non cõpellitur ad pro-
bandum locum & tempus. præterea dicimus neceſ-
ſarium nõ eſſe locum, vel tempus in articulo, vel li-
bello cum de neceſſitate facti & probationis non
ſit neceſſe eum probare locum vel tempus per clau-
131 ſulam de qua ſupra. Vltimo videndum † eſt quid
in his caſibus in quibus ſententia non tranſit in rem
iudi. prout eſt in matrimonio: vt in c. lator de re
iudi. an publicatis atteſtationibus poſſint produci
teſtes. Io. And. in c. ſeries eo. ti. tenet publicatis at-
teſtationibus poſſe fieri productionem teſtium ſu-
per capitulis directo cõtrarijs in cauſa matrimonij:
quãdo agitur de ſeparatione matrimonij contracti.
Et hoc ideo: quia verſatur periculum animarum.
Secus eſſet ſecundum eum vbi agitur de matrimo-
nio ditimendo ſed de matrimonio contrahendo: vt
in c. iurauit eo. ti. de teſti. Facit. c. cum in tua. eo. ti.
Ioan. Cald. & But. tenent quòd ſi etiam agitur de
matrimonio contrahendo, vel ſeruando poſſunt te-
ſtes produci publicatis atteſtationibus: quoniam ita
verſatur periculum animarum in matrimonio in-
debitè contrahendo, ſicut in matrimonio ſeparan-
do: quia ſi remaneant coniuncti illi qui non poſ-
ſunt eſſe coniuncti propter conſanguinitatẽ, & hic
erit periculum animarum, ideò peccatum. Imo. in
d. c. ſeries. concor. has opin. quòd ſi ſit gradus pro-
hibitus diuina. l. in quo Papa diſpenſare nnn poteſt:
vt no. in c. per literas de reſti. ſpo. tunc procedat
opin. Cal. & Bu. ſed ſi ſit gradus prohibitus ſolum
iure canonico contra quem Papa poteſt diſpenſare,
tunc procedat op. Io. An. Cum non reperiatur per-
miſſum hoc caſu teſtes producere contra matrimo-
nium. Sed hæc diſtinctio eſt bona, & æqua ſe daret
ratione & lege. licet enim Papa poſſit diſpenſare
quando gradus eſt prohibitus ſolum iure cano-
nico, attamen in hoc non diſpenſat, licet produ-
cantur teſtes. vnde illa potentia Papalis nil ad rum-
bum. Ideo vetior dicitur ſententia Io. Cal. & Bu-
tri. cum vtroque caſu verſetur periculum anima-
rum: & etiam vt contrariorum eadem ſit diſcipli-
na. Et hæc doctrina videtur generalis vbicunque
ſententia non tranſit in rem iudi. Et † per hnc in- 132
fero vobis vnam egregiam concluſionem, quòd
vbicunque ſententia fertur per peritos in arte, nun-
quam illa ſententia tranſit in rem iudi. Ideo ſemper
publicatis atteſtationibus poterunt alij teſtes pro-
duci. quod autem non tranſeat in rem iudi. not.
But. ex mente Io. An. in cap. propoſuiſti. de pro-
bat. & tene menti, nec vnquam cadat à memoria
tua. Notandum eſt etiam † finaliter quòd quis di- 133
citur didiciſſe teſtificata quando profectò didicit
quia plenariè legit atteſtationes, & potuit delibera-
re, ſecus ſi tranſitotiè: vt not. in cap. vltra tertiam.
end. ti. & c. fraternitatis. facit etiam quod not. in §.
quia vero. in authen. de teſti.

SVMMARIVM.

1 Teſtium interrogatoria ſunt quadam interrogationes, quas pars vult fieri ſuper circunſtantijs ipſius negantis, teſtibus contra ſe inductis, nec de talibus interrogatoriis debet dari copia parti teſtes producenti.

3 Interrogatoria dari debent ſecretè per partem iudici, & in hoc iudicis officium verſatur, ſcilicet in præcidendo interrogatoria ſuperflua, & calumnioſa, & poterit ex officio ſuo iudex ſupplere ſi videbitur, vltra teſtes eſſe examinandos, & interrogandos, quàm per partem ſit petitum.

3 Dilatio aſsignanda eſt parti contra quam teſtis producitur, ad dandũ talia interrogatoria poſt articulos productos ſuper quibus teſtes recipi debent.

4 Interrogatoria non debent eſſe adeo diffuſa, vt nouum contineant capitulum pro ipſo aduerſario pro quo ſiunt.

5 Interrogatoria etiam verſari debent circa cauſas dictorum teſtium, vt de cauſis, loco, & tempore, viſu, ſcientia, credulitate, fama, & certitudine interrogentur, prout res ipſa melius ſe exegerit.

6 Teſtes ſunt interrogandi an ſint nobiles, vel plebei, vel reprehenſibiles, an pauperes, vel diuites, & an deponãt lucri cauſa, vel ne, & an ſiut amici, propinqui, familiares, vel domeſtici, & an deponant de viſu, vel auditu.

7 Teſtes interrogandi ſunt an ſint de iuriſdictione producentis, vel ſit cõmenſalis, & vtrum ſit doctus, vel inſtructus teſtificari, & quam partem vellet obtinere, & an etiam ita conuenit, vt concordet cum alijs teſtibus.

8 Teſtis quando depoſuit dictum ſuum, tunc interrogatur, an poſsibile fuiſſet rem ſe aliter habere quòd teſtis ipſe ignoraſſet de tempore: quia ſi fatetur fuiſſe poſsibile non probat.

9 Teſtes an interrogari debeant an ſint debitores, penſionarij, vel fictabiles producentium.

10 Quod dictum ſupra eſt de tempore intelligitur vbi de prioritate, vel poſterioritate actus quæritur.

11 Teſtis interrogatus de anno, & menſe contractus celebrati, licet non recordetur, tamen probat. Idẽ vbicunq; ſcientia diei vel horæ exigitur, licet tempus contractus non probet. nu. 12.

13 Teſtes omnes ſi dicunt non recordari de tempore contra eos præſumitur.

14 *Aduocati cauti eſſe debent, vt interrogatoria ſua exhibeant in ſcriptis, & à iudice petant teſtes ita interrogari vt petitur. Et ſi iudex dolo, vel negligentia interrogatoria non facit, iterum petunt interrogari etiam publicatis atteſtationibus.*

15 *Teſtis publicatis atteſtationibus regulariter repeti non poteſt, ſuper eo ſuper quo iam teſtificatus eſt.*

16 *Teſtis incontinēti poteſt ſe ipſum repetere in corrigendo.*

17 *Teſtis repetitur à iudice propter dicti ſui obſcuritatem, & ſi repeteretur ad declarationem dicti ad inſtantiam partis, tunc facta publicatione regulariter non poteſt niſi primæ atteſtationes nullæ ſint. & num. 18. & 19.*

20 *Teſtis qui depoſuit in iudicio ſummario poteſt ſuper plenario repeti.*

21 *Teſtes repeti poſſunt, quando primo inter alias perſonas fuerunt recepti: quia ſicut ſententia inter alios acta non habet obſtare; ita etiam nec publicatio.*

22 *Teſtes regulariter repeti non poſſunt, niſi vtraque pars conſentiat, & inſtandum eſt per partem, quæ non vult teſtes repeti, vt atteſtationes publicentur: ſuper his capitulis, ſuper quibus producti ſunt.*

23 *Teſtes ſi nulla data ſunt capitula, vel ſiut data ſuper omnibus contentis in petitionibus, & fortè non plenè dixerint: quia non fuerunt interrogati ſuper omnibus, tunc ſi interrogatoria non eſt omiſſa ex certa cauſa poſſunt iterum repeti.*

24 *Interrogatione omiſſa ſuper ſubſtantialibus: vt quia in libello ſit mentio de præſcriptione, & de tali in qua requiritur titulus, teſtes poſſunt repeti ad inſtantiam partis ad deponendum ſuper ſubſtantialibus omiſſis.*

25 *Teſtis an ſit interrogandus, an ſit infamis, vel criminoſus, vel irretitus aliquo peccato mortali, vel talis qui non poßit teſtificari.*

26 *Teſtis an poßit interrogari per iudicium an credat omnia quæ per ipſum dicta ſunt.*

De interrogatorijs quæ ſolent fieri
teſtibus examinandis.

CAP. VIII.

QVarto videndum eſt principaliter de interrogatorijs quę ſolent fieri teſtibus examinādis. De qua materia ponitur per Spe. in eod. tit. §.
1 iam de interrogatorijs † dicuntur autem interrogatoria quædam interrogationes quas pars vult fieri
ſuper circunſtantijs ipſius negocij teſtibus contra
ſe inductis. c. præſentium. §. teſtes. eo. tit. & in c.
per tuas. eo. ti. nec de talibus interrogatorijs debet
dari copia parti teſtes producenti propter periculum
ſubornationis: vt no. per Inno. & alios in d.
c. per tuas, & per Spe. in d. §. iam de interrogato-
2 rijs. Dabuntur † ergo interrogatoria ſecretè per
partem ipſi iudici, & in hoc verſabitur officium iudicis
ſcilicet in præcidendo interrogatoria ſuperflua
& calumnioſa, poterit etiam iudex ex officio
ſuo ſupplere ſi ſibi videbitur vltra teſtes eſſe examinandos
& interrogandos, quàm per partem fuerit
petitum ſecundum Spec. in d. §. iam de interrogatorijs.
Quidam tamen antiqui tenuerunt in hoc
vltimo oppoſitum: quoniam iudex non habet ſupplere
in his quæ dependent à facto: vt in l. 1. C. vt
quæ deſunt aduo. par. iud. ſupple. & in l. 3. §. hoc
authen. ff. de dam. infec. Ioa. An. in addi vbi ſupra
ſequutus eſt opi. Spec. pro hac ſententia poteſtis
adducere, nam iudici committitur informatio &
indagatio veritatis in teſtibus examinandis: & committitur
ſibi tanquam priuatæ conſcientiæ ſuæ: vt
in leg. 3. ff. eo. tit. propterea non eſt mirandum ſi
iudex poterit ſupplere interrogatorijs fiendis ipſis
teſtibus pro veritate indaganda & exquirenda. No-
tandum † eſt etiam vltra prædicta dilationem eſ- 3
ſe aſſignandam parti contra quam teſtis producitur
ad dandum talia interrogatoria poſt articulos
productos ſuper quibus teſtes recipi debent ex
mente Spe. vbi ſupra. Subijcit † tamen eleganter 4
multum Ioa. An. in addi. vbi ſupra quod interrogatoria
non debent eſſe adeo diffuſa vt nouum contineant
capitulum pro ipſo aduerſario pro quo fiunt
interrogatoria.

Vnde ſi volo producere teſtes ad probandum
quòd tibi mutuaui. 10. & tu petàs illos teſtes interrogari
an ſolueris mihi id mutuum, talis interrogatio
non eſt admittenda: quoniam habet in ſe nouum
quoddam capitulum, vltra ea ſuper quibus teſtes
ſunt interrogandi: & ideo eſt conſilium vt tu volens
probare ſolutionem nouum conficias capitu-
lum de ſolutione iam facta. Præterea † notandum 5
eſt ipſa interrogatoria verſari circa cauſas dictorum
teſtium, hoc eſt vt teſtes interrogentur de cauſis,
loco, tempore, auditu, viſu, ſcientia, credulitate,
ſama, & certitudine, prout res ipſa melius exegerit.
c. cauſam quæ de teſtibus. Interrogandi ſunt
† etiam teſtes an ſint nobiles vel plebei, vel repre- 6
henſibiles, an pauperes vel ciuites, & an deponant
lucri cauſa vel ne, & an ſint amici, propinqui, familiares
vel domeſtici. Et an deponant de viſu,
vel de auditu. 4. q. 3. vbi teſtium. 2. q. 1. c. In pri-
mis. Quærendum † eſt etiam an ſint de iuriſdicti- 7
one producentis, vel ſit commenſalis, & vtrum
ſit doctus vel inſtructus teſtificari: & quam partem
vellet obtinere, & an etiam ita conuenit vt concordet
cum alijs teſtibus: vt hæc omnia ponuntur
per Spe. in d. §. iam de interrogatorijs. † Addi- 8
te vos illam interrogationem multo præſtantiorem
cæteris quibuſcunque quando teſtis depoſuit
dictum ſuum, tunc interrogatur, an poſſibile
fuiſſet rem aliter ſe habuiſſe, quod teſtis ipſe ignoraſſet:
nam tunc ſi fatetur fuiſſe poſſibile ille teſtis
non probat: quoniam teſtis debet concludere
de præciſa neceſſitate. c. in præſentia cum ſuis concordantijs
de probat. Tollite exemplum, teſtis
depoſuit Titium vulneraſſe Sempronium, interrogatus
de cauſa quomodo ſcit. reſpondet: quia vidit,
poſteà interrogatus an potuiſſet eſſe quod Sempronius
fuiſſet percuſſus quòd teſtis ipſe non vidiſſet,
tunc enim ſi reſpondet quòd ſic, ille teſtis non
probat, vel clarius poteſt interrogari an Sempronius
potuiſſet percuti ab alio in illo tempore quòd
teſtis ipſe non vidiſſet, tunc ſi hoc fatetur affirmatiue
non probat delictum: quia ſi potuit ab alio percuti
non ſequitur de neceſſitate quòd ipſe percuſſit,
& infrequentiſſimè ſolent hodie iſtæ interro-
gationes practicari, non autem eſt neceſſe † teſtes 9
interrogari an ſint debitores vel penſionarij, vel
fictabiles producentium ipſos teſtes, prout ſolent
interrogari Mediol. quoniam non reperitur
iure cautum debitores fictabiles, vel penſionarios
eſſe reijciendos. Quod † autem dictum eſt de

tem-

tempore, eſt intelligendnm vbi quæritur de prio-
11 ritate vel poſteriontate actus. Et † licet teſtis in-
terrogatus de anno vel menſe contractus celebrati
non recordetur nihilominus ipſum contractum
ſecundnm Specul. in d. §. iam vbi licet probet, non
12 tamen probat tempus ipſius contractus. † Et idem
eſſet vbicunque ſcientia diei vel horæ exigeretur.
13 l. optimam. C. de contra. & co. ſtip. Subijcit † tamen
Ioan. An. in addi. vbi ſupra vnum elegans di-
ctum quòd ſi teſtes omnes dicant non recordari de
tempore præſumitur contra tales teſtes, quod eſt
no. licet hoc dictum ſolum ſit munitum aucto-
ritate.

14 Aduertendum † eſt etiam ex mente Spec. in d. §.
iam cautos aduocatos exhibere interrogatoria ſua
in ſcriptis: & petunt à iudice ita teſtis interrogari vt
petitur. Et ſi iudex dolo vel negligentia non fecerit
interrogatoria, petat iterum interrogari etiam pub-
licatis atteſtationibus: vt in c. per tuas eodem titulo.
15 Pro cuius dicti declaratione videndű eſt † an teſtes
ſemel examinati iterum poſsint repeti. Concludi-
te primò quòd vbi teſtis repetitur publicatis atte-
ſtationib' ſuper eo ſuper quo iam eſt teſtificatus re-
gulariter non poteſt repeti.

16 Fallit † primò vbi teſtis incontinenti ſeipſum re-
peteret in corrigendo: vt ponitur in c. propterea de
teſti. co. ex interuallo tamen teſtis ſe repetere non
17 poſſet, vt ibidem not. Fallit † ſecundò quando te-
ſtis repetitur à iudice propter obſcuritatem dicti
18 ſui: vt ponitur in c. cum clamor de teſti. Secus † eſ-
ſet ſi teſtis repeteretur ad declarationem dicti ad in-
ſtantiam partis, tunc enim facta publicatione re-
gulariter non poteſt: vt notatur per Innoc. & alios
in d. ca. cum clamor. niſi primæ atteſtationes eſſent
nullæ per ea quæ no. per gloſſ. in c. cum cauſam eo.
tit. & in cap. non præſtat. de regul. iuris in 6. & in d.
19 cap. per tuas. Poſſent † etiam repeti teſtes ad inſtan-
tiam partis ſi atteſtationes eſſent deperditæ: vt po-
20 nitur in c. ſi. de proba. Item † poſſet repeti quando
teſtis depoſuiſſet in iudicio ſummario, & in ſecun-
do iudicio repeteretur ſuper plenario: vt in cap. ve-
21 niens. el. 2. eo. tit. Item † repeterentur teſtes quando
primo inter alias perſonas fuerunt recepti: quia ſi-
cut ſententia inter alios acta non habet obſtare, ita
etiam nec publicatio. Vt in cap. licet & in c. iurauit.
cum ibi no. eo. ti. aliàs autem regulariter repeti non
poſſunt, niſi vtraque pars conſentiret: vt ponitur
per Ioa. An. in c. fraternitatis. eo. titu. & in cap. cum
22 cauſa, & † inſtandum eſt per partem quæ non vult
teſtes repeti vt publicentur atteſtationes ſuper his
capitulis ſuper quibus productæ ſunt. Notandum
eſt tamen pro declaratione prædictorum quod ali-
quando petitur teſtem repeti ſuper eo ſuper quo nō
23 depoſuit. Et hic † eſt conſiderandnm aut nulla
data ſunt capitula, aut data ſunt capitula ſuper om-
nibus contentis in petitionibus licet fortè non ple-
nè dixerint, & tunc non poſſunt iterum prodnci ni-
ſi fortè vt declarent dictum ſuum ex officio iudi-
cis, vel niſi atteſtationes eſſent nullæ, vel alijs ex ca-
ſibus ſupra proximè dictis, vel niſi teſtes non fuiſ-
ſent interrogati ſuper omnibus, quo caſu ſi interro-
gatio non eſt omiſſa ex certa cauſa iterum poſſent
repeti teſtes, iuxta ea quæ no. in cap. cum cauſam.
eo. tit.

Et eſt notandum † quòd interrogatio eſt omiſſa 24
ſuper ſubſtantialibus: vt quia in libello fit mentio
de præſcriptione, & de tali præſcriptione in qua re-
quiritur titulus, prout poteſt colligi ex ca. 1. de præ-
ſcript. in 6. tunc teſtes iterum poterunt repeti ad in-
ſtantiam partis ad deponendum ſuper ſubſtantiali-
bus omiſsis: vt ponitur per Innocen. in d. cap. per
tuas.

Notandum eſt † etiam ex mente Specul. in d. §. 25
iam, quòd à teſte non eſt quærendum an ſit infa-
mis, vel criminoſus, vel irretitus, vel impeditus ali-
quo peccato mortali, vel talis ſit qui non poſſet te-
ſtificari. Super quo tamen diſtinguit ibi Ioan. An.
quòd de condictionibus aggrauantibus famam ip-
ſorum teſtium non ſunt interrogandi ipſi teſtes, ſed
ſolummodo de alijs conſerẽtibus ad finem & pro-
bationem veritatis.

Et eſt notandum † quòd iudices debent diligen- 26
ter aduertere vt repellant aſtutiam quorundam ad-
uocatorum ſtudentium infringere dicta teſtium:
qui ſolent poſt omnia interrogari facere teſtem an
credat omnia quæ ſupra dicta ſunt. quo caſu ſi teſtis
reſpondet quòd ſic, videtur tunc credere de omni-
bus prædictis & eo caſu non valet dictum ipſum,
quia deponitur de credulitate. ideo iudices debent
remouere tales interrogationes calumnioſas & im-
pedientes cognitionem veritatis. Cætera quæ poſ-
ſent hic addi videte in d. c. per tuas. & per Spec. in d.
§. iam de interrogatorijs.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes varij vacillantes, aut contrarij non probant.*
Teſtis varius quis dicatur.
2 *Contrarius teſtis quis vocetur.*
3 *Teſtis vacillans dicitur qui dubitando, & timendo loquitur, & ibi latè quis dicatur teſtis vacillans.*
4 *Dictum teſtis qui primo loco vnum depoſuit, & poſtea ſecundo inductus depoſuit contrarium an valeat.*
5 *Teſtis ſi primo dicit vnum extra iudicium alijs teſtibus, vel notario, demum poſtea in iudicio dixit contrarium: an ſtetur ſecundo dicto.*
6 *Intellectus ad l. eos. ff. de falſis. & nu. 10.*
7 *Opinio illa in dubio eligi debet per quam mitior interpretatio fiat.*
8 *Teſtis qui in vltimo vitæ articulo proteſtatus eſt depoſuiſſe falſum, an per hanc proteſtationem infringat primum dictum ſolemniter, & cum iuramento depoſitum.*
9 *Teſtis qui atteſtatur extra iudicium, ſe falſum depoſuiſſe in iudicio, illi dicto non præiudicat.*
11 *Teſtis qui depoſuit in iudicio falſum non iuratus, de falſo puniri poteſt, ſecus ſi in iudicio nullo depoſuit.*
12 *Iuramentum non eſt de ſubſtantia neceſſaria teſtimonij.*
13 *Intellectus ad Gloſſ. in l. cunctis. §. vult igitur. ff. de tranſactionibus.*
14 *Teſtis de negatiua deponens non probat ſine cauſa, etiã non interrogatus.*
15 *Teſtis in quibus non probet, niſi rationem dicti ſui etiam non interrogatus reddat.*
16 *Rei valor & poſſeſſio, quomodo, & per quot teſtes probetur. & nu. 17.*
18 *Mutuum an probatum ſit, ſi vnus teſtis dicat vidiſſe mutuari decem, & alter deponat vidiſſe mutuari quinq;.*
19 *Teſtes qualiter probent ſuper poſſeſſione iuris decimandi, & articulo iuriſdictionis.*

20 *Teſtis ſingularis in dicto ſuo non probat.*
21 *Teſtes, qualiter ſuper irregularitate, probent.*
22 *Fornicatio vel adulterium, qualiter per teſtes probetur.*
23 *Teſtium ſingularitas, circa quæ verſetur.*
24 *Dictum & plus, in teſte, qui deponere debebat ſuper certo, quid operetur.*
25 *Dictum teſtis dubium in benigniorem partem interpretari debet.*
Dictio plus, quid operetur.
26 *Teſtis de auditu auditus, an probet.*
27 *Teſtis per quem ſenſum cauſam ſcientiæ reddere debeat. & nu. 28.*
29 *Teſtes contrarij inter ſe, an probent, & an ad concordiam redigi poſsint.*
30 *Teſtis reducti ad concordiam, an probent.*
31 *Concordia teſtium, an indiſtinctè facienda ſit.*

Quæ poſsint contra dicta teſtium opponi.

CAP. IX.

NVNC vltimò videndum eſt de vltima parte
huius tractatus ſcilicet quę poſsint contra di-
cta teſtium opponi. opponitur autem principaliter
1 contra † teſtes ipſos eſſe varios, vacillantes, aut con-
trarios. Varius autem dicitur teſtis qui primo vnū,
poſtea aliud dicit contrarium, nullam variationis
cauſam aſsignando. Ita dicit Io. An. in c. propterea
2 de teſti. cog. Contrarius † dicitur qui dicit duo in-
compaſsibilia, vt ſi teſtis fuerit teſtificatus quòd in-
terfuiſſet tali die & hora ad celebrationem talis con-
tractus, poſtea dixerit eodem tempore ſe fuiſſe in
alio loco multum remoto & diſtanti à loco cele-
brati contractus. nam talem appellamus contra-
rium ex eo quia duo inſimul incompaſsibilia teſti-
3 ficatur. Vacillans † autem dicitur teſtis qui dubitan-
do & timendo loquitur. de quo per Bar. in l. eos. ff.
de fal. vbi plenè & per Spec. eo. tit. de teſti. §. 1. ver-
ſic. item quòd teſtes. Et hanc declarationem Ioan.
And. in cap. præterea ſequutus eſt But. ibi poſſet ta-
men aliter intelligi teſtis varius ſecundum Imo. ibi
quando quis dicit Titium emiſſe eadem die domū
Sempronij, de hinc teſtificetur Titium emiſſe do-
mum Sempronij vna cum vxore ſua, nam hic teſtis
propriè dicitur variare. ex quo primo dixit Titium
ſimpliciter emiſſe domū, dehinc dixit Titium cum
vxore.

Et hæc expoſitio variationis teſtium multo vi-
detur melior quàm expoſitio Ioan. An. & But. quo-
niam illa prima expoſitio potius ſapit naturam con
trarietatis quàm varietatis, ex quo dicit teſtem va-
rium, qui poſtea dicit contrarium.

4 Et ex prædictis videtur dubitandum † de eo te-
ſte, qui primo loco depoſuit vnum, poſtea ſecun-
do loco inductus depoſuit contrarium. pro cuius
declaratione gloſ. in c. cum cauſam de teſti. videtur
ſentire quòd vbi teſtis ſecundo loco inductus dicit
contrarium eius quod primo loco dixit non valet
dictum ſuum, facit optimè c. ſicut, eod. titu. Fallit
tamen hoc dictum ſecundum Canoniſtas in d. cap.
cum cauſam, ſi primum dictum ſit nullum: quia
tunc bene valet ſecundum dictum. Et idem tenet
Spec. eo. titu. §. 1. verſ. quid ſi idem teſtis, & ſeq. Et
hoc dictum ſpecificè poſuit Ioan. An. vbi ſupra. Et
5 per hoc videtur quòd † ſi teſtis dicit primo vnum
extra iudicium alijs teſtibus vel notario, demum
poſtea in iudicio dicit contrarium, tunc ſtabitur ſe-
cundo dicto: quia primum dictum non valet. Bart.
tamen in l. eos. ff. de fal. dicit contrarium per text.
illius l. eos propterea inquit cautelam eſſe adhiben.
quando veremur ne teſtes varient, vt coram aliqui-
bus teſtibus extra iudicium interrogemus eos teſtes
& faciamus reſponderi. Nam ſi poſtea dicant con-
trarium in iudicio, non valebit eorum dictum, &
poterunt de falſo redargui. Imo. in d. c. cum cau-
ſam. ſequitur opi. glo. & Canoniſtarum ibidē, quo-
niam ſi primum dictum eſt nullum non debet in-
ferri impedimentum ſecundo dicto: in c. non præ-
ſtat. de reg. iuris in 6. propterea teſtis non ita loqui-
tur liberè & expeditè in pręſentia partis ſicut in prę-
ſentia iudicis parte abſente. facit quod no. per glo.
in cap. præſentium. in prima gloſſ. eo. titu. de teſti.
Et ideo potius videtur ſtandum dicto ſecundo. Nec
† obſtat ſecundum Imol. in d. l. eos. quia loquitur 6
quando teſtis deponit contra ſcripturam ſuam ſuo
ſigillo ſigillatam quæ valebit contra eum. Ideo
tunc poteſt puniri de falſo: ſecus ergo erit quando
non venit contra ſcripturam ſuam ſuo ſigillo ſigil-
latam, ſed contra dictum ſuum extra iudicium.
Et hæc ſententia ſecundum Imol. fortè ſeruaretur
in practica propter auctoritatem gloſſ. & Canoni-
ſtarum in d. cap. cum cauſam & eo maximè † quia 7
in dubio eligi debet opinio per quam mitior fiat in-
terpretatio. ff. de pœn. hæc opinio Canoniſtarum
quam ſequitur Imo. videtur mihi verior quoniam
ſecundum dictum videtur ſolemnius quàm primū,
& maximè in cautela adhibita per Bart. Nam teſtis
deponens extra iudicium coram alijs teſtibus de-
ponit nō iuratus, & in ſecundo dicto deponit iura-
tus, & ſolemniter, ideo ſecundum valebit & nō pri-
mum. pro hac ſententia adduco no. ſententiam Bal.
in l. generaliter. C. de non nu. pe. vbi pulchrè dicit
Bal. quòd † ſi teſtis in vltimo vitæ articulo prote- 8
ſtatus eſt ipſum primum dictum, vel ſecundum di-
ctum ſuum per eum falſo fuiſſe depoſitum, per hāc
proteſtationem non infringitur primum dictum
ſolemniter & cum iuramento depoſitum: ar. d. l.
generaliter. adde ibi Bart. in fin. verbis ſuis vbi dicit
† quòd ſi teſtis extra iudicium atteſtetur ſe falſum 9
depoſuiſſe in iudicio, non propter hoc præiudicat
illi dicto. allegat quòd habetur in cap. ſicut de teſti.
Et facit c. ſicut à nobis eo. tit. de teſti. Multo fortius
dicimus in propoſito tolli illud dictum nō ſolem-
ne nec iuratum per aliud dictum ſolemne & iura-
tum: nam ex quo minus ſolemniter dixit videtur
proinde ac ſi nullatenus dixiſſet. ar. l. quoties. ff.
qui ſa. co. Fateor † tamen quòd contra talem teſtem 10
poſſet agi tanquam contra variantem. & hoc modo
poſſet intelligi dicta l. eos licet hæc variatio non
officeret dicto depoſitio per eum, pro quo etiam
facit quod no. per Ioa. An. in d. c. cum cauſam. vbi
concluditur ex ſententia Ricar. Malumb. quod † ſi 11
teſtis deponit in iudicio falſum non iuratus, tunc
poterit puniri de falſo.

Et idem ſenſit Bart. in d. l. ſi quis legatum. ff. de
fal. Secus ſi deponeret falſum in iudicio nullo: quia
tunc deficit teſtimonium in ſui ſubſtantia: ex quo
in iudicio nullo eſt receptum, & hoc tenuit clarius
idem Ioan. An. in regula iuris non eſt ſine culpa. de

re.

re.iur.in 6. Quod ſecus eſt quando depoſuit nō iu-
12 ratus, licet in iudicio: quia † iuramentum non eſt de
ſubſtantia neceſſaria ipſius teſtimonij.c.tui, eo.tit.
Ita erit in propoſito: nam teſtis deponens coram
aliquibus teſtibus extra iudicium, deponit nulliter
omnino, ideo de tali dicto non eſt aduertendum,
& ſequuntur Imo.& But.in d.c. cum cauſam. Item
opponitur dicto teſtis quòd non reddidit cauſam
13 ſui dicti. Hoc † limitat glo.in c.cum cauſam eo.tit.
procedere, ſi modo teſtis interrogatur de cauſa.

Et hoc modo eſt intelligenda gloſſ.l.cum hi.§.
vult igitur.ff.de tranſac: quod dictum eſt intelli-
gendum verum quando teſtis deponit ſuper facto,
vel contractu, vel ſimilibus. Secus ſi deponit ſuper
iur. vt ſuper dominio, vel ſuper eo quod principa-
liter ſtat in iudicio rationis: vt ſi deponat an aliquis
ſit furioſus vel mente captus. Et ita no. Inno.& alij
poſt eum in d.c.cum cauſam. Et idem etiam tenuit
Spe.vt refert Bal.in d.§.vult igitur.

14 Idem † erit in teſte deponente de negatiua: quia
nō probat ſine cauſa etiam nō interrogatus pro hoc
optimè facit glo.in l.1.§.1.ff.de iti.actuq; priuat.

15 Et ſic habetis concludere quod † in his proximè
dictis teſtis non probat niſi reddiderit rationem e-
tiam non interrogatus. & hanc ſententiam tenuit
Bal.& Ang.in d.§.vult igitur. Vltra prædicta po-
16 teſt poni diuerſitas † ex parte plurium teſtium vt ſi
tres teſtes deponāt ſuper valore alicuius rei, vnus de
10.alius de 15.alius de 20. vel eodem modo in poſ-
ſeſsione, vt ſi tres teſtes deponant de diuerſis tem-
poribus poſſeſsionis: nam tunc non probatur va-
lor rei nec etiam poſſeſsio. Ita tenet Arch. in cap.
nihilominus.3.q.9.Idem Ioa. An.in c.1. de arbi.in
6.in nouella, vbi Io.de Lign.& Pet. de Ancha.mo-
ti illa conſideratione: quia in quolibet facto pro-
bando per teſtes requiritur teſtium pluralitas, & ad
minus requiruntur duo.l.vbi numerus de teſti. Sed
in caſu iſto nō datur pluralitas teſtium ex quo om-
nes ſunt diuerſi in valore rei & tempore poſſeſsio-
nis, ideo non debet dici bona probatio. Sed hæc
ſententia videtur dubia: quoniam negari non po-
teſt quòd teſtis qui deponit de poſſeſsione conti-
nua.15.an.deponet etiam de 10.& eodem modo qui
deponit de valore.15. vel 20. neceſſario deponit de
valore. 10. cum in maiori ſumma neceſſario inſit
minor. Pro hoc optimè facit quod no.per gloſſ.in
d.cap.1.de ar.in 6. vbi concludit quod ſi vnus arbi-
trorum condemnet in 10. alter in 15. vel vnus in 10.
alter in 20. ita quod non in minus: quod quia prote-
ſtatio videtur contraria facto nihilominus valet in
10.ipſa ſententia:ar.ex no.in c.cum M.Ferrarienſis.
de cnnſti. Et licet hæc vltima opi. verior ſit in iure
attamen graue eſſet recedere à ſententia prædicto-
17 rum Doct. Sed † quid erit ſi duo teſtes dicunt quod
res valet.10. & non plus, alij duo quod valet.15.an
dicemus probatum eſſe aliqualiter extimationem.
gloſſ.in l. diem proferre.§. ſi plures de arbi.inquit
quod plus valet ſecundum dictum illorum de 15.
etiam ſi alij deponentes de 10. eſſent multo plures:
quoniam plus credi debet duobus affirmantibus,
quàm mille negantibus. Sed illi duo qui dicunt quod
res non valet plus 10. dicuntur negare. Facit quod
no.per Innoc.in c.quid per nouelle. extra de verb.
ſign. Bart.in d.§. ſi plures, videtur aliter ſentire vt
ſtetur maiori numero. Et ſi eſſent plures partes tunc
inſpicitur dignitas teſtium: & qui veriſimilia dicūt:
ar.in l.ob carmen.§. fin.ff. eo.tit. vbi autem eſſent
omnino pares in numero, tunc plus crederetur af-
firmantibus, & hoc modo intelligitur illa gloſſ. vt
ibidem ſenſit Bart. facit quod no.in c.cum eccleſia
Sutrina de ca.po.& pro.

Sed † vltra prædicta cadit dubitatio, quid ſi vnus 18
teſtis vidit mutuari.10.alter teſtis deponat quòd vi-
dit mutuari quinq; an ſaltem dicitur facta probatio
in quinque. Io. An.in d.c.1.de arbi. in 6.in nouella
tenet quod non probetur plenè debitum de quinque.
Et idem tenuit Archi.ſequendo Laurentium in ca.
nihilominus.3.q.9.Illa conſideratione: quia ex di-
uerſitate mutui reſultat diuerſitas contractus: & e-
tiam diuerſitas facti de quo agimus: nam aliud dici-
mus eſſe mutuum de 5.aliud de 10. facit quod poni-
tur in c.abbate ſanè, de re iu. in 6. Secus tamen eſſet
ſecundum Io.An. in actu habente cauſam ſucceſsi-
uam, & qui non diuerſificatur ex diuerſitate actuū,
& ita procedit quod no. Spec.in tit.de teſte.§.ante-
pen.poſt princ. vt † quia teſtes deponunt de decima 19
collecta per aliquem ſacerdotem, vnus dicit de 10.
ſaccis frumenti, alter de 5. vel ſuper articulo iuriſ-
dictionis: vt quia vnus deponit in tali loco eſſe ad-
miniſtratam iuſtitiam in criminalibus tali tempore,
alter deponit de alio tempore: nam hoc caſu admit-
titur probatio tanquam plena.

Illa conſideratione: quia non eſt quæſtio de ini-
tio principaliter, ſed de vno iure vniuerſali quod
comprehendit ſub ſe plura indiuidua: vt ius deci-
marum: & ius competētis iuriſdictionis. Facit etiam
quod ponitur per Innoc.in c. qualiter, & quando.
el.2.extra de accu. vbi pulchrè voluit quòd ſi agi-
tur de probanda poſſeſsione iuris decimādi, & vnus
dicit quod vidit probari decimam grani, quòd ideo
hic erit probatum ius decimandi: quoniam eſt ius
quoddam vniuerſale conſiſtens ex pluribus indiui-
duis. & idem videntur velle Io. An. & Spec.in titu.
de teſte.§. iam nunc. ver. quid ſi agitur de decima.
Idem etiam tenuit Goſ. vt refert Hoſti. pro hac ſen
tentia facit † quia teſtis eſt ſingularis in dicto ſuo 20
vnde non videtur probare. cap. dilecto & c. bonæ.
de cle. Et hæc vltima ſententia videtur verior quo-
niam tales teſtes non concludunt de neceſsitate.
Præterea non eſt pluralitas teſtium continens in eo-
dem facto licet in iudicando graue eſſet recedere à
priori ſententia propter auctoritatem Inno. Accur.
Spe.& aliorum ſupra rela.

Notandum eſt etiam vltra prædicta quod vbi
† agitur de iure indiuiduo habente cauſam ſucceſ- 21
ſiuam, vt ſi agitur de probandn quem irregularem:
quia excommunicatus celebrauit tali die, & alter
dicit ſe vidiſſe illum excommunicatum dixiſſe epi-
ſtolam, alter dicit ſe vidiſſe dicere Euangelium,
tunc probabitur irregularis & probatur celebraſſe:
vt tenuit no.gloſſ.in cap. nihilominus.3.q.9. Mo-
uetur illa conſideratione: quoniam ex quo agitur
de iure indiuiduo iuris diſpoſitione tales teſtes cen-
ſentur eſſe conteſtes, & quilibet in effectu depo-
nit quòd vidit eum celebrantem. hæc ratio gloſſ.
optimè tunc concluderet quando teſtes depoſuiſ-
ſent ſe vidiſſe integrè eum celebrantem, ſed vno de-
ponente quòd vidit epiſtolam dicere, alter quòd
euan-

euangelium pro hoc non videtur probari factum
iſtud indiuiduum: quoniam hoc caſu tolerātur duo
irregularia. Primo ſingularitas teſtium: quia vnus
deponit de vno tempore, alter de alio. Secundo:
quia nullus iſtorum teſtium deponit eum vidiſſe
integrè celebrantem, non enim ſequitur iſte dice-
bat, epiſtolam ergo celebrauit. Præterea poſſet li-
mitari iſta ſententia, quando illi duo teſtes depone-
rent vidiſſe eum celebrantem totam miſſam, licet
22 viderint diuerſis temporibus. Vlterius † poteſt du-
bitari qualiter probatur fornicatio vel adulterium.
gloſſ. in d. cap. nihilominus. 3. q. 9. tenet quòd non
probatur adulterium niſi teſtes deponant in eodem
adulterio continuato: quia dixerunt ſe immedia-
tè vidiſſe ab vno foramine aliquos adinuicem for-
nicari, ſi autem ſufficeret ſi vnus diceret vidi tali die
Titium fornicantem cum Berta, & alter depone-
ret de alia die: nam hoc caſu non probaretur forni-
catio. Facit quod no. per Innoc. in cap. qualiter, &
23 quando de accuſ. † Conſequenter opponitur de
prædictis ſingularitas teſtium ex eo quòd non ſunt
concordantes in eodem facto: & hæc ſingularitas
poteſt verſari circa. 10. ſicut ſunt. 10. prædicamenta
quæ omnia clariſsimè declarat Bal. in l. teſtium. C.
de teſti. Exemplum in prædicamento ſubſtantiæ
vnus teſtis dicit furem ſubtraxiſſe bouem, alter di-
cit equum: nam hi teſtes ſunt ſingulares in ſubſtan-
tia: quia non conueniunt in eadem ſubſtantia. Eo-
dem modo poſſet poni in prædicamento quanti-
tatis actionis & paſsionis. de hac ſingularitate te-
ſtium ponitur per Bart. in l. ob carmen. §. fin. ff. eo.
tit. & ibi etiam per But. & ponitur etiam in l. fin. eo.
per Cy. in l. 2. quæ ſit lon. conſue. ca. in 4. princip.
per Baldum in l. de quibus. ff. de legi. Per eundem
Bald. in d. l. teſtium, ponitur etiam per nouiſsimos
24 in l. inter pares. ff. de re iudi. Opponitur † etiam di-
cto teſtium quod non eſt depoſitum ſuper certo,
de quo per gloſſ. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſim-
pliciter. ff. ex qui. cau. ma. Præterea inquit Guil. in
d. §. ſed quod ſimpliciter. quod teſtis habet depo-
nere ſuper certo, ideo dictio & plus, nil habet ope-
rari in ipſo teſte. Idem tenuit Ia. But. in l. ſi quis ſuo
C. de inoff. teſta. Cy. vt refert Bal. in d. §. ſed quod
ſimpliciter inquit quod hæc dictio & plus, opera-
tur pro arbitrio iudicis. l. cum filius. §. pater. de le. 2.
25 Et † dictum teſtis ſecundum eum debet interpreta-
ri in benigniorem partem: quando eſt dubium vt
no. in l. ſtipu. iſta. §. hæc quoque. ff. de verbor. obl.
Aliqui tamen diſtingunnt aut teſtis loquitur alter-
natiuè ſcilicet tale poſſedit. 9. annis vel plus, & nil
probat: quia alternatiua accipitur in eo quod minus
eſt. l. inter ſtip. ff. de verb. oblig. Si autem deponit
copulatiuè. 9. annis & plus, & tunc probat de mo-
dico tempore, dictio illa plus, & in vno caſu opera-
tur hæc adiectio quando momentum temporis fa-
ciat præualere probationem. l. Aretuſa. ff. de ſta.
ho. Vel poteſt poni optimum exemplum quan-
do verſatur controuerſia inter duos contendentes
de poſſeſsione, tunc enim dictio illa plus operatur
probationem antiquioris temporis poſſeſsionis fa-
cit quod nò. in c. licet cauſam. de proba. & per Bart.
in l. ſi duo. ff. vti poſ.

26 Conſequenter † opponitur contra dicta teſtium
eſſe redditam rationem de auditu auditus: nam talis
ratio regulariter non habet concludere ad veram
probationem. c. præterea. & c. tam literis. eo. tit. de
teſti. & in c. teſtes. 3. quæſt. 9. In hoc tamen articulo
concludite hoc modo: quod vbi teſtis deponit per
ſenſum auditus proprij ſuper eo de quo probando
quæritur, & tale quid quod percipitur per ſenſum
auditus, tunc valet teſtimonium de auditu. Exem-
plum ſi teſtis dicat Titium promiſiſſe Seio 10. inter-
rogatus de ratione reſpondet ex eo ſe ſcire: quia au-
diuit ipſe promittere. nam hoc caſu talis probatio
admittitur. facit quod no. per Innoc. in c. cum cau-
ſam. eo. tit. & l. 1. §. 1. de verb. obli. Et per prædicta
videtur etiam quòd ſi teſtes audiant voces ipſorum
contrahentium notas & cognitas ipſis teſtibus vale-
bit ipſorum teſtimonium, ſi depoſuerunt Titium
audiuiſſe promiſiſſe. 10. vel aliud ſimile, de quo per
glo. in l. 2. §. item Labeo. ff. de aqua plu. ar. & tan-
gitur etiam per gloſſ. in d. ca. teſtes. 3. q. 9. & in d. c.
præterea. Quandoque & principaliter teſtes depo-
nunt per ſenſum auditus ſuper actu proximo actui
de quo probare intendunt, vt ſi deponunt audiuiſſe
aliquos carnaliter commiſceri, non autem dicunt
ſe vidiſſe, & hoc caſu tale teſtimonium de per ſe nō
valet, nec probat, ſed cum fama vel alijs adminicu-
lis inducitur probatio vt probatur in d. c. præterea.
Quandoque teſtes deponunt ſe audiuiſſe ab aliquo
qui dixit aliquid fuiſſe dictum vel factum, & iſtud
eſt propriè teſtimonium de auditu auditus, non te-
ſtimonium auditus tanquam proprij & immediati
ſenſus ipſius teſtis.

Fallit tamen in caſibus quibus tale teſtimonlnm
admittitur. primus eſt in cauſa matrimoniali c. qno-
ties. & c. licet ex quadam. eo. tit. Fallit ſecundo vbi
agitur de facto valde antiquo: vt in l. arbiter. ff. de
proba. & in c. veniens cum ibi no. per Innoc. eo. tit.
facit cap. quid per nouale. de verb. ſign. Sed vltrá
prædicta † dubitatur quid ſi teſtis interrogatus an 27
Titius promiſit. 10. Seio reſpondet quod ſic: quia
fuit præſens, & vidit, an dicimus talem cauſam con
cludere. Et videtur quòd non: quia hæc non ſolent
percipi ſenſu viſus, ſed per ſenſum auditus. Com-
muniter tamen contrarium tenent Doc. in cap. tam
literis eod. titu. quoniam ſenſus auditus dicitur ge-
neralis ad omnem ſenſum. & eſt gloſſ. ſing. in cap.
teſtes. 3. quæſtio. 9. quæ eſt multum notanda. Idem
tenet Cy. in l. teſtium. C. eo. tit. §. 1. Arch. in c. hoc
videtur. 22. q. 5. & no. per Specul. in tit. de teſte. §. 1.
ver. item quod non probat. Sed † quid erit econtra 28
ſi teſtis dicat audiuiſſe id quod percipitur per viſum,
puta interrogatus an Titius ingreſſus ſit talem do-
mum, vel talem fundum, reſpondet quòd ſic. inter-
rogatus de cauſa ſcientiæ reſpondet quòd audiuit
ipſum ingredi, an dicemus hanc rationem conclu-
dere. But. in d. c. tam literis, videtur velle ꝙ ſic: quia
ſenſus auditus non habet excludere viſum. Con-
trarium tamen voluit Arch. in d. c. hoc videtur 22.
q. 5. Et hanc ſententiam Archi. ſequitur Imol. ibi-
dem in d. ca. tam literis. quia licet reperiatur in ſen-
ſu viſus quòd ſit generalis ad plures. Non tamen
ſic reperitur in ſenſu auditus. Mihi tamen vide-
tur verior ſententia ipſius Butri. quoniam ex quo
teſtis dicit Titium eſſe ingreſſum fundum, vide-
tur adeo percepiſſe per ſenſum auditus vt certitu-
dinaliter perceperit eum eſſe ingreſſum fundum.

Nam

Nam poteſt eſſe adeò poſsibiſe vt per auditum poſſit intelligi indubitanter aliquem ingredi domum, quemadmodum ſtatim dixi teſtes poſſe audire verba contrahentiũ cortina intermedia. ita poſſet euenire vt ego audirem Titium ingredientem ſcholas licet eum non viderem quando vox eſſet mihi omnino nota. & videtur verior ſententia. Nec obſtat ratio Imo. dum dicit non reperiri vt ſenſus auditus poſsit ſupplere pro ſenſu viſus: quoniam reſpondeo ſatis ſuffcere quòd ſenſus auditus poſsit 29 concludere ad id dictum ſuper quo deponit teſtis. †Vlterius poteſt opponi contra dicta teſtium qui inter ſe ſunt contrarij. Et hic concludit primò quòd ſi teſtis ſibi contradixit expreſsè non valet eius teſtimonium: vt ponitur in ca. in noſtra eo. titul. & in l. cum pretium de li. cauſa. 3. quæſt. 8. c. pura. Poteſt tamen ſecundum doc. redigi teſtes ad concordiam ne incidant in periurium vel falſum vt in cap. cum tu. eo. tit. Secus ſi eſſet adeo notoria contrarietas vt 30 concordia fieri non poſſet. †Sed hic dubitatur an teſtes reducti ad concordiam habeant probare? Bart. in l. prima. C. de vſufruct. & Butrig. in l. cum de ætate. ff. de proba. videtur velle quod teſtes reducti ad concordiam non habent probare: ſed ſolum concordia habeat tollere crimen periurij vel falſitatis. Facit etiam quod not. per Barto. in l. inter ſtipulan. ff. de verbor. obl. & in l. 2. §. fin. ſi cer. petat. & in l. inſulam. §. 1. ſol. matr. ponitur etiam per nonnullos alios in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiur. Et inquiunt Canoniſtæ hoc communiter teneri à Legiſtis vt non probet. Sed tamen videtur ſentire Canoniſtæ & maximè Hoſt. tales teſtes probare. Et ad hoc adducunt c. cum tu. eo. tit. intelligendo quòd canonici ibidem erant actores, prout inquit Hoſtien. qui dicit ſe habuiſſe facti notitiam. Sed tamen illud c. cum tu. voluit teſtes benignè interpretari debere ad concordiam ne teſtes notentur crimine periurij, non autem ad hunc effectum vt per eos inducatur probatio. attamen ſecundum Butr. & Imol. in d. c. cum tu. poteſt ſaluari ſententia Legiſtarum in pluribus caſibus. Primo modo poſſunt intelligi Legiſtæ quando plures teſtes contradicunt vni ſoli: nam tunc reducuntur ad concordiam vt ſolus non incidat in periurium vel infamiam, non autem vt ille ſolus probet: quia vox vnius vox nullius. l. iuriſiurandi. C. de teſti. canonizata. 4. q. 3.

Secundo poſſent ſaluari Legiſtæ, quando vnus teſtis contradicit alteri: nam neuter illorum probat ex quo vterque eſt ſolus. Facit quod habetur per Spe. in ti. de teſti. §. iam de interrogatorijs. ver. quid ſi vnus. & quod no. Federicus de Senis ſuo conſilio 162. Et has duas limitationes ſiue ſaluationes poſuit But. in d. c. cum tu. Sed per hoc non tollit dubitationem quando duo teſtes producerentur ab eadem parte qui inter ſe contrarij viderentur, an eo caſu facta concordia inducatur probatio. Bart. in d. l. inſulam. §. 1. ff. ſol. matr. videtur ſenſiſſe quod probant licet Butrig. ſimpliciter videtur tenuiſſe quod non in d. c. cum tu. Sed de iure canonico intelligendo prout inquit Hoſt. fuiſſe de facto vt illi canonici fuiſſent actores in d. c. cum tu. probatio eſſet concludens de iure Canonico. Poſſunt etiam ſaluari legiſtæ alio modo ſecundũ But. in d. c. cum tu. quando teſtes qui contrariantur producuntur ab eadem parte. Nam tunc talis probatio redditur dubia. ideo ſolum reducuntur ad concordiam vt euitent crimen falſi, non vt habeant concludenter probare. Sed hoc dictum non videtur concludens. Nam licet imputari poſsit parti producẽti diuerſas ſeu contrarias ſcripturas: vt in c. imputari. de fi. inſtru. & in l. in ſcripturæ. C. eo. ti. de fi. inſtrumentorum. non tamen imputari poteſt quando producuntur teſtes diuerſi ſiue contrarij ab eadem parte.

Ratio eſt optima differentiæ: quia vbi producuntur diuerſæ ſcripturæ pars potuit ab initio præuidere ſcripturarum contrarietatem, ideo imputari debet, & hæc eſt ratio ſcripta in d. ca. imputari. quæ ratio ceſſat in teſtib⁹, qui ab initio nullo modo præuideri non potuerunt.

Sed vlterius † probabiliter dubitatur an facienda ſit concordia teſtium indiſtinctè, an ſint hincinde partes. vel non. doc. in c. cum contingat. de off. delegati concludunt, quòd quãdo pro vna parte ſunt plures vel meliores teſtes quã pro alia, tunc non eſt fienda cõcordia, ſed omnino videtur eſſe ſtandum his teſtibus qui numero ſunt plures, vel auctoritate præſtantiores. & idem tenuit Innocen. in cap. cum contingat. idem etiam ſenſit Bart. in d. l. 2. §. fin. ff. cer. pet. Subijcit tamen Bart. ibidem iudicem cautius agere ſi iterum teſtes interrogaret vt eorum dictum declarent. Facit quod no. per gloſſ. in authen. de teſtibus. §. quia vero. & quòd no. in ca. cum clamor. de teſti. Butri. tamen in d. c. cum tu. indiſtinctè tenet eſſe fiendam concordiam inter teſtes etiam ſi ſint diſpares numero auctoritate, vel fide. pro hoc facit c. quia circa. de priui. & l. de pretio. ff. de publ. Pro hac ſententia Butr. poteſtis adducere rationem c. cum tu. nam ideo Papa iubet cõcordiam teſtium fieri debere, vt teſtes ipſi non notentur reatu periurij vel falſi: quæ ratio militat etiam vbi hincinde eſſet inæqualitas. pro hoc etiam facit c. 2. de tranſla epi. Facit etiam no. gloſſ. in c. cum noſtra. eo. ti. poſſet tamen hæc opinio hoc ordine concordari, vt quantum ad probationem non poſsit fieri concordia inter teſtes: quoniam hinc inde ſunt diſpares, ſed ſolum quantum ad euitandum reatum periurij. Alia opinio procedat, vt fiat concordia inter teſtes non quoad probationem, ſed quoad euitãdum crimen falſi. Finaliter poteſt opponi de contrarietate inter ipſos teſtes. de hoc habens glo. notabilem in c. in noſtra. eo. tit. quæ declarat plenè quibus teſtibus credendum ſit quando inter ſe contrariantur, ideo de hoc dicatis, vt ibidem dicitur per Guil. alle. per gloſſ. & Doc. & ponitur etiam in cap. nihilominus. 3. quæſt. 9. &c. 31

LAVS DEO.

TRACTATVS DE TES- TIBVS D. LANFRANCI DE ORIANO BRIXIANI. V. I. D. EX REPETITIO. C. QVONIAM CONTRA. DE PROBATIONIBVS.

Cum Benedicti de Vadis Foroſempronienſis, & Celſi Hugonis Diſſuti Cabillon. Burgundi. I. V. Docto. annotationibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis vt quis aptus ſit, quæ requirantur.*
2 *Pupillus in quibus teſtis eſſe poßit, & in quibus non.*
3 *Fœmina quando teſtis eſſe poßit, & quando non.*
Fœmina varia & mutabilis.
4 *Teſtium depoſitio ex quibus conſtet.*
Iuramento teſtiũ an partes renunciare poßint.
5 *Iuramentum calumniæ cur introductum.*
6 *Teſti, quomodo iuramentum deferendum. & qualiter per notarium ſcribi debeat.*
7 *Iuramentum teſtis, quando interuenire debeat.*
8 *Teſtimonium per ſcripturam delatam vtrum probet.*
Teſtis ſua viua voce deponere debet.
9 *Teſtimonium vtrum coactè, deferendum ſit.*
10 *Mulieres teſtimonium deferre non coguntur.*
11 *Inuitus quando quis in iudicio trahatur.*
12 *Teſtium depoſitio vt probet, vtrum neceſſario citari debeant.*
Iudicis admonitio facta teſti maiorem vim habet, quàm nuncij citatio.
Iudex in criminalibus, etiam parte non inſtante, teſtes producit, ſecus in ciuilibus.
13 *Teſtis in iuramento nunquid pars aduerſa citari debeat.*
14 *Teſtis depoſitio, an poſt terminum elapſum valeat.*
15 *Teſtis an die feriato iurare poßit.*
16 *Teſti vbi iuramentum deferendum ſit.*
Argumentum de loco ad tempus, & econtra valet.
17 *Iudex vtrum poßit delegare iuramentum deferendum teſti.*
18 *Partes vtrum teſtium depoſitioni intereſſe debeant.*
Teſtes in ſecreto examinari debent.
19 *Teſtium examinatio, an poßit per iudicem delegari.*
Examinator electus ad examinandum teſtes, non poteſt alteri delegare.
20 *Teſtis dictum non reddentis rationem dicti ſui, vtrum valeat. & nu. 23.*
21 *Dictum teſtis ſuper deterioratione, non valet.*
22 *Teſtis quomodo deponere debeat in iuriſdictione probanda.*
Teſtis cuius dictum continet in ſe rationem, non eſt vlterius de aliqua ratione interrogandus.
24 *Teſtis dictum, neceſſario concludere debet.*
25 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*
26 *Teſtis ſingularis nullam fidem facit.*
Teſtes ſingulares, qui dicantur.
Teſtes volens producere quid agere debeat.
27 *Teſtis depoſitio in aliqua parte vitiata, vtrum in totum corruat.*
Teſtis falſum deponens per errorem, vel caſum fortuitum, pœna falſi non punitur.
Falſitas vt puniatur dolus requiritur.
Homicida culpoſus citra dolum plecti non debet.
Falſitas quæ neminem lædit, non eſt punienda.
28 *Teſtes quot requirantur ad quemcunque actum probandum.*
Teſtes duo plenam probationem faciunt, & vnus ſemiplenam.
29 *Cauſa magna quæ dicatur, & quæ parua.*
Intellectus ad cap. fin. de iureiuran.
30 *Teſtis vtrum rogatus eſſe debeat, vt fidem faciat.*
Notarius inſtrumentum conficere non poteſt, niſi rogatus ſit.
Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ, vt velit delinquere.
31 *Teſtimonium vtrum quis deferre compellatur.*
Teſtimonium qualiter deferendum.
32 *Negatiuam quis probare debeat.*
33 *Teſtes an poßint quandocunq; produci.*
34 *Teſtes vtrum ad æternam rei memoriam producantur. & nu. 35.*
35 *Reus quando teſtes producere poßit.*
36 *Didiciſſe teſtificata, quando quis dicatur.*
Intellectus ad l. officium. ff. de rei vendi. & ad l. exceptionem. C. de proba.
37 *Iudex vtrum ex ſuo officio quem ad teſtimonium deferendum compellat.*
Iudex ex ſuo officio, poſt publicatas atteſtationes, poteſt teſtes non ſufficienter examinatos retro examinare.
Teſtis vbicunque redierit ad inſtantiam partis, vel ſpontè de per ſe ex officio iudicis, debet iterato iurare: nec primum iuramentum ſufficit.
38 *Atteſtatione facta in vna inſtantia, vtrum in alia produci poßint. & nu. 40.*
39 *Ius Pontificum in dubio ſequendum eſt.*
40 *Teſtes vtrum poſt publicationem atteſtationum produci poſſunt, ſuper nouis articulis, qui in antiquis includuntur.*
41 *Teſtes quando de falſo arguantur.*
42 *Teſtium ſola publicatio, an teſtium productionem rejciat.*
Intellectus ad gl. in c. conſtitutus. el. 2. de teſt.
43 *Dilationes, quæ ad productionem teſtium dari poſſint.*
44 *Teſtium probatio vtrum poſt cauſæ concluſionem admittatur, & quando dicatur cõcluſum in cauſa. & numer. ſeq.*
45 *Renunciatio ab vno facta, alteri non nocet.*

46 Ob-

46 *Obijci vtrum aliquid poſſit contra teſtes,& quatenus.*
47 *Teſtis contra cuius perſonam,quis oppoſuit, vel proteſtationem fecit de opponendo ſi in dicto ſuo aliquid dicit in fauorem proteſtantis:nunquid prodeſt illi.*
48 *Teſtium obiectio,ſpecificè facienda eſt.*
49 *Teſtium obiectio,quando facienda.*
50 *Capitalis inimicus,quis dicatur.*
51 *Teſtem quem quis producit improbare non poteſt.*
52 *Teſtem reprobare quatenus conceſſum ſit.*
53 *Teſtis deponens falſum, cuius dictum eſt nullum, an de falſo puniri poſſit.*
Nullum quod eſt falſum dici non poteſt.
54 *Teſtis vltra interrogata depoſitio,an valeat.*
55 *Perſonæ quæ repellantur à teſtimonio. & numer. 61. & 68.*
Contrariorum vno cognito,cognoſcitur,& reliquum.
Teſtificari omnes admittuntur, niſi qui à lege ſpecialiter ſunt prohibiti.
56 *Prohibitum,quid dicatur.*
57 *Cauſæ propter quas teſtis à teſtimonio repellitur.*
58 *Affinis verum teſtis eſſe poſſit.*
Iniuria facta vni de parentela, omnibus de parentela fieri dicitur.
Teſtis in cauſa propria quis eſſe non poteſt.
Affinis vſq; ad quem gradum intelligatur.
59 *Parentes vtrum teſtes eſſe poſſint pro filijs.*
Parentum appellatione,pater & mater continentur.
60 *Filius pro patre quando teſtis eſſe poſſit, & contra eum. & nu.ſeq.*
61 *Vir & vxor, non poſſunt eſſe teſtes pro ſe, nec contra ſe.*
Pater ſpiritualis pro filio ſpirituali teſtis eſſe non poteſt.
Nutricius non poteſt eſſe teſtis pro filio nutricio.
62 *Frater an poſſit pro fratre teſtificari.*
63 *Domeſtici vtrum teſtes eſſe poſſint.& nu.ſeq.*
64 *Colonus an poſſit eſſe teſtis pro domino ſuo.Quid de mercenario?*
Berruarius an teſtis eſſe poſſit pro ſua poteſtate. in ſuo ſyndicatu.
Clericus an admittatur in teſtem pro ſua eccleſia.
Familiaris ſuper eis quæ in domo fiunt,poteſt eſſe teſtis.
65 *Donator vtrum teſtis in re donata eſſe poſſit.*
Cedens an poſſit eſſe teſtis.
66 *Venditor vtrum teſtis eſſe poſſit pro emptore.*
67 *Aduocatus, & procurator nunquid poteſt eſſe teſtis pro clientulo ſuo.*
68 *Teſtis tractans de ſe exonerando,an quis eſſe poſſit.*
69 *Iudex an poſſit eſſe teſtis, & iudex.*
Arbitrator in quem eſt factum cõpromiſſum, an ad teſtimonium admittatur.
Tabellio vtrum teſtis eſſe poſſit.
70 *Tutor vtrum teſtis eſſe poſſit.*
Legatarius nunquid poſſit eſſe teſtis in teſtamento.
71 *Proxeneta vtrum ad teſtimonium admittatur.*
72 *Conſocius criminis vtrum teſtis eſſe poſſit.*
Cauſam ſimilem habens,an ad teſtimoniũ admittatur.
73 *Teſtis de vniuerſitate, an in cauſa vniuerſitatis, quis eſſe poſſit.*
74 *Criminoſus, vt infamis, vtrum ad teſtimonium admittatur.& nu.78.*
Teſtis vnus, vt ſit ſufficiens ad torturam, omni exceptione maior eſſe debet.
75 *Teſtis vnus, quando nõ faciat ſemiplenam probationem.*
76 *Exiſtens in peccato mortali,an poſſit eſſe teſtis.*
Excommunicatus,an ad teſtimonium admittatur.
Excommunicatus abſolutus,an teſtificari poſſit.
77 *Periurus nunquid poſſit eſſe teſtis.*
Periurus,an ſit infamis.
Periurus, quis ſit.
79 *Pecunia corruptus, an à teſtimonio repellatur, vel eius dictum fidem faciat.*
80 *Mulier nunquid poſſit eſſe teſtis,& in quibus caſibus.*
Minor,an ad legitima teſtimonia admittatur.
Maior factus, an deponat de his quæ vidit in pupillari ætate.
81 *Stipendiarius nunquid poſſit eſſe teſtis.*
Stipendiarij ſunt infames infamia facti.
82 *Dignitas nulla ſtipendiarijs compelli poteſt.*
83 *Incarceratus in carcere publico,non poteſt eſſe teſtis.*
84 *Inimicus,an poſſit teſtificari.*
Amicitiam qui copulauit cum inimico alicuius, an præſumatur inimicus,& repellatur à teſtimonio.
Amicus,an ad teſtimonium admittatur.
85 *Pauper nunquid poſſit eſſe teſtis.*
Et quid de ruſtico.
Intellectus Glo.in l.3.ff.de teſtib.
86 *Socius,an admittatur ad teſtificandum.*
87 *Clerici,& monachi,an teſtes eſſe valeant.*
88 *Fideiuſſor nunquid poſſit eſſe teſtis pro debitore principali.*
Sollicitator ad ferendum teſtimonium nunquid admittatur.
89 *Denuntiator criminis,an poſſit eſſe teſtis.*
90 *Teſtis de quibus circunſtantijs deponere debeat.*
91 *Teſtis,an debeat reddere rationem dicti ſui, etiam non interrogatus,ad hoc vt eius dictum valeat.*
92 *Rei æſtimatio,quomodo per teſtes probetur.*
93 *Dominium,ſeu poſſeſſio, qualiter probetur.& nu.94.*
94 *Poſſeſſionis continuatio,qualiter probetur.*
95 *Dominium nunquid ex poſſeſſione præſumatur.*
Dominium qualiter in iudicium deducatur per viam contradictionis.
Intellectus ad Gloſſ. in l. quidem in ſuo.ff. de condi.inſtitutio.
96 *Furioſus qualiter quis probetur.*
97 *Communis vſus vtendi, & communis vſus intelligendi, quomodo probetur.*
98 *Filiatio,quomodo & qualiter probetur.*
99 *Affinitatis,& conſanguinitatis,qualiter probatio fiat.*
100 *Graues tantum perſonæ de auditu deponunt, & quæ graues perſonæ dicantur.*
101 *Mors qualiter probetur.*
102 *Negatiua probatio,qualiter fiat.*

AXIOMATA.

1 Teſtis † aptus. { a. Aetate. b. Conditione. c. Natura. d. Vita.

AETATE. a † vt intelligamus pupillum exclu- a
di. l. 3. §. lex Iul. l. inuiti in fin. ff. de teſtib. 2
§. teſtes autem. Inſtit. de teſtamen. Cæcus enim de coloribus nõ iudicat: ſecundum Bal. l. teſtium. colum. 2. verſic. redeo ad primum. C. de teſti. Et licet non opponatur, non tamen valet eius depoſitio: cum ipſo iure nullum ſit. Angel. §. 1. authent. de teſti-

teſtibus. Ideoq́; ne in defectu quidem aliorum ad-
mitteretur. l. 2. §. fin. ff. de iure immu. Excepta ma-
ieſtatis cauſa. l. de minore. ff. de quæſtio. Aut ſi doli
capax ſit, aliquatenus indicium facit. glo. inuiti. l. 2.
ff. de teſtib. Bar. poſt glo. l. fina. C. de his, quibus vt
indign. l. ex libero. §. fina. & l. maritus. ff. de quæſt.
b *b* CONDITIONE. vt liber, non ſeruus ſit. 4. q. 3. cap.
vbi. §. item ſerui. Metu enim domini, veritatem con
ticeret. eo. §. item idonei.
c *c* NATVRA. † vt vir, non fœmina. quandoquidem
3 varia & mutabilis ſit. l. filia. C. de inoff. teſta. ar. l.
reprehendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. Hoc cano-
num interpretes, in criminalibus duntaxat admit-
tunt. 33. quæſtio. 5. capitu. mulierem. cap. tanta de
ſimo. capit. tam literis. de teſtib. Ego verò ſuperio-
rem communem ſententiam, generaliter veram
crederem. 15. quæſtio. 3. cap. ex eo. §. teſtes. Inſtit.
de teſta.
d *d* VITA, & mores teſtis ſpectandi ſunt vt innocens,
integerrimæ vitæ ſit. 1. quæſtio. 7. cap. teſtes. Qui
verò moribus corruptus eſt, nuſquam admittitur:
ar. cap. non poteſt. 2. quæſtio. 7. Puta, infamis. cap.
teſtimonium de teſtibus.

IACOBVS BONIOVR.

4 TESTIVM † depoſitio conſtitui-
tur ex duobus, ſcilicet ex dicto
teſtis, & ex iuraméto. nec vnum
valet ſine altero: vt in cap. fra-
ternitatis infrà de teſti. & in l.
iuriſiurādi. C. de teſti. licet par-
tes poſsint renunciare iuramen-
to teſtium: ita quòd ſtetur eorum ſimplici verbo:
vt eſt caſus in c. tuis infra de teſt. & eſt gloſſ. 1. ff. de
fer. in l. 1. ſecus in iuramento calumniæ quòd per
expreſſam partium intentionem non poteſt remit-
ti: vt l. 2. §. quod obſeruari. C. de iur. cal. & eſt ra-
tio differentiæ: quòd iuramentum teſtis eſt indu-
ctum in fauorem partium vt teſtis dicat veritatem:
5 ideo ei partes poſſunt renunciare. † Iuramentum
autem calumniæ eſt introductum ad publicam vti-
litatem: vt in d. §. quod obſeruari. cuius vtilitati
publicæ, iuramento non poteſt renunciari: vt in l.
ius publicum. ff. de pac. & in ca. ſi diligenti. de fo.
comp. Et circa materiam iuramenti teſtium, veniūt
plura examinanda. poſtea examinabimus quæ op-
portuna viſa fuerint. Circa dictum teſtis quæro pri-
6 mò † qualiter debeat iurāmentum teſtis deferri, &
quæ ſit forma ſui iuramenti? reſpondeo ſecundum
Bald. quod debeat iurare in hac forma, Iuro dicere
veritatem pro vtraque parte in tota cauſa, ſuper qua
ſum productus. Ita dicit Bal. in l. presbyteri. C. de
epiſc. & cleric. & doct. addunt communiter, quod
etiam ſub iuramento comprehenditur quod nec
odio, nec amore, nec timore &c. poſtponat dicere
veritatem pro vtraq; parte: vt in auth. ſed iudex. C.
de epiſ. & cle. Et deferri iuramentum tactis ſcriptu.
a *a* vt glo. in l. iuriſiurandi ſupra allega.

ADDITIO.

a Tactis ſcripturis. *Idem no. quod dicit Bal. in repe. l. 2.
verſ. ſed nunquid. ff. de iureiur. Alexan. de Imo. in l. ait præ-
tor. §. fin. eo. tit. Feli. in c. fraternitatis poſt. Abb. ver. & ad-
uerte. de teſt. & in cap. tuis. verſic. extra de teſtib. etiam ſi eſ-
ſet epiſcopus. vt ibi per eos. Quod eſt verum, quando ſolem-
niter iuratur, puta, ex forma iuris, vel ſtatuti: tunc enim de-
bet teſtis iuſiurandum præſtare, tactis corporaliter euange-
lijs: neque ſufficeret tangere aliam ſcripturam. In alijs au-
tem introducit conſuetudo: vt ſufficiat tangere aliam ſcri-
pturam, vt per Alexan. in l. ait prætor. §. final. ff. de iureiur.
& gloſſ. in c. vt circa. in ver. corporali. de elect. libr. 6. Felin.
vbi ſuprà. & ſic concor. doc. quia Abb. in c. tuis. verſic. quæro.
extra gloſſ. de teſt. videtur tenere contrarium. & vide eun-
dem, in c. inhærentes, nume. 25. & quod ibi poſui in addit. ad
ipſum. in verſi. tactis ſcripturis. de iura. calum. no. Bart. Soci.
in ſuo tra. fal. reg. 416. Roma. conſil. 160. & do. meus Philip.
Dec. conſi. 91 Celſus.*

Vnd notarius qui examinat teſtes, debet ſcribe-
re, quòd iuramentum delatum fuit, tactis ſcriptu-
ris: & ſi in depoſitione teſtiū non eſt appoſitū, tactis
ſcripturis: ſed ſolum dicatur, ꝙ ſuo iuramento te-
ſtificando dixit &c. eius dictum non valet. Iſta eſt
glo. ſingu. in c. vt circa de elec. in 6. Eſt ratio quare
debet teſtis tangere ſcripturam in iurando: quia
ſcripturam tangere eſt ſolénitas extrinſeca, quæ nó
præſumitur niſi appareat: vt in l. quæcunque. §. ſi à
pupillo. ff. de publ. & l. ſciendū. ff. de verb. obl. Se-
cundò quæro, † vtrum iuramétum teſtis debeat in- 7
teruenire in depoſitionem. vel poſt? reſpondeo ꝙ
debet ante, vel incontinenti poſt: ſecundum Bal. in
l. iuriſiurandi. ſuprà allega. vnde ſi teſtis deponeret
& poſt modum ex interuallo iuraret, dicés, quòd ea
quæ dixi, ſunt vera. non valeret dictum ſuum: vt in
c. fraternitatis. *b* infrà de teſt. & in d. l. iuriſiurandi. b

ADDITIO.

b Fraternitatis. *Et ibidem vide Felin. in 2. no. & in c.
cum dilecta. de reſcript. & vt ibi dixi, practicatur hic Vene-
tijs in aliquibus officijs. & licet in cauſa cuiuſdam mei ami-
ci eſſet allegatum quòd ſic erat de conſuetudine: tamen fuit
obtentum contrarium.*

Quæro tertiò, † nunquid teſtis poſsit deponere 8
dictum ſuum in ſcriptis, præcedente iuramento: vt
quia teſtis iurat dicere veritaté, poſtea porrigit vnā
ſcripturam, & dicit, Dico ergo prout hic eſt ſcriptū:
c an dictum tale valeat? reſpondeo, ſecundum Bal. c
in d. l. iuriſiurandi. quòd non. quia debet deponere
viua voce: vt iudex videat quando deponat, & quo
calore &c. ſecundum Inno. in hoc c.

ADDITIO.

c Scriptum. *Et heri die. 8. Iulij. Mil. 5c6. cum hic Vene-
tijs eſſem in cauſa cuiuſdam mei amici examinatus, in libro
examinationis teſtium ſcribani dicti officij, mea manu depo-
nendo ſcripſi. et poſt ſcriptum, licet non requiſitus, volui corā
dicto ſcribano viua voce legere, nā dictus ſcribanus præcepit
me debere ſcribere, & recordatus de hac doctrina volui le-
giſſe: licet dictus ſcribanus aſſerebat ſic eſſe de conſuetudine
ſcribere ſine legere aliquā vim faciebat, vt legerem. Adde
quod iſte do. Bene. Va. erat motus bona ratione, dum volebat
legere ſuam depoſitionem: quia iſta eſt vna fallentia ad re-
gulam, per iſtum hic poſitam. ſ. quòd teſtis non poſsit in ſcri-
ptis deponere. & hanc limit. ponit Bal in l. iuriſiurandum. in
fi. ff. de epe. li. licet Sali. ibi tenuerit cōtra. de quo dixi in ad-
di. ad Bal. in l. iuriſiurandi. nu. 3. in apoſt. in verſ. Bart. ſentit
C. de teſti. & poſt Bar. in l. Theopompus. num. 7. in verſi. puto
quòd ſic. ff. de do prælég. Celſus.*

† Quæro quartò nunquid quælibet perſona poſ- 9
ſit trahi ad iudicium: vt iurare, & reddere teſtimo-
nium compellatur: reſpondeo quòd ſic regulariter.
Fallit

Fallit in perſonis vetitis: vt in l. lege Iul. ff. de teſt.
10 de quo latius dicam in materia depoſitionis. †Præ-
terea mulieres nó poſſunt trahi ad iudicium, vt iu-
rent & deponant dictum ſuum: imò ſi fuerint citatę
& veniant ad iurandũ & iurent: non valebit eorum
dictum: vt eſt caſus in c. mulieres. de iudi. lib. 6. de-
bet enim iudex mittere notarium ad ipſas, & earum
dictum cum iuramento accipere: vt in d. c. mulie-
res. & ſi iuraret mulier dicere veritatem in iudicio,
valeret dictum ſuum: quia tunc ſolum dictum mu
lieris eſt nullum, quando inuita trahitur ad iudi-
11 cium vt in d. cap. mulieres. in verbo. in vita. † Et
dicitur quis trahi in iudiciũ inuitus, quando cita-
tur. ſecundum Bart. in l. poſt legatum. §. his verò.
ff. de his quibus vt indign. pro qua facit ratio, quia
iudicium datur in inuitum: vt in l. inter ſtipulan-
tem. in §. ſi Stichum. ff. de verbor. obliga. Quintò
12 quæro. † Nunquid ad hoc vt valeat dictum teſtis,
d requiratur vt citetur. *d*

ADDITIO.

d Vt citetur. *Adde banc q per do. Abb. in c. in nomine do-
mini. verſi. extra glo. & verſi. videte, multa, vbi poſui in ad-
di. ad ipſum in verſic. citationem neceſſariam. & ibi Felin.
verſic. ſecundo caſu. de teſt. vbi concludit Abb. quod teſtis à
parte productus, quamuis non ſit citatus plenè tamen pro-
bat, maximè ſi in præſentia partis & iudicis deponat: quia
tunc ceſſat ſuſpicio. de quo per do. Bald. in l. poſt legatum. §.
his verò. ff. de his, quibus. vt indign. & eundem. in c. 1. de iudi-
ciis. do. Dec. in cap. cum dilecta. in gloſſ. in verſic. procuratri-
cem. verſ. vltim. Abb. de confirma. vtili. vel inutili. cap. con-
ſueuit. § primo. de offi. deleg. & de hoc not. Bal. in l. presbyte-
ri. nu. 9. & vbi poſui in apoſt. ad ipſum, in ver. nec citari. C. de
epiſ. & cler. Celſ.*

Plurimi imperiti dicunt, quòd requiritur quòd
ſit citatus: quia ſi teſtis non citatus de per ſe pro di-
cendo teſtimonium, reddit ſe ſuſpectum. vnde cum
ſe ingerat officio teſtimonij, dictum eius non vale-
bit: vt in l. quæ omnia. ff. de procur. quæ opin. eſt
omnino falſiſsima: imò etiam ſi non ſit citatus, di-
ctum eius valet: vt eſt gloſſ. ſing. in l. poſt legatum.
§. his vero. ſupra allega. hanc ſententiam tenet Bar.
ibidem. eandem ſecutus eſt Baldus in l. presbyteri.
C. de epiſ. & cleric. Vnde præfati doct. ſic diſtin-
guunt. Interdum perſona volens producere teſtem
requirit eum, & ipſum conducit ad iudicem, & di-
cit. Domine iudex ego produco hunc teſtem. tunc
valebit dictum talis teſtis, etiam ſi non ſit citatus:
quia ſpectat ad officium partis requirere teſtes: &
eſt ratio: quare valet dictum teſtis, etiam ſi non ſit
citatus: quia cum iudex deſert iuramentum, vide-
tur ipſum admonere, vt dicat veritatem. vnde ma-
iorem vim habet admonitio iudicis, quàm citatio
nuncij: vt in l. 2. C. quo. & quan. iu. vnde dicentes
contrarium, non intelligunt. Interdum teſtis ſine
requiſitione partis venit ad iudiciũ & offert ſe velle
deponere, dicens ſe ſcire veritatem, quia dicit, Do-
mine Iudex ego ſum pleniſsimè informatus, tunc
non valet: quia facit ſe ſuſpectum ingerendo ſe of-
ficio teſtimonij. In criminalibus vero poteſt iudex
producere teſtes, etiam parte non inſtante, ſecus in
ciuilibus: ſecundum Bal. qui ita no. in l. presbyteri.
ſupra allegat.
13 † Quæro ſextò, nunquid in iuramento teſtis, de-
beat citari pars aduerſa, vt interſit iuramento te-
ſtium? reſpondeo quod ſic aliâs dictum teſtis non
valet. vt eſt tex. in c. 2. ſuprà de teſt. & in l. iudices. C.
de fid. inſtr. & in l. generaliter. §. eiſdem. C. de reb.
cred. & in l. ſi quando. C. de teſt. imò plus ſi citata
eſt pars vt interſit iuramento teſtium. & cùm iura-
uerit teſtis, neutra pars ſit præſens: eo caſu non valet
dictum eius. glo. eſt ſing. in l. ſi quando de teſti. ſu-
per hoc dicit do. Raph. Ful. in l. prima. C. quom. &
quan. iudic. quòd in ciuitate Paduæ irritauit pro-
ceſſus, & mille dicta teſtium. Vnum attende, quod
ſi pars aduerſa eſt citata ad videndum iurare teſtes,
ſi non interfuit iuramento, ſed poſt modum pro-
bat ſe impeditum fuiſſe ex neceſſaria cauſa, ita quòd
non potuit venire: dictum teſtis non valebit: vt eſt
ad literam in cap. in nomine de teſti.
Quæro ſeptimò † nunquid teſtis iurans in termi- 14
no, ſi tamen non depoſuit dictum ſuum, poſsit de-
ponere extra terminum? Quidam dicunt quòd ſic,
& quòd valet dictum ſuum, quod eſt falſum, ta-
men verum eſt quòd Iaco. But. in quadam diſputa-
tione ſua tenebat iſtud per multas rationes poſſe fie-
ri: contrarium tenent Ioan. Andr. & Archi. in cap.
pia. de exceptio. lib. 6. eandem ſententiam tenet Bar.
in l. damni infecti. in §. Sabini. ff. de damn. infect.
quam ſententiam ſecutus eſt Bal. in l. ſi quando. C.
de teſtib. niſi in vno caſu. Nam ſi ſtetit per iudicem,
quominus teſtes non examinarentur in termino,
poſſent deponere extra. *e* e

ADDITIO.

Extra. *Sed quid ſi ſtatuitur terminus ad probandum,* e
*& producendum teſtes: & poſt terminum iudex admittat
eos, an videatur pronunciare tacitè et reuocare præfixionem
termini? vide d. Alexan. de Imo. in conſ. 37. 4. parte. & adde
Feli. in d. c. licet. ver. limita. 16 ſupra. eo. tit. B. Vadus.*

Ita limitat Bar. & Bal. in locis præalleg. Iſtã ſen-
tentiam tenuit Anto. de Butr. in vno caſu. & Ioa. de
Imo. in c. licet cauſam. ſupra eod. Si autem datus eſ-
ſet terminus parti ad probandum, & ad probatum
habendum: vt probet & probaſſe debeat: tunc in
omnes oportet quod probet in termino & deponat.
Quæro octauò † nunquid teſtes poſſent iurare in 15
die feriato? *f* Reſpondeo quòd non. Sed bene de- f
ponere poſſent in die feriato ob honorem Dei, ſi iu-
rauit in die iuridica. Iſta eſt glo. ſingu. in cle. iudi-
ces. de officio delega.

ADDITIO.

Die feriato. *Quare eſt actus iudiciarius, qui non poteſt* f
*exerceri die feriato, ſaltem in honorem Dei, vel ſanctorum
introducto. vt per do. Feli remiſsiuè, in c. ſi diligenti. in verſ.
quartum corolarium. de foro compet. Aduerte tamen: quia
vbi talis eſſet abiturus, vel per partem ſubtracturus, aut iuriſ-
dictio iudicis eſſet peritura, poſſet iuſiurandum præſtare per
teſtem: vt not. in fin. Paul. de Caſtr. in l. eadem. ff. de fer. &
Spe. in eodem titu. §. ſequitur. verſ. penul. & ibi Ioan. And. in
addit. ad eum. & Bar. in l. more. ff. de fer. Celſus.*

Quæro nonò, † nunquid teſtis poteſt iurare in a- 16
lio loco, quàm in iudicio? Reſpondeo quod non:
nec valet poſtea dictum: vt eſt caſus in l. 3. in glo. in
§. Sabino. ff. de teſta. & eſt ratio. nam bonum eſt ar-
gumentum de loco ad tempus & econtra: vt in l. vi-
num. ff. ſi certum pet. Sed non valet dictum teſtis ſi
ſit iuramentum delatum die non iuridico: vt dixi
ſupra proxim. q. ergo &c.
Quæro decimò, † nunquid index poſsit dele- 17

gare iuramentum deferendum teſti, nomini ſuo? f
Reſpondeo quòd non. Vnde ſi notarius de manda-
to iudicis deferat iuramentum teſti, non valet di-
ctum ſuum: vt eſt glo. ſing. in l. hac conſultiſsima.
§. fi. C. de teſta. & illud idem tenet Ang. multũ com
mendans illas gloſſ. Fateor tamen quod ſi notarius
deſerat iuramentum præſente iudice, ꝙ tunc vale-
bit dictum: quia tunc videtur iudex deſerre, cum ſit
præſens. Ita dicit Bal. in l. iudicamus. in §. deſerre.
ff. de in lit. iura. Eſt illud tamen moderãdum quod
dixi, ꝙ Iudex non poteſt delegare iuramentum te-
ſtis notario: niſi in caſibus, in quibus mittitur nota-
rius ad domum teſtis ad examinãdum: veluti ſi ſint
perſonæ egregiæ, vel infirmæ. vt in l. ad ègregias. ff.
de iureiu. & in c. fi. inſra de teſtib. Et in mulieribus
quæ non debent trahi inuitæ ad iudicium: vt in c.
mulieres. de iud. lib. 6. nam in hoc caſu, delegat iu-
ramentum notario: vt videmus de conſuetudine.

18 Quæro vndecimò, de examinatione teſtium, †
vtrum partes debeant eſſe præſentes examinationi
ipſorum? Et breuiter reſpon. quòd non. imo debẽt
in ſecreto examinari: vt in l. nullum. C. de teſti. &
ibi eſt caſus. imo ſi iudex palam examinaret teſtem,
non valet eius dictum. Ita dicit gloſſ. ſing. in c. quia
propter, de elect. tamen in iſtis ſummarijs, qui ſunt
modici præiudicij, poſſunt palam examinari par-
tibus præſentibus: nec tunc requiritur alia publica-
tio: ſecundum Bal. qui ita not. in l. prolatam. C. de
ſent. & & interlo. om. iud.

19 Quæro duodecimò, † nunquid iudex poſsit com
g mittere examinationem teſtium, g videtur commu-
nis opi. doct. quod ſic in ciuili.

ADDITIO.

g Teſtium. *pro quo vide Fel. in c. cum cauſam. de teſtib.*
In criminali autem non: vt in l. iudices. cum au-
then. ibi poſita. C. de fid. inſtru. quæ incip. Apud
eloquentiſsimum tamen ex cauſa: ſecundum Iaco.
de Are. & Nico. de Mata. poterit etiam in criminali
cauſa alteri committi examinatio teſtium, puta, ſi
teſtes degant in alia iuriſdictione. puta: quia ſcribit
iudex iudici loci teſtium, quatenus examinat tales
teſtes: tamen melius foret quòd iudex iudici mittat
literas quòd mittat tales teſtes ad ipſum, & admo-
neret, vt coram eo dicerent veritatem: ac eis præ-
ſtiterit iuramentum de veritate dicenda coram iu-
dice iudicis examinatoris: qui iudex debet videre
teſtes, quo calore deponunt: vt in l. de minore. §.
tormenta. ff. de quæſtio. & ibi per Bar. & idem tenet
Innoc. veruntamen examinator electus ad exami-
nandum teſtes, non poterit alteri delegare: quia eſt
electa induſtria perſonæ, à qua non eſt recedendũ:
vt in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duo. re. & in l. in-
ter artifices. ff. de ſolu. & in l. is cui bonis. ff. de cur.
fur. & in l. vnica. §. ne autẽ. C. de cad. tol. & ibi plenè
per Bald. tamen quia iſte examinator habet nudum
miniſterium, & ideo non poteſt per alterum expli-
care: vt ſupra de off. dele. c. fin. ita determinat gloſſ.
ſing. in cle. iudices. de offi. deleg. Item & ſecundo:
ſecundum doct. iudex poteſt delegare examina-
tiones teſtium, in cauſa criminali, propter multitu-
dinem occupationũ: vt in l. 1. §. huius rei. ff. de offi.
eius cui manda. eſt iuriſdict.

20 Quærò tertiodecimò, † nunquid valeat dictum
h teſtis, ſi non reddat rationem dicti ſui. h

ADDITIO.

Sui. *Vide tu Felin. in cap. literis. de præſum. in ver. con-* h
*tra tenet. & d. Alexan. de Imol. in conſi. 136. in 1. parte. & in
conſi. 141. in ea parte. & in conſi. 72. in 1. parte. & in conſil.
85. in 2. par. & in conſil. 25. in 4. par. & in conſi. 3. in 4. par-
te. vbi quid in actu particulari, ſeu vniuerſali. quibus adde
Bart. in l. ſolam num. 2. & ibi poſui in apoſt. ad ipſum in ver.
ſed in his. vbi dixi in apo. ad Bal. num. 1. in verſic. quando eſt
interrogatus. C. de teſti. d. meum Iaſ. May. in l. cum hi. §.
vult igitur. ff. de tranſact. d. meum Phil. Deci. conſil. 72.
volu. 2. & quod no. Bar. Soz. i. in ſuo. tract. fallen. reg. 401. &
ſequitur Cel.*

Innoc. in c. cum cauſam. de teſti. quem ſequitur
Bald. & alij doct. in l. ſolum. C. de teſtib. dicit, aut
teſtis deponit ſuper his quę poſſunt percipi ex quin-
que corporeis ſenſibus, vel vno eorum: tunc valet
dictum teſtis, etiam ſi nõ reddat rationem ſui dicti,
ſi non interrogatur: ſed ſi interrogatur & non red-
dat, non valet dictum ſuum: verbi gratia dicit teſtis
quod Titius mutuauit 10. Seio. valet dictum ſuum,
ſi non interrogaretur vlterius: ſed ſi interrogatur
quomodo ſcis. & non reſpondit, vel nullam ratio-
nem concludentem reddat: nõ valet dictum ſuum.
Si autem teſtis interrogatur de his quæ immediatè
non percipiuntur per ſenſum corporis, & tunc non
valet dictum teſtis ſi nõ reddat rationem dicti ſui:
etiam non interrogatus. Exemplum de dominio,
negligẽtia, deterioratione rei, & iuriſdictione pro-
banda. Ecce de dominio teſtis interrogatur, Ego ta-
lem vidi dominum talis rei, vel dominus eſt talis
rei certè tale teſtimonium non valet: quia dominiũ
conſiſtit in iure, & teſtis nõ debet deponere de iure,
ſed de facto. vnde hoc caſu videtur magis iudicare
quod ſpectat ad iudicem, quàm dictum ſuum de-
ponere: vnde neceſſe eſt, quod teſtis proueniat ad
cauſam dominij, ex quibus arguitur dominiũ. Ver-
bi gratia, quod dicat, Ego ſcio, ꝙ eſt dominus talis
veſtimenti, quia emit lanam, & de ea fecit veſtimen
tum, & ſic de ſimilibus. Idem ſi in negligentia pro-
banda, nam ſi dicat teſtis, Talis fuit negligens, vel
tale veſtimentum fuit deſtructũ propter negligen-
tiam Titij. dictum ſuum non valet, niſi addat ratio-
nem, quæ ſit concludens etiam non interrogatus:
Ita determinat Bart. de teſt. ſuper negligentia. in l.
qui teſtamẽtum §. fi. ff. de teſta. & in l. ſolum. C. de
teſt. Idem deterioratione rei, † nam dictum teſtis ſu- 21
per deterioratione nõ valet: niſi eſſet certus. & opor
tet quod deponat de duobus temporibus, ſi velit
deponere ſuper deterioratione rei. nam debet depo-
nere de valore, tempore quo quis commodauit e-
quum: deinde de valore reſpectu tẽporis, quo fuit
redditus. ecce dicit teſtis, Equus quem accommo-
dauit Titius Seio tempore commodati valebat. 10.
& erat equus pinguis, & ſanus: tempore autem quo
reſtituitur ſibi equus, non valebat niſi ſex, & erat
macer & claudus &c. Et qualiter probatur valor
rei, dicemus in ſequentibus. i i

ADDITIO.

Sequentibus. *Num. 92. verſi. qualiter probetur valor* i
*rei. & ibi poſui, in addi. ad ipſum in verſ. valor rei infra eod.
B. Vadus.*

† Similiter in iuriſdictione probanda, teſtis de- 22
bet deponere, vt ſupra. verbi gratia, dicit teſtis, Ego
ſcio quòd poteſtas Cremonæ habet iuriſdictionem
in

in tali territorio. non valet dictum iſtud: ſed oportet quòd vlterius reddat rationem, & dicat. Vidi per dictum poteſtatem vnum de tali terra ibi ſuſpendi &c. Et generaliter cóclude, quòd in his quæ immediatè repræſentantur intellectui per ſenſum corporis. valet dictum teſtis: etiam ſi non reddat rationem dicti ſui, & etiam ſi non interrogetur. In his autem quæ immediatè non repræſentantur intellectui, per ſenſum corporis, ſuper eo ſuper quo deponunt, niſi adiectis alijs qualitatibus & circunſtantijs: non valet dictum teſtis, niſi reddat rationé dicti ſui, etiam non interrogatus. Ecce exemplum in dominio. Teſtis dicit, ꝙ talis eſt dominus talis rei, & ſcio, quia vidi certè per teſtium ſenſum corporis: pro iſtis verbis non repræſentatur intellectui, ꝙ ſit dominns: quia dominium videri non poteſt. vnde ſi teſtis vlterius procedat, & dicit ſcio: quia eſt dominus: quia poſſedit per 30 annos. per hæc verba túc repręſentatur intellectui iudicis quòd ſit dominus.

23 Eſt tamen ſingulariter intelligendum, † quòd vbi dicit quod valet dictum teſtis etiam ſi non reddat rationem ſui dicti: quia non interrogatur ſi alij teſtes ſuper eodem deponentes contra deponant, & reddant rationem ſui dicti: iſti teſtes præferuntur,

k k quia reddnnt rationem ſui dicti.

ADDITIO.

k Præferuntur. *Tu vide de hoc plenè & omnino per Ant. Corſe. ſing. ſuo in verſ. teſtis. quod luci. ſi duo teſtes. vbi alle. Iaco. But. & Bal in locu hic alleg. Celſ.*

Iſtud eſt dictum Iaco. But. & Bal. in l. presbyteri. C. de epi. & cle. eſt etiam aduertendum, quod vbi dictum teſtis continet in ſe rationem non eſt vlterius teſtis inueſtigandus de aliqua ratione. Exemplum, Teſtis producitur ſuper mutuo, & dicit, Ego ſcio iſtud ſolummodo videlicet. quod ego vidi Titium mutuare cétum Seio tali die, & tali loco, Iſtud eſt dictum Inno. in c. cauſam infra de teſti. & ſequitur Bal. in l. data. C. qui accuſa. non poſſ.

Præterea eſt ſciendum, quod teſtis qui deponit,

l per verbum credo. l

ADDITIO.

l Credo. *Tu vide ad propoſitum eorum quæ hic dicuntur iſtum ſupra eod. §. confeſſiones. nume. 26. verſic. item non eſt prætermittendum. & quod ibi poſui in addit. ad ipſum. in verſic. firmiter. de his quæ plenè per do. Pan. in cap. firmiter. in addi. cap firmiter credit, & maximè moder. circa fin. de Summ. Trini. & fide catho. & per Bartol. Sozi. in regula 429. Cel.*

Deinde ſubiungit rationem concludentem, probat vnde ſi teſtis interrogatus ſuper mutuo dixit, Credo quod mutuauit: interrogatus quomodo ſcit. Reſpondit, Eram præſens. dictum ſuum valet. Ita tenet Bal. in l. data. ſupra alleg. & in l. conuenticulam. C. de epi. & cle. & ideo ſit cautus examinator teſtium, cum videt teſtem prodnctum per partem aduerſam: interroget per collegam ſuum examinatorem ſi teſtis deponat per verbum credo: quòd ſi examinator contra quem producuntur teſtes dicat, non curo, quòd fiat alind interrogamentum ſibi: quia ſatis bene deponit. nam teſtimonium de credulitate, regulariter nó valet. in l. teſtinm. C. de teſti. niſi tale dictum ſuſtineatur per concludentem rationé: vt ſupra dixi & regulariter debet attédere rationem dicti teſtis, nó dictum: vnde ſi dictum non concludit, & ratio ſic, valet dictum ſuum: vt in exemplo præmiſſo. Sed contra non valet exemplum, ſi dicat teſtis, verum eſt quòd Titius mutuauit 10. Seio. interrogatus quomodo ſcit? reſpondit quòd audiuit: dictum ſuum nó valet. Iſta ſunt verba ſing. Bal. in l. conuenticulam. C. de epi. & cle.

Aduertendnm eſt, † quòd dictú teſtis debet concludere m neceſſario: vt in l. nó hoc. C. vnde cogn. 24 m

ADDITIO.

m Concludere. *Addo do. Alex. de Imo. in conſil. 51. in 1. parte. & conſ. 109. in eadem parte. & qualiter debeat de neceſſitate concludere? vide per eum, in conſ. 72. in 1. parte. & in conſ. c. in ea. parte. Celſus.*

Quod intelligitur. Secundum Bart. neceſſario, vel præſumptiuè, vel ex præſumptione iuris. Ita no. in l. 1. ff. ſi certum pet. nam ſi producãtnr teſtes ſuper paupertate vel diuitijs, & talem eſſe pauperem, vel diuité: & teſtis interrogatus de ratione: reſpondit hoc ſe ſcire, quia ſumus vicini: valet dictú ſuum quod concludit præſumptiuè, ex iuris præſumptione: ſecundum Bart. vbi ſupra. Item Bald. in l. 2. C. quando fin. vel priua. Idem quoque tenet Angel. in authen. de hære. & fal. col. 1. † Præſumitur enim vicinus ſcire facta vicini ſui, n & eius conditionem: vt in l. ſi vicinus. C. de nup. & l. filium. ff. qui ſunt ſui, vel alie. iur. 25 n

ADDITIO.

n Vicini ſui. *Adde tamen quòd non habitantes, & parum conuerſantes, non arguunt in loco ſcientiam habuiſſe: ſecundum do. Bart. Roma. in conſ. 187. incip. in controuerſia. verſ. ſecunda via eſt circa me. 2. parte.*

Et ſi dicatur teſtis deponere de his, quæ percepit per ſenſum corporis: vt in l. teſtimoniú. C. de teſt. & in l. qui teſtamento. §. fi. ff. de teſt. In propoſito autem nó deponunt per ſenſum corporis. Reſpon. quòd ſatis eſt, ꝙ teſtis deponat tale quid, per quod peruenitur ad ſenſum corporis, ex præſumptionibus iuris: ita dicit Bart. in l. 1. ff. ſi cer. pet. modo ſic eſt quòd ſi teſtis reddat rationem ſui dicti in hunc modum: videlicet ſum vicinus. o o

ADDITIO.

o Sum vicinns. *Adde Felin. in c. literis. infra de præſum. & do. Alexan. de Imol. in conſil. 51. in 1. parte. de quo vide Bar. in l. 1. nu. 12. & quod ibi poſui, in apoſt. ad ipſum. in ver. quia ſum vicinus. ff. ſi cert. pet. not. aui poſt Bal. in addi. ad ipſum in l. diuerſorum. nu. fin. in apoſt. in ver. qui ſunt vicini. C. de emanci. 51. & melius in l. data opera. nume. 22. ver. quid ſi dixit, ſcio quia ſum vicinus. C. qui ac. non poſſunt. Celſus.*

Item præſumitur iſtum vicinum ſcire debere factum ſui vicini, vel conditionem per ſenſum corporis: videlicet per ſenſum viſus, & per conuerſationem. Vlterius eſt aduertendum ex parte teſtis producti, ne ipſi ſint ſingulares: † quia teſtes ſingulares, nullam faciunt fidem p in l. iureiuran. C. de teſt. & in c. cauſam ſupra de teſt. 26 p

ADDITIO.

p Fidem. *An teſtes ſingulariter deponentes probent, vide d. Alexa. de Imo. in conſil. 168. in 2. parte. vbi ponit quomodo probetur conſuetudo. & vide eum in conſilio 172. per totum. 2. part. vbi ponit quando debet probari aliquid, an ſufficiat probare in genere vel in ſpecie: puta Titium fore vſurarium, & ſimilia, & etiam ibi ponit, quid ſi tempus eſt de ſubſtantia, & an ſufficiant ad probandum quem poſſediſſe: vide per eum in d. conſilio 272. & vide eum in conſilio 198. per totum.*

totum. in 2. parte. & in quibus caſibus admittantur teſtes ſingul.tres? vide per eum. in conſil. 85. in 2. parte. & in conſil. 86. & in conſi 94. & in conſi. 95. in ea. 2. par. in conſil. 116. ea. parte. & in conſil. 3 in 4. parte. & in conſ. 10. & in conſi. 11. & in conſi. 19. & in conſi. 20. conſi. 21. & in conſi. 60. & in conſi. 66. & in conſil. 73. in ea. parte. & in conſil. 3. 3 parte. & in conſil. 118. in 1. parte. & in conſi. 141. ea. par. & in conſil. 100. ea. 1. part. & in conſi. 53. in 1. parte, vbi quomodo teſtes poſſunt dici ſingulares, & Felin. in cap. licet in verſ. no. 7. infra de teſti. & plenius in c. licet ex quadam. ver. vlt. eſt ſciẽdum. eod. lib. B. Vadus.

Nec etiam ſemiplenam ſaciunt probationem, nec poſſunt referre iuramentum probationis ei qui habet teſtes ſingulares: iſtud eſt dictum ſingulare Bal. in l. de quibus. ff. de legibus. Sit ergo cautus volens producere teſtes, vt eos antequam producat in iudicium, cum eis loquatur: & ſi viderit illos in ſuo ſermone ſingulares: non producat niſi vnum, quia tunc vnus ſolus teſtis facit ſemiplenam probationem: vt in c. fi. de ſuc. ab inte. & vult glo. in l. admonendi. ff. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. de re. cre. & poterit in ſupplementum deferri iuramentum, quod non poſſet, ſi eſſent producti plures & ſingulares, vt ſup. Nec miremini in eo quod dico partem debere alloqui teſtes ante, quàm eos producat: quia hoc eſt permiſſum volenti producere teſtem: vt eum inſtruat ad deponendum dictum ſuum, & deponant id, vt congrua ratione ita concludet dictum ſuum, non autem permiſſum vt inſtruat eos: vt ſic dicant. iſta eſt no. doct. Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. Et generaliter, vt ſcias, quis dicatur teſtis ſing. dcite quòd quicunque dicta teſtium ex diuerſitate factorum ſeparationem recipiunt, iſti teſtes dicuntur ſingulares. Ita dicit Bal. ſingul. in l. 1. C. ſi vnus ex pluribus. & fuit originaliter dictum Bal. in l. 3. §. ſi dubitetur. ff. quemadmo. teſt. ape. & melior text. quàm ſit alibi eſt, in d. l. 3. C. ſi vnus ex pluribus. qui teſtes poſſunt redargui ſingulares in caſibus 10. ſcilicet ratione præſentis ſubſtantiæ, qualitatis, quantitatis, & ſic de alijs ſingulis. Exemplum in præſenti ſubſtantia, Vnus teſtis dicit quòd mutuauit 10. Titio, alius dicit quòd mutuauit procuratori, Seij Exemplum in præſenti qualitate, vnus teſtis dicit quòd vendidit Seio 10. brentas vini albi, alius dicit quòd Titius vendidit 10. brentas vini rubei. Exemplum ratione quantitatis, vnus teſtis dicit, quòd Titius mutuauit 10. florenos, alius dicit ꝙ mutuatur 30. flor. Seio. Exemplum in præſenti loco, quia vnus teſtis dicit quod præſens mutuauit in terra Creniæ. Alius dicit imo in terra Laudæ. & ſic de ſingul. exemplum in præſenti tempore quando vnus teſtis dicit, quia mutuauit 10. Seio de menſe Maij. alius dicit, quod fuit de menſe Septembris. Iſti teſtes dicuntur ſingulares, & non probant. & ſic poteſt per alia præſentia diſcurri: & iſta eſt doctri. Bal. in d. l. de quib. ff. de legib. & in d. l. iureiuran. C. de teſti. Aduerte tamen quòd ſi teſtes non concordant in cauſis ſcientiæ, non tamen ſunt ſingulares, ſi purè concordant in dicto. Ecce vnus teſtis dicit ꝙ Titius poſſedit talem fundum per 10. ann. interrogatus quomodo ſcit: reſpõdit quòd vidit eum percipere de ſructibus fœni & vini. alius dicit Titiũ poſſediſſe per 10. annos. Et interrogatus quomodo ſcit: reſpondet: quia vidit ei reſpondere per colonos ſructus. Bald. Similiter vnus teſtis dicit. quòd tale caſtrum habet merũ imperium. Interrogatus, quomodo ſcit: reſpondet, quod vidit dictum officialem iſtius loci vnum in eo loco decapitare. alius dicit, quòd ſcit: quia vidit vnum ſuſpendere. Iſtud eſt notabile dictum Inn. in c. qualiter, & quando el. 2. infrà de accu. dicunt enim teſtes deponere ad eiuſdẽ rei finem per diuerſa verba, ſecundum Ol. de quo eſt tex. in l. ſententiam. C. de pœn. Vnde teſtes qui deponunt per eadem verba, prȩſumũtur ſubornati. q vt in l. 3. §. fi. ff. de teſtibus. q

ADDITIO.

Subornati. *Vide do. Bart. Socin in conſil. 252. incip. in* q *cauſa domi. Ioan. ver. capio primum ibi. quin imo. in 2. parte. B. Vadus.*

Circa iſtam teſtium ſingularitatem vnum notabile verbum nõ eſt omittendum, quod ſi teſtes poſſunt adunari ex congrua verborum interpretatione nunquam ſunt ſingulares imo præſumuntur concordes ſecus ſi aliqua extrinſeca fieret ſuppletio pro concordando dictos teſtes: quia hæc fieri non poſſunt. ita tenet ſing. Bald. in l. de quibus. ff. de legi. Et pro hoc habes differentiam notabilem, vtrum teſtes reducantur ad concordiam quando ſunt contrarij, an quando ſunt diuerſi. Et dicuntur diuerſi, quòd priori caſu nullam faciunt fidem, ſed euitant periurium. vt in cap. cum tu. infrà de teſti. poſteriori verò caſu faciunt plenam probationem: ſecundum quod ſentit Bald. vbi ſupra. Scire debetis tamen: quia qnilibet teſtis eſt ſingularis, in cauſa proxima & immediata ſui dicti. hoc modo: quia quilibet teſtis qui deponit aliqua acta puta, quòd Titius mutuauit decem Seio. interrogatus vnus teſtis quomodo ſcit, Reſpondit, quòd vidi: alius interrogatus etiam reſpõdit, quia vidi. ecce quod quilibet teſtis eſt ſingularis in cauſa proxima & immediata dicti ſui. & quilibet teſtis certificat de proprio viſu, non de viſu con ſocij ſui: & tamen ſingularitas talis nõ habet vitiare dictum teſtis: vt heri dixi plenè, & hæc procedunt, ſi teſtis deponit ſuper affirmatiua. Idem ſi deponit ſuper negatiua. Ecce pars vult probare inſtrumentum de falſo, & producit teſtes deſcriptos in inſtrumento: & interrogati de contentis in inſtrumento de quibus teſtis dicit ſe nunquam interfuiſſe tali actui: certè inſtrumentum eſt reprobatum: r licet vnus teſtis non atteſtetur de abſentia alterius. Iſta eſt notabilis doctrina Bar. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmodum teſtamen. aperiantur. r

ADDITIO.

Reprobatum. *Sed ſi teſtes dicant. Notarius errauit? quia non audiuimus hac verba, ſed quadam alia, de quibus non recordamur: probant negatiuam, ſed non affirmatiuam: quid actum fuerit ſatis eſt quod teſtes dicant rem non ita geſtam prout cantat inſtrumentum, licet ignorent qualiter res fuerit geſta. ſecundum do. Barto. Soz. in. in conſ. 171. incip. ſui profectò. verſi. confirmo hoc. circa me. in 2. parte quod no. quia eſt ſingulare. de quo vide per eum etiam in conſilio 213. inci. in præſenti. verſi. circa aliud dubium. ea. parte. vide per eundem in ſuo tract. fallen. 420. Bald. conſil. 384. volu. 3. omnino conſil. 385. volu. 5. cap. cum cauſam. ad ver. ſi autem teſtis examinatus. & ibi Pan. in fin. de teſti. idem tenet Abb. in cap. audientiam. nume. 7. vbi poſuit in addi. ad ipſum in verſi. credendum ſit. de præſcript. diſtin. dicit* r

quòd

quòd in cauſa ciuili, credatur notario, niſi ſit multum ſuſpectus, vt teſtis nobilis perſona: in criminali verò teſti vbi per Fel. ver. ad illud quod tangit Abb. & ita tenui in addi. Colec. in cap. ſi qui teſtium num. 4. in apoſti.in verbo. teſtis negat ſe ita depoſuiſſe. eod. tit. de teſti. Idem notaui in addi. ad Bart. poſt eundem, in l. in exercendis. nu. 7 verſ. quæro an debeat credi teſti. in apoſtil. in verſi. quod ſit reſcriptũ. C. de fide inſtrument. Celſus.

27 Quæro † iuxta præmiſſa de vna quæſtione, Interrogatur teſtis ſuper numeratione. deponit pecuniam fuiſſe numeratam in pręſentia ipſius teſtis: interrogatus, quibus præſentibus, reſpondet, ipſo Ioanne & Martino &c. poſteà interrogantur Ioannes & Martinus, an iſti viderint numerare dictam pecuniam? & videtur quod non, quia ipſi de quibus teſtificatus eſt ipſe, teſtis dicunt ſe non vidiſſe numerare: ergo ſi non videtur dictam pecuniam numerare, non erant præſentes. In contrarium tamen determinat Ioannes Andreæ. videlicèt, quòd tale teſtimonium valeat, & teneat. ſtant iſta ſimul, quòd quis fuerat præſens, & tamen non viderit numerare. ſortè diuerterat animum ad alia, vel loquebatur cum alio. eandem ſententiam tenet Bar. in leg. 1. ff. de autoritate tutorum. Sed quid in præmiſſo caſu, & teſtis in interrogatione dicit, quòd pecunia fuit enumerata præſente Ioann. & Mart. interrogati, dicunt ſe non fuiſſe præſentes. Bal. in l. iuriſiur. C. de teſti. format hanc q. & ſæpè accidit, maximè in cauſis criminalibus dicit quod ſi tale eſt quid, quod poſſit adaptare præſentiæ corporis & mentali: nunc valebit dictum teſtis primi: quia, vt ſuprà dictum eſt, teſtem dicentem falſum, debere puniri de falſo: limitat Ange. verum, in auth. de teſti. ſi teſtis dicat falſum per malitiam, vel ſit ſibi contrarius per aſtutiam & doloſitatem: vbi autem teſtis deponit falſum per errorem vel caſum fortuitum? tunc non poteſt puniri: & eſt ratio; quia ad hoc vt quis dicatur committere falſum, requiritur dolus, aliàs non dicitur committere falſum vt poſſit puniri. caſus eſt in l. nec exemplum. C. de fal. Dolum ſi qui de interuenire in delicti oportere reſponſum eſt vſque adeo, vt etiam homicida culpoſus citra dolum plecti non debeat. Cogita propter l. 1. ff. de ll. Item habemus, quòd quis non poteſt puniri de falſo, dato quo quis etiam falſum commiſiſſet doloſè: ſi ex falſitate nemo læ-
f ditur. f gloſſ. eſt ſing. in l. damus. C. de fal. quam ibi ſequitur Bal. ea notando.

ADDITIO.

f Læditur. *Adde quid è conuerſo, ſcilicet ſi aquilia patiatur damnum corporis, aut bonorum? Et vide plenè text. egregium, in l. 1. poſt prin. ibi, quia vel falſum. & quod ibi poſui in addi. ad dictum text. in apo ff. ad leg. Corn. de fica. quem ad hoc propoſitum alle. Corſe ſing. ſuo. in ver. teſtis. inci. falſus teſtis in cauſa homicidij. Cel.*

Plus dixit Specu. in tit. de notorio crimine. in §. decem. ver. ſi. quod ſi teſtis interrogatur, vtrum inimicus percuſſit Seium? & reſpondet ſe neſcire: ſi poſtmodum in articulo de voce & ſama, reſpondeat contenta in articulo eſſe vera, quod in hoc te-
g ſtis non eſt ſibi contrarius, cum illud poſſit eſſe. g videlicet quòd neſciat veritatem illius percuſſionis, & tamen ſciat ſamam eſſe, de hoc cum fortè ſama ſit de falſo. Idem tenet Bar. in l. de minore. ff. quæſtio.

ADDITIO.

Eſſe. *Adde d. Panor. in cap. cum cauſam. verſi ſed circa prædicta. & ibi in addi. dixi: ibi etiam per Fel. in prin. de teſt. & vtrum iſta depoſitio referatur ad omnes articulos an vero ad iſtos tantum, de quibus poſuit: ibi per eos, qui concludunt quòd ad omnes. Idem tenuit Bar. in. l. de minore. § ſi tormenta. ver. quæro quid ſi teſtis quem hic alleg. Lanfr. ff. de quæſtion. Celſus.* g

Quæro conſequenter, † quot teſtes requiruntur ad quemcunque actum probandum? Breuiter reſpondeo: quòd regula eſt, quòd duo ſufficiunt, vt in l. vbi numerus. ff. de teſtib. & in c. omnium negotio, infra de teſtib. fallit vbi expreſsè requiritur in iure certus numerus requiſitus in actu aliquo, veluti eſt in teſtamento, vbi ſeptem requiruntur. l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. ſac. poſ. vt etiam in codicillis, & in donatione cauſa mortis quinque. l. ſi. C. de codi. & ſic de ſingulis: quod videri licet per diſcurſum longum. Et ſic cum duo teſtes faciunt plenam probationem, vnus facit ſemiplenam: vt no. in l. admonendi. ff. de iureiur. & no. gloſſ. in l. in bonæfidei. C. de re. cre. & idem ſi cauſa ſit criminalis ſecundum præſatos Doc. & eſt communis ſententia. † Cauſa autem magna dicitur, ſecundum qualitatem facti, & conditionem perſonæ: vna cã erit magna inter duos pauperes, quę tamen cenſetur parua inter duos diuites, ſecundum Cy. in d. l. in bonæfidei. & Ang. in l. ſed ſi ſuſceperit. eo. ti. in §. liberti. & glo. de iudi. quod iuramentum defertur ſcienti melius veritatẽ: & ſi vterq; tam actor quàm reus pariter ſcient veritatẽ, defertur legaliori & honeſtiori cæteris paribus, defertur actori, qui ſe intro duxit ſemiplenam probationem: ſecundum Doc. in locis præal. vbi autem per actorem nõ eſſet introducta ſemiplena probatio, ſed ſola ſuſpecta eſſet pro eo, contra reum: tunc ad tale iuramentum non deuenitur, ſed defertur iuramentũ reo ad ſui purgationem: & ita intelligitur tex. in c. ſi. de iureiu. & eſt tex. in l. ſi. in §. licentia. C. de iu. deli. cum alijs multis iuribus. Attendite tamen quòd de natura actus pro cuius forma certus numerus teſtium requiritur veluti in teſtamento. in quo pro eius forma requiruntur ſeptem teſtes rogati etiam ſi interuenerint pauciores: puta, ſex: ita ꝙ non deficit, niſi vnus non poteſt deſerri in ſupplementum iuramentum. ita dicit ſing. Bal. in l. 2. C. de bo po. ſecundum tab. & eſt ratio, quia cum certus numerus pro forma habeatur, ſi deficiat vnus teſtis, non eſt numerus determinatus: & ſic vitiata eſt forma. Item in caſu præmiſſo, videlicet, in teſtamẽto, & in ſimilibus, teſtes debent rogari à partibus: vnde iurans in ſupplemẽtum, non poteſt rogare ſeipſum, cum idem ſit teſtis, & eadem ſit pars. Ideo tale iuramentum, in ſupplementum probationis non poteſt deferri, quo ad legitimationem perſonę. Ita dicit ſing. Ang. in l. non ſolum. §. qui alieno ff. de procur. vnde ſi ego dico me procuratorem Titij, & hoc probo per vnum teſtem: non poterit mihi deſerri iuramentum in ſupplementum. quod eſt menti tenendum. Aduertat tamen iudex, ne tale iuramentum deſerat ſi non eſt

28 and 29 stand in the right margin beside "Quæro conſequenter" and "qualitatem facti" respectively.

ADDITIO.

y Parentes: *Vide Felynum. in ca. ſuper de teſt. in ſi. vbi etiam quid de filio ſpirituali. B. Vadus.*

Hæc tamen perſonæ compelluntur teſtificari, ſi aliter veritas haberi non poſſit, ſecundum Guli. de Suza. in d. l. Iulia. ſecundum Ant. de But. & Io. de Imo. in d. ca. dilectorum. Ratio eſt, ne veritas occultetur: quæ occultatio inducit peccatum mortale. Et no. quòd inter iſtas perſonas priuilegiatas, ſunt etiam clerici: quia non poſſunt compelli teſtificari, nec coram iudice ſeculari, nec coram iudice eccleſiaſtico: oiſi veritas aliâs haberi non poſſit. gloſſ. eſt in ca. ſuper eo. de teſti. cog. alia gloſſ. eſt in c. ſtatuendum. 2. q. 1. Hanc ſententiam tenet Hoſtien. in ſumma. de teſti. §. 1. eandem ſecutus Io. de Imol. in d. ca. dilectorum.

Sed modo ſtat difficultas, quis debebit probare noo poſſe aliter haberi veritatem: debebit ne probare producens teſtes aliter oon poſſe haberi veritatem, an aduerſarius, ſeu teſtis. quæ eſt producendus, debebit probare aliter poſſe habere veritatem. Ant. de Butr. & Dama. in d. c. dilectorum, quos ſequitur ibidem Io. de Imol. concludunt, producentem teſtes probare debere veritatem, aliter haberi non poſſe quando vna perſona ex iſtis priuilegiatus petitur debere compelli. Et ratio eſt; quia iſtæ perſonæ habeot ius fundatum pro ſe, & intentioné ſuam fundatam à iure: quòd debeat tales perſonas oon poſſe compellere, ſi modo producens teſtes dicat aliter veritatem haberi non poſſe. hoc debet probare ipſe, quia iſtud eſt fundamentum ſuæ intentioois, ſuper quo ſe fundat, debetur probare:
32 † quia negatiua propoſita pro ſuo fundamento intentionis, ſemper debet probari per proponentem. Ità dicunt Doct. ſingula. in c. ſuper his. de accuſa. Et idé Bar. in lege in hoc iure. ff. de verbo. obligat. & tex. in lege quid ergo. ff. ex quibus cau. maior.

z In cauſa criminali, z an poſſint teſtificari & compelli: fuerunt circa hoc octo opi. de quibus plenè in c. dilectorum. præallega. vbi recitatur vna diſtinctio Ioannes Cal. longiſſima, quam refert Ioan. de Imo. in d. c. dilectorum. in fi. ideo in hoc plus non inſiſto.

ADDITIO.

z Criminali. *Tu fac ad hoc propoſitum regulam affirmatiuam ſecundum Bar Soc. in ſuo trac. fal reg. 407. quod in cauſa criminali, nemo priuilegiatus cogitur teſtificari, etiam in foro canonico. vt eſt tex. gloſſ. et doct. in ca. dilectus. vbi poſui poſt Pan. de teſt. cog. & no. Inno. in c. 1. eo. ti. & in c. ſuper eo. tit. quod limita. 4. fallen. vt per Soci. vbi ſupra Celſus.*

33 Quæro † vlterius, nunquid teſtes poſſint quandoconque produci. Hæc quæſtio poteſt intelligi dupliciter. Primo, an ante poſſint produci teſtes in cipiendo. Secundo vſque ad quem terminum, & an ſint aliqui termini excluſini productionis teſtium. Circa primum, ſit reg. Teſtes ante lit. conte.
a a non poſſunt produci, ſed poſſunt bene poſt.

ADDITIO.

a Conteſta. *Iſta eſt communis omnium doctorum opi. in locu per iſtum alleg. & in c. veritatis. de do. & contu. quæ tamen res admittit fallentias. 13. quas ponit Barth. Soci. in ſuo trac. fall. re. 2042. inci. lite non conteſt. Celſus.*

Hæc eſt ſententia communiter omnium doct. Bart. in l. de ætate. ff. de mino. Io. An. Inn. & Ant. de But. & Io. de Imol. in c. quoniam frequenter, vt lite non conte. & eſt ratio; quia teſtcs non producuntur ad finem inſtruendi iudicem: ſed ad finem faciendi fidem iudici, de deductis in iudicium: ſed in iudicium noo deducitur res deducta, niſi poſt lit. conteſta. vt in l. non poteſt videri. & in l. ſolemus. in prio. ff. de iudi. & impoſſibile eſt facere fidem iudici de re antequàm ſit deducta in iudicium: quia oportet quòd adſit res, de qua habet cognoſcere iudex. Hæc regula fallit, quando teſtes producuntur ad perpetuam rei memoriam: quia tunc poſſunt produci ante lit. conteſta. b ſecundum quod dicam b iofra.

ADDITIO.

Conteſta. *Adde. do. Alex. de Imo. in conſ. 220. in 3. parte. vbi ponit, in iſto caſu ſufficit citatio ad domũ. & Feli. in c. cum. I. & A. de re iudica. ibi. idem in teſtibus. & d. Bar. Soz. in conſ. 244. incip. conſiderata. verſicul. quarto contra eum teſtem. in ſecunda parte.* b

Ideo ſunt facienda duo membra: vnum ex parte actoris, aliud ex parte rei.

†Quæro itaque ex parte actoris, vtrum actor poſ- 34
ſit producere teſtes ad æternam rei memoriam ante lit. conte. Circa hoc facio duas regulas: prima ſit affirmatiua, ſcilicet quòd actor ante lit. conteſt. poteſt producere teſtes, quando timetur de eorum morte, vel de eorum abſentia ſubitanea: & in eius poteſtate non eſt agendi. Hanc regulã ponit Inno. in c. ſignificauit. de teſt. & Ang. in authé. de teſt. §. fi. Ex hac regula ſequitur. quòd nõ timeretur de morte teſtium, vel de eorum abſentia, quòd actor non poſſit producere teſtes ante lit. conteſt. Secundo ſequitur ex hac regula, quòd etiam ſi timeatur de morte teſtium, actor poteſt producere teſtes ante lit. cooteſt. quia non eſt in eius poteſtate agendi: cum vero ſit debitum in diem, vel ſub conditione, non poteſt agere ante diem, vel conditionis euentum: vt in l. 1. in fi. ff. quando dies vſufruc. leg. ced Tertio ſequitur ex hac regula, quod ſi pendet ex arbitrio alterius, an actor agat: quòd actor poterit teſtes producere ante lit. conteſta. Ità tenet Ang. in d. §. fi. Secunda regula negatiua ſit iſta. Actor non poteſt producere teſtes ante lit. conteſt. ad æternã rei memoriã, ſi eſt reus præſens. & timetur de morte teſtium. Hæc regula fallit, ſi reus comparuerit, & opponat exceptionem, quæ impediat lit. conteſt. Nam tunc poteſt producere actor teſtes, ad perpetuam rei memoriam: quia cum talis exceptio rei, inducat meram lit. conteſt. perinde eſt ac ſi actor non haberet poteſtatem agendi: quo caſu reincidimus in primam regulam affirmatiuam. Secundo fallit, vt dicebam ſupra quando agere ex parte actoris dependet ex alieno arbitrio: nam tunc poſſunt produci teſtes ante lit. conteſt. Hæc ſunt ex parte actoris. Ex parte autem rei ſit affirmatiua. ſ. vtrum reus poſſit teſtes producere ante lit. cõt. facite duas regulas, prima ſit affirmatiua: vbi reo cõpetit exceptio, quę non habet vim actionis: vt eſt proprie natura omnium exceptionum, ſemper ante li. conteſta. etiam ſi non timeatur de morte teſtium. poteſt eos producere: vt eſt text. in c. ſignificauit. & c. abba. de teſt. ratio eſt; quia ooo eſt in poteſtate

teſtate rei quando conueniatur: vt in l. pure. §. fin. de doli excep. & hoc ibi tenet Ang. in d. §. fi. vbi etiam determinat id quod ſupra dixi. ex parte rei poterunt publicari dicta teſtium etiam ante lit. conte. & ita dicit ſeruari communiter. allega. Inn. ita tenentem, in c. ſignificauit, ſupra allega. ſecus dicit Ang. in dicto. §. fi. quando teſtes producuntur per actorem, ante litem conteſta. quia non publicabuntur: imò reſeruatur publicatio teſtiũ prope ſententiam ante concluſionem in cauſa, perinde ac ſi recepti forent lite conteſta. Ita not. Bar. in l. 4. in §. prætor. ff. de damno inſec. vbi tradit iſtã materiam teſtium examinandorum ante lit. conte. ad æternam rei memoriam: ſed non ita plenè, & ita clarè ſecundum Inno. publicatio teſtium aliter fiet hoc modo: quia citabitur aduerſa pars, ad videndum fieri publicationem: & ſiue venerit, ſiue non: fiet publicatio hoc modo: quia iudex interloquitur fidem adhibendam eſſe talibus teſtibus. Et poſteà notarius poteſt dare copiam partibus. Ita tenet Inn. in c. ſignificauit. & Ang. in d. §. fi. tales tamen teſtes non præiudicabunt aliæ perſonæ: niſi illis præſentibus, contra quos recepti ſunt ſecundum prefatos doctores, vbi ſuprà & nimirum: quia alia perſona non eſt citata ad videndum iurare teſtes tales: ergo &c. Attendendum tamen eſt, quòd licet dicta teſtium producta per actorem, non ſint publicanda ante lit. conteſt. poſſunt tamen vtraque parte conſentiente publicari: ſecundum Inno. in dicto c. ſignificauit.

Secunda regula ex parte rei ſit negatiua & talis,
34 † Reus cui competit exceptio per modum actionis, non poteſt producere teſtes ante lit. conteſt. ad æternam rei memoriam: vt in actore dicimus, veluti in exceptione non nu. pec. Ratio huius regulæ eſt in promptu, quia quando reo competit exceptio per modum actionis, in poteſtate ſua eſt quando eam opponat: vt in aut. hanc querelam. C. de non numera. pecu.

Circa prædicta quæro, quando producuntur teſtes ad perpetuam rei memoriam ante lit. conteſta. nunquid aduerſarius debeat perſonaliter, vel ad domum citari? Dyn. in l. 4. §. qui abſens. ff. de dam. inſect. tenet quod citetur perſonaliter. & Cyn. in authen. ſi dicatur. C. de teſti. tenet etiam quòd citetur perſonaliter. Io. And. autem in quadam diſputatione tenet contrarium: hęc eius opi. probatur directè ad literam. in c. quoniam frequenter, in principio: vt lit. non conteſt. Barto. autem in l. 4. §. prætor. ſuprà alle. facit vnam ſuam diſtinctionem, diſtinguendo: & quia eius diſtinctio mihi non placet, ideo eam referre non curo. & ideo Ange. in d. §. placuit. ſequitur ſententiam Inno. optimè loquentis: qui voluit partem aduerſam perſonaliter citari debere. & hoc per text. in dicto. §. fin. in ver. monitum: & hoc verum, ſecundum eum: niſi oporteret citari perſonaliter, incurreretur maximũ præiudicium: quia tunc ſufficiat citari ad domum. Ita dicit Inn. in c. ſignificauit. hæc opi. placet Ang. & dicit eſſe æquam in dicto. §. fi. & ideo ſi aduerſa pars non eſſet in ciuitate, ſed eſſet in villa, debere citari perſonaliter: quia hoc non eſt magnum præiudicium. Si autem aduerſa pars eſſet Venetijs, in longinquis partibus, ita quòd eius ſpectatio eſſet dubioſa: tunc ſufficeret citari ad domum ſolitæ habitationis.

Vnum non omitto, quod dicit Ang. multum eleganter, ſequens Innocen. & Ioann. Andr. in d. c. quoniam frequenter vt lit. non conteſta. quòd in cauſis ſummarijs matrimonialibus & ſpiritualibus, veluti eſt abſolutio à iuramento: quod quis interpoſuit de non repetendo vſuras, poſſunt produci teſtes ante lit. conteſt. quia in iſtis non requiritur lit. conteſt. Idem eſt in exceptione emergente ante lit. conte. quoniam ſuper illis poterunt produci teſtes, cum ſuper illis nõ conteſtetur lis. Idem Ang. in d. §. Idem Alb. in d. authen. ſi dicatur. Idem Bartol. in l. de ætate. ff. de minori. Et ideo ſi altera pars opponit contra iudicem, quòd nõ eſt iudex competens: ſuper iſta exceptione poſſunt produci teſtes: vel ſi altera pars opponit contra alteram ante lit. conteſt. quòd non poteſt ſtare in iudicio: quia in famis; vel quia minor: ſuper talibus exceptionibus poſſunt producere teſtes ante lit. conte.

Viſo de vno termino excludente probationes teſtium: videlicet termino procedente lit. conteſta. nunc reſtat videre de illis alijs terminis teſtium producendorum excluſiue. Et inter alios. 4. inuento oportunus & frequentatos quotidie, ex quibus excluduntur teſtium productiones. Primus eſt, dediciſſe teſtium teſtificata. Secundus eſt, publicatio teſtium. Tertius eſt, numerus prodnctionnm. Quartus eſt, in cauſa concluſio. Circa primum quæro, † quando quis dicatur didiciſſe teſtificata? 36
Reſpon. quòd quis dicatur didiciſſe teſtificata, quando habuit penes ſe librum atteſtationum & legit illum, c & diligenter eſt percunctatus, vel per alium ſibi legi fecit. 6

ADDITIO.

Illum. *Si ſit homo ſolers: vt per Feli. in c. conſtitutus. & ibi dixi, in apoſt. ad Pan. poſt eum. num. 3. in apo. in ver. penes partem. & in c. vltra tertiam. de teſti. & d. Alex. in. de Imo. in conſil. 65. 4. parte. & in conſ. 102. parte. & Pau. de Ca. in conſi. 10. inci. clarum eſt in iure. B. Va.* 6

Vel ſi ab aduerſario ſuo recepit atteſtationum informationem: ſi Idem diligenter intellexerit, vel proſpexerit procurator, vel aduocatus, hæc probantur ad literam, in §. quia verò. in authen. de teſti. Et quo ſequitur, quod ſi quis perſunctoriè, vel curſoriè diſcurriſſet per librum atteſtationum: non diceretur didiciſſe teſtificata, niſi diligenter fuiſſet percuntatus, & illas intellexerit: ſecundum Ang. in d. §. quia vero. & ſic omnes doct. concludunt, per d. §. quia vero. præalleg. non admitti teſtes, poſtquam quis dicatur teſtificata didiciſſe: licet huic ſententiæ obſtet tex. in l. officiũ. ff. de rei ven. vbi admittuntur probationes, poſtquàm actor ſuã intentionẽ monſtrauerit. Similiter ab eadẽ ratione l. exceptionẽ. C. de prob. ſecundũ doct. reſp. ꝙ poſtquàm didicit quis teſtificata, & etiam poſt publicationẽ teſtiũ, admittitur probatio per inſtrumẽta: & ſic loquitur l. officiũ ſuprà alleg. Ratio eſt, quia nullus eſt timor ſubornationis, legiſ ſe productionem inſtrumentorum. Ad l. exceptionem reſpondetur, quòd poſt publicationem atteſtationũ, ſuper intentione actoris, & ſic poſtquam didicit teſtificata, poteſt reus producere teſtes ſuper ſua exceptione. Et ita tradit pro ſua doctrina

Ioan.

Ioan. And. de teſti. quod eſt intelligendum, ſecun-
dum Ang. tamen ſi intentio rei non eſt directè con-
tra intentionem actoris, verbi gratia actor pro-
bat. *10.* ex cauſa mutui, reus opponit excep. pacti
de non petendo: & ſic exceptio ſolutionis, tunc po-
terit reus producere teſtes ſuper ſua exceptione.
vbi autem intentio rei eſſet directè contra intenti-
onem actoris. non poteſt reus producere teſtes ſu-
per ſua intentione directa contraria. Exemplum,
Actor petebat. *10.* ex cauſa mutui, reus opponit ex-
ceptionem, ꝙ nunquàm publicatur atteſtationi-
bus actoris ſuper articulo mutuauit illa. *10.* & publi-
catis illis nõ audietur reus, volens producere teſtes
ſuper articulo videlicet quòd non mutuauit. Ita
concludit Ange. in d. §. quia vero non præmitten-
do vnum, quòd ſi iudex examinator teſtium ali-
quod ex capitulis porrectis, dolo vel negligentia
omiſerit, quòd etiam publicatis atteſtationibus po-
terunt teſtes produci, ſuper capitulo omiſſo. tex. eſt
in cap. per tuas. de teſtibus. nec mirum, quia ſuper
capitulo illo, non dicuntur publicatæ atteſtati-
37 ones, neque didicita teſtificata. † Præterea eſt aduer-
tendum, quod etiam poſt publicatas atteſtationes.
& poſtquam didicita ſint teſtificata, poteſt iudex
ex officio ſuo compellere teſtem, vt aliquid addat,
vel aliquid aliud deponat. Ad inſtantiam autem
partis hoc non licet. niſi in hoc ſolum, vt reddat
cauſam ſui dicti: vt eſt gloſſ. ſing. in d. §. quia vero
Imò. plus ſecundum Alb. in l. ſolum. C. de teſti.
Iudex officio ſuo, etiam poſt publicatas atteſtati-
ones, poteſt teſtes nõ ſufficienter examinatos retro
d examinare: vt in capi. cum clamor. d infrà de
teſtib.

Bene verum eſt, poſtquam teſtis dictum ſuum
perfecerit ſponte & de per ſe, poteſt iterum inconti-
nenti redire, & deponere antequàm ſit locutus cum
parte, ſecundum Ange. in d. §. quia vero. Nota ꝙ
vbicunque teſtis redierit ad inſtantiam partis, vel
ſponte de per ſe ex officio iudicis, debet iterato iu-
rare: nec primum iuramentum ſufficit. Ita ſingula-
riter dicit Innoc. de teſtib. in ca. fraternitatis. Hæc
omnia vera ſunt in eadem inſtantia.

ADDITIO.

d Clamor. *Et ibidem vide Felin. & adde Fran. Aret.
in l. 2. de duob. reis.*

38 Quæro, † nunquid atteſtationes factæ in vna in-
ſtantia, poterunt produci iterato in alia inſtantia,
ſuper illiſmet capitulis: verbi gratia, compromiſ-
ſum eſt factum in arbitros recepti ſunt teſtes: par-
tes recedunt à compromiſſo: poſteà litigatur coram
iudice. nunquid iteratò poſſint produci teſtes ſuper
eiſdem capitulis, ſuper quibus fuerunt recepti co-
ram arbitris? Dicite quod illa pars, per quam fue-
runt producti ſi velit, poterit deſiderare adhuc vt
teſtis deponat: vt in c. fi. de teſti. Si autem non velit,
tunc ſi tales fuerint recepti coram iudice, tunc in
qualibet alia inſtantia faciunt fidem: vt in l. geſta.
C. de reiu. Si autem iſti teſtes recepti fuerint coram
arbitro, vel arbitratore: & pars contra quam pro-
ducti ſunt, vellet eos adhuc examinari. hoc fieri
debebit, ſi autem nolit, tunc ſi conuentum eſt inter
partes, vt ſtetur illis atteſtationibus, ſtandum erit.
& ſi conuentum eſt vt non ſtetur, tunc non ſtabi-
tur ſi eſt conuentum, & teſtes ſint mortui faciunt
fidem: aliàs ſi vixerint, erit in electione eius, con-
tra quem ſunt producti, vtrum velis iterato exami-
nari ſi voluerint faciunt fidem. hoc probatur in d.
c. fi. de teſti. hoc procedit quando illæ inſtantiæ
fuerunt ex eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas.
Si autem ex diuerſa cauſa & inter diuerſas perſo-
nas: tunc non faceret fidem: hæc eſt doctrina And.
in d. §. quia vero. quæ probatur in d. l. fi.

Item prædicta non procedunt in cauſa appella-
tionis, ſed in cauſa appellationis dicitur & ſtatim di-
cam, cuius occaſione ego quæro, nunquid in cauſa
appellationis admittantur probationes ſuper capi-
tulis antiquis e cauſæ principalis, in qua fuerunt e
publicatæ atteſtationes?

ADDITIO.

Antiquis. *Tu vide de hoc Panor. & docto. in cap. per* e
*duas. & ibi magiſtraliter Feli. ponentem multas limitati-
ones de teſtib. & Barto. Socin. in ſuo tracta. fallent. re. 43.
Celſus.*

Communis opinio Legiſtarum tenet, ꝙ in cauſa
appellationis ſuper eiſdem capitulis antiquis, vel
omnino contrarijs, vel ſuper cõnexis, poſſunt pro-
duci atteſtationes: non autem ſuper nouis cõnexis;
quia ſunt impertinentia. hoc probatur; quia cauſa
appellationis, eſt cauſa principalis: vt not. in l. ita
demum. C. de proc. & licet publicatæ ſint atteſtati-
ones in cauſa principali, nõ ſunt publicatæ in cauſa
appellationis. Secundò mouentur per text. in l. eos.
§. j. C. de temp. appella. Canoniſtæ autem tenent
contrariam ſententiam. videlicet quòd in cauſa ap-
pellationis non admittantur teſtium productiones
ſuper eiſdem capitulis, vel contrarijs omninò, vel
ſuper nouis connexis: ſed ſolum admittantur ſuper
nouis dependentibus ab antiquis connexis: mouen-
tur ratione inconuincibili, cui non poſſunt Legiſtæ
reſpondere: quia ratio productionis teſtium poſt
publicationẽ atteſtationũ, eſt timor ſubornationis.
Ita vendicat ſibi locũ timor ſubornationis in cauſa
appellationis, ſicut in cauſa principali. Sed certum
eſt, ſecundum Legiſtas, ꝙ in omni cauſa principali,
poſt publicationem atteſtationum, non admittun-
tur teſtium productiones ſuper antiquis capitulis,
omnino contrarijs, vel nouis diuerſis, ſed ſolũ ſu-
per nouis dependẽtibus ab antiquis; ità volunt Le-
giſtæ per l. ſuprà alleg. & etiã aliquid tetigit Bald.
in l. officium. ff. de rei vendi. qui dixit, poſt publi-
catas atteſtationes, poteſt noua exceptio opponi: &
ſic nouum capitulũ pertinens: & hoc probatur etiã
in cap. fraternitatis. de teſt. Secundò mouentur Ca-
noniſtę per text. ad literam. in cle. teſtib. de teſt vbi
eſt tex. in cauſa appel. cum ſubſit timor ſubornati-
onis, non poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem capi-
tulis, vel omnino contrarijs: per quam cle. ego te-
neo opi. Canoniſtarum. Et dico etiam quòd in fo-
ro ſeculari, eorum opi. eſt ſeruanda ea ratione, † 39
quòd quotieſcunque ſuper vno articulo eſt opin.
inter Legiſtas, debemus ſtare deciſioni iuris cano.
vt determinat Inno. in cap. *1.* de oper. no. nunc. &
Rapha. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius, vel vtili.
publ. Sed ſic eſt, quod inter Legiſtas eſt opinio, &
eſt communis ſententia Canoniſtarum: vt ſupra
dixi: ſtabimus ergo deciſioni cle. teſtibus. de te-
ſti. ſupra alleg. quæ determinat. ſecundum opi.
Can. f

f

Etita

f Et ita eſt de iure, nec aliter poteſt dici: tamen
opinio Legiſtarum ſeruatur in foro ſeculari, & Ca-
noniſtarum in foro eccleſiæ.

ADDITIO.

f Canoni. *Si vis videre in contrarium cautelam, vide
Ant. Corſ. ſing. ſuis. in verſi. teſtis, incip. cautelam nouam
habens. Celſus.*

40 Quæro iuxta præmiſſa, † nunquid poſt publi-
cationem atteſtationum, poſſunt produci teſtes ſu-
per nouis articulis, qui includuntur in antiquis? di-
cite quòd aut noui articuli includuntur in antiquis
ex vi probationis & facti, aut nec vi facti, nec vi pro
bationis. Si vi facti & probationis: tunc non poſ-
ſunt admitti probationes. Exemplum. Produco te-
ſtes ſuper x. ann. præſcriptionis talis, neceſſitate fa-
cti & probationis includit titulum non eſſe proba-
tum: ſunt teſtes publicati ſuper præſcriptione: nunc
volo facere capitulum de titulo, nunquid poſſum
producere teſtes? certè non: ſecundum Ang. qui ita
not. in d. §. quia vero. Si autem vi facti, & tunc be-
ne admittuntur. Exemplum. Produco teſtes ſu-
per mutuó, mutuum de facti neceſſitate continet
locum: ſed de neceſſitate, probatio non requiritur
quod in mutuo probetur locus. Si voluero arti-
culum facere de loco, potero producere teſtes eo-
dem modo ſuper nouis articulis, licet non includa-
tur ſub antiquo de neceſſitate facti, nec probatio-
nis. Exemplum, quis capitulat de præſcriptione.
30. ann. quę non requirit titulũ: volo poſt publicatã
atteſtationem articulare de titulo poſſeſſionis: iſta
eſt doctrina pulcherrima Angel. in d. §. quia vero.

Quæro † vlterius, nunquid poſt publicatas at-
41 teſtationes, poſſim redarguere teſtes de falſo? dic
aut teſtes redarguuntur de falſo propter corrupti-
onem pecuniæ: & tunc poſſum. Ita tenet Ioan. An.
in cle. teſtibus. præal. & Inno. in cap. cauſam. ſu-
pra. eo. & ſequitur Ant. de Ma. & eſt ratio: quia ſi-
cut ſententia venalis eſt nulla: vt in l. venalis. C.
quando prouo. nõ eſt neceſ. ita & dictum teſtis cor-
rupti eſt nullius valoris: modo nos habemus regu-
lam, quod vbi dictum teſtis eſt nullum, quod etiam
publicatis atteſtationibus admittuntur teſtes ſuper
eiſdem capitulis: ita dicit Io. An. in d. cle. teſtibus.
& gl. in d. c. cauſam. & Bart. in auth. qui ſemel. C.
de probat. Et idem ſi publicatio teſtium fuerit nul-
la. puta; quia pars nõ fuit citata ad publicationem:
ſecundũ Bart. in authen. at qui ſemel. & Io. de Imo.
in cap. fraternitatis. g

ADDITIO.

Fraternitatis. *Et ibidem vide Felin. vbi latè, & nota.*
g *B. Vadus.*

Tamen licet dicta publicatio fuerit nulla, ſi pars
didicerit teſtificata, repellitur a productione teſti-
um, non ex capite publicationis, ſed ex capite, quia
didicerit teſtificata: ſecundum Bar. in d. auth. at
qui ſemel. tamen vbi facta eſt publicatio teſtium
parte inſcia, licet citata vel inuita, proteſtando ius
ſuum ſibi ſaluum eſſe producendi teſtes, & quod
non vult atteſtationes addiſcerę, poterit pars teſtes
producere, non obſtante publicatione teſtium: ſe-
cundum Io. And. in d. clem. teſtibus. & Bar. in d.
auth. & Io. de Imol. in d. c. fraternitatis. Aut quis
vult redarguere teſtes de falſo, quia dixerunt fal-
ſum: & tunc aut vult per indirectum, & poteſt. tex.
eſt in ca. ex tenore. in frà de teſt. Aut per directum,
& tunc non poteſt. regula eſt, quod publicatis atte-
ſtationibus non admittuntur teſtes. Iſta eſt diſtin-
ctio. Ioan. And. in d. cle. teſtibus. quam ſequitur
Ang. in d. §. quia vero. Et dicitur quis redarguere
teſtes de falſo hoc modo per indirectum, quando
actor dicit ſe mutuaſſe Titio. 10. tali die. & pars ad-
uerſa producit teſtes, qui dicant, quod illo die actor
erat in loco longinquo: ita quod non poſſet mutu-
are illo die in illo loco in quo dicit. Dicitur autem
per directum, quando actor probauit de virginita-
te, & reus vult probare de corruptione: vel actor de
ſanitate, & reus de infirmitate: vel actor articulauit
de præſentia, reus de abſentia. & iſta ſunt exempla
Io. And. in d. clem. de teſtibus.

Quæro † de ſecundo termino excluſiuo, an ſola
publicatio teſtiũ repellat à productione teſtium. h 42

ADDITIO.

h Teſtium. *Vide d. Alexan. de Imo. in conſi 210. per to-
tum. in 2. parte. & in conſi. 88. in 4. parte. & in conſ. 114. in
2. parte. vbi quid in arte periti: & quid in cauſa criminali,
& quid in ciuili, & Firma. in ſuo aureo repertorio. in ver.
teſtes poſt publicatum. vbi latiſſimè. B. V.*

In hoc fuerunt diuerſæ opi. gloſſ. in c. conſtitu-
tus. el. 2. & in c. fi. infra de teſti. tenet quòd non.
ſed requiritur quòd didicerit teſtificata. Bart. autem
in d. auth. qui ſemel. tenet ꝙ publicatio ſufficiat.
Ang. autem in d. §. quia verò. videtur inclinare
cum gloſſ. & cum Io. de Imo. in c. fraternitatis. &
refert opi. Io. de Imo. & Ant. de Bu. qui dicit requi-
ri tertiam productionem: ad hoc vt repellatur quis
à productione teſtiũ. Io. An. in cle. de teſtibus. & c.
conſtitutus. de teſtib. dicit quòd vbi eſt facta publi-
catio parte inſcia, vel inuita, & non conſentiente, &
idem ſi abſente, ſed citata: ità quòd non præſuma-
tur didiciſſe teſtificata. poſſunt adhuc produci te-
ſtes non obſtante publicatione, & ita Io. Andr. in-
telligit. gloſſ. in d. cap. conſtitutus. Si autem eſt fa-
cta vtraque parte præſente & conſentiente: & tunc
ſola publicatio ſufficit, & repellit quem à producti-
one, & iſta eſt tenenda, in quam videtur inclinare
Bart. in auth. & Io. de Imol. in ca. fraternitatis. Et
idem ſi pars eſt præſens publicationi. & proteſtetur
ius ſibi ſaluum eſſe producendi teſtes, & non con-
ſentiat publicationi: imò dicat ſe nolle diſcere te-
ſtificata, poteſt adhuc teſtes producere ſecus ſi con-
ſentiret publicationi, & faceret dictam proteſtati-
onem: quia proteſtatio eſt contraria iuri, ideo non
releuat: ſecundum Io. de Imo. in d. c. fraternitatis.
Si tamen poſt publicationem teſtium, atteſtationes
eſſent deperditæ: adhuc admittuntur teſtium pro-
ductiones: vt eſt tex. in c. fi. eod. titu.

Nunc venio ad tertiũ terminum ſcilicet ad mate-
riam productionum. † Et quæro 1. quot dilationes 43
poſſint dari ad productiones teſtium de iſtis dilati-
onibus plenè dixi ſupra in materia dilationũ. tamẽ
quo ad propoſitum dicite, quòd prima ſecunda &
tertia dilatio datur, ſine aliqua cauſæ cognitione:
quarta vero nõ ſine ſolennitate: de qua in d. §. quia
vero. ſupra alleg. & c. vltra tertiã. infra de teſti. nõ in
telligo tamẽ de dilatione in pręſenti materia, prout
verb. ſonant. ſed pro examinatione, licet quòd tri-
na examinatio concedatur ſine aliqua cauſę cogni-
tione & quarta. i

ADDI-

ADDITIO.

i Quarta. *An & quando ſit concedenda quarta. Vide Felin. in cap. in cauſis. & in cap. vltra tertiam, infrà de teſtibus. Celſus.*

Seruata debita ſolennitate, quæ eſt talis, ſcilicet quòd iurabit producẽs teſtes non per dolum, vel machinationem velle facere hanc productionem teſtium. Item quòd non inſpexerit, neque percunctatus ſit dicta teſtium per ſe productorum, neque per alium didicit. & poterit venire, quòd vna dilatione data decem dierum fierent, puta, produxi in primis duobus diebus duos teſtes, & feci iurare & examinare. Item in alijs duobus diebus produxi duos alios, & feci &c. Elapſis illis ſex diebus, & ſeptimo volo producere duos alios teſtes durante dilatione data non audior, niſi ſeruata ſolennitate, de qua ſuprà. Et ſi dictos teſtes fecero examinare, & ſic facta fuerit quarta examinatio: ſi in eadem dilatione nondum finita, volo producere alios teſtes, nullatenus poſſum audiri. & hoc totum cauſatur ab examinatione teſtium. & ſic multiplicitas examinationum excludit teſtium productiones, non autem numerus dilationum ex hoc, propter præſumptionem legis, quæ præſumit, quòd propter multiplicitatem examinationum, producens didicerit teſtificata. vnde ſi data dilatione decem dierum, in primo die produxi quatuor teſtes, & eos feci iurare. & ſecunda die alios duos produxero, quos ſimiliter fecero iurare. In quarto alios produxero, quos ſimiliter fecero iurare, nõ obſtantibus quatuor productionibus, etiam audior. & ſic non numerus productionum, ſed examinationum facit repelli. Attende tamen, quòd ſi in prima dilatione teſtium, & examinatione viderit iudex & cognouerit ſufficiẽtem eſſe numerum teſtium productionem. non debebit aliam concedere, imò refrenare debebit, quia ad iudicis officium ſpectat, refrenare multitudinem teſtium, vt in cap. ſignificaſti, infrà de teſt. Ita dicit gloſſ. not. in cap. in cauſis, de teſtib.

Sequitur quartus terminus excluſiuus teſtium,
44 ſcilicet concluſio in cauſa. Quæritur itaq;, † nunquid poſt concluſionem in cauſa admittatur pro-
k batio. *k*

ADDITIO.

k Probatio. *In quibus caſibus poſt concluſum in cauſa, admittuntur probationes. Vide Fel. in cap. ad petitionem, de accuſa. B. V.*

Pro cuius intelligentia præmitto, quando dicatur concluſum eſſe in cauſa. & breuiter concluſum eſſe in cauſa dicatur, quando renunciatum eſt allegationibus facti & iuris. Ita dicit gloſſ. in d. §. quia verò. in verbo, concluſerunt. Et idem Ang. & Innocen. in cap. paſtoralis, ſuprà de cauſa poſſ. & propriè hoc viſo, redeo ad quæſitum noſtrum. & pro eius reſponſione eſt diſtinguendum, ſecundum Innocen. aut renunciatum eſt in cauſis probationum generaliter ſuper tota cauſa, & tunc non obſtante tali renunciatione, adhuc poſſunt produci teſtes. Aut eſt facta renunciatio ſpecialiter ſuper vno articulo, & tunc ſuper illo articulo non poſſunt admitti probationes. Ita dicit Innocen. in cap. cùm veniſſet. infrà de probatio. quem ſequitur Ang. in dict. §. quia verò. Illud dicit Innocen. in dicto cap. quòd ſi eſt renunciatum probationi in cauſa principali ſuper vno articulo: dicitur etiam eſſe renunciatum in cauſa appellationis non probatum probabo, vt in l. per hanc ſuprà allega. Si autem eſt renunciatio facta generaliter in cauſa principali, benè fieri poſſunt probationes in cauſa appellationis, ſecundum eundem. Ex quibus ſequitur à maioritate rationis, quòd ſi in cauſa facta eſſet renunciatio generalis, nec ſpecialis. quòd poſſunt recipi teſtes, niſi ſit aliqua cauſa prohibitiua, puta, quia didicerit teſtificata, vel publicationem teſtium ſuper illo articulo, ſecundum quod ſuprà dixi. Et per hoc infert. Ange. in dicto §. quia verò, ſi quis fecerit fieri quartam examinationem, non ſeruata ſolennitate, de qua ſuprà, non valebit dictum teſtium, niſi interuenit alia cauſa prohibitiua, puta, renunciatio probationum & ſimil.

Not. tamen, quòd † renunciatio facta per alteram partem tantùm, non nocet alteri. gloſſ. eſt 45
ſingul. in Authent. iubemus. C. de iur. de.

Ex prædictis conſtat, quinque terminos eſſe concluſionis productionis teſtium, ſcilicet publicatio, renunciatio, probationum concluſio in cauſa, ſufficiens numerus teſtium. hoc fallit in cauſa matrimoniali, quando tractatur de matrimonio ſeparando. hi termini probantur in cap. de teſti. in fin. de teſti. numerus examinationum probatur, in cap. in cauſis. & in cap. vltra tertiam, de teſti. Quintus terminus eſt didiciſſe teſtificata. & probatur illud in §. quia verò, in Authenti. de teſti. Adde ſuprà dictis, ꝙ licet regula ſit, quòd poſt publicatas atteſtationes non admittatur ꝓductio teſtium. hoc fallit in cauſa matrimonij, quando tractatur de matrimonio ſeparando. quo caſu etiam publicatis atteſtationibus, admittuntur teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel omninò contrarijs, vt eſt text. in cap. ſeries, infrà de teſti. Et eſt ratio, quia ſententia in cauſa matrimonij nunquam tranſit in rem iud. vt in cap. lator. qui filij ſint legitim. & in cap. fraternitatis, de frigi. & maleſi. vnde ſi poſt ſententiam admittuntur probationes per teſtes, multo magis etiam publicatis atteſtationibus poſſunt produci teſtes in cauſa, vbi fertur ſententia de conſilio periti in arte ſua. Et per hoc ego dico magis generaliter, quòd in omni caſu, in quo ſententia non tranſit in rem iudicatam, veluti ſentẽtia lata de conſilio peritorum in arte ſua, vt voluit Anton. de Butr. & Ioannes de Imol. in cap. propoſuiſti. de probat. ſemper publi. atteſtationib. poſſunt produci teſtes.

Aliud ſubiungo etiam menti tenendum, quòd etiam poſt publicationem teſtium poſſint admitti teſtes ſuper eiſdem capitulis, vel omninò contrarijs, quòd ſimul cum eis producitur inſtrumentum coadiuuans illos teſtes. Illud eſt dictum ſingulare Anton. de But. in cap. ſeries. præallega. quod multum placuit ibidem Ioan. de Imol. & probatur in dict. cap. ſeries, ſecundum vnum intellectum. Exemplum, vt cùm eſt quæſtio de matrimonio, quia altera pars probauit coniunctionem ſanguinis eſſe in quarto gradu hoc modo, ponendo Petrum & Bertam in gradu pro-

hibito, & ſic fratrem & ſororem, ſi aduerſa pars publicatis atteſtationibus produceret teſtes deponentes nullam fore conſanguinitatem in gradu prohibito, & ex altera parte ꝓducere inſtrumentum, in quo apparet quòd Petrus & Berta in aliquo contractu nominati ſunt auus & neptis.

Addit Ioannes de Imol. prædictis alium terminum. & ſic ſextus, ſcilicet quando eſt datus terminus ad producendum teſtes: nam elapſo termino, amplius produci non poſſunt, vt in capit. fraternitatis, infrà de teſti. tamen hoc non eſt indiſtinctè verum, quia imò poſt terminum datum ad producẽdum teſtes, poſſunt adhuc produci, & valet dictũ eorum. Ita tenet Cy. & Iac. de Are. in l. ſi ea. C. qui accu. poſ. vel nõ. & ipſe Io. de Imo. hoc tenet in c. licet, ſup. eod. ſcilicet niſi ius aduerſarij factum ſit deterius. Ita dicunt præfati Docto. & benè: nam ſi mortui eſſent teſtes, elapſo termino dato, per quod potuiſſent reprobari teſtes producere volentes, tunc non admitterentur tales teſtes. Imò plus concludunt do. de Rot. concluſione tertia, quòd in cauſis beneficialibus & ſummarijs poſt terminum datum ad probandum indiſtinctè admittuntur teſtes. & ſic non eſt excluſiuus indiſtinctè, vt ex prædictis patet. Aduertatis tamen ad vnum notabile verbum Bar. quod
l ponit in Authent. at qui ſemel. C. de proba. quòd etiam publicatis atteſtationibus *l* poſſunt produci teſtes ſuper contrarijs capitulis, quando quis ſimul & ſemel dictum teſtis reprobat, & eius perſonam.

ADDITIO.

l Atteſtationibus. *Adde vltra ea quæ dixi in apoſt. ad iſtum poſt eum, ſuprà eod. §. numero 39. in verſicu. ſuper ca. anti. quod no. Roma. ſingul. ſuo 750. incip. teſtes examinati. Celſus.*

Exemplum, dicit teſtis Titium poſſediſſe 13. ann. pars contra quam producitur talis teſtis, dicit quòd iſte teſtis non eſt quatuordecim ann. & ad hoc producit teſtes. ecce, quòd hìc reprobatur dictum teſtis, & eius perſona: nam ſi ꝓbatur iſtum teſtem non eſſe ætatis tredecim ann. ecce, quòd dictum ſuum reprobatur: nam perſona reprobatur eo ipſo, quòd probatur ipſum non eſſe quatuordecim ann. quia minor 14. ann. non poteſt
m eſſe teſtis, *m* vt in l. 3. §. lex Iul. ff. de teſti.

ADDITIO.

m Teſtis. *Adde dict. Alexand. de Imol. in conſilio ſexageſimoquarto, in prima parte, vbi, an minor quindecim annorum poſſit eſſe teſtis in cauſa capitali. & nunquid teſtes infames? Vide per eum in conſilio vigeſimoquarto, in ſecunda parte. in conſil. vigeſimoquinto, eadem parte, & in conſilio vigeſimo, in quarta parte, vbi noe. an falſum faciat indicium. B. Vad.*

Et eius dictum teſtis reprobatur, quia ſi teſtis non eſt ætatis 14. annor. eius dictum reprobatur, quia nõ poteſt ſcire Titium quatuordecim annos poſſediſſe. Commemoro vobis vnum dictũ ſin-
n gulare Bal. *n* quòd dato, ꝙ Clementina, teſtib. de teſti. ſeruaretur in foro eccleſiaſtico, tamen tenendum eſt, quod ille, qui poteſt producere teſtes poſt didicita teſtificata nomina teſtium, det iudici, & ſe abſentet. Nam tunc iudex in quo non timetur ſubornatio teſtium, recipit teſtes, & iuramenta, & depoſitiones, & valebit eorum teſtimonium. Cùm iudex poteſt pro abſente ſupplere, & etiam teſtes poſt didicita teſtificata interrogare ex officio ſuo. Ita ſingulariter inquit Bald. in l. ampliorem. C. de temp. app. quod eſt no.

ADDITIO.

Bal. *Adde, ne te fallat Baldi authoritas, licet eius dictum à pleriſque pro euangelio colatur, quòd limitatur illud dictum, vt per Roma. plenè ſingu. ſuo, in verſi. teſtis, incip. cautelam nouam. B. Vadus.* n

In ſuperioribus viſum eſt de reprobatione teſtium, videlicet reſpectu ſuorum dictorum. nihil antè dictum eſt de oppoſitionibus, quæ communiter fiunt coram perſonis teſtium. Ideo nunc
quæro, † an contra perſonas teſtium aliquid poteſt obijci? Et iſtud eſt breuiſsimè expediendum 46
quòd ſic, cùm multa ſint quæ reprobant teſtem à teſtificando. Interdum affectio partis, pro qua ꝓducitur, facit eum repelli, vt cùm teſtis eſt filiusfamiliàs producentis, vt in l. parentes. C. de teſti. Interdum teſtis cupido ipſum repellit? veluti ſi teſtis infamis. & ſic de ſimilibus, vt in l. 3. §. lex Iulia. ff. de teſti. Aliæ multæ cauſæ repellunt teſtes, de quibus omnibus in ſequenti lectione dicendum eſt. Et ſub breuitate omnes perſonæ quæ repelluntur à teſtificando, reiectis opinionibus.

Tamen pro præſenti articulo tractando videlicet, vtrum contra perſonas teſtium &c. quæro, nunquid poſt publicatas atteſtationes poſsit opponi contra perſonas teſtium. Breuiter reſpondeo quòd non, niſi in tribus caſibus. Primus, ſi ante publicationem teſtium proteſtatus fuerit ille, contra quem producuntur teſtes, ſe velle contra eorum perſonas opponere. Secundò, ſi iurauit non malitioſè ſe opponere. Tertiò, ſi monſtrauerit ſe de nouo didiciſſe id quod opponit. & an de nouo didicerit, ſtabitur iuramento ſuo, ſecundum Doct. in cap. præſentium, infrà de teſt. vbi iſti tres caſus ponuntur. Eſt ergo bona cautela,
o opponere contra perſonas teſtium ante publi- o
cationem teſtium, videlicet quando iurant, quia non erit poſtea opus iurare, ſi malitioſè non opponent, licet facilitate quis in iudicijs deuolet ad iuramentum.

ADDITIO.

Cautela. *Adde pro hac cautela omninò Roma. quem in hoc ſequere, ſing. ſuo 690. ſecundum meum nu. in c. teſtibus, aduerſus me producendis. Celſus.* o

† Sed pone, teſtis contra cuius perſonam quis 47
oppoſuerit, vel fecit proteſtationem de opponendo, dicit in dicto ſuo aliquid in fauorem proteſtantis, nunquid prodeſt illi, qui eſt proteſtatus. Innocen. in cap. præſentium, multas opiniones ponit, & nõ videtur aliquam partem eligere. Ange. verò in d. §. quia, ponit ſuam, quæ non placet mihi, nec eſt bona. Ioan. autem de Imol. in d. cap. præſentium, ex mente Doct. & eſt communis ſentẽtia, eleganter dicit hoc modo: Aut ille, qui proteſtatus eſt, proſecutus eſt reprobando, ita, quòd obtinuit, vel ſuccubuit. & tunc dictum illius teſtis nihil ſibi prodeſt. Aut ſtetit in meris finibus proteſtationis, & tunc aut perſona teſtis eſt integra & honeſtiſsima perſona, ita quòd non eſt veriſimile, quod aliquid dixerit ad beneuolentiam produ-

producentis, nec ob timorem, tunc dictum talis p teſtis proderit & valebit. p

ADDITIO.

p Et valebit. *Adde Lu. ſingu. verſic. teſtis, ver. no. quod ſit contra. B. Vad.*

Aut teſtis non eſt huiuſmodi, & tunc licet non proſit, tamen facit qualem qualem præſumptionem, vel indicium, ſed non ſemiplenam probationem. Et ſi vnus teſtis dixerit in fauorem q proteſtantis, non prodeſt, q nec poteſt proteſtari iuramentum in ſupplementum probationis deferri.

ADDITIO.

Non prodeſt. *Adde Lud. Ro. in l. quamuis, de iureiuran. & Bal. in marg. in verſi. teſtis. B. Vad.*

Item ſi duo alij in fauorem aduerſarij deponent, obtinebit aduerſa pars ſecundum Innocen. & Ioan. Andr. in dict. cap. præſentium. & intellige, quando teſtes non ſunt integerrimi, aliàs ſe- 48 cus, vt ex prædictis patet. Attende tamen, † quòd quando opponitur contra perſonam teſtium, debet opponi ſpecificè, aliàs nihil valeret. & ideo debet ſpecificari crimen, quod ei obijcitur, hoc modo: Dico, quòd Titius non poteſt eſſe teſtis, quia commiſit furtum, ſurripiendo vnum librum Seio, vel quòd commiſit adulterium cum Berta. Ita, quòd crimen debet ſpecificari, vt eſt text. in cap. præſentium. de teſti. libr. 6. vnde ſi teſtis eſſet criminoſus, vel aliàs inhabilis ad teſtificandum, ſi non eſt oppoſitum contra eum valebit dictum ſuum, ſecundum Ang. in dict. §. quia verò, in Authentica, de teſ. ſaluo, ſecundum eundem ibidem, niſi ex confeſsione eiuſdem appareret de ſua inhabilitate, tunc repelleretur, dato, quòd nó fuiſſet oppoſita exceptio contra eum. Exemplum interrogatur teſtis in fine dicti ſui, ſi eſt debitor ꝓducentis, amicus, familiaris, inimicus, & ſic de ſingulis. & ſi ipſe fatetur, quòd eſt famulus producentis, certè repellitur teſtis, nec fidem facit, licet non fuerit oppoſita exceptio. & ratio eſt, quia vbi aliquid fuerit notorium ex actis iudici, poteſt ſupplere de facto. Iſtud eſt dictum Innocent. in capit. ex inſinuatione, de appella. & in capit. per tuas. infrà de teſtibus. & idem dicit Ang. in l. ſi pars. ff. de inoffic. teſtam. & in l. final. ff. de peti. hæred. ſed cùm iſte teſtis confitetur in dicto ſuo ſe eſſe famulum, ex quo cóſtat iudici ex actis, ergo &c. aliquando debet opponi exceptio contra teſtem. non dicitur opponi contra teſtem, ſed contra partem. Ita dicit Innocen. in cap. verum, de foro competen. in fin. & Ange. in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. nec per obiectum talis exceptionis dicitur litigari cum teſte, ſed cum parte. Ita dicit Angel. in dict. l. Lucius. his ſic ſtantibus, dicat iuris diſpoſitio, quòd iudex non debet ſupplere de facto in his, quæ agitantur in iudicio, ſed pars debet facere exceptiones ſuas contra aduerſarium, vt not. gloſſ. in l. vnica. C. vt quæ deſunt aduoca.

49 Pro declaratione præmiſſorum quæro, † nunquid vbi opponitur exceptio contra teſtem, puta ꝙ eſt infamis, & ſic de ſimilib. ꝓbari & examinari debeat dicta exceptio, antequã recipiatur dictum r teſtis, vel debeat reſeruari in diſputationibus. r

ADDITIO.

Diſputationibus. *Vide Felin. in cap præſentium. & in dict. cap. ex parte, de teſti. alleg. hic per Lanſran. B. Vad.* r

Dic quòd regulariter admittitur teſtis, & exceptio oppoſita contra teſtem, & eius probatio reſeruatur poſt publicatas atteſtationes. fallit vbi opponitur exceptio excommunicationis contra teſtem, propter periculum communis c. pia, de except. libr. 6. Nam incontinenti debebit exceptio probari, ſecundum Ioan. And in d. c. ex parte, infrà de teſti. Item fallit ſecundum Inno. in d. c. ex parte. ſi opponens exceptionem contra teſtem offert ſe incontinenti probaturum, quia tunc admittitur probatio in primis & ante omnia. Item fallit quando opponitur, quòd eſt inimicus capitalis, vel quòd eſt ſeruus, & teſtis dicat ſe eſſe liberum, vt eſt text. in Authent. ſi dicatur. C. de teſt. & licet iſte text. loquatur de inimico capitali ratione litis criminalis motæ, tamẽ idem eſt ex qualicunque cauſa ſit inimicus capitalis. Ita tenet Alberi. in d. Authen. ſi dicatur teſti. † Nam inimicus 50 ſ capitalis dicitur, qui mouit cauſam criminis, vel ſ cui mota eſt. Item dicitur inimicus capitalis, qui minatus eſt mortem, vt eſt text. ſingul. in l. licet, ff. de arbitris.

ADDITIO.

Inimicus. *Qui autem dicatur inimicus, vide Fel. in c. cum Pe. Manconella. in prin. de ac. & in c. afferte. in verſi. datur aliud. circa fin. ver. præſump. & quòd inimicitia capitalis inducatur ex minis, de quibus vide multum notabiliter Collect in c. cùm oporteat. num. 6. ver. no. quòd inimici ſi non ſunt capitales. de accuſa. & Pan. in c. meminimus. num. 8. vbi dixi in apoſtil. ad ipſum. in verſicu. inimicus. eodem titu. Celſus.* ſ

Vnum non omitto, quod eſt neceſſarium in materia reprobationis teſtium, † videlicet, quòd 51 ſi aliquis produxerit teſtes aliquos contra aliquẽ, ſi poſtea idem teſtis producatur contra eundem producẽtem, ſiue contra eum, per quem fuerunt producti, ſiue per tertiam perſonam in diuerſa cauſa, non poterit opponere contra perſonas teſtium, quas ſemel approbauit: contra autem eorum dicta benè poterit opponere, quia illa non approbauit. ita tenet Cyn. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. Idem tenent Docto. Iuris Canonici, in c. præſentium, de teſtib. Adde præmiſsis in materia iſta reprobationum teſtium, † quòd ſi alter ex li- 52 tigatoribus tantùm producat teſtes probatorios, non conceditur niſi vna reprobatio ex parte alterius. hoc eſt, quòd actor non habebit niſi vnam reprobationem ad reprobandum teſtes ſolùm actoris reprobatorios. Exemplum, Actor producit teſtes, ex quibus ſuam intentionem probat. reus producit teſtes ad reprobandum teſtes actoris. ecce, vna reprobatio ex parte rei. Actor poſtmodum producit teſtes ad reprobandum teſtes rei reprobatoris: ecce, reprobatio actoris. & ſic duæ reprobationes conceduntur, vna actori, & vna reo, & vltrà non licet egredi: & ſic vice verſa, ſi reus produceret teſtes probatorios ad probandum tantùm, & actor duæ productiones teſtium conceduntur reo, & vna tantùm actori. Exemplum eſt in c. licet dilectus. de teſti. Si autem vtraque pars produceret teſtes probatorios,

tunc vtrique parti conceduntur tres dilationes: vna ad producendum teſtes ſuper principali ad reprobandum teſtes probatorios aduerſarij, qui reprobauerunt, vel inducti ſunt ad reprobãdum teſtes productos, & vterque habet vnam productionẽ ꝓbatoriam, & duas reprobatorias: quarta t autem neutri t parti dabitur. ita notant DD. Iuris Canonici in c. licet. ſuprà alleg.

ADDITIO.

t Neutri. *Adde Ang. in Authen. de teſti. §. ſi dicatur. in fin. vbi dicit etiam quartam reprobationem eſſe permiſſam, & non vltra. per no. in c. præſentata. de teſti. & adde Ludo. Roma. in ſing. ver. teſtis. ver. reprobatio quod in ſummarijs, in quibus tractatur id quod in alio iudicio venit plenè examinandum, nunquam admittitur reprobatio. adde quòd do. compoſtillator meus voluit allegare Roma. ſingul. ſuo 383. quod incip. reprobatio perſonarum teſtium. Celſus.*

53 Solet in teſtium materia dubitari, † nunquid teſtis deponens falſum, cuius dictum eſt nullum, v poſsit puniri de ſalſo. v

ADDITIO.

v Falſo. *Vide no. Felin. in cap. 1. de præſumpt. & quod ibi dixi in apoſt.*

Et videtur quòd non, quia illud quod eſt nullum, non poteſt dici falſum, ſed nullum, vt in l. 4. §. condemnatum. ff. de re indica. & in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonorum poſſeſsio. contra tabu. In hac quæſtione Bar. rectiſsimè concludit ex dictis Ric. Malumb. qui diſputauit hanc quæſtionem, quòd aut dictum teſtis eſt nullum, ratione materiæ: puta, quia teſtis aliquid dixit extra articulum, non valebit tanquam teſtis non fuerit iuratus ſuper illo extraneo articulo. & per conſequens, id quod erit contra articulum, non valebit tanquam teſtis non fuerit iuratus, & tunc ſi dixerit falſum, in eo quod dixit extra articulum, teſtis debet puniri de falſo: aut dictum teſtis eſt nullum ratione formæ, & tamen dixit falſum, vt ſi teſtis iurauit delato iuramento per notarium, & x non per iudicem: vel ſi iurauit die feriato, x & tunc non punitur teſtis de falſo. Iſta ſunt verba Bar. in l. ſi quis legatum. ff. de fal. quem ſequitur de verbo ad verbum Ange. in l. 1. C. de ſepul. viola. Quibus verbis adde vnum not. dictum, ſecundum Bald. in dict. l. 1. quòd vbi dictum teſtis eſt nullum ratione perſonæ, puta, quia infamis, vel quia impubes, vel excommunicatus &c. & ſi talis teſtis dixerit falſum, non punietur de falſo. & nimirum quia dictum teſtis eſt nullum ratione formæ. pro forma requiritur quòd perſona teſtis ſit idonea ad teſtificandum, vt in l. 3. in princip. ff. de teſti.

ADDITIO.

x Feriato. *Adde ad propoſitum eorum quæ hîc dicuntur ſuprà eod. in princ. huius cap. nume. 26. verſi. & per hoc infero, vbi poſui in apoſt. ad ipſum. in verſi. tale iuramentum non valet. Celſus.*

54 Quæro, † nunquid iſtud ſit verum quod ſuprà proximè dixi, videlicet, quòd ſi teſtis deponat aliquid extra capitulum, ſuper quo eſt iuratus, ſit nullum? Dic, aut teſtis iurat ſuper tota cauſa, & tunc dato quòd examinaretur ſuper vno articulo, & aliquid deponat extra illum, valet & tenet, quia reperitur teſtis iuratus ſuper eo etiam quod eſt extra articulum, aut teſtis eſt iuratus ſuper articùlo, aut ſuper certis tantùm: & tunc ſi deponat extra, non valet tanquam teſtis non fuit iuratus. hoc tenet Bar. in l. ſi duo patroni. in §. idem Iulianus. ff. de iureiur. quem ſequitur Ange. in l. ſi libertatem. in fi. ff. de pet. hære. Idem tenet Io. de Imol. in c. de teſti. y de teſti. y

ADDITIO.

De teſtibus. *Vbi vide omninò quæ habentur ad hoc per Felin. B. Vad.* y

Sed quid ſi teſtis iurauit ſimpliciter dicere veritatem, nec apparet ipſum iuraſſe ſuper certa cauſa, nec ſuper certo articulo, ſed ſimpliciter iurauit, poſtea producuntur duo articuli, ſuper quibus examinatur aliquis, an valebit? Exemplum, ſi dicimus teſtem iuraſſe ſimpliciter ſuper tota cauſa, & valet. Si autem intelligimus eos iuraſſe ſuper certis articulis tantùm, & tunc omne id quod dicunt extra, non valet, neque dicatur deponere. Anton. de But. dicit ipſum intelligi iuraſſe ſuper tota cauſa. pro eo optimè facit text. in l. ſi in rem. ff. de rei vendic. in princ. & in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de noui operis nuncia. Io. de Imol. in dict. c. de teſt. tenet contrarium, quòd non videatur iuraſſe, niſi ſuper capitulis productis, cuius ſententia eſt verior, nam, vt ſcitis, ſolent articuli limitari & produci, antequam examinentur teſtes. vnde cùm deferatur iuramentum teſti de veritate dicenda, intelligitur delatum de dicendo veritatem ſuper capitulis iam productis maximè, quia in iuramento deferendo attenditur intentio deferentis, vt in l. nam poſtea. in §. iurari. ff. de iureiur. ſed iudex defert iuramentum teſti de veritate dicenda ſuper articulis productis coram eo, quos ipſe ſcit porrectos teſti.

His viſis pro materia teſtis, reiectis ambagibus quę recitantur in præſenti materia teſtium, & mera veritate oſtenſa, quæ tenetur & eſt tenenda in practica.

Vnum ſolum reſtat videre, videlicet, † quæ 55
perſonæ repellentur à teſtimonio. quo viſo, perfecta erit iſta materia. & intellecto qui teſtes à teſtimonio repellantur, cognoſcemus quæ admittentur, quia cognito vno cõtrariorum, cognoſcitur & reliquum. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Sed primò pro euidentia pręmitto, quòd edictum de teſtibus eſt prohibitorium, id eſt, quòd omnes perſonæ admittantur, niſi quæ à lege ſpecialiter ſunt prohibitæ, vt eſt text. in l. 1. ff. de teſti.

† Not. quòd illud dicitur prohibitorium, 56
cuius regula eſt permiſſa, vt eſt text. in l. mutus. §. 1. de procu. & text. in c. cùm apud deſpo. † Et te- 57
ſtes ex quinque cauſſis repelluntur à teſtimonio, vel ratione conſanguinitatis, vel ratione familiaritatis, vel ratione vilitatis quæ habetur ad cauſam, ratione criminis teſtis, vel ratione inhabilitatis perſonæ, de quibus omnibus eſt videndum. Capio itaque primam cauſam prohibitiuam teſtimonij, ſcilicet conſanguinitatis. † Et quæro, 58
vtrum affinis poteſt eſſe teſtis pro affine? communis opinio eſt, quòd poteſt patruus ꝓ ſuo nepote, conſobrinus pro conſobrino, & ſic de ſingulis. quam opinionem tenet gloſſ. in c. accedens, vt lit. non conteſt. & ſequuntur ibi Canoniſtæ &

Legi.

Legiſtæ in l. parentes. C. de teſt. & Bar. in l. qui teſtamento. in §. per contrarium. ff. de teſta. credunt tamen quòd erat omni exceptione maior talis teſtis, & quòd non poſſet deferre ſibi iuramentum in ſupplementum probationis. Ita vult Iaco. Butr. & Alb. in l. lex Iulia. ff. de teſti. & Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. In cauſa autem criminali affinis non poteſt eſſe teſtis pro affine, vt 3. q. 1. c. 1. & 3. q. 9. c. præſens. & ita tenet Bar. in dict. §. per contrarium. Et idem eſt in cauſa iniuriarum, & cauſa criminali mota ciuiliter, quia affinis non
z poteſt eſſe teſtis pro affine z. ſecundum Bar. in l. lex Cornelia. ff. de iniu. & in d. §. per contrarium.

ADDITIO.

z Pro affine. *Vide d. Alex. de Imol. in conſil. 118. in 4. parte. & in conſilio centeſimo decimonono, eadem parte. & in conſil. 121. in ſecunda parte. & quod per Frau. Aret. in l. qui teſtamento. §. quicunque. de teſti. & quod ibi dixi in apoſt. Et an conſanguineus admittatur in teſtem, ſaltem ad probandum innocentiam? Vide do. Alex. in conſilio quinto, in prima parte. & in conſilio decimotertio, eadem parte. & in conſilio decimooctauo. & in conſilio 32. & in conſilio centeſimo octogeſimotertio, in ſecunda parte. Nec omitto vnum ſingulare dictum Innocen. relatum per Ioan. An. in c. nonnulli. de reſcript. quòd affinitas, propter quam quis à teſtimonio repellitur, & ad agendum admittitur, debet eſſe per lineam aſcendentem vel deſcendentem, nec ſufficeret eſſe tranſuerſalem. quod dictum pro valdè notabili refert, & ſequitur Angel. conſil. ſuo. 194. incip. viſis proceſſibus. & Hippoly. de mar. ſingu. ſuo 133. incipien. affinitas repellens. Celſus.*

Et eſt ratio, quare in cauſa iniuriarum, & in cauſa criminali affinis non poteſt eſſe teſtis pro affine, quia dedecus in quod incurrit aliquis de parentela, concernit omnes de parentela: & iniuria, quę fit vni de parentela, dicitur fieri omnibus de parentela, vt eſt text. in l. prima & ſecunda & tertia. ff. de lib. cauſ. nam affinis efficeretur teſtis in cauſa propria, quod eſt prohibitum à iure, vt in l. idonei. ff. de teſtibus. Et intellige affines vſque ad ſeptimum gradum cōnumeratum de Iure Ciuili. ſecundum quod intelligunt text. in l. lex Iulia. ſuprà alleg. Ita dicit Bart. in dict. §. per contrarium. hoc vendicat locum in perſonis affinibus, quæ non ſunt mater, pater, frater, ſoror, filius & vxor in illis perſonis aliud ſtatuitur, propter coniunctiſsimam ſanguinis affectionem, ideo ſeparatim videamus.

39 Et † primò quæro, an parentes poſsint eſſe te-
a ſtes pro filijs. *a*

ADDITIO.

a Pro filijs. *Tu vide plenè de hoc Bar. Soz. in ſuo tracta. fallen. regu. 427. & Bal. in l. parentes. in prin. & quod ibi dixi in apoſtil. ad ipſum in eod. verſic. & ibi nume. 1. vbi dixi, in ver. frater. vbi etiam dixi poſt Bar. num. 1. ver. quæro, vtrum parentes. C. de teſt. & de hoc per Felin. in capit. literis, in princip. vbi omninò eum vide eodem titul. de teſti. Celſus.*

Et intelligo de parentibus aſcendentibus vſque in infinitum, tam in linea paterna, quàm materna, vt voluit Specu. in tit. de teſti. §. 1. circa prin. & intellige parētes ſiue pater, ſiue mater, quia appellatione parentum continetur pater & mater, vt in l. parentes. ff. de verborum ſignif. & intellige de filio ſiue ſit in poteſtate patris, ſiue emancipatus, ſiue legitimus, ſiue ſpurius ſecundum Specul. vbi ſuprà. & dic quod in omnibus parentes non poſſunt eſſe teſtes pro filijs, nec econtrà. & hoc ratione affectionis. & hoc inductum eſt in fauorem aduerſarij. In quatuor tamen fallit caſibus, in quibus parentes poſſunt eſſe teſtes pro filijs. Primus, cùm filius tranſit ad religionem, & dubitatur, an tranſiuerit animo profitendi, vel non: nam pater admittitur in teſtem ſuper hoc. 2. q. 3. c. ſicut. Secundò admittitur ſuper ætatem filiorum, non tamen faciunt nec plenam, nec ſemiplenam fidem, ſed quandam præſumptionem, & inſtructionem faciunt iudici. Ita tenet gloſſ. ſingula. in l. etiam. ff. de proba. & ſequuntur Docto. Tertiò fallit in matrimonio, quando eſt quæſtio, vtrum coniugati ſint in gradu conſanguinitatis prohibito: nam tunc pater & mater admittuntur in teſtes, hoc caſu & alij affines, quia nullus eſt, qui melius poſsit ſcire veritatem ſuper hoc, quàm attinentes text. eſt in c. videtur qui matri. acc. poſ. Imò illud id ſpeciale in teſtimonio de affinitate & conſanguinitate: nam admittuntur ibi teſtes de auditu. text. eſt in c. licet ex quadam, de teſt. Si autē eſſet quæſtio, vtrum eſſet contractum matrimonium, an ne. & ſic eſſet quæſtio ſuper facto, parentes nō indiſtinctè admittuntur pro filijs: nam ſi iuuenis, qui dicitur contraxiſſe matrimonium cum muliere quadam, & iuuenis ſit potentior, honorabilior, vel amicitia potentior: pater vel mater mulieris non poſſunt eſſe teſtes aſſerentes, matrimonium eſſe contractum, quia parentes propter affectionem quam habent ad filiam, vt ſit benè maritata, in filiæ fauorem teſtificarentur, vt eſt text. in c. ſuper eo. infrà de teſtib. ſi tamen eſſent aliqui ex parte mulieris, quæ proponenda eſſet, quia foret nobilior iuuene, & iuuenis ditior: vel mulier eſſet nobilior, & iuuenis potentior: tunc iudex habebit arbitrari ſecundum qualitatem perſonæ & conditionem, an debeat parentibus adhibere fidem, an ne, ſecundum DD. in d. c. ſuper eo. poterit etiam iudex arbitrari, ſi cognouit virum nobilem fuiſſe philocaptum de aliqua muliere plebeia ardentiſsimo amore, ita, quòd fauore amoris faciliter deduci poterit ad matrimonium contrahendum *b*, ſecundum Ioan. de Imol. in d. b
c. ſuper eo.

ADDITIO.

Matrimonium contrahendum. *Sed ne tunc poterit diſſolui tale matrimonium. Vide not. conſ. Maria. Soz. in conſil. 28. incip. circa princ. in ver. cùm igitur, in prima parte.* b

Vbi autem eſſet æqualitas inter virum & mulierem, tunc parentes poſſunt teſtificari pro filijs, matrimonium eſſe contractum. & ideo bona cautela eſt, quòd cùm reperiatur vnus iuuenis ſtupraſſe vnam puellam, & ſint eiuſdem qualitatis maſculus & fœmina, ne puella dedecus patiatur, parentes teſtificentur matrimonium eſſe contractum, quia poterunt teſtificari in iure, & hoc quo ad ius fori: quo autem ad ius poli non euitaret animæ periculum & periurium. Quarto caſu fallit in teſtimonio filij militis, in militia de caſtrenſi peculio teſtantis, quia pater poteſt eſſe teſtis in ta-

60 li teſtamento, vt in dict. §. per contrarium. † Filius c autem in vno caſu poteſt eſſe teſtis pro patre, *c* videlicet quando in illa cauſa, qua teſtificetur filius, nullum commodum acquiritur patri, neque ipſi: vtputa, ſi pater eſt procurator in cauſa alicuius, filius eſſe teſtis poterit in cauſa iſta pro clientulo patris, non econtrà, ſecundum Bart. ſi filius eſt procurator, pater non poteſt eſſe teſtis in illa cauſa, in fauorem clientuli filij. Ita determinat Bal. in dict. §. per contrarium. & fuit prior ſententia Iacobi de Aret. & ideo pridie dicebam Stephanum de quilonis non poſſe eſſe teſtem in cauſa, quam habebat Antonellus Gabozota, cuius procurator erat dominus Petrus filius d. Stephani.

ADDITIO.

c Patre. *Adde Felin. in c. ſuper eo. el. 2. in fin. infrà de teſti. & dom. Alex. de Imol. in conſi. 18. in 1. parte. vbi etiam quid de genero pro ſocero. & in conſil. 70. in 1. parte. & in conſil. 78. in prima parte.*

61 Clarum † eſt filios contra parentes etiam volentes non poſſe teſtificari, quia hoc eſt introductum ob reuerentiam paternam, cui non poteſt d renunciari, vt in dict. l. parentes. Vir & vxor *d* nó poſſunt eſſe teſtes pro ſe, nec contra ſe: pro ſe ratione affectionis: contra ſe, ratione reuerentiæ. gl. eſt in d. l. parentes.

ADDITIO.

d Vxor. *Vide Felin. in cap. in literis. infrà de teſti.*

Contrarium dicit Bald. in patre ſpirituali, e *e* qui poteſt eſſe teſtis & pro filio ſpirituali.

ADDITIO.

e Spirituali. *Sed quid econtrà, an filius ſpiritualis pro patre ſpirituali? Vide Felin. in capit. olim nuncius, in verſicu. & in quantum. infrà de teſti. Et nunquid compater repellatur à teſtimonio? Vide dom. Alexand. de Imol. in conſilio quadrageſimoſecundo, in tertia parte. & in conſilio centeſimo quadrageſimoprimo, in ſecunda parte. B. Vadus.*

Ita dicit ipſe in dict. l. parentes. Baiolinus autem quamdiu nutrit, non poteſt eſſe teſtis, pòſt autem ſic, vt in dict. l. parentes. quam ſequuntur communiter Docto. per Bal. in dict. l. parentes.

62 Circa † autem fratrem, an poſsit eſſe teſtis pro fratre, dic poſt multas opiniones, hanc eſſe communem. quòd ſi fratres ſint in communio- f ne, *f* ſiue viuente patre, ſiue eo mortuo, non poſſunt eſſe teſtes inter ſe: & hoc ratione domeſticitatis, quæ repellit teſtes, vt in l. 2. C. de teſti.

ADDITIO.

f In communione. *Tu dic breuiter poſt Theorica Bald. in l. parentes. C. de teſtibus. quòd quamuis frater poſſit teſtificari pro fratre, ſaltem in ciuilibus, & in aliquibus caſibus in criminali, vt not. in cap. literas. de præſumptio. & in apoſt. ſeq. quòd ſi cohabitat cum fratre, non poterit teſtificari pro eo, quia cohabitatio aliquid operatur, ita, quòd propter maiorem affectum & dilectionem, quam ob id habet, quòd frater ſemper teſtificaretur in commodum fratris. Ita pulchrè dixit Bald. in allega. l. parentes, per caſum quem in hoc dicit ſingula. idem Bal. in l. ſi vt allegas. C. de ca. pecu. libro duodecimo. & ibidem voluit in l. 1. C. de epiſcop. & cleri. & in tracta. de duobus fratrib. And. Barba. in capit. repellantur. de accu. & Anto. Corſe. ſing. ſuis in ver. teſtis. incip. licet frater. Celſus.*

Ita tenet Anton. de Butr. in capit. cùm oporteat *g.* de accu. & refert Alb. tenere, & ſentit glo. g & Bal. in l. parentes.

ADDITIO.

g Cùm oporteat. *Et ibidem vide Felin. in ver. vno cum pluribus ſequentib. & in quibus caſibus poſſit, & quando non, & quando mutus. Vide per eum in capit. literas. in ver. in gloſſ. cum pluribus ſequentib. & in verſicu. vltim. de præſumpt. & in capit. literas. verſicu. fallit. 6. infrà de teſtibus. vbi etiam per Abb. nume. 3. & dom. Alexan. de Imo. in conſilio decimooctauo, in prima parte. & in conſilio ſeptuageſimo, in prima parte. ei quid de ſorore, an poſſit eſſe teſtis pro fratre? Vide do. Alex. de Imol. conſil. 24. in 2. parte. Celſus.*

Item frater non poteſt eſſe teſtis pro fratre, ſi cauſa ſit magna & ciuilis, vel ſit criminalis, ſaluo vbi frater eſſet accuſatus, quia tunc frater poteſt eſſe teſtis pro fratre, ad innocentiam ſuam excuſandam. Ita tenent Doctores in dict. l. parentes. & maximè Bald. mihi autem videtur magnum dictum, quòd frater admittatur in cauſa fratris, & alij affines remotiores, non tamen non poſſumus recedere ab eorum ſententia, quoniam frater poteſt eſſe teſtis pro fratre: & maximè ſi frater eſt teſtis inſtrumentarius. Et idem in alijs teſtibus, qui prohibentur teſtificari eo ipſo, quòd ſunt inſtrumento rogati, valet eorum teſtimonium. Ratio eſt, quia intelliguntur approbati per partes, eo ipſo quòd patiuntur eos ſcribi in inſtrumento, ideo bona cautela, quòd cùm ſit inſtrumentum, quis accipiat teſtes de ſuis parentibus & affinibus. *b* b

ADDITIO.

Et affinibus. *Et hoc idem tenet Felin. in capit. cùm inter. de except. ibi ad idem. vbi ponit eandem cautelam. de quo vide omninò Corſ. ſing. ſuis. in ver. teſtis. incip. licet pater. Celſus.* b

Innocen. in cap. cùm canonici, ſuprà de offic. deleg. dicit fratrem teſtem eſſe poſſe pro fratre, ſi eſt adeò bonæ vitæ, quia ſi eſt religioſus ſancti Franciſci de obſeruantia, & ſancti Dominici de obſeruantia, & ſimilibus. Eſt tamen vna differentia quo ad contradictionem teſtis, vtrum ſit teſtis inſtrumentarius, vel ſine ſcriptis, quia conditio teſtis inſtrumentarij ad hoc vt poſsit facere fidē, inſpicitur tempus, in quo deſcriptus eſt in inſtrumento. Si autem eſt teſtis ſine ſcriptis, tunc eius conditio (vt poſsit eſſe teſtis) inſpicitur tempore productionis, vt in l. 3. §. duæ. ff. de Carbo. edict. & ita tenet Bar. in dict. l. 1. C. de teſtamentis. Sed melior cautela eſt, quòd teſtis ſit inſtrumētarius, quia mortuis teſtibus, inſtrumentum fidem facit. gloſſ. eſt in l. 2. in princ. & in §. 1. ff. quemadmodum teſtam. aper. & eſt text. in capit. 1. infrà de fide inſtrumen.

Circa prædicta adde vnum notabile dictum Bart. quotieſcunque quis prohibitus eſt eſſe teſtis pro aliquo inter duas perſonas, pro quibus debet habere eandem affectionem: tunc poterit eſſe teſtis, & valebit eius teſtimonium, vt eſt text. in l. 4. §. 1. ff. de rit. nuptiarum. & ita in l. qui teſtamento. in §. per contrarium. ſuprà allega. Et ſic in caſu, in quo frater non poteſt eſſe teſtis pro fratre, poterit eſſe teſtis pro vno fratre contra alium fratrem. Ratio eſt, quia ceſſat cauſa prohibitiua teſtimonij, quæ eſt, quòd frater repellatur à teſtimonio

monio

monio pro fratre, propter affectiones quas habet erga fratrem, cùm frater pręſumatur habere identitatem affectionis erga alios duos fratres. Quod auté dictum eſt de affinitate, venit intelligédum, ſcilicet affinitate durante, ea autem diſſoluta, poteſt eſſe teſtis affinis, & eſt omni exceptione maior. Idem tenet Ang. in l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de poſtu. & in l. ſed hoc ita. ff. de re iudicata. Item ſtatuta in vxore quo ad teſtimonij requiſitionem, vendicant ſibi locum in concubina, ſecundum Doctores in dicto §. parentes. quia vxor non differt à concubina, niſi quo ad honorem, vt in l. item legato. §. parui. ff. de lege communi.

Nunc eſt videndum de ſecunda ſpecie teſtium
i repellendorum, ſcilicet ratione domeſticitatis. i

ADDITIO.

Domeſticitatis. *Vide d. Alexan. de Imol. in conſilio nonageſimonono. & in conſilio 98. in tertia parte. vbi ponit, quid in probando matrimonio. & in conſil. 5. in prima parte. & in conſilio decimotertio, eadem parte. & in conſilio 78. eadem parte. & in conſilio ducenteſimo nono, in ſecunda parte. & in conſilio nonageſimoquinto, in tertia parte. & in conſilio centeſimo decimonono, eadem partem, vbi ſi mercenarij ſint idonei teſtes. Et quid de Iudæis, an, et quando teſtificentur? Vide Felin. in cap. Iudæi. infrà de teſti. & quid de Iudæo conuerſo, an ob crimen poſtea commiſſum, repellatur à teſtimonio. Vide per eum in capit. teſtimonium. ver. ſextò concludo. infrà de teſt. Et quid de Canonico pro Canonico? Vide Felin. in cap. cùm R. Canonicus. in fin. de offic. deleg. Et an ſcholaris pro ſcholari. Vide ibidem per Felin. & dixi in apoſt. ad Panormi. in allegato capit. Iudæi, nume. 2. in apoſtil. in verſi. contra chriſtianum. de quo etiã dixi infrà eod. nume. 87. ver. quæritur communiter. in verſicu. idem ſi ſit ſuſpicio. Celſus.*

Domeſtici appellantur familiares, coloni, mercenarij, ſerui, liberti, & aſſcriptitij. Ita no. gloſſ. in l. præſenti. in §. ſanè. C. de his, qui ad eccleſ. confug. benè facit text. in l. aut facta. §. furta. ff. de pœnis. & tex. in l. pridem. ff. de quæſtion.

63 † Quæro ergo primò, nunquid familiaris
k k poteſt eſſe teſtis in cauſa pro domino ſuo.

ADDITIO.

k Familiaris. *Vide Felin. in cap. literis. infrà de teſtibus, in princ. & d. Alex. de Imol. in conſil. 24. in 4. col. in 2. parte. B. Vadus.*

Diuerſæ fuerunt opiniones, & quæ tenenda eſt, talis eſt: Quòd ſi eſt famulus alicuius magni domini, veluti Cardinalis, quem famulum non eſt veriſimile deuiare, ita, quòd habeatur pro honeſta perſona, talis benè admittitur in teſtem. Si autem eſt famulus alterius perſone, veluti ſunt famuli ſcholarium. vel alterius cuius ſunt, quia tales non ſunt perſonæ honeſtæ, imò viliſsimæ. talis famulus in toto repellitur à teſtimonio. ita intelligitur text. in l. etiam. C. de teſti. hæc eſt ſententia Innocen. in cap. literis. ſuprà de offic. dele. quem ſequitur Bal. in l. etiam. C. de teſt. Si autem eſt aliquis famulus, qui ſtaret etiam cum aliquo magnate pro ſolis expenſis ſine ſalario in domo, talis indiſtinctè repellitur ſecundum Cardi. in c. inſinuante. de offi. deleg. & ſic famuli iſtorum armigerorum, veniunt repellendi. & eſt veritas, quę eſt tenenda. prædicta tamen intelligere deberis, quando tempore reddendi teſtimonium eſt famulus: ſecus ſi tempore contractus celebrati, quis fuiſſet famulus alicuius: & poſtmodum tempore reddendi teſtimonium non eſſet famulus, quia tunc talis benè poteſt eſſe teſtis quondam domino ſuo, ſecundum Bar. in l. 1. ff. de quæſtio. in §. item Cornelio. & Ange. in l. ſeruos. C. de teſt. Et nimirum quia conditio teſtis inſpicitur, tempore reddédi teſtimonium. & cautela eſt, quòd ſi quis non habeat teſtes niſi famulos, quòd ipſe repellat à ſe, & poſtmodum producat in teſtes. tamen ſi conſtaret hanc repulſionem in fraudem, non ad-
mitteretur. l l

ADDITIO.

Non admitteretur. *Adde Fel. in d. c. in literis. in-* l
frà de teſtib. B. Vadus.

Quod præſumeretur, ſi poſt expulſionem incontinéti produceretur in teſtem, vel ſi poſt redditioné teſtimonij reuerteretur ad ſtandum cum producente eum in teſtem, vt in l. ſi venter. ff. de priui. cred. & iuxta not. per Barto. in l. poſt contractum. ff. de dona.

Secundò quæro, † vtrum colonus poſsit eſſe 64
teſtis pro domino ſuo? m Alb. in l. etiam. C. de m
teſti. quem ſequitur Gof. & Baga. tenet eſſe repellendum. hanc opinionem tenet gloſſ. in §. in teſtamentis. Inſtitu. de teſta. & ita teneatis, quia eſt communis opinio.

ADDITIO.

Suo. *Vide d. Alex. de Imol. in conſil. 118. in 4. par-* m
te. B. Vadus.

Quid autem de mercenario? dic idem vt ſuprà de colono dixit. Ita tenet gloſſ. quæ approbatur per DD. in c. in literis, de off. dele. Et idẽ de liberto aſſcriptitio. & ſimil. Quid de berrorario, n an n
poſsit eſſe teſtis pro poteſtate, in ſuo ſyndicatu? tenet Bal. quòd ſic. niſi ſit perſona viliſsima, & non ſtet cum poteſtate tempore teſtimonij. Ita tenet ipſe l. etiam. præal. & ſequitur Ang. in l. ſciendum. de vſur. dicens quòd euaſit poteſtatem in ſyndicatu propter teſtimonium berroariorum, tamen non ſunt teſtes pleniſsimæ fidei, nam eis multum diminuitur de fide, propter eorum vilitatem, vt § ſi verò ignoti. in Auth. de teſti.

ADDITIO.

Berroario. *Tu vide de hoc Bal. in alleg. l. etiam. nu. 4.* n
ver. ſed quid è contra. & quod ibi poſui in addit. ad ipſum. in verſi. berroarij. & ibi Sal. C. com de ſucceſ. & Alex. in l. 3. C. de teſti. Et an poſsit eſſe teſtis contra poteſtatẽ? no. Bal. vbi ſuprà. verſ. ſed reuoco in dubium. vbi etiam Sali. Et an contra alias perſonas? Vide Inn. in c. inſinuante. in glo. ſua, in verſi. poterat. de offi. deleg. B. Vadus.

Vnum tamé aduerte, quia licet clericus ſit domeſticus ratione eccleſiæ, tamé admittitur in teſtem pro eccleſia ſua, dummodò ipſe non ſit pars principalis iudicij, ſed alius agitet cauſam: puta, ꝓcurator eius, vel clericus, vt eſt tex. in c. ſuper eo. & c. nuncius. inf. de teſt. Attéde tamé, ꝙ in his quę agitantur in domo, nó poſſunt veriſimiliter ſciri per extraneos, in quibus tũc familiaris poteſt eſſe teſtis. Ita tenet Arch. in c. pleriq;, de off. ord. lib. 6. Idem tenet Albe. in l. conſenſu. C. de repud. hoc ſentit Spe. in tit. de teſti. §. 1. verſicu. Item quia domeſticus. Idẽ vult Bart. in l. ſi quando. C. vnde vi.

Sequitur videre de teſtibus repellendis ob cō-

moditatem in cauſa prætenſam, cuius ratione
65 multæ quæſtiones veniunt examinandæ. † Quæ-
ro primò, nunquid donator poſsit eſſe teſtis pro
donatario in re donata. Cyn. in l. omnibus. C. de
teſti. ſequens Pet. de Bellaperti. tenet donatorem
non poſſe eſſe teſtem, licet non teneatur de eui-
ctione. & idem tenent Guil. & Bal. in l. hæredi. §.
nos autem. de pact. quia donator, licet non tenea-
tur de euictione, prout habet affectionem, & ad
contractum ſuum, quem cupit valere & effectum
ſortiri. Ideo infert Guil. & Ang. in dict. §. nos au-
tem. quòd illa cautela, qua vtuntur creditores, de-
bitum probare nequeuntes, quia cedunt ius ſuum
alteri, etiam ex cauſa donationis. ita, vt poſtmo-
dum ceſsionarius agens contra debitorem pro-
ducat teſtem cedentem: & illa eſt practica inuti-
lis, quia cedens *o* non poteſt eſſe teſtis. & hęc opi-
nio eſt communis, & tenenda, licet Bar. & alij fue-
rint in contraria opinione.

ADDITIO.

o Cedens. *Adde Feliu. in cap. inſuper. in verſicu. quartò quæritur. infrà de teſti. & do. Alexan. de Imol. in conſilio decimotertio, in prima parte. & in conſilio decimonono, in quarta parte. an creditor poßit eſſe teſtis in cauſa debitoris? Vide per eum in conſilio ſexageſimonono, in prima parte. & in conſilio 78. in prima parte. & in conſilio 171. ſecunda parte. de quo vide Bald. in l. omnibus. poſt Panormitan. in verſic. ſed hic dubitatur. C. de teſti. & in l. fin. verſ. allegabatur iſtud princ. C. de iur. dot. Celſus.*

66 Tertiò quæro, † nunquid venditor poſsit
eſſe teſtis pro emptore in cauſa controuerſię mo-
tæ ipſi emptori? communis opinio eſt, quòd aut
tenetur de euictione. & ſic non poterit eſſe teſtis.
hanc opinionem tenet gloſſ. l. nullus. ff. de teſti.
Idem tenet Specu. in titu. de teſtib. §. 1. ver. quid in
venditore. Idem tenet Innocen. in capit. ſuper
de teſti. Idem dicite in cauſa diuiſionis, quæ vi-
cem emptionis obtinebit. vt in l. 1. C. communia
vtri. iudi. quia ſi ſuper portione adiudicata vni
ex ſocijs mouetur controuerſia, alter ex ſocijs nõ
poterit eſſe teſtis, ſi tenetur de euictione: ſi autem
non tenetur, tunc poterit eſſe teſtis.

67 Quæro tertiò, † nunquid aduocatus poterit
eſſe teſtis pro clientulo ſuo, contra ipſum poteſt
eſſe teſtis, & eſt clarum. Ita tenet gloſſ. in l. final.
ff. de teſt. quam ſequuntur Docto. quòd poteſt
etiam eſſe teſtis, ſi adhuc non præſtitit patroci-
nium. Ita tenet gloſſ. in dict. l. 1. & idem tenet Spe-
cu. in titu. de teſt. §. 1. ver. quid ſi aduocatus. & com-
muniter Docto. tenent, quod eſt intelligendum
quando ſolum conuentum erit de ſalario, & pa-
ratus eſt præſtare patrocinium: ſi autem præſti-
tiſſet patrocininm in cauſa principali, tunc non
poſſet eſſe teſtis in cauſa principali, nec appellatio-
nis, etiamſi in ipſa non fuiſſet aduocatus, vt eſt
textus in capit. mediatores. de teſti. libro ſexto. &
in dict. l. final. In alia autem cauſa non eſt prohi-
bitum aduocatum teſtificari. Et communiter
concludunt Doctores in locis præallega. Vbi au-
tem veritas haberi non poſsit, poteſt aduocatus
eſſe teſtis pro clientulo ſuo: puta, ſi dicetur, quid
actum eſſe in præſentia ipſius aduocati & par-
tium, ita, quòd non poſsit ab extraneis ſciri. Ita
Ioan. Andr. in addi. Specu. de teſtib. §. 1. verſ. quid
ſi aduocatus. & Bu. in c. cùm à nobis. infrà de teſti.

Quæro quartò, quid de procuratore, nunquid
poſsit eſſe teſtis pro clientulo ſuo. *p* *p*

ADDITIO.

p Suo. *Sed nunquid in cauſa appellationis, licet fuerit procurator in cauſa principali. Vide do. Alexan. in conſilio centeſimo trigeſimotertio, in prima parte. & in conſilio ſeptuageſimooctauo, in prima parte. & quid de procuratore ad negocia? Vide per eum in conſilio decimonono, in quarta parte. Alexan. conſilio ſexageſimoquarto, volumine ſecundo. Fulgoſ. conſilio ducenteſimo decimonono. & conſilio centeſimo ſeptuageſimoquarto. dixi in apoſt. ad Pan. in cap. cùm à nobis, in fin. in ver. an ille. de teſt. & poſt Salicet. in Authent. ſed nouo iure, in fin. verſic. ex quo no. in apoſtil. in verſic. pro domino. C. ſi cert. pet. Celſus.*

Dic, ſi nondum præſtiterit patrocinium, quòd
poteſt, vt diximus, in aduocato: ſecus ſi cœperit a-
gitare cauſam, tunc non poterit eſſe teſtis. Ita no.
Innoc. in c. ſuper. infrà de teſt. In alia autem cau-
ſa, in qua non eſt ꝓcurator, ſi nullum ad eum ſpe-
ctet commodum, vel incommodum, poteſt: ſi au-
tem ſpectaret commodum, non, vt in l. deferre. §.
idem decreuerunt. ff. de iure fiſ. In procuratore au-
tem ad negocia nemini dubium eſt, quòd poſsit,
ſi nullum ad eum ſpectet commodum. gloſſ. eſt
in c. 1. de teſt. lib. 6. Et per hoc infert Bar. in dict. §.
idẽ decreuerunt. quòd ſi ſcholaris mittat librum
ſocio ſuo per amicum ſuum, deinde oriatur quæ-
ſtio iuris inter ſcholarem & ſocium de dicto li-
bro, quia dicit ſocius nõ eſſe ſibi miſſum, ille nun-
cius, qui portauit librum, non poteſt eſſe teſtis in
cauſa propria, cùm tractatur de exonerando. & ita
tene menti, † quòd quotieſcunq; quis tractat de 68
exonerando, non poteſt eſſe teſtis. *q* *q*

ADDITIO.

Teſtis. *Quod not. contra comitem Ioan. de Carpi. qui volebat, quod litera et teſtificationes illius talemi presbyteri de Piſis valerent contra me, cùm eius teſtimonium tractabat de ſe exonerando, & cum alleg. hac dictum coram quodam Seuero de vrb. ll. equidem dolore & immeritò. doct. cùm talis ſit, qui doctoratu degradandus & dignitato nudandus meretur per ea quæ habentur cum nonnullis alijs cauſis, quas nunc omitto per Fran. Aret. in l. 1. C. de adno. diuer. iu. dum tunc eſſet poteſtas ciuitatis Fori Sempronij, cum maxima iniquitate, iniuſtitia, ac ignorantia contrarium ſentiebat, ſed parcat mihi dementia & ignorantia ſua, ex quo ſyndicatui & receſſui ſuo intereſſe nõ potui, cùm eſſem abſens: ſi tamen Deo placebit, nunquam impunitus tranſibit. limita tamen do. Bar. in dict. §. idem decreuerunt, prout per Paul. de Caſtr. conſilio centeſimo ſexageſimoprimo, incip. ad benè examinandum. & adde, quòd quotieſcunque quis nomine proprio ſperat habere commodum, vel incommodum, dicitur cauſa propria, vt cap. biduum. 2. q. 6. in qua pars teſtis eſſe non poteſt, vt per Paul. de Caſtr. in conſilio trecenteſimo ſeptuageſimoprimo, incipien. viſis actis & actitatis, &c. Et quomodo & qualiter conſideretur commodum teſtis. Vide Felin. in capit. inſuper, in fin. infrà de teſti. B. Vadus.*

Adde vnum dictum notabile in præſenti ma-
teria, quòd vbi ꝓcurator reuocatur lite penden-
te, non poteſt eſſe teſtis pro clientulo. Ita deter-
minant do. de Rot. deciſ. 120.

Quæro quintò, † nunquid iudex *r* poſsit eſſe 69
teſtis? *r*

ADDI-

ADDITIO.

r Iudex. *Vide Felin in cap cùm à nobis, verſic. ſecundò concln. infrà de teſtib. & in c. cùm dilecti. de accuſat. verſ. not. quartò quòd. B. Vadus.*

Conclude ſecundum communem opinionem, prout ponit Bal. in l. ne in arbitris. C. de arbit. Aut iudex vult produci in cauſa coram eo, & illud non poteſt fieri, quia idem non poteſt eſſe teſtis, & iudex, cùm iudex debeat iudicare ſecundum allegata & probata, non ſecundum conſcientiam, quam habet vt perſona priuata. Item quia iudex debet deferre iuramentum teſti, vnde non poſſet ſibiipſi deferre, cùm agens debeat à paſſo differre. Aut iudex producitur in teſtem, in cauſa appellationis ipſius à ſententia iudicij: tunc aut producitur in teſtem, quo ad inſtantiam, & quo ad merita cauſæ, vt cognoſcatur de iuſtitia cauſæ: & tunc non poteſt, quia tractatur de honore, & verecundia eius: aut producitur in teſtem ſuper proceſſu, quia negatur aliquis actus factus, & tunc poteſt. Aut producitur ſuper declaratione animi ſui, & benè poteſt produci, ſed dictum ſuum non valebit, quia in ore duorum, vel trium ſtat omne teſtimonium. ſed ſi eſſent duo iudices, vel arbitri, vel etiam plures producerentur ſuper declaratione animi ſui: tunc benè valeret dictum ſuum. Interdum iudex producitur in alia cauſa, in qua nunquam fuit iudex, & tunc poteſt eſſe teſtis, & in omnibus, &. per omnia dic in arbitrio
s omnia quæ dicta ſunt à iudice. Sed in arbitratore s, in quem eſt factum compromiſſum de iure. Bar. in l. ſi ſocietatem. in §. arbitratorem. ff. pro ſocio, tenet quòd nó. quod limitat ipſe alibi multum ſingulariter valet, niſi in compromiſſo partes dederint arbitratori baliam & poteſtatem procedendi, & terminandi in ſcriptis, & ſine: nam tunc arbitrator poterit eſſe teſtis de geſtis per eum, & coram eo, quia videntur partes approbaſſe perſonam eius, & voluiſſe credere ei, & verbo eius ſine ſcriptura.

ADDITIO.

Arbitratores. *Adde Bal. in l. ne in arbitris. verſic. iuxta prædicta quæro C de arbit. Bar. in Authentic. niſi breuiores l final. C. de ſent ex bre recitan. Panormita in capit 1. de lib obl. Alexan in l ſciendum & ibi Roma ff. de verborum obligat. & do. meus Iaſ May in l. admonendi. in ſua aurea repe. d l. concor. ibi per eum ſiguatu. ff. de iureiuran. Celſus.*

Item dicit ſingulariter Bald. in Authent. niſi breuiores. C. de ſenten. ex peri. reci. Si autem plures arbitratores, eis creditur, ſecundum Bar. in d. §. arbitratorem.

Conſequenter quæritur, quid de tabellione, nunquid poſsit eſſe teſtis, dic quòd non, in cauſa, in qua eſt tabellio. In alia autem cauſa, quòd ſic, ſi producatur in teſtem ſuper proceſſu, quia fortè acta ſunt deperdita. Ita determinat Io. And. in hac decre.

70 Quæro conſequenter, quid de tutore, † nunquid poſsit eſſe teſtis pro pupillo? dic quòd ſic. & cauſa agitetur per alium ſic, quòd ipſe non ſit pars iudicij: ſi autem iudex conſtituiſſet actorem pro cauſa pupilli, vel eccleſia, non poterit tutor eſſe teſtis, quia eſſet in cauſa propria, cùm actor conſtituatur periculo tutoris, vt in § tutor. Inſtitu. de authoritate tutorum. Ita determinat Bar. in l. qui teſtamento. in princ. ff. de teſtib. & ibi pleniſsimè no. licet Bar. aliter dicat in actore, & malè.

Quæro vlterius, nunquid legatarius poſsit eſſe teſtis in teſtamento, in hoc articulo multæ, & diuerſæ fuerunt opiniones, plus tamen placet opinio Bar. dicentis: Aut legatarij ſunt deſcripti in teſtes, in inſtrumento teſtamenti, & tunc faciunt fidem, & poſſunt eſſe teſtes, quia ipſi non producuntur vt teſtes in iudiciũ, ſed ſolum inſtrumentum. Item ex eo quòd ſunt deſcripti in inſtrumento, videtur fides eorum approbata: ſi ergo legatarij ſunt teſtes extra inſtrumentum teſtamenti, & tunc quatenus legatarius deponit pro commodo ſuo, vel ſua vtilitate, non valet dictum ſuum. ita videtur mihi dicendum inter multas opiniones, & ideo legatarius non poſſet habere legatum, niſi valeret teſtamentum. ſed ſi producitur in teſtem pro teſtamento, & non poteſt eſſe teſtis: ergo &c. Si autem in vtrunque euentum teſtamenti, legatarius eſſet habiturus legatum, ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato: tunc pro teſtamẽto etiam poterit eſſe teſtis. Breuiter concluſio eſt, quòd ſi comprehendatur depoſitio teſtimonij legatarij verſari in vtilitatem legatarij, nõ poteſt eſſe teſtis, aliàs ſic. Ita concludit Bald. in l. dictantibus. C. de teſtib. vbi dicitur, legatarium poſſe eſſe teſtẽ. Ita ꝓbatur in §. legatarius. Inſti. de teſti.

Vlterius † dubitatur, quid proxeneta, id eſt, mediator contractus, nunquid poſsit eſſe teſtis, ſi verteretur quęſtio de illo cõtractu? Circa hoc cõclude, aut vtraq; pars cõſentit, vt teſtificetur: tunc cõpellitur, & valebit eius teſtimoniũ. Inn. plus dicit, quòd vtraq; pars contenta eſt ſtare dicto illius proxenetæ, dictu illius facit plenam ꝓbationem, dato ꝙ non ſit niſi vnus teſtis. & ille eſt vnus caſus, in quo vnus teſtis facit plenam probationẽ. & hoc generaliter, quotieſcunq; vtraq; pars producit vnum teſtem, & eſt contenta ſtare dicto illius: tunc ſemper vnus teſtis facit plenam probationẽ cum iuramẽto, vt eſt tex. in l. Theopompus, de do. præla. Alius caſus eſt, ꝙ creditur verbo vnius t tãtùm ſine iuramento, & valet eius dictum, vt in legato Cardinali, vel alio magno Officiali, papę vel principis: tali enim aſſerenti ſibi commiſſum certum officium, vel certam poteſtatem ſibi datam, plenè creditur, etiamſi non oſtenderit literas. Ita dicit Inno. in cap. olim de priuil. & gloſſ. ibi idem Bar. tenet. pro quo facit tex. in cap. Romanorum, 91. diſtinctione. 71

ADDITIO.

Vnius. *Adde do. Alexand. de Imol. in conſilio vigeſimooctauo, in prima parte & omninò Felin. in capit. vendens in ver in gloſſ final. infrà de teſti. vbi in quibus caſibus vni teſti credatur. & aliquid in cap licet vniuerſis. eodem titu & in cap ſuper ver extra gloſſ. eod. titu. vbi, an Imperator poſsit facere, vt vni ſoli credatur. Adde Bart. in l Carbonianum §. cauſa & quod ibi poſui in additio. ad ipſum poſt Alexand in ver probatio. ff. de Carb. edict. Panormitan. in cap. cùm nobis, nume 4. vbi etiam poſui in additio ad ipſum, in ver inquantum, Cardinalis, de preſcript. Roma ſingu. 628. incip dictum vnius. & ſing. 358. incip tu ſcis. Sozin. regu. 423. domi. meus Phil. Decius conſilio quin-*

quinquageſimoſexto. & de hoc plenè dixi poſt Barto. in addi. ad ipſum, in l. Theopompus. in verſicu. dicto vnum. ff. de de dote præleg.

Aut & ſecundò altera pars cõtenta eſſet, quòd proxeneta teſtificatur, & altera non: tunc proxeneta non poteſt teſtificari, ſi non vult, ſed non compellitur: neutra autem parte teſtimonium ꝓxenetæ deſiderante, teſtimonium eius non admittitur. ita colligitur in §. quoniam verò, in Authen. de teſti. & ſequuntur omnes DD.

72 Solet etiam dubitari † de conſocio criminis,
v v nunquid poſsit eſſe teſtis in propria cauſa. caſus eſt in cap. perſonas. infrà de teſt.

ADDITIO.

v Criminis. *Vide d. Alexan. de Imol. conſilio centeſimo decimonono, in prima parte. & Felin. in capit. cùm I & A. de re iudica. in verſicu. demùm. inquantum. & in cap. cùm R. canonicus. de offic. delega. Idem Felin. in capit. veniens. de teſti. de quo dixi poſt Colle. in cap quoniam, num. 2. in apoſt. in ver. ſocius criminis. eodem titu. poſt Bar. in l. quoniam liberi. in 1. lect. nume. 1. in ver. criminis. & ibi notaui poſt Bal. in apoſtil. in ver. ſocij & participes criminis, nume. 2. C. de teſt. not. Alexan. conſilio centeſimo quadrageſimoſecundo, ad fin. volum. 1. Fulgo. conſil. 136. & Bal. conſilio 383. volum. 3. & Barth. Soz. in tracta. fall. reg. 325. Celſus.*

De habente autem ſimilem cauſam an poſsit eſſe teſtis, diuerſę fuerunt opiniones. verior videtur ſententia Ioan. And. in c. perſonas. quem ſequitur ibi Io. de Imol. concludentis, quòd ſi per deciſionem cauſæ, in qua teſtis certificari debet, aliquis fauor inſurgat cauſæ ipſius, vel aliquid emolumenti, non poteſt, aliàs ſic. & hęc relinquuntur arbitrio iudicis.

73 Dubitatur, † an vnus de vniuerſitate poſsit
x eſſe teſtis pro vniuerſitate. x

ADDITIO.

x Vniuerſitate. *Vide d. Alexan. de Imol. in conſilio quadrageſimoquarto, in ſecunda parte. & in conſil. 169. in prima parte conſil. 73. & in conſil. 135. eadem parte & in dict. conſil. 68. habes qualiter deponentes aliquid eſſe factum ab omnibus vniuerſitatis, an debeant dicere de duabus partibus vniuerſitatis, vel de maiori parte, vel quo modo. & iſtis adde Bart. in l. tantum. nume. 1. & quod ibi poſui in addi. ad ipſum. in verſi. in cauſa collegij. ff. de rer. diui. Bar. in l. eos. numer. 2. vbi etiam poſui in addi. ad ipſum. in ver. ſubditur vniuerſitati. C. de teſtibus. dixi poſt Bal. in l. parentes. nume. 4. in ver. dicunt Doctores, eod. titu. poſt Collecta. in cap. inſuper. num. 1. in ver. admittitur prælatus vbi etiam Felin. in 1. nota. de teſti. no. Iaſ. & Papienſes in l. cunctos populos. & clarius in 2. lect. C. de ſum. Trin. Gerar. de pe. ſancta ſing. 24. incip. vtrum ciuis. Bar. & Soz. in ſuo tract. fall. regu. 380. & conſilio trecenteſimo nonageſimoprimo, quadringenteſimo octogeſimo, & quadringenteſimo octogeſimotertio, volumine primo, & centeſimo quinquageſimooctauo, volumine ſecundo. & Alexand. conſilio ſexageſimooctauo, incip. viſo & benè diſcuſſo proceſſu, volumine ſecundo. Celſus.*

Communis concluſio DD. eſt. Aut illud ſuper quo eſt quæſtio vniuerſitatis, concernit commodum ſingulorum de vniuerſitate. Verbi gratia: Vniuerſitas habet nemus vnum, certè illud nemus quod eſt vniuerſitatis, concernit commodum ſingulorum, quia quilibet poteſt accipere de lignis, & vti pro vſu ſuo, & tunc vnus de vniuerſitate non poteſt eſſe teſtis pro vniuerſitate. Si autem illud, ſuper quo vertitur quæſtio, ſit vniuerſitatis, & tamen non concernit vtilitatem ſingulorum, tunc poteſt, veluti ſi vna ſtatua eſſet vniuerſitatis, & verteretur quæſtio ſuper illa: tunc benè poſsit eſſe teſtis. ita concludunt Doct. in d. l. nullus. ff. de teſt. & in l. omnibus. C. de teſti. & in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. & ita eſt tenendum. Dubito tamen circa hanc quæſtionem, quia cùm ea, quæ fiunt in vniuerſitate, non poſſunt fieri, niſi per eos de vniuerſitate: ergo quilibet de ea poteſt eſſe teſtis, vt in d. c. veniens. & in l. conſenſu. C. de repu. & ſic non videtur vera diſtinctio, de qua ſuprà. & ideo ego puto limitandum diſtinctionem Doct. ſuprà. videlicet quòd ſi cauſa vertatur cum vniuerſitate ſuper tali facto, quod non poteſt fieri, niſi per illos de vniuerſitate: tunc per illos indiſtinctè etiam ſi tale quid concerneret commodum ſingulorum de vniuerſitate, quòd quilibet de vniuerſitate poteſt eſſe teſtis. per iura ſuperiùs allega. & hoc vt veritas aperiretur, quia materia probationum eſt amplianda, vt in l. quoniam. C. de hæret.

Quarta cauſa teſtium repulſiua eſt, criminoſitas, id eſt, quòd teſtis ratione criminis repellitur à teſtimonio. Pro cuius declaratione multa ſunt vi- 74
denda. † Primò, nunquid criminoſus y poſsit eſ- y
ſe teſtis. Breuiter dic quòd non, ſi perſeuerat in crimine, vt ꝓbatur in c. teſtimonium. infrà de teſt.

ADDITIO.

Criminoſus. *Nunquid autem propter crimen ſemper repellatur, & an de iure Ciuili oporteat reum eſſe condemnatum? Vide Fel. in c. ſuper eo. el. 1. & in d. c. teſtimonium. in prin. Alex. hic per Lanf. ſed nunquid teſtis cùm ſibi de crimine opponatur contra excipientem, de crimine replicare poſsit? Vide per eum in c. dilectis. de excep. in ver. ad tertium caput. B. Vad.* y

Ex quo ſequitur, quòd guloſi quotidie in tabernis perſeuerãtes, nec nõ hi, qui quotidie ad taxillos ludũt, & ſic in crimine perſeuerantes, nõ poſſunt eſſe teſtes, qui perſeuerant in crimine. Item damnatus de crimine famoſo, & de publico iudicio nõ poteſt eſſe teſtis. & nimirum, quia teſtes tales ſint infames, vt l. 1. ff. de his qui not. infa. & in l. infamem. ff. de publi. iud. & l. 1. C. de poſtu. & ibi gl. Si tamen emendatus eſt de crimine, poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili. In criminali autẽ non. Et idẽ ſi talis teſtis aliquando ꝓductus in teſtem, fuerit repulſus à iudicio. hæc omnia ꝓbantur in c. teſtimonium, ſuprà alleg. Quæro, nunquid infamis poterit eſſe teſtis. z z

ADDITIO.

Sed *quid de his infamibus, qui reputãtur bona fama, an poſsint eſſe teſtes? Vide do. Alex. de Imo. in cõſ. 138. in 1. par. Et de teſte infami infamia facti, vide Feli. in c. at ſi clerici. ver. no. quòd teſtis ſuprà de iud. B. Vad.* z

Dic pro intelligentia huius quæſtionis, quòd duplex eſt infamia: quædam eſt infamia iuris, & quædam infamia facti. Infamis infamia iuris fit tripliciter, ipſo iure, vel per ſententiam, vel genere pœnæ. Ipſo iure efficitur quis infamis ex qualitate facti ignominioſo opere, ex quo lex irrogat infamiam, ipſo iure nulla interueniente ſentẽtia,

vt in

vt in l. final. ff. de ritu nupt. vt in vſurario, qui eſt infamis ipſo iure, vt in l. improbum. C. ex quib. cauſ. infa. irro. & ibi eſt bona gloſſ. & ſequuntur Doct. & licet vſurarius ſit infamis ipſo iure, tamen non eſt excommunicatus, ſed debet excommunicari, vt legitur, & notatur in capitulo præterea. de vſur. Et generaliter infamis, dicitur ipſo iure, vt habetis ſecundum multa exempla, vt in l. 1. ff. de poſtu. per totam illam l. Infamis per ſententiam dicitur, quando eſt lata ſententia contra aliquem de aliquo publico iudicio, vt de adulterio, vel de homicidio, vel ſimilibus, vt in dict. l. infamem. vel ſi damnatus de furto, vel vi bonor. rapt. vt Inſti. de pœn. teme. litigan. §. penultim. Quatuor enim ſunt delicta priuata, ex quorum ſententia quis efficitur infamis infamia iuris, quæ ponuntur in dicto §. penult. Infamis infamia iuris ex genere pœnæ dicitur, cui infligitur aliqua pœna ignominioſa, vel vituperoſa, veluti ſi iubeatur aliquis fuſtibus cædi, vel ſcopari. text eſt in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infa. & in l. fuſtibus. C. ex quibus cau. infa. irro. quæro, an infamis infamia facti, cuius opinio eſt grauata apud bonos & graues viros, vt in l. honori. ff. de obſeq. à liber. præſt. Exemplum poteſt poni in iſtis boranetis, qui reputantur viliſsimi apud graues & bonos viros. Poteſt etiá exemplum poni in iſtis, qui quotidie ſtant in tabernis. poteſt etiam exemplum poni in quocunque alio, qui habet malam famam. His ſic declaratis, venio ad poſitionem noſtram principalem, & dico quòd infamis infamia iuris non poteſt eſſe teſtis, vt in c. teſtimonium. & in c. licet ex quadam. infrà de teſt. & in l. 3. § l. Iul. ff. de teſt. & eſt ratio, quia infamibus ſunt interdicti actus legitimi, vt in dict. cap. licet ex quadam. & portæ dignitatis non patent infamibus, vt in cap. inter dilectos. de exceſ. præla. & l. 2. C. de digni. lib. 12. ſed ferre teſtimonium eſt dignitas, vt 13. q. 2. cap. præceptum. & no. gloſ. in dict. cap. teſtimonium. & intellige ſecundum communem opinionem. Etiam non poteſt eſſe teſtis infamis contra infamem, nec criminoſus contra criminoſum, ſecundum Bar. & communiter Docto. in l. cùm mulier. ff. de ſol. matrimon. & no. gloſſ. in dict. cap. teſtimonium. Hæc limitatio eſt vera in infami infamia iuris, non poſſe eſſe teſtem, niſi veritas rei aliter haberi non poſsit, quia tunc admittitur in ſubſidium, ſed cum tormentis. Ita no. Bart. in l. 1. C. de ſumma Trini. & fide Catholica. & idem eſt in hoc caſu, in quolibet inhabili ad teſtificãdum, quia in ſubſidium admittitur, vt ſuprà. hoc fallit in inimico capitali, qui etiam non admittitur in ſubſidium in teſtem, ſi veritas aliter haberi non poſsit. ita not. Specul. in titu. de accuſa §. 1. circa finem. & cap. per tuas. de ſimo. Item fallit in aliquibus caſibus, in quibus admittitur infamis infamia iuris in teſtem, ſcilicet in crimine hæreſis, ſacrilegij, fraudati cenſus, fraudatæ annonæ, ſimoniæ, læſæ maieſtatis, & perduellionis. hos caſus ponit Specu. in §. proximè allega. Infamis autem infamia facti ſecundum communem opinionem in cauſa ciuili poteſt eſſe teſtis, ſed ei multum diminuitur de fide. iſta eſt gloſſ. in l. 3. §. duæ cen. ff. de Carbo. edict. Idem not. Bal. & Barto. in l. 1. C. de ſumma Trin. & fide Cath. & eſt communis opi. In cauſa autẽ criminali talis non admittitur, vt in c. teſtimonium. ſup. alle. Limita omnia prædicta vera eſſe, ꝙ infamis infamia iuris, vel facti non poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali, quo ad ſententiã ferendam, quo autẽ ad inſtructionẽ, & fidem faciendam, quo ad torturã, benè admittitur, & facit ſufficientia iudicia. Itẽ no. Bal. in l. pręal. & dicitur fuiſſe dictũ Odof. Idẽ no. Bal. in l. 1. §. quæſtioni. ff. de quęſt. & eſt menti tenendũ. hæc tamen ita nõ intelligas indiſtinctè vera, ꝙ vnus teſtis infamis ſit indicium ſufficiens ad torturam etiam ſi deponeret de ipſo delicto, nam requiritur quòd ſit omni exceptione maior. *a* a

ADDITIO.

Maior. *Qui autẽ dicantur omni exceptione maiores, vide Fel. in c. cùm Ioan. de fid. inſtr. in verſ. quintò decla. et Do. Alex. de Imo. in conſ. 18. & in conſ. 141. in 1. part. & in conſi. 70. in 2. parte.* a

Quia ad hoc, vt vnus teſtis ſit ſufficiens ad torturam deponens de ipſo delicto, requiritur ꝙ ſit omni exceptione maior. Ita vult ſing. Ang. in l. fi. C. de quæſti. † In criminali autẽ cauſa vnus teſtis 75
nõ facit ſemiplenam ꝓbationem, licet ſecus ſit in ciuili. Ita determinat Cy. quẽ ſequuntur Ang. in l. 1. §. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. & glo. tenens ibi cõtrarium, reprobatur. Intelligẽdum eſt ergo dictum Bar. quando ſint plures teſtes infames deponentes ſuper ipſo maleficio, quod eſt tunc ſufficiens indicium ad torturam.

Quæro † tertiò, an exiſtens in peccato mortali 76
b poſsit eſſe teſtis? gl. Iuris Ciuilis in l. 3. §. lex Iul. b
de teſti. tenet ꝙ non, quod eſt intelligendum, niſi exiſtentẽ in peccato mortali pœnituerit ſe peccaſſe mortaliter, quia tunc poterit eſſe teſtis. Ita tenet Spe. in ti. de teſti. §. 1. ver. quid in crimine hæreſis.

ADDITIO.

Mortali. *Vide Fel. in c. teſtimonium. ver. tertiò no. de teſt. & ibi poſui in apo. ad Panor. poſt eundem, nu. 9. in ape. in ver. peccatum mortale. de quo etiam per Fede. de Senis. conſi. ſue 120. Celſus.* b

Quæro quartò, nunquid excommunicatus eſſe poſsit teſtis? Cõcluſio eſt indubitata, quòd nõ, ſecundũ omnes DD. tex. in c. veniens, *c* inf. de teſti. c

ADDITIO.

Veniens. *Et ibidem vide Fel. in c. Redulphus, de reſcri. in verſ. ſed declaratoria, in fi. & quod ibi dixi in apoſt. & in c. intelleximus, in prin. de tu. Sed quid ſi dicat excommunicationẽ nullam, an tunc teſtificari poſsit? Vide per eum in d. c. venera. el. 2. in text. ibi volumus. de quo omninò vide Alex. in l. 3. §. l. Iul. cum concor. ibi per eum ſignatis. ff. de teſti. Celſus.* c

Et ita tenent communiter omnes DD. in d. c. teſtimonium. Sed eſt dubium, poſtquam abſolutus eſt, an poſsit eſſe teſtis? in hoc fuerunt variæ & contrariæ opi. videtur tamẽ verior & communis, quòd poſsit eſſe teſtis, vt no. DD. in d. c. teſtimonium, niſi in duobus caſibus, qui colliguntur ex mẽte Inn. in d. c. videlicet quando quis eſt excommunicatus propter delictum: nam ſi tunc fuerit abſolutus, non poterit eſſe teſtis. Exemplum, ſi quis eſt excommunicatus, quia commiſit furtum, poſtquam eſt abſolutus, non poteſt eſſe teſtis. ita colligitur ex mente Inno. in c. teſtimonium.

Subſe-

77 Subſequenter quæritur, † nunquid periurus poſsit eſſe teſtis? Pro præſenti quæſt. declarando primò eſt videndum, nunquid periurus d ſit infamis? gloſſ. *d* in l. Lucius. ff. de his qui notan. infa. quam ſequitur Bart. & Ange. & eſt communis opinio.

ADDITIO.

d Gloſſ. *Quam gloſſam ignorabat ille, reputans ſe doctiorem alijs D. Dulcius de Spoleto. ll. Doct. cùm allegarem in cauſa propria, ex quo pars aduerſa aſſerebat me iuraſſe eſſe maiorem in inſtrumento, quod in rei veritate non iuraui, prout per teſtes inſtrumentariosmet probaui: imò quòd inſtrumentum erat falſum, tamen quia D. Dulcius erat aduocatus partis aduerſæ tenebat, & allegabat, cùm peterem abſolutionem à iure, quòd eram infamis. Et ego negando dicebam per illam gloſſ. quòd non. & cùm referrem diſtinctionem huius gloſſ. prout etiam refert hic Dom. Lanfranc. ipſe caput ridiculum, Dom. Dulcius, dicebat ſubridendo & alta voce, vt faciunt ruſtici, vt ipſe eſt, nunquam oſtendens gloſſ. facientem talem diſtinctionem, puta, modò cuius doctrinæ ſit, & an periurus ſit infamis? Vide Felinum in dicto cap. teſtimonium. Et an poßit eſſe teſtis? Vide per eum, in cap. ex parte prima, de teſtibus. & in cap. per tuas. de ſimo circa fin. & Do. Alexan. de Imol. in conſilio centeſimo trigeſimo tertio, in prima parte. & in conſilio quadrageſimoquarto, in ſecunda parte. & in conſilio vigeſimo, in quarta parte. Adde ad hanc quæſtionem, quòd Felin. in cap. ex parte, verſicul. ad tertium, de reſcript. dicit quòd non eſt, dict. l. huc deciſum, an periurus ſit infamis. & de hoc dubitauit Abbas in allegato cap. teſtimonium. §. & an ſit infamis infamia Iuris Ciuilis, quia de Canonico non eſt dubium. not. idem Felin. in dict. cap. teſtimonium, verſicul. ſed eſt magna difficultas. de quo dixi poſt Coll. in addit. ad eum. in cap. cùm dilectus, nume. 4. in verſicul. periurus remanet infamis. de ordi. cog. & poſt Bartol in l. Lucius Titius. nume. 3. verſicu. oppono quòd eo ipſo, quòd eſt periurus, in apoſtil. in ver. ff. de his qui not. infam. Celſus.*

Et diſtinguitur, aut eſt iuratum ſuper eo quod eſt de præſente, vel de præterito: ſi de præterito, tunc periurus non eſt infamis, eò quòd non venit contra iuramentum ſuum talis iuratus, ſed ipſe iurando ſtatim dicitur peccaſſe, cùm in ipſo iuramento ſit periurus: aut quis iurat ſuper eo, quod eſt de furto, etiam tunc, cùm talis periurus veniat contra iuramentum ſuum, eſt infamis, vt in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Not. tamen vnum dictum ſingulare, quòd ſi quis promiſit cum iuramento ſoluere ad certum terminum, & non ſoluerit, ſi poſt terminum offerat ſe paratum ſoluere, vt ſoluat, non eſt periurus. iſta eſt gloſſ. ſingul. 32. quæſt. 1. apud miſericordem. Ratio, quia eo ipſo quòd ſoluat extra terminum, non videtur habere animum deferendi. Redeundo ad primam quæſtionem, dic quòd periurus nō poteſt eſſe teſtis, quia qui ſemel malus, ſemper præſumitur malus eſſe, in eodem genere mali, vt in cap. qui ſemel malus. de regul. iur. lib. 6. & tex. in cap. teſtimonium. ſuprà alleg. Imò plus, & ſi egerit pœnitentiam de periurio, non poteſt eſſe teſtis. text. eſt ad literam in dict. cap. teſtimonium. & ita gloſſ. in dict. §. lex Iul. & ita tenent Doct. vbique.

78 Nunc quæro de alia quæſtione, † nunquid confeſſus de crimine vel conuictus, qui non ſit damnatus, poſsit eſſe teſtis? & dic quòd ſic, de Iure Ciuili. Contrarium eſt verum de Iure Canonico. & dicunt DD. quòd Ius Canonicum in foro eccleſiaſtico, Ius Ciuile in foro ciuili ſeruetur.

Vltra prædicta quæro, † nunquid pecunia 79
corruptus, etiam ſi dixerit verum, repellatur à teſtimonio, vel eius dictum, nullam facit fidem? gl. in d. c. licet cauſam. *e* tenet quòd non valet eius e teſtimonium.

ADDITIO.

e Cauſam. *Et ibidem. Vide Felin. in ver. uo. nonò, vbi an per ſolam corruptionem vitietur dictum eius, de quo per eum plenius in verſic. 2. concluſ. vbi etiam de ſententia lata teſtibus corruptis. Et an talis teſtis corruptus probet contra corrumpentem? Vide per eum in c. 1. in princip. de teſt. vbi an rogatus vt teſtificetur, dicatur corruptus. & de materia iſta vide etiam per eum in cap. ſicut, in verſi. gloſſ. pen. infrà de teſt. vbi etiam, an ſententia in cauſa matrimoniali retractetur ſola corruptione. Celſus.*

Idem tenet Bar. in l. Diuus. ff. de re iudica. Innocen. idem tenet in dict. cap. licet cauſam. Si autem allegaretur teſtis corruptus ante ſententiam, nam tunc ſola corruptela ſine falſitate reprobat teſtem. & in hoc concordat gloſſ. & Bar. Si autem allegetur poſt ſententiam, tunc Innocen. in loco præallegato dicit non ſufficere ſolùm corruptela, niſi allegatur etiam falſitas ſimul, mouetur, quia hoc non reperitur lege cautum. Ioan. de Imol. in dict. cap. licet cauſam. ſequitur Innoc. dicens opinionē Bar. eſſe tenendam. Et volentes etiam, quòd poſt ſententiam ſufficiat allegare ſolam corruptelam. Sed hoc non probatur lege, nec hæc ſententia in iudicio eſt tenenda. tamen mihi videtur verior opinio Bar. quòd idem ſit poſt ſententiam, quod ante. & vtroque caſu ſufficiat allegare ſolam corruptelam. moueor ratione tali, quòd poſt ſententiam in cauſa appel. pronunciatum extinguitur, vt in l. 1. §. fin. ff. ad turp. & cauſa reducitur in eo ſtatu, in quo erat in principali cauſa poſt lit. conteſt. vt in l. ita demùm. C. de procu. ſed certum eſt in cauſa principali poſt lit. conteſt. ſolam corruptelam allegare poſſum, licet ergo & poſt ſentētiam. Præterea poſt ſententiam Bart. eſt tex. in l. 3. §. lex Iulia. ff. de teſti. vbi text. repellit pecunia redemptos. nec diſtinguitur ante ſententiam, vel poſt. Item not. diſtinguit, vtrum allegetur falſitas cum corruptela, vel non. & hæc mihi verior in diſputando videtur, ſed tamen opinio Inno. eſt tenenda. Vnum tamen attende, quod voluit Innoc. in c. inquiſitione. de accu. quod ſi interrogetur per iudicem, vtrum ſit corruptus pecunia, vel ſit infamis, vel in aliquo interrogetur de turpitudine ſua, licet reſpondere non teneatur *f*, tamen ſi reſ- f ponderit, facit fidem, & nocet producēti, ne eius dicto credatur.

ADDITIO.

f Teneatur. *Vide Fel. in c. cùm cauſam. in ver. in ea glo. vbi non tenetur, de teſtib. Adde vltra ea qua poſui in apo. ad iſtum. ſuprà eo. §. reſponſiones. nu. 10. in apo. in ver. criminosè. Bal. in l. 2. §. quod obſeruari. num. 24. ver. quæro hic, nunquid teſtis. & quod ibi poſui in addi. ad ipſum, in ver. criminoſus. C. de Iure Canon. quod dixi poſt Bartol. in l. tranſactione, la picola. nume. 2. in apoſt. in ver. reſpondere.*

C. de

C. de tranſact. & Bar. Sozi. in ſuo trac. fallen. reg. 411. vbi plenè. Celſu.
Tamen ſi iudex cognouerit teſtem productum
fore criminoſum, vel alias inhabilem. & hoc ſit no-
torium, poterit etiam ſi non opponatur ex proprio
g officio repellere g. Ità tenet Inn. c. intimauit. infra
de teſti.

ADDITIO.

g Repellere. *Adde Fel in c. cum I. & A. col. 1. colligi
poſſunt quatuor. infra de re iu. & in c. nulli. de accu. ver. no.
ex glo. 1. B. Va.*

Si autem interrogetur circa propriam perſonam
de eo quod non concernit turpitudinem eius, tunc
bene tenetur reſpondere: ſecundum Inno in d. c.
inquiſitionis. veluti ſi interrogetur, vtrum ſit de-
bitor, colonus, fictualis &c. Ex his habes expedi-
tam quartam partem teſtimoniorum repulſiuam.

Vltima ergo cauſa teſtium repudiatoria eſt ex
ratione inhabilitatis perſonæ teſtis? Ideo pro eius
declaratione videndum eſt de pluribus. Et primo
80 queritur, † nunquid mulier poſſit eſſe teſtis? dic quod
in teſtamento clarum eſt quod non: vt in l. quæ te-
ſtamento. in §. mulier. ff. de teſta. fallit quando te-
b ſtamentum ſit inter liberos h: quia in teſtamento
inſtituuntur filij teſtatoris, tunc mulier poteſt eſſe
teſtis in teſtamento. glo. eſt ſingularis quam ſequ-
untur. doct. in l. fi. C. de codi excep. autem hoc ca-
ſu, mulier non poteſt eſſe teſtis.

ADDITIO.

b Inter liberos. *Adde d. Alexan. de Imo. in conſ. 70. in
2. parte. Tu vide de hoc. & in quibus caſibus mulier teſtis eſſe
non poteſt. Fel. in ca. quoniam. de teſti. Bal. in repeti l. habeat.
nu. 35. ver. ſuper prima quæſtione & ibi poſui in apoſtil. ad
ipſum poſt do. Alex. in verſ. de muliere. C. de ſacroſan. ec. &
Bar. Sozi. in ſuo tra. fall. reg. 419. in verſ. teſtis Celſus.*

i Idem in delictis i: de iure ciuili, in l. ex eo. ff. de
teſti. de iure canonico ſi agatur ciuiliter de delicto
poteſt. Si criminaliter non, niſi procedat per viam
inquiſitionis, vel denuntiationis: ſecundum Inno.
in c. quoniam de teſti.

ADDITIO.

i In delictis. *An in cauſis capitalibus mulier teſtis eſſe
poſſit? vide do. Alex. de Imo. in conſ. 11. in 1. parte. & in
conſ. 99. ea. part. & in conſ. 64. ea parte. in quibus locis po-
nit, quid de iure ciuili, & quid de iure canoni. & in conſilio
vigeſimo quarto in 2. parte. & in conſ. 174. ea. 2. parte. vbi
ponit, quid ſi per maſcu. veritas haberi non poteſt, an mulier
ſaltem iſto caſu admittatur?*

Attende tamen quod licet mulier poſſit eſſe teſtis
de iure ciuili cæteris paribus, tamen tanta fides non
adhibetur, quanta maſculo: & ſic debet intelligi il-
lud quod dicitur, quod in teſtibus debet conſide-
rari ſexus: vt in c. forus. §. mulier. de verbo. ſigni.

Quero ſecundo an minor 14. annis poſſit eſſe te-
ſtis? Reſpondeo quod non. tex. eſt in l. 3. §. lege Iu-
lia. ff. de teſti. Imò nec minor. 25. annis poteſt eſſe
teſtis in cauſa criminali, in l. teſtamentis. ff. de te-
ſta. Si tamen quis maior tempore deponat de his
quæ viderit in pupillari ætate: bene valeret eius te-
ſtimonium: ita gloſſ. tenet, quam ſententiā ſequun-
tur Doct. in d. §. lege Iulia.

81 Quæro † tertio, nunquid ſtipendiarius poſſit eſſe
teſtis? dic quod ſic quia non ſunt infames infamia
iuris, tamen eis multum diminuitur de fide: quia
ſunt infames infamia facti. Ità determinat Albe. in
d. §. lege Iulia. Ex quo infero, quod cum ſtipendi-
arij ſint infames infamia facti, non poterunt eſſe
teſtes in cā criminali: quia infamis infamia facti, nō
poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali: vt dixi in ſua ma
teria: vt in c. teſtimonium de teſti. Secundò infero
† quòd nulla dignitas poteſt conferri ſtipendiario, 82
nec etiam eſt capax alicuius honoris: quia talibus in
famibus, non patent portæ dignitatis: vt in l. 2. C.
de digni. lib. 12. & c. inter dilectos. de excel. præla.
Hęc ſupradicta intellige de ſtipendiario in bello il-
licito, videlicet in quolibet bello, quod non mo-
uetur per Imperat. vel Papam, vel alium ad ſui de-
fenſionem, vel ſuarum rerum gubernationem: ſe-
cundum Doc. hi autem qui dicuntur cauallarij de-
legati, ſunt infames infamia iuris. & ideo in totum
repelluntur: ſecundum Doc. in lege. 3. C. de except.
quia locant opera ſua ad pugnandum cum beſtijs:
vt in l. 1. §. remouet. ff. de poſtul. cum pluribus. §.
ſequen.

Præmiſſis adde, † quòd ſimiliter incarceratus, 83
ſcilicet in carcere publico, non poteſt eſſe teſtis, ſe-
cundum communem opi. Doct. d. §. lege Iulia. &
ibi text.

Queritur conſequenter, † an inimicus poſſit eſſe 84
teſtis? k dic ſecundum Doc. quòd inimicus capitalis k
repellitur omnino, ſi eſt effectus inimicus propter
cauſam criminalem, vel propter ciuilem magnam
ſecundum Innoc. vt in cap. inquiſitiones. de accuſ.

ADDITIO.

Teſtis. *Vide d. Alex. de Imo. in conſil. xcix. 1. parte. &* k
*Fel. in d. ca. cum oporteat. alle. hic per Lanfr. ver. & circa
iſtud. cum plu. ſeq. & Do. Alex. in conſil. 18. in 4. parte & in
conſil. 78. in 1. parte. vbi, an habens litem omnium bonorum,
vel maioris partis, dicatur idoneus teſtis. Sed quid ſi inter-
rogatus dicat ſe eſſe inimicum, an probet: Et quid ſi in frau-
dem dicat? Vide Fel. in d. c. inquiſitionis. §. tertia dubitati-
onis, poſt princ. verſicu. 3. not. Et quid de amico inimici? Vide
d. Alexa. de Imol. in d. conſi. 99. in 1. parte. Et adde quòd
teſtis inimicus, nedum à teſtimonio repellitur, ſed etiam ille
qui habet, vel habere præſumitur cauſam inimicandi: vt per
Felin. in cap. cum I. & A. in verſicul. 2. nota. infrà de re iu-
dica. Sed quid de illo, cum quo eſt facta pax: an ſit teſtis
idoneus? vide per dom. Alexand. de Imol. in d. conſi. xcix.
præalleg. vbi etiam, an quodlibet odium repellat quem à te-
ſtimonio: Sed quid de eo, qui in fraudem percutit teſtem, vt
eius dictum non valeat, an admittatur? vide Feli. in c. re-
pellatur. de accu. in verbo. fallit. niſi circa prin. verſic. Celſu.*

Idem ſi ſit ſuſpicio, l. quòd, capitalis ſit inimicus:
ſecundum Inn. in ca. cum oporteat. de accuſa. l

ADDITIO.

Suſpicio. *Ex hoc induco, quòd inimicus ſtatim poſt re-* l
*conciliationem, non admittitur in teſtem, per ea quæ no. in
ſimili. Hippol. de Marſi. ſing. 107. in c. priuilegium ciuitatis.
poſt med. ibi ideo dicit quod in dictis no. Panor. in c. dubius. in
fin. & ibi poſui. in addi. ad ipſum. in verſic. infidelibus. de hæ-
re. dixi poſt Collect. in c. in literis. num. 7. in apoſt. in eo. ver.
quid in inimico reconciliato, de teſt. dixi in add. ad Bar. in l.
præſcriptione in apoſtil. in eod. ver. C. ſi contra ius, vel vtili.
publi. & in 1. conſi. ſerum nu. 2. in ver. in iuramēto. Celſus.*

Idem ſecundum Cyn. ſi teſtis copulauit amici-
tiam cum vno capitali inimico: nam & ipſe præſu-
mitur inimicus: ſecundum Cyn. in l. ſi quando. de

teſt. alias inimicus nõ repellitur à teſtimonio. Amicus *m* non repellitur, quantumcunque ſit magna amicitia. m

ADDITIO.

Amicus. *Vide do. Alex. de Imol. in conſ 78. in 1. parte: & in prealleg. conſi. 18. 4. parte. & Fel. in c. quoties. verſi. 12. cu. no. 6. de teſti. & aliquid in c. in literis. verſi. fallit niſi. in fi. eo. tit.*

Tamen ſi eſt magnus amicus, multum de fide diminuitur. glo. eſt ſingul. in §. cogitandum. in authen. de monachis. col. 1. quam ſequũtur Doc. Imò eſt tex. expreſſus. in l. ſciendum. ff. de vſu. ita ibi te-

85 net Ang. *n* † Nunquid pauper *n* poſſit eſſe teſtis.

ADDITIO.

n Pauper. *Vide Alex. de Imo. in conſil. 15. per totũ. in 3. parte. vbi ponit etiã quis dicatur pauper, & quis dicatur ſuſpectus, et quid in ciuilibus et in quibus caſibus poßit torqueri. Adde de hoc Collec. in c. in literis. in fi. ver. nunquid paupertas repellit: et quod ibi poſui, in addi. ad ipſum. in eo. ver. de teſt. Pan. in c. ſi quis teſtium. nu. 8. vbi etiam poſui in addi. ad ipſum. in ver. propter paupertatem. & ibi Feli. ver. in gl. fi. ibi aliàs cum ſeq. eo tit. dixi in apoſt. ad Bart. poſt. Alex. in l. ſpadonem. 6. eſt antẽ. in verſ. affectaſſe. in lec. Nic. de Neap. ff. de excuſ. tut. not. Bar. Soci. in ſuo trac. fall. reg. 289. in ver. pauper. not Franc. de Are. conſil. 13. inci. viſo diligenter themate. Alex. conſi. 208. inci. viſo proceſſu. et do. meus Phili. Dec. conſ 163. vol. 2. Celſus.*

Et nunquid ruſticus poſſit? verum eſt quod quis neq; ratione paupertatis, nec ratione ignobilitatis, repellitur à teſtimonio: ſed cæteris paribus, magis creditur diuiti, quàm pauperi: & nobili, quam ignobili: referendo ſingula ſingulis. Ita intelligitur glo. in l. 3. ff. de teſti.

86 An † ſocius *o* poſſit eſſe teſtis? dic quòd non, ſi
o eſt ſocius omnium bonorum: vel etiam ſi non eſſet ſocius omnium bonorum, & ſua interſit: adhuc nõ poteſt eſſe teſtis de parte conſocij. de qua etiam dic. vt not. Innoc. in ca. in præſenti. infrà de teſti.

ADDITIO.

o Socius. *Vide Felin. in cap. inſuper. ver. quinto quæritur. infrà. de teſti. B. Vadus.*

87 Vltra prædicta adde, † quod neque clerici, neque monachi poſſunt eſſe teſtes, ſine licentia ſuperioris: ſecundum Spec. in titu. de teſte. §. 1. verſ. ſed ſi monachus. & verſicu. & quid de monacho. & idem tenet Alb. auth. ſi dicatur. C. de teſtib. Clericus autem ſecularis bene poteſt. vt in ca. quicunque. 14. q. 2. tamen debet examinari per iudicem eccleſiaſticum: ſecundum Archid. in d. §. quicunque. dicit eſſe in electione iudicis ſuperioris, ſi velit examinare clericum, an dare licentiam ſeculari vt eum examinet. Sed tamen debet iuramentum de licentia ſui ſuperioris facere: vt in cap. 1. de iur. cal. licet admittatur clericus, non tamen compellitur: vt ſup. dixi. Solet

88 etiam quæri, † nunquid fideiuſſor. poſſit eſſe teſtis pro debitore principali. Spe. in tit. de teſt. verſ. ſed quid de fideiuſſore. dicit quòd ſic, ſi eſt ſoluendo. Ioa. And. in d. verſi. dicit indiſtinctè nõ poſſe: quia eius intereſt, litibus non vexari. vt in l. minoribus. ff. de minor. hanc opin. tenet Io. And. in c. inſuper

p *p*: de teſti quæ opin. eſt tenenda.

ADDITIO.

Inſuper. *Et ibidem vide Fel. in verſi. 6. quæritur. Bene. Vadus*

Sed quæro, nunquid ſollicitator *q* etiam poſſit q teſtis? D. de Rot. deciſio. 362. tenent quod non. Idẽ dicit eſſe verum Anto. de Butr. finita cauſa, in qua ſollicitat. Ità dicit ipſe in c. inſuper. infra. de teſti.

ADDITIO.

Solicitator. *Vide do. Alexa. de Imol. in conſil. 78. in 1. parte. & in conſi. 64. in 3. parte. & vide do. de Rot. diciſ. 167. alias 3063. ſollicitator in no. & Lud. in fin. ver. cum quæritur, an ſollicitator. vbi ponit conſt. do. Theodoſij & Alexan. de Imo. in conſi. 76. 2. parte. & Ludo. in conſi. ſuo omnipotentis Dei poſtulato ſuffragio, propoſita quæſt. &c. Feli. in ca. cum à nobis. infra de teſti. in fi. & Do. Alexan. de Imo. in conſi. 56. in 3. parte.*

Dubitatur † finaliter, nunquid denuntiator cri- 89
minis poſſit eſſe teſtis? Concludunt Doct. & gloſſ. in c. in omni. de teſt & tenent quòd ſic, in denuntiatione euangelica. In alijs autem denuntiationibus, quæ ſunt in foro ſeculari, vel eccleſiaſtico, ob delicta non poſſunt eſſe teſtes.

Ex his omnibus nunc habetis plenè expeditum, quæ perſonæ repellantur à teſtimonio: quibus exceptis, cæteræ admittuntur: vt in l. 1. §. adhiberi. ff. de teſti. Modo placet mihi pro pleniori ſatisfactione materię teſtiũ, attingere aliquas quęſtiones ſuper dicta materia, quæ ſunt multũ vtiles & oportunæ.

Quæro primò, † nunquid teſtes teneatur depo- 90
nere de loco & tempore? verbi gratia, Teſtis interrogatus, an Titius mutuauit 10. Scio, & reſpondet ꝙ ſic. Poſtea interrogatur, vbi, & quando hoc fuit: nunquid ſi non reſpondeat, vel dicat, nõ recordor, eius teſtimonium vitietur. Pro huiuſmodi quæſtione determinanda dic, quòd vbi locus & tempus ſunt: de ſubſtantia actus, de quo quæritur: tunc oportet teſtem deponere de loco & tempore. *r* r

ADDITIO.

Tempore. *Adde d. Alexan. de Imo. in conſi. 3. per totum. in 4. parte. & omninò Feli. in c. ex tenore circa prin. ver. not. 3. ibi, determinantes. & plenius in c. cum cauſam. verſi. vtrum autem teſtis. de teſt. B. Vadus.* r

Aliàs dictum ſuum nõ valet. iſtud probatur in l. 1. in fi. cum ſeq. ff. de incend. ruin. & nauf. iſtud eſt dictum Inn. in c. qualiter, & quando. el. 2. de accuſ. Idem tenet Bal. in l. 2. C. de reſcind. ven. Exemplũ, vt melius intelligatur: ad hoc vt quis obtineat in interdicto vnde vi, requiritur ꝙ probet poſſeſſionem, & quòd probetur ꝙ poſſidebat illa die, qua fuit ſpoliatus poſſeſſione: alias ſuccumbit: vt in l. 1. §. interdum. ff. de vi & vi armata. Certè ſi iſte intẽtans hoc interdictum probaret poſſeſſionem & ſpoliationẽ non poſſe obtineri: quia tempus eſt de ſubſtantia actus. Pone aliud exemplum, in pręſcriptione: quia debet probari poſſeſſio. 10. ann. inter pręſentes, vel 20. inter abſentes. Potes ponere multa alia exempla: vt ſtatutum dicit, ꝙ ſi quis luſerit in 40. puniatur in 10. probatur ꝙ aliquis luſerit, non tamẽ fuerit in 40. nõ debet puniri. quia tempus eſt de ſubſtantia actus. Exemplũ de loco: pone, ſtatutum dicit ꝙ ludens in loco publico, puniatur in 10. probatur quem luſiſſe, nõ tamẽ in loco publico: non debet puniri; quia locus eſt de ſubſtãtia actus. Pone aliud, dicit ſtatutũ ꝙ beſtię poſſunt paſculare in certis pratis: nõ in alijs: accuſauit quis ꝙ beſtię paſculauerunt in aliquo prato alio, certè ſi non probatur, quod in prato prohibito, non poteris obtinere: quia certus locus eſt de ſubſtan-

ſubſtantia actus. Aut tempus & locus non ſunt de ſubſtantia actus, & tunc ſi teſtis de illo non deponat, ſed dicat ſe non recordari. dictum eius bene valet. Inn. in c. qualiter, & quando. Idē ſi non interrogetur teſtis de loco & tempore dictum ſuum valet: quia locus & tempus non ſunt de neceſſitate probationis. in §. quia verò. & idem ſecundum Ang. in d. auth. de teſti. Attende tamen ad vnū, quod eſt not. dignum, quod vt quis agat ex mutuo, vel alio contractu, requiritur ꝙ probet pecuniam mutuatā vel depoſitam. & ſic de ſingulis contractibus ante libellum, & ante lit. conteſta. alias ſuccumbit actor. & ita dicit ſin. Ang. in d. §. quia vero. & videtur probari in l. eandem. §. actiones. in fi. ff. de except. rei ind. idem Io. And. in c. Abbate ſanè. de re iudi. li. 6. & in gloſſ. ſua. Declaro. actor dicit, ꝙ mutuauit Titio. 10. quare &c. Item teſtes dicunt, verum eſt quòd mutuauit, & requiritur quod dicāt, ſi nō recordatur de tempore, ſed ſuit ante pręſentem litem incœptā. iſtud eſt ſingulare multum. Ratio eſt quæ facit pro eis: nam teſtes producuntur poſt lit. conteſt. vt ſuprà vidiſtis, quando teſtes dicunt, quòd mutuauit: & non dicunt in certo tempore, illud dictum poteſt verificari ante & poſt lit. cōteſta. & per conſequens hoc dictnm eſt obſcurum, cum neſciatur ante lit. conteſta. & ſic dictum eſt dubium: & quotieſcunq; dictum eſt dubium, interpretatur contra producentem: vt eſt text. in ca. in præſentia. de proba. & ibi gloſſ. iſtud eſt dict. Bal. & Ang. in l. veterib. ff. de pact. & Bar. in l. 1. §. fin. ff. eod. ſic ſequitur, quod debet fieri interpretatio, quòd iſtud mutuum fuit factum poſt lit. conteſt. vnde iſtud totale mutuum; quia non dicitur deductum in iudicio; quia ea quæ procedunt poſt lit. conteſt. non dicuntur venire in iudicio, imò alio libello opus eſt. vt eſt caſus. in l. non poſſunt videri. ff. de iudic. De qualitate autem temporis, nulla eſt teſti facienda interrogatio: videlicet, an eſſet ſerenū, vel nebuloſum: ſecundum Innoc. in cap. qualiter, & quando. vbi dicit quòd ſi teſtis deponit de diuerſo tempore, vel loco, quod dictum ſuum non valet.

91 Quæro ſecundo, †an teſtis qui deponit ſuper valore rei, debeat reddere rationem ſui dicti, etiam non interrogatus, ad hoc vt valeat dictum ſuum? f dic quòd ſic. f

ADDITIO.

f Sic. *Quomodo, & qualiter deponere habeant teſtes ſuper valore? vide Fels. in c. ad aures. 2. ver. de expreſſione valoris. ſupra, de reſcrip.*

Et ideo teſtes qui quotidie examinantur, dicunt. Talis res valebat. 10. & nihil aliud deponunt, nihil valet. & eſt ratio. Nam quotieſcunq; aliqua res poteſt ſciri difformibus modis, niſi exprimatur modus quo ſcitur, illud dictum dicitur obſcurum: & per conſequens tanquam obſcurum, non valet. Sed vt valorem rei quis poſſit ſcire, difformibus modis? dic ſecundum quod ſtatim dicam: ideo requiritur quòd exprimat modum, propter quem ſcit valorem: aliàs nihil valet. Hinc eſt, quòd teſtis qui deponit de dominio, debet reddere rationē ſui dicti, etiam non interrogatus: quia ſunt multi modi acquirendi dominium: & ideo requiritur quòd exprimat illum modum, per quem ſcit dominium certæ rei eſſe illius: de modis patet per totum titulum. ff. de acqui. re. do. & inſti. de re. diui. Vbi autem res non poteſt ſciri niſi per vnum modum, & tunc ſuper tali re, valet dictum teſtis, etiam ſi non reddat rationem, etiam ſi eſt interrogatus: vt eſt in colore; quia quis non poteſt ſcire colorem, niſi per vnum modum: vt eſt albedo, quæ per viſum comprehenditur: vox autem per auditum. hæc ſunt verba Bal. in l. 2. C. de reſcin. vend.

Quęro †ergo qualiter probetur valor rei, & qualiter teſtis producitur ſuper valore rei. s 92

ADDITIO.

s Rei. *Ad probandum valorem rei, quæ probatio admittatur, & quomodo fiat probatio. vide do. Alex. de Imo. in conſi. 85. in 2. parte. Et qualiter valor rei debeat articulari? vide do. Mari. Soz. in conſi. 9. incip. viſis. ver. & ſiant iſta ibi, quinimo ſingulis in 1. parte. Adde hic & in præced. apoſti. deductis Bart. in l. pretia rerum §. nonnulli. nu. 1. & quod ibi poſui in verſi. tu vis probare valorem rei. ff. ad leg. Falci. Bal. in l. ſi quos. num. 25. & ſeq. ver. ſed circa hoc. & ibi poſui, in additio. ad ipſum. in apoſtil. in eo. verſi ibi etiam not. in additio. ad Salycetum verſic. ſed pone quòd ipſi dicunt tantum pro communi pretio ipſam appretiaret. in apoſti. in eod. ver. C. de reſcin. vend. & dixi poſt Panor in c. cum cauſam. nu. 2. in ver. verus valor rei. infra de teſti. Celſ.*

Dic interdum teſtis producitur ſuper valore rei immobilis fructus producentis: vt in fundo, interdum ſuper valore rei mobilis: vt eſt videre, in alijs ſpeciebus. Si teſtis deponat ſuper valore rei fructus producentis, tunc debet deponere ſuper valore rei, hoc modo, dicit quod pars fundi in tali loco &c. valet decem florenos: & ſcio quòd tot fructus percipiuntur ſingulis annis, ex illa parte fundi, & quòd ex parte fundi eiuſdem qualitatis tot fructus producti vendi conſueuerunt: & vendunt pro ſingula parte decem florenorum: modo fundus æſtimatur per fructuum perceptionem. hoc probatur in l. ſi fundum per fideicom. in princ. ff. de leg. 1. l. pen. ff. de reb. eorum. & in l. ſi quos debitores. ff. de reſcin. vend. ita tradit notab. Bar. in l. pretia rerum. ff. ad legem Falc. & idem Bal. in l. 2. C. de reſcin. vendi. & poterit alio modo, & breuius probari de valore rei immobilis: ſecundum præfatos Doctores vbi ſupra, hoc modo, ꝙ pars talis ſundi tanti valet. quia pars aliorum fundorum eiuſdem qualitatis ibi vicinorum, tantundem venduntur. hoc eſt quod dicitur, quòd res tanti valet, quanti vendi poteſt: vt in dicta. l. pretia rerum. & intellige, quanti vendi poteſt, ſcilicet homini ſcienti qualitatem rei: vt eſt tex. quem ita intelligunt Doct. in l. mortis cauſa. de dona. cauſa mortis. & ideo ſecundū Bar. vbi ſupra, ſit cautus aduocatus volens probare valorem rei, quòd capitulet de aliquo morbo. vel vitio latenti rei: vt dicat, quòd tale vitium eſt latens: quòd ſi emptor ſciuiſſet, emptor non tantum dediſſet.

Dubitatur de huiuſmodi depoſitione, nunquid teſtis deponens de valore, concludat dicendo hoc modo. Pars talis fundi valet decem, interrogatus quomodo ſcit? reſpondit, quòd ego tantum darem, ſi vellem emere, dic quòd non valet, ſi iſte teſtis comprehēditur habere affectionem ad talem rem, puta; quia eſt vicinus illi fundo, & mea intereſt habere fundum vicinum: & pro minori pretio quàm

valeat: vt in l. ſi fundus. ff. de lega. 3. Si autem nullam habet affectionem, bene valet eius dictum. Ita dicit Bal. in d. l. 2. Adde alium modum probandi; quia iudex ex officio ſuo poteſt etiam poſt publicatas atteſtationes, & poſt didicita teſtificata, mittere æſtimatorem, ad æſtimandum rem: vt in l. hac ædictali. §. illicò. ff. de ſecundis nuptijs. ſecundum Barto. in d. l. 2. Hinc eſt quod dicit Bar. multũ notabi. in l. in fundo. ff. de rei vendi. quòd etiam poſt ſententiam aute executionem factã, poteſt opponi exceptio expenſarũ, & melioramentorũ: cum talis exceptio non redarguat ſententiam de iniquitate, ideo opponi poteſt: vt in l. fideiuſſores. ff. de fideiuſſo. & in l. Neſennius Apollinaris. ff. de re iud. & per conſequens non poteſt fieri executio, niſi prius liquidatis melioramentis expenſarum, cum illas poſſet conſequi per retentionem: vt eſt tex. in l. ſi aream. ff. de conditione indebiti.

Iuxta præmiſſa etiam dubitatur, nunquid poſsit probari valor rei hoc modo. pars talis fundi valet decem & hoc ſcio: quia ſum vicinus. Bal. dicit quòd non, in d. l. 2. Bar. dicit quòd ſic. in l. 1. ff. ſi cer. pe. & illam tene: quam etiam tenet Ange. in auth. de hæredi. & falci. Et eſt glo. in l. 2 C. quando fiſcus, vel priuatus Quando autem teſtis deponit de valore aliarum rerum mobilium, tunc probat, ſi dicat hoc modo. Summa fruméti valet tanti: & hoc ſcio; quia communiter tanti venditur, vel vendebatur tunc temporis. & notabiliter multum ſingulariter, quòd talis teſtis debet comprehendere tria tempora in ſuo teſtimonio hoc modo, frumentum tanti valuit illa die, vel illo tempore, vel ante & poſt. Alias ſi ſe aſtringeret ad vnum diem tantum, non probaretur valor. Ita dicit tex. in l. pretia rerum. in fi. præallega. & ita etiam tenet Bar. Sed pone, quod quis capitulauit de valore rei, quòd res tanti valuit in toto publico, & quòd illa vendebatur tantidem in domibus priuatis: ſi teſtes autem deponunt in foro publico de vno valore, & in domibus de alio, quæritur cui ſtabitur? dic ꝙ ſtabitur valori fori publici: ſecundum Bar. vbi ſupra, qui dicit pro cautela, quòd ille qui vult probare de valore frumenti. debet capitulare, quòd pro tanto venditum eſt in foro publico. Ita notat ipſe, in l. pretia rerum.

93 Conſequenter † eſt videndum qualiter probe-
a tur dominium. a

ADDITIO.

a Dominium. *Vide do. Alex. de Imo. in conſil. 4. in 2. parte. & in conſil. 71. in 1. parte. In quibus locis ponit, an probetur dominium de antiquo per ſolam famam. & in conſil. 1. in 4. parte & conſil. 10. & in conſi. 11. ead. parte. vbi latè ponit de probatione dominij, etiam quando non ſumus in caſu, in quo probetur, vel probari debeat de antiquo, et in cõſi. 15. & in conſi. 30. in 4. parte. vbi ponit, an ſola fama probet in factis de antiquo: de quo per Fran. Aret. in l. is ad quem. de acquir. hæred. & per Fel. in c. inter dilectos. de fi. inſtru. latè per Firmian. in ſuo aureo repertorio in ver. dominium probatur. & Do. Alexan. de Imo. in conſil. 88. in 2. parte. vbi ponit, quando agitur Publiciana, an obſtet titulus & bona fides. de quo etiam vide Bar. in l. cum res. num. 4. & quod ibi poſui, in additio. ad ipſum. in verſi. ad probandum dominium. C. de proba. & in 2. lect. in d. l. num. 7. verſic. eſt ergo modus. in ver. poſſedit annis decem. Dixi etiam poſt Bal. in addi. ad ipſum poſt eundem. in l. indicia. num. 53. in verſi. probatur dominium. C. de rei vendicatio. & in l. proprietatis. num. 3. verſi. ſecundo. dicit gloſſ. quòd dominium. in apoſtil. in verſi. probatur. de teſtib. C. de proba. Celſus.*

Hæc quæſtio quotidie in iudicijs verſatur. Nam producentes teſtes probantes de præſcriptione ex qua requiruntur, ſcilicet titulus, bona fides, & continuata poſſeſsio, & quòd res non ſit vitioſa, quæ omnia & ſingula veniunt probanda. Ideo qualiter ſingula probentur, videamus. Primo nanque titulus faciliter probari poteſt, ſcilicet per inſtrumentum; vt notatur per glo. in §. ſunt & aliæ. inſtitu. de vſucapionib. & longi temp. præſcriptionib. & ſi non apparuerit aliquod inſtrumentum, poterit titulus probari per teſtes dicentes ſe interfuiſſe contractui: cum iſtud ſit tale, quod obijciatur ſenſui viſus. Bona fides autem non venit probanda: cum bona fides in dubio præſumatur: vt in l. penulti. C. de euiction. quod intellige verum, ſi quis haberet titulum, & diu poſſederit etiam ſine titulo: quia tunc bona fides præſumitur: Inn. in c. cum veniſſet. de in integ. reſtitu. quem ſequitur Bar. in l. Celſus. ff. de vſucapionib. & Ange. in l. præſcriptione. C. quib. non obſt. longi temporis præſcriptio. Oporteret tamen quòd bona fides allegaretur: aliàs nunquàm præſumeretur: vt in l. ſi adulterium cum inceſtu. in §. idem. ff. de adulterijs. Ita no. ſingulariter Angelus in l. eum qui. §. in publicam. de publi. iudic. Pro quo facit id quod in ſimili dicitur, quòd notorium releuat ab onere probandi, non autem ab onere proponendi. gl. eſt ſing. in clementina appellanti. de appe.

Tertio venit probanda poſſeſsio continuata: & in hoc ſunt duo videnda, videlicet qualiter probetur poſſeſſio, ſecundo qualiter probetur continuatio poſſeſſionis: iſta ſunt quotidiana, & ideo menti tenenda. l. legaui. ff. de liberat. legata. Ad primum dic. quòd multi ſunt modi probandi poſſeſſionem. probatur enim poſſeſſio eo ipſo videlicet quòd teſtes dicuntur terram vidiſſe ſeminari, & arari ad inſtantiam talis, vel coli, vel laborari. Iſtud ſufficit. pro quo eſt glo. ſingula. in l. 3. C. finium regun. quam ibi ſequitur Bald. Alius modus probandi traditur, ſi teſtis dicat fructus de tali terra fore per talem perceptos: vt eſt tex. in l. Titia. ff. de ſolution. & ibi hoc tenet Bal. &c. Idem tenet Bal. in l. 3. C. finium reg. Item probatur poſſeſſio, ſi teſtes dicant penſionem domus, vel fundi tali eſſe ſolutam: & quòd mercedem receperit nomine locatoris: vt eſt glo. ſingul. in l. qui vniuerſas. §. qui per colonum. x. ff. de acquiren. poſſeſ. x

Quam ibi ſequitur Bar. in l. quamuis. §. ſi conductor. eo. titu. eamque ſecutus eſt Ang. in l. quędam mulier. ff. de rei vendi. & hoc verum ſecundum Bar. & Ange. in locis præallega. quòd mercede percepta probata, probari videtur poſſeſſio contra ſoluentem.

ADDITIO.

Colonum. *Et ibidem vide Franciſ. & quod ibi dixi, in apoſti. Et an probetur per teſtes ſingulares quorum vnus deponit de perceptione graui, alter de fabru: vide d. Alex. de Imo. in conſil. 3. & in conſil. 93. 4. parte. Et an probetur ex ſola fructuum perceptione? vide per eum in conſilio* x

ſilio 83. 1. parte. Et an per ſolutionem collectarum, vide Pan. de Caſt. in l. ſcriniarios. C. de teſta. milit. Et quòd probetur ex perceptione fructuum. vide Do. Bart. Sozi. in conſil. 187. incipien. in controuerſia. verſic. 2. in 2. parte. & in conſilio 131. incipien. in præſenti. circa princip. in 1. parte. vbi etiam quòd per receptionem clauium, probatur poſſeſſio, niſi alius poßideat: quia duo non poſſunt inſolidum poſſidere ibidem: vbi etiam quòd poßidere dicitur ſi quis eſt miſſus in poſſeſſionem per anulum eccleſiæ clauſæ cuius claues erant apud cuſtodem: quia non obſtat quòd claues, & cuſtodia eſſent penes alium: in quo eum videbis etiam an, & quando, & ex quibus dicatur iure proprio, vel iure familiaritatis poßidere: de quo etiam per eum, in conſi. 61 incipien. in præſenti. verſi. ex quibus præmiſſis. & verſi. 2. probatur. ea. par. & per Bald. in authen. quas actiones. nu. 15. verſic. quomodo poterit probari: & ibi poſui in apoſt. ad ipſum. in eo. ver. in vlti. q. C. de ſacroſan. eccle. Cel.

Sed an in præiudicium tertij dubito, quòd eſt bene & ſing. notandum: & ideo ſi ago contra aliquem rei vendicatione, dicens talem rem eſſe meã, & probem dominium per teſtes probando præſcriptionem, pro qua præſcriptione probanda, probo poſſeſſionem hoc modo, quia dico ꝙ Titius mihi ſoluit mercedem nomine locationis talis rei, per. 10. annos & plus: certè probata eſt poſſeſſio per talem receptionem mercedis in præiudicium conuenti; & iſtud eſt verum, niſi aduerſarius probaret veram poſſeſſionem ipſius rei: puta, quòd collegit, vel fecit arari &c. tunc bene derogatur poſſeſſioni, quæ probatur per ſolutionem mercedis. Ita tenet Barto. in d. §. ſi conductor. Ang. in d. l. quædam mulier. operaretur enim ſecundum præfatos Docto. probatio ſolutionis mercedis, vt dicarur probata poſſeſſio: niſi aduerſarius probet contrariũ, probando veram poſſeſſionem. Attende tamen, quòd probando ſolutionem mercedis, probatur poſſeſſio: tamen ſola inueſtitura non probat poſſeſſionem in præiudicium tertij: ſed ſolum inter ipſos: iſtud eſt pulcherrimum dictum Ang. in l. quis. C. de donatio. & idem ſi in exemplo propoſito, volens probari poſſeſſionem contra conuentum in tertiam perſonam, & ad probandum poſſeſſionem produco inſtrumenta locationum factarum Titio de fundo de quo eſt controuerſia &c. nullatenus eſt pro-
y bata poſſeſsio. y

ADDITIO.

y Poſſeſſio. *Adde domi. Barto. Sozi. in conſi. 89. incip. cauſa agitata. verſi. 2. ponderandum. in prima part. quod licet per inſtrumentum locationis dominium non probetur: tamen quando alia concurrunt inſtrumenta locationis id probat: quod no. quia eſt ſingulare: ſecundum eum: ibi. & Adde Paul. de Caſt. in conſi. 101. alias. 295. incip. viſo puncto & in conſi. 286. incip. videtur dicendum. B. Vadus.*

Probatur enim ipſa poſſeſſio per actum fictum, videlicet per precarium, vel per conductionem: veluti ſi quis conſtituit ſe nomine poſſeſſoris poſſidere, vel precario nomine; vel ſi venditor conducat ad emptorem. hæc probantur in l. quòd in eo. in prin. & in l. interdum in prin. ff. de acq. poſſ. & in l. quædam mulier. præal. & in toto tit. ff. de preca. Et ideo quotidie videtis, quòd in inſtrumentis ponuntur iſta verba, quæ quidem venditor conſtituit
z ſe precario nomine z poſſidere.

ADDITIO.

Nomine. *Vide Do. Old. in conſ. 114. de quo, & quid* z *opereutur prædicta verba: vide quod poſui in trac. clauſularum. in clau. contrac. ver. precario nomine. Bar. in l. ab emptione. num. 12. ad fi. ver. vlti. aduertas. & ibi poſui, in apoſtil. ad eum in eo. verſ. ff. de pac. & dixi addi. ad Bar. in lib. 1. num. 2 in verſ. precarij. C. de vſuca. pro donato. Cel.*

Per talia verba probatur traditio poſſeſſionis & dominij: vt in iuribus præalleg. quæ omnia intellige vera, ſi ille qui conſtituit ſe precario nomine poſſidere, vel qui conducit &c. poſſidebat tempore conſtituti, vel tempore conductionis. Alias per tale conſtitutum, vel per talem conductionem, nõ probatur aliqua poſſeſſio: vt eſt gl. ſing. in l. quamuis. §. ſi conductor. ff. de acq. poſſeſ. & hoc tenet Bart. & idem Ange. in d. l. quædam mulier. Ideo ſit cautus volens probare poſſeſſionem per conſtitutum, vel per ſimiles modos, quòd probet quòd ille qui conſtituit tempore conſtituti poſſidebat: alias tale conſtitutum nihil operaretur. & ita dicit Ange. in l. quædam. inter iſtos modos fictos probandi poſſeſſionem.

Eſt & alius modus mirabilis, ſcilicet ſi quis conſtituat ſe vſufructuarium alicuius: puta, Titij. Nam in Titium per talem vſumfructum transfertur poſſeſſio: vt eſt caſus ſingu. in l. quiſquis. C. de dona. quod intellige, ſi ille vſumfructum poſſideat illo tempore, quo ſe fecit vſumfructuarium: alias non probaretur poſſeſſio. Et ita dicit Angel. in d. l. quiſquis.

Eſt & alius modus probandi per actum fictitium. puta, ſi confiteatur ſe nomine alicuius poſſidere, per talem ſimplicem confeſſionem transfertur poſſeſſio in eum cuius nomine iſte confitetur ſe poſſidere: vt eſt gloſſ. ſing. in l. ab emptione. in princi. ff. de pac. quam ibi multum commendat Ange. & prædicta tene menti; quia ſunt quotidiana. Scias tamen quod per illa verba, quæ quotidie ponuntur in inſtrumentis, ſcilicet, dedit, vendidit, tradidit, nulla probatur poſſeſſio, neque poſſeſſionis tranſlatio: ſed ſolum licentia data apprehendendi poſſeſſionem: vt eſt text. in l. prędia. ff. de acqui. poſſeſ. quod fallit, niſi res vendita foret in pręſentia. nã tunc per talia verba transfertur poſſeſſio, alias nõ. Ità no. Iaco. de Aret. quem ſequitur Bald. in d. l. prædia. Idẽ tenet Cyn. quem ſequitur Bald. in l. minus. C. de acquiren. poſſeſſ. Illud tamen no. quod per æſtimum a, quod quis habet in communi a
non probatur poſſeſſio neque dominium. Illud eſt dictum ſingula. Bald. & Bar. in l. ſi poteſt. C. de actionibus empti & venditi.

ADDITIO.

Aeſtimum: *Adde Fran. Areti in l. in illa. in fi. de verbo.* a *obliga. & in l. decẽ. eo. tit. & quod ibi dixi in apoſti. B. Vadus.*

Et ideo inſerunt, quòd ſi quis ſoluit tallias pro aliqua re, quòd per talem ſolutionem talliarũ, non probatur poſſeſſio rei: & ita fuit obtentum de facto in ciuitate Cremonæ. Similiter & Barto. in alia materia dicit, quòd per æſtimum factum in communi de aliqua re, non probatur valor rei inter alias perſonas: vt in l. 2. C. de reſcindẽda venditio. Et ideo ſi eſſet quæſtio inter te & me de valore vnius fundi, & ipſius valorem probarem per æſtimum communis: nihil eſſet factum: quia tale æſtimum

probat ſolum inter æſtimantem & te: non inter alias perſonas: vt ſupra dixi.

Non omitto vnum notabile verbum, quòd venit in præſenti materia dicendum: quòd ſi quis reperiatur in poſſeſſione rei, nec ſciatur ex qua cauſa ſit in poſſeſſione, præſumitur eſſe in poſſeſſione, & poſſidere ex præambulo contractus. glo eſt ſingularis in l. quædam mulier. ſupr̀a allegata. quam ibi ſequitur Ang. in l. murus. C. de acquirenda poſſeſſio. & hoc ſatis, quo ad probandum poſſeſſionem.

94 † Et quia non ſufficit probare poſſeſſionem probando præſcriptionem, niſi probetur poſſeſſionis continuatio decem annorũ &c. in rebus immobilibus inter præſentes, & 20. inter abſentes, ideo videamus qualiter probetur poſſeſſionis continuatio. Et breuiter, quod communis opinio doctorũ ſic ſe habet, quod ponendo initium poſſeſſionis & finem, pręſumitur medium. & ſic probatis extremitatibus. b præſumitur medium b.

ADDITIO.

b Medium. *Adde dominum Bart. Soz. in conſi. 177. incip. in controuerſia. verſi. ex qua concluſione circa fi. & in conſil 195. incipien. circa primum. circa finem. in ſecunda parte. & Felin in capitu. inter dilectos. de fide inſtrumen. & Paul. de Caſt. in conſ. 292. alias. 291. incipi. videtur dicendum &c. B. Vadu.*

Et ſic probatio quod iam ſunt decem anni elapſi, quòd poſſidebam talem rem &c. & probato ꝙ tunc poſſideo: pręſumitur continuata poſſeſſio toto tempore decem annorum. Ita tenent Docto. in l. ſuper longa. C. de præſcript. decem, vel viginti annorum. Plus dixit Bart. notabiliter quòd ſi probatum eſt ſolum initium, quòd ſufficit quòd quis ad commodum ſuum alleget poſſeſſionem, & confiteatur etiam ſe poſſidere, modo quòd ſi probet initium poſſeſſionis, pręſumitur continuata poſſeſſio vſque in hodiernum diem: quod eſt menti tenendum: Ita dicit ipſe, in l. Celſ. ff. de vſu.

Super iſta continuatione poſſeſſionis probanda, eſt multum aduertendũ ad teſtes. Nam ſi dixerint, Tinum poſſediſſe à decẽ annis & citra: tunc eſt ſenſus, quod poſſederat decem annis. Et iſte eſt tex. in l. 1. §. quod authen. ff. de aqua quotidiana & æſtiua. Ita etiam dicit Bar. in d. l. Celſus. & Ant. de But. c & Ioa. de Imola, in cap. licet cauſam. de probatio. c

ADDITIO.

c Probatio. *Vbi omnino vide Felin. in verſ. 3. cauſa. vbi etiam qualiter in probanda poſſeſſione articuletur. & adde domi. Alexan. de Imo. in conſ. 72. in prima parte. vbi quomodo probetur poſſeſſio per teſtes deponentes de certo tempore, & per alios deponentes de alio tempore. B. Vadu.*

Si autem teſtes dicant, quòd talis poſſedit à decem annis, vel circa: tunc non eſt probata poſſeſſio ad decem annos: & per conſequens præſcriptio non eſt probata: quia teſtes intelliguntur deponere de poſſeſſione, vſque ad tempus in quo teſtificatur: quo caſu euenit, ꝙ præſcriptio fuit interrupta per litem conteſtatam: vt in l. amore. C. de rei vendi. Ita tenet Bart. in d. l. Celſus. & Anto. de Butri. quẽ ſequitur Ioan. de Imol. in ca. licet. Illa. n. verba adiecta plus &c. parum, vel nihil operantur: ſed teſtis debet dicere, Titius poſſedit per decẽ annos finitos ante litem inceptam: ſecundum Docto. vbi ſupra. bona autem practica eſt, quòd dicat, quòd talis poſſedit à 10. annis, & per totum illud tempus finitum ante litem inceptam. Si autem diceret, quòd poſſedit 14. annis elapſis, ſufficeret: ſi cauſa non duraſſet vltra quadriennium.

Attende etiam ad vnum aliud, quod tibi videbitur mirabile, quòd non poteſt probari præſcriptio decem annorum, dato etiam quòd eſſet probatus titulus, bona fides, continuata poſſeſſio: niſi probetur ꝙ ambæ partes fuerint præſentes in toto iſto tempore: id eſt, ꝙ habuerint domicilium in iſto loco, in quo agitatur iudicium. Iſtud eſt dictũ ſingulare Iaco. But. in l. fina. C. de præſcrip. longi tẽporis. quam ſequitur Ang. in l. pręallega. & eſt ratio huius dicti, quia cũ lex requirat præſcrip. 10. annor. poſſeſſionem continuam inter pręſentes. requiritur enim quod ille qui ſę fundauit ex pręſcriptione tali. 10. anno. inter præſentes, probet fundamentum ſuum: ſcilicet poſſeſſionem continuam inter præſentes. id eſt, quod iſte & conuentus toto illo tempore habuerunt domicilium in iſto loco, in quo agitur iudicium. ita intelligitur inter præſentes: vt eſt text. in l. fin. C. de præſcrip. lon. tempo. & præſentia cum ſit facti, non præſumitur, ergo probari debet: vt in l. bello. in §. factæ. ff. de capti. & ideo ille qui allegat præſcriptionẽ, debet probare præſentiam: aliàs nihil facit, & ſunt pauci qui hoc conſiderant. Et ſic ex omnibus iſtis habetis, qualiter probetur dominium, mediante pręſcriptione. Alium etiam modum probandi dominium tradit Bar. in l. rem quæ nobis. ff. de ac. poſſeſſio. hoc modo, quod tempore quo acquiſiuit poſſeſſionem talis rei, illa res erat in nullius bonis, quo probato ſuccedit diſpoſitio iuris dictantis, ꝗd id quod in nullius bonis eſt occupanti conceditur vt in l. 1. in princ. ff. de acq. poſſeſſio. Sed quomodo probabitur, quod illa res non fuerit in bonis alicuius? dic quod in aliquibus probabitur ex natura ipſius rei, veluti in lapillis & gemmis in littore maris repertis: quia clarum eſt talia, in nullius bonis eſſe, vt in dicta l. 1. in princip. ff. de acqu. poſſeſſio. In alijs autem rebus, quæ ſunt de natura ſui in bonis alicuius, difficilior erit probatio: tamen modus adhibetur, ſcilicet ſi quis fecerit fieri proclamationẽ, ſcilicet ſi quis vult dicere ſe poſſidere talem fundum tempore quo contrauentus, vel agens apprehenderit iſtum fundum compareat infra tres alioqui &c. certè nullo comparente infra illum terminum, apparet illam rem eſſe in bonis nullius: & ita pulcherrimè tradit Bar. in l. præallegata. Alios modos probandi poſſeſſionem habetis per totum titu. inſtit. de rerum diui. & ſufficit textualia ibi videre, ſed vt plurimùm in iudicijs verſatur probatio dominij, quę eſt frequentiſſima. Ideo volui illam plenius attingere. hæc ſatis quo ad probationem dominij.

Circa præmiſſa cadit vnum notabile dictum Bar. in l. Celſus. ff. de vſuc. quem ſequitur Bald. in l. iudicia. C. de rei vend. qui dicit, ꝙ ſi pater meus emit quendã fundum, & longe tẽpore poſſedi: puta per. 20. annos, vel per quadraginta: & poſteà perdita fuerunt inſtrumenta tituli emptionis, puta; quia ciuitas fuit ſaccomanata, vel domus incendio combuſta: ſi mouetur mihi controuerſia de iſto fundo empto, & velim probare præſcriptionem, quia

non

non poſſum probare titulum : ſufficit allegare & probare me audiuiſſe à patre meo ſe emiſſe talem fundum à tali, & quod de hoc publica vox & fama eſt: & probare famam eſſe de hoc ſufficiet, propter titulum putatiuum, & iuſtam credulitatẽ, quæ ſufficit ad famam: vt in l. cum quidam. in § quod dicitur. ff. de acq. hære. & nimirum: quia dictum vnius d nobilis hominis inducit iuſtam credulitatem. *d*

ADDITIO.

d Credulitatem. *Addo Pari. de Put. in tracta. ſynd. in verſic. an poteſtas. & Ioan. An. in c. vt circa. de elect. in 6. in no. Adde Paul. de Caſtr. ita tenentem in l. admonendi. ff. de iureiu. & in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. in ſua recol. florentinis. quem ad hoc allega. & ſequitur Hippo. de Marſil. ſing. ſuo 113. inci. vulgatum. & de hoc dixi tenendo hanc opi. licet quidam teneant contrarium, in c. licet, nu. 8. in apoſt. in verſi. not. de ſingularitate de teſt. Celſus.*

Multo magis fama glo. eſt ſingu. in l. Titio fundus. ff. de conditio. & demonſtratio. hęc verba ſunt menti tenenda. quibus habetis caſum in quo etiam non probato vero titulo, ſed probata fama, quòd talis emit &c. probato etiã quod audiui a patre meo emiſſe ipſum &c. habetur loco tituli. quod intelligite probata etiam poſſeſsione, ſufficienter ad præſcriptionem & reliquis ad præſcriptionem requiſitis neceſſario incidenter.

95 Nunc quæro, † nunquid ex poſſeſsione præſumatur dominium. Hæc quæſtio eſt vtilis: quia ſi ex poſſeſsione præſumitur dominium, quotieſcunq; dominium deducitur in iudiciũ, ſi probetur poſſeſſio, præſumitur ꝙ poſsidens ſit dominus, & nõ erit neceſſe aliquid probare de dominio: ſed transfertur onus probandi in aduerſarium. Circa hunc articulum breuiter dic. Interdum dominium deducitur in iudicium per modum contradictionis: interdũ per modum petitionis. Si per modum contradictionis: & tunc, aut in iudicio ſummario, aut in ordinario. Si in ſummario, & tunc ex poſſeſsione præſumitur dominium, vt in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de rei iud. &. in l. ob meritorum. C. ne vxor pro marito. Declaro qualiter deducatur dominium in iudicium per viam contradictionis. Ecce, lata eſt ſententia per iudicẽ in poſſeſſorio, ſit executio in bonis immobilibus: venit tertia perſona & comparet, & ſic dicit, Domine iudex, non poteſtis facere executionem in tali fundo: quia ſpectat ad me iure dominij. Nam tunc nõ auditur illa tertia perſona in illo iudicio ſummario. Hæc eſt pulchra deciſio Petr. de Bellaperti. quem ſequitur Cy. in l. ob meritorum. ſuprà allegat. Interdum dominium deducitur per viam contradictionis in iudicio ordinario, & tunc ex poſſeſsione non præſumitur dominium: vt in l. præſes. C. ad legem Fauiam de plagiarijs. Exemplum, quis intentat Publicianam cõtra Titium pro certo fundo, dicens illum fundũ ad ſe ſpectare iure communis dominij, vel quaſi: quia ipſe emit à non domino bona fide &c. Titius comparet & dicit, iſtum fundum eſſe ſuum, & ad eum ſpectare ratione veri dominij. certè debebit iſte Titius probare verum dominium, nec ſufficit probare poſſeſsionem. probato igitur dominio vero, obtinet contra intentantem Publicianam: vt in l. prædicta. ff. de publ. Secundo caſu principaliter quæritur, quando deducitur in iudicium per viam petitionis: & tunc aut principaliter deducitur, & tunc ex poſſeſsione non præſumitur dominium. Imo opus eſt quod probetur dominium per veras probationes, ſecundum quod heri dixi: vt in l. indicia. C. de rei vend. Exemplum. Si ago rei vend. dicens aliquam rem eſſe meã. Ecce quod dominium deducitur in iudicium per viam petitionis, & principaliter certè ex poſſeſsione non præſumitur dominium. Aut dominium deducitur in iudicium per viam petitionis in conſequentiam tamen, & tunc ex poſſeſsione præſumitur dominiũ: vt lege 1. ff. familiæ erciſcun. & in l. ſicut. §. ſi quæratur. ff. ſi ſer. vendicet. cum ſua gl. Exemplũ, nam debetis ſcire, ꝙ ille qui dicit ſibi deberi aliquã ſeruitutem in prædio ſuo oportet quod ſit dominus illius rei: cui dicit deberi ſeruitutem: aliâs nullam poteſt prætendere ſeruitutem: vt eſt textus in l. 3. §. hæc autem actio. ff. ſi. ſerui. vendice. Pone ergo intentio confeſſoria quæ competit pro ſeruitute, vt in §. curare. Inſtitu. de actio. & dico, quod tua domus debet ſeruitutem meæ. ſ. vt non altius tollatur, principaliter enim in iudicium deducitur, quòd tua domus debet ſeruitutem meæ in conſequentiam deducitur dominium, videlicet quòd domus cui dico deberi ſeruitutem, eſt mea, certè ſum in quaſi poſſeſsione ſeruitutis. ſi probo, quòd poſsideo domũ: dicò deberi ſeruitutem, nõ præſumitur dominium, nec habeo neceſſe aliter probare de dominio. Ita vult gloſſ. in d. §. ſed ſi quæratur aliud exemplum in l. prima. ff. famil. erciſcun. Ecce, ſi cohæredes, vel duo ſocij alicuius rei communis poſsident ſimul hæreditatem, vel rem communem, vel vnus agat contra alium familiæ erciſcundæ, vel communi diuidundo, & conuentus dicat ſocium agentem, non eſſe hæredem, vel non habere aliquam partem dominij in re quæ dicitur communis: eo ipſo quòd actor probat ſe poſsidere pro parte ſua, pro indiuiſo præſumitur dominus. nec habet neceſſe aliter probare de dominio, vt probatur in d. l. prima. Ex his omnibus habetis, qualiter debet intelligi illud quod quotidie dicitur, ex poſſeſsione præſumitur dominium, & ſic habetis hanc doctrinam perfectam, quam ita tradit Bal. in l. indicia. C. de rei ven. & Bart. in l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſtit. Ex his etiam habetis, qualiter debet intelligi illa glo. in d. l. quidam in ſuo, quæ dicit, quòd ex poſſeſsione quis præſumitur dominus. Nam non eſt ita indiſtinctè verum: ſed debet intelligi, vt ſupra concluſum eſt. Attende tamen ad vnum notabile verbum Bal. quòd quotieſcunque ex forma iuris communis, vel ſtatuti dicitur quòd ex poſſeſsione quis præſumatur dominus debet intelligi ex poſſeſsione, ſcilicet de præſenti. Ita dicit ſingulariter Bal. in l. 1. C. de ſer. ſug.

Vltra prædicta quæro, † qualiter probetur quis 96 furioſus. *e* e

ADDITIO.

Furioſus. *Vide d. Alex. de Imo. in conſil. 63. per totum. in 1. parte. & in conſi. 85. in 2. par. vbi ponit de contractu facto cum eo, an præſumatur factus in fauorem. & in conſi. 86. in ea. parte. & Franc. Aret. in l. in eo. de teſta. & quod ibi dixi, in apoſtil. De quo per Bart. in l. is qui. §. diuus. nume. 1. & quod ibi poſui in addi. ad ipſum, in ver. ſanæ mentis poſt Ale. ff. de tuto. & cu. da. ab his. & in l. ſeruo. § ineptas, in apoſt. in eo. verſ. ff. de lega. 1. B. Vad.* e

Iſta enim affirmatiua, Titius eſt furioſus: habet in ſe implicitam negatiuam: vt videlicet Titius non eſt ſanæ mentis. ſecundum gloſſ. in c. fi. de ſucceſsio. ab inteſta. & breuiter circa hunc paſſum dic, quòd quem eſſe furioſum, vel ſanæ mentis: prouenit ex mente & ex interioribus, quæ ſoli Deo notiſſima ſunt, & non homini: vt in l. & quia. ff. de interrogato. actio. licet intrinſeca nequeant ſciri, per ſe, tamen per exteriora demonſtrantur: vt in §. gallinarum. Inſtit. de re. diui. Et ideo quem eſſe furioſum, probatur ex extrinſecis, vt ex factis, quæ non contingunt homini ſanæ mentis, veluti ſi quis projiceret lapides per plateam, vel quia clamaret per eccleſiam præſente populo, vel ex ſimilibus actibus poteſt deprehendi quem eſſe furioſum. iſte eſt text. in l. quidam in ſuo. ff. de condi. inſti. Item præſumitur quem eſſe ſanæ mentis, vel furioſum ex verbis per ipſum prolatis: vt in l. his qui in ea. §. diuus. ff. de tuto. vel cura. da. ab his, & ideo ſi verba proferantur quæ non proſerrentur per homines compotes mentis, talis cenſeretut furioſus: vt in d. §. diuus. Nota tamen quòd quem eſſe furioſum, debet probari fuiſſe talis illo tempore contractus, de quo agitur: tamen ſi quis probaſſet aliquem eſſe furioſum vno tempore, etiam ante contractum de quo agitur, ſufficeret adeo quòd oportet aduerſarium probare, quòd tempore contractus erat ſanæ mentis: vt eſt gloſſ. ſing. in c. fi. de ſucceſ. ab inteſta. & eſt ratio vltra illam gloſſ. quia voluntas præſumitur continuata: vt in l. qui cum tacitum. ff. de proba. & in l. Lucius. ff. de legat. 2. Sed cum iſte probatus ſit furioſus, ante contractum: præſumitur quòd voluntas furore plena & inſpicienda continetur in futurum per iura ſupra allega. Et ideo allegans ipſum ſanæ mentis, debet probare: quia præſumptio iuris eſt contra ipſum, videlicet quòd ſit furioſus. Sed ſi vnus diceret aliquem eſſe furioſum vel fuiſſe, aduerſa pars diceret eum ſanæ mentis, & fuiſſe, adinuicem contenderent de probando: probatio incumbit alleganti illum eſſe furioſum: caſus eſt in l. nec codicillo. C. de codicil.

97 Quæritur † vltra prædicta qualiter probetur communis vſus vtendi, & communis vſus intelligendi? Circa primum dic pro euidentia, quòd vt dicatur communis vſus loquédi, requiritur quòd talis vſus durauerit per decem annos. & idem in communi vſu vtendi, & ita intelligendi, vt eſt gloſſ. ſing. ſecundum Bart. in l. Labeo. ff. de ſupel. lega. quam ibi ſequitur Bart. & Bald. in l. ómnes dies feſtos. C. de ferijs. Probabitur enim hoc modo. communis vſus loquendi eſt, & fuit à 10. annis, & citra, & per ipſum tempus in loco vbi ſunt litigantes, vel in alio loco, de quo agitur, quòd aduocati vocantur & nominantur, & iudices iuriſperiti & non alij teſtes tunc producti ſuper tali capitulo. dicens contenta fore vera. Interrogatur quomodo ſcit prædicta. reſpondet, quia à 10. annis & citra, & per illud tempus audiuit dici communiter ab omnibus dicentibus de hac materia, in loco iſto, puta Cremæ, vbi ſunt contrahentes & vbi litigant. Oportet enim quòd teſtis concludat de tempore. 10. annorum: quia aliâs non eſſet communis vſus loquendi. Item quòd communis modus loquendi eſt in loco, vbi contrahentes: vt in l. minus ſunt. ff. de lega. 3. & in l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de lega. 1. Si teſtis autem diceret ſcio: quia ita communiter dicitur, tunc nihil probat: ſecundum Bart. veruntamen ſi teſtis in ratione ſui dicti non replicet tempus 10. annorum, nihilominus dictũ eius valebit: quia tempus expreſſum in dicto, intelligitur repetitum in ratione ſui dicti ſecundum Bar. & ideo ſi teſtis dicat contenta in capitulo fore vera interrogatus quomodo ſcit reſpõdet: quia cõmuniter audiuit dici ab omnibus loquẽtibus de hac materia: & licet non dicat quod audiuit à 10. annis et citra, & per ipſum tempus: tamen valet: quia intelligitur repetitum, aliàs redderetur eius dictum vanum, quod non eſt præſumendum, maxima enim eſt vis communis vſus loquendi: quia derogat propriæ verborum ſignificationi. *f* *f*

ADDITIO.

Significationi. *Adde Pet. de Anch. in conſi. 583. incipi. apud me iſta quæſtio. & in conſi. 333. & do. Pet. Phil. Cornel. in conſil. 78. incip. quia. in litera. c. in 2. parte. Et adde, quoad cognoſcendum communem vſum loquendi, attenditur maior pars ciuitatis, vel loci: ſecundum Abbatem in ca. ex parte. de cenſi. propter gloſſ. ibi. in verſ. primo caſu. Et adde quòd ille qui allegat communem vſum loquendi, habet ipſum probare: & difficile eſt ſecundum Ioan. de Ana. in cap. vno infra de ſagit. & Pau. de Caſtr. in conſi. 294. incipi. ſuppoſito quodam ſtatuto: qualiter autem teſtis deponere debeat, de communi vſu loquendi: vide Fran. Are. in conſil. 22. & Raph. cu. in conſil. 7. & vide etiam do. Alexan. de Imo. in conſil. 82. in prima parte. Et adde quod communis vſus loquendi non eſt propria ſignificatio. Et ideo quando ſtatutum diceret quòd verba debeant intelligi ſecundum propriam ſignificationem: non attenditur communis vſus loquendi: vt nota. Ro. in conſi. 437. incip. communis doctrina, pro qua materia vide quæ habentur ſupra in parte per Felin. & alios. de communi vſu loquendi, qualiter probetur. Adde vltra hic deducta dicta per Bart. in l. Labeo. num. 3. ver. & hoc eſt vtile ſcire, vbi dixi, apoſtil. ad ipſum. in verſi communi vſu loquendi. ff. de ſupel. lega. dixi poſt Bald. in l. omnes. nu. 2. ver. qualiter autem formari debet articulus. in apo. in verſi. reddere cauſam ſcientiæ. C. de fer. dixi poſt Pan. in c. capellanus. num. 1. in verſ. ſecundum communem vſum. infra de fer. not. Feli. in proe. decre. verſ. 2. not. quòd ad probandum, & Tho. Ferra. in ſuo tract. cautelarum cau. 52. inci. cum habes quòd communis opinio. Celſus.* *f*

Quia magis attenditur communis vſus loquendi, quàm propria verb. ſigni. tex. eſt in l. liberorum. §. quod tamen. ff. de leg. 3. ita not. Bart. in rubr. ff. de nou. ope. nun. Hinc eſt quòd appellatione aduocati, continetur procurator: vt in l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraor. cog. Tamen quia communis vſus loquendi ita ſe habet quòd ſolum iuriſperiti allegãtes in iure, dicũtur aduocati: alij aut ignari legum, proponentes ſimpliciter factum, nominãtur procuratores: & ideo ſi terminus, aduocatus, reperiatur in ſtatutis, vel in decretis. non intelligitur procurator: quia communis vſus loquendi ſe habet in oppoſitum. Eodem modo communis vſus loquendi introducitur per ſpacium decem annorum: vt ſupra dixi. & eodẽ modo, quando probatur communis vſus intelligendi poteſt poni exemplum in quæſtione, quam habui de facto. Communis vſus loquendi in terra Ingeriæ eſt, quòd appellatione libræ ſimpliciter prolatæ, intelligitur de libra terræ Ingillorũ, non imperialiũ. Modo accidit quòd quidam promi-

promiſit alicui viginti libras, creditor petit 6. libras. ipſe promiſſor dicit quod debet dare viginti libras terræ Ingillorum: quia communis vſus intelligendi eſt in terra Ingerij, quòd intelligitur libra terræ Ingillorum: vnde capitulatum fuit hoc modo, in terra Ingerij communis vſus loquendi fuit, & eſt à 10. annis citra, per totum illud tempus, quòd quando nominatur libra ſimpliciter, quilibet de libra loquẽs intelligitur de libra terræ Ingillorum. teſtes producti dicunt contenta in c. ſore vera, & ſciunt quia à 10. decem annis & citra & per ipſum tempus audiuerunt à quocunque loquente de libra in terra Ingeriæ, intelligere de libra terrę Ingillorum. & hoc modo probatur & in omnibus & per omnia. Dic de communi vſu vtendi, vt probatum eſt, de communi vſu intelligendi &c. hanc doctrinam tradit Bar. in l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. & Bal. in l. omnes dies
98 feſtos. C. de fer. Subſequenter quæritur † qualiter
g probetur filiatio. g

ADDITIO.

g Filiatio. *Quomodo autem, & qualiter probetur i vide Felin. in c. per tuas. in 1. not. ſupra eo. & do. Alex. de Imol in conſil. 51. in 1. parte & in conſil. 74. per totum in 2. par. & in conſil. 25. in quarta parte. vbi quæ probatio ſufficiat, & an fama ſufficiat: de hoc vide Collect. in alleg. c. per tuas. nume. 3. & quod ibi poſui in addit. ad ipſum. in ver. probatur filiatio. dixi poſt Pano. in cap. intelleximus. numer. 7. in verſic. filium mariti. infra de adulte. dixi poſt gloſſ. in l. Lucius. in verſic. per coniecturas. poſita ſuper gloſſ. in verſic. nullius. ff. de cond. & demonſtr. & ibi dixi in apoſt. ad Bart. in verſic. filiatio non poteſt plenè probari. & in l. non nudus. poſt eundem Bart. in 1. lect. nu. 1. in verſic. eſt cautela. C. de probatio. dixi poſt Bald. in l. neq; natales nu. 4. in apoſt. in ver. filiatio, poſt Bar. C. eodem tit. Celſ.*

Dic quòd quem eſſe filium matris directè & neceſſario poteſt probari: videlicet per matronas, quæ interfuerunt eius natiuitati. Filiatio autem quoad patrem, non poteſt directè, neque neceſſariò vllo modo probari. glo. eſt ſing. in l. 1. ff. de proba. tex. eſt. etiam, l. Lucius. ff. de conditio. & demonſtra. Tamen hoc caſu ſufficit prępſumptiua probatio: quę poteſt dupliciter haberi in probatione filiationis probandæ: ſcilicet quaſi poſſeſsionem filiationis: videlicet quòd Petr. & Bert. talem ſuum filium nominabant, tractabant & reputabant & ſic tractabitur, nominabitur, & reputabitur per cognoſcentes eum. Hoc modo probabitur quaſi poſſeſsio filiationis. Proximitas filiationis hoc modo, quod talis natus in domo Petri ſcientibus vicinis, & ꝙ Petr. & Ber. ſunt maritus & vxor. Iſti modi probandi filiationẽ ponuntur in glo. in cap. Michael. de filijs presby. probantur etiam per l. filium. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. & per l. ſi vicinus. C. de nuptijs. Confeſsio matris aſſerentis talem eſſe filium ſuum, vel atteſtantis de ætate non probat: niſi quoad aliquam præſumptionem faciendam iudici gloſſ. eſt ſing. in leg. eccleſiæ. ff. de probatio. Nota quòd vbi quis probatus eſt eſſe filius vnius, probando quaſi poſſeſsionem filiationis, per alium probatur filius alterius, per probationem proximitatis, quòd probatio de proximitate præferatur: vt in cap. cum dilectus. de cauſa poſ. & proprie. Vnum etiam attẽde, quod quaſi poſſeſsio filiationis, reſpectu filij legitimi probatur eod. modo, quo quaſi poſſeſsio legit. glo. eſt ſingula. in c. Michael. ſupra allega. Et probatur eodem modo proprietas filiationis illegitimæ: videlicet hoc modo, quòd Petrus tenebat Bertam in domo ſua pro concubina, & natus eſt talis in domo ſua, ſcientibus vicinis. Item quòd ita tractabatur & reputabatur: vt ſup. dixi de filio legitimo. & iſte eſt modus probandi filiationem, & ſufficit: tamen poteſt probari contrarium: vt voluit glo. in d. c. Michael. Item eſt not. quòd ſicut eſt dare quaſi poſſeſsionem filiationis, ita eſt dare quaſi poſſeſsionem fraternitatis gloſſ. eſt ſing. in l. non nudus. C. de probatio.

Subſequenter eſt videndum, † qualiter probetur 99
affinitas, & conſanguinitas? dic quòd probatur per duos teſtes ſaltem, qui ſint perſonæ graues, & deponentes de auditu, quòd audiuerint ab antiquioribus ſuis tales de quibus agitur, eſſe affines in tali gradu. & debent ſubijcere, quod etiam ipſi teſtes credunt hoc. Item debent ſubijcere, quòd viderunt ſaltem perſonas aliquas, ex vtroque latere affines eſſe, & eſſe in tali gradu: & ſic ſaltem per ſuam ſcientiam de vſu debent deponere & ſpecificare nominatim perſonas de vtroque latere. De alijs autem gradibus, ſufficit deponere de auditu: dummodo perſonæ à quibus audiuerunt, ſint perſonæ graues. Hæc omnia probantur, in capitul. licet ex quadam. infrà de teſtib. Declaro. Dicit ſtatutum quòd maſculus in ſucceſsione, & agnati infra quartum gradum, præferantur omnibus mulieribus aſcendentibus. contingit quod quæſtio eſt inter agnatum & vnam mulierem, de quadam ſucceſsione. quia dicit agnatus ſe debere præferri in ſucceſsione: quia in quarto gradu. mulier autem negat hoc. qualiter probabitur conſanguinitas & affinitas? certe probabitur hoc modo, ponendo duos fratres in primo gradu: quia de iure canonico computatio incipit à fratribus, & conſtituit vnum gradum tantum & primum: ita ꝙ ſtipes, ſ. pater illorum fratrum, non connumeretur in gradu. tex. eſt in ca. ſeries. infrà de teſti. de iure autem ciuili non connumeratur ſimiliter ſtipes pro primo gradu. Ita nota. Doct. iuris ciuilis, in l. prima. C. de Carbonia. edict. de qua materia plenè dixi in §. affinitatis. inſtituta de nuptijs. & hoc eſt generaliter verum, quòd quando in connumeratione graduũ recurritur ad ſtipitem, nunquam ſtipes comparatur in gradu. gloſſ. eſt ſing. in l. iuriſconſultus. in principio. ff. de gradi. & eſt gloſſ. magiſtr. & hoc tam de iure ciuili, quàm etiam canonico: vt etiã vult gl. in d. c. ſeries. dicitur poſtea, ponuntur filij filiorum duorũ fratrum, vel etiã filiæ in ſecundo gradu. & ſic ſucceſsiuè diſcurremus per alios gradus, & teſtes dicãt hoc modo. Petrus & Martinus fuerunt fratres. ecce prim⁹ gradus. Itẽ ex Petro natus eſt Io. ſibi filius. ex Martino natus eſt Albertus, ecce ſecũdus. ex Ioãne natus eſt Titi⁹ ſibi filius: ex Alberto natus eſt Seius ſibi filius. ecce tertius gradus. ex Titio natus eſt Gaius ſibi filius: ex Seio natus eſt Sẽproonius, ſibi filius. ecce quaternus gradus. vnde ſi mortuus eſt Gaius relicta matre ſuperſtite, dicto Sẽpronio q eſt in quarto gradu ipſi Gaio ſtãte dicto ſtatuto, Sempronius ad hæreditatẽ admittitur, poſtmodũ teſtes dicũt. & ita dicti Pet. & Martinus reputabãt fratres, & nominabuntur &c. & ſic debent etiã nominatim dicere de alijs perſonis, quæ ſunt in alijs gradibus

poſi-

poſitæ:& poſtmodnm ſubijcere debent. Item dicti Ioan.& Alb.erant in ſecundo gradu. & ſic conſobrini erant, & ab omnibus reputabantur & tractabantur ſic:& nos eos vidimus. vel deponant de viſu de vno alio gradu ſpecificando perſonas ex vtroqne latere: vt in d.c. licet ex quadã. Et eſt notandú,
100 † ꝙ teſtes qui deponunt de auditu ſuper affinitate, debent eſſe graues perſonæ:aliàs non admittuntur ad teſtificandum de auditu: vt in d.c. licet ex quadam.& dicuntur perſonæ graues non ſolum perſonæ poſitæ in dignitate: ſed quælibet perſonæ antiquiores & bonæ opinionis & famæ: vt notat glo.in
101 d.c. licet ex quadam. †Quæro vltra prædicta, qua-
b liter probetur mors *b* alicuius.

ADDITIO.

b Mors. *Vide Felin.in c. quoniam.§.porro.vt lit.non conteſta.in fin.& in conſi. 4.in 2.& in conſil.25.in 4.par.& in conſi.121.ead.par. Adde plenè per Ant.Cor ſing.ſuis ſing.12. in ver.mors. Dixi de his poſt.Coll.in c. in præſentia.numer.1. verſi.ſed qualiter probabitur in apoſt.in eod. ver.de ſponſal. & ibi dixi in apoſt.ad Pano.in ver.ſola fama.num.6.& in c. quoniam frequenter.§.porro nu.2.in ver.certitudinaliter.vt lite pend.nihil innouetur. dixi inſuper poſt Bart. in l. ſi quidem in ſi in apoſt. in ver.per famam.C.ſol.matr. & poſt Rebuff.in l.quòd ad præſens nu.2.in apoſt.in ver.in exercitu.C. de mitileg.lib.11.B.V Ad.*

Dic quod ſi tractatur de maximo præiudicio, & irrecuperabili: puta, eſt quæſtio de homicidio, & quæritur quis occiderit: tunc debet plenè probari per teſtes: vt in l.inde Neratius.§.fi. cum l.ſeq.ff.ad leg.Aquil.Interdnm tractatur de præiudicio famæ, & ſtatus in probatione mortis: & tunc debet adhiberi alia probatio. de quo, in authen. hodie.C. de repu. Quandoq; tractatur de modico præiudicio: puta de aliquo damno recuperabili, & tunc ſufficit probare mortem: per ſamam, vel per alia indicia: iſtud eſt quod hodie vidimus fieri per ſtatuta, dicentia ſufficere probare mortem de voce, & fama. Interdum tractatur de leuiſsimo præiudicio: & tũc ſtatur iuramento: ſecundum doct.& Bar.in l.2.§.ſi dubitatur.quemadmo.teſta.ape. Idem in l. ſi quidam.C.ſol.ma.& ibi etiam per alios.

102 Quæro †finaliter, qualiter probetur negligentia
i *i* alicuius?

ADDITIO.

i Negligentia. *Vide Fel.in c.ſi autem.ſuprà,de reſcrip. B.Vadus.*

Dic breuiter quod ſi aliquis tenebatur ad aliquod factum limitatum certo loco & tempore: probato quòd id non fecerit, probata eſt negligentia: iſte eſt text.in l.3.§.ſi ad idem.ff.de re milita. Ecce, aliquis colonus conducit aliquam poſſeſsionem per quinq; annos,& in iſtis quinque annis debebat alleuare vites,& hoc nõ fecit propter ſuã negligentiam: & hic probata eſt ſua negligentia. Si autem tenetur ad aliquod factum in genere non limitatum certo loco & tempore:& tunc dinerſi ſunt modi probandi negligentiam: ſicut facta ſunt diuerſa: & debet probari tale quid, quo probato negligentia iudicatur. Ecce, Iudæus habet multa pignora in domo ſua:inter quæ ſunt aliqua veſtimenta, quę ſunt corroſa à tineis, quæ vocãtur vulgariter tarine: eo ipſo quod probatur quod iſte Iudæus nunquam fecit ſchurlire dicta veſtimenta, neque poni ad ſolem: vt moris eſt probata eſt negligentia. Sed ad obuiandum negligentiæ, ſiue eius probationi, debet probari diligentia. & hoc modo ille cui imputatur negligẽtia, obtinebit.& ideo ſi in caſu prædicto dictus Iudæus probaret dicta veſtimenta ſe pluries ad ſolẽ poſuiſſe, & ſchurlire feciſſe:ac etiam in loco congruo, probata foret diligentia: & ſic de ſingulis eſt dicendum, prout ſunt diuerſa facta. Sciendum eſt tamen, ꝙ vbi teſtes producuntur ſuper negligentia, & dicnnt talem fuiſſe negligentem & fuiſſe in negligentia: & non reddunt rationem ſui dicti, eius dictum nihil probat: ſecundũ Bar. qui ita not.in l. hęredes palam.in princ.ff.de teſtib.Sed idem tenet in quodã ſuo conſ. quod incipit. chariſsime domine, iſti. Et eſt ratio ſecundum eum, quia negligentia eſt quædã priuatio, & quædam negatiua. cum negligentia nihil aliud ſit, quàm priuatio diligentiæ.†Et ne- 103
gatiua non poteſt probari, *k* niſi coartata loco, vel k
tempote: vt not. in c.cum eccleſia Sutrina. de cauſa poſſeſsionis & proprietatis.

ADDITIO.

Probari. *Tu vide de hoc ſuprà eo.in princ.huius tracta. ſeu repetit.huius c.nume.3.& ibi poſui in additio.ad ipſum. verſ.corporis in verſ.falſarius.Celſus.* k

Item teſtes debent deponere de his, quæ percipiuntur per ſenſum corporis: vt in l. teſtium.C. de teſtib.Iſtud autem dicere, quòd quis fuit negligens, non cadit in ſenſum teſtis: ita dicit Bartol.in d.ſuo conſi.Poſſet etiam diſcurri ad ſingulos modos probandos ſingula facta in litibus quotidie emergentia.Sed eſſet nimis longum enarrare: cum plura ſint negotia, quàm vocabula: vt in l.quoties.ff.de præſcrip.ver. Si quis tamen ſtuduerit diligenter hanc materiam, per ſe traditam feliciter, cognoſcet qualiter quodlibet factum venit probandum &c.

LAVS DEO.

TRAC-

TRACTATVS DE TESTIBVS D. MARIANI SOCINI SENIORIS PER REPETITIONEM CAP. FRATERNITATIS. DE TESTIBVS.

SVMMARIVM.

c *Renunciatio productionis teſtium facta in principali cauſa, non extenditur ad cauſam appellationis.*
2 *Omnia quæ poſt datum libellum in cauſa proponuntur, dicuntur ad cauſam emergere, & ſic incidentia venire dicuntur.*
3 *Cauſa propria differt à cauſa appellationis.*
4 *Teſtes in cauſa appellationis, an ſuper nouis capitulis produci poſſint.*
5 *Duplici interrogationi vbi poteſt per vnicam reſponſionem ſatisfieri vnica reſponſio ſufficit.*
6 *Teſtis iterum productus in cauſa appellationis, iterum iurare debet, quod verum dicit.*
7 *Iudex appellationis non debet ſe impedire de nouis quæſtionibus, ſed ſententiare debet. bene vel malè appellatū.*
8 *Articulus quid ſit. & nu. 11.*
9 *Poſitio quid ſit.*
10 *Capitulum quandoque pro articulo, & poſitione ſumitur.*
12 *Articulorum ſpecies quæ ſint. & nu. 13. 14. & 15.*
13 *Articulus nouus quis dicatur, & quæ dicatur noua exceptio.*
14 *Obligationes plures, & actiones ex eodem facto, contractu, vel delicto oriuntur.*
15 *Articuli antiqui, qui dicantur.*
e6 *Articulorum ſpecies tertia, quæ ſit.*
17 *Articulorum ſpecies quarta, quæ dicatur.*
e8 *Articulorum quinta ſpecies, quænam ſit.*
19 *Teſtes quare produci nequeant poſt atteſtationes publicatas. & nu. 24.*
20 *Probationis facultas non eſt anguſtanda.*
21 *Intellectus ad l. repeti. ff. de quæſtio.*
Intellectus ad l. produci. ff. de teſti.
22 *Publicatio ſola teſtificatorum, an præcludat viam productionis teſtium: & nu. 25.*
23 *Atteſtationum publicatio, qualiter fiat, & per notariū ſcribi debeat. Et an talis publicatio ſit de ſubſtantia ordinis iudiciarij, ita quod eius omiſſio vitiet proceſſum.*
24 *Publicatio teſtium indiſcretè facta, an productionem aliorum teſtium impediat.*
26 *Intellectus ad §. quia verò. in authen. de teſtib. & nu. 29. cum ſequen. & nu. 41. & 42. & num. 54. cum ſeq. & nu. 92. 93. & nu. 113.*
27 *Vir quilibet bonus, ac iuſtus iudex conari debet ne veritas occultetur, & cuncta rimari diligenter, vt iuſtitiam faciat.*
28 *Intellectus ad l. officium. ff. de rei vendi. & l. exceptionem. C. de proba. & l. ſi quidem. C. de exceptio.*
29 *Teſtibus non ritè receptis, licet publicatio ſit ritè facta, & partes didicerint teſtificata, ipſi ijdem teſtes, & alij recipi, & produci poſſunt, etiam ſuper eiſdem articulis, & directè contrarijs.*
Intellectus ad Clem. 2. de teſtib. & nume. 30. cum ſeq. & nu. 113.
40 *Teſtis non dicitur receptus, ſi ſine debita forma receptus eſt.*
31 *Teſtis quando dicatur non ritè receptus.*
Verbum ritè, quid importet.
32 *Dicta teſtium non ritè receptorum, non probant.*
33 *Teſtes licet ſint ritè recepti, ſed nō ritè publicati, & pars quæ vult producere teſtes non didicit teſtificata, ad nouam productionem aliorum teſtium admittitur, etiam ſuper eiſdem articulis, & directo contrarijs.*
34 *Teſtes ſi ſunt ritè recepti, ſed non ritè publicati, pars licet non didicerit teſtificata, non admittitur ad repetitionem eorundem teſtium, ſi omiſſa publicatio, non habet inficere receptionem.*
35 *Publicatio non ritè facta, quando habet inficere teſtium receptionē, & pars non didicit teſtificata, poſſunt etiam ijdem teſtes de nouo produci.*
36 *Publicatio teſtium licet non ſit ritè facta, ſi tamen eorum receptio ritè fuit, pars quæ teſtificata didicit, non poteſt alios teſtes producere ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs.*
37 *Teſtium facta prima, aut ſecunda productione, & omnium productorum receptione, ſi pars atteſtationes percunctauerit, ad tertiam productionem non admittitur, ſi verò percunctata fuerit ante omnium teſtium productorum receptionem, ſaltem iam productorum, fieri poteſt examinatio.*
38 *Iuris idem eſt de parte quoad partem, quòd eſt de toto quoad totum.*
39 *In toto & quælibet pars continetur.*
40 *Totum à quo remouetur, remouetur quælibet eius pars.*
43 *Facta teſtium receptione ritè, & publicatione ritè, & ſolenniter, quando certum eſt partes teſtificata didiciſſe, non poſſunt teſtes produci ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs.*
44 *Teſtium ritè facta receptione, & publicatione, quando certum eſt, partes non didiciſſe teſtificata, an poſſint teſtes produci in cauſa principali, ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs.*
45 *Teſtium facta exceptione, & publicatione ritè, quando dubium eſt, vtrum pars teſtificata didicerit, poſſunt teſtes produci, etiam ſuper eiſdem articulis, vel directò contrarijs, delato prius iuramento parti volenti producere, quòd nec per ſe, nec per alium teſtificata didicerit.*
46 *Scientia ſola teſtificatorum, etiam ante publicationem, an excludat quem à poteſtate producendorum teſtium.*
47 *Teſtificata ſe non didiciſſe, qualiter quis poſſit probare.*
48 *Teſtificata qualiter quis didiciſſe dicatur.*
49 *Verbum percunctatus quid importet.*
50 *Dictio per, quid ſignificet.*
51 *Teſtificata ex ſeipſo didiciſſe, quando quis dicatur.*
Intellectus ad Glo in verbo præſenti in cap. in primis. 2. quæſt. 1.
52 *Limitatio ad tex in c. conſtitutus. de teſtib. & in l. non eſt ferendus. ff. de tranſactio.*
53 *Intellectus ad l ſi ff. quemad. teſtam. aper.*
54 *Teſtes an poſſint de nouo produci ab eo, qui ex his qui depoſuerunt didicit teſtificata.*

55 Per-

55 *Permiſſum videtur, quòd aliquo iure non prohibetur.*

56 *Intellectus ad l.1.§.ſed ſi legiſ ff. de his qui in teſta.delen. & nu.57.*

58 *Teſtificatis à notario didicitis, an poßint denuo teſtes produci.*

59 *Teſtificatis didicitis ab aduerſario, an poßint teſtes reproduci.*

60 *Didicitis teſtificatis à iudice, an poßint teſtes reproduci.*

61 *Teſtificata, qui didicit ab extraneo, an à reproductione teſtium denuo excludatur.*

62 *Practica ad probandum teſtificatorum ſcientiam.*

63 *Teſtes an poßint denuo produci ſuper nouis omnino articulis, in caſibus in quibus publicatio, vel teſtificatorum ſcientia, productionem non admittit.*

64 *Teſtes an poßint ſuper antiquis articulis, omnino de nouo produci, poſt ſcientiam teſtificatorum, vel publicationem, in caſibus in quibus ſcientia, vel publicatio viam precludit.*

65 *Teſtes an poßint de nouo produci ſuper dependentibus ſeu incluſis.*

Articulatus de preſcriptione, an poßit articulari de titulo, & qui articuli ſuper hoc noui dicantur, & qui antiqui. & nu.66.cum ſeq.

66 *Mutuum & venditio, poſſunt abſq; tempore probari.*

67 *Articuli ſuper validitate contractus, & ingreſſu religionis, & excommunicatione, qui antiqui, & qui noui dicantur, & qui noui dependentes à veteribus, & qui contrarij, & quando admittendi, et quando non. & nu. 68.cum ſeq.*

76 *Iudex exceptionem in genere admittere non debet, niſi qualibet ſpacio incluſa in genere ad intentionem excipientis concludat.*

77 *Intellectus ad c.in preſentia. de probationibus.*

78 *Teſtibus productis ſuper articulis, deponentibus ſuper ipſis, et ſuper his que poſſunt ex ipſis articulis pendere, que tamen in ipſis non ſunt incluſa, an publicatis atteſtationibus alij teſtes produci poßint ad probandam conditionem adiectam contractui ſuper qua teſtes depoſuerunt. & nu.79.cum ſeq.*

81 *Emergentia de nouo, nouo indiget auxilio.*

82 *Producere teſtes ſuper articulis, & tota cauſa, reſpectu producentis, fauorem & odium continent.*

83 *Teſtes an produci poßint ſuper articulis directè contrarijs, atteſtationibus publicatis. & nu.84 cum ſeq.*

85 *Dictum teſtis, per corruptionem falſum deponentis, eſt ipſo iure nullum.*

86 *Falſitas teſtis, an opponi poßit ſine corruptione.*

91 *Teſtes an poßint produci ſuper articulis indirectè contrarijs, publicatis atteſtationibus, ſeu didicitis teſtificatis, & quando probatio indirectè eſſe dicatur.*

92 *Teſtes ſuper eiſdem articulis, variata inſtantia, de cauſa principali ad cauſam appellationis an produci poßint.*

93 *Intellectus ad l.eos.§.2.C.de appella. & nume. 5. & nume.104.*

96 *Intellectus ad l. per hanc.C. de tempor. appella. & nume.104.*

97 *Cauſa appellationis, in quo differat à cauſa principali.*

98 *Ius ciuile diſcordans à iure canonico in materia indifferenti, an ſeruari debeat in foro Ceſaris, & Canonico.*

99 *Intellectus ad § illud.in auth.de teſtibus. & nu.100. Verbum omnino quid importet.*

100 *Verbum vlla. quid operetur.*

101 *Ratio legis eſt anima ipſius legis.*

102 *Ratio vbi ſibi locum non vendicat, nec etiam vendicat locum diſpoſitio.*

103 *Extenſio an in exorbitantibus fiat.*

104 *Intellectus ad l.in offerendis.C.de appellationibus.*

105 *Intellectus ad l.fin.C.de appellatio.*

106 *Appellatio reſcindit omnia acta non probatoria vſq; ad litis conteſtationem.*

107 *Litis conteſtationis effectus, quoad perpetuandam actionem, durat etiam perempta inſtantia.*

108 *Publicatio ſi facta non eſt in cauſa principali, vel ſi facta eſt, probatur quod pars non fuit percunctata, vel teſtificata non didicit, an poßint in inſtantia appellationis teſtes produci ſuper eiſdem articulis, vel directè contrarijs.*

109 *Intellectus ad l.1.§.ſed ſi legi.ff.de his qui in teſta.delen.*

110 *Sententia vt dicatur nulla exigitur quod vitium patens ſit.*

111 *Iudex non ſemper ad vnam probationum ſpeciem inclinatur, ſed ex varijs cauſis motum animi ſui informare poteſt.*

112 *Teſtes an poßint produci ſuper antiquis articulis, inſtantia variata de principali cauſa, ad nullitatem.*

Nullitas iudiciarij ordinis, quot modis ſumatur.

114 *Intellectus ad c.conſtitutus in preſentia.de teſtib.*

115 *Atteſtationibus receptis in vno iudicio, etiam legitimè publicatis in alia quacunq; inſtantia, et coram quocunque iudice, inter eaſdem perſonas, & ad eundem effectum, ſtandum eſt.*

116 *Teſtes an produci poßint ſuper iiſdem articulis, inſtantia de cauſa principali ad reſtitutionem in integrũ variata.*

117 *Minor aduerſus dolum, vel calumniam preſumptam, de futuro, non reſtituitur.*

118 *Per reſcriptum ſeu iuſſionem Principis non poſſunt amplius teſtes produci, publicatis atteſtationibus, vel didicitis teſtificatis.*

119 *Dolus tutoris, non nocet pupillo.*

120 *Coniectura in incertis, non certis, locum habent.*

Intellectus ad l.minor 25.annis omiſſam.ff.de mino.

121 *Intellectus ad l.1.§.accuſationem. & l.qui deſtitit.ff.ad S.C.Turpil.*

122 *Minor & eccleſia, aduerſus quæ reſtituantur.*

123 *Negligentia prelati eccleſie nocere non debet.*

124 *Mulier et ruſticus, an admittatur ad producendum denuo teſtes, didicitis teſtificatis.*

125 *Ruſticis vel mulieribus non ſuccurritur in his que inducta ſunt ad rigorem iuris conſeruandum.*

126 *Minor, an ex legitima cauſa reſtituatur ad producendum denuo teſtes, publicatis atteſtationibus.*

127 *Reſtitutio minore vel eccleſia, vel maiore ex cauſa legitima, an intelligatur etiam reſtituta pars aduerſa, vt poßit teſtes producere, licet teſtificata didicerit.*

128 *Intellectus ad l.penul.C.de tempo.in integ.reſtitutio.*

129 *Maior ſi vna cum minore habet cauſam communẽ contra alium, an reſtituto minore poſt publicatas atteſtationes, ad probandum iterum beneficium ſuum proſit maiori*

Intellectus ad l.deniq;.§.ſed verum ff.de mino.

130 *Leſio qualiter probetur.*

131 *Inſtantia variata de vna cauſa ad aliam, ſeu de vna inſtantia ad aliam, an poßint teſtes produci, atteſtationibus didicitis & publicatis, ſuper eiſdem articulis.*

132 *Teſtes recepti inſtantia de iudice ad arbitrum variata, an fidem faciant.*

133 *Teſtes in quibus caſibus recipi poßint, atteſtationibus publicatis, vel habita teſtificatorum ſcientia, ſuper eiſdem*

eiſdem articulis, vel directè contrarijs. & numer. 134. cum ſequen.
161 *Inſtantia perempta, non pereunt acta probatoria.*
165 *Paria ſunt non eſſe, vel non apparere.*
177 *Intellectus ad c. 2. vt lite penden. lib. 6.*
178 *Teſtes à iudice recepti poſt publicatas atteſtationes, vbi non eſſent recipiendi, an probent.*

FRATERNITATIS. In
cauſa appellationis ſuper
nouis capitulis tantum te-
ſtes noui & veteres produ-
cti ſunt. h. d. Diuiditur in
duas partes. quia primo po
nitur bimembris conſul-
tatio. & ſecundum mem-
brũ ponitur ibi (Et ante-
ſtibus) Secundo reſponſo ibi (Tibi duximus) & re-
ſponſionis declaratio ibi. (Receptis prius &c.) No-
1 ta primo † quòd renuntiatio productionis teſtium
facta in principali cauſa non extenditur ad cauſam
appellationis. & ideo & noua capitula & noui teſtes
poſſunt produci in cauſa appellationis. de quo ef-
fectu renunciationis dic vt dicam in c. cum veniſ-
2 ſent. infra. eo. Secundo nota: † quòd ſecundum
latam ſignificationem omnia quæ poſt datum li-
bellum in cauſa proponuntur: dicuntur emergere
ad cauſam. & ſic etiam incidentia dicuntur venire,
de quo in cap. ſupra. de or. cogni. & in l. quod iuſ-
ſit. ff. de re. iudi. per Io. de Imol. dixi in c. qualiter:
el. 1. infra. de accu. poſt gloſ. primam. Tertio nota.
3 ar. pro. & contra † quod cauſa principalis & appel-
lationis dicuntur diuerſæ. Facit iſte tex. pro in quan
tum refert iſtas vt diuerſas. & inquantum licet re-
nunciatio noceat in cauſa principali nõ tamen no-
4 cet in cauſa appellationis. In contrarium facit: †
quia ſicut in principali cauſa inde obſtante publi-
catione poterunt teſtes produci ſuper nouis capitu-
lis: ita in cauſa appellationis, veritas eſt quòd eſt ea-
dem cauſa, vt in rubro & nigro, ne liceat in vna ea-
demque cauſa. Sed diuerſæ ſunt inſtantiæ: vt in l.
properandum. C. de iudic. in c. ex ratione. infra de
appel. dixi in c. veniens. infra de accuſa. Nota quar-
to, quòd vbi variatur inſtantia de cauſa principali
ad cauſam appellationis, poſſunt etiam hi idem te-
ſtes de nouo produci ſuper nouis capitulis vel di-
recto contrarijs. de quo infra. Nota quintò, quod
5 † vbi duplici interrogationi poteſt ſatisfieri per vni-
cam reſponſionem, non eſt ſeparatim reſponden-
dum: ſed ſufficit vnica reſponſio. Ad idem c. pru-
dentia. de offi. deleg. quod facit pro his qui habent
conſulere, vt licet plura ſint propoſita quæſita ſi
ad duo vel plura ſufficit vna reſponſio, vna reſpon
ſione vtantur. Nota ſextò, quod idem teſtis poteſt
in eadem cauſa contra eundem pluries produci, de
6 quo hic in gloſſ. 2. Nota ſeptimò, † quod licet te-
ſtis productus iurauerit in cauſa principali, ſi tamen
iterum producitur in cauſa appellationis debet ite-
rum iurare, quod dicit verum Io. de Imol. quando
iurauit dicere veritatem ſuper articulis, ſecus ſi ſu-
per articulis, & tota cauſa. de quo dicam infra. eo.
cap. tuis. Nota octauò text. pro illa regula quòd
in cauſa appellationis non oppoſitum opponam,
& non probatum probabo. Nota vltimò ex fin. ibi
prius ab ipſis &c. quòd teſtis debet prius iurare, &
poſtea deponere. Quid autem ſi primò deponeret,
& poſtea iuraret? dic vt dicam in c. tuis infra. eo. In
glo. 1. in fin. dic quòd poteſt ponderari renunciatio
quoad hoc vt non poſsint in cauſa principali teſtes
amplius produci: ſecus in cauſa appellationis: & de
effectu renunciationis, & qualiter per eam exclu-
datur poteſtas producendorum teſtium, dic vt di-
cam in c. cum veniſſent. infra eo. Glo. 2. opponit &
ſoluit. In fi. dic. hæc ſo. communiter reprobatur: &
communiter tenetur quòd productus in teſtem ſe-
mel poteſt repelli ſi propter malum non verum tu-
lit teſtimonium contra eundem. de quo articulo
dic latius, vt in iuribus hic in glo. allegatis: & vt di-
xi in d. ca. meminimus. per Bart. in l. poſt legatum.
ff. de his, qui vt iudi. & per Specu. eod. tit. §. 1. verſi.
item quòd in alia. Glo. pe. in prin. ſentit contrariũ
quòd ſuper nouis articulis non poſsint teſtes pro-
duci in cauſa appellationis † quia iudex appellatio- 7
nis non habet ſe impedire de nouis. quæſt. cum ha-
beat ſententiare bene vel malè appellatum. 2. q. 6.
in fin. Gloſſ. huius timore dicit quòd text. non de-
bet intelligi de nouis omnino, ſed de dependenti-
bus. Deinde gloſſ. ſubdit quòd etiam ſuper talibus
poſſunt produci teſtes in cauſa principali publica-
tis atteſtationibus: Deinde gloſſ. opponit ad text.
de eo quod ſentit à cõtrario quod ſuper antiquis ar-
ticulis in cauſa appellationis nõ poſſunt teſtes pro-
duci, & ſoluit. In eadem. ibi, Dependentibus ex ve-
teribus. Sentit ergo glo. ꝙ articuli poſſunt eſſe om-
nino noui. Item & alij noui, ſed non omnino. de
quibus dicam infra in ſecundo articulo principali,
& in quinto, & 7. In ea. ibi. principali cauſa dic de
hoc & de ſequenti contrario vt dicam infra in 10. ar-
ticulo principali. Glo. fi. proſequitur formam iu-
ramenti præſtandi à teſte. In fi. dic habes igitur ex
glo. quinq; principalia capitula ſuper quibus teſtis
debet iurare. Ioan. And. addit ſextum. videlicet, ꝙ
ſecretum tenebit dictum ſuum vſque ad publica-
tionem: ſed tu dic de hoc vt dicam in c. tuis infra eo.
Expeditis glo. quoad literalem eorum intellectum
debes ſcire quòd Io. And. quaſi per modum repeti-
tionis huius c. materiam ſolemniter eſt proſecutus,
ex eo quod fuit primum. cap. quod Paduæ legerit.
vnde cum ampla dote voluit eam tranſmittere ad
nuptias: vt dicit Cy. in l. 1. C. de ſu. Tri. Et quoniam
materia iſta eſt quotidiana, & vtiliſsima, & intrica-
tè tradita per Doctores, ideo vt ipſam ordinatam
& diſtinctam habeas, proſequar infraſcriptos duo-
decim principales articulos.

Primus erit, Quid ſit articulus ſeu poſitio.

Secundus quot ſint articulorum ſpecies, & qua-
les?

Tertius quæ ſit ratio quare prohibentur recipi
teſtes ſuper eiſdem articulis ſeu directo contrarijs,
& quo iure fuerit introducta?

Quartus an ſola publicatio ſufficiat ad impedi-
endum productionem teſtium ſuper dictis articu-
lis. An etiam ſufficiat didiciſſe teſtificata. Et quali-
ter quis dicatur teſtificata didiciſſe?

Quintus an ſuper nouis omnino capitulis poſ-
ſint produci?

Sextus an poſsint produci ſuper omnino an-
tiquis?

Septimus an ſuper dependentibus vel ſimilibus?
Octauus an ſuper directo contrarijs?
Nonus an ſuper indirectè contrarijs?
Decimus vtrum ea quæ dicta ſunt de cauſa prin-
cipali quod teſtes non poſſunt produci poſt publi-
cationem: vel didicita teſtificata, habeant locum e-
tiam in cauſa appellationis?
Vndecimus verſabitur circa examinationem ca-
ſuum in quibus ſpecialiter teſtes poſſunt produci
poſt publicationem vbi aliâs regulariter poſt publi-
cationem non poſſent?
Duodecimus quid agere debeant partes ſi iudex
admitteret articulos vel teſtes qui non ſint admit-
tendi, ſecundum regulas prædictas.
8 Circa † Primum dicendum eſt ꝙ articulus mul-
tipliciter ſumitur, vt traditur per Ioa. An. in c. præ-
ſentium. eo. tit. li. 6. in nouella. ſed quãtum ad pro-
poſitum attinet dicitur articulus pars intentionis a-
ctoris, qnam actor probare intendit. de quo vide
glo. ſuper ver. articulis. in d. c. præſentium, & idem
dicerem de reo ad fundandam intentionem ſuam
ſuper exceptionem. & vide etiam Io. An. in ca. cum
Chriſtus. infra de hæreticis. Quandoque tamen po-
teſt comprehendere totam cauſam: vt probatur in
9 c. 1. de reſcrip. l. 6. Poſitio † vero dicitur breuis for-
mula verbnrum contitiens mentem proponentis
ad veritatem eliciendam concepta: vt per glo. in c.
1. de conſe. lib. 6. Et ideo hæc duo videntur eſſe ſy-
nonyma. videtur tamen poſitio ſe in plus habere, eò
quod plures poteſt continere articulos: vt eſt text.
in c. præſentium. ibi, ſuper quolibet articulo ſnper
qualibet poſitione contento. & patet etiam ex præ-
10 dicta deſcriptione poſitionis. Item † & capitulum
quandoque ſynnnymè accipitur pro articulo & po-
ſitione: vt eſt text. hic. & in c. cauſam. & c. per tuas,
infra. eod. & tunc dicitur capitulum eo quod diſtin
guit articulum ab articulo: vt dictis iuribus, ſicut in
ſimili dicimus quando diſtinguit clauſulam à clau-
ſula: vt in ca. olim infra de verb. ſi. vel materiam à
materiã: vt in ca. inter alia. & c. quod in dubijs infra
de ſen. ex. & c. & ſic contingit regulariter in allega-
11 tionibus decretalium. Item † articulus appellatur
quandoque intentio vel aſſertio: vt in c. ex parte ſu-
pra eo. & 6. q. ſi. c. actor. & per Spec. in tit. de teſte.
§. nunc videndum in prin.
Circa ſecundum articulum principalem, videli-
12 cet, quod † ſint ſpecies articulorũ: licet iudicio meo
poſſent dici plures quinque: vt ex infra dicendis ap-
parebit. tamen pro nunc dicamus prout dicit Bar-
tolus in l. per hanc. C. de tempo. app. & in authen.
atqui ſemel. C. de probat. Qui quinque. Quidam
enim dicuntur omnino noui. Quidam omnino an-
tiqui. Qnidam dependentes ſeu incluſi. Quidam
directè contrarij. Quidam indirectè contrarij.
13 † Nouus articulus dicitur ſecundum Bartol. in d. l.
qui nec reſpicit nec coadiuuat propoſitam actio-
nem. & idem de exceptione ex parte rei: quia om-
nis exceptio dicitur noua. & ſic articulus ſuper ea
qui vel quæ non reſpicit aliquo mndo actionem
propoſitam reſpectu alterius exceptionis, vel nouus
dicitur ille qui nec explicitè nec implicitè compre-
hendebatur in prioribus ad neceſſitatem facti, ſeu
probationem actionis. Exemplum. Petebam à te
equum, & feci articulum de equo. nunc peto falco-
nem vel decretum, & ſuper hoc articulum facio. &
hoc ponit Spec. eo. tit. §. ſatis vtiliter. ver. illud au-
tem notandum.
Ego verò arbitror dici poſſe quòd aliquis arti-
culus dicitur nouus omnino tam reſpectu origina-
lis facti cauſæ vel principij vel ſubſtantiæ ſeu rei pe-
titæ, & etiam quàm reſpectu qualitatis ſeu modi
agendi. ita quòd nullo modo ex aliqua prædictarũ
conſiderationum includebatur: vel dependebat ab
alijs: vt in dicto exemplo de equo & falcone. Item
dici poteſt nouus articulus non reſpectu originalis
facti, ſed reſpectu diuerſæ qualitatis agendi: & etiã
effectus conſequendi. Nam debes ſcire quòd omnis
cauſa quæ agitatur (vt dicit Bal.) fundatur in tribus,
iure, cauſa, & actione. vnde poteſt eſſe articulus
reſpectu nouæ rei quæ deducitur. & ſic erit nouus
hoc reſpectu: ſed non reſpectu eiuſdem facti à quo
vtrunque traxit originem. Verbi gratia. Agebam
condictione furtiua ad rem ſubtractam. & nunc fa-
cio articulos ad pœnam dupli: nam reſpectu rei quę
petitur, & qualitatis ſeu variati modi agendi eſt no-
uus articulus: ſed reſpectu eiuſdem principij ſeu
originis ex facto inſurgentis quod fuit furtum non
eſt omnino nouns. † Eſt enim aduertendum quòd 14
ex contractu facto vel delicto commiſſo, aut ſimi-
li fonte oritur obligatio, ex obligatione verò ori-
tur actio: vt l. licet. §. ea obligatio. ff. de procura.
quare ſicut ex eodem facto, contractu vel delicto
poſſunt oriri plures obligationes, ita ex ipſis diuer-
ſis obligationibus diuerſæ oriuntur actiones. Exem
plum. Succidiſti arbores, ego egi contra te de arbo-
ribus ſucciſis ex l. 12. tabu. ſiue ex lege Aquilia volo
deducere poſtea articulos ad intentionem actionis
quod vi aut clam. quæ etiam ex eodem facto ori-
tur, certè articulns dicitur nouus reſpectu qualita-
tis actionis. l. duobus. §. colonus. ff. de iureiuran.
ſed non omnino reſpectu ſui principij, & ideo ex
tali reſpectu latè quodammodo poteſt appellari
dependens. Idem exemplum poteſt figurari ſi pro
ſucciſis arboribus egi prius actione locati, & nunc
volo formare articulos ſuper accuſatione arborum
fur. ce. l. ſi merces. ff. loca. Vel ſi egi pro rebus per
vim ablatis: vt bon. rap. & poſtea volo deducere ar-
ticulos ad intentionem furti manifeſti: vt Inſtit. vi
bo. rap. in princip. ff. eo. l. 1. in princ. 14. quæſtio. 5.
c. pœnale. & hoc vltimum voluit Spec. eo. tit. §. fa-
tis vtiliter. verſic. illud autem notandum. qui etiam
addit quòd etiam nouus articulus dicitur quando
quis ſuper re litigioſa impetrat priuilegium per c. fi.
ſupra vt lite pen: & cap. cauſa infra eo. & ſecundum
iſtos modos non intelligitur text. noſter dum dicit
ſnper nouis. vt dicam infra in quinto principali ar-
ticulo. Et breuiter conclude quòd vbicunque ex
varietatẽ rei vel cauſæ aut actionis ſeu perſonæ vel
alterius ſimilis qualitatis ſuper actione porrecta per
actorem non habet locum exceptio rei iudicatæ ex
articulo quem actor de nouo producit, talis articu-
lus dicitur nouus, & impertinẽs: vt etiam latius ap-
parebit per exempla quæ ponam in 5. arti. vbi etiam
ponam exempla de reo.
Secunda principalis ſpecies articulorum eſt † ꝙ 15
quidam articuli dicuntur antiqui. & iſti dicuntur
per contrarium ad nouos. vnde ſecundum Bartol.
cognitis nouis datur cognitio iſtorum antiquorum.
per

per contrarium Inſtit. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. in princip. vnde dicuntur antiqui ſecundum Bartol. & dom. meum. qui explicitè, vel implicitè continebantur in primis ad neceſsitatem facti ſeu probationis. Sed mihi hoc non placet. Si aſſumimus antiquum per contrarium ad nouum eo modo quo dictum fuit in præcedenti ſpecie.

Nam per hunc modum omnino antiquũ de quo quærimus dicerem illum articulum qui formaliter idem cõtinet quod primus productus in cauſa principali: vt puta ſi feciſſem articulũ quòd Titius poſſedit per annos viginti talem fundum, & ſuper hoc eodem articulo ego vellem producere teſtes publicatis atteſtationibus in eadem cauſa, vel in cauſa appellationis. Sed ſi implicitè, vel explicitè non in totum formaliter contineretur, ſed in parte, vel adderetur, vel detraheretur, vel alio modo ſimili mutaretur. tunc non poteſt dici omnino antiquius. ſed iudicio meo poteſt dici mixtus, & dependens: quia in eo quòd aliquid additur, vel detrahitur ab alio articulo iam producto poteſt dici nouus. l. ius ciuile. de iuſti. & iu. & ibi per glo. & hoc. Inquantum verò continet aliquid quod in antiquo continebatur poteſt dici antiquus. Facit text. in cap. præterea. el. 1. ſupra. de tranſact. ibi dum dicit. Nouam vel maiorem percipiant. & in cle. 1. de ſup. ne. præla. ibi. Nouas imponant, aut veteres augeant, & de his dicetur in ſeq. ſpecie.

16 Tertia † principalis ſpecies quòd quidam articuli non dicuntur omnino noui, nec omnino antiqui, ſed ſunt dependentes ab antiquis: vt dicit gloſſ. ſuper ver. nouis, vel quia ſub antiquis incluſi ſunt in totum, vel in parte. ſeu quia ex illis oriuntur. verbi gratia. Ex titulo oritur titularis traditio. ex traditione oritur poſſeſsio, & ex vtroque oritur bona fides, & ex prędictis oritur pręſcriptio. & ex præſcriptione completa oritur dominium, vel effectus dominij, & inde naſcitur rei rendicatio ad agẽdum, & rem petendam: vt nota. in l. vendicatio. C. de pigno. & poſſeſſori oritur exceptio præſcriptionis. Si igitur ad probandam præſcriptionem, feci articulum præſcriptionis. deinde volo facere articulum de titulo, aut continuata poſſeſsione, dicor articulum dependentem ſeu mixtum facere. Similiter etiam ſecundum Bartolum in dicta l. per hanc. ex confectione teſtamenti oritur teſtamentum: vt l. cum antiquitas. C. de teſta. & ex hoc originẽ trahit confirmatio per mortem teſtatoris, & ex confirmatione poſtea oritur hæreditatis aditio: vt nota. in l. omnium. C. de teſta. Vnde ſi prius feci articulum antiquum, quòd ſum hæres talis ex tali teſtamento, & publicatis atteſtationibus, volo facere vnum articulum, quòd teſtator mortuus eſt, dicitur articulus dependens, vel incluſus. tales enim articuli non dicuntur omnino noui: quia non differunt ab antiquis re ſeu cauſa, actione, aut perſona: ſed coadiuuant intentionem propoſitę actionis, ſeu productorum articulorum: vel quoad facti neceſſitatem: vel quoad iuris probationem. Et quid importent hæc verba dicam infra in 7. principali articulo. Item non dicuntur omnino antiqui: quia vt dixi in præcedenti ſpecie aliquid additur, vel detrahitur ab antiquis ad coadiuuãdum intentionem agẽtis: & ſic quia expreſsè, vel tacitè aſſumit de materia in primo articulo incluſa, adeo quòd exceptio rei iudicatæ referri poteſt ad vtrunque: vt clarius apparebit in dicto 7. articulo.

Quarta † ſpecies articulorum eſt: quia quidam 17
ſunt directè contrarij, & iſti aſſumunt naturam, vt verbũ ſonat: quia contrarij ſunt ad priores. Exemplum. feci prius articulum, quod es legitimus, tu verò poſt publicationẽ vis facere articulum quòd non es legitimus. Vel feci articulum ꝙ fuiſti præſens, tu verò vis facere quòd fuiſti abſens. Vel feci articulum ꝙ contractus fuit ſponte celebratus. Vel quòd es furioſus, tu vis facere quòd contractus fuit geſtus per metum, vel quòd es ſanæ mentis.

Quinta † ſpecies eſt: quia quidam dicuntur indi- 18
rectè contrarij, & iſti ſunt articuli, qui non directè, aut immediatè repugnant, ſed diſcurrendo per media neceſſaria reducuntur ad contrarietatem ſeu repugnantiam. Exemplum. Si feciſti articulum quòd tali die Senis exiſtens matrimonium cõtraxiſti cum B. vel quòd Titius interfecit aut vulnerauit. P. ego verò facio articulum quòd ea die, tu Titius fuiſti Mediolani. nam impoſsibile eſt per medium diſcurſum conſiderando diſtantiam quòd eadem die tu fueris Senis, & Mediolani: vt hæc probantur in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipu. & in c. ex tenore. infra eo. Vel ſecundum aliquos poteſt poni exemplum. Si dico me dominum, vel poſſeſſorem talis rei in totum, tu verò articulas, quòd tu es domin⁹, vel poſſeſſor eiuſdem rei in totum. nam iſti articuli ſunt indirectè contrarij, quod oſtenditur per diſcurſum medij ſumpti, ex regula iuris, quæ vult quòd duo non poſſunt in ſolidum poſsidere. l. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. poſſ. nec etiã eſſent domini in ſolidum: vt l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commo. Et idem ſi poſuiſſem me poſsidere in totum, vel dominum in totum, & tu poſtea poneres te poſsidere, & te dominum eſſe in parte.

Circa 3. principalem † articulum, quæ fuerit ra- 19
tio prohibitionis quare teſtes non poſſunt produci poſt publicatas atteſtationes, debes ſcire prout reperi in hac materia dixiſſe quendam notabilẽ doctorem, cuius nomen ignoro, quòd vbi agitur de termino excluſiuo facultatis probandi, ſuper quo diſputatur quòd prima facie omnis terminus excludens hanc facultatẽ vt tendens ad recludendam viã veritatis lucidandæ quæ magis eſt proxima Deo, dicitur odioſus, & odioſus debet eſſe cuilibet homini naturali & iuſto. & quicunqua ſit talis terminus dicitur procedere ex iure poſitiuo ſic diſponente, propter aliquam qualitatem ad bonum publicũ & commune. non autem dicitur procedere à ratione naturali: quia præcludere viam ad aperiendam viam veritati iniquum eſt, vt manifeſtè de ſe patet. † & 20
hinc eſt quod quotidie dicimus quòd non eſt anguſtanda probationis facultas, vt in extrauaganti Bonifacij. 8. quæ incipit. Debet. Quare nec iure ffforum vel. C. reperitur quòd publicatio teſtium de qua hic loquimur, eſſet adinuenta, & haberet præcludere viam productioni teſtium.

Nec † obſtat l. repeti. ff. de quæſtio. & quòd ibi 21
nota per gloſſ. & Doct. quia illa loquitur de repetitione eorundem teſtium. & ſic etiam vno modo poteſt intelligi. l. produci. ff. e. & vide etiã quod traditur in l. fi. ff. eo. Nec etiã dici poteſt ꝙ iure. C. hoc

fuerit inductum per l. in offerendis. & l. eos. C. de ap. & per l. hanc. & l. ampliorem. C. de tempo. ap. ex. eo quòd cum hoc permittant in cauſa appellationis vt producantur noui articuli, videátur prohibere in cauſa principali: quia nó eſt verum quòd ea de cauſa permittant, ſed illud dicunt vt remoueát obſtaculum ſententiæ latæ quæ iuſtè videbatur lata quoad iudicem ex his quæ didicerat in principali cauſa. Quare concluditur quòd primú ius de hac materia diſponens fuit ius authenticorú, vt in auth. eo. titu. §. quia vero. vnde ſumpta eſt auth. atqui ſemel. C. de proba. vbi etiam text. non loquitur de publicationibus, vt infra dicam in ſeq. articulo. ſed ſolú ſtatuit quòd didicitis teſtificatis per ſe vel per alium non poſſunt teſtes produci ſuper illis articulis ſuper quibus teſtes depoſuerát. & ratio huius nouæ diſpoſitionis ſuit: quia cogitauit lex quòd pars videns ſe non probaſſe timens ſuccumbere, ad hoc vt prouideat ne ſuccumbat quòd ſubornauit teſtes, vel corrumpet, vt contra veritatem deponant. quæ quidem diſpoſitio videtur ſuiſſe rigoroſa, vt propter vnam talem præſumptionem homines boni & iuſti repellantur à lucidanda veritate, & proprio iure priuentur. Sed forte ſuit hoc ſtatutú propter prauam tunc & communem litigantium peruerſam naturam, qui frequentiſsimè talibus ſubornationibus operam dabant. propter quod non modicum publica lædebatur vtilitas. Et ſic videtur ꝙ ſolus timor ſubornationis & corruptionis fuerit cauſa huius noui iuris. hoc etiam expreſsè dicitur in Clem. 2. eo. titu. Sed dicit hic Ioan. An. quòd ſi hæc ſolum ratio eſſet vera, nullus admitteretur ad probandum, etiam non publicatis atteſtationibus, nec didicitis teſtificatis, cum etiam ante hanc ſcientiam vel publicationem poſsint teſtes ſubornari in c. ſicut. ſupra eo. & infra eo. c. ex tenore. & in c. quia veriſimile infra de præſump. Tamen hoc faltiſsimum eſt: quia admittitur quis nedum ad primam, ſed ad ſecundam tertiam & quartam productionem ſecundum ea quæ dixi ſupra eo. cap. in cauſis. Præterea ſi prædicta ratio ſubornationis eſſet ſola propter didicita teſtificata vt d. §. quia vero. ſequeretur quod ſi teſtes producti nihil dixerút ſuper articulis ſuper quibus depoſuerunt ex eo ꝙ tunc pars non poteſt inſtrui ex dictis teſtium iam receptorú: & ſic nó poſſit alios teſtes ſubornare, deberet poſſe etiam ſuper eiſdem articulis alios teſtes de nouo producere, ꝙ ſimiliter eſt falſum. Vnde dicit Ioa. And. quòd illa non fuit ſola ratio: ſed etiam alia, videlicet vt detur aliquis terminus ne in infinitú liceat teſtes producere. Ex qua ratione concludi videtur quòd licet poſt publicationem non detur percunctatio, aut quod quis teſtificata didicerit, tamen non erit ſibi licitum vlterius teſtes producere ſuper articulis antiquis, de quo dicam in ſequen. 4. principali articulo. & loquitur domi. M. hic & in c. ſeries. infra eod. vbi addit etiam aliam rationem, videlicet vt ſit litium finis: & quia conſentiens publicationi tacitè videtur renunciare productioni teſtium, cum ſciat hunc eſſe terminum excluſiuum. Ego verò arbitror quòd illa fuerit potiſsima ratio ſubornationis, videlicet, & corruptionis: vt dicit tex. in d. Cle. 2. & ſubdam in ſeq. articulo.

Nec obſtat primum argumentum Io. And. quia non eſt tantus timor ſubornationis ante publicationem, cum ſit ſpes probationis futuræ, quantus eſt poſt publicationem & ſcientiam teſtificatorum, facit. l. qui cum maior. §. ſi libertus. ff. de bo. lib. Nec obſtat ſecunda ratio, quia finis imponitur, & per inſtantiam cauſæ & eius peremptionem, per ſententiam & etiá per refrenationem multiplicatarum productionum ſecundum quod dixi in c. in cauſis. ſupra eo. Nec ob. tertia ratio domini mei, quia iſtud eſt de quo quærimus, videlicet: vtrum publicatio ſit terminus excluſiuus. & ſic ratio domi. M. eſſet eadem cum dicto. & hæc faciunt etiam ad dicenda in quarto ſequenti articulo.

Circa † quarum principalem articulum an ſola 22
publicatio: vel ſola teſtificatorú ſcientia. vel vtrunque præcludat viam productioni teſtium? aduertendú eſt quod iura canonica in hac materia vt plurimum ad excludendum hanc teſtium productionem ponderant publicationem: vt in c. intimauit. in c. cauſam in c. de teſtibus. in c. cum veniſſent. & c. ex tenore. cum ſimi. infra eo. Et iſta eſt communis loquutio glo. & Doc. vtriuſq; iuris. Sed in contrarium ſunt tex. in authen. eo. tit. §. quia vero. qui ſolum ponderare videtur quod quis didicerit teſtificata. ſeu percunctatus fuerit per lecturam ſuam aut aliam cognitionem & ſciétiam per ſe vel alium habitam, facit c. conſtitutus el. 3. in gloſſ. infra eo. vbi glo. firmat quod exigatur ſcientia teſtificatorum, & ad idem quod traditur in c. veniens. & in c. cum in tua, & in c. vltra tertiam. & in c. conſtitutis. el. primo iuncta glo. infra eo. Exigit enim ibi glo. atteſtationes eſſe depoſitas penes eum qui vult teſtes producere, & ſic ex didicitis teſtificatis verè vel præſumptiuè excludatur à noua productione teſtium ſuper eiſdem articulis. Sed tu aduerte vt intelligamus iſtú difficilem articulum, quod licet publicum & publicatio ſumatur multis modis. de quo per gloſſ. & Io. de Imo. in rubrica & l. 1. ff. de pub. iud. dixi in c. veniens. infra. de accu. tamen quantum attinet ad materiam noſtram teſtium potes dicere ſecundum aliquos excludendo quod primus caſus minus eſt dubius, & quòd quædam eſt publicatio dictorú ſeu atteſtationum: quæ fit à ſolis teſtibus, videlicet: quia teſtis depoſuit apertè extra iudicium interrogatus aperuit parti ea quæ in iudicio teſtificatus eſt. & hęc publicatio non impedit aliorum teſtium productiones ſecundum Doc. in c. vltra tertiam. infra eo. quia nó poteſt pars per vocem volatilem plenè inſtrui vt dicatur ſubornationi locus. facit c. cum perſonæ. infra eo. de priuile. Item quia poſsibile eſt & de facili contingit quod teſtis vt parti complaceat ei falſum referet. de hoc tamen latius infra in diſtinctione mea ſecundo membro principali quando quis dicatur didiciſſe teſtificata. Quædam eſt publicatio quę habetur à parte tempore teſtimonij prolati per teſtes: vt quia erat præſens dum teſtis depoſuit. & idem dicendum eſt per rationem proximè aſsignatam, de quo dic vt dicam infra in dicto 2. membro principali. Quædam eſt publicatio quæ fit à notario qui examinauit teſtes ex eo quòd pandit parti teſtificata, & idem quòd in duobus præcedentibus caſibus ſecundum Doct. in cap. ſeries. infra eo. de quo dicam. in d. 2. membro. Quædam eſt publicatio quæ fit à partibus, & hæc poteſt eſſe duplex.

duplex. Quædã verbalis: vt quia dicunt partes pro-
batum eſſe, vel non eſſe probatum. & idem niſi ali-
ter probetur percunctatio atteſtationum. Quædam
eſt publicatio atteſtationum inter partes deliberata:
vt quia diſputant inquirendo veritatem ſuper di-
ctis teſtium. & ſic habetur ſcientia atteſtationum
per diſputationem. & talis excludit facultatem pro-
ducendi teſtes d. §. quia verò. in authen. eod. titul.
Quædam eſt publicatio quam facit iudex inter par-
tes iudicialiter quando citatis partibus iudex dicit
quòd vult publicare atteſtationes: & pro publica-
tis vult haberi. vt in c. ex tenore. infra eodem & hæc
publicatio atteſtationum ita deſcribitur. Quod eſt
atteſtationum ſecretè depoſitarum ſolennis & de-
liberata per iudicem partibus facta extenſio. Nam
vt dixi in c. in nomine. ſupra cap. teſtes debent reci-
pi ſecretè: & quando deuentum eſt quaſi ad finem
litis ita quòd partes nolunt vel non poſſunt alios
23 teſtes producere, † Fit atteſtationum publicatio ſub
hac forma. Tali die ad partium inſtantiam talis iu-
dex in cauſa vertenti inter tales, atteſtationes ipſa-
rum partium publicauit & aperuit, & pro publica-
tis & apertis haberi voluit & mandauit, & commi-
ſit mihi notario cauſæ &c. vt copiam faciam vtri-
que parti eam petenti: vt dicit Spec. eo. tit. §. ſatis
vtiliter. in verſ. publicatio auth. & prædictam pub-
licationem notarius debet in actibus ſcribere cum
teſtium ſubſcriptione. Et an talis publicatio ſit de
ſubſtantia ordinis iudiciarij ita quòd eius omiſſio
vitiet proceſſum vide in cap. I. & A. infra. de re iu-
di. & per gloſſ. & Doc. in l. prolatam. C. de ſenten.
24 † Et circa hanc publicationem vtrum excludat po-
teſtatem producendorum teſtium dic, quòd aut
iſta publicatio eſt indiſcreta: quia dicunt partes do-
mine iudex non publicetis atteſtationes, quia ad-
huc volumus alios teſtes producere. iudex tamen
indiſcretè publicat: & talis publicatio non impe-
dit nouam teſtium productionem, in c. ſeries, infra
eod. ſecundum vnum intellectum. hoc etiam vult
Ioan. An. in Clem. 2. eo. titu. Idem voluit Bart. in
authen. atqui ſemel. C. de proba. quando publica-
tio eſſet facta die feriata. Idem etiam dicit Bald. in
l. iuriſiurandi. C. eod. quando talis publicatio non
eſſet facta coram teſtibus. Et intellige de alijs teſti-
bus quàm de illis qui depoſuerunt. & hanc ſenten-
tiam quòd publicatio indiſcretè facta non noceat
partibus tenet etiam Pau. in d. Cle. 2. & etiam. Ioan.
de Imo. ibi & hic. Sed Gui. de monte Landuno di-
cit in d. Clem. 2. quòd licet publicatio non ſit ritè
facta, ſi tamen pars didicit teſtificata, præcluditur
ſibi via producendorum teſtium: aliâs ſi non didi-
cit vera ſit opi. præcedens. Sed Zenze. ibi dicit quod
aut publicatio eſt facta ad inſtantiam producẽtis: &
tunc eſt ſibi præcluſa via propter præſumptionem
timoris periculi ſubornationis, licet non ſit ritè fa-
cta. Aliter autem nec ſibi nec alteri parti nocebit.
Sed idem Zenze. poſtea dicit generalius quòd licet
publicatio non ſit ritè facta, tamen præcluditur via
nouæ teſtium productioni illi qui didicit teſtifi-
cata, etiam ſi ad eius inſtantiam nõ fuerit facta pub-
licatio per d. §. quia vero. Sed Ioan. de Ligna. in d.
Clem. indiſtinctè tenet quòd talis publicatio non
noceat partibus ex eo quòd d. Clem. 2. requirit ex-
preſsè quòd teſtes ſint ritè publicati. Nec obſtat ti-
mor ſubornationis propter didiciſſe teſtificata: quia
non præſumitur quòd pars producat animo ſubor-
natiuo ex quo publicatio non tenuit. Mouetur e-
tiam: quia aliâs nihil operaretur verbum ritè, poſi-
tum in d. Clem. 2. Vel ſecundum eum poteſt dici
quòd quando publicatio non eſt ritè facta poterit
iterato fieri productio: non vt dicatur iterato fieri
examinatio: ſed ad hoc vt ſuppleatur id quod non
eſt ritè factum: argumento nota in c. 1. & c. fin. ſu-
pra de ſacra. non reiterandis. Bertandus in d. Cle-
men. 2. voluit quòd ſi pars contradicit publicatio-
ni admittatur noua productio ſi pars non didicit
teſtificata, ſecus ſi tacuit aut publicationi conſen-
ſit Ioan. de Fantu. ibi refert Ioan. de Ligna. quòd
dum legeret cap. conſtitutus. infra eo. ita diſtinxit
quod aliquando ſit atteſtationum publicatio per
iudicem ſolum verbaliter: vt quia iudex pronun-
ciat quod habeãtur pro publicatis, & poſſunt de no-
uo produci. & ſi opponitur de publicatione, re-
plicabitur ꝙ non fuerit ritè facta. Aliquando verò
publicatio nõ fuit ſimpliciter verbalis, ſed facta per
recitationem atteſtationum: & talis impedit vlterio-
rem productionem, licet nõ fuerit ritè facta. & for-
tè potuit moueri illa ratione: quia in primo caſu nõ
debet præſtare impedimentum quod de iure non
ſortitur effectum. regula non præſtat: libr. 6. Sed in
ſecundo caſu non ſolum habet obſtare publicatio,
ſed atteſtationum ſcientia: vt in d. §. vero. Quæ-
dam eſt publicatio diſcreta ſolẽnis & ritè facta par-
tibus præſentibus & conſentientibus, & in hac etiam
eſt maximum dubium. niſi clarum eſſet quod par-
tes teſtificata didicerint. in quo caſu omnes concor-
dant quod præcludatur via poteſtati producendo-
rum teſtium. Sed quando clarum eſſet quod partes
non didiciſſent teſtificata, in hoc eſt maior & ardua
dubitatio. & variæ ſunt & glo. & Doct. ſententiæ.
De varijs opi. gloſatorum dixi ſupra in princi. iſtius
quarti articuli. Doct. etiam hic ſunt varij. Innoc. &
Ho. in c. vltra tertiam infra eo. diſtinguũt inter ſo-
lemnem publicationem à iudice factam, & hæc re-
pellat & viam præcludat, & non ſolennem. & in
hoc concludunt, quod neceſſarium ſit quod partes
didicerint teſtificata. Et ideo cõſulunt quòd quam
primum facta eſt talis publicatio debeant partes ab-
ſtinere à percunctatione atteſtationum. quod vlti-
mum facit ad id quod dixi in præcedẽti ſpecie pub-
licationis. Et ſic concludunt quod ſola publicatio
ritè facta ſit terminus excluſiuus nouæ productio-
nis. & hoc ſequitur hic Ioan. An. motus: quia ſola
ratio ſubornationis non fuit ſola cauſa excludendi
teſtes: quando etiam non didicitis teſtificatis, nec
facta publicatiõe potuerit teſtes quos producit ſub-
ornare: & ſic nullus deberet admitti ad teſtium pro-
ductionem propter ſuſpicionẽ ſubornationis, quod
eſt falſum, ſed de hoc dic vt dixi in præcedenti arti-
culo. Concludit ergo quòd ſola publicatio ſit ter-
minus excluſiuus. & hanc opin. apertius firmat in
c. conſtitutus. el. 3. infra. eo. & etiam eam ſequitur
in Cle. 2. eo. tit. & ſentit in addi. Spec. eo. tit. §. ſatis
vtiliter. verſi. quid ſi ſint publicatæ, & ſequuntur
hanc opi. etiam Bart. Bal. in d. auth. atqui ſemel. &
Ioan. de Imo. hic & Bal. Landu. vero & Zenze. in d.
Cle. 2. tenent contrarium, dicentes quod licet pub-
licatio ſit ſolenniter facta, tamen ſi adhuc atteſta-

tiones oſtenderentur cauſæ admitteretur productio noua. & hoc etiam tenet Spec. in d. verſ. quid ſi ſint. licet referat Clem. contrarium pronunciaſſe. Sed primam opi. tenet Zaba. in d. Clem. 2. quia ex quo publicatio eſt facta volentibus partibus vel ſcientibus & nõ contradicentibus, hæc eſt quædam interlocutoria, quæ quoad ipſas partes tranſit in rem iudicatã in c. ſignificauerunt. infra eo. & tacitè videntur partes renunciaſſe ꝓductioni per text. noſtrũ & c. de teſti. infra eo. quod dicit eſſe verũ niſi iudex ipſam interlocutoriam reuocaret per l. ꝙ iuſsit. de re iud. & c. cum ceſſante de app. quod an poſsit facere, & qualiter, dicam. infra in 12. principali articulo. Dominus Anto. poſt multa hic concludit ꝙ ſi certum eſt partes nõ didiciſſe teſtificata: & ſic hoc poſſit probari, quòd ex ſola publicatione nõ impeditur pars alios teſtes producere, per text. in d. §. quia vero. Fatetur tamen ꝙ præſumptio eſt contra partem quod didicerit teſtificata, ex quo publicatio facta eſt, & ita reſpondet ad iura quæ ponderant publicationẽ, videlicet: ꝙ eam ponderant propter præſumptionẽ, quæ inſurgit quod didicerit teſtificata. Dominus meus hic tenet contrariam ſententiam, & ſic tenet opi. communẽ Inno. Ho. & Io. An. mouetur: quia ex quo pars acquieuit publicationi videtur tacitè renunciare productionibus fiendis. & ſic licet nõ ſit timor ſubornationis ex quo certum eſt quòd pars didicit teſtificata, tamen ſubeſt alia cauſa excluſiua, videlicet renunciationis tacitè: argu. eorũ quæ notat gl. in c. 1. de elec. lib. 6. de eo qui egerit actum qui ſolet fieri poſt lit. conteſt. vt habeatur pro lit. conteſt. quoad excludendas dilatorias. de quo in c. ſi duobus. infra. de appel. & per Ioan. And. in cap. cum. M. ſupra de conſtitu. dixi in d. Clem. 2. de ca. poſſ. & proprie. facit etiam ſecũdum eum: quia ſola renunciatio expreſſa ſine ſcientia teſtificatorum inducit hanc prohibitionem: vt in c. de teſtibus. infra eo. ergo & tacita renũciatio quæ inſurgit ex publicatione debet hoc inducere cum tacitum æquiparetur expreſſo. l. cum quid ſi cer. pet. Item mouetur: quia iura canonica communiter ponunt publicationem pro termino excluſiuo productionis teſtium. Nec ſolus timor ſubornationis fuit cauſa inductiua iſtius excluſionis: ſed vt eſſet aliquis litium finis: vt dixi ſupra in præcedenti articulo. vnde non debebat pars conſentire publicationi, ſi intendebat alios teſtes producere.

Fatetur tamen quòd vbi ſuperueniſſet cauſa veriſimiliter non cogitata tempore conſenſus præſtiti in publicatione quòd petendo nouam dilationẽ poterit admitti. ſicut ex cauſa admitteretur poſt dilationem ſecundum notata in l. oratione. & l. fi. de ferijs maximè cum non ſit timendum de ſubornatione: ex quo certum eſt teſtificata non fuiſſe didicita. vides ergo quàm variæ ſint doctorum, & gloſatorum ſententiæ:

Ego vero in hoc articulo ſic arbitror diſtinguendũ: vt ante omnia faciamus duo mẽbra principalia.

Primum quid tenendum ſit de iure, quando ſola fuit facta publicatio.

Secundum quid iuris quando ſine publicatione partes didicerunt teſtificata.

Quo ad primum membrum de publicatione adhuc facio duo membra.

Primum an ſola publicatio excludat de iure ciuili.

Secundum quod tenendum ſit de iure canonico. 25

Quo † ad primum an de iure ciuili ſola publicatio ſit terminus excluſiuus debes animaduertere: vt intelligas fundamẽtum quod tenere intendo, quòd de iure ffforum aut C. non reperitur iſte terminus publicationis teſtium tanquam excluſiuus nouæ productionis: ſed potius videbatur concedi poteſtas probandi, & producendi vſque ad ſententiam: vel donec etiam renunciatum eſt expreſsè, vel tacitè per tranſcurſum dilationum conceſſarum ad probãdum, aut teſtes producendũ. nec diſtinguebatur an eſſet nouum capitulum, vel noua exceptio, vel articulus participans de antiquo: vt probatur ex notatis in l. peremptorias. C. ſent. reſcin. non poſ. & hoc clarum quando non contingebat repetitio eorundem teſtium, dixi ſupra in præcedenti articulo. & tangam infra in vndecimo principali articulo ſal. Et quòd poſsint produci teſtes vſque ad ſententiam de iure ciuili, videtur etiam probari in l. fin. C. eodem tit. Facit etiam l. per hanc. C. de tempo. appel. vbi videtur hoc eſſe licitum in cauſa appellationis quanto non minus in principali intelligendo illam l. cum ſi. vt dixi in præcedenti articulo.

In hoc tamen quod dixi de appellatione venit latior examinatio de qua dicam in 10. articulo principali. Vnde † aduertendum eſt, quòd de iure ciuili 26 tex. in d. §. quia vero. videtur ſolũ ponderare quod quis didicerit teſtificata. & hunc rigorem induxit ius ciuile, vt præcluderet viam ſubornationi teſtiũ: quia viſis atteſtationibus partes prouocatæ videntes ſe deficere in eo, quod probandum erat, ſubornabant teſtes ne ſuccumberent. & ſic tex. in d. §. quia vero. ponderauit ſolam percunctationem ibi dum dicit. Vt concluſerint, & excepta fuerint teſtimonia. & ibi dum tex. dicit. Vtpote ſuſpicione habita. ne fortè relictis quidem prioribus, & dudum manifeſtis, &c. Verum Doctores interpretantes vſi ſunt his terminis, & verbis publicatis atteſtationibus vt patet in gloſſ. in dicta l. per hanc. & in cap. ſequen. cum multis ſimil. Fuerunt ergo hæc prius verba magiſtralia quibus fortè vſi fuerunt Docto. ex eo: quia publicatio ipſarum atteſtationum videtur eſſe ſignum ſignificans, quòd partes didicerint teſtificata: quoniam antequam aperiantur cum teſtes ſecretè recipi debeant non eſt præſumptio ſcientiæ. ſed per aperturam panduntur, & mandantur ad videndum teſtificata. Non autem fuerunt vſi ex hoc: quia publicatio ſimpliciter debeat excludere ſi teſtificata non ſint didicita. & ſic videtur concludendum, quòd de iure ciuili ſola publicatio non ſufficit ſi conſtat quod teſtificata non ſint didicita, ne præcludatur via ad teſtes producendos, pro hac ſententia faciunt ea quæ dixi ſupra in præcedenti articulo. † quilibet enim bonus vir 27 ac iuſtus iudex conari debet ne veritas occultetur, & cuncta rimari diligenter vt iuſtitiam faciat. 30. quæſtione quinta. cap. iudicantem, cum ipſius iudicium debeat regulari ad inſtar diuini iudicij, & ſic adhærere veritati, & naturali rationi: vt in capitulo vnico infra, vt eccleſiaſtica bene. & in capit. primo de re iudic. libro ſexto. Nam vt dicit Ariſtote-

ſtotiles primo Ethicorum: Vero omnia conſonāt.
& ideo dicit tex. Rerum veritas latere non poteſt. l.
1. C. ſi vt ſe ab hæredi. aſti. Cum ergo non reperi-
atur aliquis tex. qui de iure fforum aut. C. velit quòd
publicatio ſit terminus excluſiuus, nec. §. quia ve-
ro. in authen. è. ti. loquatur in publicatione, ſed ſo-
lum quando datur ſcientia teſtificatorum, merito
tex. ille qui ponit ſcientiā teſtificatorum pro termi-
no excluſiuo non debet extendi ad publicationem
ſolā, tum quia ille tex. eſt correctiuus, tum quia ta-
lis extenſio fieret contra ius diuinum & naturale, &
contra regulam generalem quæ vult quòd proba-
tionum copia non eſt anguſtanda: vt dixi ſupra in
prin. huius articuli. & nota. in l. quoniam. C. de hę-
reticis. & ſic potius ille tex. eſt reſtringendus maxi-
mè cum etiā de iure fforum. & C. non reperiatur ꝙ
publicatio, vel ſcientia teſtificatorum impediret
nouam productionem aliorum teſtium, nec etiam
reperiatur ꝙ infra primā, vel ſecundam aut vlteri-
orem dilationem conceſſam non poſſent fieri plu-
res productiones quàm tres aut quatuor. imo con-
28 trarium reperitur. † probatur in l. officium. ff. de
rei ven. & in l. exceptionem. C. de proba. & in l. ſi
quidē. C. de excep. in quibus dicitur quòd reus pro-
bat poſtquam actor probauit. ſed an actor proba-
uerit non poterat videri, niſi viderentur teſtificata.
Ergo poſt publicationem atteſtationum producta-
rum per actorem poteſt probari contrariū. Et quan
uis. glo. magna in d. §. quia vero. det plures ſo.
quarum vna eſt quòd illa iura loquuntur in proba-
tionibus fiendis per inſtrumenta. tamen iſta eſt di-
uinatio, & contra illos tex. qui loquuntur indiſtin-
ctè. Alia ſo. quod loquuntur quando pars non di-
dicit teſtificata. quæſo. licet ſit vera in ſe, vt infra di
cam, tamen eſt contra illos tex. qui præſupponunt,
quòd reus cognouerit probationē actoris. Alia ſo.
eſt Ia. de Are. Bart. & Cyn. quod loquuntur quan-
do fieret productio ſuper nouo articulo. quæſo. eti
am non placet: quia tex. nihil dicunt de hoc. & lo-
quuntur indefinitè, & præterea concludunt quòd
admittatur reus ad probandum directè contrariū.
quod hodie nō eſt licitum, de quo dicam in octauo
articulo principali. Et ſi probatur directè contra-
rium erat licitum reo poſt publicatas atteſtationes:
ergo debebat eſſe licitum actori fortificare proba-
tionem ſuam: vt in regula non debet licere. de re.
iur. lib. 6. Et ideo melior videtur alia ſo. quā ponit
illa gloſſ. quòd dicta iura corrigantur per. §. quia
vero. & ſic cum ille tex. ſit correctiuus. reſtringen-
dus eſt, vt ſolum vendicat ſibi locum quando didi-
cita ſunt teſtificata. maximè: quia ratio motiua il-
lius conſtitutionis eſt timor ſubornationis quę ceſ-
ſat quando partes non didicerent teſtificata. & hanc
opi. ſentit illa Gloſſ. vt ſupra dixi in ſecunda ſo. &
Barto. etiam in d. §. quia vero. videtur inclinare in
hanc ſententiam, licet non loquatur multum cla-
rè. pro qua facit c. veniens. & c. cum in tua. & c. con-
ſtitutus. & c. cum veniſſent. & c. penul. infra eod. &
æquitas ne quis propter paruum errorem excluda-
tur à probatione veritatis. Nec obſtat ratio Ioan.
And. quòd debuit eſſe aliquis finis in producendis
teſtibus, vt ſupra tetigi ideo iura alijs remedijs in
hoc prouiderunt, videlicet curſu. dilationum eſfre-
nationi multitudinis teſtium, & productioni ſcien-
tia teſtificatorum, renuntiatione, & peremptione
inſtantiæ. Quare vt hæc materia per concluſiones
habeatur ſubijcio iſtas concluſiones. Prima igitur
ſit hæc.

Teſtibus † non rite receptis, licet publicatio ſit 29
rite facta, & partes didicerint teſtificata ipſi ijdem
teſtes, & alij recipi, & produci poſſunt, etiam ſuper
eiſdem articulis, & directo contrarijs. & hæc con-
cluſio procedit tam de iure ciuili, quàm canonico.
probatur autem hæc concluſio per text. à contrario
ſenſu in Clemen. 2. eodem titulo. Item probatur in
d. §. quia vero. cum dicit. Vt concluſerint, & exce-
pta fuerint teſtimonia. & ſic intelligit ille tex. de te
ſtimonijs rite exceptis: † quia proprie teſtis non di- 30
citur receptus ſi non rite. & ſic ſine debita forma re-
ceptus eſt. argu. c. quia propter. ſupra de elec. in c.
maiores. de bapniſmo. 1. quæſtio. 1. c. retrahe. & in l.
quoties. ff. qui ſatiſda. cog. cum ſi. & ideo non ſo-
lum alij, ſed etiam ipſi ijdem teſtes poſſunt produ-
ci: quia cum non valeat eorum depoſitio, nec ſit
quid imputetur parti, non debet pati damnum pro-
pter errorem, vel culpam alterius: vt in regula non
debet. de regul. iur. libro 6. & in regula non debet
alteri. ff. eodem tituſ. cum ſimilibus. Quando † au- 31
tem dicatur teſtis non rite receptus ponit Gloſſ. in
verſi. rite in d. Clemen. 2. duo exempla, videlicet:
quia à non iudice recepti, vel lite non conteſtata tu
potes etiam addere quando depoſuerunt non iura-
ti, vel non fuerunt diligenter interrogati, prout e-
rant interrogandi, ſecundum interrogatoria vtri-
uſque partis, vel ſi alia ſolennitate formali omiſſa
fuerunt recepti: quia hoc importat verbum rite: vt
l. non putauit. §. non quæris. ff. de contra tabul. &
in l. 2. & ibi Bart. ff. de inoffic. teſtam. & per Barto.
in l. lecta. ff. ſi cer. pet. Tradit d. Ant. in c. cum ſe-
cundum ſupra de temp. ordi. Et ratio quare teſtes
poſſunt iterum produci poteſt etiam aſsignari: quia
† dicta teſtium non rite receptorum non probant: 32
vt in c. in nomine ſupra eod. ergo non debent præ-
ſtare impedimentum &c. regula non præſtat libro
6. Quod limitat Zenzelinus in d. Clemen. 2. niſi ad
partis inſtantiam ſint publicati. quòd non placet
ibi do. Ant. ar. ſimpliciter ſumpto ex illa Clem. à
contrario. facit c. cum cauſa, infra eod. ſequitur e-
tiam Pau. ibi, qui tamen ponit aliam limitationem.
vnde quando receptio eſſet funditus nulla, ſecus ſi
eſſet aliqua, licet ope exceptionis poſſet repelli, &
irritari imputare debet ſibi pars quæ non excipit: vt
in c. licet. ſupra de prob. Idem reperio tenuiſſe Bar.
in auth. de teſti. §. quia vero.

Secunda † concluſio ſit, licet teſtes fuerint vel 33
ſint rite recepti. ſi tamen non ſunt rite publicati, &
pars quæ vult producere teſtes non didicit teſtifi-
cata admittitur ad nouam productionem aliorum
teſtium, etiam ſuper eiſdem articulis, & directo
contrarijs. Hæc concluſio probatur argumento à
contrario ſenſu dictæ Clem. 2. tam in dicto, quam
in ratione ibi aſsignata. Nam dicit ibi tex. teſtib. ri-
te receptis, ac publicatis & Gloſſ. & Doc. ſubintel-
ligunt etiam rite, ſ. publicatis: ergo à contrario ſe-
cus, ſi non rite ſint publicati. Item: quia tex. ibi aſſi-
gnat rationem propter timorē ſubornationis: quæ
ratio ceſſat in caſu noſtro, & ſecundū iſtas duas con
cluſiōes poteſt intelligi opi. Io. An. Bar. Pa. & Io. de

Imo. & aliorum qui voluerunt quòd publicatio
non rite ſacta non impediat. & procedit hæc con-
cluſio tam de iure ciuili, quàm canonico. ſed maxi-
me de iure ciuili. vt patebit ex his quæ dicta ſunt in
7. 8. & 9. concluſione. quando autem teſtes dican-
tur non rite publicati poſui varias opi. doctorum.

34 Tertia † concluſio ſit. Si teſtes ſint rite recepti,
licet non ſint rite publicati, & licet pars non didi-
cerit teſtificata non admittitur regulariter ad pro-
ductionem, ſeu repetitionem eorundem teſtium, ſi
omiſſa ſolennitas publicationis non habet inficere
receptionem. Hæc concluſio probatur: quia ſicut
non facta publicatione adhuc idem teſtes iam re-
cepti non poſſent regulariter repeti ſecundum no-
tata in l. repeti. ff. de quæſtio. & in l. produci. ff. è.
ita nec hoc caſu cum paria ſint non eſſe factam pu-
blicationem, vel nulliter eſſe factam. & procedit
hæc concluſio tam de iure ciuili, quàm canonico,
de iure ciuili quia. §. quia vero. ponderat recepti-
onem, & quòd pars didicerit teſtificata non autem
publicationem vt ſæpius dictum eſt. De iure auté
canonico attenditur etiam timor ſubornationis. vn
de licet tex. dicat. receptis. & glo. & Doct. ſubau-
diant, rite tamen attenditur ratio poſtea ibi poſita
de timore ſubornationis: vt dicam in ſe. concluſi-
one. Et ex prædicta concluſione inſertur corre-
larium.

35 Quod † quando publicatio non rite facta habe-
ret inficeret receptionem teſtium, & pars non di-
diciſſet teſtificata poſſunt etiam idem teſtes de no-
uo produci. Hoc correlarium probatur ex his quæ
dixi ſupra maxime in prima concluſione argumen-
to à fortiori. & ſic patet quòd procedit vtroque
iure.

36 Quarta † concluſio ſit. Licet publicatio teſtium
vel atteſtationum non ſit rite facta. ſi tamen rece-
ptio fuit rite facta. pars quæ didicit teſtificata regu-
lariter non poteſt etiam alios teſtes producere ſu-
per eiſdem articulis vel directo contrarijs. ſiue fu-
erit facta talis publicatio parte volente, ſiue ea in-
uita. dummodo publicationis omiſſæ reſtitutio ſeu
ſolennitas teſtium receptionem non habeat infice-
re. & ſecundum hanc concluſionem poſſunt ſalua-
ri opi. Zenze. ſupra Poſitæ. maximè ſecunda. Hæc
concluſio probatur ex ratione dictę Cle. 2. & etiam
dicti. §. quia verò. in quibus ponderatur timor ſub-
ornationis quòd ſit cauſa quare poſt didicita teſti-
ficata teſtes non admittantur. nec ponderatur ibi
ſola publicatio. Item probatur ratione, quia aut
probatur & certum eſt quod prius percunctauerat
teſtificata, & clarum eſt quòd non poterat alios
producere: vt d. §. quia vero. & d. auc. atqui ſemel.
ergo non poteſt conqueri de publicatione non rite
facta, aut iſte ante publicationem non percuncta-
uerat: ſed percunctauit poſt. & tunc aut eo volente
facta fuit publicatio, & imputatur ſibi publicatio
& percunctatio. aut eo inuito fuit facta, & imputa-
ri poteſt ſibi percunctatio cum nouerit quod illa eſ-
ſet cauſa propter quã præcluderetur poteſtas teſti-
um producendorum. Nec obſtat quod tex. Cl. 2.
iuncta glo. ſuper. ver. publicatis. requirat quod pu-
blicatio ſit rite facta, & ſic à contrario, ſecus ſi non
eſſet rite facta: quia poteſt reſponderi ꝙ ad verbum
publicatis non debet ſubaudiri vel repeti verbũ ri-
te, ſed poſito quod deberet repeti, tamen argumen-
tum à contrario ſenſu ſumendum eſt ex tota orati-
one nõ ex parte hoc modo, videlicet teſtibus rite re
ceptis ac rite publicatis: ergo à cõtrario ſenſu nõ rite
receptis, & publicatis poſſunt produci alij teſtes.
præterea ratio. l. quæ eſt anima ipſius. l. & ductrix
ponderat timoré ſubornationis propter didiciſſe
teſtificata: ergo cum in caſu noſtro adſit iſte timor,
debet habere locũ diſpoſitio vt in iuribus vulgaris.
† Eſt tamen aduertendũ circa prædicta ꝙ poſſet pro 37
babiliter dubitari vtrum dicatur nõ rite facta rece-
ptio, ſi aliquis vnam aut duas fecit productiones te-
ſtium, & cũ ad hoc non eſſent omnes examinati iu-
dex publicauit atteſtationes parte contradicente an
hoc caſu poſſit pars quæ didicit teſtificata alios pro-
ducere? & breuiter dicerem ꝙ poteſt, ex eo: quia ta-
les teſtes non ſunt rite recepti. & ſic ſumus in termi-
nis primæ concluſionis. quod etiam probatur hoc
modo. Si receptio & examinatio non ſunt rite factę
poſſunt teſtes produci de nouo, nõ obſtante ꝙ pars
didicerit teſtificata: vt dixi in prima concluſione.
ſed talis receptio fuit huiuſmodi: ergo talis produ-
ctio fieri poteſt. Minor probatur † quia idem iuris 38
eſt de parte quoad partem, quod eſt de toto quoad
totum. l. quæ de tota. ff. de rei ven. & in ca. pruden
tiam. §. 1. ſupra de officio deleg. cum ſimi. Sed ſi
vnus teſtis non fuiſſet examinatus ſuper omnibus
capitulis & interrogatus non diceretur fuiſſe rite re-
ceptus. ergo ſortius quando in nulla parte fuit ex-
aminatus. nam ſi ratione partis omiſſæ quis dicitur
non rite receptus, ſortius ſi in toto omittatur † cum 39
in toto & quælibet pars contineatur. l. ſi quis cum
totum. ff. de excep. rei iudic. & in l. in toto. ff. de reg.
iur. cum ſi. nam † & à quo remonetur totum, remo- 40
uetur quælibet eius pars. facit. l. ſi cauſa cognita. C.
de tranſac. & quod no. in l. 1. in fi. ff. de ſuis & legi.
per Bal. in l. reos C. de accu. & in repe. l. cũ mulier.
ff. ſo. ma. Conſequentia autem de ſe eſt manifeſta.
Nec † ob. text. in. §. quia vero. ver. illud iu auc. eod. 41
titu. & in d. auc. atqui ſemel, in quibus videtur ſuf-
ficere quòd quis didicerit teſtificata poſt primã pro
ductionem teſtium & receptinnem ad hoc vt ex-
cludatur à productione aliorũ: ergo ſi recepti ſunt
omnes teſtes primo loco producti, licet non ſint re-
cepti & examinati ſecundo producti non debent
amplius alij produci poſito quòd pars didicerit
teſtificata: quia reſpondeo quòd ille text. vult
quòd quis excludatur propter didiciſſe teſtifica-
ta quando omnes teſtes producti in prima pro-
ductione ſunt examinati ſi vna ſola fuit facta pro-
ductio. Item requirit examinationem & recepti-
onem omnium teſtium ſecundo loco producto-
rum: ſed ſi omnes adhuc non ſunt recepti & exami-
nati, dico quòd ſi ipſe per ſe percunctauerit teſti-
ficata non admittitur ad producendum alios: ſed
iam producti bene examinantur, nec hoc ibi ne-
gatur, licet non procedat ſine dubio. Et ſi dice-
res quarto & iam producti non debent examina-
ri, cum ſit timor ſubornationis. Reſpondeo quòd
poſtquam alij quos produxit ſunt adhuc exami-
nandi non eſt tantus timor quantus eſſet ſi omnes
eſſent examinati: quia quando omnes ſunt exami-
nati, pars quæ didicit teſtificata ſi videret ſe non
probaſſe induceret alios per corruptelam. Sed ſi
omnes

omnes examinati non ſunt, poteſt confidere in reliquis, maxime: quia poſtquam produxit præſumptio eſt quòd produxerit tanquam informatos & ſcientiam habentes de eo de quo quæritur: ſed in non productis præſumptio eſt per contrarium. Et ſi diceres quare ergo non impeditur ſaltem productio aliorum ſicut in d. verſicu. illud. & in auten. atqui ſemel. Reſpondeo: quia in illis iuribus ipſe ſolum percunctando atteſtationes, & ſic fuit in culpa: & ideo eſt quid ſibi imputerur. Et præterea ibi omnes teſtes ſuit percunctatus: quia omnes depoſuerant. quod patet ex tex. dum dicit. Teſtificationes tractauerit. aut aduerſario &c. vnde non erat aliqua ſpes in reliquis qui non depoſuerant. & ideo maior præſumptio eſt contra eum quod maiorem diligentiam ponit in ſubornando alios. Sed quando ad huc non erant examinati omnes, erat ſpes in reliquis & in caſu noſtro cùm iudex publicauerit: & non rite, non ſuit pars ſola in culpa ſed etiam iudex.

Et ex prędictis poſſumus inferre aliam quintam concluſionem notabilem. Quòd licet facta prima aut ſecũda teſtium productione & receptione omnium teſtium productorũ, ſi pars atteſtationes percunctauerit, non admittitur ad tertiam productionem, ſi tamen pars percunctata fuerit ante omnium teſtium productorum receptionem ſaltem iam productorum fieri poterit examinatio. Hæc †
42 concluſio probatur ex his quæ dicta ſunt ſupra. Item: quia cum text. in d. §. quia vero. & ſimiles ſint correctiui, vt ſupra oſtenſum eſt, & ſic debeant ſtrictè interpretari, ſequitur quod cum loquantur quando pars teſtificationes tractauerit, debet intelligi de omnibus: quia indefinita æquipollet vniuerſali, quod denotant verba ibi poſita. ſi recte ponderentur maxime: quia cum dicunt vti teſtium alia productione non poſſunt, ſentiunt quòd teſtibus productis vti poſſunt, vt ſcilicet examinentur & recipiantur, quinimo ſatis iuridice videtur attentari poſſe quòd in caſu prædicto, videlicet: quando ante examinationem omnium teſtium iam productorum quis ſorte ſuerit percunctatus atteſtationes. poſſit etiam alios teſtes producere ratione prædicta. & quia non omnes iam productos percũctatus eſt cum adhuc non ſint examinati: & quia non eſt tantus timor ſubornationis poſtquam alij adhuc reſtant examinandi: & quia dicta iura ſunt correctiua. & ſic ex prædictis potes inferre Sextam concluſionem.

43 Septima concluſio ſit † Facta teſtium receptione rite & publicatione rite & ſolenniter, quando certum eſt partes didiciſſe teſtificata, non poſſunt teſtes regulariter produci ſuper eiſdem articulis vel directo contrarijs, tam de iure ciuili quam canonico. Hæc concluſio probatur ex dicto. §. quia vero. & in dicta auc. atqui ſemel. & in Cle. 2. eo. ti. Ideo aut dixi regulariter: quia multi ſunt caſus ſpeciales in quibus poſſunt teſtes recipi & produci. de quibus dicam. in 11. articulo principali.

44 Octaua concluſio ſit † facta teſtium receptione & publicatione: quando certum eſt partes non didiciſſe teſtificata, poſſunt teſtes de iure ciuili regulariter niſi aliud obſiſtat de nouo produci in cauſa principali etiam ſuper eiſdem articulis vel directo contrarijs. Hæc concluſio probatur à ceſſante timore ſubornationis: & ex his quæ dicta ſunt ſupra. Nam cum ſupra probatum fuerit quòd ius ciuile. ff orum. & C. non conſiderat publicationem. nec etiã quòd pars didicerit teſtificata. nec eam triplicatam aut quadriplicatam productionem iam factam ad excludendas alias productiones cũ prædictis non obſtantibus ſi pars eſſe. l. primam dilationem vel aliam iuridicè ante ius autenticorum poterant teſtes de nouo produci, & ſolum iudex poterat effrenatam multitudinem moderare: vt in l. 1. ff. eod. titu. ſequitur quòd cum iure autenticorum non ponderetur publicatio, ſed ſolum quando pars didiciſſet teſtificata, aut tres eſſent factę productiones & receptiones, quod alia productio non concederetur: & per conſequens tex. dictę autenticę ſic exorbitans & correctiuus non debet extendi ad caſum noſtrum: quando non ſumus in quarta dilatione: & pars non didicit teſtificata vnde poterunt alij teſtes de nouo produci quanuis ijdem teſtes iam examinati non poſſint repeti, niſi ſecundum id quod traditur in l. produci. ff. eod. & dicetur in c. cum cauſam. el. 2. & c. conſtitutus. el. 3. infra eod. & vt traditur in l. repeti. ff. de quæſtio. Et hæc concluſio iudicio meo indubitanter procedit de iure ciuili. licet communis opi. ſit in contrarium quo ad cauſam principalem: ſed de iure canonico maius eſt dubium, & talis dubitatio ſolum deſcendit: quia iura canonica videntur ponderare publicationem tanquam terminum excluſiuum productionis teſtium: ſicut ad eundẽ finem ponderant renũtiationem: vt in c. cauſam quę. el. 2. & c. intimauit. & in c. de teſtibus. & in c. cum veniſſent. & in c. ex tenore. infra e. eum ſi. Et ideo videtur quod facta publicatione non poſſint regulariter de iure canonico alij teſtes produci in cã principali ſicut nec poſſunt poſt renunciationem. maximè: quia ſecundum rationes domini mei & Io. An. ſolus timor. ſubornationis non conſideratur ad impediendos teſtes. Sed & alię ſunt rationes ſecũdum ꝙ ſupra dixi poſt eos. & hęc eſt communis ſententia. Sed his non obſtãtibus ego arbitror in caſu prædicto idem etiã concludendum eſſe de iure canonico. Moueor: quia non data triplicitate productionum ponderari videtur ſolus timor ſubornationis: vt in d. Cle. 2. eo. ti. facit tex. in c. conſtitutus. el. 1. infra eo. ti. in fi. vbi tex. dicit. Atteſtationibus apud eum depoſitis ſit contentus. & gloſſ. dicit ibi: quia eo ipſo ꝙ teſtes fuerunt apud eũ depoſiti non poſſunt alij produci: quia præſumitur didiciſſe teſtificata, & ſic ponderat ſolam ſcientiam teſtificatorum. facit infra eo. c. vltra tertiam. & ca. cum in tua. in fi. infra eo. Et hanc opinionem ſenſit gloſſ. fin. in fi. in c. conſtitutus. el. 3. infra eodem.

Non obſtant iura ſupra in contrarium allegata: quia reſpondeo quòd illa procedunt in caſu dubij; de quo dicetur in ſequenti concluſione. Sed nos ponimus rem certam. quando ſcilicet certum eſt partes vel partem non didiciſſe teſtificata, quo caſu fortius ex æquitate canonica debet admitti, quam de rigore iuris ciuilis vt veritas habeatur: & ne probationum facultas depereat vt ſæpius ſupra dictum eſt. maximè cum nullus reperiatur text. loquens de publicatione qui dicat quòd licet pars non didicerit teſtificata non omittatur. Sed ideo iura

canonica

canonica ponderauerunt publicatlonem: quia poſt
publicationem præſumptio eſt quòd pars didicerit
teſtificata. quam præſumptionem tollit certitudo
in contrarium.

Ad quod faciunt argumenta & rationes quas
ſupra deduxi in principio ad fundandas iſtas con-
cluſiones. & quod ſtatim dicam in rationibus ſe-
quentis decimæ concluſionis per gloſſ. in c. ſtatu-
tum. in ver. numerandum. de præben. lib. 6. cum ſi.
& hæc opin eſt. iuſtior, ęquior, & ſanctior. Intellexi
tamen quòd communiter ſeruatur contrarium. Ego
tamen nunquam vidi ſeruari contrarium quando
pars probaret ſe non didiciſſe teſtificata. quidquid
tamen ſit vbi non probaretur talis ſtylus & conſue-
tudo arbitror quòd tam in ſoro ſeculari quàm ec-
cleſiaſtico ſacta probatione quòd pars non didiciſ-
ſet teſtificata indubitanter admitterem eam ad alios
teſtes producendos. niſi aliud obſtaret quàm pu-
blicatio. & ſic ex prædictis poteſt inſerri hæc nona
concluſio videlicet.

Quanuis Dubium ſit de iure canonico vtrum ri-
te receptis & publicatis atteſtationibus, an teſtes poſ
ſint de nouo produci ſuper eiſdem articulis vel di-
recto contrarijs: quando certum eſt partes non di-
diciſſe teſtificata. tamen pars affirmatiua etiam de
iure canonico videtur æquior. & verior, & hanc ſe-
quitur hic do. Anto.

45 . Decima † Concluſio ſit. Facta teſtium recepti-
one & publicatione rite: quando dubium eſſet vtrũ
pars didicerit teſtificata æquum videtur eſſe vt niſi
aliud obſiſtat poſſint de iure ciuili teſtes produci
etiam ſuper eiſdem articulis vel directo contrarijs,
delato prius iuramento parti volenti producere, ꝙ
nec per ſe, nec per alium didicerit teſtificata. & ſe-
cundum ſormam. c. vltra tertiam infra eo. Hæc
concluſio probatur: quia licet poſt publicationem
ſuſpicio ſit & præſumptio quod pars didicerit teſti-
ficata, tamen poſtquam ſumus in dubio talis ſuſpi-
cio tollitur prędicto iuramento. Et aduerte: quia in
telligo quòd ſimus in dubio forte: quia pars quæ
vult de nouo producere aliquid probat per quod
iudex inducitur in dubietaté an pars didicerit teſti-
ficata: ſed tamen hoc non plenè probat. hoc dico:
quia pręſumptio magna eſt contra ipſam parté poſt
publicationem quòd didicerit teſtificata, vt docet
experientia. ſed quando nihil probaret in contrariũ
videtur eſſe maius dubium: vnde poteris cogitare,
articula tamen & rationes ſatis aſtringunt ad idem.
Vnde redeundo ad probationé concluſionis dico
quod prędicta concluſio probatur ex identitate ra-
tionis inductiuæ iuraméti ſuper conceſſione quartę
productionis. de qua in d. §. quia vero & in auc. at-
qui ſemel. & c. vltra tertiam infra eo. ibi enim pro-
pter tres iam conceſſas & admiſſas productiones &
quartæ productionis poſtulationem contra ipſum
petentem erat præſumptio ſcientiæ teſtificatorum
ſicut quarto in dictis iuribus ad purgandam talem
ſuſpicinnem deſertur iuramentum ſub illa ſorma
quo delato propter purgatam ſuſpicinnem admit-
titur quis ad quartam productionem vt dixi in c.
in cauſis. ſupra eo . ita debet hæc pars delato iura-
mento ad hanc productionem admitti. Nec obſtat
ſi diceres quod cum illa iura ſint correctiua non de
bent extendi ex identitate rationis: quia reſponde-
tur quod tunc non deberent extendi, quando eadé
vel maior correctio induceretur: ſed ſecus eſt in ca-
ſu noſtro quando ex extenſione quam facimus re-
dimus ad ius commune antiquum, & ad ius natu-
rale & diuinum. quo caſu latiſſima ſit interpreta-
tio: quia res de facili reueritur ad naturam ſuam. ad
quod vide gloſſ. ſingularem in ver. numerandum.
in c. ſtatutum. de præben. li. 6. & quod tradit Fede
de Se. conſi. 89. & quod nota. in c. j. iuncto c. ſi.
de pac. lib. 6. & per gloſſ. fin. in Clementi. ſæpe. de
verbo. ſignificatio. Ad quod etiam vide plura alia
iura & auctoritates quas allegaui in c. ſignificaſti.
ſupra de ſoro competen. in 7. qnęſtione 6. principa
lis articuli ver. tertio vero caſu. Et ex prædictis ra-
tionibus recte conſideratis videtur etiam conclu-
dendum eſſe quòd idem ſit de inre canonico. ad
quod faciunt etiam rationes aſſignatæ ad præceden
tem nonam concluſionem de iure canonico. quan-
uis propter opiniones videatur eſſe aliqualiter ma-
ior dubitatio. & ſic ex prædictis patet an ſola pu-
blicatio excludat quem à poteſtate producendo-
rum teſtium tam de iure ciuili quàm canonico.

Circa ſecundum membrum principale. videli-
cet † an ſola ſcientia teſtificatorum etiam ante pu- 46
blicationem excludat quem à poteſtate producen-
dorum teſtium. Io. An. hic tenet quod ſic. & in c.
cõſtitutus in pręſentia. infra eo. & Bart. in d. §. quia
vero. & in d. aucten. atqui ſemel. & ita communiter
hic & vbiq; tenent Doc. Ego vero arbitror in hoc
dicendum vt patet ex his quę dixi in præcedentibus
concluſionibus. Ex quibus patet quòd nõ eſt ſim-
pliciter verum, quòd licet quis didicerit teſtificata
non admittatur ad aliã productionem. pone enim
quòd teſtes non eſſent rite recepti. vel quòd omnes
adhuc non eſſent recepti, vel quòd non didicerit
teſtificata omnium. nam his caſibus concludédum
eſt vt ſupra dixi. Sed ſi iam producti in prima vel ſe-
cunda aut tertia productione eſſent rite recepti: &
probaretur quod pars didicerit teſtificata per ſe vel
alium ſecundum ſormam c. vltra tertiam infra e. &
d. §. quia vero: etiam ſi nõ eſſet facta niſi vnica pro-
ductio ad aliam productionem non admitteretur,
vt in dictis iuribus. Et eſt aduertendum circa præ-
dicta quòd in caſibus in qnibus dixi quòd quis im-
peditur de nouo producere ſi didicit teſtificata. im-
peditur quis non ſolum ſi didicit teſtificata ſuorum
teſtium: ſed etiam ſi didiciſſet atteſtationes partis
aduerſæ vt tenent Inno. & Docto. cõmuniter in c.
pe. inſra ea. & probatur in d. §. quia vero. & tenet
gloſ. in d. auten. atqui ſemel. licet quidam teneant
contrariũ: vt reſert Innocen. in d. c. pen. Sed plus
placet præcedens opin. quam etiam fui ſequutus in
Cle. 2. eo. ti.

Sed † circa prædicta quæro qualiter quis probet 47
quod non didicit teſtificata. So. Doc. hic commu-
niter ponunt vnum modum videlicet: quando at-
teſtationes reperiuntur adhuc ſigillatæ etiam ſi re-
perirentur penes parté, dummodo ſint ſigillatæ: vt.
d. c. cnnſtitutus inſra eo. Et idem dicendum ſi pro-
batur quod publicatio fuit facta per iudicem ſolo
verbo non realiter, ita ꝙ non fuerit data realis facul
tas partibus vt atteſtationes percunctentur: vt tra-
ditur in d. Clę. 2. vel ſi probatur quod pars quæ
nunc vult prnducere fuit abſens continuo. nec ali-
quem

quem habebat procuratorem vel aduocatum. Et
idem etiam arbitrarer ſi pars aduerſa fateretur quòd
poſt publicationem ſemper atteſtationes fuerunt
48 penes eam. Secundo† quæro qualiter dicat quis di-
diciſſe teſtificata. So. Barto. in d. auten. atqui ſe-
mel, dicit quòd probatur probando quòd habuit
librũ atteſtationum penes ſe. pro quo eſt tex. in d.
c. conſtitutus in fi. intelligendo tamen ſi ſunt diſſi-
gillatæ vt dixi. etiam ſi penes eum reperirentur ſu-
iſſe depoſitæ iudicis auctoritate. d. c. conſtitutus.
Item ſecundum Barto. ſi probaretur eum ſubtraxiſ-
ſe vel quid ſimile feciſſe. vel ſi probaretur quòd au-
diuerit legi per notarium. quod intellige in idioma
te quod clare poſſit intelligi per ipſam partem. &
idem ſi per procuratorem, vel aduocatum. Secus ſi
tranſcurſorie legi audiuiſſet, vel eſſet perſona ſim-
plex rudis aut agreſtis: quia tunc non diceretur di-
diciſſe teſtificata, per tex. in d. §. quia vero. dum tex.
49 dicit. †Percunctatus fuerit &c. quod verbum etiam,
repetitur in c. pe. infra. e. Et importat diligentem
50 perſcrutationem, quoniam † dictio per, auget & per
fectionem ſignificat. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de
verb. ſig. in c. ſignificaſti. ſupra de elect. & in c. ſi cõ-
ſtiterit. infra. de accu. Ego vero in hoc articulo di-
ſtinguo principaliter ſex membra.

Primum eſt quando didicit teſtificata ex ſe ipſo.
Secundum quando didicit à teſtibus.
Tertium quando didicit teſtificata à notario.
Quartum quando didicit ab aduerſario.
Quintum quando didicit teſtificata à iudice.
Sextum quando didicit teſtificata ab alio extra-
neo.

51 Circa † primum membrum quando quis dicatur
didiciſſe teſtificata ex ſe ipſo. aduerte: quia hoc po-
teſt contingere tribus modis. vno quando ipſe prę-
ſens fuit teſtium examinationi. & hoc caſu videtur
dicendum quòd ſatis dicatur didiciſſe teſtificata vt
amplius admitti non debeat ad nouam teſtium pro
ductionem ſuper eiſdem articulis, etiam ante pu-
blicationem, ita ſingulariter tenet gloſſ. in ver.
præſenti. 2. q. 1. c. in primis. per tex. noſtrum. & in
d. §. quia vero. & in d. aut. atqui ſemel. & etiam
per notata hic. Sed Vin. in c. ſeries. infra. eo. vt re-
fert ibid. meus. in ſexta lectura videtur tenere cõ-
trarium. concludit enim quòd ex eo quòd pars fu-
erit præſens in ipſa teſtium examinatione: non ta-
men excluditur à facultate teſtium producendo-
rum. & hoc dictum etiam referunt Doc. in c. in no-
ſtræ. ſupra eo. & in c. venerabilis. infra eo. vbi hoc
idem ſentit. d. meus. & ita etiam hic reperio quoſ-
dam moderniores ſentire: quia non poteſt pars ſen
tire modico diſcurſu & ſolo volatili verbo percipe
re & ſcire teſtificata. Ego arbitror dicendum eſſe
quòd ſi pars eſt perſona valde inſtructa & docta. &
ſit negocium quod percipiatur modico diſcurſu.
verbi gratia ſi feci articulum quòd mutuaui tibi 10.
florenos, vel quid ſimile. & teſtis deponit verum eſ
ſe: quia fuit præſens, vel nihil ſcire. nam cum hoc
modico diſcurſu percipiatur, ſatis intelligitur didi-
ciſſe teſtificata, & hoc modo procedat opi. gloſſ. in
d. c. in primis. Sed ſi non eſſet perſona docta, aut res
quæ modico diſcurſu perciperetur, tunc vera ſit ſe-
cunda opi. Quid enim ſi fuerunt axaminati teſtes
in latino ſermone, & pars erat vulgaris, vel quid ſi
in alio idiomate incognito ipſi parti fuerunt exa-
minati? certe non intelligitur didiciſſe teſtificata,
cum nec in pręſentia ipſius dicatur aliud geſtũ, per
tex. in l. coram. ff. de verb. ſi. in l. diem profer-
re. §. coram. ff. de arbi. & quod nota. in l. 1. in prin.
ff. de verb. ob. Vel quid ſi pars eſt rudis & agreſtis,
& negocium eſt tale quod non percipiatur modico
diſcurſu. vt plerunque contingit in multis in qui-
bus Doc. iterum atque iterum legentes dubitant?
non eſt dubium quòd non dicetur teſtificata didi-
ciſſe. Secundo modo poteſt contingere ſi pars le-
giſſet teſtificata exiſtentia penes notarium, nam di-
ſtinguerem quòd aut perfunctorie legit, aut matu-
re percunctatus eſt, primo caſu ſi res eſt quæ modi-
co diſcurſu percipiatur, didiciſſe intelligitur: ſecus
ſi eſſet negocium quod non perciperetur modico
diſcurſu. Si vero præmutare percunctatus eſſet le-
gendo & præmeditando & perſona eſſet multum
docta. tunc tanquam ſcientiam habens excluditur à
tali facultate producendorum teſtium. Tertio † 52
modo poteſt contingere ex eo quòd pars ipſa ſub-
traxiſſet atteſtationes, vel alias penes ſe diſſigillatæ
reperiuntur & apertæ, tunc enim præſumptiuè pro-
batur atteſtationes didiciſſe, per tex. in c. conſtitu-
tus infra, eo. & eſt bonus tex. in l. non eſt ferendus.
ff. de tranſa. quod tamen videtur limitandum ſe-
cundum ſingularem limitationem Bal. quam ponit
† in l. fi. ff. quemadmodum teſta. aperi. videlicet. 53
ſi modo ipſæ originales atteſtationes reperiantur
penes ipſum: vel copia ipſarum originalium data
per notarium qui examinauit: ſecus ſi pars habuiſſet
copiã manu alterius notarij vel perſonæ. quia tunc
propter hoc non excludetur à facultate producen-
dorum teſtium. & ad hoc dicendum mouetur per
illum tex. qui vult quod teſtamentum dicatur aper
tum quando originale eſt apertum: ſecus ſi exẽpla-
tum. quod dictum ſequitur etiam Io. de Imol. Sed
tu aduerte: quia licet hoc dictum ſit peregrinũ. ta-
mẽ videtur eſſe ſatis dubium; & ſemel vidi illud de
facto. & allegabatur ꝙ. l. illa. fi. nõ probabat ex eo:
quia cum requireretur ad ſubſtantiã illius tituli a-
pertum & publicatum eſſe teſtamentum: & aliud ſit
teſtamentum & aliud copia vel exemplatum: vt in
c. 1. infra de fi. inſtr. & ꝙ no. in auten. ſi quis in ali-
quo. C. de eden. merito non concludit ad caſum no
ſtrum. in quo non requiritur apertura vel publica-
tio. ſed ſufficit teſtificatorum ſciẽtia. Præterea. Bal.
ſentit quòd ſecus eſt ſi pars habuiſſet copiam à nota
rio qui examinauit. cuius tamen contrariũ conclu-
dit illa. l. fi. quo ad terminos publicationis teſtamẽ-
ti cogitabis. Item aduerte: quia ꝙ ſupra dixi quòd
ex eo quòd pars ſubtraxerit aut penes ſe habuerit at
teſtationes intelligatur ſciuiſſe teſtificata arbitror
limitandum. niſi pars ipſa contrarium probaret, vi-
delicet ſe non didiciſſe poterit probare probando
quod eo ipſo quòd ſubtraxerit aut penes ſe ſub-
traxerit, immediate depoſuit penes alium. vel po-
ſuit in caſſa aut quid ſimile. & probaret per duos te-
ſtes idoneos qui ab actu ſubtractionis vel recepti-
onis ſemper fuerunt ſecum: qui etiam deponunt ꝙ
nunquã legit & percunctata fuit ipſa pars atteſtati-
ones, & ꝙ non potuiſſet legere aut percunctaſſe quo
minus ipſi vidiſſent. Ad ꝙ facit ꝙ ſupra dixi de at-
teſtationibus depoſitis penes partẽ ſigillatis. & ſatis
hoc

hoc natura etiam edocet. Ex prædictis patet quid
tenendum ſit de viſione exempli dictorũ teſtium.
an per ſolam viſionem exempli præcludatur via,
in quo Bal. in l. fi. C. quemadmo. teſta. aper. vide-
tur ſentire quod non per illum tex. non tamen ſe
firmat, intelligi enim debet & declarari ſecundum
prædicta.

54 Circa † ſecundum membrum quando non à ſe
ſed ab ipſis teſtibus qui depoſuerunt didicit teſtifi-
cata, an impediatur de nouo producere? gloſſ. in d.
§. quia vero in auctẽ. eo. titu. videtur tenere quòd
ſic per illum tex. & idem videtur ſentire ibi Barto.
& etiam in auctẽ. atqui ſemel. C. de proba. & per
tex. dum dicit. Teſtificata tractauerit. & dum vult
quod ſiue à ſe ſiue ab alio ſiue ab aduerſario hoc
ſciuerit. Innoc. tamen in c. pe. infra e. & Doc. etiam
hic communiter videntur tenere, ꝙ licet pars hoc
ſciuerit à teſtibus, non tamen præcludatur via pro-
55 ductioni de nouo fiendæ. nam † cum hoc non pro-
hibeatur aliquo iure: ergo videtur permiſſum vt. l.
1. ff. e. dixi in c. 1. ſupra e. Itẽ nec ratione timoris ſub-
ornationis hoc debet prohiberi: cum ipſius ſubor-
nationis timor ceſſet: quia per viuam vocem teſtis
non potuit bene inſtrui, facit cap. cum perſonæ. de
priuileg. libr. 6. Pro quo dicto ego etiam adduco:
quia non videtur ſufficere quòd pars ſine lectura
mentaliter didicerit: ſed requiri videtur quod ocu-
lo corporali viderit & legerit per præallegatum. §.
quia vero. & per præallegatã auth. atqui ſemel. qui
text. videntur requirere partem legiſſe tractaſſe &
percunctaſſe: quæ omnia denotant actum natura-
56 lem facti non mentalem † per tex. in l. 1. §. ſed ſi le-
gi. ff. de his, quæ in te. delen. vbi traditur quod licet
ex his quæ præcedunt & ſequuntur media poſſunt
intelligi mentaliter, tamen niſi viſu corporali legi
valeant non dicuntur legi. Ad idem facit e, inter di-
lectos. de fi. inſtru. & quod no. Inn. in c. P. & G. ſu-
pra de off. dele. Item pro hac deciſiõe allegat Hoſt.
rationẽ: quia poteſt eſſe ꝙ teſtis refert falſum in c.
inquiſitionis. §. fi. infra de accuſa. vel quia vult par-
ti cõplacere vel ſe ab ea ſubtrahere, vt quotidie do-
cet experientia: vel quia nõ bene recordatur. Et ad
tex. qui videntur facere in contrariũ, videlicet: ad §.
quia vero. cũ ſi. reſpondet Inno. ꝙ loquuntur quan
do pars non ſolũ didicit teſtificata, ſed etiã facultati
producendorũ teſtium renunciauit. hæc reſponſio
mihi nõ placet. quia diuinat & eſt contra illa iura &
ipſorum rationem. Sed aduerte: quia Bar. in d. §.
quia vero licet finaliter videatur tenere contrariam
opi. Innoc. tamen in prin. videtur ſequi prædictam
opi. Inno. Dominus. Anto. hic tenet contra Bart. &
idem Io. de Imo. in c. ſeries. in fi. infra eo. Sed fortè
poſſet concordari vtraq; opi. iſto modo, ꝙ ſi teſtes
qui teſtificata retulerũt parti ſunt docti & multum
amici & fideles & veridici & erat negotiũ quod non
exigebat nouum diſcurſum vel quid ſimile, ꝙ hoc
caſu vera ſit opi. glo. & Bart. Nam veriſimile eſt ꝙ
pars inducetur ad nouam productionem, & ad ſub-
57 ornationem. † Nec obſtat quod ſupra dixi, d. l. 1. §.
fi. ff. de his quæ in teſta. delen. quia non eſt verum
ꝙ in caſu noſtro requiratur corporalis lectura. aut
percunctatio ipſius partis, quod patet ex ſola diſpu-
tatione habita per partẽ cum aduerſario & per per-
cunctationẽ aduocati vel procuratoris dicitur ipſa
pars didiciſſe teſtificata, adeo quòd excludatur à fa-
cultate producendorum teſtium: vt d. §. quia verò.
Si verò eſſet negotium quod non perciperetur mo-
dico diſcurſu, & teſtes non eſſent multũ docti, tunc
procedit opi. Inn. Hoſt. & d. Ant. & intellige quod
ſupra dixi quando per ſciẽtiam talem habitam à te-
ſtibus excludatur quòd tunc excludatur quãdo ſci-
entiam habuit ab omnibus teſtibus qui depoſuerũt,
& qui iam producti erant, ſecus ſi eam habuiſſet ab
aliquibus ſecundum ea quæ latius dixi in articulo
publicationis in quarta concluſione in fi. & in con-
cluſione quinta.

Circa † tertium membrum principale quid tenen 58
dum ſit ſi pars didicit à notario qui examinauit te-
ſtes. Docto. in c. ſeries. infra eo, vidẽtur velle quòd
hoc non obſtante admittantur ad nouam produ-
ctionem, & etiam tenent hic quidam.

Ego tamen hoc intelligerem procedere quando
notarius perfunctoriè, aut verbo volatili retuliſſet
atteſtationes, & non eſſet multum doctus, vel eſſet
talis qualitatis quòd ei non deberet fides adhiberi.
maximè ſi eſſet res quæ modico diſcurſu non per-
ciperetur: ſecus ſi non perfunctoriè ſed maturè &
præmeditatè facta eſſet relatio per notarium. & no-
tarius eſſet fidelis, & talis cui pars deberet fidem ad-
hibere, & maximè ſi pars cum ipſo notario diſputa-
tionem aſſumpſiſſet: vel eſſet res quæ modico diſ-
curſu perciperetur.

Circa † quartum membrũ principale quando pars 59
didicit ab aduerſario. dicendum eſt ſecũdum quòd
colligitur ex tex. d. §. quia vero. & dictæ authen. at-
qui ſemel. quòd aut pars verbaliter didicit ab aduer
ſario: quia aduerſarius dicit probatum eſſe vel non
probatum. & hoc caſu non impeditur in noua pro-
ductione. aut inter partes aſſumitur diſputatio deli-
berata inquirendo meditatiuè, & ſubtiliter perſcru-
tãdo ſuper dictis & atteſtationibus receptis ita quod
per ipſam diſputationem habetur ſcientia teſtifica-
torum. & talis diſputatio excludit à facultate alio-
rum teſtium producendorum. d. §. quia vero ibi.
Aduerſario faciente diſputationem &c.

Circa † quintum membrum principale quando à 60
iudice pars didicit teſtificata an excludatur dicendũ
arbitror quaſi in omnibus vt dixi in 3. membro de
notario, niſi quod in iudice præſũptio eſt ma-
ioris ſcienti& & doctrinæ, & ſic quod melius cogno
ſcat an teſtes probent vel non probent: quare atten-
dendæ ſunt qualitates an perfunctoriè iudex locu-
tus fuerit. & an ſit talis cui pars ratione amicitiæ ſuæ
& fidelitatis eiuſdem iudicis. licet in hoc infidelita-
te vtatur, Credatur. Item conſiderari debet an refe-
rat quid teſtes dixerint: & an pars ſit docta. ſi fortè
eſt negotium quod nõ percipiatur modico diſcur-
ſu. an vero iudex ſimpliciter aſſeruerit & firmauerit
teſtes probare vel non probare tam reſpectu teſtiũ
productorum per ipſam partẽ, videlicet quod non
probant, vt ipſe alios producat, quàm productorũ
per partem aduerſam vt probent, ad hoc vt pars cui
loquitur probet contrarium, facit quod ſupra dixi
in princi. iſtius articuli de ſcientia teſtificatorum &
quod ſtatim ſubdam.

Circa † ſextum & vltimum membrum quando 61
pars didicit ab extraneo videtur mihi concludendũ
quod non excludatur à noua teſtium productione,

niſi

niſi aliud probetur, quia nõ eſt præſumptio quod extraneus magis ſit informatus de atteſtationibus, quàm ipſæ partes principales. Cùm teſtes ſecretè recipi debeant, vt dixi in c. 2. ſuprà eodem. Sed ſi ꝓbaretur, quòd extraneus, qui retulit parti probatum eſſe, vel non probatum, legiſſet atteſtationes, aut eas tractaſſet, vel percunctatus eſſet, vel ſubtraxiſſet, tunc ponderandum eſſet & aduertendum, qualis eſſet iſte extraneus, an eſſet doctus, & talis qualitatis, cui pars veriſimiliter credere debeat, vtputa, ſi eſt aduocatus vel procurator ſuus. & tunc indubitanter excluderetur à noua productione, vt eſt text. in dict. §. quia verò. ibi dum text. dicit. Neque aliquis aduocatorum eius. & in dict. Authen. atqui ſemel. vbi tex. dicit: Vel aliquis aduocatorum eius, vel alius pro eo agens. facit etiam text. in c. pen. infrà. eo. ibi. Neq; per alium, &c. ſecus ſi eſſet talis, cui non deberet veriſimiliter credere, vel non eſt multum doctus, vel dicit ſe ſimpliciter legiſſe atteſtationes, non autem percunctaſſe, vel legi audiuiſſe, vel ſe fuiſſe præſentem examinationi: nam tunc non excluderetur, quod clarè patet, quia propter talem præſentiam & perſunctoriam lecturam ſi non ſit talis res, quæ modico diſcurſu percipiatur pars ipſa principalis, quæ præſens fuit, vel perfunctoriè legit, non excluditur, vt dixi ſuprà im primo membro. Et in ſumma, in omnibus prędictis ſex membris concludendum arbitror, quod qualitercunque plenè probetur, quòd pars, quæ vult nouam facere teſtium productionem, verè didicerit teſtificata, vel per ſe vel alium, excludetur à noua productione propter timorem ſubornationis, & corruptionis teſtium. intelligendo tamen declarando & limitando ſecundum ea quæ dixi in articulo publicationis in prima. a. 3. 4. & 5. concluſionib. & ſimilibus. Secus ſi verè non probaretur, quòd pars didicerit teſtificata, quia tunc non excluditur. Et ſic patet, quòd in hac materia plurimum verſatur iudicantis arbitrium, ſicuti regulare eſt in materia teſtium quanta, & quibus ſit teſtibus adhibẽda fides. l. 3. §. tu magis. ff. eo. Et ideo requirit iudicem prudentem, & bonum, non aſinum plumbeum, aut iudicem pannoſum. o vero Bu di panno o mazachane, prout ſunt multi caſtraporcelle qui vadunt quotidie pro aſſeſſoribus nihil ſcientiæ, aut doctrinæ, & minus prudentiæ, aut diſcretionis habentes. &, quod peius eſt, non verentur ad magnificas ciuitates accedere, cùm potius porcis, aut pecudibus legem dare deberent, quàm hominibus iura adminiſtrare. † Sit
62 tamen prudens etiam pars, vel partis aduocatus, vel procuratòr, vt animaduertat ad ea quæ dicta ſunt ſuprà ad probandum ſcientiam teſtificatorum, vt faciat articulos aptos ad probandam qualitatem alterius partis quam aſſerit didiciſſe, & teſtium, & notarij, & iudicis, & extranei, à quibus aſſerit didiciſſe, & de eorũ fidelitate, & ſciẽtia, amicitia & ſimilib. qualitatibus: & qualiter diſputationem aſſumpſerit cum aduerſario, & de qualitate ipſius rei, quòd ſit res quæ modico diſcurſu percipiatur, &c. volens autem probare contrarium contrario modo faciat poſitiones, & articulos. Inſuper arbitror aduertendum circa prædicta, ꝙ in caſib. in quibus ſup. dixi, ꝙ ſi pars verè ſciuit teſtificata ab alio excluditur à noua ꝓductione. Nam fortè non eſſet inconueniens hoc limitare, ſi modò illud per partem aduerſam doloſè ſuiſſet ſuggeſtum ad hoc, vt pars aduerſa præcluderet viam nouæ productioni. Nam hoc caſu non videtur quis excludendus à noua productione, ne dolus & fraus aduerſario patrocinentur, vt in capitulo ſedes. de reſcript. cum ſimil. Inſuper etiam ad declarationem prædictorum aduerte ad illud quod ſuprà dixi, quòd teſtificatorum ſcientia excludit à noua productione, non ſolùm reſpectu ſuorum teſtium, ſed etiam reſpectu ſcientiæ teſtium aduerſarij, quod etiam voluit Bar. in dict. §. quia verò, in Authenti. eod. titu. Et ex his Deo duce habes expeditum hunc quartum difficillimum, & intricatiſsimum articulum principalem.

Circa quintum principalem † articulum, an 63
ſuper nouis omninò articulis in caſibus, in quibus dixi ſuprà publicationem, vel teſtificatorum ſcientiam præcludere viam poſsint teſtes produci non obſtante tali publicatione, & ſcientia. Et dicendum eſt quòd non, quia cùm non debeat quis admitti ad probandum quod probatum non releuat, vt in c. cùm contingat. de offi. deleg. & in l. ad probationem. C. de proba. ſequitur quod cùm tales articuli omninò noui non ſunt ad cauſam pertinentes, iudex debet illos reijcere, vt nota. in l. per hanc. C. de temp. app. & eſt bonus text. in c. cùm Ioannes. infrà de fide inſtrum. Excluditur ergo quis ab hac productione non ex vi publicationis aut ſcientiæ, ſed propter regulã prædictam, quia impertinentia non patrocinantur, neq; actori, neque reo: imò non debet pati iudex, vt ponantur in actis, quia non poſſunt tranſire in vigorem iudicij. ff. de iureiur. l. ſi duo patroni. & ff. de pet. hæred. l. ſi quis libertatem. §. fin. & hoc tenent hic communiter Docto. & procedit hæc concluſio, non ſolùm in omninò nouis reſpectu originalis facti primò deducti, aut reſpectu diuerſæ rei petitæ, & deductæ nunc, quàm prius deductum eſſet, ſed etiam reſpectu variati modi agendi, vt ſi primò petebam equum ex cauſa emptionis, nunc peto ex cauſa donationis, vel alia ſimili, vel qualitercunque contingere poſſet quòd exceptio rei iudicatæ ſuper primis articulis non haberet obſtare in caſu nouorum articulorum etiam ſi ſolùm mutaretur perſona ſecundum domi. Anto. hîc, vt quia quis dicebat ſe emiſſe equum à Titio, quem dicebat ad ſe pertinere, & poſtea dicit ſe emiſſe à Sempronio. quod exemplum d. Ant. poteſt procedere, quando exceptio rei iudicatæ reſpectu emptionis factæ à Titio non haberet obſtare reſpectu emptionis poſtea celebratæ à Sempronio deductæ poſtea in ſecundis articulis, vtputa quia dictũ equum petebam, vt ad me ſpectantem ex hac ſola cauſa, quia emi à Titio: ſecus ſi ſimpliciter petijſſem tanquam ſimpliciter ad me ſpectantem, quia tunc tales articuli videntur admittendi, vt dicam in ſeptimo articulo principali. Et generaliter in omnibus nouis articulis, prout appellaui nouos ſecundum primam ſpeciem articulorum, de quo diximus in primo caſu ſecundi principalis articuli, dicendum quòd

admittuntur tanquam impertinẽtes. & hoc etiam tenent Bar. & Bal. in d. l. per hanc. Et ſingulariter dicit Bal. ibi quòd actor poſt lit. cont. non poteſt ꝓſequi qualitatẽ non intentatam in libello. Nam cùm litis conteſtatio fiat ſuper edita actione, vt l. edita. C. de eden. & fiat ex voluntate vtriuſq; partis, ſcilicet actoris & rei. Solus actor non poteſt alterare lit. cont. Et ꝓcedunt prædicta non ſolùm reſpectu actoris, vt dictum eſt, ſed etiam reſpectu rei conuenti. Exemplum. Agebatur contra vnum poſſeſſorio recuperandę. ipſe excepit quòd ſibi licitum fuit ſpoliare. & ſic fecit articulum. deinde facit nouum articulum, in quo dicit ſe dominum, & per hoc nõ teneri reſtituere, nam talis articulus non admittitur, quia non iuuat reũ, vt in c. in literis, ſuprà de reſti. ſpol. Vel ſi primò à reo petebatur equus, & ipſe nunc opponit denuò pactum de non petendo ſuper libro, vel falcone. Vel ſi reus oppoſuit vnam exceptionem, & nunc opponit vnam nouam exceptionem, quæ ei de nouo ſuperuenit. & eſt talis, quæ de ſui natura licet de nouo ſuperuenerit, non poteſt opponi. de quo vide latè per Bar. in l. 1. ff. de exce. & per Bal. in d. l. per hanc. C. de tem. ap. & ſic ex prædictis habes expeditum quintum principalem articulum.

64 Circa ſextum, † an ſuper antiquis articulis omninò poſsint teſtes de nouo ꝓduci poſt ſcientiam teſtificatorum, vel publicationẽ in caſibus, in quibus dixi publicationem, vel ſcientiam præcludere viam? dicendum eſt quòd regulariter teſtes non poſſunt produci ſuper talibus articulis, ſiue loquamur de teſtibus iam productis & receptis, ſiue de alijs, qui de nouo producerentur. & hæc eſt communis concluſio Docto. hîc, & in d. l. per hanc. & in dict. §. quia verò, in Auth. eo. titu. & in d. Auth. atqui ſemel. C. de ꝓba. & in d. Cle. 2. eo. titu. Ideo autem dixi, regulariter, quia hoc fallit in pluribus caſibus, de quibus dicam infrà in 11. articulo principali.

65 Circa † ſeptimum principalem articulum, an ſuper dependentibus, ſeu incluſis poſsint teſtes de nouo produci. Difficultas eſt maxima, & materia ſubtilis & difficilis. ideo benè attendenda. ſed in ea difficultate pro clariori doctrina poſt d. Anto. & d. m. & Bar. in dict. Authent. & Ang. in d. §. quia verò. & etiam ex mente Io. Andr. hic diſtingue, quòd quidam ſunt articuli, qui continentur in primis nõ expreſsè, ſeu explicitè, ſed de neceſsitate eorum, quæ ꝓponebantur. & hoc poteſt dupliciter contingere. Vno modo, quantum ad neceſsitatem probationis iuris & facti. Alio modo, quoad neceſsitatem facti tantùm. Quidam verò ſunt articuli, qui ſub præcedentibus non continentur de neceſsitate, ſed ſe habent taliter, quòd poſſunt comprehendi, & non comprehendi. Quò ad primum, quando comprehenduntur ad neceſſitatem probationis iuris & facti, poteſt figurari exemplum, quando quis prius articulatur in pręſcriptione, quæ de neceſsitate requirit ad probationem iuris & facti titulum & poſſeſsionem. l. ſine poſſeſſ. & l. Celſus. ff. de vſuca. & in l. nullo. ff. de rei vend. Nam ſi articulor, quòd præſcripſi rem, quam poſſedi per decẽ annos. ſeu quòd præſcripſi rem longo tempore, licet in articulo explicitè non fuerit facta mentio de titulo. tamen tacitè ſubintelligebatur, quo ad factum & neceſsitatem probandi, quia aliàs præſcriptio longi temporis non procedit. facit quod tradit Innoc. in c. dudum. ſuprà de elect. & Archidia. 10. q. 3. c. quia cognouimus. vbi dicit quòd ex ſola allegata præſcriptione videtur includi titulus & bona fides, & hoc caſu non admitteretur quis ad nouum articulum de titulo, probandum per teſtes poſt publicationem, vel ſcientiam teſtificatorum, quia ſatis poteſt dici antiquus articulus. & hoc etiam tenent hic Innocen. & Ioan. An. & Doct. ſuprà allegati. Et per prædicta etiam dicerem, quòd ſi primò articulaui de præſcriptione longi temporis. & etiam articulaui de titulo habito à Seio, quòd ſi poſt publicationem vel ſcientiam teſtificatorum facio articulum, quòd emi à Mæuio. iſte articulus non debet admitti ex eo. quia in primo articulo præſcriptionis continebatur titulus à quocunque habitus eſſet. & ideo iſte articulus tanquam incluſus ſub antiquo ex neceſsitate probandi iuris & facti, non debet admitti. Et prædicta exempla ꝓcedunt tam in actore agente, quàm in reo excipiente de præſcriptione. Et idem dicerem, ſi articulaui prius de pręſcriptione, nunc volo articulare de poſſeſsione: nam hoc vt articulus non dicatur antiquus, ſed potius nouus, ita quòd poſsit de nouo admitti, neceſſe eſt quòd nihil habeat de materia primi. quòd ad ponendum ſubſtantiam primi articuli, ſupponeretur neceſsitati probandi, quod nunc ponitur in alijs articulis.

Nam articulus primus totam ſubſtantiam continens, cùm ſit indiuiduus, quamlibet eius partem ſupponit neceſsitati probandi, vnde per partem, quamuis minimam, deficientem ad probationem primi, quæ ſubijciebatur neceſsitati probandi quoad integram ſubſtantiam primam, quæ pars eſſet minima, poſt publicatas atteſtationes, & ſcientiam teſtificatorum, deducitur de nouo in articulo vel articulis, vt illam partẽ ꝓbet, non admittetur propter ſubornationis timorẽ. Nec obſtat, quòd ſuper nouis articulis poſſunt teſtes ꝓduci, non obſtante publicatione vel ſcientia teſtificatorum & prædicti articuli de titulo & poſſeſſione videantur eſſe noui ex eo, quia ſi primò articulatum eſt de præſcriptione longi temporis, & nunc articulor de poſitione, vel de titulo: ſi articulor de poſitione ab eo detrahitur titulus, qui includebatur in articulo primo de præſcriptione, & ſi articulor ſolùm de titul. detrahitur ab hoc nouo articulo articulus de poſſeſsione, qui includebatur ſub primo articulo præſcriptionis. & ſic videtur quòd debeat dici nouus articulus, & per conſequens admittendus, per regulam quæ vult quòd quotieſcunqne aliquid additur ad antiquum, vel detrahitur ab antiquo, dicitur nouum, vt in l. Ius Ciuile. ff. de iuſti. & iur. Nam hic non accipimus nomen articulum illo modo, ſed accipimus nouum per reſpectum quòd nil habeat ex materia primi, vel primorum articulorum, quòd ſupponatur neceſsitati ꝓbandi iuris & facti, ita ꝙ nõ poſsit pars inſtrui ex illis ad ſubornandos teſtes. aliàs autẽ ſi poſſet pars inſtrui ꝓpter aliquid quòd includebatur in primis ſub neceſsitate probandi

bandi iuris vel facti dicitur potius antiquus quàm
nouus. Et aduerte, quia cum miniſterio dixi de
præſcriptione longi temporis, quia ſi ſimpliciter
articulatus eſſem de prçſcriptione longiſsimi tem
poris. deinde poſt publicatas atteſtationes, vel ſci-
entiam teſtificatorum, articulaſſem de titulo, iſte
articulus eſſet nouus, & impertinens ad priorem
articulum, quia non ſupponitur neceſsitati pro-
bandi reſpectu primi, cùm ad prçſcriptionem lon
giſsimi temporis non exigatur titulus, vt in l. ma-
lè agitur. C. de præſcript. longi temporis. Et hoc
intellige, quando ſimiliter agebam ad rem mihi
reſtituendam tanquam ad me pertinentẽ ex præ-
ſcrip. longiſsimi temporis, ſuper qua petitione
ex tali cauſa intentata prout intentata eſt intelli-
gitur eſſe lis cõteſtata: ſecus ſi ſimpliciter egiſſem
ad rem tanquam ad me pertinentem iure domi-
nij vel quaſi: nam ſi prius articulatus fuiſſem de
præſcriptione longiſsimi temporis, poſſum ta-
men poſtea articulari de titulo, quia licet iſte arti-
culus ſit impertinens ad articulum priorem pro-
pter rationem præallegatam, tamen non eſt im-
pertinens ad cauſam principaliter intentatam. Fa-
cit quod dicam infrà de articulis diuerſis ad pro-
bandum titulum à diuerſis & pluribus habitum.
Item aduerte, quia ſi prius ſimpliciter articulatus
eſſem de præſcriptione, nec dixiſſem longi tem-
poris vel longiſsimi. nunc verò volo articulari de
titulo. maius eſt dubium, quia, vt dictum eſt ad
præſcriptionem longi temporis inerat titulus. ſed
ad præſcriptionem longiſsimi non erat neceſſa-
rius, & ſic nõ includebatur in primis. Sed videtur
dicendum quòd talis articulus de titulo non ad-
mittatur, quia aut ipſe agens intelligebat de præ-
ſcriptione longi temporis, & tunc excludi debet,
quia in tali articulo includebatur titulus, per ea
quæ ſuprà dixi. aut de præſcriptione longiſsimi
temporis, & tunc videtur excludendus ab articu-
lo de titulo, quia videtur impertinens per ea quæ
ſuprà dixi, cogitabis. Arbitror tamen quòd in hoc
conſiderandum ſit fundamentum petitionis in-
tentatæ, nã ſimpliciter actor egit ad rem tanquam
ad ſe pertinentem prædicti articuli non videntur
omninò excludendi ad inuicem. Nam ille, qui ſic
agit re vendita, vel publiciana, videtur omne ius
reducere per quod poſsit in dicta cauſa obtinere.
& ideo licet prius articulatus eſſet de præſcriptio-
ne longiſsimi temporis, vel de prçſcriptione ſim-
pliciter, poteſt poſtea articulari de titulo, nam ar-
ticnlus præſcriptionis longiſsimæ non habet ob-
ſtare, quia non includit titulum ad neceſsitatem
probandi ipſius articuli. Item licet articulatus ſit
ſimpliciter de præſcriptione, cuius talis Art. poſ-
ſit intelligi de præſcriptione longiſsimi tempo-
ris, ſequitur quòd iſte nouus articulus de titulo
non includebatur in antiquo de neceſsitate: ſe-
cus ſi fuiſiet articulatus de præſcriptione longi
temporis, per ea quæ ſuprà dixi. Et in omnibus
prçdictis caſibus qualitercunque ſit factus articu-
lus de prçſcriptione ſiue longi temporis, ſiue lon-
giſsimi, ſiue ſimpliciter, nou poſſum poſteà arti-
culari de poſſeſsione, quia iſte articulus omninò
includebatur ſub quolibet dictorum articulo-
rum præſcriptionis. Similiter etiam & per contra-
rium arbitror, ſi primum articulum feci de poſ-
ſeſsione aut de titulo. quòd ſi nunc volo articula-
ri de præſcriptione long. temporis, quòd talis ar-
ticulus dicatur antiquus, non nouus, & ſic non
debeat admitti. Nam licet videatur nouus eo re-
ſpectu, quia ſit additio ad antiquum. Nam vbi
prius ſolum articulatus fueram de ſolo titulo, vel
de ſola poſſeſsione, nunc articulor de vtroque, &
ſic videtur qnòd ratione iſtius adiunctionis ſeu
additamenti debeat dici nouus, per dict. l. Ius Ci-
uile, cum ſimil. quia reſpondeo vt ſuprà dixi,
ꝙ nouus non accipitur hic iſto modo, ſed ſecun-
dum ea quæ ſuprà dixi, vt nihil habeant de primò
quod ſupponatur neceſsitati probandi iuris &
facti. & ideo cum in prioribus articulis articula-
tus fuerim de poſſeſsione aut de ſolo titulo, qni
mihi probandus incumbebat ad intentionem
meam, quia aliàs non fuiſſem admiſſus, vt ſuprà
dixi, & maximè in 5. principali articulo. ſi nunc
facio articulum de præſcriptione longi tempo-
ris, quæ neceſſariò includit poſſeſsionem & titu-
lum. ſequitur quòd in hoc articulo continetur
antiquus, qui ſupponebatur neceſsitati probãdi,
& pars potuit inſtrui ad ſubornandos teſtes, vt
nunc deponentes ſuper præſcriptione longi tem-
poris, deponant ſuper titulo vel poſſeſsione. titu-
lus vel poſſeſsio in primis minimè probati fue-
runt. ſecus ſi nunc articularer de præſcriptione
longiſsimi temporis. & prius ſolùm fuiſſem arti-
culatus de titulo, per ea quæ ſuprà dicta ſunt.

Secundo caſu principali primi membri de ar-
ticulis, qui comprehenduntur ſub antiquis de ne-
ceſsitate facti quòd non comprehenduntur de
neceſsitate probationis, dicendum eſt quòd tales
articuli dicuntur noui, & admittuntur poſt publi-
catas atteſtationes, & ſcientiam teſtificatorum.
Exemplum, primus articulus continet quòd mu-
tuaui tibi centum, vel vendidi tibi domum, de
neceſsitate facti ineſt tempus, quia mutuum cele-
bratum vel venditio facta præſupponunt aliquod
tempus quo celebrata fuerunt, non tamen ineſt 66
de neceſsitate probationis, † quia mutuum & ven
ditio poſſnnt probari abſq; tempore, vt l. teſtinm.
C. eo & in Authen. de teſtibus. §. licet dudum. Et
ideo ſi poſt publicatas atteſtationes vel ſcientiam
teſtificatorum facio articulum de tempore, talis
articulus eſt admittendus tam in cauſa principali,
quàm appellationis, vt ꝓbatur in c. ex tenore, in-
frà eo. ſecundum vnum intellectum. & ſentiunt
hic Hoſt. Innocen. Io. An. d. Ant. & Moderniores
& Bar. in d. l. per hanc. not. Ioan. de Imo. in c. cùm
cauſam. de teſt. in 4. no. Quod ego arbitror limi-
tandum, ſi modò non intendo probare ſolum
qualitatem temporis, ex eo, quòd contractus de-
ductus in primo articulo fuit probatus, vnde con
tractus repetitur in ſecundo non animo proban-
di illum, ſed animo probandi qualitatem tempo-
ris, vt puta, quia fortè vt aduerſarius produxit vel
probauit etiam titulum emptionis vel alium ſi-
milem. & tu vis nunc articulari de tempore, vt ꝓ-
bes temporis anterioritatem, ſecus ſi contractus
deductus in priori articulo non eſſet probatus,

nam nunc adijciendo tempus videtur adijcere ſolum ad hoc vt videatur feciſſe nouum articulum. & ſicut per quandam fraudem ipſe probet contractum, qui non fuit probatus in primis articulis: nam iſte articulus non admittetur iudicio meo propter timorem ſubornationis. Et ex prædictis ego facio vnam regulam, quòd quotieſcunque illud, quod deductum eſt in primis articulis, & quod ſupponebatur neceſsitati probandi iuris & facti plenè probatum eſt: ſi fiat nouus articulus, qui includebatur in primis ſub dicta neceſsitate probandi, & aliqua qualitas additur ad iſtum nouum articulum. quòd iſte articulus ſemper eſt admittendus: ſi non ſit impertinens reſpectu additæ qualitatis. ratio in promptu, quia cùm ſint probati priores articuli, ceſ-
67 ſat omnis ſubornatio. Et † ex prædictis infertur ad deciſionem quæſtio. Pone, Titius primò articulatus eſt, quòd vendidit domum Sempronio, demùm quia publicatis teſtibus, vel habita ſcientia teſtificatorum, opponitur quòd ille Titius erat minor tempore venditionis, vnde ipſe Titius nunc de nouo articulatur quòd tempore contractus celebratæ venditionis erat maior, certè iſte articulus admitteretur. Et idem in ſimili materia, quid ſi ad probandum in ingreſſum religionis fecit quis articulum, quòd Titius ingreſſus eſt tale Monaſterium, & probauit, deinde quia publicatis atteſtationibus excipitur quòd erat minor, & ſic inhabilis ad profeſsionem, facit articulum, quòd tempore talis ingreſſus Titius erat maior, licet enim tales articuli videantur antiqui, tanquam incluſi ſub antiquis ad neceſsitatem probationis. quia ad concludendum venditionem validam, & ingreſſum validum, & in vendente, & ingrediente requiritur maior ætas. & ſic ſecundus articulus ponens de legitimitate ætatis in aliquo percipiat de materia incluſa in primo articulo: tamen in contrarium eſt veritas: quia licet participet de natura primi, non tamen participat de ea, prout præſupponitur neceſsitati probandi, ſed tantùm prout ſuppoſita de ſe. Nam quilibet præſumitur habilis ætate ad actum exercendum ex quo illum exercet, niſi de contrario conſtet. & ſic dicenti eum inhabilem incumbit onus probandi, vt in l. ab ea parte. ff. de probat. vel ſaltem ab ipſo principio articulanti de ingreſſu, vel venditione, non incumbebat onus probandi ætatem, niſi exciperètur de ætate illegitima, ſecundum quod hæc traduntur in capitul. in præſentia, ſuprà de probat. facit etiam capit. cùm Ioan-
68 nes, ſuprà de fide inſtrument. Ex † quibus patet, quòd probare validitatem contractus, vel ingreſſus ex ætate legitima, non ſubijciebatur neceſsitati probandi quoad effectum neceſſarium: & ideo tales articuli de legitima ætate non dicuntur antiqui, ſed noui. & hoc voluerunt hic Innocent. Ioannes Andræ. & Doctores communiter. & adde etiam quæ dicam infrà in alijs exemplis ad declarationem prædictorum. Quidam verò & tertiò ſunt articuli, qui non comprehenduntur de neceſsitate ſub prioribus articulis, poterant tamen comprehendi & non comprehendi, vt ſunt qualitates, quæ poſſunt adeſſe & abeſſe circa contractum, vt l. pacta conuenta, de contrahen. emptio. & ſuper iſtis poteſt fieri noua productio, vt in capitul. veniens. infrà eodem. & latiùs apparebit exemplis infrà ſubijciendis. Et ex prædictis deciduntur multæ quæſtiones.

Prima. Pone, habebam rem tuam prius obligatam, quam poſtea obligaſti alteri, deinde tertio loco obligaſti iterum mihi ex debito priori. egi contra te hypothecaria, & articulum feci de obligatione innouata, demùm tu probaſti illam rem priùs tibi obligatam, quare ego volo facere articulum nouum de prima obligatione, ſecundum quam debeo obtinere. l. creditor. in principio. ff. qui po. in pign. ha certè talis articulus admittitur tam in cauſa principali quàm appellationis. & hoc tenent hic Doctores & Speculat. eodem titul. §. ſatis vtiliter. ver. illud. Hoc tamen intellige, quando egiſſem hypothecaria ſimpliciter, non exprimendo aliam cauſam vel obligationem, ſed vbi cauſam expreſsiſſem, & pro cauſa expreſsiſſem vltimam obligationem propter quam fundo petitionem meam, tunc non poſſum obtinere, nam lit. conteſtat. ſuper tali petitione ex tali vltima obligatione deducta, non poſſum poſtea me fundare ex cauſa, ſecundum nota. in capitul. Abbate, de re iudica. libro ſexto. & quod ſtatim dicam in tertia ſequen. quæſtione.

Secunda † quæſtio eſt huiuſmodi : Pete- 69
bam à te decimas, ſuper quibus feci articulos concludentes, & illos probaui, ſed tu publicatis atteſtationibus produxiſti priuilegium quod te eximebat à ſolutione illarum decimarum. ego nunc volo facere articulum de præſcriptione contra priuilegium, certè iſte articulus tanquam nouus admittetur. Faciunt notata in c. accedentibus. infrà de priuilegijs.

Tertia † quæſtio deciditur. Pone, ven- 70
dicabam à Titio fundum, in qua vendicatione etiam fortè accumulaui publicianam quòd fieri poteſt, vt in capitul. Abbate, de re iudicata, libro 6. & articulum feci de poſſeſsione mea longi temporis. Item, quòd illam emi à B. deinde atteſtatis publicationibus, quia non probaui, quòd eam emerim à B. volo nunc probare in cauſa principali vel appellationis, quòd emi ab M. quæritur, an debeam admitti. Innocent. & Hoſtienſ. hic dicunt, quòd ad hunc nouum articulum non ſum admittendus, quia vario. & ſicut contrarius repellendus, vt infrà de appellat. capitul. ſolicitudinem. Sed dicit Hoſtienſ. quòd fortè ſecus tenendum ex parte rei, qui non prohibetur vti contrarijs remedijs, vt in regula, nullus pluribus. de regulis iur. libro 6. & ſequitur hoc dominus Anton. Sed Ioannes de Imol. dicit, quòd fortè dici poteſt, quòd hic procedit, quando cauſa iſta, quia emi à B. fuit expreſſa in petitione, vt quia petitur tanquam empta à B. ſecus vt dixi, ſi ſimpliciter peterem rem mihi reſtitui tanquam ſpectantem ad me iure do-

minij

minij vel cauſæ. Nam licet in proceſſu cauſæ
fecerim articulum, quòd emi à B. licet non
probauerim, ſi poſtea volo facere articulum,
quòd emi ab M. poſſum præſertim in cauſa ap-
pellationis per l. ſcio. ff. de appellation. &
probatur in dicto capitulo Abbate. nec ſunt
iſta omninò contraria, quia poſſunt ſimul ſta-
re, quòd quis emerit à duobus. puta ſi priùs
emi à B. quia credebam ſuam, deinde emi ab
M. quia intellexi quòd non erat illius B. ſed
ipſius M. ſecundum notata in l. tertia. §. ex
plurimis. ff. de acquirenda poſſeſſione. Et
hæc opinio mihi placet. facit etiam quod dixi
ſuprà in prima quæſtione. Et aduerte, quia
iſtam opinionem ſenſit gloſſ. in l. per hanc.
præallegata. & ſequitur hîc Baldus per nota-
ta per Innocent. in capitulo mulieri, infrà de
iureiuran.

71 Quarta † quæſtio deciditur per Goffred.
de tutore dato, qui ſe excuſat ab iſto onere tu-
telæ, dicens ſe gerere tres tutelas, ſuper qui-
buis articulos feciſſet. & quia non probauit de
tribus publicatis atteſtationibus in cauſa prin-
cipali vel appellationis, dicit ſe gerere vnam
ita conſuſam & negocioſam, adeò quòd habe-
ri debet loco trium tutelarum, per l. ſi is qui
tres. §. cùm qui. ff. de excuſat. tuto. certè talis
admittetur ad iſtum articulum per regulas ſu-
prà alleg.

72 Quinta † quæſtio deciditur. Agebas con
tra me, vt traderem tibi domum quam vendi-
di: ego excipio quòd non teneor tibi trade-
re, quia feci pactum quòd non tenerer eam
tradere tibi, & ſuper hoc feci articulum, quem
non probaui. vnde publicatis atteſtationibus
volo facere articulum, quòd contractus ven-
ditionis fuit conditionalis, certè talis articu-
lus admittendus eſt tanquam nouus ſecundum
Ioannem Andre. & Docto. hîc, & Speculator
eodem titulo. §. ſatis vtiliter, verſicul. illud
autem, per capitul. cùm Ioannes, ſuprà de ſide
inſtrumentorum. Et idem dicendum in ſimi-
li quæſtione, ſi primò feci articulum quòd die
prima menſis Decembris, milleſimo quadrin-
genteſimo quadrageſimotertio, in quo nunc ſu-
mus, vendidi tibi talem librum in hac ciuitate
Senarum pro decem, poſtea publicatis atteſta-
tionibus volo facere articulum, quòd liber,
quem vendidi die dicta, fuit venditus condi-
tionaliter: nã talis articulus dicetur nouus, & ad-
mittendus, licet quidam dicant quòd non, mo-
ti ea ratione, quia hæc qualitas conditionis in
quantum ab initio interueniſſet, potuit eſſe in
ſubſtantia, de per ſe à contractu ſiue à ſubſtan-
tia contractus, cùm qualitas ipſius conditio-
nis in ipſa ſubſtantia fuerit: quare ſi in ſecun-
do articulo pono ſubſtantiam contractus, re-
peto principalem partem ſcilicet ſubiectum, imò
repetere videor totum articulum.

Sed in contrarium eſt veritas ſecundum Do-
ctores, quia iſte articulus dicetur nouus, dum-
modò pars ſubſtantiæ primi contractus repeta-
tur in ſecundo articulo enunciatiuè, & decla-
ratiuè, non vt ſubijciatur neceſsitati proban-
dæ ex eo, quia modò non volo probare niſi
qualitatem conditionis. & ſic debet hoc intel-
ligi ſecundum illam regulam generalem, quam
ſuprà dedi: quando ſubſtantia primi erat pro-
bata, ſed non qualitas, ex eo quòd qualitas non
fuerat adiecta.

Sextò † ex prædictis poteſt decidi quæ- 73
ſtio. Pone, mutuaſti mihi centum, quæ re-
petis anno finito. ego dico terminum conuen-
tum fuiſſe biennij, & adhuc durare, & ſic di-
latoriam ſolutionem: ſi tu producis teſtes ad
probandum quòd fuit conuentum de anno, v-
trum publicatis atteſtationibus poſsim produ-
cere teſtes ad probandum quòd haberem ter-
minum ad ſoluendum ad biennium. quam
quæſtionem ponit Ioannes Andreas in addi-
tion. Speculator in titulo de exception. in prin-
cipio. Et decidit quòd non ſi vellem proba-
re quòd tunc fuit conuentum de biennio. Se-
cus autem ſi vellem probare quòd prorogaſti
ante finem anni, vel de nouo conceſsiſti. Vi-
de quod dixi infrà de exception. capitul. 5. in
princ.

Septimò † deciditur, vtrum propoſitis & 74
examinatis quibuſdam exceptionibus perem-
ptorijs, & examinatis, & publicatis teſtibus
poſsit reus proponere, & probare nouam ex-
ceptionem peremptoriam. Vide infrà de ex-
ception. capitul. 4. verſicul. ſed nunquid atteſta-
tiones.

Vltimò † deciditur alia notabilis quæſtio, 75
quam refert hic Ioannes Andreas, quæ con-
tingit de facto in cauſa Boatini de Mantua. Op-
ponebatur enim contra collationem excom-
municatio executoris ſeu collatoris, qui præ-
bendam contulit. ſuccubuit opponens, quia
non probauit illam excommunicationem pu-
blicam, ſicut requirebatur, vt probatur in ca-
pitul. ad probandum, infrà de re iudicata, pars
appellauit, & in cauſa appellationis format ar-
ticulum ſuper publicitate excommunicationis.
quæritur, an debeat admitti. Boatinus verò re-
fert fuiſſe ſententiatum quòd non, quia iſte ar-
ticulus non eſt nouus, ſed eſt idem cum pri-
mo quoad neceſsitatem probationis, licet pri-
mus fuerit inſufficienter propoſitus. faciunt
quæ dixi ſuprà de articulo præſcriptionis lon-
gi temporis: quæ excludit articulum de titu-
lo. Sed hæc deciſio non placet Ioanni Andre.
ex quo qualitas publicitatis non fuit deducta in
primo articulo. Facit quod in ſimili traditur
de eo qui poſuit ſe fuiſſe electum, an poſtea
admittatur quòd canonicè fuit electus: nam
admittitur in capitul. veniens, infrà eodem, li-
cet ad illud capitulum poſsit reſponderi quòd
ibi in ſecundo iudicio ad aliud agebatur. Item
prima probatio fuit ibi facta in iudicio ſumma-
rio. & de ipſius intellectu clariùs ibi dicetur.
Ponit etiam Ioannes Andreas aliud exemplum
de eo, qui articulatus eſt rem valere 20. & vl-
tra. Nam pòſt admittitur ad probandum deceptio-
nem vltra dimidiam iuſti pretij, de quo in c. cùm
cauſam. el. 2. infrà eodem.

Item † ponit exemplum de eo, qui articula- 76

tus eſt, & probauit ſimpliciter iniuriam illatam, deinde publicatis atteſtationibus, deinde ad concludendam iuriſdictionem conſeruatoris. & facit articulum, quòd illa iniuria eſt notoria, vt nota. in capitulo primo de offici. delegat. libro 6. Et ſubdit tandem ſingulariter Ioannes Andre. quòd malè facit iudex quandocunque recepit articulos vel probationem, vt in terminis prædictarum quæſtionum. Facit etiam capitul. omnia, de exception. libro ſexto, vbi patet quòd iudex non debet admittere exceptionem in genere, niſi quælibet ſpecies incluſa in genere concludat ad intentionem excipientis, ne excipiens vagetur cum aliena iactura, vt etiam notatur in capit. vt qui duas. de elect. libro 6. & in l. ait prætor. ff. de iniurijs. faciunt etiam notata in l. Titia textores. ff. de delegat. primo. & idem in prædicta quæſtione Boatini tenet dominus Anton. hic, quia articulus debet intelligi ruditer vt proponitur. Vnde ſi proponitur excommunicatio, non debet intelligi de excommunicatione publica, licet ad concluſioné neceſſariã agentis vel excipientis exigatur qualitas publici-
77 tatis ratione ſubiectæ materiæ ad inualidandam collationé. † & hoc ꝓbatur in c. in præſentia. ſup. de ꝓb. vbi ille articulus, ꝙ ille erat minor annis intelligitur ruditer & ſimpliciter, & ſic nó intelligitur quòd eſſet minor quatuordecim, licet ſubiecta materia ad probandum profeſsionem
78 inualidam hoc exigeret. Et † ex prædictis ego inſero, vt habeas declarationem prædictorum, & ne erres, per breuiſsimas terminorum mutationes quòd longa eſt differentia articulum facere de præſcriptione longi temporis, qui non admittit poſt ſe publicatis atteſtationibus articulum de titulo & poſſeſsione, & facere articulum de excommunicatione, qui admittit poſt ſe articulum de publicitate. Nam primo caſu præſcriptio longi temporis eo ipſo quòd ponitur ineſſe, pariformiter, & de neceſsitate ponitur titulus & poſſeſsio longi temporis, ſine quibus non conſiſtit præſcriptio longi temporis. & ideo articulus de titulo vel poſſeſsione, qui poſtea fieret de neceſsitate includebatur in priori. ſed in excommunicatione non ſic eſt, quia ad ipſius poſitionem non includitur de neceſsitate quòd ſit publica vel occulta. Item quòd ſit maior vel minor, & ideo talis admittitur, ſi poſtea facit articulum de publicitate vel maioritate. Et ideo ex prędictis ego inſero quòd ſi in hac materia collationis articulus eſſet ita celebratus, valet. Item ponit quòd dicta collatio non tenuit, quia facta ab excommunicato. talis articulus videtur de neceſsitate includere de publicitate & maioritate. & ideo poſtea non admitteretur ad articulandum de publicitate vel maioritate. & iſto modo ſententia quam refert Boatinus, de qua ſuprà dixi, poteſt ſaluari. & circa hanc materiam vide etiam gloſſ. final. in Clement. fin. de appellation. ex qua potes colligere alia exempla ſimilia ad hanc noſtram materiam.

78 Sed † circa prædicta quæro, quid ſi teſtes fuerunt ſolùm producti ſuper articulis productis, & ipſi deponunt non ſolùm ſuper ipſis articulis, ſed etiam ſuper his quæ poſſunt pendere ex articulis productis, quæ tamen non ſunt incluſa in ipſis articulis productis de neceſsitate iuris & facti. Exemplum. Articulus dicit de venditione, vel ſimili contractu, & teſtes deponunt de conditione adiecta ad ipſum contractum, vtrum publicatis atteſtationibus poſsint produci alij teſtes ad probandam illam conditionem adiectam contractui, ſuper qua teſtes depoſuerunt, & eam ſortè non probauerunt. & videtur quòd non, propter periculum ſubornationis per textum, in dicto §. quia verò. & in Clementin. 2. eodem titulo. Innocen. & Hoſtienſ. hîc tenent contrarium, quia licet aliqui teſtes aliquid dixerint de conditione adiecta, non tamen fuerunt ad hoc inducti, nec poteſt imputari parti quæ illos produxit, quare non produxerit alios teſtes, qui probarent adiectam conditionem. Nam cùm pars non produxerit eos ad hoc, nec potuerit diuinare, ſequitur quòd non debent ſibi ſuper hoc præiudicare. & hanc opinionem ſequitur hic Ioannes Andreas. & ſequitur Angel. in l. per hanc. C. de tempo. appella. colum. fi. Et mihi placet.

Ex quo infero idem de ſimilibus quæſtionibus. Puta, ſi articulus eſt factus de ſola poſitione, & teſtes depoſuerunt etiam ſuper titulo: nam hoc non obſtante poterit poſtea articulum facere de titulo, & idem in ſimilibus.

Prædicta † tamen limitat dominus Anto. 79
niſi teſtes iuraſſent dicere veritatem extra articulum, quia tunc non admitteretur. Sed non dicit verum, vt ſtatim ſubijciam. Eſt tamen ſingulariter & diligenter aduertendum circa prædicta, quod in caſibus in quibus dixi ſuprà quòd articuli noui dependentes à primis, non tamen incluſi in primis per neceſsitatem probationis iuris & facti priorum articulorum, qui tamen faciant ad cauſam, & ſic non ſint impertinentes, quòd tales etiam publicatis atteſtationibus ſunt admittendi. eſt enim hoc limitandum, & reſtringendum, quando teſtes ſimpliciter fuerunt producti ad probandam intentionem contentam in articulis productis, ſecus ſi teſtes fuiſſent producti ſuper articulis & tota cauſa. hoc enim caſu ſecundum Innocen. & Hoſtienſ. de cætero recipi nó debet ſuper aliquo capitulo in petitione comprehenſo, quia cùm à principio fuerint producti etiam ſuper tota cauſa: ergo etiam fuerunt producti ſuper iſtis nouis articulis, ſi faciunt ad cauſam. & hoc ſequitur etiam hic Ioannes Andreas. & etiam ſequuntur dominus Anton. dominus Meus, & Ioannes de Imol. & Bartol. in dict. l. per hanc. & dominus Meus in capit. cùm veniſſent. in fin. infrà eodem. & adde quæ ibi dixi in fi. primi princip. membri. quinto princip. articul. & hoc etiam mihi placet, quia aut iſte articulus, qui de nouo producitur continebatur in petitione, quia venit ad adiuuandum cauſam & contenta in petitione. & non poteſt dici nouus, poſtquam teſtes fuerunt producti ſuper tota cauſa, & ſuper tota cauſa iurauerunt dicere veritatem, aut iſte articulus non venit ad adiuuandum cauſam & contenta in petitio-

ne

ne, & tanquam impertinens non eſt admittendus ſecundum ſupradicta. Et aduerte, quia plus voluit hic dominus Anto. videlicet quòd ſi pars formauit aliquos articulos, & teſtes produxit, quòd ſi teſtes iurauerunt dicere veritatem non ſolùm ſuper articulis productis, ſed etiam ſuper tota cauſa, quòd tunc ſi teſtes deponant extra articulum, valet eorum teſtimonium, & ideo ſecundum eum didicitis teſtiſicatis nó poterunt poſtea produci ſuper nouis articulis non incluſis in antiquis articulis, ſed incluſis in petitione & cauſa intentata. quod dicit hîc Ioannes de Imol. non eſſe verum, quia ſi iſti articuli, qui nunc producuntur, non comprehenduntur ſub primis de neceſsitate probationis iuris & facti, non eſt imputandum parti, ſi non diuinauit illud quòd teſtes dixerunt extra articulos productos per eam, ex quo de neceſsitate non includebatur in articulis. facit quod not. Bartol. in Authenti. atqui ſemel. C. de probat. Et placet mihi hæc reprobatio, pro qua faciunt quæ ſtatim dixi in præcedenti quæſtione poſt Innocen. & Ioannem Andre. intelligendo quòd pars ſimpliciter & ſolùm produxit teſtes ad probandum articulos: ſecus ſi produxiſſet non ſolùm ad probandum articulos, ſed etiam ſuper tota cauſa, prout ſtatim dixi. & ita poſſet procedere opinio domini Anton. Vnde concludo circa prædicta, quòd ſiue teſtes ſimpliciter fuerint producti ſuper tota cauſa abſque aliqua specialium articulorum expreſsione & poſitione, ſiue aliqui articuli fuerint ſpecificè ꝓducti, & petitum per partem quòd teſtes producti examinarentur non ſolùm ſuper articulis, ſed etiam ſuper tota cauſa. his enim duobus caſibus pari ratione procedit hæc concluſio, quòd ſuper nouis articulis non poterunt teſtes produci publicatis atteſtationibus. Et idem tenet Angel. in dict. l. per hanc. C. de tempor. appel. ver. adde vnum mirabile. Nec obſtat ſecundum eum, ſi dicis quòd conſuetudo mundi ſeruat contrarium in cauſa appellationis, eò quòd dict. l. per hanc. voluit non probatum probari, quia dictum Innocent. Hoſtienſ. & ſequacium debet intelligi ſanè, prout loquitur in cauſa appellationis non poſſunt teſtes de nouo produci etiam ſuper nouis capitulis: quando iurauerunt dicere veritatem ſuper tota cauſa. Et idem in cauſa principali quòd publicato proceſſu in cauſa principali non poſſunt in cauſa principali produci etiam ſuper nouis articulis quando ſic iurauerunt. Non autē intelligas, nec ſenſit Inno. quòd ſi teſtes in prima inſtantia iurauerunt dicere veritatem ſuper toto, quòd in cauſa appellationis non poſſent ijdem repeti, & alij induci ſuper nouis capitulis in cauſa appellationis, quia ſi ita ſenſiſſet, malè dixiſſet, & contra dictam conſuetudinem, & dictam l. per hanc. ſecundum Angel.

Quæ limitatio videtur mihi ſatis dubia, quia eadem ratio quæ prohibet teſtes de nouo produci publicatis atteſtationibus in cauſa principali, militat etiam in cauſa appellationis, per ea quæ ſuprà dixi.

Sed vltra prædictam limitationem prædictam concluſioē ego arbitror dupliciter limitandam.

Primò, † ſi modò iudex, qui examinauit, 80
diligenter interrogauit, & ſpecificè, non ſolùm ſuper articulis ſpecificè productis, ſed etiam ſuper tota cauſa: ſecus ſi ſolùm interrogaſſet, & examinaſſet ſuper articulis ſpecificè productis. ita quòd appareret ex actis, quòd ſuper reliquis contentis in petitione, & tota cauſa non fuiſſent examinati, quia tunc tales teſtes non videntur ritè recepti, prout ſunt producti. & ſic eſſemus in materia primæ concluſionis traditæ ſuprà in 4. articulo principali.

Secundò † ſingulariter limito, quòd prædi- 81
cta concluſio procedit reſpectu incluſorum in libello, & principali intentione: ſecus reſpectu non incluſorum facientium tamen ad cauſam non principaliter, ſed emergenter, ſeu incidenter, vtputa reſpectu replicationis ad exceptionem. Exemplum. Petebam decimas, produxi teſtes ſuper tota cauſa, vel ſuper articulis ſpecificatis, & tota cauſa publicatis atteſtationibus. producis priuilegium exemptionis ad eneruandam intentionem meam. contra quod priuilegium replico, quod eſt præſcriptum: & volo facere articulum ſuper præſcriptione. certè talis articulus admittetur, & teſtes recipientur ſuper ipſis. tamen quia iſti articuli non includebantur in petitione reſpectu principalis intentionis, & cauſæ. & ideo teſtes ſuper ipſis non intelliguntur eſſe recepti, licet fuerint producti ſuper articulis, & tota cauſa. neque etiam tales articuli ſunt impertinentes, quia habita conſideratione exceptionis oppoſitæ ad probatam intentionem petitionis veniunt per viam replicationis, ad ſubleuandam principalem intentionem ab oppoſita exceptione. ideo ſunt admittendi, maximè, quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, in capitul. inſinuante, ſuprà de offic. delegat. in l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interroga. actio. Faciunt etiam ad hoc quædam dicta infrà in ſequentibus duobus articulis.

Et † ex prædictis inſertur, quòd produce- 82
re teſtes ſuper articulis, & tota cauſa, reſpectu producentis continent, & fauorem & odium. Fauorem continent in quantum deponentes extra articulos ꝓ ꝓducente ad adiuuandam intentionem ipſius producentis probant illud etiam quod deponunt extra articulum, vbi ſi ſolùm ꝓducti eſſent ſuper articulis deponentes extra articulum non probarent.

Odium autem continet, quia pars non poterit amplius teſtes producere ſuper nouis articulis incluſis in petitione, licet non ſint incluſi in articulis ſpecificatis.

Et prædicta notabis, quia nouiſsima ſunt ab alijs non tacta, & quotidie in practica ſunt. Et ex prædictis habes expeditum hunc ſeptimum principalem, ſubtilem, & difficilem articulum. In quo etiam illud aduertendum eſt, quòd in caſibus in quibus dixi ſuper articulis antiquis, vel incluſis, in antiquis de neceſsitate probationis iuris, & facti teſtes non fore admittendos publicatis atteſtationibus, quòd ad hoc poſſunt adaptari quaſi omnes fallentiæ. de quibus dicam infrà in vndecimo principali articulo.

83 Circa † octauum principalem articulum, in
quo examinandum eſt, an publicatis atteſtationi-
bus, vel didicitis teſtificatis, poſsint produci teſtes
ſuper articulis directè contrarijs, vel contradicto-
rijs, de quibus exempla poſui ſuprà in ſecundo
principali articulo. & in quarta ſpecie. & adde etiá
exemplum quod ſtatim ſubdam in ſequen. nouo
principali articulo. & in hoc articulo dicendum eſt
quòd ſuper talibus articulis non poſſunt teſtes ꝓ-
duci, neque in cauſa principali, neque in cauſa ap-
pellationis. & iſta eſt cómunis opinio Doctorum
hic, & vbique. & iſte eſt tex. apertus ꝓ ea in d. Cle.
2. eodem titu. licet gloſſ. in dict. Authen. atqui ſe-
mel. C. de proba. & in corpore vnde ſumitur, te-
nuerit contrarium, & malè. & ratio, quare nó ad-
mittantur, eſt, quoniam didicêre teſtificata aduer
ſarij, eſt impedimento, ne teſtes producantur ſu-
per eiſdé articulis, vt ſuprà probatum fuit in quar-
to & in ſeptimo principalibus articulis. Sed ad re-
probationem priorum teſtium per articulos dire-
ctè contrarios de neceſsitate proponitur ſcientia
teſtificatorum: igitur &c. Idem etiam tenent Bar.
& Bald. in dict. Authent. atqui ſemel. & in dict. l.
per hanc.

84 Hæc † tamen communis concluſio limitatur
per gl. in d. Clemen. 2. niſi opponatur falſitas cum
corruptione, vel quòd doloſe corrupti ſalſa dixe-
runt, in c. licet, ſuprà de probationibus. facit l. nec
exemplum. C. de falſis. & quod nota. in l. Diuus. ff.
de re iudicata. Licet enim non poſsim probare ꝙ
dixerint falſum, niſi directè probé contrariú eo-
rú, q̄ depoſuerunt. vnde eſt præſumptio ſuborna-
tionis. tamen cùm adiungo illam qualitatem cor-
ruptionis, vel doli, tollitur præſumptio ſuborna-
tionis. Guil. verò in dict. Clementin. 2 aſsignat
etiam aliam rationem videlicet, quia ante publi-
cationem non potuit pars diuinare quòd corru-
pti falſum dixerint. vnde cùm nunc apparuerit il-
la exceptio corruptionis, iuſtum videtur eſſe vt
poſsit pars illam obijcere, quia quæ de nouo e-
mergunt, &c. vt dixi in fine præcedentis articuli.
Vel tertiò poteſt aſsignari ratio ſecundum Nicol.
de Mata. vt refert Bar. in dicta Auth. atqui ſemel.
85 † quod ſicut ſententia lata per corruptionem eſt
ipſo iure nulla. l. venales. C. quando prouo. non
eſt ne. ita & dictum teſtis per corruptionem fal-
ſum deponentis. l. 1. poſt prin. ff. de fal. nec poteſt
hoc conſenſu partium remitti, cùm ſit inductum
propter publicam vtilitatem. de qua materia dic
vt pleniſsimè dixi in c. 2. infrà de falſis.

Quare cùm non obſtet ſententia, multo mi-
nus debet obſtare publicatio, cùm terminus ſen-
86 tentiæ ſit potentior in repellendo partem. † An
autem poſsit opponi falſitas ſine corruptione di-
cta gloſſ. in dicta Clem. 2. eodem tit. ſentit quòd
non. tu dic vt latius traditur in cap. licet. ſuprà de
proba. & per do. Anton. in c. venerabilis. infrà de
except. & vide quod latè dixi in dict. c. 2. infrà de
falſis.

87 Secundò † limitatur prædicta communis con
cluſio. Si pars vellet probare directè contrarium,
vel per directam cótrariam probationem repro-
bare teſtes probatorios partis aduerſæ: ſecus quan-
do vellet reprobare teſtes reprobatorios partis
aduerſæ, & confirmare ſuos teſtes, quia tunc lici-
tum eſt producere teſtes ſuper articulis directè
contrarijs, ſecundum communem opinionem.
Exemplú, Probaui per teſtes meos ré taliter ſe ha-
bere, ſed teſtes mei reprobantur per alios teſtes
productos per partem aduerſam, ex eo, quia pro-
bant rem per contrarium ſe habere, nam publica-
tis atteſtationibus ſuper iſtis reprobatorijs potero
ꝓducere alios teſtes reprobatorios ipſorum qui
confirmabunt intentionem meam probatam, &
rem taliter ſe habere vt dixi. Et ratio poteſt aſsi-
gnari, quia non poteſt parti aliquid imputari, ſi
confiſus de prima probatione non produxit teſtes
ante publicationem ſecundorum etiam reproba-
toriorum, quia debuit veriſimiliter credere ſuos
teſtes verum dixiſſe, donec contrarium appareat.
& ideo ex quo contrarium apparet ex publicatio-
ne illorum teſtium, poteſt alios producere ad con
firmationé priorum, & reprobationé reprobato-
riorú. & hoc ſentit gl. in c. ex tenore. inf. eo. & tra-
ditur in c. ſeries. & in c. cùm clamor. infrà eo. & eſt
bonus text. in c. cùm in tua. ſecundum vnum in-
tellectum, infrà eod. Et ad prædicta etiam vide
quæ dixi ſuprà. §. præterea. quæſt. 4. Et per prædi-
cta inra videtur probari, quòd hoc ꝓcedat etiam
ſi vltima reprobatio veniat ad confirmationem
primæ probationis ſummariè, & ſemiplenè rece-
ptæ. & idem ſi veniant ad confirmationem, & de-
clarationem inſtrumenti. & in c. cùm Ioannes, in-
frà de fide inſtrum. Tertiò † limitatur, quando 88
vellem probare directè contrarium poſt publica-
tas atteſtationes, ex eo, quòd ante publicationem
nihil fuit, quod potuerit mihi imputari, quare
non fecerim examinari teſtes. Exemplum in c. ſe-
ries. infrà eo. ſecundum octauam lecturam quam
ibi poſui, videlicet quando ille, qui inſtabat con-
tra matrimonium fecit articulum generalé quòd
erant conſanguinei in gradu prohibito. & teſtes
poſtea in depoſitionibus expreſſerunt quòd erant
fratres, & ſic in primo gradu. vnde publicatis atte-
ſtationibus volens probare directè contrarium
debet admitti ſecundum ea quæ ibi dixi. ad quod
faciunt ea quæ dicam in ſequenti articu. Et hæc ꝓ-
cedunt ſiue articulus ſit directè contrarius in
toto, ſiue in parte, quia eadem ſubeſt ratio, vtpu-
ta ſi feci articulum me eſſe dominum in totum,
vel in totum poſsidere. & tu facis poſtea articu-
lum quòd ſis dominus pro parte, vel ꝓ parte poſ-
ſides eodem genere poſsidendi, ſecundum quod
dixi ſuprà in ſecundo principali articulo, in fin.

Et ex his habes expeditum octauum prin-
cipalem articulum. Sed † quæro circa præ- 89
dicta de quæſtione, quam diſputauit Nicol.
Mat. & refert Ioann. Andr. in addit. Speculat.
eodem titul. §. 1. ver. item quæri debet. Pone,
actor produxit inſtrumentum confectum ſe-
cundum ſcripturam nunc ſunt anni viginti con-
tra illud reus probauit per teſtes iam publica-
tos notarium mortuum iam ſunt vigintiduo an-
ni. actor autem format duo capitula, ſcilicet
quòd notarius viuebat iam ſunt anni viginti-
unum, & quòd teſtes rei erant minores vigin-
tiduobus annis. Reus verò format capitula,
quòd notarius erat mortuus iam ſunt viginti-
quatuor

quatuor anni, & quòd teſtes ſui erant maiores vigintiquatuor annis. quærebatur, an dictæ probationes, vel ipſarum aliquæ eſſent admittendæ? dubium facit illa publicatio atteſtationum, de qua in quæſtion. Nicol. ſoluit diſtinguendo in capitulo de morte & vita, quia ſi capitulum rei fuit ſuper eo formatum, & de illo teſtes depoſuerunt poſt publicatas atteſtationes, ſuper directè contrarijs non licebit teſtes producere, vt dictum eſt. Si verò capitulum non erat de hoc, ſed illa verba teſtium rei fuerunt ad aliud expreſſa, forſan in redditione cauſę ſcientiæ, poterit actor teſtes producere contra, quia nec nouit occulta, nec potuit diuinare, per capitul. ex tenore. & quod ibi tradit Ioannes Andr. in capit. ſeries, eodem titul. & quod ſuprà dixi. Sed dicit Ioannes Andr. in dict. addit. aduerte, quia licet hoc dictum fatear in ſe verum, non videtur quòd huic caſui adaptetur ſecundum membrum diſtinctionis. Nam reus reprobare volens inſtrumentum hoc caſu vt falſum, neceſſe habuit dicere, quòd mortuus erat tempore quo dicebatur inſtrumentum confectum. Nec fuiſſet recepta probatio ipſius dicentis ſimpliciter eum mortuum, quia impertinens, & non releuabat. procederet autem, ſi ſimpliciter dixiſſet inſtrumentum falſum ſine ſpecificatione, & fuiſſet admiſſus ad probandum, & teſtes pro cauſa ſcientiæ expreſsiſſent mortem notarij, præcedere. ſic putat intellexiſſe Nicol.

90 Nunc † plus ad propoſitum de ætate teſtium tenuit actorem admittendum ad probandum illum articulum, cùm illud non ſit deponere ſuper articulis principaliter, ſed eſt reprobare perſonas teſtium vt non idoneas, vel dicta ex perſonis, in quibus impoſsibile erat cadere ſcientiam rei, de qua teſtantur, quod impedimentum etiam per conſenſum partium tolli non potuit, cùm deficiat ſubſtantia teſtimonij ſcilicet ſcientia. non quidem ſimpliciter, ſed per impoſsibile. quod apparet ipſius nullitas, ſicut cùm in priuato deficit iuriſdictio & in pupillo. C. de iuriſdictio. omnium iudic. l. priuatorum. ff. de iudic. l. cùm prætor. propter quem defectum actus publicatus nullus eſt, quæ nullitas opponitur omni tempore. C. ſi à non compet. iudic. l. 1. in fin. ſic & in teſtimonio, cuius ſubiectum eſt ſcientia, vt capit. cùm cauſam. & hoc eſt verum ſecundum Ioan. And. in addit.

91 Nono † principali articulo in quo tractandum eſt, an ſuper articul. indirectè contrarijs ſeu indirectè contradictorijs publicatis atteſtationibus ſeu didicitis teſtificatis poſsint teſtes produci, dicendum eſt quòd ſic, regulariter. & hoc voluit gloſſ. in verſicul. indirectè, in princip. in dicta Clementin. 2. & facit ille textus à contrario ſenſu. Nam dum dicit quòd ſuper directè contrarijs non poſſunt produci à contrario, ſentit quòd ſecus eſt ſuper contrarijs indirectè. Et exempla potes figurare ſecundum quod dixi ſuprà in ſecundo principali articulo in ſexta ſpecie. Verbi gratia, Si dixi quòd contraxi matrimonium Senis cum B. & teſtes qui depoſuerunt ſuper hoc articulo, & ipſum probauerunt. interrogati de tempore, dixerunt quòd tali tempore cum ea contraxi. Tu verò publicatis atteſtationibus, & viſa expreſsione diei vis articulari quòd ea die ego fui Pariſijs: nam hoc caſu licitum eſt, quia notat. in capitu. ex tenore, infrà eodem. quando ante publicationem pars aduerſa non potuit inſtrui ſuper probatione indirectè contraria, quia articulus fuit generalis ſine tempore vel ſine loco: ſed teſtes ſpecialiter dixerunt de tempore, & loco, meritò debet quis admitti ad probandum contrarium indirectè per notata in dicto capitulo ex tenore. & in l. optimam. C. de contrahenda & committen. ſtipulatione.

Aduerte tamen, quia Vincent. in dicto capitulo ex tenore, videtur ſentire quòd publicatis atteſtationibus ſicut excluditur directa probatio contraria, ita excludatur indirecta, cùm idem ſit timor ſubornationis, per gloſſ. nota. 4. quæſtione 3. item ſi quis teſtibus, ſed non placet. ſi non affuit aliquid quod poſsit parti aduerſæ imputari, vtputa quia in primis articulis fuiſſent ſpecificati tempus & locus, quo caſu non admitteretur quis ad indirectam probationem modò præallegato. & ratio in promptu, quia pars aduerſa videns in primis articulis expreſſum tempus & locum, potuit ſibi immediatè prouidere ante publicationem, faciendo articulos qualiter illa die ego fui Pariſijs, quæ ratio ceſſat quando tempus non eſſet expreſſum in primis articulis, vel etiam locus, nam hoc caſu non eſt quid poſſit ab ipſo principio imputari parti aduerſæ, ſi non diuinauit de loco & tempore: & ideo ſi publicatis atteſtationibus apparet teſtes depoſuiſſe de loco & tempore, debet pars aduerſa admitti ad probandum indirectè contrarium. Et vide ad prædicta Ioannem Andr. in addit. Speculat. titul. de teſte. §. ſæpè teſtes. verſ. porrò. qui dicit quòd Vincent. dictam opinionem multum pertinaciter conatus eſt defendere. & ibi particulariter reſpondet Ioannes Andr. ad omnia fundamenta ipſius, opinio tamen Vincent. valet ad ea quæ dixi in capitulo inſtrumenta, infrà eodem, in primo articulo, in quarto membro principali. verſicu item aduerte. & infrà eodem titulo. §. 32. primo articulo. verſi. item aduerte.

Aduerte tamen, quia quod ſtatim dixi, quòd quando à principio fuerunt expreſsi tempus & locus, quòd publicatis atteſtationibus pars aduerſa regulariter non admittitur ad probandum indirectè contrarium. Nam hoc limitatur ſecundum Hoſt. niſi pars aduerſa fuiſſet ꝓteſtata ꝙ intendebat probare contrarium, quaſi ſentiat ꝙ tunc admitteretur publicatis atteſtationibus, quia excluditur præſumptio ſubornatio. quæ limitatio non placet Ioanni Andr. nec domino meo in dicto capit. ex tenore. nec mihi, niſi fortè talis proteſtatio fuiſſet conuentionalis, & ſic veſtita conſenſu vtriuſque partis, nam cùm hoc pendeat à iuris poteſtate, vel ab vtriuſque partis voluntate, non ſufficit alterius partis voluntas. Item facit, quia ſi valeret hæc proteſtatio, de facili

cili

cili decluderetur, dicta Clementin. 2. in eo quod ſentit, quòd publicatis atteſtationibus ſuper articulis directè contrarijs, non admittitur quis ad probandum: nam pars proteſtaretur ſemper ante publicatas atteſtationes de probando contrarium. & hoc ſentit Baldus ibi. Et ad declarationem prædictorum adde quod ſingulariter tradit Baldus in dict. l. per hanc. vbi dicit, quòd quando teſtes contradicentes probant contrarium per viſum ſeu aſpectum eiuſdem facti, iſti ſunt directè contrarij: ſed quando teſtes vnius partis non potuerunt videre illud, quod teſtes alterius partis aſſerunt ſe vidiſſe, talis probatio contraria eſt indirecta. Exemplum. Si ergo depono, quòd hodie vidi te Senis. per rerum naturam ſequitur, quòd non es Pariſijs. oculus tamen meus non videt te non eſſe Pariſijs, quia ego non ſum Pariſijs. & ideo ſi alij teſtes dicunt, quòd ea die fuiſti Pariſijs, talis probatio eſt indirectè contraria: quia procedit argumentando per rationem intellectus. Sed ſi locus eſſet anguſtus, vel paruus, vt vehiculum, vel alia platea. certè ſi dicerem, quòd Titius fuit captus in illa parte plateæ, quæ eſt ante palatium dominorum, in qua non poteſt quis perſonaliter capi. ſi tu velles probare dicendo, quòd in alia parte plateæ Titius fuit captus, iſta probatio eſt directè contraria, quia per viſum eiuſdem obiecti iſti teſtes ſibi inuicem deponunt contrarium. & vide ad prædicta quod notabiliter ponit Cyn. poſt Dynum in l. 2. C. de erro. aduo. & adde ad prædicta exempla quæ colliguntur ex gloſſ. ſuper ver. feciſſe. & ex his quæ ibi dixi in Clementi. 1. de probat. Idem aduerte, quòd ſi producuntur teſtes ad reprobationẽ priorum teſtium contra perſonas, quòd hoc poteſt fieri adhibita diſtinctione poſita in Authentic. ſi dicatur. C. eodem. Eſt enim nouus articulus, quando producuntur teſtes ad reprobationem priorum circa perſonas ſimul, & dicta. Verbi gratia. Teſtes teſtificantur quòd Sempronius poſſedit fundum per triginta annos, ego ad reprobationem volo probare, quòd teſtes non ſunt ætatis triginta annorum, prout volebant arguere Iudæi, dum dixerunt: Nondum quinquaginta annos habes, & Abraham vidiſti. Et in Euangelio penultimæ dominicæ quadrageſimæ. Nam etiã per hunc modum teſtium perſonæ redduntur inhabiles, cùm non potuerint videre, & ſcire quod factum fuit in triginta annor. per conſequens etiam eorum dictum redditur falſum. & hoc caſu poſſunt teſtes de nouo produci ſecundum Nic. Mata. & hoc etiam ſequitur Bart. in d. Auth. atqui ſemel. C. de proba.

Item aduerte, quòd quando producuntur teſtes ad reprobandum atteſtationes priores publicatis atteſtationibus requiritur quòd reprobatorij excedant numero, dignitate, vel alia ſimili qualitate. ad quod vide quod dixi infrà eodem tit. §. 32. in primo articulo, in quarto membro principali, ver. item aduerte. Et ex his habes expeditum nouum principalem articulum.

Decimo principali articulo, in quo venit tractandum, vtrum publicatis atteſtationibus, vel didicitis teſtificatis in vna inſtantia licitum ſit teſtes producere in alia inſtantia, proſequar quinque principalia membra.

Primum erit, quid iuris ſit variata inſtantia de cauſa principali ad cauſam appellationis.

Secundum, quid iuris ſi varietur de cauſa principali ad cauſam nullitatis.

Tertium, quid ſi varietur de cauſa principali ad cauſam reſtitutionis in integrum.

Quartum, quid ſi varietur de vna inſtantia, & cauſa, ad aliam inſtantiam, & cauſam, ita, quòd vtraque ſit principaliter intentata. quod poteſt contingere multis modis, vt ibi videbimus.

Quintum, quid ſi varietur de inſtantia iudicis ad arbitrium, vel econtrà.

Circa † primum, vtrum variata inſtantia de 92
cauſa principali ad cauſam appellationis poſsint teſtes produci ſuper eiſdem articulis, vel directè contrarijs, non obſtante publicatione, vel ſcientia teſtificatorum, videtur primò dicẽdum quòd ſic, per text. in l. eos. §. 2. & l. in offerendis. C. de appel. & per text. in l. per hanc. C. de tempor. appel. & maximè per regulam traditam in dictis iuribus. quæ vult, quòd in cauſa appellationis non probatum, & nõ exceptum ꝓbari, & excipi poſſit. In contrarium fortiter obſtat text. in §. quia verò, in Authentic. eodem titu. qui ſimpliciter, prohibet, quòd poſt publicatas atteſtationes, aut didicita teſtificata non poſsint teſtes produci: ergo indiſtinctè procedit tam in cauſa principali, quàm in cauſa appellationis, maximè quia idem viget timor ſubornationis in appellatione, qui viget in principali, & fortius, quare propter prædictorum iurium contrarietatem variæ in hoc articulo reperiuntur opiniones, quas refert gloſſ. & poſt gloſſ. Docto. in dict. l. per hanc. & dict. §. quia verò. & gloſſ. in Clem. 2. eo. titu. & Ioan. And. hic, & Doct.

Prima fuit opinio Alberici gloſſatoris antiqui, qui voluit quòd non admitterentur per prææallegatum. §. quia verò. & per rationem prædictam timoris ſubornationis vigentis etiam in cauſa appellationis. Et ad iura ſuprà in contrarium allegata pro contraria opinione reſpondet quòd corriguntur per iura noua.

Secunda fuit opinio aliorum tenentium quòd per teſtes non poſsint probari, ſed per inſtrumenta, & ad iura contraria reſpondent quod procedunt, quando pars in cauſa principali non probaſſet per teſtes, ſed per inſtrumenta.

Tertij † dicunt, quòd tam in cauſa principa- 93
li, quàm appellationis ſuper nouis articulis dependentibus à veteribus poſsint teſtes produci. & ita loquitur l. eos. cum ſimil. Sed ſuper articulis omninò veteribus non poſsint produci in cauſa appellationis.

Quarta fuit † opin. Accur. in d. l. per hanc. & §. 94
quia verò. qui ſimpliciter voluit per d. l. eos. & l. per hanc. quòd in cauſa appellationis poſſent teſtes produci non obſtante publicatione in cauſa principali, tam ſuper nouis, quàm ſuper veteribus. Sed in cauſa principali non ſit hoc licitum. & ita lo-

ita loquatur §. quia verò. qui loquitur in eadem inſtantia ſecundum glo. ſed in cauſa appellationis variatur inſtantia ſecundum gloſſ. in l. ita demùm. C. de procur. & l. ſcio. ff. de appe. Et quo ad appellationem quòd poſsint teſtes produci eandem opinionem tenuerunt Io. & Az. quam etiam ſecundum Bar. ſecuti fuerunt Vltramontani, & communiter Legiſtæ, qui mouentur ex eo, quia duplex eſt ratio ſecundum eos, quare poſt aperturam teſtium non admittantur teſtes, videlicet timor ſubornationis, & identitas inſtantiæ, quia in alia inſtantia poſſunt recipi. l. ſi. ff. eo. Sed cauſa appellationis habet aliam inſtantiam à principali, vt ſuprà dixi. igitur &c.

95 Quinta † fuit opinio Lau. Tanc. Vinc. Phi. Goſ. & Inno. hic, quibus etiam videtur conſentire Specu. eo. titu. §. ſatis vtiliter. qui volunt quòd tam in cauſa principali, quàm in cauſa appellationis licitum ſit teſtes ꝓducere ſuper nouis articulis, vel dependentibus ab antiquis. & ita loquatur l. eos. cum ſimil. Sed ſuper antiquis hoc non ſit licitum etiam in cauſa appellationis.

96 Sexta † fuit opinio Hoſt. hîc, qui voluit quòd in cauſa appellationis poſſum probare nonos articulos, & per nouos & per antiquos teſtes. ſed articulos antiqnos non poſſum probare per eoſdem teſtes, ſed per nouos. & eſt ratio, ne ipſi antiqui teſtes, qui iurauerunt plenam dicere veritatem, de periurio notentur. Subdit tamen Hoſtien. quòd Canoniſtæ communiter tenent opiniones, ſed quòd ſecundum eorum opinioně nihil erit ſpeciale in cauſa appellationis, in qua tamen lex videtur velle quandam ſpecialitatem. d. l. per hanc & d. l. eos.

97 Septima † fuit opinio gloſſ. noſtræ hîc, quæ tenet per text. noſtrum, quod ſuper antiquis articulis etiam in cauſa appellationis, ſi facta eſt publicatio in principali, non poſsint ꝓduci etiã noui teſtes. & hodie de iure canonico hæc opinio approbata eſt per text. in Cle. 2. eo. tit. Et per has decretales dicit Bar. in d. l. per hanc. ſtandum eſſe in hoc ipſarum declarationi & depoſitioni. & cócludit ꝙ in effectu non eſt differentia poſt publicatas atteſtationes inter cauſam principalem, & cauſam appellationis. & hanc opinioně ſequuntur hic etiam Moderniores. & dicit hìc Io. de Imol. qnòd hæc opinio ſeruari debet nedum in foro eccleſiaſtico, ſed etiã in foro Cæſaris, per ea quæ not. in c. licet ex ſuſcepto, ſuprà de ſor. com. & in c. per venerabilé, infrà qui fil. ſint legit. & in c. Raynutius.

98 infrà de teſta. Nam licet regulariter † vbi Ius Ciuile diſcordat à Iure Canonico in materia indifferenti Ius Ciuile ſeruari debeat in foro Cæſaris, & canonicú in foro eccleſiaſtico, vel in terris eccleſiæ, vt in c. 2. de arbi. lib. 6. & not. in c. 1. infrà de ope. no. nun. & no. in c. ſi duobus. infrà de app. tamen illud eſt verum, quando Ius Ciuile eſt certú, & in eo non ſunt opi. ſecus quando eſſent opi. & poſtea facta eſſet deciſio per ius canonicum. & ad hoc vide alias plures auctoritates, quas poſui in d. c. 1. & notabilem limitationé quam dedi poſt dominum Ant. & dominum meum in d. c. in 6. caſu.

Bal verò in l. per hanc. C. de temp. appel. dicit quòd de iure ciuili veritas eſt, quòd in cauſa appellationis poſſunt teſtes produci etiam ſuper antiquis articulis mouetur per illam l. dum dicit. Pleniorum ſubueniatur veritatis lumine. Nam cum litera illa loquatur cõparatiuè, ſequitur quòd ibi eſt participatio poſitiui. & ideo ſiue plenè ſiue ſemiplenè appareat in prima cauſa probatum, adhuc plenius vel verius probari poteſt. Nec obſtat ꝙ propter didicita teſtificata præſumptio ſit timoris ſubornandorum teſtium, quia iſta præſumptio ſecundum Bald. non eſt perpetua & infallibilis. Nam fallit in pluribus caſibus, de quibus dicam in vndecimo principali articulo. & quia iſta præſumptio eſt imaginaria & non neceſſaria, quia vt docet experientia, teſtes ſolennes non poſſunt ſubornari. vnde cùm noua diſpoſitio dict. §. quia verò, fundet ſe ſuper fictione & loquatur de eodem iudice, vel ſimili, non debet extendi ad iudicem appellationis. Item quia cauſa appellationis eſt diuerſa à prima non diuerſitate materiæ, quia eadem eſt cauſa & quæſtio & ſons, ſed diuerſitate iudicij & materiæ nouiter ſuperuenientis, videlicet Iniquitatis ſententiæ, quæ interdum poteſt examinari ſeorſum à principali, vt ff. de pœn. in l. abſentem. & l. ff. de arbi. in l. non diſtinguemus. §. cùm quidam. facit l. penult. ff. iud. ſol. Et ideo teſtes debent iterum iurare in cauſa appellationis, licet iurauerint in cauſa principali, vt not. hîc. Præterea §. quia verò, venit ad correctionem iuris antiqui, ſed diſpoſitio l. per hanc, quo ad cauſam appellationis non reperitur correcta: ergo &c. & ſic concludit Bald. quòd hæc eſt veritas de iure ciuili: ſed de iure canonico dic vt in d. Cle. 2. eo. titu. vnde concludit quòd in foro Cæſaris debet ſtari primæ opinioni & deciſioni. l. per hãc, vt in cauſa appellationis poſsint teſtes produci ſuper antiquis capitulis, ſed in foro canonico ſeruabit deciſio d. Clem. 2. Quidam verò diſtinguunt, an ſit ab interlocutoria appellatio. & ſic in inſtantia appellationis poſsint teſtes produci, & cõcludunt quòd non tam de iure ciuili, quàm canonico. Ad inſtantiã appellationis à diffinitiua, & ꝓcedat opin. Bal. Ego verò in hoc articulo arbitror quòd quo ad hanc materiã teſtium producendorum ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs, nulla ſit fienda differentia inter inſtantiam principalem & inſtantiam cauſæ appellationis, vnde concludo quòd in omnibus caſibus, in quibus dixi ſuprà, quòd in cauſa principali publicatis atteſtationibus vel didicitis teſtificatis teſtes nõ poſſunt produci ijdem in cauſa appellationis. Siue ſit appellatum ab interlocutoria, in qua minor eſt dubitatio, & in qua indubitanter concludendnm eſt, quòd tam de iure ciuili, quàm canonico nõ poſſunt teſtes produci, per ea quæ dicam in c. cùm veniſſet. infrà eo. in ſecundo membro principali 5. principalis articuli. Siue loquamur in appellatione à diffinitiua, in qua in veritae de iure canonico nulla eſt hodie dubitatio per text. in d. Clem. 2. eo. titu. Sed de iure ciuili eſt dubitatio propter tam varias auctoritates, de quibus ſuprà. In ea tamen ambiguitate arbitror quòd veritas ſit quam ſuprà dixi, videlicet quòd in omnibus caſibus, in quibus quis excluditur à poteſtate producendorum teſtium in inſtantia principali propter

publi-

publicatas atteſtationes, vel ſcientiam teſtificatorum, excludatur etiam in inſtantia appellationis.

99 Moueor, † quia text. in §. illud. in Authenti. eo. titu. formaliter dicit. Non habebit omninò licentiam vlla vlterius vti teſtium ꝓductione, neq; ſi diuina iuſsio præceperit. Vnde pondero in primis verbum, omninò, quod idem importat, quòd aliquo modo, vt nota. Ioan. Andr. in c. 1. infrà de hæretic. & ibi dixi ſimile in c. in pertractandis, infrà de iur. cal. & in c. qualiter. ſuprà de iudi. Eſt enim, omninò, dictio præciſa, & cum effectu totali intelligēda ſecundum Archi. in d. c. 2. de pact. libr. 6. & denotat perpetuitatem prohibitionis, vt nota. gloſſ. in ver. omninò. in d. Clem. 1. de vita &
100 honeſt. cler. Item † pondero verbum, vlla, quod eſt vniuerſale, quādo iungitur orationi negatiuæ, prout hic, ſicut dicimus de dictione, nullus, vt nota. gl. in Cle. in pleriſque, de electio. & in Clem. 1. in fine, de rebus eccleſiæ non alienan. Item facit dum text. ille vult, quòd etiam non debeat quis admitti, ſi diuina iuſsio præceperit. Secundò principaliter moueor, quia ille text. in dict. §. illud loquitur ſimpliciter & indiſtinctè: non autem loquitur, vtrum coram iudice principalis cauſæ, vel appellationis, ergo indiſtinctè intelligendus, vt in l. de precio, de publicia. cum ſi. Tertiò moueor, quia eadē ratio ꝓhibitionis, quæ habet locū in inſtantia principali, habet etiā locū in inſtātia cauſæ
101 appellationis, vt dicit tex. in d. Cle. 2. † vnde cùm ratio legis ſit anima ipſius l. vt not. Bal. in d. l. 1. C. de interdi. & ꝓbatur in c. ſi quando, ſup. de reſcr. & in c. ex eo. & in c. vbi periculum. de elect. lib. 6.
102 & in Clem. 1. de elect. cum ſimil. Ideo † vbi prædicta ratio non vendicat ſibi locum, nec debet etiam vendicare locum diſpoſitio, vt in l. à Titio. ff. de verb. obli. & in l. illud. ff. ad l. Aquil. & in l. nam & pedius. ff. de arbitri. cum ſimil.

103 Nec † obſtat, quòd iura exorbitantia, prout eſt §. quia verò. & §. illud, in Authenti. eodem titu. & ſecundum ea quæ dixi ſuprà in quarto principali articulo ſint reſtringenda, & per cōſequens non extendenda ex identitate rationis ad quod auctoritates & remiſsiones, quas dedi in c. at ſi clerici. §. 1. ſuprà de iudi. quia reſpondeo quòd illud procedit, quando ratio eſſet multum generalis non expreſſa, vel plures poſſent reddi. Secus ſi vna ſpecialis & expreſſa, vt in caſu noſtro, quo caſu etiam in exorbitantibus fit extenſio. Imò potius comprehenſio, vt notat gloſſ. in c. ſi poſtquam de elect. lib. 6. & no. in c. 1. de temp. ordi. libr. 6. & in Clemen. 1. de reſcript. & notant Docto. in c. 2. de mutuis petit. & nota. in l. his ſolis. C. de reuoc. donat. & eſt bonus text. in l. milites agrum. ff. de re milit. & vide alias auctoritates, quas allegaui in
104 d. c. at ſi clerici, ſuprà de iu. Nec † obſtat l. eos. & l. in offerendis. C. de ap. & l. per hanc C. de temp. ap. quia poteſt reſponderi, quòd illa iura corriguntur per d. §. illud. nec eſt hoc abſurdum dicere, quia non eſt dubium, quòd §. quia verò, & §. illud. corrigant iura antiqua ſecundum ea quæ latius dixi ſuprà eo. in quarto principali articulo. Vel poteſt reſponderi, quòd illa iura loquuntur quādo quis vult producere teſtes ſuper nouis articulis reſpicientibus actionem intentatam. & ita loquitur text. in d. l. per hanc. ſi rectè ponderetur ibi dum dicit. Nouis etiam aſſertionibus. & text. in d. l. in offerendis. dum dicit. Nouas aſſertiones. & d. l. eos. dum dicit quod in iudicio omiſſum ꝓſequatur, &c. Nec obſtat quòd text. in dict. l. per hanc. in fin. dum dicit. Pleniori ſubueniatur veritatis lumine. loquatur comparatiuè. & ſic intelligitur participatio poſitiui. vnde ſiue plenè ſiue ſemiplenè appareat probatum in prima inſtantia, adhuc poterit plenius vel verius probari in inſtantia appellationis, quia reſpondeo quòd iſtud debet intelligi, dummodò aliud non obſiſtat, vt eſt in caſu noſtro. Nec † obſtat l. fin. C. eo. tit. quia 105
vt dicit Bart. in d. l. per hanc. fateri poteſt quòd in alia inſtantia poſſunt recipi parte volente. & ita loquitur d. l. fina. Non autem ea contradicente, prout loquitur quæſtio noſtra. Nec obſtat quòd ad alium finem ꝓducuntur in prima inſtantia, & ad alium in inſtātia appellationis, ex eo, quòd in prima ꝓducuntur, vt quis condemnetur vel abſoluatur: ſed in appellatione ꝓducuntur, vt ſententia confirmetur vel infirmetur. facit c. veniens infrà eo. Nam reſpondetur quòd iſtud confirmare vel infirmare in appellatione eſt æquipollens ad condemnare vel abſoluere in principali. no. in d. l. eos. C. de ap. & non refert quid ex æquipollentibus fiat in c. licet ex qua. infrà eo. & in c. petitio ſuprà de procur. Nec obſtat quòd appellatio reſcindat omnia acta non ꝓbatoria vſque ad lit. cont. vt in l. ita demùm. C. de procu. & ſic videtur reſcindi concluſio & publicatio, vt dixi in c. cùm veniſſent. infrà eo. in 5. principali articulo, in ſecundo membro, quia reſpondeo quòd reſcindit quo ad affectus nō conſummatos, quorū ratio & effectus non durat poſt appellationē, ſecus quo ad effectus cōſummatos, quorū ratio durat in appellatione, prout eſt in caſu noſtro, videlicet præſumpta ſcientia teſtificatorū & timor ſubornationis. Facit † quod in ſimili dicimus de affectu lit. cont. 106
quo ad perpetuandam actionem, qui durat etiam perempta inſtantia, vt l. 1. C. de præſ. long. tem. & hoc etiam patet, quia in cauſa principali licet non ſit facta publicatio, tamen ſi pars percunctata eſt, & didicit teſtificata, etiam de Iure Ciuili non admittitur, vt ſuprà dixi in quarto art. principali. Et ſic ex prædictis concluditur quòd in his caſibus, in quibus licitum fuiſſet producere teſtes publicatis atteſtationibus in cauſa principali, licitum erit etiam in cauſa appellationis: vtputa, vel ſi publicatio nō ſit ritè facta, vel pars nō didicit teſtificata ſecundum ea quæ dixi in 4. principali art. Sed circa ꝓdicta inſurgit notabilis dubitatio. † Quid 108
ſi in cauſa principali non fuit facta publicatio, vel ſi fuit facta, probatur quòd pars non fuit percunctata, vel non didicit teſtificata, vtrum poſsit in inſtantia appellationis teſtes producere ſuper eiſdem articulis vel directò cōtrarijs. Pone enim, quòd ſi facta fuit publicatio, fuit facta ab abſente parte. & ſic etiā abſente parte lata ſententia, à qua appellauit, & non eſt percunctatata atteſtationes, vt dixi, vel non fuit facta publicatio. Hanc quæſt. reperio tactam per quendam Doctorē, cuius nomen ignoro. in qua quæſtione, quam dicit de facto contigiſſe, allegat quòd nō poſsit teſtes ꝓducere,

cere, ex eo : quia ex qualitate ſententiæ contra eum
latæ mentaliter pependit quòd teſtes ſui non pro-
bauerunt. vel poſſumus etiam dicere ſi vult con-
trarios teſtes producere, pependit quòd teſtes aduer
ſarij probauerunt. Sed in contrarium idem doctor
allegat iura probantia ac requirentia partem legiſ-
ſe, ac perlegiſſe, & percunctatam eſſe teſtificata. quę
omnia concludunt ad actum naturalem non men-
109 talem. †facit. l. 1. §. ſed ſi legi. ff. de his quæ in te de-
len. vbi licet ex his quæ præcedunt & ſequuntur me
dia poſsint intelligi mentaliter. Si tamen corporali
vſu non poſsint conſpici non dicuntur poſſe legi:
& ad hoc tex. in c. inter dilectos infra de fide inſtru
110 men. †Facit dictum Innoc. in c. P. & G. ſupra de of-
fi. del. vbi dicit quòd ad hoc vt ſententia concluda-
tur nulla exigitur quòd vitium ſit patens. Sed ideo
Doct. decidendo tenet contrarium per text. in §.
quia vero in authen. eo. tit. vbi ex ſola diſputatione
inter partes extrinſecus à viſione corporali atteſta-
tionum, & ſic ex viſione intellectuali, & per conſe-
quens ex ſola intellectuali ſcientia repellitur quis à
productione, dum tamen illa intellectualis ſcientia
ſit talis per quam pars potuerit ipſorum atteſtatio-
nes cognouiſſe, & ex ipſis inſtrui aut edoceri: argu-
men. l. munerum. §. iuxta. ff. de mu. & ho. Vnde cõ-
cludit quòd ipſum vere vel præſumptiue didiciſſe
teſtificata eſt cauſa propter quam excluditur à fa-
cultate teſtium producendorum. quæ concluſio li-
111 cet ſit ſubtilis, tamen mihi non placet. †licet enim iu
dex ita ſententiauerit, tamen ipſius animum nõ ſem
per ad vnam probationis ſpeciem inclinatur, in c.
cauſam infra de re iudica. & in capitulo in noſtra
infra eod. & in l. ob carmen. §. fina. ff. eod. & ex va-
rijs cauſis poteſt informare motum animi ſui, vt in
dictis iuribus. Quare dicerem ꝙ prędicta opin. pro-
cedit vel quando probaretur expreſſe quòd pars di-
diceritatteſtationes, vel quando eſſet facta publica-
tio, & ipſe qui vult producere non probaret ſe igno
raſſe teſtificata, ſed ſi non eſſet facta publicatio, &
aliter non probaretur didiciſſe teſtificata, licet iu-
dex ſententiando contra actorem ſuper principali,
vel contra reum videatur ſentẽtiaſſe, vel quia actor
non probauit, & reus nihil probauit, ſeu non plenè
probauit exceptionem ſuam. tamen quia vt ſupra
dixi iudex ex multis alijs poteſt motum animi ſui
informare, & varijs modis ad credulitatem induci.
Item quia poteſt eſſe quòd ipſe iniuſtè ſententiauit,
vel per dolum, vel per ignorantiam. ideo non pla-
cet prædicta opin. Sed poſſet procedere prædicta
opin. ſolum quando actor ad probandam intẽtio-
nem ſuam non produxiſſet niſi teſtes. Nam tunc
propter ſententiam latam contra reum ſuper prin-
cipali negotio, præſumptio eſt quòd teſtes non pro-
bant. & eodem modo videtur concludendũ in reo.
Sed quamuis in hoc caſu non videatur eſſe tanta du
bitatio poſtquam non ſunt producti niſi teſtes, ta-
men aliæ rationes concludũt ꝙ etiam hoc caſu prę-
dicti doctoris deciſio non procedat. & ſecundum
quòd intellexi hanc opi. non ſeruat Curia. in qua
ſecũdum quod accepi ſeruatur ſtylus quòd teſtes in
cauſa principali non publicantur. qua publicatione
non facta indifferenter admittuntur teſtes in inſtan
tia appellationis. Et hæc opi. plus mihi placet. pro
qua faciunt ea quę dixi ſupra in 4. principali articu-
lo. vbi dixi quòd olim iure digeſtorum. & C. nouæ
productioni non obſtabat etiam cauſæ principali
publicatio aut ſcientia teſtificatorum: cum iure no-
uiſsimo auth. inductum fuerit quòd nouę produ-
ctioni ſuper eiſdem articulis &c. obſtet vera ſcien-
tia teſtificatorum, vel publicatio: vt etiam traditur
in Cle. teſtib. eo. tit. merito propter talem pręſum-
ptionem quę inſurgit ex ſentẽtia iudicis non debe-
mus iura antiqua corrigere, maxime: quia licet ante
appellationem vel poſtquam ſententia tranſiuit in
rem iudicatam præſumatur pro ſententia iudicis. l.
Herennius. §. Caia. ff. de euic. tamen ſecus eſt poſt
appellationem interpoſitam, quæ reſcindit vel ſu-
ſpendit illam præſumptionem, vt ſupra dixi. Et ſic
ex prædictis habes expeditum primum membrum
decimi principalis articuli.

Circa † ſecundum membrum quo quæritur v- 112
trum variata inſtantia de principali cauſa ad nulli-
tatem poſsint produci teſtes ſuper antiquis articu-
lis, vel directo cõtrarijs, dicit pręfatus doctor quòd
ad hoc declarandum oportet pręmittere quòd nul-
litas poteſt ſumi dupliciter. Vno modo propter de-
fectum ordinis iudiciarij non concernentem me-
rita cauſæ. Secundo modo ex defectu concernente
merita cauſę. Primo caſu poteſt figurari exemplum
ſi cauſa eſſet ordinaria & omiſſa ſit libelli oblatio
lit. conteſt. & aliæ ſimiles ſolennitates, & ſuper iſtis
produci poſſunt teſtes : quia iſte eſſet nouus articu-
lus. & idem ſi vellem probare illum qui protulit
ſententiam non fuiſſe iudicem niſi in alia principa-
li cauſa ſuper huiuſmodi articulis eſſent producti
& publicati teſtes. Secundo caſu quando loquimur
circa merita cauſæ aduertendum: quia. cum hoc
multipliciter poſsit contingere dicendum eſt ſecun
dum eum quod ſi iudex ex deductis in cauſa prin-
cipali ſequutus eſt euidentem errorem, non proce-
dit hoc caſu dubium noſtrum. quia ad hanc nulli-
tatem concludendam debet error apparere ex te-
nore & inſpectione ipſius ſententiæ non autem ex
alia extrinſeca probatione. Sed ſi nullitas ſurgeret
ex meritis cauſæ : quia iudex eſt ſequutus dicta fal-
ſorum & corruptorum teſtium, vel tantum falſo-
rum. vbi ſententia eſt lata contra abſentem, & tunc
ſuper articulis directe cõtrarijs ad antiquos admit-
tuntur teſtes: quia non obſtat ſententia vel publica-
tio. per text. in c. licet cauſam, ſupra de proba. de
quo articulo an ſcilicet tunc ſentẽtia reddatur nul-
la, vel ſit neceſſaria reſtitutio, dic vt late dixi in c. 2.
infra, de fal. & hoc dictum eſt clarum in ſe: quia hoc
caſu non obſtaret publicatio, vel ſcientia teſtifica-
torum, etiam in ipſa cauſa principali. vt dicam in
vndecimo articulo principali fal. Si vero oppone-
retur de nullitate ſententiæ ex eo: quia ſententia eſt
talis naturę: quia non tranſit in rem iudicatã. & hoc
caſu dicit aduertendum: quia ſi fit proſecutio per vi
am nullitatis ſecundum practicam quam dat Glo.
in c. ex parte. M. ſupra de teſti. ſpo. licet aliæ plures
ſint etiã practicæ, vt ibi dicitur. & hoc caſu non ob-
ſtat publicatio : quia non obſtat etiam ſententia per
c. ſeries. & c. cum in tua. & c. ex tenore infra. eo. & c.
iurauit ſupra de proba. iuncto c. conſtitutis. el. 3.
infra eo. quorum iurium latius proſequitur materi-
am, & multa circa prædicta dicit confuſe, quæ non
pertinent ad materiã: quare dic de dicta materia vt

dixi in d.c. ſeries. infra eo. Quare omiſsis his quæ
dicit idem doctor arbitror aduertẽdum quòd quę-
ſtio noſtra principaliter poteſt conſiderari duobus
modis. Vno modo: quando variatur inſtantia de
cauſa nullitatis ad cauſam validam. & ſic præſup-
ponitur quòd primum iudicium in quo atteſtatio-
nes ſuerunt receptæ fuit nullum, vnde omiſſo tali
iudicio pars, de nouo agit. Alio modo poteſt conſi
derari: quando finito vno iudicio principaliter in-
tentato pars ſorte contra quã lata eſt ſententia pro-
ſequitur viam nullitatis duntaxat, dicendo proceſ-
ſum vel ſententiam nullam. Primo caſu Domini de
Rota in antiquis deciſionibus Bertrandi deciſione
ſexageſima concludunt, quòd licet teſtes in primo
iudicio fuerint publicati, tamen poſſunt in hoc iu-
dicio iterato produci ſuper eiſdem articulis, vel di-
recto contrarijs: quia cum primum iudicium dica-
tur fuiſſe nullum, ſequitur quòd non præſtat impe-
dimentum: vt in regula, non pręſtat. de reg. iur. lib.
113 6. & in l. ea quidem. C. ſi man. ita ſue. alie. Nec † ob-
ſtant iura dicentia quòd publicatis atteſtationibus
ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs, non
poſſunt teſtes produci propter timorem ſuborna-
tionis: vt d. §. quia vero. & in Clemen. 2. eod. titul.
cum ſi. quia procedunt quando actus eſſet validus:
ſecus autem quando proceſſus eſt nullus. Dicit ta-
men ibi Bertrandus ſe audiuiſſe quod quandoque
Rota cõtrarium tenuit, ex eo: quia qualitercunque
ſit facta publicatio maxime ſi ſit facta ad petitioné
partis: quæ non vult teſtes producere, ſi didicit te-
ſtificata debet excludi.

Sed neutra prædictarum opi. mihi placet. Nam
hæc vltima reprobatur expreſſe ex his quæ dixi ſu-
pra in articulo 4. principali in prima concluſione &
tribus ſeq. Nec etiam placet prima opin. per ea quæ
ſtatim dicam. Vnde diſtinguerem, quòd aut loqui-
mur in nullitate quæ non ſolum reſpicit reliquam
partem proceſſus, licet etiam ipſorum teſtium rece-
ptionem: vt puta: quia opponitur quòd iudex corã
quo ſuit agitatus proceſſus funditus carebat iuriſ-
dictione: vel dicitur proceſſus nullus defectu lit.
conteſt. aut ſimilis alterius ſolennitatis formaliter
requiſitæ: quę non ſolum habet inficere vel annul-
lare acta ordinatoria, ſed etiam probatoria. & hoc
caſu indubitanter dicerem quòd ſuper eiſdem arti-
culis vel directo contrarijs poſſunt teſtes produci.
Moueor per regulam, non pręſtat. de reg. iur. lib. 6.
Item moueor ex his quæ late dixi ſupra in 4. princi-
pali articulo in primis quatuor concluſionibus &
primo correlario. Vnde ſit concluſio quòd quali-
tercunq; teſtium receptio reddatur nulla, vel ꝓpter
omiſſum ordiné in receptione, vel in examinatio-
ne, aut in publicatione, aut propter defectũ cuiuſ-
cunq; alterius ordinis iudiciarij ꝙ hoc caſu publi-
catio & ſcienna teſtificatorum non obſtant volen-
ti producere etiam eoſdem teſtes ſuper antiquis ar-
ticulis vel directe contrarijs. & iſto modo poteſt
procedere prima opi. Bertrandi. Aut nullitas primi
iudicij nõ eſt talis quæ habeat annullare atteſtatio-
nes: vt puta: quia ordo iudiciarius per omnia fuit
ſeruatus vſq; ad ſententiã. ſed in ipſa ſententiæ pro-
latione fuit omiſſus. vnde ſentẽtia redditur nulla ſe
cundum ea: quæ habentur in c. fi. de re iudi. li. 6. vn-
de hoc caſu nullitas ſententiæ non habet inficere
ipſas atteſtationes. & hoc caſu maius eſt dubium.
Deſcendere autem poteſt dubium iudicio meo ex
quadam fall. ſeu caſu ſpeciali, qué ponit hic Io. An-
dr. & communiter ſequuntur Doc. dicentes quòd
perempta inſtantia ſuper eiſdem articulis vel dire-
cto contrarijs, poſſunt teſtes de nouo produci. & ta
men clarũ eſt ꝙ atteſtationes & alia acta probatoria
alias de ſe validæ, & valida, non pereunt perempta
inſtantia, ſecũdum ea quæ late tradit Io. An. & poſt
eum latius dominus meus. & Doc. in c. cauſam quę
ſupra e. per Cy. & Bal. & Doc. in l. properandum.
C. de iudi. & per Bart. in l. cum lite mortua ff. iudi.
ſol. In † contrarium tamen ſortiter obſtat c. con- 114
ſtitutus in præſentia infra eod. vbi in ſimili dicimus
ſecundum vnum intellectum illius tex. in fi. quòd
ſi quis poteſt vti atteſtationibus iam receptis, non
admittitur ad producendũ eoſdem teſtes, licet pro-
ceſſus non ſit publicatus: quia debet eſſe contentus
teſtibus iã receptis. Ita & in ſimili caſu noſtro poſt-
quam clarum eſt quòd atteſtationes receptæ pro-
bant. & facta eſt publicatio: & didicit a ſunt teſtifi-
cata: & eadem eſt cauſa licet eadé inſtantia. & inter
eaſdem perſonas cum ſubſit timor ſubornationis,
non debet pars admitti ad producẽdum teſtes ſuper
eiſdem articulis vel directo contrarijs: ſed debet eſ-
ſe contenta teſtibus iam receptis. † Pro iſta opin. fa- 115
cit optime quod tradit Nico. de Mata. & poſt eum
Bal. in l. fi. C. eo. ti. vbi dicit quòd ſtandum eſt atte-
ſtationibus receptis in vno iudicio, ſi legitime, ſint
publicatæ in alia quacunque inſtãtia, & corã quo-
cunque iudice inter eaſdem perſonas: & ad eundem
effectum: ar. notatorum in l. geſta. C. de re iudic.
Nec obſtat illa. l. fin. C. eod. inquantum videtur re-
quirere conſenſum partium: quia illa loquitur de
atteſtationibus receptis coram arbitro, in quibus
diuerſa eſt ratio ſecundum ea quæ dicam infra in 5.
& vlt. membro principali iſtius articuli. & iſto mo-
do poteſt intelligi & ſaluari ſecunda opi. quam ſu-
pra retuli ſecundum Bertran. Secundo caſu quan-
do finito vno iudicio in alia inſtantia proſequere-
tur quis viam nullitatis dicerem, quòd ſi teſtes in
primo iudicio producti, ſuerunt producti ad eun-
dem finem ad quem nunc producuntur in iudicio
nullitatis. vt puta: quia ſuit oppoſita declinatoria
ob defectum iuriſdictionis. & ad eam probandam
fuerunt producti teſtes qui non probauerunt, vnde
pars quę nunc de nullitate agit fundat ſe ſuper defe-
ctu iuriſdictionis. & ad probandum hoc producit
teſtes ſuper eiſdem articulis: nam hoc caſu nõ arbi-
tror admittẽdos, cum ſit timor ſubornationis. Nec
obſtat ſi diceres ꝙ ſi iudex ille primus funditus ca-
rebat iuriſdictione, corruit proceſſus ex toto, & per
conſequens atteſtationes: quia fateor.

Et ſi diceres quòd per conſequens tanquam nullæ
non pręſtant impedimentum: vt dixi ſupra in prin-
cipio præcedentis caſus. Reſpondeo quòd in caſu
noſtro non procedit argumentum: quia cum tu fue
ris nixus ꝓbare hoc per teſtes in primo iudicio pro-
ductos: & non probaueris: & publicatæ ſint atteſta-
tiones: & ſententia fuerit lata cõtra te, antequam de
hoc conſtet, cum præſumatur pro ſententia & acti-
bus ipſius iudicis: vt. l. Herénius. §. Caia. ff. de euic.
merito nõ poteſt admitti ad probandum per teſtes:
ſed ſi vis probare nullitaté & iuriſdictionis carentiã

opor-

oportet probare per alias ꝓbationes: vt hoc oſten-
ſo concludatur quòd atteſtationes receptæ fuerunt
nullæ. Si vero teſtes non fuerunt producti ad eun-
dem finem ad quem nunc producuntur, non video
quomodo ad concludendam hanc nullitatem poſ-
ſunt examinari ſuper antiquis articulis vel directo
contrarijs: quia aut nullitas allegatur ex defectu o-
miſsionis ſubſtantialis ordinis iudiciarij, & ita pro-
batur ex inſpectione actorũ: quare atteſtationibus
non eſt vtendum. Et ſi forte diceretur quòd ſenten
tia fuit lata ſine ſcriptis, licet in actis reperiatur ſcri-
pta, & immiſſa, & hoc pars vult probare per teſtes,
iſte eſt articulus nouus. & ideo quæſtio noſtra non
procedit. & idem in ſimilibus dicendum eſt.

Si vero diceretur de nullitate reſpectu eorum,
quæ concernunt merita cauſæ. & hoc non poteſt
contingere niſi altero de duobus modis: vel quia
ſententia eſt lata contra ius ſcriptum: & ad hoc pro-
bandũ non eſt neceſſaria poſitio aut articulus. quia
ius ſcriptum eſt probatum non probãdum. & ideo
de eo non debet fieri nec admitti poſitio, & in c. ſo-
pitæ, infra de cenſi. & ibi do. Anto. & in l. ornamen
torũ. & ibi Bart. ff. de au. & ar. le. ad quod vide quæ
latius dixi in c. 1. infra de re iud. Aut nullitas dicitur
inſurgere ex eo: quia iniuſtitia fuit notoria: vt eſt
tex. in c. inter cęteras infra de re iudi. & ibi dixi ſe-
cundum vnum intellectum: & hoc caſu etiam non
eſt neceſſariũ quærere de probationibus per teſtes,
cum debeat ex ipſis actis patere: vt ibi dixi. Alio mo-
do poteſt contingere ſecundum ea quæ dixi ſupra
in prin. ſecundum præfatum doc. Si eſſet talis ſen-
tentia quæ ratione peccati per partes non remiſsibi-
lis non tranſiret in rem iudi. & quia eſſet iniuſta: di-
ceretur nulla ſecundum vnum modum practican-
di. quem quidam dicunt ſeruari poſſe in talibus ſen
tentijs ſecundum ea quæ traduntur in d. c. ex parte.
M. ſupra de teſti. ſpo. & hoc caſu ſi ad probandam
hanc iniuſtitiam per quam intendo ad nullitatem
producere teſtes ſuper eiſdem articulis vel directo
contrarijs poſſem: quia hic eſt caſus ſpecialis in quo
non obſtat publicatio etiam in ipſa cauſa principa-
li. Neq; etiam habet obſtare ſententia, neque lapſus
fatalium ſecundum ea quæ dixi in c. ſeries. infra eo.
& ſubdam pro ſpeciali fallentia in vndecimo arti-
culo principali fa.

Et per hęc habes expeditum hoc ſecundum mem-
bum principale iſtius principalis articuli.

116 Circa tertium principale membrum quando va-
riatur inſtantia de cauſa principali ad reſtitutionem
in integrum eſt aduertendum, quòd quædam eſt
reſtitutio quæ competit iure ſpeciali. vt eſt illa quæ
datur minori vel eccleſiæ. Quædam vero concedi-
tur iure communi ex clauſula generali. ſi qua iuſta
cauſa adeſſe videbitur. l. 1. & l. prętor ait. & per to-
tum. ff. ex qui. ca. mai Quo ad primam ſpeciem dic,
quòd aut petitur reſtitutio quæ cõcludit ſolum ad-
uerſus ſententiam. & non eſt dubium quòd per hoc
non eſt licitum teſtes producere publicatis atteſta-
tionibus &c. tum quia reſtitutio eſt ſtricti iuris: &
ſic non debet extendi ad alium caſum. tum quia cũ
petatur reſtitutio ſolum aduerſus ſententiam, non
concluditur aduerſus omiſſam probationem. vnde
ex ſeparatis non debet fieri illatio, vt in vulgatis.
Aut reſtitutio conceditur aduerſus omiſſam pro-
bationem: & hoc caſu an publicatio vel ſcientia te-
ſtificatorum obſtet nouæ productioni teſtium tan-
git Innocen. in c. auditis ſupra de reſtitu. in integ. &
Bartol. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nunc. & ali-
quid Innocen. in c. penult. infra eodem Guiliel. &
Doct. in Clemen. 2. eodem titul. & Paul. in Cle. fi.
de reſtitutio. in integr. & videtur primo dicendum
quòd minor non reſtituatur: nam talis prohibitio
fit propter dolum pręſumptum ne teſtes ſubornen-
tur: vt ſæpius dictum eſt. † ſed minor aduerſus do- 117
lum vel calumniam præſumptam de futuro nõ re-
ſtituitur. l. auxilium. ff. de mino. ergo &c. Secundo
probatur: quia † per reſcriptum ſeu iuſsionem prin- 118
cipis non poſsint amplius teſtes produci publicatis
atteſtationibus, vel didicitis teſtificatis vt in authen.
eodem titulo. §. illud ibi. Nec ſi diuina iuſsio præ-
ceſſerit. & ad idem tex. in authenti. atqui ſemel. C.
c. ergo multominus poteſt reſtitui per edictũ præ-
toris de minoribus: qui prætor inferior eſt princi-
pe. & hanc opinionem tenuit Dyo. in dicta. l. 1. §.
nunciatio. Sed Barto. ibi tenet contrarium & Inno-
cen. in d. c. auditis & Doct. ibi. & Bal. poſt glo. in l.
minor. 25. annis omiſſam. ff. de mino. & Guiliel. de
Cuneo in l. ſi quis ex argentarijs. §. fina. ff. de eden-
do. & dicit Innoc. in dicto c. auditis. quòd ſi in ter-
mino peremptorio nulli teſtes fuerunt producti, ꝙ
clarum eſt ꝙ poterit reſtitui. Sed ſi ꝓducti ſunt ali-
qui qui non probant. & velit minor alios produce-
re, cõcludit Inno. ꝙ debebit reſtitui adhibita tamẽ
diligenti cognitione & examinatione quòd fuerint
læſi ex facilitate minoris ætatis, vel negligentia tu-
toris vel curatoris. Nec obſtat reſpectu pupilli
quòd ſi timor de dolo ſeu ſubornatione tutoris:
quia veriſimiliter hic timor debet ceſſare, cum tu-
tor non tractet de proprio commo. l. videamus. §.
fi. ff. de in lit. iuran. & in l. edicto in fi. ff. de iure fi.
Item † quia dolus tutoris non debet nocere pupillo: 119
vt in l. apud Celſum. §. illa. ff. de doli excep. & per
totum titulum. ff. quando ex facto tuto. & ita dicit
Guil. in d. l. ſi quis ex argentarijs. Nec obſtat quòd
minor non videatur circumſcriptus: quia hoc con-
tigiſſet etiam diligentiſsimo patriſamilias. vnde nõ
debet reſtitui: vt in l. fi. C. de reſti. in integ. & l. verũ.
§. ſi locupleti. ff. de mino. quia reſpondeo ꝙ imo
hoc nõ cõtigiſſet diligentiſsimo patriſamilias: quia
talis veriſimiliter fuiſſet ſollicitus in ꝓducendo te-
ſtes: quod ſcientiã & cognititionẽ habuiſſent, & pro
bare potuiſſent. Itẽ iſta pręſumptio ꝙ non pręſuma
tur læſus tollitur ex veritate habita in contrarium,
propter diligentem examinationẽ & cognitionem:
quę eſt adhibenda antequam reſtituatur: vnde cum
appareat oppoſitum, ſuccumbit pręſumptio verita-
ti in c. cum inter ſupra de elec. & † quia in incertis nõ 120
certis locus eſt coniecturis. l. continuus. §. cum ita.
ff. de verb. oblig. cum ſi. & hoc idem tenet Spe in ti.
de reſti. in inte. §. fi. ver. quid ſi in cauſa. & eſt tex. ſe-
cundum vnum intellectum in d. l. minor. vbi pro-
batur ꝙ licet aduerſus dolum verum minor nõ re-
ſtituatur, tamen reſtituatur aduerſus dolum præ-
ſumptum. ſi læſio euidenter apparet. † & probatur 121
etiam notabiliter in l. 1. §. accuſationem coniuncta.
l. qui deſtitit. ff. ad Turpil. vbi etiã probatur quòd
aduerſus dolum præſumptum in futurum minor
reſtituitur adhibita diligenti cognitione. Nam licet

deſiſtens ab accuſatione nō poſsit accuſare propter præſumptam calumniam, tamen ſi eſt minor poteſt reſtitui, vt accuſet ſi conſtet quòd damnū patiatur. Nec obſtat quod dictū fuit de iuſsione, vel reſcripto principis: quia reſpódeo quod non eſt bona cōſequentia. non debet per reſcriptū admitti. ergo nec
122 per edictū prętoris † quia minor & ecclelesia reſtituuntur aduerſus contractū, ſententiam, venditionē, tranſactionē, & ſimiles actus: vt C. ſi aduerſus contractum. & in titulis ſeq. & tamen cōtra prędicta per reſcriptum principis nō poteſt quis cōtrauenire: vt l. fi. C. ſententiam re. non po. & in l. cauſas vel lites. C. de tranſac. Et ſi tu diceres, imo contra prędicta poteſt quis venire per reſcriptū principis: vt l. quoties. C. de preci. Impe. offe. & in l. ratas. C. de rei vendi. reſponde quod illud procedit quando reſcriptum emanauit ex certa ſcientia, & cum clauſula nō obſtante: vt in c. ex parte ſupra de offi. delega. & in l. 2. §. ſi quid à principe. ff. ne quid in loco publico. & in auth. de teſta. imperfectis. Et hoc etiam poteſt contingere in caſu noſtro ſi princeps diceret, concedimus tibi, vt licet ſint publicatæ atteſtationes, & didicita teſtificata, poſsis producere teſtes non obſtante diſpoſitione de teſtibus in contrarium diſponente. Facit l. 1. ff. de conſtitu. princip. In eccleſia e-
123 tiam dicendū eſt quod debet reſtitui. tum † quia negligentia prælati non debet nocere eccleſię, nec dolus præſumptus regula, delictum. de regu. iur. libr. 6. Item: quia non eſt præſumendum perſonas eccleſiaſticas calumniare velle: argumen. notatorum in c. in noſtra. ſupra de procur. & in c. 2. infra de ope.
124 no. nunt. Sed † quæro iuxta prædicta de muliere & ruſtico an admittātur poſt didicita teſtificata. Bar. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de no. oper. nun. concludit quòd non per l. fi. C. de iu. et. fac. igno. & quia ſpeciale eſt in cauſa matrimoniali, vt infra dicam in vndecimo articulo fal. 39. & tamen verſatur cauſa
125 ipſius mulieris in matrimonio. Item: † quia in his quæ ſunt inducta ad rigorem iuris conſeruandum, prout eſt caſus noſter, non ſuccurritur ruſticis vel mulieribus. & hanc opinion. ſequuntur communi-
126 ter Doct. Secundo † caſu principali cum loquimur de reſtitutione quæ conceditur etiam maioribus ex legitima cauſa. Innocen. in c. penultim. infra eod. tenet quòd ex iuſta & legitima cauſa admittantur, non obſtante publicatione aut ſcientia teſtificatorum. Et poteſt configurari exemplum ſecundum eum, ſi aliqui teſtes qui ſciebant veritatem erant tempore depoſitionum captiuati. & idem ſentit Specu. in titu. de reſti. in integ. §. ſi. verſi. quid ſi in cauſa. & Innocen. in c. ſe. quod procedit maxime præſtito iuramento à petente hanc examinationem, quòd talem examinationem non petit per aliquam calumniam aut dolum: argumen. d. §. quia vero. & d. c. pe. infra eo. & hoc procedit ſi peteretur reſtitutio à maiore ex iuſta cauſa propter omiſſam probationem. Sed ſi peteretur propter omiſſam probationem, & ſi peteretur propter iniquitatem ſententiæ ex eo quòd diceretur ſententia lata per falſos teſtes. dic ꝙ licet producere teſtes ſecundum tamen limitationem & declarationem. de qua late per Doct. in c. licet cauſam. ſupra de prob. & in l. diuus. ff. de re iudica. & quæ latius dixi. in c. 2. infra de falſis.

Sed † circa prædicta quæro, vtrum reſtituto minore, vel eccleſia, vel etiā maiore ex cauſa legitima, intelligatur etiam reſtituta pars aduerſa vt poſsit producere teſtes, licet didicerint teſtificata? & videtur quòd ſic, per ea quę habentur in c. 1. ſupra de reſtit. in integ. & in l. 1. & 2. C. ſi aduer. tranſ. in quib. probatur quòd conceſſa reſtitutione minori reintegrantur etiam omnia iura parti aduerſę. So. Bart. in d. §. nuntiatio, quem ſequuntur Doct. in d. c. auditis. & d. Cle. 2. e. ti. diſtinguit quòd aut omiſsio probationis minoris fuit cauſa quare pars aduerſa non priuilegiata omiſit producere etiam teſtes fortè ex eo: quia minor producebat paucos teſtes, iudex refrenauit numerum partis aduerſæ: vel etiam: quia maior videbat minorem deficere in ſua probatione non curauit producere exceptionem directè contrariam quæ ſibi competebat, & teſtes ad probandum. & tunc audietur volens producere de nouo per ea quæ not. in dictis iuribus. & ſenſit Gloſſ. fin. in d. c. auditis. Si vero minor hanc cauſam non præſtitit licet poſteà reſtituatur, ex hac reſtitutione maior non audietur per l. etiā. §. ex cauſa. ff. de minori. Ex quibus infero quòd ſi maior ante publicationē didiciſſet teſtificata adeo ꝙ mereretur excludi, ſecundum ea quæ dicta fuerunt ſupra in principio articuli. licet poſt publicationem minor vel eccleſia reſtitueretur. non tamē intelligeretur reſtituta pars aduerſa. Nec † obſtat l. penul. C. de tempo. in integ. 127
reſtitutio. vbi ſi datur dilatio vni parti, intelligitur data etiam alteri, licet illam petere non potuiſſet: quia reſpondeo quòd hic non datur noua dilatio, ſed auditur perinde ac ſi eſſet inter primam dilationem ante publicationem. 128

Nec obſtat l. fi. C. de fructibus & lit. expen. & l. dies Sabati. C. de iudæ. quia non poteſt aliquid imputari aduerſario. hic ſec. Et ad prædicta vide Spe. in tit. de dilatio. §. videndum verſic. in ſumma.

Sed quęro de nota. q. † Quid ſi maior vnà cum minore habebat cauſam communem contra alium, vtrum reſtituto minore poſt publicatas atteſtationes, ad probandum, iterum beneficium ſuum proſit maiori? & videtur dicendum quòd non. per l. denique. §. ſed verū. ff. de min. vbi tex. dicit quòd prætoris intentio eſt ſubuenire minoribus, & non maiorib. Bal. ibi diſtinguit quòd aut negocium ipſorum non erat connexū, & non reſtituitur. Aut connexum, & tunc prodit. allegat. l. 1. C. de diuer. reſcrip. & l. 1. C. ſi vnus ex pluribus appel. & l. ſi communem. ff. quemadmod. ſerui. amit. ſecundū Fran. Accu. & Cy. in additionibus. 129

Item † quæro iuxta prædicta quę ſit practica probandæ læſionis, quæ eſt neceſſaria: vt dictum eſt, ad hoc vt concedatur reſtitutio. Solu. Specula. in titu. de reſtituto. in integrum §. 1. verſic. quid ſi in cauſa. dicit quòd ꝓbabitur iſto modo, videlicet: quòd iſti noui teſtes producantur, & dicant in dicto ſuo quòd ſi fuiſſent producti ante publicationem teſtium hoc idem dixiſſent. & tunc iudex examinatis eorum dictis cognoſcetan fuerit expediens minori, eccleſiæ vel maiori eos produxiſſe, quòd ſi viderit expediſſe reſtituet ad producendum. Et ſi diceres. Nonne ſemel teſtificati ſunt in hac cauſa ad probandam læſionem: ergo non debent amplius reperti. 4. q. 3. §. item in criminali. reſpondeo quòd in 130

hac cauſa teſtificando non dicūtur teſtificari in ea-
dem cauſa quæ præcedens cauſa fuit reſtitutionis, &
incidens, hæc vero principalis.

Secunda practica eſt ſecundum Vbertum de Bo-
bio, quòd electio detur parti contra quam produ-
cuntur. vel quòd approbet dicta iſtorū prout fue-
runt recepti in cauſa reſtitutionis: vel quòd iterum
iurent & deponant: argu. c. præſentata. infra eodem
& l. final. C. eodem titulo. Vel tertio poteſt dici
quòd probatur læſio eo ipſo quòd producuntur
noui teſtes qui à principio non fuerunt producti.
facit l. & ſi ſine. §. item. ff. de minori. Quod mihi
placet. maximè ſi iſti qui nunc producuntur ſunt
digniores nec eſt præſumptio quòd petatur reſtitu-
tio calumniæ cauſa.

131 Circa quartum † membrum principale quid iuris
variata inſtantia de vna cauſa ad aliam, ſeu de vna
inſtantia ad aliam inſtantiam, poteſt tradi regula
quòd vbicunque ſic variatur inſtantia quòd exce-
ptio rei iudicatæ in prima non obſtat in hac cauſa
quæ nunc intentatur, vel quia varietur modus agen
di vel varientur perſonæ aut res. non obſtat publi-
catio atteſtationum vel ſcientia teſtificatorum, niſi
fortè partes approbauerint atteſtationes iam rece-
ptas in alia inſtantia: vt probatur in c. veniens & c.
præſentata. infra eodem. & ſentit Bartol. in l. per
hanc. circa finem. C. de tempo. appellatio. per l. fi-
na. C. eodem titul. Et idem ſi variatur inſtantia de
ſemiplena vel ſummaria cognitione ad plenam. vt
d. c. veniens. & c. præſentata. & c. cum in tua. infra
eodem. Secus vbi exceptio rei iudicatæ haberet ob-
ſtare, vt dictis iuribus. Et ad prædicta faciunt opti-
mè nota. per Bartol. in extrauagan. ad reprimen-
dum in ver. ſummariè. verſi. quędam ſunt emergen
tes. & l. qui Romæ. §. duo fratres: ff. de verbo obli-
gatio. in 5. oppo. & per Docto. in ca. 1. de lit. conte-
ſta. lib. 6. de quibus latius dixi in c. 1. de lit. cōteſta.
in ſeptimo principali articulo quæſtio. 7. vbi om-
nino videas.

Et ad prædicta vide quæ dixi in c. fina. ſupra de
ordi. cog. articulo. 32. quęſtio. 10. in ſecundo mem-
bro principali vbi collegi ex dictis Barto. in extra-
uagan. ad reprimendum ſuper ver. ſummariè, pro-
pe fi. verſi. quædam ſunt emergentes, quæ habent ſe
&c. vbi vult Bart. quòd illud quod probatū eſt an-
te lit. conteſta. non dicitur probatum in eadem in-
ſtantia quæ ſequitur demum lit. conteſtata. Et ideo
teſtes producti ante litem conteſtatam poſſunt ite-
rum produci ſuper eiſdem articulis, vel directo cō-
trarijs poſt lit. cōteſ. quod ſequitur Dominus Fran-
ciſ. de Albe. de Aretio.

132 Circa † quintum & vltimum membrum princi-
pale quando variatur inſtantia de indice ad arbitri-
um diſtingue quòd, Aut variatur de iudice ad arbi-
trum, vel arbitratorem. Aut econtra. Primo caſu
Bal. & Doct. in l. fin. C. eo. concludunt quòd tales
teſtes recepti in vero iudicio fidem faciant coram ar
bitro. Nam ſi fidem faciunt coram ſuperiori iudice,
fortius & coram inferiori, & corā arbitro. Ex quo
videtur inferendum quòd publicatis atteſtationi-
bus, aut didicitis teſtificatis coram iudice ſuper eiſ-
dem articulis, vel directo contrarijs, non debeant
teſtes admitti.

Ego arbitror quòd iſtud ſit expeditum quòd fi-
dem faciant inter eaſdem perſonas coram arbitro.
Sed an obſtet publicatio diſtinguerem. Quòd aut
quis vult producere nunc teſtes coram arbitro ſu-
per eiſdem articulis &c. nō admittantur regulariter,
ſicut nec admitterentur coram alio iudice in eadem
cauſa, & inter eaſdem perſonas: quia arbitria ſunt
redacta ad inſtar iudiciorum: vt: l. 1. ff. de arbi. Aut
quis vult producere coram arbitratore, Aut alijs a-
micabilibus compoſitoribus. & dicerē quòd ipſi ar
bitratores & ſimiles vigore compromiſſi & poteſta
tis eis conceſſæ. poſſent examinare teſtes ſuper eiſ-
dem articulis, vel directo cōtrarijs: arg. eorum quæ
dicuntur de poteſtate arbitratorum in c. Quinta
vallis infra de iure iur. & per Bartol. in §. arbitro-
rum. ff. pro ſoc. Secundo caſu: quando econtrà va-
riatur inſtantia ſeu cognitio de arbitro vel arbitra-
tore ad iudicem ſubdiſtingue quòd aut variatur de
arbitro ad iudicem: & concludendū vt decidit tex.
in l. fi. C. e. iuncto c. præſentata. infra eod. videlicet
quòd aut teſtes ſunt mortui, & fidem faciunt in iu-
dicio eorum depoſitiones, & per conſequens vide-
tur obſtare publicatio. aut viuunt, & eſt in electione
illius contra quem teſtes ſunt producti an tales atte-
ſtationes publicatas coram arbitro velit nunc reci-
pere coram iudice, an vero quòd de nouo produ-
cantur. quæ omnia declara & limita vt latius dicam
in d. c. præſentata. vbi principaliter conuenit. Si ve-
ro ſunt recepti coram arbitratore concluſio eſt ſe-
cundum Nico. Mata. & Bald. in d. l. fin. quòd cum
tales atteſtationes non ſint receptę publica authori-
tate, nec ad eius ſimilitudinem non faciunt fidem
iudici etiam ſi teſtes ſint mortui. Et ideo indifferen-
ter non obſtante publicatione poſſunt teſtes de no-
uo recipi coram iudice. quod tamen limitat Bal. in
l. fi. niſi ex pacto aliud partes conueniſſent. de quo
dicam in d. ca. pręſentata. & ex his habes expeditum
decimum principalem articulum.

Vndecimo principali articulo iuxta pręmiſſum
ordinem in principio † recitandi ſunt caſus ſpeciales 133
in quibus fallit dicta regula. quòd publicatis atte-
ſtationibus non poſſunt recipi teſtes &c. vnde refe-
rendi ſunt caſus in quibus non obſtante publicatio-
ne ant ſcientia teſtificatorum poſſunt teſtes produ-
ci ſuper eiſdem articulis vel directo contrarijs. Et
Io. An. recitat, 3. Pe. de Anch. & dominus meus ad-
dunt quatuor. Aliquos recitat Barto. in auth. atqui
ſemel C. de proba. Specul. eod. titul. recitat. 21. Ego
vt arbitror referam quinquaginta quatuor ſub com
pendio tamen & maximè eos qui ex ſuperioribus
iam examinatis colliguntur.

Primus † caſus quando teſtes ſunt rite recepti: e- 134
tiam publicatio ſit rite facta. de quo latius ſupra in
4. principali articulo in prima concluſione.

Secundus † caſus huic proximus & infertur ex 135
præcedenti, eſt quando iudex omiſit interrogare
vel non interrogauit ſecundum interrogatoriū da-
tum à partibus: vt probatur in c. per tuas. infra. eo.
de quo ibi dicam. Vide d. Dyn. conſi. 28. quod inci-
pit. Viſa denunt. Bald. in c. 1. §. enim domino. quid
ſit inueſtitura. & Bal. poſt antiquos in l. veluti. ff. de
edendo. & nota. Spec in tit. de teſte. §. nunc. viden-
dum. verſi. vlt. & Barto. in auth. atqui ſemel. C. de
proba. & Paul. de Caſt. in conſi. 367.

Tertius. † Si teſtes non ſunt ritè publicati, licet 136

 ſint

ſint ritè recepti. dummodo pars non didicerit teſtificata. de quo latius in 4. articulo principali in ſecunda concluſione.

137 Quartus. †Si publicatio nō rite ſacta haberet inficere teſtium receptionem, licet pars didicerit teſtificata. de quo in dicto 4. articulo in correlario quod inſertur ex tertia concluſione.

138 Quintus. †Secundum aliquos, quando publicatio non eſt rite facta, licet receptio ſit rite ſacta, & pars didicerit teſtificata. ſed alij contra. de quo in dicto quarto articulo in quarta concluſione.

139 Sextus. † Si ſit ſacta publicatio antequam omnes teſtes ſint recepti, licet pars didicerit teſtificata: nam teſtes iam producti poſſunt examinari non obſtante publicatione aut ſcientia teſtificatorum. ſed an alij teſtes non producti poſſunt produci & examinari. & latius de his videtur 4. articul. quarta & quinta concluſionibus.

140 Septimus. † Si certum eſt quòd pars non didicit teſtificata, licet receptio & publicatio ſint rite factæ & hoc procedit de iure ciuili, licet communis concluſio ſit in contrarium. & idem de iure canonico ſecundum opinionem quam tenui poſt dominum Anto. licet alij contra. de quibus latius in dicto. 4. articulo in 8. & 9. concluſionibus.

141 Octauus. †Subſiſtente dubitatione an publicatis atteſtationibus pars didicerit teſtificata: & pars probat aliquid, licet non plene. quod inducit iudicem ad præſumendū quòd non didicerit teſtificata, & iurat ſe non didiciſſe. Nā admittitur de iure ciuili non obſtante publicatione ex quadam æquitate. quod dixi procedere etiam de iure canonico. de quo latius in dicto 4. articulo in decima concluſione.

142 Nonus. † Si produco teſtes de nouo. & articulos pariter qui includebantur ſub antiquis de neceſsitate facti nō tamen de neceſsitate probationis. de quo dic vt latius dixi ſupra in 7. articulo principali in ſecundo caſu. & declara, & limita vt ibi.

143 Decimus. † Si produco teſtes ſuper articulis qui poterant comprehendi ſub antiquis, non tamen de neceſsitate. nam admittendi ſunt. de quo latius in loco præallegato.

144 Vndecimus. † Quando teſtes depoſuerunt extra articulos, licet depoſuerint ſuper his quæ ad cauſam faciebant: nam hoc caſu non obſtante publicatione aut ſcientia teſtificatorum poſſunt teſtes produci ſuper his, ſuper quibus iam illi priores depoſuerūt. de quo in 7. articulo in q. finali.

145 Duodecimus. † Quando producunt teſtes ſuper articulis directo contrarijs allegando corruptionē & falſitatem priorum teſtium, vt dixi in 8. principali articulo in prima limitatione.

146 Tertiusdecimus. † Quando producerentur ad confirmandum quod prius probatū erat: & ad probandum directe contrarium eorum quæ depoſuerunt teſtes reprobatorij: & ſic ad reprobandum teſtes reprobatorios, de quo in dicto octauo articulo in ſecunda limitatione.

147 Quartuſdecimus. †Quando producūtur ad probandum directe contrarium: & nihil ſit quod poſſit parti imputari quare prius nō produxerit ad probandum contrarium. de quo in dicto octauo articulo in tertia limitatione. Facit etiam quod dicam infra in 20. caſu.

148 Quintuſdecimus. † Quando producerentur ad probandum indirectè contrarium. de quo ſupra in nono principali articulo.

149 Decimuſſextus. † Quando variata eſſet inſtantia de cauſa principali ad cauſam appellationis. & hoc de iure ciuili ſecundum aliquos, quod tamen ego reprobaui. de quo dic, vt dixi in decimo articulo principali in primo membro. & declara vt ibi.

150 Decimuſſeptimus. † Quando variatur inſtantia de iudicio nullo ad iudicium validum principaliter intentatum, & ad affectum principalis intentionis non vt pronuncietur primum iudicium nullum ſecundum Dominos de Rota. nam hoc caſu licet ſint publicatæ atteſtationes, & didicit a teſtificata iudicij nulli: poſſunt tamen teſtes produci ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs in iudicio valido nouiter intentato. limitando tamen vt dixi in dicto decimo principali articulo in ſecundo membro.

151 Decimuſoctauns. † Ratione priuilegij perſonæ: vt quia minor, reſpublica, & eccleſia: quando reſtituitur aduerſus probationem omiſſam. de quo dixi in dicto decimo articulo in tertio membro principali.

152 Decimuſnonus. † Qui huic eſt proximus in maiore qui admittitur non obſtante publicatione, &c. propter reſtitutionem conceſſam minori aduerſus omiſſam probationem. de quo in dicto tertio membro.

153 Vigeſimus. † Qui etiam in præcedentibus ſimilis, in maiore. qui ſimiliter reſtitueretur ex clauſula generali iuſtæ cauſæ aduerſus probationem omiſſam. de quo in dicto tertio membro. & vide vltra ibi dicta Io. de Imo. in c. in cauſis. ſupra eodem. qui ponit exemplum quando quis vellet producere teſtes quos ignorabat ſe poſſe producere. quod etiam ſentit Bar. in d. auth. atqui ſemel.

154 Vigeſimuſprimus. † Si peteretur reſtitutio ex eo quòd diceretur ſententia lata per falſos teſtes, in caſu in quo locus eſt reſtitutioni. ad quod vide remiſſiones quas dedi in dicto tertio mēbro decimi principalis articuli.

155 Vigeſimuſſecundus. † Quando princeps per reſcriptum ſuum concederet, vt etiam publicatis atteſtationibus, vel didicitis teſtificatis admitteretur cū clauſula non obſtante. de quo in d. tertio membro 10. articuli. & idem arbitror ſi emanaret ſecunda iuſſio pernotata. in authen. de mandatis principum. §. deinde. colla. 3.

156 Vigeſimuſtertius. † Quando variatur inſtantia, vel cauſa adeo quòd exceptio rei iudicatæ in prima cauſa non obſtat in iſta, de puo latius in dicto decimo articulo in quarto membro principali.

157 Vigeſimuſquartus. †Si primæ atteſtationes fuerunt receptæ, & publicatio facta in iudicio ſummario. de quo in dicto quarto membro.

158 Vigeſimuſquintus. † Si primæ atteſtationes ſunt receptæ coram iudice: & nunc controuerſia deducta eſt ad arbitratorem: de quo in dicto decimo articulo in quinto membro remiſi ad c. præſentata.

159 Vigeſimuſſextus. † Si priores atteſtationes fuerunt receptæ coram arbitro. & teſtes non ſunt

mortui

mortui. & pars aduerſa non vult illas recipere. de quo in dicto quinto membro remiſi ad dictum c. præſentata. infra eo.

160 Vigeſimusſeptimus. † Atteſtationes fuerunt receptæ coram arbitratore. de quo ſimiliter remiſi ad c. præſentata. vbi etiam dicam quid de atteſtationibus receptis coram amicabilibus compoſitoribus. Nam teſtes tunc etiam ſuper eiſdem capitulis poſſunt poſtea in cauſa appellationis, vel recurſus examinari: vt l. fin. C. de teſti. & ibi Iaco. Bu. Barto. & Doc. no. Bart. expreſsè, & Doc. in l. per hanc. C. de tempo. appel.

161 Vigeſimusoctauus. † Si atteſtationes fuerunt receptæ in inſtantia quæ perijt. nam perempta inſtantia propter ineptam petitionem, vel per lapſum triennij de iure ciuili: vt in c. examinata. ſupra de iud. & in l. properandum. §. 1. & §. cum auth. C. de iudi. poſſunt nõ obſtante publicatione teſtes produci ſecundum Io. Andr. hic dominum Anto. & dominũ meum. & Doct. communiter. Quæ fallentia mihi placet. vbi alias atteſtationes fuiſſent inualidæ. vt puta: quia ipſa ineptitudo libelli haberet inficere, & annullare atteſtationes: ſecus in eo quod volunt Doc. de peremptione inſtantiæ propter lapſum triennij: quia licet pereat inſtantia, non pereunt acta probatoria ſecundum ea quæ tradit dominus meus in c. cauſam. ſupra eo. ad quod vide quæ dixi in decimo articulo principali in fi. ſecundi principalis membri. vbi vide alias remiſsiones.

162 Vigeſimusnonus. † In cauſa matrimoniali: vt in ca. ſeries. infra eo. ad quod vide quæ ibi dixi poſt Doctores.

163 Trigeſimus. † Quando procedit de voluntate ambarum partium: nam cum hæc prohibitio fuerit inducta in fauorem earum, poſſunt ipſæ renunciare: arg. c. ad apoſtolicam. infra de regula. & eorum quæ latius dixi in capitul. ſi diligenti ſupra de foro compe.

164 Trigeſimusprimus. † Quando eſſet cauſa in qua non obſtaret exceptio rei iudicatæ: quia tunc etiam non obſtaret publicatio: vt in cap. inter dilectos. infra de fide inſtrumen. & in l. cum quæritur. ff. de excep. rei iud.

165 Trigeſimusſecundus. † Quando atteſtationes non reperiuntur: quia paria ſunt non eſſe, vel non apparere: vt eſt tex. expreſſus in c. fin. ſupra de proba. facit l. fi. C. de fi. inſtru. & l. publicati. C. de teſta. tenet Bar. in d. auth. atqui ſemel. & Spec. in d. §. ſatis vtiliter. ver. pe. & Bal. in l. veluti. ff. de eden.

166 Trigeſimustertius. † Quando iudex vellet procedere ex officio ſuo: vt in cap. cum clamor. infra eo. & ibi dicam. vbi aſsignabo rationem ad quod vide Federi. conſi. 255. & Ioan. And. in cap. vt officium. de hæreti. libr. 6. & Archi. eodem titu. lib. in ca. per hoc. Et aduerte: quia ſicut ad innocentiam accuſati poſſunt produci teſtes hoc caſu non obſtante publicatione. l. 1. §. fin. & in l. vnius. §. cognitorum. ff. de quæſtioni. ita & ad offenſam ne ius reipublicæ lædatur per l. 1. C. de abolit. & ita declarat Bart. de Salyceto in repetitione l. ea quidem. C. de accu. col. 44. do. Hono. de Peruſio conſi. 28. quòd incipit. Viſa denun.

167 Trigeſimusquartus. † Si repetuntur ad declarationem eorum quod obſcurè depoſuerunt. de quo tamen dic vt per glo. & Bart. in auth. eo. tit. §. quia vero. Gloſſ. magna in authen. eo. tit. §. illud. facit. ff. de quæſtio. l. repeti. & tradit Federi. dicto conſi. 255. & quod etiam tradit. 4. q. 3. §. 1. tangit Innoc. & ibi dicam in c. cum clamor. ad fin. infra e. dominus Dyn. conſil. 28. quod incipit Viſa. vbi etiam idem tenet ſi declaratio eſt ambigua, quòd poteſt cogi ad declarandum. Domini de Rota in antiquis deciſionibus dicunt, quòd ad declarationem ambiguitatis non examinantur ipſi, vel alij teſtes ad inſtantiam partis, ſed ſolum ex officio iudi. per dictum cap. cum clamor. vide quod dixi ſupra eodem titulo. §. 30. verſicu. 4. Angel. & Ioan. de Imol. in l. inter ſtipu. §. ſi Stichum. ff. de verborum obligatio. poſt Barto. & firmauit gl. in c. in præſentia. de probatio. & domi. Ant. ibi in ver. oppono quòd verbum ambiguum. volentes quòd iudex ad partis petitionem non poteſt repetere teſtem, vt declaret dictum ſuum. licet ex officio poſsit in quacunq; parte interrogare. l. vbicunque. ff. de interroga. actio. de teſti. c. cum clamor. ſed ad petitionem partis nõ: vt dixit glo. d. c. cum clamor. & c. per tuas. & c. cum cauſam. & c. præſentata. eo. tit. & in c. cum Ioannes. de fide inſtru.

Trigeſimusquintus. † Si producuntur ſuper ar- 168
ticulo directè contrario quando articulus fuit confuſè formatus: vt per gl. in c. iurabit ſupra de proba. Innoc. in ca. ex tenore. infra eo. & per do. Dominicum. 3. q. 3. in c. teſtes. ver. item ſi quis. & vide quod dixi ſupra in octauo principali articulo.

Trigeſimusſextus. † Quando teſtes prius rece- 169
pti ad perpetuam rei memoriam, vt in ca. ſignificauit. & in c. Albericus. infra eodem. ſed hic caſus ſatis videtur comprehendi ſub 31. Nam cum nunc recipiantur ad alium finem non obſtat exceptio rei iudicatæ. tenet Specu. in dicto. §. ſatis vtiliter. verſi. decimusoctauus. & hoc idem tenet Nico. Mat. in authen. ſi quis ab aliquo. C. eo. licet Bald. ibi teneat contrarium. dicam fortè in dicto ca. Albericus. tenet Dominus Anto. hic. & habet locum tam in reo quam in actore, vt ſeruetur æqualitas. ar. text. in l. petendæ. C. de tempo. in integ. reſti. & l. 1. C. de reſti. quæ fi. in iud.

Trigeſimusſeptimus. † Quando produceretur 170
ſuper notorio vt in c. dudum ſupra de elec.

Trigeſimusoctauus. † Quando vellem probare 171
contrarium per euidentiam facti cõiunctis atteſtationibus ad talem factum. verbi gratia. Titius dixit Sempronium gladio interfectum, & nulla apparet percuſsio. vnde volo facere exhumari cadauer, & oſtendi medicis: vt ſuper hoc perhibeant teſtimonium. certè poſſum: quia non timetur aliqua ſubornatio. ita dicit Bal. in l. ſi quis teſtibus. C. eo. in fi. q. & ita dicit contigiſſe de facto. ad quod vide etiam Spec. in tit. de proba. §. videndum. ver. hoc quoq;.

Trigeſimusnonus. † Si eſſet tale quid quod va- 172
riaretur ex tempore. verbi gratia. Fecit Titius articulum quòd magiſter Socinus Bencius medicus ꝓmiſit liberare Sempronium de podagra, & eum liberauit: quare procuratorio nomine petebat mercedem promiſſam medico. Sempronius negabat ſe liberatum ex eo: quia dubitabat de recidiua, vnde factus fuit art. quòd liberatus erat. & ſic teſtes depoſuerunt. vnde poſt publicationem apparent

in me fractiones in iuncturis: quare Sempronius de
nouo vult producere teſtes ad probandum quòd
non erat liberatus, certè arbitror quòd poſsit: quia
videtur ceſſare timor ſubornationis. ſacit quod di-
xi in præcedenti caſu, & quod dicam in ſequenti.

173 Quadrageſimus. † Si plures teſtes non redargue-
rentur de mendacio per ſecundas contrarias atteſta-
tiones. verbi gratia. In caſu præcedenti ſi vellet Sem
pronius producere peritiores medicos & magnæ
dignitatis in teſtes: nam cum primi depoſuerint de
pertinentibus ad conſcientiam, & de conſiſtentibus
in ingenio, intellectu, & peritia, & iſti ſecundi ſimi-
liter deponant de prædictis: primi non redarguun-
tur de mendacio. Facit quod dicimus de iuramento
affectionis. quod poteſt ſequi ſententia. & ita ſe-
mel conſului in quadã cauſa domini Ioannis Theu-
tonici Decretorum Doctoris. & idem videntur vel-
le Doct. in cap. propoſuiſti. ſupra de proba. in il-
la quæſtione. An ſententia lata ad dictum perito-
rum veniat retractanda. ſi producúntur poſtmo-
dum peritiores affirmantes contrarium. & tenent
quod ſic. licet Domi. meus ibi teneat contrarium.
de quo dic vt ibi. Et ex prædictis infertur, quod
idem eſt ſi primi fuerunt examinati de veritate. &
iſti nunc examinantur de credulitate. no. domi.
Anto. in c. at ſi clerici. de iudic. ſuper gloſſ. 1. col. 5.
vbi omnino vide.

174 Quadrageſimusprimus. † Quando cum teſtibus
produceretur inſtrumentum publicum in c. ſeries.
& ibi Do. Anto. inſra eodem de quo dic vt ibi dixi.

175 Quadrageſimusſecundus. † Quando teſtes con-
cordant cum teſtibus quos produxi ante publica-
tionem. de quo etiam traditur ibi.

176 Quadrageſimustertius. † Si volo producere te-
ſtes ſuper primis articulis ad probandum quòd te-
ſtes producti ſuper illis ita depoſuerunt. hoc dicit
Bal. in l. veluti. in fi. ff. de eden. Sed iſtud poteſt di-
ci nouum capitulum. & ideò non videtur eſſe pro-
pria ſallentia.

177 Quadrageſimusquartus. † In tertio qui compa-
ret pro ſuo intereſſe qui poteſt publicatis atteſta-
tionibus per principales producere teſtes ſuper eiſ-
dem articulis, vel directo contrarijs: vt nota. in cap.
conſtitutus in præſentia eo. contra hoc tamen for-
titer facit quod nota. in c. 2. vt lit. pen. lib. 6. vbi no.
quòd tertius comparens pro ſuo intereſſe debet ad-
mitti in eo caſu & ſtatu illius cauſæ in quo tunc eſt
cauſa, ſed dic quòd illud non intelligitur reſpectu
huius qualitatis ſed reſpectu ordinis cauſæ in ſe,
contrarium tamen eſt difficile.

178 Quadrageſimusquintus. † In cauſa criminali,
hoc ſentit Bart. in l. 1. in fi. ff. de quæſtio. & Do. m.
in c. ſuborta infra de re iud. facit quod dixi ſupra in
fall. 33.

179 Quadrageſimusſextus. † In Papa qui poteſt te-
ſtes repetere etiam publicatis atteſtationibus. 9. q. 3.
c. per principalem. & c. cuncta per mundum. hoc
tenent Innocen. Hoſtien. Ioan. Andr. & d. Anton.
in c. ad petitioné infra de accu. & ibi in vltima opin.
Et idem arbitror in principe: quia princeps ſolutus
eſt legibus: vt l. princeps. ff. de legi. Nam omnia iu-
ra politiua degenerant in principe: vt in c. in noſtra
infra de ſepul. facit quod dicam infra in caſu. l. 1.
vbi dicam de conſuetudine facit etiam quod ſupra
dixi in 22. fallentia. & idem tenendum de quolibet
alio principe inferiore non recognoſcente ſuperio-
rem, ſacit quod notat Bar. in l. infamem. ff. de accu.
& quod dixi in c. cum te. inſra. de re iud.

Quadrageſimusſeptimus. † In cauſis beneficiali- 180
bus & maximè curatis, & maximè epiſcopatibus in
quibus quilibet iudex & maximè Papa poteſt etiam
inuitis partibus & expreſsè contradicentibus nouos
teſtes producere & recipere non obſtante publica-
tione, & hoc propter periculum animarum, & ne
quis per ſubreptionem aſcendat in c. cum nobis. &
in c. cum dilecte, ſupra de elect. & in ca. oblatæ. in-
fra de appel. Si enim hoc licet vbi agitur ſolum de
ſalute vnius aut duarum animarum: vt in c. ſeries.
infra eodem. & in c. fi. de probatio. fortius vbi im-
minet periculum tot animarum: vt in c. quoniam.
§. porro. ſupra vt lit. non conteſta. & tenet Ioan.
Andr. poſt Hoſtien. & Domi. Anto. in c. ad peti-
tionem. infra de accuſatio. & ibi dixi in vltima opi.
ſacit etiã quod no. Io. And. in c. cum venerabilis. &
in c. cum inter ſupra de conſuetu. ſacit etiam quod
dixi ſupra in fallen. 29.

Quadrageſimusoctauus. † Si pars ante publica- 181
tionem proteſtata fuit quòd intendebat teſtes pro-
ducere non obſtante publicatione, hoc tenet glo. fi.
in cap. cum in tua. infra eo. & gloſſ. 4. quæſt. 3. verſ.
item teſtibus. per ca. præſentium. infra eodem. Sed
mihi non placèt vt dicam poſt Docto. in dict. cap.
cum in tua. quia factum eſt contrarium proteſta-
tioni igitur &c.

Quadrageſimusnonus. † Si per alteram partem 182
producerentur teſtes ſuper ſuis articulis: nam poſ-
ſum petere quòd interrogentur ſuper meis, ſuper
quibus iam ſunt publicati teſtes: quia ex quo pars al-
tera illos approbat, non videtur ſubeſſe timor ſub-
ornationis. de quo dic vt dixi in cap. de teſtibus. in-
fra eodem.

Quinquageſimus. † Si propter petendam in inte-
grum reſtitutionem à minoribus, vel ſimilibus per- 183
ſonis, de quibus dixi ſupra in ſallen. 18. & tribus ſe-
quentibus: nam licet tales ad probandam læſionem
facerent examinari teſtes, poſſunt poſt probatam
læſionem producere ſuper eiſdem articulis vt obti-
neant in principali. ad quod vide Specul. in titul.
de in integ. reſtitutio. §. fina. verſic. quid ſi in cau-
ſa. & iſta fallentia eſt valde ſingularis. per quam ha-
bes quòd non ſolum ſemel, ſed etiam his publicatis
atteſtationibus producũtur teſtes nó obſtante pub-
licatione ſuper eiſdem articulis. & ad hoc vide quod
dixi in decimo articulo principali in tertio mem- 184
bro principali in fine.

Quinquageſimusprimus. † Si conſuetudo patriæ
habeat vt publicatis atteſtationibus poſsint produ-
ci. hoc tenet Bald. in l. per hanc. C. de tempo. appel.
& dominus Anto. & Ioan. de Imo. in c. ſeries. inſra
eodem. qui dicunt quòd hoc tenet Ioan. Andr. in
additio. Specula. in titu. de exceptio. §. dicto. verſi.
ſed nunquid publicatis. Sed dicit Dominus meus
in d. cap. ſeries. & bene quod Ioan. Andr. hoc non
dicit. ſed quærit an publicatis atteſtationibus lici-
tum ſit reo proponere & probare nouã exceptioné.
& ſic non loquitur de eiſdem articulis: vel directo
contrarijs. placet tamen Domi. me. hoc dictum
pro quo facit quod tradit hic Ioan. Andr. Nec
obſtat

obſtat ſi diceres quòd iſta cõſuetudo tanquam nutritiua peccati, per quam induci poſſunt homines ad ſubornandum, non debet valere in c. fina. ſupra de conſuetu. quia reſpondeo vt dicit Bald. in d. l. per hanc ꝙ iſta præſumptio non eſt perpetua & infallibilis. quod patet ex fallentijs præcedentibus, in quibus hoc eſt licitum.

Præterea ſi hoc eſt licitum partib⁹ prout dixi ſupra in 50. fallen. fortius legi non ſcriptæ & ſic conſuetudini: ar. nota. torum per glo. in rubri. C. de decurionibus. Præterea hanc conſuetudinẽ redimus ad ius antiquum. C. & ff. nam poteſt eſſe ꝙ homines illius regionis ſunt adeo boni quod nõ timentur de ſubornatione, prout eſt in hac noſtra ciuitate Senarum in qua creditur priuatis ſcripturis mercatorum etiam in priuatam vtilitatem, quæ tamen non eſt res peſſimi exẽpli vt in l. exemplo. C. de proba. & veh filijs impuberibus qui poſt parentes remanent.

185 Quinquageſimusſecundus. †In muliere & ruſtico ſecundum Guil. de Cuneo vt refert Bart. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nunciatio. ſed non placet, dic vt dixi ſupra eodem capitulo in 10. articulo in 3. membro principali.

186 Quinquageſimustertius. †Fallit ſi pars nominaret teſtes iudici, & ſe abſentaret, quia tunc iudex poteſt recipere teſtes & illos examinare. Ita dicit ſingulariter Bald. in l. ampliorem. in fi. princi. C. de appellat. quaſi ſentiat quod per talem abſentiam ceſſet timor ſubornationis.

Sed mihi nõ placet: quia potuiſſet ſubornare ante diſceſſum. Item quia videns ſe nõ probauiſſe poſſet ſubornare per interpoſitã perſonam. & via fraudibus eſt amputanda.

187 Quinquageſimusquartus. †Et vltimo eorum caſuum quos hucuſque viderim, & nunc meminerim ſit generalis in omnibus caſibus in quibus ceſſaret timor ſubornationis. verbi gratia. Si cauſa non eſſet multum ardua, & producerentur epiſcopi, archiepiſcopi vel ſimiles in quibus nõ ſubeſſet timor ſubornationis. Et ex his habes compendioſè expeditũ hunc vndecimum articulum. Vnde ſis prudens & cautus quòd quotieſcunq; vis celeriter videre hanc materiam præſupponas regulam negatiuam. & deinde lege iſtas fallẽtias. & aduerte an caſus tuus contineatur in aliquo ex iſtis. pro quo tandem recurre ad remiſſiones ſupra traditas.

188 Duodecimo & vltimo articulo principali examinandum ſupereſt †quid ſi iudex admitteret ſeu reciperet teſtes poſt publicatas atteſtationes in caſibus in quibus non eſſent recipiendi: quia non continerentur in aliquibus ex fallẽtijs traditis in præcedenti articulo circa quem articulum dic quòd ſi iudex recipit teſtes, tales teſtes probant, licet recipiat publicatis atteſtationibus ſuper eiſdem articulis vel directo contrarijs. Hoc tenet hic Ioan. And. & clarius notat, & tenet dominus meus in c. cum contingat. ſupra de offi. deleg. in glo. ſuper ver. nihilominus. facit quod in ſimili dicimus de iudice qui admittit exceptiones iniuſtitiæ contra petitam executionem ſententiæ. Nam probata tali exceptione & ſic iniuſtitia, tenetur pronunciare ſuper iniuſtitia de qua cognouit: vt voluit Inno. in c. cum dilecta ſupra de reſcri. & in c. cum Bertholdus infra de re iudi. Nam de qua recognouit prætor &c. l. de qua re. ff. de iud. & in c. cum ſuper. ſupra de cauſa poſ. & pro. & idem tenet Bartol. in l. 2. ff. de appella. recipien. Et ideo debet eſſe cautus ille contra quem producuntur ꝙ opponat & dicat iudicem non debere illos admittere: & ſi iudex admitteret debet appellare, ne tacendo & non appellando generetur ſibi præiudicium. Ita tenet Bart. in d. l. 2. in ſin. Et licet iſta ſit ſententia interlocutoria, tamen poteſt ab ea appellari etiam de iure ciuili: vt dixi in ca. ſuper eo. el. 2. infra de appella. in 10. quæſt. principali. Et per prædicta Deo duce eſt expedita hæc notabilis, difficilis & quotidiana materia huius decretalis fraternitatis. quæ inter condecretales huius tituli pluſquam virilem & fraternalem habuit portionem.

Finit præfata ſolennis repetitio & tractatus de teſtibus domini præfati I. V. monarchæ domini Mariani de Sozinis de Senis genitoris Clariſſimi Iuriſconſulti domini Bartholomæi de Sozinis.

Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei. Et quæ Auctor allegat ſæpenumero dominum ſuum: fuit Abbas Siculus Panormitanus dominus & præceptor ſuus.

TRACTATVS DE TESTIBVS D. ROBERTO MARANTA VENVSINO I. V. D. AVCTORE, INCIPIT.

SVMMARIVM.

1 *Teſtium examinationes, quo ordine fiant & quid ſeruetur in regno.*

2 *Teſtium depoſitio non valet parte nõ citata, nec præſente iuramento.*

3 *Teſtium rubrica, quid continere debeat.*

4 *Teſtes examinari poſſunt die feriata, dummodo iurent in die iuridica, & nu. 7.*

5 *Teſtes vltra ſeptem examinari non poſſunt ſuper vnoquoque articulo.*

6 *Teſtes in loco iudicij examinari debent niſi ſint perſonæ egregiæ, mulieres, infirmi, vel alio modo impedit.*

8 *Teſtes citati infra terminum, iurare poſſunt infra tres dies poſt terminum.*

9 *Teſtis deponens ſine bona cauſa ſcientiæ, ſi fuit interrogatus, non probat.*

10 *Ratio teſtis ſaluat, & deſtruet eius dictum.*

11 *Ratio teſtis à dicto diuerſa eſſe debet alia non probat.*

Notarij errant dum ſcribunt in cauſa ſcientiæ teſtis dixit vt ſupra.

12 *Teſtis non adſignans cauſam ſcientiæ etiam non interrogatus, in cauſis criminalibus non probat.*

13 *Teſtis etiam non interrogatus cauſam ſcientiæ reddere debet in ijs quæ iudicio intellectus percipiuntur, aliàs non probat.*

14 *Iuramentum ſuppletorium non defertur ex vno teſte non adſignãte cauſam ſcientiæ, licet nõ ſit interrogatus.*
15 *Teſtis adſignans cauſam remotam à ſenſu proprio, non probat.*
16 *Teſtis de credulitate, probat contra producentem.*
17 *Teſtis depoſitio per verbum, videtur, non valet.*
18 *Teſtis de auditu, non probat, niſi in factis antiquis.*
19 *Teſtis depoſitio non iurata, non probat.*
20 *Teſtis iurare debet dicere veritatem pro vtraque parte.*
21 *Teſtis deponens falſum, non iuratus, punitur extraordinaria pœna.*
22 *Teſtes produci poſſunt vſque ad publicationem in cauſa, & non vltrà: niſi ſuper nouis articulis dependentibus à veteribus.*

De teſtium productione.

SExtus actus, qui emergit
in iudicio ſucceſsiuè, eſt te
ſtium productio: nam da-
to termino ad probandũ,
& præſentatis articulis ſi-
ue poſitionibus & habita
reſponſione partis, quæ
negauit poſitiones: neceſ-
ſe eſt, probare id, quod in
articulis continetur. Et
quia potiſsimus probandi modus eſt per teſtes, id-
eo ſolent produci. Quæ materia teſtium eſt toties
ventilata per quamplures tractatus ſcribentium ma
ximè per Bar. in ſuo tract. teſtium. per Albe. de Ma
letis. & per Tindarum in ſuo tract. per Specu. in tit.
de teſte. per Lanfr. in ca. quoniam contrà. in ver. te-
ſtium. de prob. & per quamplures alios Moder. ma
ximè per Card. extr. de teſt. per totum. ideo ſuper-
uacuum mihi viſum fuit hanc materiam plenè hic
cumulare: cum ſit ita ampla materia, quæ ſola per
ſe requireret vnum magnum tracta. Solum igitur ꝓ
introductione iuuenum in actu practico ſuccinctè
attingam tres quæſtiones: & de reliquis remitto me
ad dictos tractatus.
Prima igitur quæſtio erit, quo ordine ſint teſtes
producendi vel examinandi. Secunda quæſtio erit,
qualiter debent teſtes deponere ad hoc, vt probent.
Tertia, vſque ad quod tempus poſſunt teſtes pro-
1 duci. † Reuertor ad primam: & dico, quòd talis
ordo ſeruandus eſt, videlicet, quia dato termino ad
probandum pars quæ facit articulos, facit citari te-
ſtes, vt veniant prima die iuridica coram iudice ad
iurandum & deponendum teſtimonium veritatis
ſuper articulis præſentatis, vel præſentandis nec-
non facit citari aduerſarium: vt in eodem die com-
pareat viſurus teſtium iuramenta. Et iſta citatio te-
ſtium requiritur, ad hoc, vt appareat, quòd non
ſponte ſe ingerunt, ſed rogati: quia alias ſi vltro ſe
ingererent, eſſent ſuſpecti de falſo, ſecundum Bart.
in l. poſt legatum. §. ijs vero. ff. de ijs quib. vt in-
dig. & Alexand. in conſil. lxviij. colum. ij. & vj. in
ij. vol. Requiritur etiam citatio partis, ad videndum
iurare teſtes: quia tota ſubſtantia depoſitionis te-
ſtium conſiſtit in iuramento l. iuriſiurandi. C. de
2 teſti. † adeo quòd ſi pars non eſſet citata, nec ali-
ter ſit præſens iuramento, nihil valet eorum depo-
ſitio. ca. ij. & ibi Abb. de teſti. & l. ſi quando. & ibi
3 Bal. C. de teſti. † Et pro hoc habemus ritum ma-
gnæ curiæ, qui incipit, item ſi in rubrica & cæt. quo
cauetur, quòd actorum magiſter in rubrica teſtium
debet ſcribere, qualiter fuerunt examinati parte
præſente & vidente eorum iuramenta, vel abſente
per contumaciam: alias depoſitiones non pro-
bant. Et facta dicta citatione in prima die iuridica,
datur iuramentum de veritate dicenda teſtibus com
parentibus, parte citata præſente, vel in eius contu-
maciam. Si vero † teſtes non comparent, accuſatur 4
eorum contumacia & interponitur decretum, fore
procedendum ad eorum examinationem contu-
macia non obſtante: & ex tunc in antea poſſunt ex-
aminari quandocunque, etiam parte abſente, & in
die feriata ad honorem Dei, vt not. gloſſ. in clem. j.
de offic. de legat. & dicam infra: & etiam poſt ter-
minum probatorium: quia eorum depoſitio refer-
tur ad tempus iuramenti, vt tenet Ludo. Roma. in
conſil. cccxliij. colu. ij. & Abb. in cap. licet cauſam.
colum. vj. de proba. & dixi ſuprà in verſic. dilatio.
circa fin. & prædicta tenet Bar. in repe. l. ij. col. fi. ff.
ſi quis in ius voc. non ier. † Eſt tamen ſtatutum in re- 5
gno circa refrenationem teſtium: quia non eſt indi-
ſtinctè permiſſum tot teſtes examinari, quotcunque
quis producere vult: nam non poteſt quis exami-
nare vltra ſeptem teſtes, ſuper vnoquoque articulo:
niſi aliter videatur æquum iudici: vel niſi eſſemus
in factis antiquis: quia tunc eſt permiſſum vſque ad
decem pro quolibet articulo, vt eſt regia pragma.
quæ incipit, ſtatuimus. † Debent autem dicti teſtes 6
producti, examinari in loco iudicij & nõ extra, niſi
eſſent mulieres vel perſonæ egregiæ vel infirmi, vel
alio modo impediti venire ad curiam. tunc enim
permiſſum eſt illos examinare in loco honeſto ex-
trà locum iudicij, vt eſt ritus magnę curiæ in nume.
32. incipiens, item, quòd non audeant &c. & tunc
pars citari debet ad videndum iuramenta teſtium in
illo loco, vbi ſunt examinandi, vt eſt tex. cum Glo.
in c. ij. de iud. lib. vj. & Alexan. in l. ad egregias. ff.
de iureiuran. quod nota contra iſtos notarios acto-
rum, qui quotidie vadunt examinando teſtes per
plateas, & vicos extrà locum iudicij. † Et quòd te- 7
ſtes poſsint examinari in die feriata, dummodo iu-
rauerint in die iuridica, eſt ritus magnæ curiæ in nu.
47. incipiens, item, quòd ſi detur &c. in fin. & alius
in ritus in num. 56. incipiens, item quòd ſi teſtes &c.
& alius. 132. incipiens, item ſi teſtes &c. & alius 154.
incipiens, item, quòd ſi teſtes, &c. † Si tamen teſtes 8
ſunt citati infra terminum, & nondum iurauerunt
in termino poſſunt infra tres dies immediatè ſe-
quentes iurare, & examinari poſt terminum, vt eſt
alius ritus, in nume. 149. incipiens, item, quòd
in quibuſcunque & cæt. † Super ſecunda quæſtione 9
principali concludo quòd teſtes, vt probent, de-
bent adſignare bonam cauſam ſcientiæ per alterum
ex quinque ſenſibus, vt not. Barto. in l. j. in iij. co-
lum. & ibi Alexa. & Doct. ff. ſi cert. peta. & Alex. in
conſi. cxxxij. colum. penul. in quinto vol. non ta-
men tenetur præciſè teſtis reddere cauſam, niſi in-
terrogetur. l. ſolam. & ibi Bal. C. de teſt. vnde ſi de-
ponat ſine cauſa ſcientiæ nõ interrogatus, bene pro-
bat. Sed interrogatus, ſi non adſignat bonã cauſam
vel nullam, nihil probat, vt per Docto. in dict. l. ſo-
lam. † Nam ratio attenditur in teſte, & illa eſt, quæ 10
ſaluat & deſtruit eius dictum, ſecundum Alexand.
in con-

in conſi.cxx.colum.iij.in v.volu.& Abb.in c.cum
cauſam. colum.iij. verſic. quæro dicitur hic &c.de
teſti.& Bald.in d.l.ſolam & Bald.in l. conuenricu
lam.colum.iiij.verſicu. modo venio ad teſtes, &c.
11 C.de epiſco.& cleri. † Et nota, quòd iſta cauſa ſci-
entiæ debet eſſe parata ab eius depoſitione teſtis, vt
non ſit eadem cum dicto. Exemplum, dicit teſtis,
quòd Titius mutuauit Seio centum, in cauſa ſcien-
tiæ debet dicere, quia vidi pecuniam numerari ex
cauſa mutui &c.ſecus ſi diceret: quia ſcio.nam non
probat: quia tantum eſt,ac ſi diceret,ſcio: & ſic ea-
dem eſt ratio cum dicto: quo caſu non valet talis de
poſitio ſecundum Bar. in l.ſi.ff.de off. procu. Cæ-
ſa.& Sozi.in conſil.xcviij.col. fin.in iiij. vol.quod
nota perpetuo,quia quotidie tabelliones examinan
tes errant in hoc: & non aduertunt ad id, quod faci-
unt,& deſtruunt cauſas litigantium: nam vt pluri-
mum recipiunt dictum teſtis: & in cauſa ſcientiæ
ſcribunt, vt ſuprà dixit & depoſuit: & ſic expediũt
ſe vnico verbo, nam ſi in illa depoſitione teſtis non
fecit mentionem de aliquo ſenſu corporis, ſed ſo-
lum generaliter dixit ſcire dicta per eum, tunc illa
cauſa ſcientiæ deſtruit totum eius dictum, & melius
eſſet, ſi notarius ipſum non interrogaret, & millies
mihi occurrerunt varij proceſſus cum talibus depo
ſitionibus ita inaduertenter,&(vt loquar cum reue-
rentia notariorum)beſtialiter ſcriptis,& pluries op-
poſui in allegationibus iuris & obtinui, quòd ta-
les depoſitiones fidem non faciunt, propter illam
cauſam ſcientiæ relatiuam ad ſupra dicta, quæ facit,
12 vt ſit eadem cum dicto. † Illud tamen, quod dixi,
quòd teſtis non interrogatus de cauſa ſcientiæ pro-
bat, limita primo non procedere in cauſis crimina-
libus, in quibus debent teſtes etiam non interrogati
adſignare cauſam, alias non probant.ita tenet Alex.
13 in conſil.xv.col.v.in j.vol. † Secundo limita in o-
mnibus factis perceptibilibus ſolo iudicio intelle-
ctus ſicut in probando aliquem furioſum, vel do-
minum, vel diuitem, vel mortuum, vel aliud ſimi-
le, quod non percipitur ſenſu corporis: nam etiam
non interrogatus debet teſtis deponere de cauſa ſci-
entiæ, alias non probat, ſecundum Abb.in d.c.cum
cauſam col.iij. de teſti.& Bart.in l.qui teſtamento.
§. ſi.ff.de teſt.& Bal.in d.l.ſolam.col.j. & Alexan.
in conſil.lxxxv.col.iij.& Bal.& Iaſ.in l.furioſum
14 C. qui teſt. face.poſ. † Tertio limita,quando per v-
num teſtem eſt deferendum iuramentum ſuppleto-
rium, quia eſt neceſſe, quòd ille teſtis etiam non in-
terrogatus reddiderit cauſam, alias non facit ſemi-
plenam probationem, ſecundum Bal. in ca.j.§. ſa-
cramentum.col.ij.de conſue.rec.feu.& Alexan.in
conſil.xxxij.in j.vo.& Iaſ. in repe. l. admonendi.
colum.xciiij. verſ.quarto. ff. de iureiur. pluresalias
limitationes, vide per Bal. & Docto.in d.l.ſolam.
& per Moder.Cano.in dict.c.cum cauſam.de teſti.
15 † Ex prædictis ergo concluditur, quòd vbicunque
teſtis deponit & adſignat cauſam remotam à ſenſu
proprio ipſius teſtis, non probat. Hinc eſt, quòd
teſtis de credulitate non probat, quia non deponit
16 per ſeoſum proprium, vt not. plene Iaſ. in rub.ff.
de iureiur. † Quod tamen limita, quando teſtis de-
ponit aliquid contra producentem per verbum, cre
dit, quia tunc plene probat contra eum, ex quo ab
eo approbatur.ita pulchre tenet Lud.Roma.in con

ſi.ciiij.in ſi. † Similiter, quando deponit per verbum 17
videtur, vel iudicio ſuo, non probat, quia non de-
ponit de vero ſenſu, ſecundum Bar.in l.quid tamen
§.ſi arbiter.ff.de arbi.& Alex.in conſil.lxxiiij.col.
iij.in princ.in j.vol.& conſil.x.colum.ſi.in ij.vol.
† Eodem modo quando teſtis deponit de auditu a- 18
lieno, non probat. puta, ſcio, quia audiui dici à tali
&c.quia non deponit de ſenſu proprio, vt eſt Gloſſ.
in verſi.præſto.in l.teſtium.C.de teſti.& plene per
Fely.& Fran.de Are.in c.tam literis. de teſti. niſi in
factis antiquis, vt habetur in l.ſi arbiter.ff. de prob.
† Requiritur etiam in teſte ad hoc, vt probet, vt de- 19
ponat cum iuramento: alias non valet eius depoſi-
tio.l. iuriſiurandi.C.de teſti.& l.ſi quando. eo. tit.
& debet iurare in iudicio, non extra l.iij. §. Sabino.
cum glo.ff.de teſtib. † & debet iurare dicere verita- 20
tem pro vtraque parte, vt eſt gl.& Bart.in auth. ſed
iudex. C.de epiſ.& cle.& Glo.& Bal.& communi-
ter moderni in l.ij.C.de eden.& Gl. in c. fraterni-
tatis.de teſt. † & ſi aliquis teſtis deponeret falſum ſi- 21
ne iuramento, non punitur pœna falſi, ſed extraor-
dinaria, ſecundum Bald.in conſil. cvj. in j. vol. &
Ang.in conſil.cxc.quarta co.ij in ſi.quod nota pro
limitatione conſti.eos, qui ſcienter. † Super tertia q. 22
principali communis cõcluſio eſt, quòd teſtes poſ-
ſunt produci vſque ad publicationem in cauſa, & nõ
vltra, niſi ſuper articulis nouis dependentibus à ve-
teribus, & habet locum tam in cauſa principali,
quàm appellationis, propter timorem ſubornatio-
nis. Text.eſt in cle.ij.de teſti.& habetur per Bart.in
l.per hanc.C.de temp.appe. & quoniam materia i-
ſta eſt plene ventilata per Bar.& Doct.in authen.at
qui ſemel.C.de prob. & per Abb.& Fely. & Cano.
in ca. fraternitatis. in c.cum clamor.& c.ſeries,& c.
vltra tertiam, de teſti. & eſt conformis conſtit.quæ
incipit iuriſperitorum. ideo ſufficiat pro nunc re-
miſsio ad loca præallegata, reliqua in materia teſtiũ
dicam infra in ver.repulſa. Sequitur ſeptimus actus,
de interrogatorijs Rob. Mar. V. I. D.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatoria, quomodo, & quando præſententur.*
2 *Interrogatoria teſtium, ad quem effectum fiant.*
3 *Interrogatoriorum copia parti dari non debet.*
4 *Iudex qui omiſit interrogare teſtes, ſuper interrogato-
rijs à parte productis, an inualidet examen.*

De interrogatoriroum productione.

SEptimus actus, eſt interrogatoriorũ productio.
† præſentatis enim articulis & vocatis teſtibus 1
ſolet altera pars petere copiam articulorum ad af-
fectum præſentandi interrogatoria contra teſtes ad
veritatem indagandam, cap.præſentium. de teſtib.
lib. vj. & debet ipſi parti petenti concedi terminus
ad producendum interrogatoria, vt Specul.in titu.
de teſte. §. iam de interrogatorijs, colum.j. † & fi- 2
unt ad effectum faciendi variare teſtes in altero ex
illis decem prædicamentis, quæ ponit Bald. in leg.
teſtium. C.de teſt. † quorum copia noo datur parti, 3
ne inſtruantur teſtes ad falſum, vt no. Abb.in c.per
tuas.col.fin.de teſti.& Alexand.in l.ij.C.de edeo.
† Quid autem, ſi pars producit interrogatoria, & iu- 4
dex omittit interrogare teſtes ſuper illis, an per hoc
inualidetur examen? Dic quod non, ſed remaoet
facultas

facultas parti faciendi repeti teſtes ſuper interrogatorijs, etiam poſt publicationem proceſſus, ita tenet Alex. in conſ. xlj. in fi. col. in quarto vol. & conſil. clxxiiij. col. pen. in ij. vol. Reliqua de hac materia, dic vt dixi ſupra in j. parte iudicij ſcilicet huius vj. partis, in ver. interrogatio, & habetur per Spec. in d. §. iam de interrogatorijs, in tit. de teſte.

DE TESTIVM REPVLSA. ET QVAE, quotve ſint ad eius vſum neceſſaria. Et quibus illa contingat.

SVMMARIVM.

1 *Repulſa teſtium, qualiter, & quando petatur. & quis terminus detur ad eam, & quid de repulſa repulſa.*

2 *Repulſa teſtium, fit contra perſonas, vel contra dicta: & vt concedatur alterum de tribus, requiritur maximè proteſtatio.*

3 *Repulſa contra teſtes, debet crimina in ſpecie continere. nec ſufficit probare in genere, quòd quis ſit criminoſus.*

4 *Teſtis deponens in fauorem partis aduerſa, non facit fidem, quando contra eum proteſtata eſt cauſa ipſum repulſandi.*

5 *Repulſam petens, & non probans ſaltem ſemiplene, punitur ad x. tareuos. Idem, ſi producit articulos impertinentes.*

6 *Teſtes debent citari, & etiam examinari infra terminũ datum ad repulſam, & eo elapſo non admittuntur.*

7 *Repulſa teſtium, dicitur odioſa.*

8 *Repulſa teſtium, an poßit ſimul fieri in primis capitulis cauſa principalis.*

9 *Repulſa non fit contra ſcripturas, ſed ſolum cõtra teſtes.*

10 *Producens teſtem pro ſe, non poteſt illum reprobare: etiã in alia cauſa.*

11 *Producens teſtem, poteſt illum repulſare, ex ſuperuenienti cauſa.*

12 *Producens teſtem, poteſt illum quo ad eius dicta, repulſare.*

13 *Repulſa an & quando admittatur in cauſa appellationis.*

14 *Repulſa an admittatur in cauſa attentatorum.*

15 *Repulſam opponens, & non probans contra teſtes, an teneatur iniuriarum.*

16 *Repulſa non permittitur in teſtibus per producentem approbatis.*

17 *Repulſa non conceditur in crimine laeſa maieſtatis.*

18 *Repulſa non admittitur in cauſa blaſphemia Dei.*

19 *Repulſa in cauſis ſummarijs, vbi ſemiplena probationes ſufficiunt, non admittitur.*

TErtiusdecimus actus, qui ſucceſsiue emergit in
1 iudicio eſt repulſa teſtium. † Nam facta publicatione proceſſus, ſi aliqua partium habet teſtes contrarios, qui valde vrgent contra eam, poteſt in iudicio petere terminum ad repulſam: qui terminus conceditur per iudicem: & eſt medietas primi probatorij, vt deciditur per regiam pragmaticam curſu dilationum. & petitur iſte terminus immediate poſt lapſos octo dies, conceſſos per dictam pragmaticam ad percunctandum proceſſum: quo termino dato ad repulſam elapſo, ipſo iure cenſetur publicatum in cauſa repulſæ. Sic diximus ſupra de publicatione in cauſa principali. Et facta dicta publicatione ſi altera pars videt ſe grauari per dictam repulſam, id eſt, quia ſui teſtes fuerunt reprobati, poteſt petere nouum terminum ad repulſam repulſæ, & datur ſibi medietas termini dati ad repulſam, & elapſo hoc termino, fit publicatio ſuper iſta repulſa repulſæ, & vlterius non datur alia repulſa, ne procedatur in infinitum. ita hæc omnia habentur in dicta pragmatica curſu dilationum.

Pro aliquali tamen introductione iuuenum, ad hanc materiam formo tres quæſtiones. Prima erit, qualiter debeat fieri iſta repulſa teſtium. Secunda, an poſsit quis reprobare teſtes per eum productos. Tertia erit, an teſtes poſsint repulſari in cauſa appellationis, qui non fuerunt reprobati in cauſa principali. † Ad primam quæſtionem eſt ſciendum, quòd 2
repulſa fit altero de duobus modis: videlicet, vno modo contra perſonas: alio modo contra dicta teſtium. Item præſuppono, quòd repulſa non conceditur petenti, niſi concurrat alterum de tribus requiſitis, quæ traduntur in c. præſentium. de teſti. Primum eſt, quòd ante publicationem ſit proteſtatus ſe velle reprobare teſtes. & ex hoc inoleuit illa practica, quia quotidie vtuntur procuratores, vt tempore quo comparent viſuri iuramenta teſtium, proteſtentur contra perſonas teſtium, & dicenda per eos. non tamen nego, quin quandocunque in alio actu ante publicationem poſsit fieri dicta proteſtatio. vt d. c. præſentium. de teſti. vbi vide Franc. de Aret. de veritate huius dicti. Hoc tamen intellige, quando teſtis haberet aliquem defectum, per quem reprobatur fauore ipſius reprobantis: quia tunc requiritur proteſtatio, alias videtur conſentire, & teſtem approbare. Secus, ſi defectus eſſet in odium ipſius teſtis, vt quia eſſet excommunicatus vel bannitus: quia tunc etiam ſine proteſtatione poteſt repulſari. ita declarat Bal. in l. ſi quis teſtibus. colum. ij. in fin. ver. dubitatur hic &c. C. de teſti. licet ſubdat, quòd cauti aduocati ſemper interponunt dictam proteſtationem eo modo, quo ſupra. Secundum requiſitum eſt, quando probat, quòd poſt publicationem habuit notitiam de defectibus & exceptionibus contra teſtes, idem ſi forte fuiſſet abſens tempore receptionis teſtium, vſque ad publicationem, ſecundum Bald. in dicta l. ſi quis teſtibus. verſic. dubitatur hic, &c. circa finem. & not. Gloſſa, & Bal. in l. laudabilem. C. de aduo. diuer. iud. Tertium requiſitum eſt, quando non fuit proteſtatus, iuret ſe non petere repulſam ex malitia: alias ſibi non conceditur, vt in dict. cap. præſen- 3
tium. de teſti. vbi iſta traduntur. † Reuertor nunc ad primum modum repulſandi, ſcilicet contra perſonas teſtium: quo caſu non ſufficit allegare crimina in genere: dicendo qualiter ſunt homines malæ vitæ, fures, adulteri, vel quid ſimile: ſed eſt neceſſe, quòd crimina opponantur in ſpecie: puta quòd fecerunt tale crimen, tale furtum, vel ſimile. ita tenet Barto. in l. teſtium. §. lege Iulia. ff. de teſti. & Bal. in authen. ſi dicatur. in fin. C. de teſti. & Barto. in l. j. in fin. C. de teſta. pro hoc eſt tex. in ca. præſentium. §. teſtes. de teſti. libr. vj. & ſimiliter, quando vult quis repulſare dicta teſtium, debet in ſpecie obijcere, quòd ſunt falſarij: quia falſum depoſuerunt ob talem rationem, & in tali loco examinis. Item, quòd ſunt varij in eorum dictis in tali loco examinis, &c. iuxta l. qui falſa aut varia. ff. de teſti. & no. per Bar. in l. eos. ff. de fal. Item quia ſunt ſingula-

ſingulares iuxta not. per Bal. plene in l. teſtium. C.
de teſti. Item, quia non deponunt de ſenſu proprio:
iuxta not. per Alexand. & Moder. in l. j. ff. ſi cert.
peta. & dixi ſupra de teſtium productione, & ſic de
alijs ſimilibus. Pars vero contraria eodem tempore
facit articulos comprobatorios, probando quòd
ſunt homines bonæ vitæ, & emendatæ & quòd per
triennium perſeuerarunt in eorum bonis moribus
& emendatione: quo caſu per tantum tempus præ-
ſumũtur boni & emendati. tex. eſt & ibi Ang. in fi.
in auth. de monachis. §. j. Item, poteſt articulare, ꝙ
non ſunt varij, ſed reducibiles ad concordiam, iu-
xta not. per Alex. & Doct. in l. ij. §. creditum. ff. ſi
certum petatur. & Fely. in cap. cum tut. & cap. in no
ſtra. & ibi Gloſſ. de teſti. & Bart. in l. Gallus. §. il-
le caſus. ff. de lib. & poſthu. & ſic patet ex prædi-
ctis, quando repulſantur teſtes, quo ad perſonas, &
4 quando quo ad dicta. † Vnum tamen ſcias, quòd
illa proteſtatio, quæ fit contra teſtes habet vnum mi
rabilem effectum: qui eſt talis, videlicet, quòd ſi
contingat teſtes deponere aliquid in fauorem alte-
rius partis proteſtantis, non faciunt fidem in eius fa
uorem, & ratio eſt: quia per dictam proteſtationem
cenſetur declarare ſe nolle eis fidem adhibere, ita
de hoc eſt text. in d. ca. præſentium. in fi. de teſt. vbi
hoc expreſſe tenet Fely. in vlti. nota. quod eſt men-
ti tenendum: quia quotidie in ſingulis cauſis fiunt
iſtæ proteſtationes, & pauci aduertunt, nam ex hoc
poſſunt eſſe damnoſæ proteſtantibus. vnde caueant
procuratores, ne paſſim faciant iſtas proteſtationes,
niſi quando omnino ſunt certi, quòd volunt teſtes
repulſare. De cuius tamen dicti declaratione & ve-
ritate, vide omnino Franc. de Areti. in d. c. præſen-
5 tium. colum. antepenul. & pen. † Ad euitandas ta-
men malitias petentium repulſas, eſt in regno pro-
dita vna regia prag. quæ incipit, crimina. quæ irro-
gat pœnam decem tarenorum opponenti crimina
contra teſtes, ſi illa non probauerit ſaltem ſemiple-
ne, vel per famam publicam, & ſimiliter ſi quis ſub
colore repulſæ producit nouos articulos imperti-
nentes, qui poſt publicationem produci non pote-
rant, obſtantibus regulis traditis in authen. atqui ſe-
mel. & ibi per Bar. C. de proba. punitur pro quoli-
bet articulo impertinenti producto in cauſa repul-
ſæ ad quinque tarenos, ſi fuerit principalis: ſed pro-
curator punitur duplicata pœna, vt eſt alia prag. quę
6 incipit, contingit ſæpe &c. † Super hac repulſa eſt
ſciendum, quòd teſtes debent citari & etiam exami-
nari infra terminum datum ad repulſas, alias elapſo
termino non admittuntur, vt eſt ritus magnæ curiæ
in nu. 256. qui incipit, item quòd facta &c. & eſt ra-
7 tio: † quia repulſa eſt odioſa & reſtringenda, & di-
lationes in ea conceduntur cum grandi cauſæ cogni
tione, ſecundum Abb. in c. licet dilectus. in fi. de te-
ſti. licet ſecus ſit in cauſa principali, vbi non viget
tale odium: quia teſtes citati & iurati infra termi-
num, poſſunt examinari poſt terminum: vt dixi ſu-
pra in ver. dilatio, circa fi. & in ver. teſtium produ-
8 ctio. † Quid autem, ſi quis in primis articulis vellet
repulſare teſtes, & facere ſuas probationes ſimul
cum repulſa, an poſſet? Dic quòd non. quia ſunt ar-
ticuli impertinentes tunc, vnde non admittuntur
niſi poſt publicationem: niſi vellet quis repulſare
ex cauſa inimicitiæ, quia poteſt ante publicationem
& non ex alia cauſa. de hoc eſt alius ritus magnæ cu-
riæ in nume. 235. qui incipit, item, ſeruat ipſa curia, 9
quòd in exceptionibus. † Fuit autem introducta
repulſa ſolum contra teſtes, ſed contra ſcripturas
non conceditur: ſed bene datur facultas parti accu-
ſandi vtentem falſis ſcripturis, vt dixi ſupra in actu
præcedenti: & de hoc eſt ritus magnæ curiæ, in nu-
mero. clxv. incipiens, item ſeruat dicta curia non
concedere, &c. † Ad ſecundam quæſtionem prin- 10
cipalem dico, quòd communis concluſio eſt, quòd
producens teſtem pro ſe, non poteſt illum repro-
bare: quia per productionem cenſetur approbatus.
vnde non auditur volendo illum repulſare, tan-
quam ſibi ipſi contrarius. text. eſt & ibi Bald. in l. ſi
quis teſtibus C. de teſti. & in ca. de teſtibus. & ibi
Abb. & Felyn. extra de teſtib. & Lud. Rom. in con-
ſil. ciiij. in fi. & Lanfranc. in ca. quoniam contra. in
ver. teſtium vnum non omitto. & cæt. de probat. &
Barto. in conſi. xcij. incip. quæſtione vertente inter
do. Simonem colu. pen. verſi. Præterea fuit. & Iaſo.
in l. j. §. editiones. col. iij. in fin. verſ. adde fortius &
cæt. ff. de eden. vbi hoc ampliat, etiam ſi produca-
tur poſtea contra eum in alia cauſa, & per aliam per-
ſonam ita tenet Io. And. in addi. Spec. in tit. de teſte.
§. ſæpè. ver. quid ſi produxit, & cæt. Et cenſetur ap-
probatus teſtis per ſolam productionem, licet alias
producens eo non vtatur, ſecundum Fely. in d. ca.
præſentium. colu. iij. & ver. habet locum &c. de te-
ſti. & hanc opi. tenet Io. Andr. in d. §. ſæpè. ver. ſed
quid ſi eum, &c. licet Spe. ibi aliter diſtinguat. † Li- 11
mita tamen hoc, quando poſt productionem naſce
retur noua cauſa, puta, quia ſuperuenirent inimici-
tiæ, quia poteſt repulſari ex noua cauſa vt eſt text.
in l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. † Secundo limita, 12
quo ad repulſam perſonarum, procedere iſtud: ſe-
cus quo ad repulſam dictorum per teſtes: quia po-
teſt producens reprobare teſtes quo ad eorum di-
cta, puta, probando, quòd falſum depoſuerunt. ita
tenet Abb. in d. c. præſentium. col. iij. & iiij. fateor
tamen, quòd ſi facta publicatione producens tace-
ret. & non reprobaret dicta teſtium, cenſeretur ap-
probaſſe, & ita poſſet procedere dictum Lud. Ro-
ma. in conſil. ciiij. in fin. vbi videtur contrariari
huic dicto Abb. † Ad tertiam quæſtionem prin- 13
cipalem reſpondeo, quòd iſta quæſtio deciditur per
Andr. de Iſer. in conſtit. iuriſperitorum. vbi tenet,
quod in cauſa appellationis non admittitur repul-
ſa, niſi ex ſola cauſa falſitatis, & ita ſeruatur in regno
vnde quilibet litigator nitatur reprobare teſtes in
cauſa principali, quia poſtea non admittitur in cau-
ſa appellationis, niſi vellet eos redarguere de falſo.
Verum ego reſtringo iſtud dictum procedere in te-
ſtibus iam examinatis in cauſa principali, ſecus eſt,
ſi quis nouos teſtes produxit in cauſa appellatio-
nis, quia puto quòd aduerſarius poteſt illos repro-
bare: ex quo non potuerunt repulſari in cauſa prin-
cipali: quia non fuerant producti, arguendo à ra-
tione ceſſante. † Quid autem in cauſa attentatorum 14
an admittatur repulſa? vide deciſio. ccclj. conſil.
Neapolit. † Et quid ſi opponens crimina contra te- 15
ſtes non probat: an teneatur actione iniuriarum i-
pſis teſtibus? & quid ſi fuerit proteſtatus, quòd non
animo iniuriandi &c. vide vnum pulchrum conſil.
Sozin. in conſil. cxviij. col. iij. & iiij. in j. vol. † Vl- 16

timo ex ij. q. præcedenti poteſt colligi vna limitatio ad regulam, quæ ſe habet, quòd repulſa teſtium eſt regulariter permiſſa: nam fallit in teſtibus approbatis per producentem: vt ibi fuit dictum. & not.
17 Card. in cle. fi. in ſi. de teſt. † Secundo limita in cauſa criminis læſæ maieſtatis: nam in ea non habet locum repulſa teſtium. l. famoſi. & l. in quæſtionibus.
18 & ibi Bar. ff. ad le. Iul. maie. † Tertio limita in cauſa blaſphemiæ Dei: quia non admittitur repulſa quia hæc æquiparatur crimini læſæ maieſt. ita tenet Paris in tract. ſynd. in ver. condemnatio. col. iiij. in fin. † Quarto limita in cauſis ſummarijs. vbi ſufficiunt ſemiplenæ probationes: quia non admittitur in eis repulſa: vt not. Abba. in c. veniens. el. ij. col. v. in princ. de teſt. & ibi etiam Feli. in vj. col. de cuius dicti veritate vide Franc. de Aret. in d. c. veniens col. ix. vbi diſtinguit Rob. Marant. Venuſ. V. I. D.

F I N I S.

CLARISSIMI AC CELEBERRIMI IVRISCONS. DOMINI IOAN. CROTI A MONTEFERRATO, TRACTATVS PRAECLARVS ET INSIGNIS DE TESTIBVS, OMNIBVS LEGALIS NORmæ profeſſoribus perquàm vtilis & neceſſarius.

Cum Additionibus, necnon plurimis fructuoſis quæſtionibus, Prudentiſſimi, V. I. Profeſſoris Domini Petri de Moncada Hiſpani.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtimoniorum vſus frequens & neceſſarius eſt.*
2 *Diligentius attendendum eſt circa ea, quæ quotidie emergunt.*
3 *Ordo eſt principium medijs, & media ſuis finibus iungens: non enim eſt perfectæ cognitionis ordinem in rebus non ſeruare.*
4 *Perſonarum habilitas in primis conſideranda eſt, deq́ ea pertractandum.*

TEſtimoniorum vſus † frequens *a* & neceſſarius eſt, vt inquit Archadius in l. j. ff. de teſt. Ideo operæpretium exiſtimaui ad communem vtilitatem in hoc opere ſeu tractatu hanc materiam diſcutere. † exemplo Pauli iuriſcon. in l. legaui. ff. de libe. leg. admonitus, qui monet, vt ea quæ quotidie emergunt, diligentius attendantur. Et quia (vt inquit Bal. in proœ. ff. orum referendo diuum Ambroſium) Ordo eſt † principiũ medijs, & media ſuis finibus iungens: & ſcire quid facias, & ignorare quo ordine faciãs, non eſt perfectæ cognitionis. Ideo videndum eſt priuſquam ad rem veniamus, vt ordinem præſentis tractatus præſcribamus, vt ordine intellectæ res magis delectent animos, mentes magis nutriant, ſenſus magis illuminent, & memoriam reddant¦clariorem. Hunc ergo in præſenti libello ordinem ſeruabimus. nam ipſum in octo partes diuidemus. In prima, quia prius † de habilitate *b* perſonarum videndum eſt. l. ſi quæramus. ff. de teſta. l. quidam referunt. ff. de iure codicil. tractabitur, qui prohibeantur eſſe teſtes in teſtamento, & qui poſsint eſſe teſtes. In ſecunda, qui poſsint eſſe teſtes in codicil. In tertia, qui poſsint eſſe teſtes in cauſis criminalibus, & qui non. In quarta verò, qui poſsint eſſe teſtes in cauſis ciuilibus. In quinta autem, qui poſsint cogi ad teſtificandum tam in ciuilibus quàm in criminalibus. In ſexta videbimus, quot teſtes requirantur in probatione cuiuſcunque actus. In ſeptima verò tractabitur de modo & forma quæ debet obſeruari in examinatione teſtium vt eorum dictum valeat. In octaua autem & in vltima videbimus quando contra perſonas teſtium opponi poſsit, & quomodo opponi debeat. Quibus expeditis quòd ſupereſt & ad materiam facit, tractabitur per quæſtiones.

QVI TESTES PROHIBEANTVR ESSE IN TESTAMENTO, QVI VE NON.

S V M M A R I V M.

1 *Infamis infamia iuris in teſtamento teſtis eſſe non poteſt nec etiam in iudicio, & nu. 8.*
2 *Infamis an ſufficiat, quòd quis probetur, vel oporteat, probari quòd eſſet infamis, & communi opinione ita reputaretur. & de communi opin. nu. 10.*
3 *Excommunicatus non omnis repellitur à iudicando.*
4 *Seruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamēto, intellige, vt ibi.*
5 *Qualitas, quæ exigitur ad eſſentiam alicuius diſpoſitionis, illa probanda eſt.*
6 *Opinionem maiorum, qui ſequitur, pœnam pati non debet.*
7 *Infamia qualiter probanda ſit.*
8 *Infamis non poteſt eſſe teſtis regulariter.*
9 *Præſumptio eſt pro regula.*
10 *Præſumptio transfert onus in aduerſarium.*
11 *Mulier non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. quod ampliatur, & limitatur multis modis, vt num. ſeq.*
12 *Teſtium in numero ſi diſpenſetur, vt quia diminutus ſit determinatus numerus, an intelligatur, etiam diſpenſatum circa teſtium qualitates vbi Add. latè.*
13 *Mulier poteſt eſſe teſtis in codicillis. & eſt communis opinio.*
14 *Mulier poteſt eſſe teſtis in teſtamento condito à patre inter liberos.*
15 *Mulier teſtis eſſe poteſt in teſtamento ad pias cauſas, & eſt commun. opin.*

16 *Teſta-*

16 *Teſtamenta ſuſtineri debent ſic, vt dubijs amplectenda ſit opinio quæ fauet teſtamentu.*
17 *Teſtium numerus ſupplet aliorũ imbecillitatem & fragilitatem.*
18 *Mulier poteſt eſſe teſtis in teſtamento condito in terris eccleſiæ, licet etiam ad pias cauſas non fuerit conditum. & eſt commun. opin. num. ſeq.*
19 *Teſtis idoneus dicitur, qui eſt omni exceptione maior.*
20 *Legatarij poſſunt eſſe teſtes in teſtamento.*
21 *Teſtamentum factum tempore peſtis adhibitis ſeptẽ teſtibus, quorum duo erãt fœminæ, validum eſt, quicquid non nonnulli econtrà.*
22 *Teſtamentum tempore peſtis fieri non poteſt minori numero quàm ſeptem teſtium. & eſt magis communis opin.*
23 *Teſtes inhabiles admittuntur in ſubſidium, quando idonei habitu & actu haberi nequeunt.*
24 *Teſtes admittuntur participes criminis ad probandum coniurationem ſecretò factam.*
25 *Teſtium habilitas maior requiritur in cauſa criminali, quàm in teſtamentis.*
26 *Mulier teſtis eſſe non poteſt in cauſa criminali, fallit, quando aliter veritas haberi non poteſt.*
27 *Seruus non poteſt eſſe teſtis.*
Monachi & religioſi poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. ibid. & num. ſequen.
28 *Fratres Prædicatores, & Minores, alijq; fratres mendicantes poſſunt adhiberi teſtes in teſtamento.*
29 *Legatarij an poſſint eſſe teſtes in teſtamento.*
30 *Hæres non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. & nu. ſeq.*
31 *Fideicommiſſarius vniuerſalis non poteſt adhiberi teſtis in teſtamento. fallit tamen, vt nu. 35.*
32 *Hærede (cui aliquis eſt ſubſtitutus) litigante puta cum Titio, non eſt ſubſtitutus ille citandus.*
33 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
34 *Trebellianica non detrahitur de relictis ad pias cauſas. quod ampliatur.*
35 *Fideicommiſſarius ſub conditione incerta adhiberi poteſt teſtis in teſtamento.*
36 *Bart in l. Diem. ff. de aqua plu. arc. declaratur.*
37 *Impuberes prohibentur eſſe teſtes in teſtamento.*
38 *Hæredis pater, aut filius, an poſſint eſſe teſtes in teſtam.*
39 *Exequutor vltimæ voluntatis an poſſit eſſe teſtis in teſtamento.*
40 *Exequutor poteſt eſſe vnus ex hæredibus inſtitutis.*
41 *Exequutor propriè quis dicatur.*
42 *Hermophroditus an poſſit eſſe teſtis in teſtamento.*
43 *Hermophroditus an poſſit ad ordines ſacros promoueri.*
44 *Eunuchus poteſt eſſe teſtis in teſtamento.*
45 *Eunuchus habet teſtamenti factione actiuam & paſſiuã.*
46 *Eunuchus poteſt aſſumi ad clerum, quinimmò & ad munus Epiſcopale.*
47 *Furioſus, ſurdus, mutus, & ille cui interdicta eſt bonorũ adminiſtratio, an teſtes poſſint eſſe in teſtamento.*
48 *Hæreticus an recipiatur teſtis in teſtamento.*
49 *Notarij filius aut vxor an poſſint recipi in teſtes in teſtamento rogato per patrem notarium aut maritum.*
50 *Vſurarius an admittatur in teſtem in teſtamento.*
51 *Iudæus, an ſit idoneus teſtis in teſtamento.*
52 *Tutor an poſſit eſſe teſtis in teſtamento quo deſcriptus eſt tutor. & ibi quid in vxore & ſorore tutoris.*
53 *Carcerati an poſſint teſtes adhiberi in teſtamento.*
54 *Leproſus an poſſit eſſe teſtis in teſtamento.*
Morbo comitiali percuſſus an teſtis adhiberi valeat in teſtamento.
55 *Teſtis an poſſit adhiberi Theotonicus in teſtamento Hiſpani aut Galli, vel Græcus in teſtamento Latini, aut econuerſo.*

CIRCA primum, qui nõ poſ-
ſit eſſe teſtis in teſtamento.
Breuiter dico quòd quili-
bet infamis † infamia iuris 1
in teſtamento non poteſt
eſſe teſtis, quia cum repel-
latur à teſtimonio feren-
do in iudicio, ergo repel-
litur à teſtimonio ferendo
in actu teſtandi. ita arguit iuriſ. in l. qui teſtamento.
§. eum qui. ff. de teſta. †Sed hic cadit vna no. quæ- 2
ſtio. ſ. an ſit ſufficiens probatio, ſi probetur teſtem
adhibitũ in teſtamento fuiſſe infamem, vel ſit opus
probare quòd erat infamis & communi opinione
ita reputabatur. Bar. in l. 1. C. de teſta. & in l. ad te-
ſtium. §. 1. ff. de teſta. & in l. cum lege, eo. tit. conclu
dit quòd ad hoc vt probatio concludat, eſt neceſſe
quòd fiat exceptio quòd teſtis communi opinione
reputabatur infamis, aliàs probatio eſſet inſufficiẽs.
pro qua opin. faciunt quæ no. Io. Andr. d. Anto. &
Abb. in c. fraternitatis. extra de teſti. qui dicunt, ꝙ
ſi aliquis volens irritare ſententiam iudicis latã con-
tra ſe, articulet, & probet iudicem fuiſſe excommu-
nicatum, iſta probatio nihil ſibi prodeſt, quia de-
buit etiam probare quòd ipſe iudex habebatur pro
tali, †cùm non quilibet excommunicatus repellatur 3
à iudicando. c. ad probandum. extra de re iudic. Se-
cundò pro opi. Bar. ſic poteſt argui: ſicut †non qui- 4
libet ſeruus prohibetur eſſe teſtis in teſtamento, ſed
ille qui eſt ſeruus & ita reputatur. l. 1. C. de teſta. ita
ille qui eſt infamis non prohibetur eſſe teſtis niſi e-
tiã. ſic reputetur. tunc ſic arguatur, vbi aliqua † qua- 5
litas c exigitur ad eſſentiam alicuius diſpoſitionis il- c
la eſt probanda. l. Fulcinius. §. 1. ff. ex qui. cau. in
poſ. ea l. Titius. ff. de mili. teſt. Bar. in l. diuus. ff. de
re iud. Abb. in c. licet cauſam. in 3. no. extra de pro-
ba. Sed ita eſt in caſu propoſito, ergo. Tertio pro iſta
opi. ſic poteſt argui. Poſsibile eſt quòd teſtator qui
adhibuit aliquem infamem in teſtamento ſuo igno
raret eius infamiam, cum communiter ille teſtis in-
famis non reputaretur, ergo illud teſtamentũ pro-
pter hoc non debet viciari. † aliàs imponeretur pœ- 6
na illi qui maiorum op. & errorem ſecutus eſt. quod
eſſe nõ debet. c. inter corporalia. de tranſla. Epi. vel
cle. ibi, maiorum ſecuti errorem. iuncta l. fin. C. de
poſthu. hære. inſt. ideo vt appareat teſtatorem fuiſſe
in culpa, qui illum adhibuit in teſtem in teſtamen-
to ſuo, probatio debet cõcludere eo modo quo ſu-
prà fuit dictum.

Contrarium d tenuit Bal. in l. 1. C. de teſta. Imo. d
Pau. de Ca. Rap. Cu. & Areti. in l. ad teſtium. §. 1. de
teſta. ff. per textum in cap. præſentium. §. teſtes. de 7
teſti. lib. 6. †vbi traditur modus probandi infamiã.
& dicit ꝙ ſatis eſt probare aliquem eſſe infamem,
dummodo ſigillatim. i. cum expreſsione cauſæ ex
qua oritur illa infamia illud probetur. Secundò mo 8
uetur ibi Rap. Cu. nam †regulariter infamis nõ po-
teſt eſſe teſtis. l. Caſsius. ff. de ſenato. l. eandem. §. 1.
ad l. Iul. repe. & eſt tex. loquens de teſtib. in d. l. qui
teſtam. §. eum qui. ideo ſufficit ꝙ excipiens habeat
præſumptionẽ pro ſe. l. oẽs. §. Lucius. ff. de his quæ 9

9 infra.cre. †Item quia in dubio præſumitur pro re-
gula ſecundum Bar. in l. quotiens. ff. ſi quis cau. fa-
cit. l. ſuus quoque. ver. puto. ff. de hære. inſti. & iſta
opi. videtur verior. Non ob. doct. Io. And. ſuperius
alle. quia eſt vera in terminis quibus loquitur ſcili-
cet quando ageretur de irritanda ſententia, quæ fuit
lata à iudice excommunicato, debet probari excō-
municatio eo modo quo ſuprà quia. l. exigit & re-
quirit ꝙ iudex ſit publicè excommunicatus. ſed ius
ſimpliciter repellit infamē à teſtificando, nec exigit
iſtam qualitatē quòd ſic habeatur & reputetur. d. c.
præſentium. in §. teſtes. Et per hanc ſolut. tollitur
& ſecundum fundamentum. Ad tertium reſponde-
tur, quòd cum probetur teſtem fuiſſe infamē, præ-
10 ſumitur ꝙ ita reputaretur † quæ præſumptio tranſ-
fert onus probandi in aduerſarium. l. generaliter.
§. petitam. ff. de fideicom. lib. l. ſiue poſside. C. de
prob. & ſic vera eſt iſta opi. quā tenet Alex. in conſ.
152. incip. viſo proceſſu. in 5. col. vbi dicit quòd
communis opi. eſt contra Bar.

11 Secundò, mulier † non poteſt eſſe teſtis e in teſta-
e mento. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſta. §. te-
ſtes. Inſtit. de teſta. glo. in c. forus. in verbo nec fœ-
mina. de ver. ſig. Iſtud amplia, vt procedat etiam in
12 teſtamento condito à ruſtico f † quia licet ſit dimi-
f nutus numerus teſtium, attamē quoad idoneitatem
ipſorum teſtium nihil reperitur immutatum, igitur
quod non eſt immutatū attendi debet. l. ſancimus.
C. de teſtam. l. præcipimus. in fi. C. de appella. & ita
tenet d. Alexa. in conſi. 70. incip. viſo conſilio alias
per me tradito, in ver. nec obſtat ſi dicatur in 2. vol.

Iſta conclu. fallit in nonnullis caſibus g. Et pri-
g mo † in codicillis, in quibus mulier poteſt eſſe teſtis:
13 quia iſtud prohibitum non reperitur, ſecundum gl.
in l. fi. in verbo quinque. C. de codic. & glo. & Bar.
in l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. aduer-
tite tamen quia cum codicilli largo modo veniant
appellatione teſtamenti, vt per glo. vltimam in l. 1.
ff. de teſt. vt dixi in rub. ff. de leg. 1. poteſt dici quòd
mulier ſicut in teſtamento non poteſt eſſe teſtis nec
h etiam in codicillis. h iſta tamen cōcluſio. ſeu fallen.
communiter eſt approbata.

14 Secundò † fallit in teſtamento cōdito à patre in-
i ter liberos i, in quo mulier poteſt eſſe teſtis ſecundū
gl. in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de te-
ſta. alias in Auth. ꝙ ſine. Et ratio eſt quia in tali te-
ſtam. conſideratur iuſgentiū. vt ibi per Bar. quo iu-
re mulier nō repellitur à teſtimonio. iuxta illud: In
ore duorum vel trium ſtat omne verbum.

15 Tertiò fallit † in teſtamēto ad pias cauſas, in quo
etiam attenditur iuſgentium, ſeu diuinum. c. relatū.
& c. cum eſſes, extra de teſtam. Et ita tenet Bal. in l.
1. in fi. ſuæ lecturæ & in repet. illius in 13. col. verſic.
ſuper 1. q. C. de ſacroſan. eccl. Pau. de Caſt. in conſ.
362. inci. Dubium facit. & iſta opin. eſt tenenda in
practica, quia communis k ſecundum Lud. Rom. in
Auth. ſimiliter. in 16. ſpeciali piæ cauſæ verſic. inter
k vltimas voluntates. C. ad l. Falc. † Maximè, quia in
16 dubijs illa opi. eſt amplectenda per quam teſtamen
tum ſuſtinetur. l. ſi pars iudicantium. ff. de inoffic.
teſta. c. fi. extra de re iud.

Contrarium tenet Feder. de Senis in conſ. 217. in-
cip. Quidam nomine Petrus. & tenuit contrarium
per generalitatem text. in d. l. qui teſtamento mu-
lier. Pro cuius opi. adduci poteſt tex. in d. c. relatū,
vbi exiguntur duo teſtes legitimi in teſtamento con
dito ad piam cauſam, ſed mulier non eſt legitima
teſtis in teſtamento vt d. §. mulier, ergo. Præterea in
tali teſtamento derogatur ſolennitati iuris ciuilis
reſpectu numeri teſtium. d. c. relatum, ſed reſpectu
habilitatis teſtium ius ciuile non reperitur corre-
ctum, igitur &c. l. ſancimus. C. de teſta. Præterea &
tertiò ſecundum Lud. Rom. in d. Auth. ſimiliter,
ideo eſt quòd mulier non poteſt eſſe teſtis in teſta-
mento propter ſexus fragilitatem, de facili enim
poteſt corrumpi mulier etiam in teſtamēto ad piam
cauſam condito.

Quartò facit: nam ſi mulier in teſtamēto in quo
requiruntur ſeptem teſtes non poteſt eſſe teſtis vnà
cum illis, † quo caſu numerus aliorum deberet ſup- 17
plere eius imbecillitatē & fragilitatem. l. ſi quis ex
argentarijs. §. 1. & quod ibi no. Bald. & Cyn. in 8.
char. in verſic. octauò & vltimò fallit. ff. de eden.
multò minus in teſtamento prædicto in quo minor
numerus teſtiū requiritur. Et iſta vltima ratio mul-
tum ſtringit cōtra communē ſententiam. Nec obſt.
ſi diceretur, fœmina in teſtamēto à patre inter libe-
ros condito poteſt eſſe teſtis, ergo & in prædicto te-
ſtamento ad piam cauſam, quia reſpondetur quod
alia eſt ratio in teſtamento condito à patre inter li-
beros, ſcilicet quia cauſa inteſtati fouet cauſam te-
ſtati, vt per ſcriben. in d. §. ex imperfecto, & eſt bo-
nus tex. in l. 1. de his qui ſibi aſcri. in teſtamento ver.
cum ſi teſtamentum ſcriptum non eſſet, iuſtus ſuc-
ceſſor futurus eſſet.

Quartò fallit † in teſtamento condito in terris ec- 18
cleſiæ & non ad piam cauſam, in quo mulier poteſt
eſſe teſtis, ita tenent d. Abb. Pet. de Anch. in 4. not.
& Io. de Imo. in c. cum eſſes, extra de teſta. & hoc eſt
quia in tali teſtamento attenditur iuſgentium, non
autem ius ciuile.

Contrarium & fortè melius tenuit Alb. de Roſ.
in conſ. 130. & d. Alexa. in conſi. 70. in 3. col. vol. 2.
& mouetur per tex. in d. c. cum eſſes, vbi in teſtamen
to condito in terris eccleſiæ requiruntur teſtes ido-
nei, is autem dicitur † idoneus teſtis, qui eſt omni 19
exceptione maior glo. eſt ſolennis in §. item verbo-
rum, Inſtit. de inut. ſtipul. mulier autem de iure ci-
uili non eſt talis. d. l. qui teſtamento. §. mulier. nec
de iure canonico. cap. forus, in fi. de verb. ſigni. pro
quo etiam poſſunt adduci iura & rationes de quibus
infra in proxima limit. Nec eſt verum ꝙ in tali te-
ſtamento attendatur ſolum iuſgentium, patet quia
vltra numerum duorum teſtium exigitur etiā præ-
ſentia presbyteri parrochiani, quod non eſt de iure
gentium tenendo tamen aliam opin. quam commu
niter ſequuntur Can. Amplio illam procedere etiā
ſi ſolæ mulieres ſine aliquo maſculo teſtes fuerint
adhibitæ, ita tenet Abb. in d. cap. cum eſſes, extra de
teſta. in 1. colum. licet aliqui ſecundum eum con-
ſuluerint contrarium & malè. in quo tamen d. Ale.
tenuit contrarium in conſ. 84. in 2. vol. incip. Viſo
themate mihi exhibito, in fi. verbis.

Aduertite, quia tenendo communem opin. valet
ꝙ in d. teſtamento mulier poſsit eſſe teſtis, nihil re-
fert quòd omnes teſtes adhibiti in d. teſtamēto ſint
fœminæ ex quo habilis fuit facta mulier ad iſtum
actum. iſtud probatur optimè alio ſimili. † Nam 20
lega-

legatarij in teſtamento poſſunt eſſe teſtes. l. ſi quis
ita, de reb. dub. l. dictantibus, cum ibi no. C. de te-
ſtam. iſtud procedit etiam ſi omnes teſtes adhibiti
in teſtamento eſſent legatarij ſecundum Io. Fab. in
§. legatarijs, Inſtit. de teſt. & d. Abb. in c. inſuper, in
penul. col. de teſti. de quo infra latius dicetur. &
iſtud verius videtur, quicquid dicat. d. Alexan. in
loco præalle.

21 Vltimò limita † in caſu no. *l* in quo aliâs de facto
l conſului. ſ. mulier quædam fecit teſtamentum tem
pore peſtis adhibitis ſeptem teſtibus, quorum duo
erant fœminæ fuit dubitatum, an tale teſtamentum
22 fuerit validum. allegabatur quòd non, † quia magis
communis eſt opi. Doc. quòd teſtamentum tempo-
re peſtis fieri non poteſt cum minori numero quàm
ſeptem teſtium, prout habetur latè per ſcriben. in l.
fi. C. de teſta. & per d. Baueri. in §. fi. col. *10*. Inſti. de
teſtam. Ego tamen conſului contrariũ, & mouebar,
23 † quia quando in probatione alicuius actus nõ poſ-
ſunt haberi teſtes idonei habitu nec actu, admittun-
tur teſtes minus idonei in ſubſidium, ita vult. d.
Ant. in c. tertio loco, de proba. & in cõſ. inci. Quia
dubia quæſtio. &c. d. Abb. in c. fi. per illum tex. de
24 teſti. cogen. † Nam ibi admittuntur criminis parti-
cipes ad probandum coniurationem factam ſecre-
tè per alios, qui tamen in alijs caſibus repelluntur.
l. quoniam liberi. C. de teſti. & d. Alex. in conſ. *84*.
inci. Diuini numinis inuocato ſuffragio. Cum ergo
tempore peſtis idonei habitu nec actu veriſimiliter
potuerunt adhiberi, quia vt docet experientia, qui-
libet timet peſtis periculũ, mulieres in tali teſtamen
to potuerunt teſtes adhiberi. Confirmabam alia
25 multum vrgenti ratione, maior idoneitas † vel ha-
bilitas exigitur in teſte deponente in cauſa crimina-
li quàm in teſte deponente in teſtamẽto, patet, nam
maior *14*. annorum in teſtamẽto eſt idoneus teſtis.
l. hac conſultiſsima, in prin. C. de teſta. & tamẽ pu-
bes niſi ſit maior *20*. ann. non poteſt in cauſa crimi-
nali teſtificari. l. in teſtimonium, vbi glo. ff. de te-
26 ſtib. tunc ſic, mulier † quæ etiam in cauſa criminali
non poteſt eſſe teſtis vt probatum fuit. c. forus, de
verb. ſign. c. mulier. *30*. q. *1*. attamen ſi veritas aliter
probari non poteſt, admittitur in cauſa capitali in
ſubſidium. ſecundum Ioan. And. in titu. de teſt. in
§. *1*. in addi. quæ incipit Fertur Iac. de Aret. in addi.
ad Specu. quem ſequitur d. Alex. in conſ. *23*. incip.
Animaduertas in *2*. volu. & in *3*. col. ergo & in caſu
huius teſtamẽti mulieres poterunt eſſe teſtes in ſub-
ſidium. & ita cum laude Dei fuit ſententiatum. tene
menti, quia nullibi hæc ita excuſſa reperies.

27 Tertiò ſeruus † non poteſt eſſe *m* teſtis. l. qui te-
m ſtamento. §. ſi ſeruus. ff. de teſtam. l. *1*. vbi no. C. de
teſt. ex quo videtur poſſe inferri quòd monachi &
religioſi qui ſeruis æquiparantur. c. multas. l. *4*. diſ.
Bar. in l. *1*. de ſtip. ſer. & in l. *1*. de vulg. & pup. non
poterunt adhiberi teſtes in teſtamento, in quo tamẽ
28 † dicite contrarium *n*, & ita tenet Bald. in l. *1*. C. de
n ſacroſan. eccl. in *12*. col. verſ. ſuper *10*. q. vbi tenuit q
fratres minores, & alij mendicantes ſunt legitimi te-
ſtes in teſtamento. & ita tenet Aret. in conſ. *160*. in-
cip. Longa eſt iſta cõſultatio, in ver. venio ad octa-
uum &c. facit etiam text. in ca. nuper, extra de teſt.
vbi probatur quòd fratres minores poſſunt eſſe te-
ſtes ad probandum aliquid eſſe factum vel geſtum,
ſimiliter monachi poſſunt eſſe teſtes ſecũdum Bal-
dum in Auth. ingreſsi. C. de ſacroſan. eccl. per glo.
in §. cogitandum, in verbo teſtes, in Auth. de mo-
na. idem Bal. in l. *1*. in verſ. ſuper nono quæſito. C.
de ſacroſan. eccle.

Quartò legatarij † in teſtamento non poſſunt eſ- 29
ſe teſtes, ſi omnes dicti teſtes fuerint legatarij, ita te-
net d. Hono. aliâs Flor. de Sancto Petro in l. nul-
lum. C. de teſt. vbi dicit quòd vnus legatarius po-
teſt eſſe teſtis in teſtamento, quia numerus alio-
rum, qui non ſunt legatarij facit ceſſare ſuſpitionem
fraudis.

Contrarium tamen tenet Io. Fab. *o* in §. legata- o
rijs, Inſtit. de teſtam. per l. ſi quis ita, de reb. dub. vbi
valet legatum illis qui ſignauerunt teſtamentum,
ergo omnibus valet legatum factum: quia omnes
ſignare debent. idem tenet d. Abb. in c. inſuper, ex-
tra de teſti. in pen. col. & pro iſta concluſione facit
tex. in l. dictantibus. C. de teſta. vbi dicit text. q te-
ſtibus adhibitis legari poteſt, ergo omnibus. argu.
l. ſi pluribus, de leg. *2*. Soc. in d. l. ſi quis ita, concor-
dat has opi. fœdere cuiuſdam diſtinctionis, aut te-
ſtes ſunt adhibiti ad ſolennitatem teſtamẽti, & iſto
caſu procedit Io. Fab. vt quia teſtator teſtamentum
in ſcriptis fecit & omnibus ſignantibus teſtamentũ
leganit. Aut fuerunt adhibiti ad probandum veri-
tatem teſtamẽti, & tunc procedit opi. d. Ho. de ſan-
cto Petro, quam etiam tenet Saly. in d. l. dictanti-
bus, & iſta diſtinctio veritati amicatur. & vltra eum
probatur ratione: nam quando in ſcriptis factũ fuit
teſtamentum & omnibus illud ſignantibus fuit fa-
ctum legatum, legatarij ignorant quid contineatur
in teſtamento, & an ſibi quicquam fuerit legatum,
ideo ceſſat in illis ſuſpitio fraudis, propter quã de-
bent repelli. ſecus quando ſunt adhibiti teſtes in te-
ſtamento nuncupatiuo, quia tunc ſciunt quid con-
tineatur in teſtamento.

Quinto loco † hæres *p* non poteſt eſſe teſtis in te- 30
ſtamento. §. ſed neque, Inſtit. de teſtam. l. qui teſta- p
mento, in prin. de teſtamen. Quod etiám procedit 31
† in fideicommiſſario vniuerſali, cum habeatur lo-
co hæredis. l. ſi necem. §. fi. ff. de bon. lib. l. ſi filius.
§. *1*. ff. quod cum eo. Et ita tenet Bal. in l. dictãtibus.
C. de teſta. facit, quia lex loquens de hærede com-
prehendit fideicommiſſarium, ſecundum Bar. in l.
1. §. de illo. ff. ad Trebel. iſte eſt pulcher articulus, &
indiget pleniori diſcuſsione, in quo preceptor meus
d. Iaſ. in d. l. dictantibus, dicit contrarium poſſe at-
tentari. & primò per generalitatem illius text. & ſi-
milium iurium. Item per §. ſed neque, Inſt. de teſta.
in ratione ſui. Item quia principaliter non agitur de
commodo fideicommiſſarij, ſed in quandam con-
ſequentiam. Hinc † eſt, quòd ſi ageretur iudicium 32
inter hæredem ſcriptum & alium, ſubſtitutus non
eſt citandus. l. *1*. §. pen. de ven. inſpi. Barto. in l. in
diem, de aqua plu. arcen. cum multis quæ allegan-
tur ibi per eum, quid tenendum, ſequar opin. Bald.
cum quadam modificatione, pro qua induco tex. in
§. legatarijs, Inſtit. de teſtam. ibi enim dicitur quòd
legatarij & fideicommiſſarij in teſtamento poſſunt
eſſe teſtes, quia iuris ſucceſſores non ſunt, *q* & ſic ha- q
bilitatur fideicommiſſ. ad teſtimonium teſtamenti,
quia iuris ſucceſſor non eſt, ſi ergo reperiatur aliqs
fideicommiſſarius qui ſit iuris ſucceſſor ille pro-

33 hibetur eſſe teſtis † quia vnius incluſio, eſt alterius
excluſio. l. cum prætor, de iudi. l. maritus, de procu-
ra. ſed fideicommiſſarius vniuerſalis eſt iuris ſuc-
ceſſor, quia reſtituta ei hæreditate in illum transfe-
runtur iura hæreditaria actiua & paſsiua. §. reſtituta,
Inſtit. de fideicom. hæred. ergo &c. Secundò facit,
in his, quæ alteri ex diſpoſitione hominis acquirun-
tur inſpicimus perſonam cui commodū eſt acqui-
rendum, non illum qui oneratur. l. 3. §. 1. de lega.
præſtan. l. 10. cum dare. ff. ad l. Fal. ſed incommodū
hæreditatis eſt acquirendum fideicommiſſario ex
diſpoſitione teſtatoris, igitur prohibetur eſſe teſtis
ac ſi directò fuiſſet hæres inſtitutus. facit etiam text.
in l. is qui. §. fi. de lega. præſtan. in ratione deciden-
di. ideo Bal. multum ſingulariter in l. auia. §. Titio.
ff. de cond. & demon. dicit quòd cum de fideicom-
34 miſsis † relictis ad piam cauſam trebellianica nō de-
trahatur, iſtud procedit ſiue hæreditas immediatè
reſtituenda ſit per hæredem ſiue mediatè videlicet
poſt primi fideicōmiſſarij mortem. & hoc dictum
ſequitur Lud. Roma. in conſil. 206. incip. Licet de
communi concluſione, 22. in fine.

35 Limito hanc † concluſionem non habere locum
quando hæreditas eſſet reſtituenda fideicommiſſa-
rio ſub conditione incerta, vt quia fuit hæres gra-
uatus reſtituere Titio hæreditatem, ſi ſine liberis
deceſſerit. Nam hoc caſu fideicommiſſarius pote-
rit eſſe teſtis. ratio eſt, quia dubium eſt an commo-
dum hæreditatis ad illum ſit peruenturum vel ne:
cùm iſto caſu multa poſſent contingere quod non
perueniret &c. argumen. l. naturaliter, & l. in la-
queum. ff. de acquiren. rerum domi. pro qua limi-
tatione adduco quod voluit Roma. in præallega.
conſ. 206. vbi limitando dictum Bal. in d. l. auia. §.
Titio. dicit illud procedere quando certum eſſet
hæreditatem ad eccleſiam peruenturam, ſecus ſi eſ-
36 ſet dubium vt ibi latius per eum. † Et ſecundum
prædicta puto limitari poſſe dictum Bartol. in l. in
diem, de aqua plu. arc. quia procedit quando datus
fuit ſubſtitutus ſub conditione, aliâs ſi purè datus
fuiſſet, deberet citari, quoniam principaliter de il-
lius præiudicio tractatur.

Puto etiam poſſe dici quòd in caſu in quo cer-
tum eſt hæreditatem alteri eſſe reſtituendam, tunc
e hæres e in tali teſtamento poſsit eſſe teſtis. arg. l. co-
gi. §. qui in ſolidum. ff. ad trebellia.

37 Sextò & vlt. † impuberes f prohibentur eſſe teſtes
f· in teſtamento. l. hac conſultiſsima in princpi. C. de
teſtamen. in quo aliter non eſt inſiſtendum. Et iſta
ſufficians: quoad habilitatem teſtium, qui ſunt ne-
ceſſarij in teſtamento.

Additiones D. Petri de Moncadà Hiſpani.

a Frequens & neceſſarius. *Adde indiuiduæ Trinitatis ac intemeratæ Virginis Mariæ præſidio implorato, quòd adeo frequens & neceſſarius eſt, vt quaſi non ſit materia in toto corpore iuris de qua tot ſpeciales tractatus editi ſint: vt videre poteris per Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in tit. de teſte in princi. & poſt illos antiquos ediderunt etiam Bart. Bald. Iac. Aegid. Nel. de San. Gem. Alb. de Roſ. Iudar. de Alfa Fran. Cur. Ste. Anſre. & nouiſsimè d. Ioan. Cro. qui omnes ſtylo et ordine elegantiori excelluit. Qua de cauſa dum retroactis temporibus à quibuſdam rogatus eſſem, vt ſi qua huic tractatui addenda forent, adderem, diu refutaui: & manum ad calamū porrigere non præſumpſi, imitatus veſtigia Hieremiæ dicentis: A, A, A, Domine neſcio loqui: quia puer ego ſum. vt habetur in c. ſcripturis. 8. q. 1. Verum quia generoſos animos labor allicit & inuitat, nec eſt viri timere laborem, nec eſt ſtrenuus nuncupandus qui labores fugit: niſi creſcat ei animus ex ipſarum rerum difficultate teſtante in Epiſtolis Seneca ad Lucillum quem refert Io. And. in ca. niſi cum pridem. §. porrò de renuncia. & d. Catal. de Boncompag. in tract. de poteſtate Papæ in 1. col. idcirco vt longanquiſitionis cauſidicis & iurium profeſſoribus teſtium vilem & neceſſariam materiam intelligere volentibus labor abſit, quæ apud alios latius diſperſa ſunt in vnum quaſi per modū cuiuſdam ſummæ in his additamentis deligere conſtitui nec mihi per hoc cuncta completendi cupido inceſsit. nam ſcio his noſtris vigilijs adijci poſſe non pauca: cum etiam hi qui habitis ſunt mortalium ſapientiſsimi, vt inquit veriſsimè Columella, dicuntur multa ſciſſe non omnia, ſat nobis erit, ſi omnibus ex parte ſatisfecerimus. Pet. de Moncada.*

b Habilitate perſonarum. *Adde glo. no. & ibi per ſcriben. in l. 2. C. de edic. diui Adr. tollen. & no. per mod. in rubr. C. qui admi. cum concor. de quibus ibi, & ibi latiſsimè per d. Hippo. de Marſil. præcepto. meum in l. ſi quis ne quæſtio. ff. de quæſt. quem omnino videas. Pet. de Moncada.*

c Qualitas. *Adde Fel. in c. 2. de reſc. verſi. reſtringitur & d. Lud. Goz. adi. præcep. meum in repet. l. 2. C. de pact. inter empt. & ven. nu. 144. & quæ ibi poſui in addi. iunctis his quæ infrà in fi. tract. dixi in 10. q. Quid autem ſit qualitas, vide quæ dixi in d. l. 2. Pet. de Moncada.*

d Contrarium. *Adde Fels. in c. cum ordinem, de reſcri. in antepe. col. & in c. ad probandum, de reiud. in 3. column. Albericum de Roſate in tracta. de teſtib. fol. 9. in 4. column. Or aduerte, communis errore tractatus ille de teſtib. appellatur Albericus de Roſa. Fels. tamen in c. inſuper, in 6. col. & in c. teſtimonium, in 5. col. de teſti. appellat eum Alb. Moder. Soci. in reg. 419. in 3. fallen. eum appellat Alber. Malum d. Io. infrà eum allegando in ſuo tracta. appel. Alber. Malet, ego neſcio quomodo appelletur verè propter varietatem prædictorum. vnum eſt quòd ille tractatus non fuit editus ab Alber. de Roſa. hoc patet manifeſtiſsimè cum ipſemet alleget quolibet paſſu Albert. de Roſa. quem non eſt veriſimile quòd allegaret ſi ipſemet eſſet, nos verò ſub nomine Albert. moder. allegamus eum & dum. d. Io. concludit quòd infamis non poteſt eſſe teſtis in teſtamento, an habeat locum in teſtamento ad pias cauſas, vide Bal. in repe. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. in 13. col. Petrus de Moncada.*

e Non poteſt eſſe teſtis. *Sed nunquid mulier poterit eſſe teſtis in teſtamento militis, vide no. per gloſſ. in auth. quòd ſine. C. de teſta. & ibi per Doct. & per Angel. de Aret. & d. Mar. Anto. Baner. in §. teſtes, Inſti. de teſta. in 3. & 10. colu. Petrus de Moncada.*

f A ruſtico. *Adde not. per Iaſ. in l. fi. C. de teſta. in 1. & 2. col. & aduerte dum. d. Io. hic dicit quòd licet diſpenſatum ſit in numero &c. quia contrarium tenet Pau. de Caſtr. in l. qui teſtamento. §. per contrarium ff. de teſt. qui expreſſe dicit & facit iſtam conſequentiam, quòd ſi diſpenſatur in numero teſtium, ita & in qualitatibus, & admittuntur illi qui alias repellerentur. & iſtud no probat ille tex. adeo cogitabam pro concordia iſtorum opi. ſic poſſe dici: quod aut diſpenſatur ſuper numero teſtium in actu in quo teſtes requiruntur ſolum ad probationem, non ad ſolennitatem eſſentialem, vt puta in teſtamento patris inter liberos, vel ad pias cauſas, vt in l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta. & in c. cum eſſes, de teſt. & tunc cenſeatur etiam diſpenſatum in qualitatibus. & ita procedat opi. Pau. de Caſtr. vt probatur in*

d. iuri-

d iuribus. *Aut diſpenſatur in numero teſtium in actu in quo requiruntur teſtes non ſolum ad probationem, ſed etiam ad ſolennitatem, prout in teſtamento ruſtici, in quo requiruntur teſtes ad ſolennitatē neceſſariam licet propter hominū penuriam diſpenſatum ſit in numero. et iſto caſu non cenſeatur diſpenſatum in qualitatibus ſi aliter non ſit expreſſum. & ita procedat opi. d. Io hic. & ratio diuerſitatis erit, quia maioris integritatis debent eſſe teſtes qui adhibentur ad ſolennizandum, quàm illorum qui adhibentur ad probādum, ſecundum glo. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. & gloſſ. in l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de verbor. ſignifica. & per d. Mar. Anto. Bauer. in §. ſed cum aliquis inſti. de teſtamen. in 10. & 12. colum. qui plura ad hoc allegat. Petrus de Moncada.*

g Nonnullis caſibus. *Adde Soci. in trac. fallen in reg. 320. & Feli. in c. quaſtio. de teſti. & Alex. & Iaſo. in l. fi. C. de codi. in fi. col. & Decium in l. fœmina. ff. de reg. iur. Petrus Moncada.*

h In codicillis. *Cōfirmatur iſta opi. per tex. in l. 2 ff. de leg. 1. & in l. ſi quis in graui. §. ſi quis codicillos. ff. ad Syllan. & in l. diuus. §. codicillos el. 2. iuncta l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iur. codici. in quibus iuribus probatur quòd prohibitio facta in teſtamento videtur etiam habere locum in codicillis, igitur fallen. communiter approbato non videtur vera. ſed reſponde quòd prædicta iura habent locum quantum ad habilitatem perſonæ ita quòd ille qui non poteſt facere teſtamentum, non poteſt etiam facere codicillos: non ſic eſt reſpectu ſolennitatis, quia ſolennitas quæ requiritur in teſtamentis, nō requiritur in codicillis. l. fi. C. de iur. cod. ita reſpondet Are. in l. qui teſtamento. § mulier. ff de teſtam. & d. Philip. Decius in l. fœmina. in 5. col. ff. de regu. iur. ad rationem. d. Ioan. hic reſponde vt per Doc. in l. 1. ff. de teſt. & per Bart. & moder. in l. 2. de leg. 1. & no. quòd cum hodie de conſuetudine communiter in teſtamentis apponatur clauſula codicillaris ſi adhibita eſſent fœminæ pro teſtibus in teſtamento valere teſtamentum ſaltim in vim codicillorum ſecundum Io. Fab. Ang Are. d. Mar. Ant. Bauer. in §. teſtes, inſti. de teſt. & Iaſ. in d. l. fi. de iur. cod. in fi. col. 1. Pet. de Monc.*

i Inter liberos. *Intellige legitimos & naturales. quid in naturalibus tantum aut ſpurijs, vide plenè per Bal. Ang. & Alex. in d. §. ex imperfecto, cum concord. de quibus ibi per Moder. Pet. de Moncada.*

k Quia communis. *Adde quòd iſtam opi. dixit eſſe communem. d. Mar. Anto. Bauer. in §. teſtes, inſti. de teſta. in 3. col. qui not. & diffusè tractat iſtam materiam & concordat opi. Pet. de Moncada.*

In caſu not. *Adde Iaſ. in l. fi. C. de teſtamen. in fi. 2. colum. qui propriè ponit iſtam quæſtionem. & vide d. Bauer. in loco hic per d. Ioan. alleg. & dum dicit quòd magis communis eſt quòd tempore peſtis &c. cogita tu quia in rei veritate paſſim eſt multum ambiguum. & opin. contraria eſt multum æqua, vt late per Moder. in l. fin. & per d. Hippo. de Marſi. in l. ſi. in penul. col. ff. ad l. Corn. de ſicar. Petrus de Moncada.*

m Non poteſt eſſe. *Quid in aſcriptitijs, vide Ioan. Fab. inſti. de iure perſo. in princ. quis autem ſit aſcriptitius, et an iſti ſint propriè ſerui ibidem, & per eundem Ioan Fab. in §. teſtes. inſti. de teſtam. an autem ſeruus qui communi opinione reputabatur liber poſſit eſſe teſtis in teſtamento, vide text. & ibi not. in §. ſed cum aliquis, inſti. de teſtam. Pet. de Moncada.*

n Contrarium. *Adde Io Fab in §. teſtes, proximè alleg. in 2. col. & Iaſ. in l. hac conſultiſſima, in princ. C. de teſtam. & Feli. in c. cum nuntius in fi. de teſtib. dummodo interuenerit licentia ſuperiorū, alias ſecundum Io Fab. poſſet teſtamentum impugnari. An autem monachus poſſit eſſe teſtis in teſtamento in quo monaſterium eſt inſtitutum. dic vt per Bar. in l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rerum diu. & Ioan. Fab. Angel. & do Bauer. in §. ſed neq́, inſti. de teſt. & an ſit differentia inter monachos & fratres, vide per Pan. in c. cauſam quæ, el. 1. de iudi. & Fel. in c. licet, in fi. de offi ord. Petr. de Moncada.*

o Ioan. Fab. *Adde quòd iſtam opi. videtur etiam tenere Spec. in tit. de inſtr. edi. in § inſtrumentum ergo publicum, in pen. col. & Ioan. And. ibidem, de quo per Alb Mod. in ſuo trac. de teſt. fol. 8. col. 1. et per Doc. latè in l. qui teſtamēto, in princ. ff. de teſta. & in l. dictantibus, hic alleg. vbi dicit Alex. quòd communis opi. eſt quod legatarius pro herede & pro alijs poteſt eſſe teſtis non obſtante quòd omnibus ſit legatum. vide etiam Ang. & d. Bauer. in §. legatarius, hic alleg. & ratio eſt, quia dato quòd vnicuiq́ ſit legatum, tamen commodum principaliter non ſpectat ad legatarium ſed in conſequentiam. & propterea dixit ſingulariter Bald. in l. 1. §. huius ſtudij, in 2. colum. ff. de inſti. & iu. quòd ſi legatarius fuit examinatus ſuper inſtitutione hæredis & interrogatus an commodum ſit perceptum, reſpondet quòd non, non dicitur falſum dixiſſe, quia intelligi debet de commodo principaliter non in conſequentiam. ſequitur Alex. conſi. 1. inci. Viſo proceſſu inquiſitionis contra Ant. in pen. col. in 3. vol. & Soci. in d. l. ſi quis ita, in 2. de reb. dub. & Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam. ff ſi cert. pet. in princ. in 2. col. & in l. dictantibus, hic alleg. d. Bauer. in d. §. legatarijs. Fran. Cur. in tract. ſuo de teſtibus in 4. conclu. quæ autem ſit ratio quòd legatarius poteſt eſſe teſtis in teſtamento vide per Aret. poſt Bal in l. qui teſtamento, in pri. præalleg. Aduerte quia prædicta videntur habere locū quando teſtamentum fuit factum ſecundum ius cōmune coram ſeptē teſtibus, ſecus ſi coram paucioribus, vt quia ex forma ſtatuti teſtamentum poteſt fieri coram paucioribus, quo caſu conſuluit Io. de Monte Specu. de Peruſio cum pluribus Doc. quod nō habebat locum. § legatarijs, in ii. de teſta. pro quo vide Soci. d. l. ſi quis ita. in fi. col. & Iaſ. in l. dictantibus. ſupra alleg. in 2. colum. Pet. de Moncada.*

p Hæres. *Sed † quid in patre hæredis vel eius filio, dicas* 38
quòd ſicut hæres non poteſt eſſe teſtis, ita nec eius filius quod in poteſtate ſua eſt, nec pater qui eum habet in poteſtate. tex. eſt in l. qui teſtamento. in princip. & ibi Bart. Paul. de Caſt. & alij. ff. de teſtam & in §. ſed neq́, hic alleg. iuncto. § præcedenti. vbi per Angel. & do. Bauer. & ratio eſt, quia iſti viderentur teſtificari in cauſa propria contra. l. omnibus. C. de teſti. idem eſt in fratre hæredis ſi ambo exiſtant in patris poteſtate vt in prædictis iuribus. Ex ſupradictis infertur aliud eſſe in emancipatis. ſed tu dicas contrarium ſecundum Bart. Aret. & alios in d. l. qui teſtamento, in §. quæcunq́. & ita tenet glo. in l. parentes. C. de teſti. nam licet ceſſet patria poteſtas, non tamen ceſſat firma ratio ſanguinis & coniunctionis. item non ceſſat reuerentia quæ patri debetur, ratione cuius non eſt idoneus teſtis. l. liberto. ff de obſeq. patro. præſtan. & ita tenet Ang. & d. Bauer. in d. §. ſed neque, quamuis Pau. de Caſt. in d. l. qui teſtamento, in princ. tenuerit contrarium. prædicta tamen limit in teſtamento filij militantis & ecōtra, & idem in fratre &c. tex. eſt in d. l. qui teſtamento. § per cōtrarium, & ibi Bartol. & Paul. de Caſt & per Alb. Mod. in tract. ſuo fol. 1. col. 2. & per Socin. in reg. 419 in 5. fall. quid autē in ſubſtituto vide per Ang. in conſi. 271. inci. thema ſuper quo conſilium petitur, in pe. col. per Iaſ. in l. dictantibus. C. de teſtam. in 1. col. & per Fran. Cur. in addi. Alex. in d. l. dictantibus. & per Iaſ in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. in 3. col. quid autem in ſocero hæredis vide Ang. cōſi. 138.

 inci.

inci. In facto proponitur quod Bella fere, &c. vbi vide etiam quid ſi mulier ſit inſtituta hæres an eius vir poſſit eſſe teſtis. Et ad id quod dicit. d. Ioan. de fideico. vniuerſalis vide Ang. Aret. & d. Bauer. & omnes in §. legatarijs, inſti. de teſtam. an autem fideicom. ſit propriè hæres vide per Socin. in rubr. ff. de vulg. & pup. in 2. col. & in conſil. 249. incip. Materia, in verſic. ſed huic obiectioni in 2. volum. Petrus de Moncada.

q Non ſunt. *Aduerte quia iſtud eſt de directo contra text. in l. id tempus. §. fi. ff. de vſucap. vbi dicitur quòd legatarius quaſi hæres eſt, ergo iuris ſucceſſor. ſed reſponde, eſt iuris ſucceſſor reſpectu rei ſibi legatæ & quantum ad illam dicitur eſſe hæres, vt d. l. id tempus. §. final. quæ tota dte ad hoc alleg. ſecundum Paul. de Caſt. ibi, non autem eſt iuris ſucceſſor vniuerſalis vt ſuccedat in vniuerſum ius defuncti ſecundum quod loquitur. d. §. legatarijs, vt ibi per Angel. & idem Bauer. in ſecunda colum. facit quod not. Bart. in l. 2. §. item ſi in facto ff. de verbor. oblig. in fine. 1. colum. Petrus de Moncada.*

r Tunc hæres. *Iſta opin. nullatenus placet ex duobus. primò quia iura indiſtinctè prohibent hæredem eſſe teſtem in teſtamento. iuribus vulg. ergo. Secundò quia text. hic per d. Ioan. allegatus non probat. & quòd non probet oſtendo, dicitur ibi, quòd ſi ille qui aliàs ſolidum capere nõ poterat, inſtituatur hæres, & cogetur reſtituere hæreditatem, quod cogitur adire & reſtituere cum nihil honoris &c. tunc ſic, dicit do. Io. ſi in caſu illo ille efficitur capax quoad effectum reſtituendi eò quia nihil honoris &c. ergo idem erit in caſu noſtro cum hæres nihil vtilitatis ex hæreditate conſequatur, qua de cauſa reputandus eſt ac ſi non eſſet hæres, igitur poterit eſſe teſtis ita credo quòd voluit dicere. do. Ioan. ni fallor. quod non placet, nec eius intentio probatur in illo text. quia in caſu d. §. hi quiſolidum, ille qui rogatur reſtituere non eſt omnino incapax, quia poterat capere partem, nimirum ſi ratione partis efficitur capax reſpectu totius quò ad reſtitutionem. non eſt ſic in caſu noſtro quia hæres totaliter eſt prohibitus vt poſſit eſſe teſtis, ergo cogitabutis. Petrus de Moncada.*

ſ Impuberes. *Sed nunquid impubes erit legitimus teſtis in teſtamento militis, vide not. per Angel. in 2. colum. & d. Bauer. in 1. colum. in §. teſtes. inſtitu. de teſtam. quid autem in teſtamentis ad pias cauſas, vide per Felin. in cap. cum nobis, de præſcr. in 4. colum. poſt Bald. in repet. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. in 13. colum. Petrus de Moncada.*

t Et iſta ſufficiant. *Aduerte quia de aliquibus adhuc*
39 *dubitatur. Et † in primis quæritur, nunquid executor vltimæ*
voluntatis poſſit eſſe teſtis in teſtamento. circa quod diſtinguendum eſt, aut eſt merus & nudus executor, ita quòd nullum commodum ſentit ex teſtamento, & tunc poteſt eſſe teſtis, aut eſt aliquid ſibi relictũ, & tunc cum ſit legatarius habebunt in eum locum iura loquentia de legatarijs. ita tenet Bal in l. qui teſtamento, in prin. ff. de teſtam. Ang. Are. & d. Bauer. in § legatarijs, inſti. eo qui pro hoc alleg. etiã Bal. in conſi. 421. & confirmatur iſta diſtinctio ex not per Bar. in l. ſi quis Titio, in princ. ff. de leg 2. & in l. alio. ff. de alt. & cib.
40 *leg prædicta tamen intellige † niſi ipſe executor eſſet vnus ex hæredibus inſtitutis, quod poteſt fieri ſecundum Bartol. in d. l. ſi quis Titio, quia tunc non poſſet eſſe teſtis vt ſupra dictum*
41 *fuit. † Quis autem ſit propriè executor nudus & merus, vide per Abb. in conſil. 59. incip. Viſo teſtamento, in fine. in primo*
42 *vol. Secundo quæritur † an hermophroditus poſſit eſſe teſtis in teſtamento, & dicas quod ſi magis incalleſcit in ſexu maſculino quòd poteſt eſſe ſecus econtra. text. eſt in terminis in l. repetundarum. §. 1. ff. de teſti. benefacit text. in l. quæritur. ff. de ſtatu hominum. glo. eſt no. in §. teſtes, in verbo neq; mulier, inſtit. de teſtamen. quam commendat ibi Ang. & d. Bauer. gl. eſt etiam in §. hermophroditus. 4 quæſtione. 3. ſed diceret aliquis quomodo conſtabit quòd magis incaleſcit in vno ſexu quàm in alio Bald. in dicta lege quæritur, poſt Guilielm. dicit quòd in dubio ſtandum erit eius dicto, & hoc quando aliter conſtat de maiori incaleſcẽtia, alleg. Hoſtien. in ſumma in titu. de teſtib. §. quis poſſit eſſe teſtis idem tenet Ant. de But. in c. fi. de confe. in 5. col. dixit etiam idem Bal. in l. quotiens, in pen. col. C. de ſuis & legi. quòd & ſi reſpectu ſexus non appareret maior incaleſcentia. ſi tamẽ in alijs operibus virtutis & in agilitate corporis appareat maſculus, iudicabitur vt talis, idem econuerſo. pro quo tamen vide Hoſtien. in d. loco & per Aug. in l. de quibus. ff. de legi. Sed † po-* 43
ne quod hermophrodito datur paritas & æqualitas in ſexu & vtitur pariter vtroque prout contingit in diœceſi Taur. ſecundum quòd refert Hoſti. in d. §. quid iuris, illo tunc reſpondeo quo ad ordines recipiendos iſto caſu iudicatur vt fœmina quia eſt via tutior, ſecundum Arch. & Prepoſi Mediola. in d. §. hermophroditus. 4. q. 3. quò ad alia verò collige
ſol. ex ſupra dictis & cogita latius. † Tertiò quæritur an eu- 44
nuchus poſſit eſſe teſtis in teſtamento. & concludendum eſt
quòd ſic. nam ipſe † habet teſtamenti factionem actiuam & 45
paſſiuam, vt eſt text. in l. eunuchis. C. qui teſta. fac. poſ. item non reperitur prohibitus, ergo &c. cum edictum de teſtib. ſit prohibiterium l. 1. ff. de teſti. c. 1. eod. tit. & reperio quod ita propriè in terminis tenet d. Mar. Ant. Bauer. in §. teſtes, inſti. de teſt. 1. 9. col. in prin. pro qua opi. vltra eum facit tex. in ca. eunuchus, iuncto cap. pen. præcedenti. 55. diſtin. vbi dici-
tur quòd † eunuchus ſiue per inſidias hominum factus ſiue ita 46
natus fuerit dumtamen alias ſit dignus, aſſumi poteſt ad clerum & effici epiſcopus, igitur multomagis dicendum eſt vt poſſit eſſe teſtis in teſtamento ſi alia non rèpugnant, cum maior habilitas requiratur in promouendo ad ordines vt mani-
feſtè patet. † Quarto poſſet quæri quid in furioſo. & ſurdo, 47
& muto, & in illo cui bonis interdictum eſt. de quibus vide tex. in §. teſtes, inſti. de teſta. ſupra alleg. & in l. qui teſtamento. §. nec furioſus, & in l. is qui. ff. eod. & in § idem ſur-
dus, inſtit. qui teſta. face. poſ. † Item poſſet quæri quid in hæ- 48
retico, de quo vide text. in authen. credentes. C. de hæreti. &
mani. † item, nunquid in filio ſeu patre tabellionis ſcribentis, 49
teſtamentum. de quo per Gloſſ. & Io. de Pla. & d. Bauer. in §. legatarijs, inſti. de teſtamen. & per Bar. in conſi. 61. incip.
filiusfam. presbyter. † Item quid in vſurario, de quo vide per 50
Bal. in l. 1. in 4. col. C. de teſta. in verſi. 7. quæritur. item quid in affine ſeu conſanguinei, de quo per Alber. moder. in ſuo
trac. fo. 1. in 4. col. † Item quid in Iudæo, de quo vide tex. & 51
ibi no, in l. quoniam. C. de hæreti. & Feli. in ca. Iudæi, de te-
ſti. † Item quid in tutore ſcripto in teſtamento. de quo vide 52
tex. in alleg. l. qui teſtamento, in princi. & per Rom. in conſi. 420. Quid autem in vxore & ſerore tutoris vide Paner. in
conſil. 52. incip. Ieſu Chriſti &c. in 1. volu. in 2. col. † Itẽ poſ- 53
ſet quæri quid in carcerato pro maleficio, de quo dic vt per Bal. in repe. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. in 13. col. pro quo tamen vide gloſſ. in l. 3. § l. Iulia. ff. de teſtib. & 4. quæſt. 3. §. l. Iulia. & Steph. Aufre. in ſuo trac. de teſti. reproba. in ver. canonicus in 2. colu. cum ibi alleg. & ex ibi nota. habes quid iuris tam in teſtamentis quam in cauſis ciuilibus & criminalibus.
† Item poſſet quæri quid in lepra percuſſo & habente mor- 54
bum comitialem an poſſint eſſe teſtes in teſtamento. de quo
vide Bald. & alios in l. caſus. C. de teſta. † Item poſſet quæri 55
an Theutonicus poſſit eſſe teſtis in teſtamento Hiſpani, vel Galli, vel Græcus in teſtamento Latini, & econuerſo, in quo dicendum eſt quòd ſic, dummodo ſenſu percipiant quod

agitur

agitur licet non intelligant idioma, text. eſt no. & ibi no. Bald. & Pau. de Caſtro in d. l. qui teſtamento, in §. & veteros. ff. de teſtamen. Et ſi diceres, quomodo poterit percipere Theutonicus verba Hiſpani &c. Reſpondeo ſecundum eoſdē quod hoc percipiet per interpretem, textus eſt & ibi notant Doctores in lege. 1. §. final. ff. de verborum obligationibus. an autem ſufficiat vnus vel requirantur duo, vide ibidem. Petrus de moncada.

TESTES QVI ADHIBERI POSSINT IN CODICILLIS.

SVMMARIVM.

1 *Mulier in codicillis eſt teſtis idonea.*
2 *Legatarius non poteſt eſſe teſtis in codicillis.*

CIRCA ſecundam. Qui poſsint eſſe teſtes in codicillis, breuiter puto ꝙ illi, qui non poſſunt eſſe teſtes in teſtamentis, nō poſſunt eſſe etiā in codicillis, quia ſolum diminuitur numerus teſtiū, circa qualitatem autem teſtium nihil reperitur immutatum niſi in hoc, quia non oportet illos eſſe rogatos. l. fi. in fi. C. de iure cod.

1 Fallit tamē in muliere quę in codicillis eſt teſtis idonea, ſecūdum gl. in d. l. fi. in. fin. C. de iure cod.
2 credo etiam quòd limitari poſſet in legatario, † qui licet in teſtamento poſsit eſſe teſtis, attamen in codi-
a cillis non a, per §. ſed neque, Inſti. de teſtamen. vbi hæres in teſtamento non poteſt eſſe teſtis, quia totum negocium agitur inter teſtatorem & hæredem, ſed in codicillis nullus inſtituitur hæres, ſed duntaxat fiunt legata & fideicommiſſa: totum ergo negocium agitur inter teſtatorem & legatarium ſeu legatarios.

Additiones D. Petri de Moncada.

a In codicillis non. *Iſtam opin. ſub dubio fortè tenuit Soci. in l. ſi quis ita, in fi. ff. de reb. dubijs. Bald. tamen in lege qui teſtamento, in princ. ff. de teſtam in codicillis factis ab inteſtato relinquit cogitandum. mihi videtur ꝙ legatarius poſsit eſſe teſtis in codicillis & pro hoc allego text. quaſi expreſſum in l. dictantibus. C. de teſta. vbi dicitur, dictantibus teſtamentum aut aliam quamlibet vlt. volun. legari poteſt. poſtea in fi dicitur, teſtibus etiam legari poteſt, coniungendo ergo principium & finem illius legis apparet ꝙ teſtibus adhibitis tam in teſtamētis quàm in codicillis quam in quacunq; vltima voluntate legari poteſt, ſed legatarij ſunt idonei teſtes in teſtamentis ergo & in codicillis & in qualibet vltima voluntate per d. l. dictantibus, quæ generaliter loquitur. cogitabis tamen propter auctoritatem prædictorum. Petr. de Moncada.*

IN CAVSIS CRIMINALIBVS, QVI TESTES ADMITTANTVR, ET QVI NON.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa dicitur criminalis non ſolùm quando pœna ſanguinis imponitur, ſed etiam ſi pecuniaria, quandò tamē fiſco applicatur.*
2 *Pauper an repellatur à teſtimonio in cauſa criminali, & numeris ſequentibus.*
3 *Deportatus poteſt eſſe teſtis, licèt dicatur vilis perſona.*
4 *Libertus admittitur in teſtem in criminalibus.*
5 *Iuramentum ſuppletorium non defertur in cauſis criminalibus, ſeu alijs arduis.*
6 *Pauper qui non poſsidet 50. in bonis non poteſt accuſare, & an repellatur à teſtimonio.*
7 *Pauper admittitur in teſtem in criminalibus ſi eſt probata vita.*
8 *Pauper conſtitutus in aliqua dignitate ſimiliter admittitur in teſtem.*
9 *Pauper admittitur etiam, & probat eius dictum ſi cum alio teſte idoneo coniungatur.*
Teſtis non integri fides ſuppletur ex teſtimonio & fide alterius integri. ibid.
10 *Mulieris dictum in cauſa criminali quod vtiq; integrum non eſt, ſuppletur ex dicto alterius teſtis integri.*
11 *Pauper admittitur ad probandum innocētiam alicuius.*
12 *Domeſtici ſunt idonei teſtes ad alicuius innocentiam probandam.*
13 *Frater admittitur pro fratre ad ipſius innocentiam probandam.*
14 *Infamis an poſsit eſſe teſtis in cauſa criminali. et nu. ſeq.*
Infamia quotuplex ſit. ibid. & nu. ſeq.
15 *Infamia facti quæ dicatur.*
16 *Infamis infamia facti non poteſt eſſe teſtis in cauſis ciuilibus grauioribus.*
17 *Infamia quædam dicitur canonica, & quæ ſit illa.*
18 *Infamia iuris quæ ſit.*
19 *Infames qui ſunt ſecundum leges ciuiles, illi etiam ſunt ſecundum canones.*
20 *Infamis infamia iuris non admittitur in teſtem in criminalibus quod extenditur & limitatur vt nu. ſeq.*
21 *Infamis infamia iuris non admittitur in teſtem etiam ſi producatur cum altero qui grauis eſſet auctoritatis.*
22 *Infamis teſtimonium an probet, ſi tempore iuramenti erat habilis, ſed antequā deponeret, in infamiā incidit.*
23 *Teſtis dictum non irritatur propter inhabilitatem ſuperuenientiam poſt iuramentum & depoſitionem.*
24 *Infamis poteſt repelli à teſtificando etiam parte non opponente.*
Iudex ex ſuo officio teſt. criminoſum repellere poteſt. ib.
25 *Iudex poteſt ex ſuo officio inquirere de conditione teſtis, & ſi inhabilis erit illum reijcere.*
26 *Infamis teſtimonium non facit indicium.*
27 *Infamis dictum facit indicium in delictis grauioribus, putà hæreſis, læſæ maieſtatis &c.*
28 *Infamis an probet in facto proprio.*
29 *Infamis teſtis probat in ſubſidium, quia crimen per alios probari non poteſt, verùm cum tormentis.*
30 *Infamis infamia facti an poſsit in cauſis criminalibus teſtificari.*
31 *Probationes luce meridiana clariores requiruntur in cauſis criminum.*
32 *Meretrix in cauſa criminali teſtis eſſe non poteſt, et nume. 49.*
33 *Infamis infamia facti, non admittitur in teſtem in cauſa ciuili ardua.*
34 *Probationes factæ ſuper crimine ciuiliter intentato, non faciunt fidem in cauſa, quæ poſtea ciuiliter agitur.*
35 *Infamia morti æquiparatur.*
36 *Infamis infamia facti probat quò ad faciendum indicium. & vide nu. 43. cum ſeq.*
37 *Infamis vt ſuprà admittitur in ſubſidium vbi aliter veritas haberi non poteſt.*
38 *Teſtis exiſtens in peccato mortali an repellatur à teſtimonio.*
39 *Clericatus ad ordinem ſuſcipiendum, quæ crimina aliquem impediunt. & 42.*

40 Cri-

40 *Criminis appellatio non continet omne peccatum mortale. ſed vide nu. 42.*

41 *Iuri ciuili ſtamus, quando illud per ius Canonicum non reperitur immutatum. & nu. 53.*

42 *Peccatum quodlibet mortale appellatur crimen, & eſt dignum æterna damnatione.*

43 *Criminoſus licèt à teſtimonio repellatur, intelligitur tamen qui ad plenam fidem, non quò ad faciendam aliqualem præſumptionem.*

44 *Criminoſus teſtis admittitur, quando crimen per alios probari non poteſt.*

45 *Teſtis, quando conuincitur in eo quod prima facie præſumitur eſſe crimen, ſed poteſt aliquo modo excuſari à delicto, quòd tunc omnino non repellitur.*

46 *Mulier an poſſit eſſe teſtis in cauſa criminali.*

47 *Mulier de iure canonico non admittitur in teſtẽ in cauſa criminali.*

48 *Mulier admittitur in teſtem in cauſa criminali quando per maſculos crimen probari non poteſt.*

49 *Mulier non repellitur de iure ciuili à teſtimonio ferẽdo in cauſa quamuis criminali. & eſt commu. opin.*

50 *Exempla licèt regulam non reſtringant, illam tamẽ declarant.*

51 *Maſculorũ teſtimoniũ præfertur teſtimonio fœminarũ.*

52 *Patroni ſi diſcordent in præſentando, & vnus eſt maſculus, alter verò fœmina, quòd præſentatus à maſculo præferendus eſt. Limita & declara vt in addi.*

53 *Ius canonicum ſeruandum in foro canonico & ius ciuile in foro ciuili, niſi per ius canonicũ, illud eſſet ſublatum.*

54 *Laicus in cauſa criminali contra clericum non poteſt eſſe teſtis. & quæ ſit ratio.*

55 *Laicus deponit aduerſus clericum & fidem facit in criminibus exceptis, putà hæreſis, & ſimonia.*

56 *Laicus admittitur in teſtem contra clericũ in ſubſidiũ.*

57 *Serui admittuntur contra dominos in ciuilibus cauſis ex inopia probationum, & quid in criminalibus nu. ſeq. & vide nu. 62.*

58 *Dictio verò, aduerſatur in iure et in facto præcedentibus dictis.*

59 *Interpretatio legis, talis debet fieri, ne ex illa inſurgat iniquitas.*

60 *Laicus examinatus contra clericum facit indicium ad torturam.*

61 *Teſtis vbi repellitur à teſtimonio propter reuerentiam illius contra quem deponit, non facit indicium.*

62 *Probationes, quæ in ciuilibus faciunt plenam fidem, in criminalibus faciunt indicium.*

63 *Laici probant aduerſus clericum examinati per viã inquiſitionis, vel denunciationis.*

64 *Laici ſunt idonei teſtes contra clericum in cauſa criminis ciuiliter tamen mota.*

65 *Laici ſimiliter idonei ſunt quando deponunt in fauorem clerici.*

66 *Laici recipiuntur etiam in clericos in delictis notorijs.*

67 *Laici iidem admittuntur aduerſus clericos, quando cũ ipſis deponunt etiam clerici.*

68 *Compromiſſum in laicum de re ſpirituali fieri non poteſt. fallit tamen ſi fieret in clericum & laicum.*

69 *Clericus non poteſt teſtificari aduerſus laicum in cauſa criminali, pro qua ingerenda eſt pœna ſanguinis, in cæteris verò cauſis ſic.*

70 *Minor 14. ann. non poteſt in cauſa criminali teſtimonium perhibere: idem in cauſa ciuili ardua tamen. fall. vt num. ſeq.*

71 *Minor admittitur in ſubſidium quando aliter veritas haberi non poteſt.*

72 *Teſtes inhabiles qꝫ admittantur in ſubſidium, quãdo aliter veritas haberi non poteſt, debet intelligi, quãdo ex natura negocij, habitu & actu plures teſtes habiles veriſimiliter interuenire non potuerunt, aliàs ſecus.*

73 *Coniunctus pro coniuncto & affinis pro affine non poteſt eſſe teſtis pro coniuncto & affine in cauſa criminali fall. tamen vt nu. ſeq.*

74 *Coniunctus & affinis intelligitur vſqꝫ ad 7. gradum excluſiuè.*

75 *Iniuria facta vni de cognatione intelligitur facta toti cognationi.*

76 *Coniunctus pro coniuncto admittitur in cauſa criminali pro coniuncto contra alterum coniunctum.*

77 *Suſpicio tollitur per parem affectionem erga litigantes.*

78 *Coniunctus qui confeſſus fuit ſe eſſe coniunctum parti pro qua depoſuit, ſi aduerſarius non opponit, probat, ſecundum aliquos, licet ſit controuerſia.*

79 *Affinis diſſoluta affinitate eſt idoneus teſtis pro condam. affine & eſt commu. opi. vt in add.*

80 *Iniuria facta affini poſt diſſolutam affinitatem, non afficit alterũ affinem, et ideo non competit actio iniuriarũ.*

81 *Compromiſſum ſi debeat vigore ſtatuti fieri inter affines, non habet locum diſſoluta affinitate.*

82 *Coniunctus admittitur in teſtem pro coniuncto ad defenſionem ipſius coniuncti accuſati.*

83 *Teſtis licèt regulariter non probet deponens per verbum credo, fallit tamen in criminalibus ad defenſionem alicuius.*

84 *Teſtes domeſtici admittuntur ad probandam innocentiam, & plenè probant.*

85 *Probatio dubia regulariter non releuat, fallit in cauſa criminali, vt euitetur delictum.*

86 *Coniunctus licet non probet in criminalibus, facit tamẽ indicium, ſed non ſufficiens ad torturam.*

87 *Coniunctus vir integra vita & bona fama admittitur in teſtem in criminalibus pro coniuncto. & ſeq. nu.*

88 *Frater admittitur in teſtem in cauſa fratris quando eſt laudata vita & fama, nec ei diminuitur de fide.*

89 *Iudex licet quis eſſe non poſſit in cauſa ſua vel ſuorum, fall. tamen ſi eſſet perſona ſpectata vita.*

90 *Coniunctus recipitur in teſtem in cauſa coniuncti quando aliter veritas haberi non poteſt.*

91 *Vaſallus pro Domino poteſt in cauſa criminali teſtificari. fallen. tamen ſi dominus eſſet cum vaſallo terribilis. & eſt communi opin. nu. ſeq.*

92 *Vaſallus maiori aſtringitur vinculo erga dominũ, quàm filius erga patrem, intellige tamen vt ibi.*

93 *Teſtes idonei minimè ſunt illi, quibus imperare poſſumus.*

94 *Socius criminis regulariter contra conſocium teſtificari nequaquam poteſt, nec interrogari. quod ampliatur etiam in crimine ſimoniæ. fall. tamen pluribus modis. et nu. ſeq.*

95 *Socius criminis teſtificatur et interrogatur aduerſus ſocium in crimine læſæ maieſtatis.*

96 *Socius criminis, ſimiliter interrogatur in delictis, q̃ principaliter non cõmittuntur propter offenſam ſeu odium alicuius, ſed propter commodum committentium delictum, putà in furto, in fabricante monetam falſam &c.*

97 *Socius criminis iidem examinatur in his, quæ tendunt ad communem omnium ſalutem.*

98 *Socius criminis, qui nõ debuit examinari, ſi fuit de facto examinatus ſeu interrogatus contra ſocium, quòd facit*

præſum-

præſumptionē aut indicium ad inquirendum tantū, non autem ad torturam.

99 Tortura dicitur pœna grauis.

100 Bart. in l. maritus. ff. de quæſt. declaratur.

101 Periurus, qui non debuit examinari, ſi fuit examinatus, quòd tamē non facit indicium, niſi quò ad inquirendū.

102 Iudex reſeruando exceptiones in perſonas teſtium, operatur illa reſeruatio ac ſi à principio teſtes fuiſſent repulſi, ſi exceptiones probentur.

103 Inimicus non poteſt teſtificari in cauſa criminali contrà inimicum, quod multifariam ampliatur.

104 Inimicus non admittitur in crimine ſimoniæ, licet in eo admittantur teſtes inhabiles.

105 Inimicus non recipitur teſtis in crimine læſæ maieſtatis.

106 Inimicus repellitur etiā in cauſa, in qua procederetur, nulla iuris ſolemnitate ſeruata.

107 Inimicus non poteſt teſtificari, etiam ſi inimicitia fuiſſet cauſata culpa ipſius.

108 Amicus inimici mei aut domeſticus nō eſt idoneus teſtis.

109 Inimicus repellitur à teſtimonio, licèt ipſe ignoret cauſam inimicitiæ.

110 Inimicus præſumitur qui habet iuſtam cauſam inimicandi, & ideo repellitur à teſtimonio.

111 Inimicus reconciliatus de recenti, ſimiliter repellitur.

112 Viam non eſſe frequentatam vel de recenti cœptam frequentari: paria ſunt.

113 Nouitij appellatione venit etiam profeſſus de recenti.

114 Iudæi nuper ad fidem conuerſi, non poſſunt promoueri ad officia publica neque ad ordines.

115 Inimicus præſumptus, qui non ſalutat aliquem, quem ſolitus erat ſalutare, repellitur à teſtificando.

116 Teſtes de vniuerſitate non poſſunt pro vniuerſitate teſtificari in criminalibus, declara. nu. 182.

117 Compater nō poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali pro cōpatre. & nu. 19.

Filius ſpiritualis pro patre ſpirituali non eſt idoneus teſtis in criminalibus. ibid.

118 Compater eſt idoneus teſtis pro compatre in ciuilibus cauſis.

119 Probandi facultas non eſt anguſtanda, intellige, vt nu. ſeq.

120 Filius ſpiritualis debet diligere patrem ſpiritualem, veluti naturalem.

121 Fama cum vno teſte omni exceptione maiore non probat ſemiplenè in criminalib. ſic vt cum illo teſte coniuncta probetur homicidium commiſſum. & eſt communi opi. niſi ſint alia adminicula.

122 Accuſatus de crimine non poteſt pendente accuſatione teſtificari in criminalibus. fallit tamen in crimine læſæ maieſtatis, hæreſis, & ſimoniæ. & declara vt in add.

123 Teſtes non admittuntur niſi idonei ad excuſationē accuſati ſeu inquiſiti de criminibus exceptis.

124 Domeſtici & familiares non poſſunt eſſe teſtes pro domino in cauſa criminali, nec etiā ciuili limita vt in add.

125 Domeſtici & familiares nobiles puta Principum, aut Cardinalium probant in cauſa ciuili.

126 Iuramentum ſuppletorium non defertur in cauſa criminali, nec in ciuili ardua. fall. vt nu. 129. & extende & declara, vt in add.

127 Iuramentum ſuppletorium non defertur, quando in cauſa requiruntur probationes liquidæ & apertæ.

128 Iuramentum ſuppletorium nō defertur in cauſa ingratitudinis.

129 Iuramentum ſuppletorium defertur in cauſa criminali, pro qua tamen non eſſet imponenda pœna ſanguinis. auctor tamen diſtinguit propter diuerſa opi. Doct. & vide num. 131.

130 Intellectus & declaratio ad l. ſciant cuncti. C. de prob.

131 Iuramentum defertur accuſatori in criminalibus quando vltra ſemiplenam probationem aliquid plus haberet, & ipſe perſona eſſet honeſta, quod ampliatur, etiam in cauſa famoſa, et vbi etiam veniret imponēda pœna ſanguinis.

132 Teſtis diues quòd præferatur pauperi intelligitur de diuite qui non acquiſiuit diuitias per fas & nefas, veluti vſurarij &c.

133 Pauper quis dicatur, & quomodo probetur paupertas.

134 Paupertatem probandi cui incumbat onus.

135 Paupertatem alicui impingens, & de illa infamādo cū ſit diues, eſt iniuria, & poteſt actione iniuriarum agi.

136 Teſtis inhabilis dictum quod ſuppleatur ab habili, intelligitur, quando totaliter non eſt inhabilis.

137 Teſtis, qui non eſt omnino inhabilis, conſenſu partium tacito vel expreſſo poteſt habilitari.

138 Maritus habet ius præſentandi in patronatu ſibi iure fructus dotium pertinento. & quis debeat præferri in præſentando ipſe an vxor ſi diſcordent.

139 Laici quòd non poſsint eſſe teſtes contra clericos, habet etiam locum ſi deponerent contra clericos ſimpliciter tonſuratos.

140 Minores duo, ſiue impuberes probant delictum quando aliter probari non poteſt niſi per ipſos impuberes.

141 Teſtes inhabiles quando admittūtur in caſu quia aliter veritas haberi non poteſt, debet probari ꝙ veritas aliter haberi non poterat, & quomodo, nec per ipſos probatur dicentes quòd nullus alius teſtis aderat in loco.

142 Minores licèt plenè non probent in criminalibus, faciunt tamen indicium ad torturam.

143 Minores admittuntur ad teſtificandum in crimine læſæ maieſt.

144 Compromiſſum acceptare nemo cogitur, fallit tamen ſi eſſet coniunctus litigantibus.

145 Arbiter licèt nemo inuitus cogatur eſſe, tamen peccat in foro conſcientiæ ſi arbitrium non acceptet. item fall. vt nu. præce.

146 Affinitas dicitur durare ſi alter coniugum adhuc durat in viduitate.

147 Affinis per illicitum coitum (nam affinitas per illicitum coitum contrahitur) an poſsit eſſe teſtis pro affine in cauſa criminali.

148 Statutum quòd cauſæ inter affines compromittantur, non habet locum, quando res eſſet liquida de qua litigatur, vt putà ſi lata eſſet ſententia, vel ſi contractus eſſet iuratus nu. ſeq.

149 Iudex non poteſt cōpellere affines vel agnatos ad compromittendum, hoc enim parte petente fieri debet.

150 Frater pro fratre admittitur in teſtem contra fiſcum, ad probandum quòd homicidium per fratrem commiſſum. fuit ad defenſam.

151 Pater pro filio, Dominus pro ſeruo, aut vaſallo, Abbas pro monacho, Epiſcopus pro clerico, an ſint idonei teſtes ad defenſam prædictorum.

152 Expenſarum condemnationem euitat ſuccumbens in cauſa, quando eſt perſona religioſa & valde catholica, etiam ſi non appareat iuſta cauſa litigandi.

153 Monachi mouentes litem, præſumuntur bono zelo & iuſtè mouere.

154 Iudex ſi aſsignauit totū palatiū pro carcere alicui viro ſpecta-

ſpectata fidei, aut diligenter illum non cuſtodiuit, quòd ſi aufugerit, quòd nihilominus iudex non tenetur in ſyndicatu.

155 *Fides adhibenda eſt viro notabili, eiq; credendum.*

156 *Expenſatum à condemnatione qui accuſatur, ſi perſonæ fide digna promiſerunt pro eo teſtificari, & deinde examinati non depoſuerunt, prout promiſerant.*

157 *Teſtes, qui promiſerunt pro me teſtificari, non præſumuntur ſubornati.*

158 *Vaſallus an poſſit téſtificari contra dominum.*

159 *Socius criminis poteſt ſubijci tortura quando cum dicto ſocij criminis adſint alia indicia.*

160 *Socius criminis vt faciat indicium contra ſocium, multa requiruntur, & quæ ſint.*

161 *Confitens delictum in iudicio efficitur infamis.*

162 *Infamis ad hoc vt quis ſit, requiritur ſententia iudicis, vel confeſſio in iudicio.*

163 *Infamis non admittitur in teſtem ſine tortura.*

164 *Mandatarius contra mandantem an teſtis eſſe poſſit.*

165 *Socius criminis an habeat remedium aliquod ad repellendum ſocium.*

166 *Iudici iniuſtè torquenti aliquem poteſt reſiſti de facto.*

167 *Tortura eſt maior pœna quàm vtriuſque manus abſciſio.*

168 *Iudex indebitè aliquem torquendo, qua afficiendus ſit pœna.*

169 *Inimicus vt repellatur à teſtimonio, intelligitur de inimico capitali.*

170 *Inimicitia capitalis, quæ dicatur.*

171 *Inimicitia capitalis quibus modis probetur.*

172 *Teſtis inimicus vtriuſque partis an repellatur à teſtimonio.*

173 *Teſtes ſuper inimicitia qualiter debeant deponere.*

174 *Inimico examinato etiam in articulo mortis non eſt credendum, nec etiam ſi ſumpſerit ſacratiſſimum corpus Euchariſtia.*

175 *Teſtis examinari poteſt in articulo mortis, dummodo nõ vacillet.*

176 *Teſtis inimicus quòd repellatur, an habeat locum in fœmina, cum qua nõ videtur cadere inimicitia, arguitur, ſed concluditur quòd repellatur.*

177 *Pax ſi habenda ſit ab hæredibus occiſi vigore ſtatuti, quòd intelligitur tam de hæredibus maſculis quàm fœminis.*

178 *Teſtis interrogatus ſi eſt inimicus partis aduerſæ, ſi deponat, quòd non, quòd nihilominus repellatur, ſi extat cauſa, licèt occulta.*

179 *Teſtis ſi deponat, non diligere partem contra quem deponit, an ob id præſumatur inimicus.*

180 *Inimicitiæ cauſam ſi quis dediſſet teſti ad hoc vt contra eum non valeret eius dictum quòd nihilominus probat ille teſtis.*

181 *Inimicus de nouo reconciliatus, ſiue recens reconciliatio, aut antiqua, quando dicatur.*

182 *Ciues an ſint idonei teſtes pro ciuitate aut vniuerſitate loci, diſtinguitur.*

183 *Fama quid ſit, quotuplex, & quot homines faciant famam, & quonam tempore oriri debeat, & quomodo probetur, & qualiter teſtes deponere debeant, multaq; alia, vide remiſſiuè tamen.*

184 *Iudex ex officio poteſt recipere probationes innocentiæ, & accuſato non petente.*

185 *Iuramentum ſuppletorium concedi debet in criminalibus quotieſcunque accuſatus diceret: volo eſſe condemnatus, ſi accuſator iurauerit me tale crimen perpetraſſe.*

186 *Ingratitudo quid ſit.*

187 *Ingratitudo priuat à ſucceſſione ab inteſtato.*

188 *Ingratitudo adeò legibus eſt exoſa, quòd excuſat patrē occidentem filium ad pœna. l. Pompeia de parricidijs, et è conuerſò.*

CIrca tertiam verò, qui poſſunt eſſe teſtes in cau
ſis criminalibus, & qui non. antequam acce-
dam ad diſcuſsionem præſentis materiæ, præmit-
to, † quòd cauſa dicitur criminalis non ſolum quan 1
do agitur de pœna ſanguinis imponenda, verum e-
tiam quando agitur de pœna pecuniaria, quæ fiſco
eſt applicanda a. Gloſſ. eſt in l. 3. in princip. ff. de ſe- a
pulc. viola. & Gloſſ. in l. aut damnum; in princ. de
pœnis Alex. in rubr. C. de iudicijs. Are. in rubr. in-
ſti. de publ. iud.

Quæro igitur an teſtis † repellatur in cauſa cri- 2
minali propter paupertatem b. Ioa. And. & do. An. b
& Ioan. de Imol. in c. ſi quis teſtium, de teſtib. con-
cludunt, quòd ſic, quia facilius corrumpitur pau-
per quàm locuplex. l. 3. in princ. ff. de teſtib. Alex.
in conſi. 15. inci. Viſo proceſſu in 3. volum. Spe. ta-
men in titu. de teſte in §. 1. verſic. item ſi pauper, di-
cit quòd pauper admittitur ſed cum tortura. Sed cõ-
tra iſtam opin. videtur text. in l. diuus. §. fina. ff. de
quæſt. vbi † deportatus qui nihil tenet, & eſt vilis 3
perſona admittitur in teſtem abſque eo quòd tor-
queatur. idem † dicit in liberto cuius cõdicio eſt vi- 4
lis. ideo Bar. per illum tex. in l. ex libero, in princi.
ff. de quæſtio. dicit quòd tales admittuntur in teſtes
in criminalibus abſque tortura, niſi in quibuſdam
caſibus quos ibi ipſe excipit. dicit tamen quòd non
tantùm creditur illis ſicut alijs teſtibus qui ſunt ido
nei. Ideo infert Aret. in c. ſi. qui teſtium, de teſtibus.
quòd ſi per duos huiuſmodi & nõ per alios, nec per
plures aliquid probaretur, non diceretur illud ple-
nè probatum, c & agens ſuccumberet, etiam ei non c
eſſet deferendum iuramentum in ſupplementum
probationis † quòd non defertur in cauſis crimina- 5
libus ſeu alijs cauſis arduis ſecundum Glo. in c. mu
lier, extra de iureiur. Bal. in l. bonæ fidei. C. de reb.
cred. Pau. de Caſt. & Alexan. in l. ait prætor, in prin
cip. de iureiuran. Glo. & ibi doctor. in l. admonen-
di, eodem titulo.

Aduertite tamen quia poſſet dici † quòd pauper 6
qui non poſsidet quinquaginta in bonis non poſsit
in cauſa criminali eſſe teſtis quia talis pauper repel-
litur ab accuſando l. nõnulli. ff. de accu. ergo mul-
tò fortius à teſtificando in cauſa criminali, quia per
actum teſtificandi maius præiudicium poteſt in-
ferri, quàm per ipſam accuſationem, cum iudex ſit
laturus ſententiam ſecundum allegata & probata,
& non ſecundum accuſationem. l. qui accuſare. C.
de eden. facit Glo. inſti. de ſuſpe. tut. in verbo pro-
cedunt. facit tex. in c. de cætero. extra de teſtib. vbi
latius qui non admittuntur ad teſtificandum in cau
ſa criminali contra clericum, admittuntur tamẽ ad
illum accuſandum. & tenendo primam opin. illam
limitare tripliciter.

Primò † niſi dictus pauper eſſet multum legalis d 7
& probatæ vitæ. nam tunc in cauſa etiam criminali d
poſſet eſſe teſtis. arg. eius quod voluit Gloſſ. in l.
non-

nonnulli.de accuſ.& eſt etiam glo.quæ idem vult
in l.nec ei.§.fin.de adop.gloſſ.in l. 3. in princ. de
teſti.conſideratur enim idoneitas alicuius perſo-
næ,tam ex fide & legalitate, quàm ex facultatibus.
l.ſiue oportet.§.cum reliquis.de tut.& cur.dat.ab
his.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ aut Pamphilum.§.
fin.de verb.obli.

8 Secundò limi.in teſte † paupere,qui tamẽ con-
ſtitutus eſt in aliqua dignitate vel honore ſecun-
dum gloſſ. in §. ſancimus. per illum text. in Au-
then.de teſti.

9 Tertiò † limit. quando producerentur duo
teſtes,quorum vnus eſſet integer, alter verò pau-
per: nam iſti duo faciunt plenam probatiooem,
quia integra fides vnius ſupplet in perfectam fidẽ
alterius.ita Bal.in l.1.in 3.col.C. de teſta. idẽ in l.
ſi quis ex argẽtarijs.§.1.per illũ tex.de eden. Sali.
io l.bonæ fidei,circa 10.col.C.de reb.cre.ex quib.
infert d. Alexan.in conſil. 24. inci. Animadner-
10 ſis,in 4.col. in 2. volum. † quòd dictum mulieris
in cauſa criminali ſuppletur ex dicto alterius te-
ſtis integri.

11 Quartò † fallit, quando ageretur de ꝓbanda
innocentia alicuius accuſati de crimine aliquo,
nam tunc pauperes admittuntur tanquam idonei.
& iſtud probatnr ex eo quod decidit Spec.in titu.
de inquiſi.§.1.ver. ſed nunquid, vbi voluit ꝙ in
12 caſu prædicto † admittantur domeſtici & fami-
liares.& ipſum ſequitur Io. de Ana. in conſil. 59.
13 inci. viſa inquiſi. formata &c. quinimò † frater
pro fratre admittitur ad probandum fratris in-
nocentiam.ita voluit Bal.in l. parentes.C. de teſt.
in duobus locis,adducens text. in cap. literas. ex-
trà de præſum. de quo vltimo latius ſuo loco di-
cemus.

14 Secundò principaliter quæro, † an infamis in
cauſa criminali poſsit eſſe teſtis? & pro euidentia
huius quæſt.præmitto, quotuplex ſit infamia. &
breuiter dicatis quòd triplex.

e Prima eſt infamia facti, & illa e eſt, † quando
15 ex aliquo turpi actu ſeu dicto alicuius opinionis
apud bonos & graues viros eſt nota. Exemplum
poni poteſt in l.1.ff.de obſeq.à li. præſt. & in l. ea
quæ.C.ex qui.cau.inſa.irrog. & iſta infamia ope-
ratur duos mirabiles effectus, quos ponit gl. in l.
1.in prin.ff.de his qui not.infam. cui addo alium
notab.effectum, nam in cauſis ciuilibus grauiori-
bus, in quibus requiruntur teſtes omni exceptio-
16 ne maiores † infamis infamia facti non poteſt eſſe
teſtis.ita Bald. in l. cunctos populos.C. de ſum-
ma Trin. & fide Cath. reputat menti tenendum.
d. Abb.in c.teſtimonium, in 4. col. extrà de teſti.
de quo infrà latius dicemus.

Quædam & ſecuoda eſt infamia canonica, &
17 eſt † illa quæ cauſatur ex quolibet peccato morta-
li.c.infames.6.q.1. vbi gl. & an iſta infamia repel-
lat quempiam à teſtimonio, infrà dicemus.

18 † Quædam & tertia eſt infamia iuris, & illa eſt,
quæ irrogatur per ſententiam ipſo iure, de qua in
l.1.de his qui not.infam.& in l.athletas.§. calum-
niator.ff.eod.cum §. ſequen.eſt etiam bona gloſſ.
19 in §.porrò.3.q.7. † Et omnes qui ſunt infames ſe-
cundum leges, ſunt infames ſecundum Canones,
c.omnes verò.6.q.1.no.Imo.in c.qualiter & quan-
do.el.2.extrà de accu.Abb. in c.teſtimonium, ſu-
perius alleg. in 5.colum. vbi dicit iſtam regulam
eſſe menti tenendam.

His ſic declaratis, redeo ad propoſitam quæ-
ſtionem, in qua breuiter concludo, quòd infamis 20
† infamia iuris, f oon poteſt in cauſa criminali eſ- f
ſe teſtis.& ita concludunt Bart.& alij in l. cunctos
populos.C. de ſumma Trin. & in l. Caſsius.ff.de
Senat.probat text. in c. præterea, extrà de teſtib.
cogen.& text.in c.teſtimonium, extrà de teſti.iſta
concluſio probatur optima ratione, facilius quis
repellitur à teſtificando, quàm ab accuſando.c.de
cætero, extrà de teſt. ſed infamis infamia iuris re-
pellitur ab accuſando.l.accuſare.ff.de acc.not.in
c.1.extrà de accu.ergo fortius repellitur à teſtifi-
cando. iſta cõcluſio extenditur aliquibus modis.

Primò extenditur etiam, ſi talis teſtis infamis
infamia iuris fuiſſet productus cum altero, qui eſ- 21
ſet vir grauis & magnæ auctoritatis, adhuc ipſi fi-
des nulla eſſet adhibenda, quia cùm omninò ſit
repellendus, integritas alterius eius defectum nõ
ſupplet, cùm nihil ſit quod poſsit ſuppleri g ſe- g
cundum Ange.in l.ſi quis ex argentarijs.§.1.ff.de
eden. quem ſequitur Areti. in d. c. teſtimonium,
verſi. pro iſta concluſione benè facit.

† Secundò extenditur iſta concluſio, vt proce- 22
dat etiam ſi teſtis erat habilis tempore iuramenti,
& antequam deponeret dictum ſuum infamiam
iuris incurrit.ita concludit Ioannes Andr.in cap.
actus legitimi, de regul.iur.lib.6. in mercu.d.Ant.
Abb.& alij io dict.c. teſtimonium, extrà de teſti-
bus. Notat tamen, quòd inhabilitas, quæ † ſuper- 23
uenit teſti poſt iuramentum & depoſitionem nõ
irritat dictum ſuum prius legitimè depoſitum.
argumen.l.nec enim, de itiner. actuque priua. &
in l.ſancimus.C.de admin.tut.etiam ſi talis ioha-
bilitas retrotrahatur ante tempus, quo teſtifica-
tus eſt, cùm in actib.qui fiunt ex neceſsitate, prout
teſtificari, fictio quæ retrotrahit, nõ cõſideratur,
ſecundum Bar. h & Bal.in l. furti.§.1.de his qui h
not.infam.

† Tertiò extenditur iſta concluſio, vt proce- 24
dat etiam parte non opponente, quia iudex ſi ſcit
teſtem eſſe infamem, ſeu aliàs criminoſum ex ſuo
officio i poteſt illum repellere.l. quos prohibet, i
de poſtul.no.per Inn.& Scriben. in c.cum I.& A.
extrà de re iudi. quinimò dicit Bal. io l.1.§. ſi cu-
ratores.ff. de magiſtr. conue. quòd iudex † po- 25
teſt ex officio ſuo inqoirere de conditione teſtis
& illum ſi inhabilem inueniat repellere.

† Vltimò extenditur, vt procedat quo ad fa- 26
ciendum indicium, ſecundum Bald.in Rubri.ex-
tra de ſumma Trini. & fide Catho. iſta concluſio
limitatur aliquibns modis.

† Primò, quando deponeret in cauſis grauio- 27
ribus, vtputa in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis,
& ſimilib.l.famoſi.ad l.Iuliam maieſt. & per do.
Alex.in conſil.11.in 1. volu. pro hoc text.in c. per
tuas.extra de ſimo.& not. per Io. And.d. Anto.&
Abb.in c.fi.extra de teſti.& per Spe.in tit.de excu.
tut.in §.1.in fi.

† Secundò fallit, quando teſtis deponeret in 28
facto proprio, id eſt, de eo quod ipſemet fecit. ita
dicit Paul.de Caſtr.in l.2.§.ſi abſens.ff. ſi ex noxa
Ii cau.

cau.aga.contrarium tamen tenet ibi do. Alexan.
& benè.
29 † Tertiò fallit in ſubſidium, vt quia crimẽ per
alios non poteſt probari, tunc enim admittuntur,
ſed cum tormentis, ſecundũ Bar.& alios in l.cun-
ctos populos.in fi.C.de ſumma Tri.& fide Cath.
30 † Circa infamiam facti, an is, qui laborat tali
k infamia, poſsit in cauſis criminalibus teſtificari.
31 Et Barto.concludit quòd non k, quia † in cauſis
criminalibus exiguntur probationes luce meri-
diana clariores.l. ſciant cuncti.C. de prob. & ita
32 concluditur in d.l.cunctos populos.ex quo inſert
do. Alex.in conſi.11.in 1. vol. † quòd meretrix in
cauſa criminali non poterit eſſe teſtis.

Iſta concluſio ampliatur vt procedat, quando
agitur pro crimine ciuiliter tantùm per text. in c.
ex parte.extrà de teſtibus.
33 Secundò ampliatur vt procedat in cauſa ciuili
l ardua, l quia huiuſmodi cauſa æquiparatur cauſæ
criminali.l.propter litem. de excuſ.tu. ideo infa-
mis infamia facti non poterit eſſe teſtis. ita vult
do.Abb.in c.teſtimonium, de teſt. & eſt text. in
c.licet quantum, in ver. quidam verò, de prob.
quem ponderat ibi Bal.in c.ad noſtram, de prob.
Bal.in l.cunctos populos, in 5. opp.C.de ſumma
Trin.licet de hoc dubitet d.Fran.de Aret.in dict.
c.teſtimonium.eò, quia quoad claritatem proba-
tionis cauſæ non reperitur quòd cauſæ ciuiles ar-
duæ æquiparentur cauſis criminalibus: imò con-
trarium vult Bar.in l.2.§.hoc edicto.ff. vi bonor.
34 rapt. vbi vult † quòd licet probationes factæ ſu-
per crimine ciuiliter intentato, non faciant fidem
in cauſa quę poſtea criminaliter agitur, tamen cau
ſa furti ciuiliter inita poteſt dici ardua, quia ex ea
condemnatus infamiam incurrit.l.non poteſt.ff.
35 de furt.l.furti.in princ.de his qui not.infam.† in-
famia autem morti æquiparatur.l. iſti quidem.ff.
quod met.cau.

Sed tenendo hanc ampliationem poteſt dici,
quòd in materia iſta non conſideratur arduitas
cauſæ ex hoc, vt quia aliquis poſsit incurrere in-
famiã, ſed conſideratur reſpectu ſummæ & quan-
titatis quæ petitur. patet, nam pro re minima po-
teſt intentari actio furti.§ gallinarum, Inſti.de re-
rum diui.pro re excedente ſummam duorum au-
reorum poteſt intentari actio de dolo.l. ſi oleum.
ff.de dolo.quæ actiones infamant, & tamen nul-
lus diceret illas cauſas eſſe arduas. Iſta tamen con-
cluſio duobus modis limitatur.
36 Primò, quoad faciendum indicium, quia in-
famis infamia facti probat, ſecundum Bar.in l.1.
§.quæſtioni.ff.de quæſt. Bal.& Sal. & Fulg.in d.l.
cunctos populos.
37 † Secundò fallit in ſubſidium, vt quia crimen
per alios teſtes veriſimiliter probari non poteſt,
ſecundum Bar.in l.Caſsius.ff.de ſenato. & in d.l.
cunctos populos.

Circa tertiam ſpeciem infamiæ, quæ vocatur
38 canonica, an exiſtens † in peccato mortali m, pro
m quo tamen non poteſt accuſari in foro conten-
tioſo repellatur à teſtificando. in iſta quæſt. variæ
ſunt opiniones.

Prima fuit opinio Vincen. & aliorum in c. ſu-
per eo, extrà de teſti.quos ibi ſequitur Ioan. And.
qui dicunt quòd in illo crimine quis repellitur à
teſtimonio, pro quo repellitur à promotione.
† & quæ ſint iſta crimina, quæ impediunt aliquẽ 39
promoueri ponunt Doct. vbi aliquando dixi in
c.cùm non ab homine, extrà de iud. & iſtam opi-
nionem videtur tenere d. Ant. de But. in c.teſti-
monium, extrà de teſti. pro qua opinione addu-
co tex.in d.c.teſtimonium, in verſi. crimen. † cri- 40
minis appellatio non continet omne peccatum
mortale, ſed delictum pro quo poteſt quis accu-
ſari in iudicio & puniri, vt declarat gl.in c.pecca-
tum, de reg.iur.lib.6.glo.in l.1.C.ſi aduer.deli.&
text. in c.1.81.diſt. vbi dicit text.crimen eſt graue
peccatum accuſatione & damnatione digniſsimũ.
pro iſta opinione etiam optimè facit text. in c.te-
ſtes, & in c.ſacerdotes, in 2.q. 7. vbi dicitur quòd
illi non poſſunt teſtificari contra clericos, qui ad
illum gradum aſcendere non poſſunt, vt quia im
pediuntur promoueri ad ordines ratione crimi-
nis, vel ratione defectus, vt quia ſunt aliquo cor-
poris vitio inquinati, vel illegitimè nati. caſus eſt
cum ſua gloſſ. in c. clericus. 2.q.7.

Secunda fuit opinio Innocen. in d.c.teſtimo-
nium, qui dicit quòd præmiſſa opinio eſt vera,
quando quis producitur in teſtem contra cleri-
cum, ſecus ſi producatur in teſtem contra laicum
etiam in foro canonico, quia ex illo crimine re-
pellitur quis à teſtificando, ex quo ſi eſſet damna-
tus incurreret infamiam, vtputa quia commiſiſſet
furtum vel rapinam & alia crimina, de quibus in
l.1.de his qui no.infa.

Tertia fuit opinio Fran.Car.Flo. in dict.c.te-
ſtimonium, qui concludit quòd cùm de Iure Ci-
uili non repellatur teſtis à teſtificando niſi pro cri
mine, de quo fuit damnatus.c. ſuper eo, extrà de
teſti. nec damnatus pro quolibet crimine repelli-
tur, ſed tantùm ille, qui eſt damnatus in iudicio
publico.l.3.§.item lex Iul.ff.de teſti.& 4. q. 3. in
§.item lex Iulia. in quo efficitur infamis.l. athle-
tas.§.calumniator, de his qui not.infam. de Iure
autem Canonico non eſt neceſſe quòd ſit damna-
tus, ſed ſufficit quòd crimen probetur.d.c. ſuper
eo.nec in alio ſit derogatum Iuri Ciuili in cæte-
ris remanebit incorrectum Ius Ciuile, vt non ſuf-
ficiat excipere contra teſtem de quolibet crimi-
ne, niſi ſit tale crimen, pro quo poſsit accuſari in
iudicio publico, † & ſic ſtamus Iuri Ciuili, quòd 41
per Ius Canonicum non reperitur immutatum.c.
ſi in adiutorium. 10. diſtinct. c. 1. cum ibi not.de
noui operis nuncia.pro iſta opi. Card. Aret.in d.
c.teſtimonium, inducit tex.in c.ſuper eo, extrà de
teſtibus, vbi Rom. Pontifex reſpondendo quæ-
ſtioni propoſitæ dicit quòd crimina obiecta teſtẽ
repellunt etiam, ſi antea non ſint conuicti vel con
feſsi, quaſi ſentiat quòd illa crimina repellunt te-
ſtem de Iure Canonico ante cõdemnationem fa-
ctam, quæ repellunt de Iure Ciuili poſt condem-
nationem factam.

Quarta & vltima opinio eſt dom. Abb. in d.c.
teſtimonium, vbi voluit quòd teſtis exiſtens in
peccato mortali, non poteſt eſſe teſtis in cauſa cri-
minali. mouetur per text. in c.forus. in fin.de ver-
borum ſignificat. vbi in teſte requiritur vera inte-
gritas. Nam † quodlibet peccatum mortale eſt di- 42
gnum

gnum damnatione æterna, & crimen appellatur.
§.criminis. 25. diſtinctio. & vt dicit prima opi-
nio, de qua ſuprà, teſtis prohibetur teſtificari,
quando laborat tali crimine, pro quo prohibetur
promoueri ad ordines, ſed ille, qui vult promo-
ueri ad ordines, repellitur propter peccatũ, quia
oportet illum eſſe ſine macula, c. fin. 25. diſtinct.
facit text. in c. infamis, iuncto c. 1. 6. q. 1. igitur exi-
ſtens in peccato mortali, non poterit in cauſa cri-
minali eſſe teſtis. & dicit in iſta difficultate con-
cludendo quòd teſtis pro illo crimine poteſt re-
pelli à teſtificando, ꝓ quo criminaliter poteſt ac-
cuſari, & criminaliter puniri in iudicio. pro qua
concluſione facit text. in c. 1. in fin. de except. vbi
dicitur, quòd ſi teſtis conueniatur de crimine per
modum exceptionis, non poteſt puniri pœna or-
dinaria, quia ſatis eſt illum repelli à teſtimonio,
ſed ſi contra eum inſtituatur accuſatio, poterit
puniri. tunc ſi pro peccato mortali repelleretur,
pro quo in iudicio non poſsit accuſari, illa ratio
poſita in text. non eſſet bona, & illum tex. ad hoc
ponderat Aretin. in c. teſtimonium, vbi etiam ad-
ducit tex. in c. conſtituimus. 3. q. 5. quem induci-
te, vt ibi per eum.

Iſta tamen concluſio, quòd criminoſus repel-
latur, limitatur aliquibus modis.

43 † Primò, quoad faciendum aliqualem præ-
ſumptionem, licet non faciat plenam fidem. ita
tenet dom. Anton. in d. c. teſtimonium. & ita in
ſimili not. Bart. de teſte infami in l. maritus. ff. de
pœnis. gloſſ. eſt ordinaria, quam ibi ſequuntur
Scriben. in c. cum I. & A. extrà de ſentẽtia & re iu-
dic. quæ eſt fin. & iſtud ꝓbat text. in l. qui vltimo.
ff. de pœn. vbi damnati vltimo ſupplicio aliquan-
do ſeruari ſolent per tẽpus, vt ex his in alios quæ-
ſtio habeatur.

44 † Secundò fallit, quando crimen per alios nõ
poſſet probari veriſimiliter, tunc criminoſi non
repelluntur per ea, quæ habentur in c. in his. & in
c. veniens, el. 2. extrà de teſti. & per ea quæ ſuprà
dixi in illa q. an minor viginti annis in cauſa cri-
minali poſsit eſſe teſtis. & latius infrà in eadẽ par-
te, in 5. princ. quæſt.

45 † Tertiò fallit, quando teſtis conuincitur in
eo quod prima facie præſumitur eſſe crimen, po-
teſt tamen aliquo modo excuſari à delicto ratio-
ne ignorantiæ vel alia iuſta cauſa, tunc enim iſte
teſtis omninò non repellitur, non tamen illi præ-
ſtatur plena fides. caſus eſt ſing. quem ad hoc pon-
n deratibi Innoc. & dó. Ant. de But. n in c. 2. extrà
de arbit.

46 Tertiò principaliter quæritur, † an mulier
poſsit eſſe teſtis in cauſa criminali. Io. And. in ad-
di. ad Spec. in tit. de teſte. in §. 1. ver. idem eſt quod
mulier. refert Iac. de Aret. tenentẽ quòd non poſ-
ſit eſſe de iure ciuili, quia ſi non poteſt eſſe teſtis
in teſtamento. l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de
teſtamen. multo minus videtur admittenda in
cauſa criminali, quæ eſt maioris præiudicij. dicit
tamen Ioan. de Imol. in d. l. qui teſtamento. §. mu
lier. de teſta. quòd Iaco. de Aret. loquitur de cauſa
capitali. & ſic ſentit ſecus eſſe in alia cauſa crimi-
nali, quæ non eſſet tanti præiudicij. in iſta conclu-
ſione tamen facias duas conclu.

† Prima concluſ. mulier de iure canonico o nõ 47
poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali. gloſſ. eſt in c. o
forus. in fi. de verb. ſig. gl. in c. ex eo. 15. q. 3. Arch.
in c. 2. de iudi. lib. 6. d. Anto. Abb. & cæteri in c. 3.
extrà de teſti.

† Fallit tamen iſta concluſio, quando crimen 48
per teſtes maſculos p non poſſet probari, quia p
tunc fœminæ admitterentur ad probandum cri-
men in ſubſidium. ita limitat Ioan. Andr. in Spe-
cu. titu. de teſte. in §. 1. in ver. item excipitur quod
eſt mulier. & in verſi. itẽ excipitur quòd ſit impu-
bes. & do. Alex. in conſil. 24. inci. animaduerſis,
in 2. volum.

† Secunda concluſi. mulier in cauſa criminali 49
poteſt eſſe teſtis de iure ciuili. gloſſ. eſt in d. c. fo-
rus. & gloſſ. in c. ex eo. 15. q. 3. Hanc opinionem
ſequitur Specul. in titu. de teſte. in §. 1. in verſicu.
item quòd eſt mulier. do. Abb. & Franc. Aret. in
c. quoniam, extrà de teſtib. & iſta eſt communis
concluſio. pro qua eſt text. in l. 3. §. lege Iulia. de
teſtib. vbi mulier in accuſatione criminis legis Iu-
liæ de vi repellitur, quæ ſui corporis quæſtum fe-
cit: ergo mulier quæ non laborat tali macula ad-
mittitur in ſimilibus cauſis. facit etiam text. in l.
ex eo. ff. de teſtib. argumento à contrario ſenſu.
Nec obſtat huic concluſioni text. in l. qui teſta-
mento. §. mulier. de teſtamen. nam mulier ideo
repellitur à teſtimonio ferẽdo in cauſa teſtamen-
ti, quia in teſtamento fraudes fieri poſſunt. l. final.
C. de fideiuſſor. quas mulier propter ſexus fragili-
tatem præuidere non poteſt. argumento l. fi. in fi.
ff. qui pet. tuto. ſed quando agitur de probando
aliquo crimine, an ſit factum vel ne, non verſa-
tur aliqua fraus. & eſt tale factum, quod poteſt ca-
dere in cognitionem mulieris ſicuti maris, igitur
mulier non eſt repellenda à teſtimonio in cauſa
licet criminali. Non obſt. text. in l. quæſtionibus.
ff. ad legem Iuliam maieſt. vbi videtur ſpeciale
quòd mulier admittatur ad probandum crimen
læſæ maieſtatis, ergo in contrarium erit ius com-
mune. l. ius ſingulare. ff. de legi. l. 1. in fin. ad mu-
nicipia. Ad hoc reſpondetur, ꝙ ſpecialitas ver-
ſatur ibi in hoc, quia ſicut per teſtes maſculos, qui
laborant infamia crimen probari poteſt. l. famoſi,
in princ. ad legem Iuliam maieſta. ita etiam per
mulierem infamem tale crimen poteſt probari.
patet ex illo text. dum dicit, quòd coniuratio Ca-
tilinæ fuit detecta per Iuliam mulierem, quæ
fuit meretrix & impudica. † Et licet exempla 50
regulam non reſtringant, illam tamen declarant,
vt in ea diſsimilia expreſsis non includantur. c.
qui ad agendum, de procurator. lib. 6. Clement.
non poteſt, de procuratoribus. data † tamen pa- 51
ritate numerorum teſtium, maior fides maſculis
adhibetur, quàm fœminis q, d. c. forus, in fi. iſtud q
etiam videtur probari in dict. l. in quæſtionibus.
facit notab. dictum Bald. in l. 1. de ſenato. vbi per
illum textum dicit, † quòd ſi ſint duo patroni 52
maſculus & fœmina, & iſti diſcordent in præſen-
tando, præſentatus à maſculo r præfertur præ- r
ſentato à fœmina. Quæ autem potuerit eſſe ra-
tio diuerſitatis inter Ius Canonicum & Ciuile
conſiderabitis. Et quia iſta diuerſitas non reſpicit
ſalutẽ animæ, Ius Ciuile non eſt ſublatum per Ius

53 Cano. † ſed vnumquodq; ius ſeruabitur in foro
ſuo. ius canonicum in foro canonico, ius ciuile in
foro ciuili, iuxta gl. & ibi not. in c. 2. de arb. lib. 6.
d. Abb. in c. dilecti, extrà de iudic.

Quartò principaliter quæritur, an laicus con-
tra clericum in cauſa criminali poſsit eſſe teſtis. in
quo articulo facio vnam concluſionem cum ali-
quibus limitationibus.

54 Concluſio eſt, teſtis laicus † in cauſa crimina-
ſ li contra clericum ſ non poteſt eſſe teſtis. c. de cæ-
tero, extrà de teſt. & ratio poteſt eſſe duplex, pri-
ma, quia laici clericis ſunt infeſti. c. laici. & c. lai-
cus. 2. q. 7. ſecunda ratio eſt, ſecundum Fran. Are.
in d. c. de cætero. quia laicus non eſt par clerico
gradu & conuerſatione. & iſta ratio reſpicit reue-
rentiam, qua laicus clericum ꝓſequi debet, quo-
niam Dei legatione fungitur. c. accuſari. in fin. 2.
q. 7. facit text. in c. quis dubitet. & in c. duo ſunt.
96. distinct.

55 Primò † tamen fallit iſta concluſio in crimi-
nibus exceptis, vt in crimine hæreſis, vel ſimo-
niæ. c. tanta, extrà de ſimo. gl. & DD. in d. c. de cæ-
tero, de teſtib.

56 Secundò fallit † in ſubſidiũ, vt quia delictum
fuit commiſſum à clerico in villa, in qua alij cleri-
ci moram nó trahebant, tunc per laicos huiuſmo-
di crimen probari poſſet. ita limitat d. Abb. in d.
c. de cætero, contra quam limitationem tenet ibi
d. Franc. Aret. per c. ſuper prudentia. 14. q. vbi di-
citur quòd in criminalibus domeſtici teſtes non
admittuntur; in alijs verò cauſis, in quibus aliun-
de veritas haberi non poteſt, admittuntur. ſentit
ergo ille tex. quòd in cauſa criminali teſtimoniũ
domeſticum non recipitur, etiam vbi aliter veri-
tas haberi non poteſt. & iſtud probat text. in l. 1. §.
ad quæſtioné, quam ibi ponderat Bar. ff. de quæ-
ſtionibus. Secundò adducit tex. in c. in literis, de
teſti. Tertiò mouetur, quia iura nullum præciſè
remouent laicum à teſtimonio ferendo cótra cle-
ricum, igitur &c.

t Tenenda eſt tamen iſta limitatio t, pro qua
eſt bonus text. in l. 1. in fin. de quæſtionibus. C. v-
57 bi text. dicit † in ciuilibus verò cauſis ex inopia
probationum ſeruos contra dominũm interro-
58 gari poſſe maniſeſtiſsimũ eſt. pondera illam † ad-
uerſatiuã verò, quæ poſtea poſita ſine copula ad-
uerſatur in iure & in facto præcedentibus, ſecun-
dum Bar. in l. hoc amplius. ff. de damn. infect. &
per glo. in l. ſed ſi lege. in princ. ff. de pet. hæred.
ergo quando ageretur cauſa criminalis, propter
inopiam probationis in ſubſidium ſeruus contra
dominum poteſt torqueri. non obſtat primum &
ſecundum fundamentum do. Franciſ. Aret. nam
ideo domeſtici non admittuntur in ſubſidium in
cauſa criminali, quia in cauſa ciuili non admit-
tuntur niſi in ſubſidium. l. etiam. C. de teſt. dict. c.
in literis. ſi ergo diceremus quòd domeſtici in
ſubſidium admitterentur in cauſa criminali, pro-
ut admittuntur in cauſa ciuili, ſequeretur magna
abſurditas, videlicet quòd probatio quæ eſſet ſuf-
ficiens in cauſa ciuili, eſſet ſufficiens in cauſa cri-
minali, quod eſſe non debet. l. ſciant cuncti. C.
de prob. patet ex not. per Bart. in l. fin. de in lit.
iur. & in l. 1. §. editio. ff. vi bonorum raptor. in ca-
ſu noſtro ſecus eſt, quia vt infrà dicam, laicus in
cauſa ciuili cótra clericum poteſt eſſe teſtis, & eius
dictum probat contra clericum, ideo nullum re-
ſultat inconueniens quòd in ſubſidium admitta-
tur in cauſa criminali contra clericum. & iſta eſt
vera expoſitio. nó obſt. etiam tertium fundamen-
tum, quia vt dicit d. Abb. in d. c. de cætero. non eſt
iniquum regulam fallere, vbi æquitas ſuggerit. l.
ſcire oportet. §. aliud, de excuſat. tuto. gl. in Auth.
matri & auiæ. C. quando mul. tut. offic. fung. po.
† præterea lex ſic debet ſemper interpretari, ne ex 59
illa inſurgat iniquitas. l. ex facto. in princip. ff. de
vulg. & pup. c. ſuggeſtum, de dec. ſed magna ini-
quitas ſurgeret iſto caſu, ſi per laicos crimen non
poſſet probari, quia iſto caſu delictum remaneret
impunitum contra cap. vt famæ, extrà de ſentent.
excom. item inuitaretur clericus ad delinquen-
dum quòd non eſt admittendum. l. conuenire. ff.
de pac. do. l. ſi vnus. §. illud de pact.

Tertiò † fallit quoad faciendum indiciũ, quia 60
laici examinati contra clericum faciunt indicium
ad torturam, ſecundum Abb. in d. c. de cætero. al-
legantem no. per gl. in l. capite quinto. ff. de adul.
quæ limitatio non placuit Aretin. in d. c. de cæte-
ro. quia iſta prohibitio fit non ſolùm quia clerici
ſunt infeſti laicis, ſed propter gradus reuerétiam
& meritum ſanctioris vitæ. † vbi autem quis repel 61
litur à teſtimonio ferendo contra aliquem ꝓpter
eius reuerentiam, ſi fuerit examinatus nó facit in-
dicium. l. 1. §. Diuus. e l. 1. ff. de quæſt.

Teneo limita. d. Abb. v non obſtante argu- v
mento d. Areti. pro qua adduco not. dictum Bar.
in l. fi. de in lit. iuran. vbi dixit † quòd probatio- 62
nes quæ faciunt plenam fidem in ciuilibus, in cri-
minalibus faciunt indicium ſufficiens: ſed laici
examinati contra clericum in cauſa ciuili plenè
probant', ergo ſi in cauſa criminali fuerint exa-
minati facient indicium. Non obſtat argumen-
tum d. Areti. quia ille textus in dict. §. Diuus, lo-
quitur in ſeruo, qui etiam in cauſa pecuniaria
contra dominum teſtificari non poteſt. l. 1. in fin.
C. de quæſtion. & l. ſerui reſponſo. ff. de teſti.

Quartò † fallit, quando agitur per viam in- 63
quiſitionis, vel denunciationis. ita ſentit Fed. de
Senis in conſilio vigeſimoquarto. d. Abb. in dict.
capit. de cætero. quæ limitatio non probatur iu-
re, & multum reſtringit iura, quæ ſimpliciter lai-
cum teſtificari contra clericum in cauſa criminali
prohibent.

Quintò fallit, † quando laicus deponeret 64
cótra clericum in cauſa criminis ciuiliter tantum
mota. c. quoniam, extrà de teſti. not. Hoſtien. & d.
Abb. in d. c. de cætero, vbi dicunt iſtud procede-
re, ſi agatur etiam de priuando clericum à benefi-
cio, per c. literis, extrà de teſt.

Sextò fallit † in laico, qni teſtificauit in cauſa 65
criminali in fauorem ipſius clerici. glo. eſt not. in
c. clerici 2. 81. diſt. quam ſequitur d. Abb. Panor. x
in c. cùm P. Manconella, de accuſ. Areti. in d. c. de
cætero.

Septimò † fallit, quando delictum clerici dice- 66
retur notorium, ſecundum Abb. in d. c. de cæte-
ro. alleg. not. in c. cùm dilecti. de purg. canon.

Octauò † & vltimò fallit, quando contra cle- 67
ricum

ricum duo teſtes producerentur, quorum vnus
eſſet clericus, & alter laicus: nam per iſtos duos te-
ſtes crimen plenè poſſet probari, quia habilitas
clerici ſupplet inhabilitatem laici. argumen. text.
in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de edend. & quod
ibi not. Bal. & Ang. pro qua limit. adduco opti-
68 mum text. in ſimili in c. per tuas, de arb. vbi † de
cauſa ſpirituali in clericum & laicum ſimul com-
promiſſum fieri poteſt, de qua in laicum ſimplici-
ter non poteſt compromitti. c. contingit. eo. tit. de
arb. faciunt multa ſimilia quæ congeſsit d. Felin.
in c. 1. extrà de præſcr. & per d. Iaſ. in l. ſi emanci-
pati. C. de collar.
69 An autem clericus † contra laicum in cauſa
criminali poſsit teſtificari. gloſſ. not. in c. teſtimo-
nium. 11. q. 1. tenet quòd non, per c. de cætero, ex-
trà de teſti. arguendo à caſu econuerſo. nam ſicut
laicus contra clericum nõ poteſt teſtificari in cau-
ſa criminali. idem debet eſſe in caſu econtrario. in
iſta q. facio duas concluſiones.
Prima ſit concluſio, clericus contra laicum in
cauſa criminali, in qua ingeritur pœna ſanguinis,
non poteſt teſtificari. ita concludit dom. Abb. &
cæteri Scrib. in d. c. de cætero. & ſecundum iſtam
concluſionem intelligitur text. in d. c. teſtimo-
nium, quem ſic intellexit glo. in ver. ſacerdotes,
in c. 1. 52. diſt.
Secunda ſit concluſio in cauſa criminali, vbi nõ
eſt ingerenda pœna ſanguinis, clericus contra lai-
cum poteſt teſtificari ſiue crimen ſit ſeculare, ſiue
eccleſiaſticum. cap. quandoque. 14. q. 2. ſecundum
eundem dom. Abb. in d. c. de cætero. & ibi Areti.
quinimò ſecundum Io. Cald. & do. Anto. de But.
in c. dilecto, de teſti. cogen. compelli poſſunt cle-
rici in caſu præmiſſo teſtificari, ne bonus vt malus
reputetur.
70 Quintò principaliter quæritur, an † minor
viginti ann. poſsit teſtificari in cauſa criminali. &
concludo quòd non, quia niſi quis ſit maior vi-
J ginti ann. y non debet admitti ad probandum in
cauſa criminali. l. in teſtimonium. & ibi gloſſ. ff.
de teſtib. ex quo videtur poſſe inferri idem eſſe in
cauſa ciuili ardua. arg. l. propter litem. §. 1. de ex-
cu. tu. & per ea quæ dicta ſunt ſuprà in ver. circa in-
famiam facti.
71 Iſta concluſio tamen fallit, † quando per alios
teſtes idoneos crimen non poſſet ꝓbari, nam tunc
illius teſtimonium in ſubſidium admitteretur, ſe-
cundum Io. An. in Spe. titu. de teſte. §. 1. ver. item
excipitur ꝙ eſt impubes, quem ſequitur d. Alex.
in conſi. 24. inci. animaduerſis. in 2. vol.
No. tamen in iſta materia quando aliquid di-
catur poſſe probari per teſtes minus idoneos in
a ſubſidium vnam pulchram doctr. a quam ponit
d. Anton. de But. in c. tertio loco. de probat. vbi
72 dicit quòd † quando ex natura negocij veriſimi-
liter habitu nec actu plures teſtes habiles interue-
nire non potuerunt, tunc in ſubſidium admitti-
tur probatio per teſtes aliàs minus habiles & ido-
neos. Sed ſi ex accidenti eueniat, quòd teſtes ido-
nei non interuenerint habitu tantùm & potentia
potuerunt interueniſſe, tunc ſecus erit. & ita dicit
d. Abb. in cap. fin. extrà de teſtib. cogen. do. Alex.
in conſ. 64. inci. viſo themate & dubijs. in 1. vol. Ia-
ſon in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinitate
& fide Catholica.
Sextò principaliter quæritur, an coniunctus
† pro coniuncto, ſeu affinis pro affine poſsit eſſe 73
teſtis in cauſa criminali. In iſta quæſtione conclu-
do quòd non, per text. in cap. ſimiliter. 3. q. 5. & in
cap. abſens. el. 2. 3. q. 9. & Bart. in l. qui teſtamen-
to. §. quicunque. in fin. ff. de teſta. † Et intellige 74
affines ſeu coniunctos vſq; ad ſeptimum gradum
excluſiuè, computando gradum de iure ciuili. ita
no. Bar. in d. §. quicunque. dum alleg. text. in l. le-
ge Iulia. ff. de teſt. pro quo vide not. per gl. & DD.
in c. non debent. de conſang. & affin. per Ange. &
alios in §. affinita. Inſtit. de nup. & latiùs ſuper ar-
bore affinitatis. iſtud habet locum in cauſa iniu-
riarum etiam ciuiliter inita, ſecundum Bart. in l.
lex Cornelia. ff. de iniur. quia † iniuria facta vni 75
de cognatione reſpicit omnes de illa cognatione,
l. 1. 2. & 3. ff. de lib. cau. Fallit tamẽ iſta concluſio in
in aliquibus caſibus.
Primò fallit, † quando affinis ſeu coniunctus 76
teſtificaretur in cauſa criminali pro affine contra
alterum affinem b ſeu coniunctum: nam tunc nõ b
repellitur à teſtificando etiam in cauſa criminali
ſecundum Bart. in d. §. quicunque. in fi. quia † par 77
affectio aufert omnem ſuſpicionem. l. nõ ſolùm.
§. 1. de ritu nup. facit pro iſta limit. glo. no. in c. po-
ſtremò. de appellat. & text. in l. & vnius. §. 1. ff. de
quæſtionib. iſta limitatio probatur per c. accuſa-
tores. el. 3. q. 5. in verſi. aduerſus extraneos, à con-
trario ſenſu.
Secundò † fallit in illo qui confeſſus fuit ſe 78
eſſe conſanguineum, & pars contra quam produ-
citur non oppoſuit, nam tunc non debet repelli
à teſtimonio. ita decidit domi. Anton. in c. bonæ.
de poſtulat. prælato. & in cap. cùm dilectus. de
conſuet.
In quo tamen Bal. & fortè melius ſentit oppo-
ſitum in Auth. ſed & ſi quis. C. de teſti. Areti. in d.
§. quicunque. dubitat, an ſit verum illud dictum
do. Ant. de But. de quo per Fel. in c. cùm oporteat,
de accuſ. & in c. literas. de præſum.
Tertiò fallit, † quando diſſolutum fuit ma- 79
trimonium inter ſororem meam & eius virum
morte ipſius meæ ſororis, quo caſu diſſoluta eſt
affinitas, hoc caſu ille quondam maritus ſororis
meæ pro me in cauſa criminali poterit teſtificari.
argum. eius quod dixit gloſſ. c in l. ſed hoc ita. ff. c
de ſent. & re iu. in verbo ſuccurrendum. & ita te-
net ibi Ange. idem Ang. in l. cui eorum. §. affini-
tas. ff. de poſtulan. Quod cõfirmo per illud quod
dicit Bald. in l. 1. in 2. col. C. qui accuſ. non poſ. vbi
dicit, † quòd ſi fiat iniuria affini poſt diſſolutam 80
affinitatem, non competit amplius actio iniuria-
rum. Similiter ſtante ſtatuto † quòd de cauſis in- 81
ter affines vertentibus fiat compromiſſum, iſtud
ſtatutum non habebit locum, d quando per diſſo- d
lutionem matrimonij affinitas eſſet diſſoluta ſe-
cundum Bal. in l. fi. C. de verborum ſignif. Bar. &
Bal. in l. cui eorum. §. affinitatis. de poſtul. Paul. de
Caſt. in l. rei iudicatæ. §. fi. ſol. matr. Bal. in l. affini-
tatis. C. communia de ſucceſ.
Quartò fallit, † quando coniunctus produce- 82
retur in teſtem ex parte ipſius accuſati ad ſe deſen-

e dendum e, nam huius teſtimonium non reijcere-
tur. ita limit. Bald. in l. parentes. C. de teſti. alleg.
text. in c. literas. extrà de præſump. Obſtat tamen
huic limita. ratio quæ ponitur in d. c. accuſatores.
videlicet quòd ideo conſanguineus repellitur,
quia præſumitur quòd de facili mentiretur pro
conſanguineo vel domeſtico.

Tenendo tamen iſtam limitationem illam com
83 probo aliquibus medijs. & primò, licet teſti † de-
ponenti per verbum, credo, non ſit præſtanda fi-
des, quia nihil ponit. l. teſtium. C. de teſti. gloſſ. &
Bar. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. atta-
men in criminalibus, in quibus agitur de proban
da alicuius defenſione, probat, ita decidit multum
ſingul. Bart. in conſi. incip. Vanuntins. quem ſe-
quitur d. Alex. in conſil. 78. incip. viſa inquiſitio-
ne formata. ad fi. & in conſil. 109. incip. viſis & vt
84 oportet conſideratis. in 9. col. in 1. volu. Præterea
ad probandum † innocentiam alicuius teſtes do-
meſtici admittuntur & plenè probant, ſecundum
Spec. in tit. de inquiſi. §. 1. ver. ſed nunquid. quem
85 ſequitur Ioan. de Ana. in conſil. 59. incip. viſa in-
quiſitione. Præterea, licet probatio † æquiuoca
nihil proſit producenti teſtes, quia fit contra eum
interpretatio. c. in præſentia, de prob. attamen in
criminalibus, vt euitetur delictum, probat, & in
dubio præſumitur aliquid eſſe factum tempore
licito & permiſſo, vt per Bar. in l. nó ſolùm. §. ſed
vt probari. ff. de noui ope. nun. do. Abb. in c. au-
ditis, in pen. col. de præſcri. extrà.

86 Quintò fallit, † quoad faciendum indicium,
quia ſi fuit examinatus faciet indicium, iuxta no.
per Bar. in l. maritus. ff. de quæſti. dicit tamen ſin-
gu. Areti. in d. §. quicunque. verſi. vnum aur.m.
quòd licet faciet indicium, illud tamen non eſt
ſufficiens ad torturam. adducit not. per Sal. in l. fi.
C. de accu.

87 Sextò fallit, † quando iſte coniunctus qui ad-
mittitur ad teſtificandum in cauſa criminali eſſet
f vir integræ vitæ f & magnæ ſanctimoniæ in quo
ceſſaret veriſimiliter præſumptio quòd mentire-
tur pro coniuncto, nam iſte admitteretur ad pro-
bandum in cauſa criminali. Pro quo adduco id
quod voluit Io. An. & Io. de Imo. in c. cùm R. ca-
88 nonicus. extrà de offi. deleg. vbi dicunt, † quòd ſi
frater vel conſanguineus producatur in teſtem in
cauſa fratris vel conſanguinei, in nihilo eius fides
diminuitur, ſi ſit multum notæ fidei, & integræ
vitæ. facit bonus tex. in c. in literis. in fi. extrà de
teſtib. & quod voluit Specu. in titu. de iudice de-
lega. in §. ſupereſt. verſi. quòd ſi non eſt conſangui
89 neus. vbi dicit, † quòd licet quis non poſsit eſſe
iudex in cauſa ſua, vel ſuorum. l. qui iuriſdi-
ctioni, de iuriſd. om. iu. Fallit tamen niſi eſſet vir
talis qualitatis in quo veriſimiliter non caderet
ſuſpicio. facit l. 3. in princ. ff. de teſtib. ibi: nam ſi
ſuſpicione careant &c. item quia conſtitutiones
tam eccleſiaſticæ quàm ſeculares proprias habent
cauſas: quibus ceſſantibus ceſſant & ipſę, vt eſt tex.
in c. ſtatuimus. 61. diſt.

90 Septimò & vltimò fallit, † quando crimen per
alios habitu nec actu veriſimiliter probari non
poſſet, tunc coniunctus in ſubſidium pro coniun-
cto admitteretur in teſtem. argumen. eorum quæ
ſuperiùs dicta fuerunt in 5. principali quæſito,
vbi quærebatur, an minor 20. ann. in cauſa. crimi-
nali poſſet eſſe teſtis.

Septimò principaliter quæritur, an vaſallus
† in cauſa criminali pro domino ſuo g poſsit te- 91
ſtificari. Specu. in tit. de teſte. in §. 1. verſi. ſed nun- g
quid vaſallus. dicit quòd vaſallus teſtificatur pro
domino ſuo. Limitat tamen ibi Ioan. An. in addi.
ad Spe. niſi dominus eſſet talis, qui ſolitus eſſet ſæ-
uire cõtra ſubditos nó dicentes ſibi grata. Et ſic cú
hac opi. ſic modificata tranſit do. Ab. in c. accedẽs.
el. 1. extrà vt lite non conteſta. in pen. col. do. An-
to. in c. inſuper. extrà de teſtib. Et quòd vaſallus
poſsit teſtificari pro domino ſuo. tenuit Iacobus
Aluarot. in cap. 1. per illum textum, ſi de inueſtitu.
inter dominum & vaſallum oria. lis, in vſibus feu.
vbi dicit eſſe text. expreſſum ibi. quòd etiam pro-
bainr ratione. Nam edictum de teſtibus eſt prohi-
bitorium certarum perſonarum. l. 1. ff. de teſti. c.
1. eod. titu. extrà. & inter prohibitos non reperitur
vaſallus.

Contrarium tenuit domi. Alber. Maleta Do-
ctor Papien. in ſuo tracta. de teſte. quia maior eſt
obligatio † vaſalli erga dominum, quàm filij er- 92
ga patrẽ. Patet, quia vaſallus aſtringitur ad tuen-
dum dominum contra patrem & fratres. c. domi-
no guerram. in fin. in titu. hîc finitur lex Corra.
gloſſ. eſt in cap. de forma. 22. quæſt. 5. ſicut ergo fi-
lius pro patre non poteſt teſtificari, multo fortius
nec vaſallus pro domino. Præterea, vaſallus feu-
dum retinet cum lucro quod potius illi concedi-
tur amore & honore domini, quàm pro precio,
vt eſt text. in c. 1. de feud. da. in vicem le. commiſ.
& ex varijs cauſis feudo priuari poteſt vaſallus,
de quibus in toto titu. quæ fuit prima cauſa be-
neficij amitt. & in titu. quibus modis feud. amit.
ergo videtur quòd propter prædictas rationes va
ſallus non poſsit teſtificari pro domino ſuo pro-
pter ſuſpicionem. Nam humani moris eſt illum
vereri, cuius iudicio & voluntate nunc erigitur,
nunc deprimitur, vt eſt text. in capit. viſis. 16. q.
ſecunda.

Tenendo tamen communem opinionem ad
illud de maiori obligatione reſponderi poteſt, vi-
delicet quòd maior eſt obligatio vaſalli erga do-
minum ſimpliciter, nõ ſecundum quid. quoniam
in pluribus filius eſt magis aſtrictus patri, quàm va
ſallus domino, & propter ius ſanguinis filius plus
afficitur patri, quàm vaſallus domino: ideo dicit
Bald. in c. 1. de no. for. ſid. quòd ſi inter dominum
& vaſallum ageretur de periculo corporis & vitæ:
teneretur minus vaſallus euitare dominum quàm
filius patrem, & ita reſpondet d. Feli. in c. accedẽs,
el. 1. extrà vt lit. non conteſt.

Secunda tamen ratio multum obſtat huic con
cluſioni, contra quam vrget †. quia is nõ eſt teſtis 93
idoneus, cui præcipi poteſt. l. idonei teſtes non
ſunt. ff. de teſtib.

Octauò principaliter quæritur, an ſocius cri-
minis poſsit teſtificari contra ſocium, aut ſuper
eius crimine ſit interrogandus. in qua quæſtio-
ne facio vnam regulam cum aliquibus limitatio-
nibus.

Regula eſt, ſocius † criminis contra alium non 94
poteſt

b poteſt teſtificari b, nec de criminibus aliorũ eſt interrogandus.l.final.C. de accuſ.capit.1. extrà de conſe.

Ampliatur etiam iſta regula in crimine ſimoniæ, in quo ſocius contra ſocium non poteſt eſſe teſtis.c.veniens.extrà de teſti.gl.in c. ſi quis Papa. 79.diſt.gl.in c.memini.15.q.3.

95 Primò † fallit iſta regula in crimine læſæ maieſtatis.c.memini.16.q.3.

96 Secundò fallit † in delictis quæ principaliter non committuntur propter offenſam ſeu odium alicuius, ſed propter commodum cõmittentium, prout eſt falſificare monetam. item latrocinia committere, latrones enim furantur non propter odium alicnius, ſed quia diligunt alienam ſubſtantiam: nam iſto caſu ſocius poteſt interrogari de crimine ſocij.l. Diuus. de cuſto.reo.l. prouinciarum. C.de fur. & iſtam doctr. tradit Bart. in l. repeti.§.1.ff.de quæſtio. quem ſequitur Abb. in c. 1.de confe. Alex.in conſil.27.in vltima colum. in 4.volumi.

97 Fallit † & tertiò in his quę tendunt ad communem ſalutem omnium, vt in caſu.l.fi.C.de maleſi. ſecundum Salice. in d.l.fin.C. de accu.& Alex.in apoſt.ad Bart.in d.l.repeti.§.1.

98 Quartò fallit † quando ſocius, qui non debuit examinari contra tertium, fuit de facto examinatus, ſeu de crimine ſocij fuit interrogatus: nã tunc facit aliqualem præſumptioné. ita ſentit gl. quam ibi ſequuntur Doct.in c.cùm I.& A.extrà de ſen. & re iudi. facit glo. no. in c.interrogatum.2.q.4. iuncto c. ſignificaſti. extrà de adul. & quod no. Bar.in l.ſi maritus. ff.de quæſt.

Iſta vltima fallentia non eſt ſimpliciter intelligenda, ſed vt procedat quoad faciendum aliqualem præſumptionem vel aliquale indicium mediante quo poſsit inquiri contra ſocium, non autem ad iſtud effectum vt poſsit ſubijci torturæ
i i per tex.in c.1.in verbo nulli.cẽſemus pœnæ ſub-
99 dendos. extrà de confeſs. Tortura enim † eſt pœ-
k na non modica k. & illum text. ad hoc ponderat ibi d.Abb.in 1.not.qui idem tenet in vlti.col.&
100 iſto † modo intelliguntur dicta Bart. in d.l. maritus.ff.de quæſt. vt teſtis qui non debuit examinari, ſi non fuit examinatus facit indicium, non ad torturam, ſed ad inquirendum, prout ibi declarat d.Alexan.in addit.ad Bar.& quem effectum operentur iſta verba aliquale indicium. Videte Bart. in l.2.§. final. ff. de app. reci.& iſtam declarationem ponit etiam Aret. in c.ſicut, de teſtibus, vbi
101 dicit † quòd periurus, qui non debuit examinari ſi fuit examinatus non facit indicium quoad effectum probationis. facit tamen indicium vt tri-
102 buat iuſtam cauſam inquirendi. † Item dicitur nõ debito modo examinatus teſtis quando iudex reſeruaſſet exceptiones in perſonas & dicta teſtium: nam talis reſeruatio operatur ac ſi à principio teſtes fuiſſent repulſi, ſecundum Areti. in c.teſtimonium.in 5.colum.de teſti. adde not. in ſimili per Bar.in l.ſi duo patroni.§. idem Iulianus.ff. de iureiuran.& in l. ille à quo.§. ſi de teſtamento.ad Treb.iſtud idem tenuit Aretin.in cap. ex parte.de teſtibus, vbi dicit quòd habetur perinde ac ſi à principio nunquam fuiſſet examinatus, ideo inter alios caſus, in quibus teſtes non debent examinari.tene menti iſtum de iudice.

Nonò principaliter quæritur, an inimicus † poſ- 103
ſit teſtificari contra inimicum in cauſa criminali, in quo concludo quòd non, l vt eſt tex.in l.3.in l
prin.ff.de teſt.& in c.cum P.Manconella.& c.meminimus.de accuſ.& in c.accuſatores. cum ſeq.& ſeq.3.q.5.per Alex.in conſi.127.in 1.volu.Iſta concluſio extenditur aliquibus modis.

Primò, vt ꝓcedat etiam de probando crimine
ſimoniæ.† in quo teſtes aliàs inhabiles admittun- 104
tur.c.per tuas, iuncto c.tanta.extrà de ſimo.

Secundò extenditur, † vt procedat etiam ſi a- 105
gatur de probando crimine læſæ maieſt. in quo teſtes inimici non admittuntur ſecundum Bar.in l.quæſtionib.ff.ad l.Iul.maieſt.

Tertiò extenditur etiã in caſu, in quo eſſet pro-
cedendum in cauſa criminali, nulla iuris ſolen- 106
nitate ſeruata, ſecundũ Bar.in l.filiusf.ff.de don.

Quartò † extenditur etiam ſi inimicitia fuiſſet 107
cauſata culpa ipſius cõtra quem producitur in teſtem.ita Bar.in l.athletæ.§.dat remiſsionem.ff.de excuſ.tut.do.Anto.in c.veniens.de teſtib. facit dictum Innocen. in c. cum I. & A. de ſenten. & re iudic.

In contrarium tamen facit quod voluit Bar.in l.cùm in tabulis.§.1.de his quib. vt ind. de iſto tamen articulo latius dicetur infrà in ſeq.parte.

Quintò procedit iſta concluſio in domeſtico,
† ſeu amico inimici m, nam iſte repellitur à teſti- 108
monio.c.repellantur.& cùm oporteat.extrà de ac- m
cuſ.not.in l.liberi.C.de inoſ.teſt.Cyn.& Bal.in l. ſi quis teſtib.in vlt. col. C. de teſti. pro hoc etiam facit quod Bar.in l.ſciẽdum.§.1 ff. de lega.vbi domeſticus vel amicus inimici repellitur ſicut ipſe inimicus.

Sextò † procedit etiam, quando is, qui contra 109
aliquem producitur in teſtem, ignoraret cauſam inimicitiæ, vt quia ipſe teſtis iniuriam paſſus fuit ab excuſato.& ipſe hoc ignorabat: nam ob hoc poteſt tanquam ſuſpectus repelli. iſtud proba-
tur ex pulchro dicto Bar. n in l.1.de his quib. vt n
indig. vbi dicit quòd ad hoc vt teſtis dicatur inimicus alterius ſufficit offenſam inter eos eſſe factam, licet alter ignoret.

Septimò † procedit in eo, qui habet iuſtam cau- 110
ſam inimicandi, nam præſumitur inimicus, ideo repelli poteſt à teſtimonio. ita tenet Inn.in c.cùm I.& A.de re iudic. extrà. quem ſequitur Bal. in l. præſcriptionem.in 10.col.C.ſi contra ius vel vtil. publ.Sal.in Auth.ſi teſtis.in fi.C.de teſtib.Ludo. Rom.in repe.Rub.ff.de arb.in 9.col.Alex. in conſil.129.in 1.vol.

Octauò † extenditur iſta concluſio in inimi- 111
co † reconciliato, o cum quo de recenti pax facta o
eſt, quia poteſt repelli à teſtimonio, ac ſi pax ſubſecuta nõ eſſet, vt eſt tex.in c.accuſatores.3.quæſt. 5.gloſſ.in cap.per tuas. de ſimo. Innocen.in cap. cùm oporteat. de accuſ. vbi d. Abb. idem tenet Ioan.Andr.in titu.de lega.§.ſequitur videre, verſicu.idem quòd fuit. nam paria ſunt aliquid non eſſe factum, vel eſſe factum, ſed de recenti l.1.verſicul.cæterùm.ff. de his qui deiece. vel effud. vbi
† quoad pœnam de qua in illo tit. paria ſunt viam 112

non eſſe frequentatam, vel de recenti cœptam fre-
quentari. Pro quo etiam adduco gloſſ. in Clem.
113 ne in agro.§.ſanè.de ſtat.mona.vbi † dicit Abb.
quòd appel.nouitij venit etiam de recenti profeſ-
ſus.idem probatur in c.conſtituit.17.quæſt.4.vbi
114 probatur ſecundum intellectum gloſſ. † quòd
Iudæi nuper ad fidem conuerſi non poſſunt pro-
moueri ad officia publica inter chriſtianos, ſicut
etiam non poteſt promoueri ad ordines.c.1.& 2.
48.diſtinct. Similiter nuper à contagione liberati
prohibentur ſani inſtruméta accipere, vt c. illud,
50.diſtinct.

115 † Vltimò procedit iſta concluſio in inimico
præſumpto, id eſt, qui non ſalutat aliquem, quem
erat ſolitus ſalutare, nam præſumitur inimicus,
ideo repellitur à teſtificando.glo.eſt no.in c.cùm
Adrianus.63.diſt.

116 Decimò † principaliter quæritur, an illi de v-
niuerſitate poſsint teſtificari in fauorem vniuerſi-
tatis in cauſa criminali.Bal.in Rub.ff.de rerum di
p uiſ.in 5.col.tenuit quòd nõ. p idem tenet d. Ant.
in c.nuncius.extrà de teſti.d.Iaſ.in l.ſed ſi hac.§.
qui manumittitur.ff.de in ius voc.

Vndecimò principaliter quæritur, an compa-
117 ter † pro ſuo compatre poſsit eſſe teſtis in cauſa
criminali, ſimiliter an filius ſpiritualis pro patre
ſpirituali & econtrà poſsint in dicta cauſa eſſe te-
ſtes. videtur dicendum quòd ſic, tribus rationi-
bus.

Primò, quia edictum de teſtibus eſt prohibito-
rium in ciuili & criminali cauſa certarũ perſona-
rum.l.1.de teſti. omnes ergo illi, qui non prohi-
bentur nec prohibiti reperiuntur expreſsè, ad-
mittuntur ad teſtificandum. ſed iſti de quibus fa-
cta fuit mentio nuſquam prohibentur teſtificari,
ergo &c.

Secundò ſic arguitur de ciuilibus ad criminalia
118 poteſt argui.l.abſentem.ff. de pœn. ſed † compa-
ter pro compatre in cauſa ciuili poteſt teſtificari, vt
per Bar.in conſil.95.incip. in q. quæ vertitur inter
Simonem &c.&, latiùs dicam in ſeq. ergo in cauſa
criminali poterunt teſtificari.

119 Tertiò facit † quia facultas probandi non eſt
anguſtanda, vt eſt text. in l.quoniam.C. da hære.&
mani.

Sed iſtis non obſt. contrarinm eſt verius, licet
nullum inueniam in ſpecie iſtum articulum diſcu
tientem. Et moueor, qnia inter huiuſmodi perſo-
nas contrahitur quædam ſpiritualis cognatio, vt in
cap.1.& per totum.30.q.1.& de cog. ſpiritua. extrà
per totum. ex qua veriſimiliter oritur quædam ſu-
ſpicio ratione affectionis ortæ, nam prout dicit
120 text. in cap.1.30.q.3. † ita diligere debet homo il-
lum qui ſuſcepit ipſum de ſacro fonte, ſicut pa-
trem, ergo iſta de cauſa repellendi ſunt à teſtimo-
nio in cauſa criminali, cùm in illa exigantur pro-
bationes luce meridiana clariores.l.ſciant cuncti.
C.de probat. Non obſt. prima ratio adducta in
contrarium, quia licet expreſsè non reperiantur
prohibiti, ex mente tamen l.prohibiti videntur.
argumen.l.cùm mulier.ſolu.matrim. facit l.quæ-
ſitum.ff.de teſti. Præterea nónne coniunctus pro
coniunctis prohibetur teſtificari in cauſa crimi-
nali, propter veriſimilem affectionem quæ verſa-
tur inter ipſos, ita & huiuſmodi perſonę non ſunt
ad teſtimoninm admittédæ propter illam cogna-
tionem ſpiritualem, cùm & huiuſmodi ſimiliter
cauſet affectionem.d.c.1.30.q.3. Non obſt.ſecun-
da ratio, quia non eſt bona conſequentia, aliquis
in cauſa ciuili poteſt eſſe teſtis, ergo & in cauſa
criminali. Patet in illo, qui eſt de vniuerſitate, cui
non eſt permiſſum poſſe teſtificari in cauſa crimi-
nali, & tamen in cauſa ciuili permiſſum eſt, vt ſu-
prà dictum fuit, & latiùs dicetur in ſequenti par-
te. Non obſt. vltima ratio, quòd facultas probandi
nõ eſt anguſtanda, quia hoc procedit data teſtium
paritate, habilitate, & idoneitate, aliàs ſecus.

Duodecimò principaliter quæritur. Fama † eſt 121
aliquem occidiſſe Sempronium, iſtud etiam pro-
batur per vnum teſtem omni exceptione maiorẽ,
quòd ille occiderit dictum Sempronium, an fama
iſto caſu faciet ſemiplenam prob.ita, quòd iuncta
cum illo teſte probet homicidium fuiſſe cõmiſ-
ſum? in iſta q. variæ opiniones referuntur in c. ve-
niens, extrà de teſti. communis eſt opin. q quòd q
fama cum vno teſte in cauſa criminali non probet
niſi ſint alia adminicula, ſeu coniecturæ. Ita con-
cludit Bal. in l.ſi quis ex argẽtarijs.§.1.ff.de eden.
Io.And. in tit. de prob.§.fi. ver.13.pro quo Are.in
in d.c.veniens. alleg. bonum text. in c. præterea.
eo. tit. de teſti. tamen latiùs dicam in ſeq.parte, in
10.principali quæſito.

Decimotertiò principaliter quæritur, † an ac- 122
cuſatus de crimine poſsit pendente accuſatione
cõtra aliquem teſtificari in cauſa criminali, in qua
concludo quòd non, r quia eius opin. eſt grauata r
ex iſta accuſatione, & de facto ſaltem cenſetur in-
famatus, ideo repellitur à teſtificando.text. eſt in
c.fin.extrà de teſtib.

Limitatur tamen hoc non procedere in crimi-
nalibus exceptis, prout eſt crimen læſæ maieſtatis,
crimen hæreſis, & ſimoniæ. in quibus criminibus
accuſatus poteſt teſtificari pendente accuſatione,
etiam ſi concurrant aliquæ coniecturæ contra ip-
ſum accuſatum de tali crimine. ita concludunt In-
nocent.d. Anton. & alij in d. c. fina. per text. in c.
in fidei fauorem, de hæret. libro 6. Notate tamen
quòd quoad † excuſationem accuſati, ſeu inqui- 123
ſiti de criminibus exceptis, non admittuntur te-
ſtes niſi ſint idonei, ideo domeſtici & familiares
qui admittuntur ad ꝓbandum ea quæ ſunt in do-
mo.l.conſenſu.§.ſuper plagis.C.de repnd.hoc ca
ſu non admitterentur. caſus eſt notab.& vnicus in
iure in c.filij, in fi. de hære.lib.6. quẽ ad hoc pon-
derat Are.in d.c.fi.extrà de teſtib.

Penultimò principaliter quæritur, an familia-
res † ſeu domeſtici poſsint eſſe teſtes in cauſa cri- 124
minali pro domino ſuo. Et concludo quòd nõ ſ, ſ
quia ꝓhibentur eſſe teſtes in cauſa ciuili.l. etiam.
C.de teſti. c.in literis.extrà de teſti. multo fortius
ergo prohibentur eſſe teſtes in cauſa criminali, in
qua perfectiores ꝓbationes requiruntur.l. ſciant
cuncti.C. de probat. † Et licet in ciuilibus cauſis 125
conſideretur, àn dicti teſtes familiares ſint nobi-
les aut ignobiles, vt quia aliquis eſt de familiari-
bus alicuius Cardinalis, aut Principis, vt per In-
nocen. & alios in c. in literis, extrà de teſtib. atta-
men in cauſa criminali crederem illos indiſtinctè
repel-

repellendos, quia non poſſumus inficiari, quin
iſti habeãt affectionem ad dominum ſeu ſuperio-
rem ſuum, ratione cuius affectionis eius teſtimo-
nium videtur ſuſpectum & per conſequens repel-
lendum.

126 Vltimò principaliter quæritur, an ſi † in cauſa
criminali crimen ſit probatum per vnum teſtem
poſsit deferri iuramentum in ſupplementum ꝓ-
t bationis, t per ea quæ habentur in l. admonen-
di. ff. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. cre.
Et cõcludo quòd non. ita vult gl. in c. mulieri, de
iureiur. gl. Bar. & alij in d. l. admonendi, iuncta l.
3. eodem titu. vbi Bar. & DD. idem tenent glo. &
Bar. in l. maritus. ff. de quæſt. gl. in c. cùm ſunt par-
tium iura obſcura, de regul. iur. libro 6. Pro quo
facit, nam in cauſis ciuilibus arduis non defertur
tale iuramentum. gl. & Doct. in d. l. admonendi.
& in l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. ſed cauſæ cri-
minales ſunt huiuſmodi, vt in l. in ſeruorum. ff.
de pœn. ergo non poteſt deferri tale iuramentum.
Præterea in cauſis criminalibus requiruntur pro-
bationes apertiſsimæ, & luce meridiana clario-
127 res, ideo iuramentum non poteſt deferri, † quia
quando in aliqua cauſa etiam ciuili requiruntur
probationes apertiſsimæ, aut liquidæ, aut clario-
res &c. iuramentum non poteſt deferri. de primo
eſt glo. in l. fi. in prin. ff. quod met. cauſ. in verbo,
præſumptioni. de ſecundo allego Bald. ita dicen-
tem in l. fi. C. ſi mi. ſe maio. dix. de tertio adduco
128 eundem Bald. in l. fin. C. de ſecun. nupt. vbi dicit,
v † quòd cùm ad probandam ingratitudinem v re-
quirantur dilucidæ probationes, non poterit de-
ferri iuramentum ad illam probandam. Et ita te-
nendum eſt pro firma concluſione.

129 Fallit tamen † iſta concluſio, vt non procedat
in cauſis criminalibus, in quibus imponenda non
eſſet pœna ſanguinis, quia in illis poſſet deferri di-
ctum iuramentum. ita limit. Rom. in dict. l. 3. in
princ. ponderando illum text. in verbo, pœnam,
quem etiam ad hoc põderat d. Ant. in c. fi. de iure-
iuran. cõtrarium tamen tenet Imol. ibi & d. Alex.
in d. l. 3. in princ. eo, quia generaliter diſpoſitum
eſt quòd in cauſis criminalibus requirantur pro-
bationes apertiſsimæ. d. l. ſciant cuncti. C. de ꝓ-
bat. & reſpondent ad text. in verbo, pœna. quem
ponderarunt d. Ant. & Rom. & idem tenet glo. a.
in c. tam literis, extrà de teſt. Primam tamen opi-
nionem quam tenet Ro. ſequitur. d. Alex. in con-
ſil. 67. Incip. viſo proceſſu cauſæ. in 1. volu. Ang. in
l. admonendi, circa fin. ff. de iureiur. in iſta diffi-
cultate puta diſtinguẽdum fore hoc modo, vide-
licet, Aut pœna quæ imponitur delinquenti eſt
magna, & iſto caſu non poteſt deferri iuramen-
tum, prout dicitur in cauſa ciuili, iuxta no. in d. l.
admonendi. Aut pœna iſta pecuniaria eſt parua
continens paruam quantitatem, & iſto caſu poteſt
deferri iuramẽtum, quia abſurdum videtur quòd
fiſcus aut Reſpub. cui iſta pœna eſt applicanda ſit
deterioris conditionis quàm priuatus, cui pro
huiuſmodi cauſa non continente magnam quan-
titatem iuramentum poteſt deferri, vt d. l. admo-
130 nendi. † Non obſt. d. l. ſciant cuncti, quia proce-
dit & eſt intelligẽda in cauſis criminalibus, in qui-
bus ingeritur pœna ſanguinis, aut pœna pecunia-
ria magnæ quantitatis. Nam propter illarum ar-
duitatem & quia tractatur de magno periculo re-
quiruntur dictæ probationes, quæ ratio ceſſat, ſi
modica pœna pecuniaria ſit imponenda. & ex ra-
tione legis expreſsè aut tacitè reſtringitur diſpo-
ſitio ipſius l. cùm pater. §. dulciſsimis. de le. 2. do.
Abb. in c. fi. extrà de reſcri.

Fallit & ſecundò, † quando vltra ſemiplenam 131
probationem accuſator aliquid plus haberet, &
iſte eſſet perſona honeſta, nam iudex poſſet accu-
ſatori deferre hoc iuramentum. in cap. fina. de iu-
reiuran. vbi in cauſa famoſa defertur hoc iura-
mentum, per illum text. ita tenet Salicet. in d. l.
admonendi, in penultim. colum. vbi etiam Rom.
idem tenet & do. Alexan. in l. 3. in princ. in 3. co-
lum. ff. de iureiuran. quæ concluſio & limitatio
procedit, etiamſi eſſet imponenda pœna ſangui-
nis, eò quia defertur in actione, ex qua condem-
natus efficitur infamis. dict. cap. fin. ergo & in ca-
ſu in quo eſt imponenda pœna ſanguinis. argu-
mento l. iſti quidem. ff. quod met. cau. & iſta ſuffi-
ciant quoad iſtam tertiam partem. conſequenter
videndum erit de quarta parte, in qua tractatur
qui in ciuilibus teſtes eſſe poſsint.

ADDITIONES D. PETRI de Moncada.

a Applicanda. *Pro quo vide no. per Ant. de But. Pan.
Fel. & Mod. in Rub. extrà de iudi. Pet. de Moncada.*

b Paupertatem. *Adde pro intelligentia iſtius quæſtionis
not. per Iac. Aegid. in tract. de teſti. in 2. col. in verbo, repel-
luntur pauperes. & Nel. de San. Gem. in ſuo tract. de teſti.
in verbo, pauper. & Panor. & Feliu. in c. ſi quis teſtium. hic
alleg. & Soci. in regula 442. † Vnum tamen not. quòd il-* 132
*lud quod dicitur teſtem diuitem præferri pauperi, vt l. 3. hic
alleg. procedit & habet locum, quando diuitiæ fuerunt ac-
quiſitæ honeſtè & iuſto modo: nam ſi inhoneſtè & per vſu-
rariam prauitatem diuitias quis acquiſiuit, minus ei credi-
tur, quia qua ratione decepit ſe & animam ſuam, eadem
credendum eſt quòd & alios decipiat. ita no. Aug. Are. poſt
Petr. Iaco. & Bar. in §. licet autem. Inſtit. quibus ex cauſ.
manu. non licet. pro quo facit text. no. in c. non poteſt. 2. q.
7. vbi dicitur quòd non poteſt eſſe hominibus fidelis, qui Deo
fuit infidelis, ſed omnis vſurarius & qui inhoneſtè lucratus
fuit diuitias eſt huiuſmodi, ergo &c. Idem tenet Panormi.
& Feli. in c. teſtimonium, de teſti. in 3. col. quis † autem ſit* 133
*pauper & qualiter probetur paupertas, vide not. per Bart.
Alex. & do. Ioan. Cro. ibi in 16. colum. in l. ſi conſtante. ff. ſo-
lut. matr. & per Bal. in l. paupertas. ff. de excuſ. tut. & in l.
in fundo. ff. de rei vend. & per Ioan. And. & alios in c. ſigni-
ficantibus. de offi. deleg. per Panor. in c. cùm cauſam. de te-
ſti. in 7. col. & Felin. in c. 1. de accuſ. in 2. colum. & Iaſ. in
Authen. præterea. C. vnde vir & vxor. in 12. colum. † cui
autem incumbat onus probandi paupertatem vel diuitias.* 134
*vide per glo. & ibi Bart. Ang. & Mod. in l. ſi verò. §. fin. ff.
qui ſatiſd. cog. & tene ſemper menti duo. Primum eſt, quòd
licet in dubio quis præſumatur bonus et idoneus iuribus vulg.
iſtud eſt verum quoad mores, ſecus quoad facultates, vt in
d. §. fin. not. Secundum † eſt, quòd diffamare aliquem de* 135
*paupertate cùm ſit diues, eſt iniuria, & poteſt agi actione
iniuriarum ſecundum Aug. Pau. de Caſt. & Iaſ. in d. §. fin.
Pet. de Monc. Hiſpanus.*

c Plenè probatum. *Aduerte quia in contrarium fa-
cit quod not. ipſemet Aretin. in conſilio 13. incip. viſo dili-*

gente

genter in 10. col. vbi dicit quòd paupertas diminuit fidem teſtis quando concurrunt teſtes pauperes cum ditioribus, & in cæteris æqualibus, ſecus verò econtra. & ita dicit ſe intelligere not. per Bar. in dict. l. ex libero. & in l. 3. ff. de teſt. igitur quando per duos teſtes huiuſmodi alijs non concurrentibus aliquid probaretur, diceretur plenè probatum. & iſtud dictum refert d. Hippo. de Mar. in d. l. ex libero. in 2. col. pro quo tamen vide eundem d. Io. in l. ſi conſtante. ſol. matri. in 57. col. in ver. aduerte. Per. de Monc.

d Legalis. *Adde d. Hippo. de Marſi in l. 1. § ad quæſtionem. in 4. col. & in §. fin. ſimiliter, in 4. colum. ff. de quæſtio. Pet. de Monc.*

e Et illa. *Adde Bal. & Fel. latè in c. teſtimonium, de teſtib. in 2. col. Dy. in regul. infamibus, de regul. iur. lib. 6. in 2. col. qui ſecundum Pau. de Caſt. in l. nullam. C. ex quib. cau. infa. irro. in fi. melius loquitur quàm alius. Vide etiam Panormita. in cap. cùm te. de re iudic. in 2. col. in fin. & tene menti effectus quos operatur infamia facti. de quibus per gl. hîc alleg.: cui adde conſimilem in dict. l. nullam. Petrus de Moncada.*

f Infamia iuris. *Adde Iac. Aegid. in ſuo tract. de teſti. in princ. & Nel. de San. Gemi. in ſuo tract. in verbo, infamis. & Alb. Mod. ſimiliter in ſuo tracta. fol. 4. in 2. col. quæ autē requirantur ad hoc, vt quis ſit infamis infamia iuris, vide no. in d. l. 1. C. de ſum. trin. & per d. Hippo. de Marſi. præceptorem meum in Rub. ff. ad l. Corn. de ſal. in 6. colum. Pet. de Monc.*

g Suppleri. *No. & tene menti iſtud dictum Ang. quòd dictum vnius teſtis inhabilis non ſuppletur per alium habilem, quando totaliter eſt inhabilis, quia non eius nullæ ſunt partes. idem tenet Salice. in l. in bonæ fidei, in 10. col. C. de reb. cred. & Bal. in l. 1. C. de teſt. facit l. ſed ſi manente. ff. de preca. & dixit Fulg. in d. l. 1. quod iſtud procedit, quando alij teſtes ſubſiſterent abſque illo inhabili, alıter verò non, de quo vide per Fel. in cap. teſtimonium. de teſtib. in 1. col. & Franciſ. Cur. in tract. de teſti. in 1. concluſi. in fi. cum concor. de quibus ibi quem omninò videas, quia plura no. alleg. in quibus vnus teſtis ſupplet alium. Per. de Monc.*

h Secundum Bar. & Bal. *Adde Fel in c. teſtimonium, de teſtibus, in 2. col. & ratio huius dicti eſt, quia teſtificari eſt officium publicum, iuxta not. per Fel. poſt alios antiquos ibi in Rubri. de teſti. cogen. nimirum ergo ſi ſit ex neceſſitate: qualiter autem ſit publicum, ibidem vide. Petrus de Moncada.*

i Ex ſuo officio. *Adde Franc. Curt. in ſuo tracta. de teſti. in 23. concluſi. qui plures allegat pro & contra. vide eum omninò & Alber. Moder. in ſuo tracta. fol. 9. in 3. colum. in fin. & Nel. de ſancto Gemi. in ſuo tracta. in verbo, debet index. & Alexand. in addit. ad Bar. in l. 3. ff. de teſti. & Felin. in c. intimauit, de teſti. in 4. colum. & tene benè menti, dum d. Ioan. hîc ponit exemplum in infami infamia iuris, qui omninò eſt inhabilis, nam in iſtis procedit dict. l. quos*
137 *prohibet. † ſecus in non omninò inhabili, qui ex tacito vel expreſſo conſenſu partis poterat habilitari, vt in conſanguineo, proxeneta, domeſtico, & in omnibus alijs, qui repelluntur nō odio ipſorum, ſed fauore partis, quia iſtos iudex parte non opponente non debet repellere, cùm ius publicum ex admiſſione non lædatur. iſta ſunt verba aurea ſecundum Felin. in dict. c. intimauit. Io. And. in addi. ad Specu. in titu. de teſte. §. 1. ver. ſed quid ſi vidit. no. etiam per Ant. de But. in c. bona, el. 1. in 6. col. de elect. & in c. cùm dilectus. in 10. col. de conſue. & ibi Imo. idem refert & ſequitur Stepha. Aufr. in tract. de teſtib. repro. in verbo, idonei, in tertia colum. Petrus de Moncada Hiſpanus.*

k Quod non. *Adde Soci. in reg. 294. & in regu. 374. Petrus de Moncada.*

l Ciuili ardua. *Adde do. Hippol. de Marſi. in l. 1. §. præterea. ff. de quæſtio. in 7. colum. & in ſingu. 109. incip. infamis. & in ſingu. 245. incip. quando dubitatur. & per Alber. Modern. in ſuo tracta. de teſte, in 4. fol. in 2. col. Petr. de Moncada.*

m Mortali. *Adde pro hoc videndum Alb. Mod. in ſuo tract. de teſte, in 4. fol. in 3. col. Pet. de Monc.*

n Domi. Anton. de Butr. *Adde Arer. in c. cùm nobis, de teſtib & Feli. not. in c. cùm dilecti, de accuſatio. in 4. colum. Petrus de Moncada.*

o Canonico. *Adde Iaco. Aegid. in tracta. de teſtibus, in 2. colum. & Nel. in ſuo tract. de teſtis in verbo, mulier. & eſt tex. in c. mulierem. 33. quæſtio. 5. & iſta eſt communis opinio ſecundum Panor. Feli. & alios in d. c. 3. de teſti. & per Ioan. de Pla. Ang. & alios in §. teſtes. Inſtitu. de teſt. & per domi Philip. Dec. in l. fœmina. ff. de regu. iur. in 6. colum. aduerte tamen quia iſta communis opinio non videtur iure probari. nam tex. in d. c. mulierem, generaliter diſponit, quòd mulier non poſſit eſſe teſtis, nec magis loquitur in cauſa criminali, quàm in ciuili. ſolùm videtur ſentire quòd requiratur conſenſus mariti, ergo illo interueniente poterit teſtificari tam in ciuili, quàm in criminali. non obſtat text. in cap. forus. de verborum ſignif. quia illud verum de cauſis criminalibus. immò quòd fortius eſt, ſentit text. quòd nec etiā in ciuilibus poteſt eſſe teſtis, & hoc quia natura propter varietatē &c. repugnat, & ideo forſan gl. in c. 2. de iud. li. 6. in verbo, iure prohibente, ſentit expreſſè, quòd mulier poteſt de iure canon. eſſe teſtis in cauſa criminali criminaliter intentata, cùm nō magis ſit prohibita in ciuili, quàm in criminali. Præterea de iure ciuili poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali, vt inf. in ſeq. q. & tamē tex. ex eo. ff. de teſti. ex qua ſumitur arg. à contrario eſt canonizata, vt patet in c. ex eo. 15. q. 3. ergo nō erit differentia inter ius canonicum & ciuile, igitur cōmunis conclu. de qua ſuprà, nō erit vera. iſtis tamen nō ob. tenenda eſt communis opin. ad contraria reſpon. non ob. ergo tex. in c. mulierē. & in c. forus, licet generaliter loquantur, quia vbi ſequeretur abſurdus intellectus ſeu legū contradictio reſtringuntur leges generaliter loquētes. doct. eſt Pan. & Fel. in c. in omni negocio, de teſt. ſed ita eſt in caſu noſtro, ergo &c. probatur per tex. in c. quoniā. & in c. tam literis, de teſtib. vbi probatur quòd mulier poteſt eſſe teſtis in cauſis ciuilibus, item & in criminalibus ciuiliter intentatis, igitur vt euitetur legū contradictio, & vt illa iura aliquid vltra iam ſtatuta diſponant, intelligantur in cauſis criminalibus criminaliter intentatis. & ita intelligunt glo. & Doct. communiter. Non obſt. gloſſ. in d. c. 2. quia loquitur de iure ciuili. ſecundum quod ibi intelligunt Ioan. And. & Domi. Non obſtat quòd lex ex eo. ſit canonizata, quia ad hoc non reſpondet vt per gloſſ. & ibi Domi. in c. 1. de rebus eccleſ. non alienan. lib. 6. in verbo, tractatum poſt mediū. limit. iſtam communem opinionem, vt per Alex. in conſil. 11. incip. circa primum, in 2. colum. in primo volumine. Petrus de Moncada.*

p Maſculos. *Adde do. Hippo. de Marſi. in l. Diuus. ff. de quæſt. in 2. col. qui pro hoc allegat. & benè Alexan. in conſi. 64. incip. viſo themate, in prin. in 1. volu. & Iaſ. in l. fi. in fi. C. de his quibus vt indignis. idem tenet domi. Hippo. in practica ſua cauſ. criminali, in 24. chart. in ſecunda colum. ſecundum librum meum. hoc ideo dico, quia adhuc non eſt impreſſoribus tradita. Pet. de Moncada.*

q Quàm fœminis. *Adde Bald. in l. final. in fi. ff. de fide inſtrum. & Roma. in Rubr. ff. de arb. in 16. quæſtione. in verſi.*

item

*item præferuntur. quem refert & ſequitur Franc. Curt. in
ſuo tracta. de teſtibus, in se. concluſ. iſtud tamen limitat Be-
lenz.i. in d. c. forus. quando mulieres ſtarent pro reo. argu.
gloſſ. in cap. clerici. 81. diſtinct. quem refert domi. Hippol.
de Marſi. in l. vnius. §. in ea cauſa, in 2. colum. ff. de quæſtio-
nibus idem tenet Felin. de quo mentionem non facit domi.
Hippo. in c. quoniam, de teſtibus, in finalibus verbis. Petrus
de Moncada.*

138 r A maſculo. *Adde † quòd iſtud dictum perpetuò eſt
menti tenendum, & commendat Corſe. in ſuo repertorio, in
litera f, in verbo, fœmina. & Felin. in c. quoniam de teſti.
in 2. colum. dummodò æquale ius habeant in præſentando:
ſecus ſi inæquale, prout habet maritus in patronatu ſibi iu-
re fructus pertinente ob dotem vxoris. alleg. do. de Rota in
deciſione 422. in nouiſsimis per id quod no. Io. And in cap.
ex eo, de elect. libro ſexto, de tutore & pupillo. Adde in vl-
tra Felin. quod idem tenet Panormitan. & Ioan. de Imol.
in cap fina. in fin. de conceſſio. præben. quamuis Anton. de
But. ibidem ſenſerit contrarium. idem quòd prædicti tenuit
Philipp. Fran. in d. c. ex eo, in 2. colum. & ſi impreſſio in
aliquibus libris ſit corrupta. idem tenet dom. Decius in l. fœ
mina. ff. de regu. iur. in 8. colum. ſed nunquid erit verum
indiſtinctè pono enim quòd maritus præſentauit idoniorem,
erit ne præferendus minus idoneo præſentato per vxorem
ſolu. collige ex not. per Ioan. Andr. & d. Phil. Fran. poſt
Arch. in d. c. ex eo, in quæſtione de tutore & pupillo. Et de iſto
dicto Bal. meminit etiam idem d. Io. Cro. infrà in ſeq par-
te, in 51. q. Petrus de Moncada.*

139 ſ Contra clericum. *Adde † quòd non ſolùm iſta con-
cluſio habet locũ in presbyteris, diaconibus, &c. verùm etiã
in clericis ſimpliciter tonſuratis. iſtud probatur per tex in c.
de cætero, hic allegato in verbo, clericum, iuncto c. clericos.
21. diſt. & ibi gl. in verbo, pſalmiſta. ita tenet Dom. & Præ-
poſi. Med. in c. ſicut ſacerdotes. 2. quæſt. 7. & Felin. in c. de
cætero, in prin. Pet. de Monc.*

t Iſta limitatio. *Adde quòd illum ſequuntur Socin. in
regul. 182. in tertia fallentia. & dom. Hippo. de Marſi. in l.
de minore, in prin. ff. de quæſtio. in noua colum. vide tamen
Fel. in d. c. de cætero, qui dicit quòd difficiliter obtineretur
in practica. Pet. de Monc.*

v Dom. Abb. *Adde Alexand. in additio. ad Bart.
in lege maritus. ff. de quæſtionibus. & ibi domi. Hippo. in 3.
colum. & nota regulam, de qua hic ſcilicet quòd probatio-
nes quæ faciunt plenam fidem, &c. cui adde domi. Hippol.
in ſingu. 98. incip. Laicus contra clericum. Petrus de Mon-
cada.*

x Clerici. *Pro intellectu iſtius gl. vide quæ dixi infrà in
fin. huius tractatus, in tertia quæſtione. qualiter autem de-
beant deponere teſtes in caſu. d. gl. vide per Cardi. in conſi.
17. Petrus de Monc.*

y Viginti ann. *Adde Iacob. Aegid. in ſuo tracta. de te-
ſtibus, in ſecunda colum. & Nell. in ſuo tracta. in verbo, im-
pubes. & Alb. Moder. in ſuo tracta. in fol. 10. in prima co-
lum. pro quo & pro limita. hic poſita. Vide omninò domi.
Hippo. in l. Diuus, in ſecunda colum. & in l. de minore, in
princip. in nona colum. ff. de quæſtionib. vbi refert not. di-
140 ctum Alberi. de Roſ in l. teſtimonium. ff. de teſtib. vbi † di-
cit quòd quando aliter delictum probari non poteſt, niſi per
minores, quòd tunc duo impuberes probant ipſum delictum,
quod eſt ſingulare verbum. eundem etiam refert idem do-
mi. Hipp. in practica ſua cauſarum crim. fol. 24. colum. 2.
141 iſtud tamen intellige, quando probatur † quòd aliter veri-
tas haberi non poteſt, vt quia probatur per Gaium & Me-
nium quòd in tali loco & actu interfuerunt ſolùm Titius &
Meuius minores, qui clarè viderunt actum illum, & quòd
nullus alius potuit videre, vt quia diſtabant per magnum
ſpacium &c. ſi enim præſupponitur, quòd ſolùm propter de-
ficientiam iſti minores ſunt idonei teſtes, oportet probare
prius & ante omnia deficientiam probationum, ita multum
egregiè notat Alexand. in conſilio 64. incipien. Viſo thema-
te, in penultima columna, in primo volum. vbi ſubdit, quòd
ſi dicti minores ſoli deponant, quòd nullus alius erat præ-
ſens, per hoc non probatur deficientia probationum, quia ad
probandum, an teſtis ſit idoneus, qui aliàs non poterat ad-
mitti tanquam non idoneus, non ſtatur dicto ipſiuſmet te-
ſtis, ſecundum Bartol. eleganter in l. decem. ff. de verborum
obligati in ſecunda colum. cum alijs, in quibus ibi per eum.
idem tenet Iaſon in l. final in fin. C. de his quibus vt indig.
† Notabis tamen, quòd licet minores non pleuè probent in 142
criminalibus, niſi prout ſuprà dictum eſt, tamen faciunt in-
dicium ad torturam ſecundum dominum Hipp in locis præ-
allega. & Franciſc. Curt. in ſuo tractatu de teſtibus, in 62.
concluſi poſt not. per Moder. in dict. l. final. C. de his qui-
bus vt indig. prædicta † limit. in crimine læſæ maieſtatis, vt 143
eſt text. in l. de minore. vbi Bar. & do. Hippo. de Marſi. ſu-
prà alleg. Pet. de Monc.*

a Doctri. *Adde dom. Hipp. de Marſi. in ſing. 73. incip.
plura ſunt. & in ſua practica cauſarum crimi. fol. 25. in 2.
colum. Pet. de Monc.*

b Alterum affinem. *Adde glo. in cap. conſanguinei,
3. q. 5. in verbo, parentes. & glo. in c. cum R. canonicus, in
verbo, cùm ſint eius ſocij. de officio delega. Panormita. in c.
accedens. el. 2. in 4. col. vt lite non conteſtata. Alexand. &
Iaſon in l. iuriſdictionis. ff. de iuriſdictione omnium iudicum,
in 5. fallen. Panormi. & Maria. Soci. & Felin. in cap. cùm
oporteat, de accuſat. Felin. in cap. literas, de præſumpt. in 3.
colum. & in cap. inſuper. de teſti in prima colum. dom. Hip
pol. de Marſi. in l. extraneo. §. primo, in princip. ff. de quæ-
ſtionibus. & ideo dixit Franciſc. de Cre. in no. ſuo 58. incip.
nemo cogitur. † quòd licet nemo cogatur. inuitus accepta- 144
re compromiſſum, vt habetur in l. 3. §. tametſi. ff. de arbit.
iſtud fallit, niſi ſit coniunctus vtrique litiganti. allegat Bal.
in l. 1. ff. vbi pup edu. deb. idem per illum text. tenet Barb.
licet de Bal. mentionem non faciat in additio. ad Bald in l.
fin. C. de verborum ſignificatio. † & nota, quòd licet de iu- 145
re nemo compellatur ſuſcipere arbitrium, tamen in foro con
ſcientia peccat qui illud non recipit. & qui nõ componit par-
tes. maximè, ſi non acceptando partes veriſimiliter venirent
ad rixam gl. eſt not. in cap. ſicut 11. quæſt. 1. in verbo, viã,
quam ad hoc alle. Barb. vbi ſuprà. & dum d. Io. hîc alleg.
l. vnius. §. 1. dic quod voluit alleg. l. extraneo. §. 1. vbi Bart.
& alij. Pet. de Monc.*

c Quod dixit glo. *Adde Petr. de Anch. in cap. cano-
num ſtatuta. de conſt. in 14. quæſtio. Angel. Aretin. in §.
pœnalis, Inſtit. de actio in 5. colum. & in §. ſocrum. Inſtit.
de nupt. & Alber. Moder. tracta. de teſti. in 2. ver. in 1. col.
dom. Hippo. de Marſi. in l. etiam ſi redhibitus. ff. de quæſtio.
in 2. col. aduerte tamen, quia licet iſta opinio ſit communis
ſecundum Alexãn. in d. l. ſed hoc ita, quam legit cum l. non
tantùm. tamen in terminis q. noſtra, marito ſororis meæ du-
rante in viduitate nõ videtur vera. primò per no. per Sal. in
l. fi. C. de ver. ſig. vbi dicit, † quòd ſi alter coniugũ durat in 146
viduitate, dicitur adhuc durare affinitas, quia cenſetur du-
rare matrimoniũ. alle. l. fi. C. de bo. ma. idem tenet d. Hip. in
rep. Rub. de fideiuſ. in 26. col. igitur maritus ſororis meæ nõ
erit idoneus teſtis pro me. ſecundò per tex. in §. affinitatis, In-
ſti. de nup. vbi probatur quòd ſol. ma. durat affinitas ad idẽ
eſt tex. in c. fraternitatis. 35. q. 10. vbi dicitur, quòd vno ex*

coniu-

coniugibus defuncto in ſuperſtite non deletur affinitas. His tamen non obſt. tene prædictam conclu. & ad primum reſponde, vt per Alex. in d. l. non tantum. ad ſecundum verò dic quòd procedunt illa iura quo ad impediendum matrimonium, ſecus quo ad alia. ita per Docto. in d. locis. & per Prepo. Med. in §. affinitatis. 3. q. 7. Sed iuxta prædicta du-
147 *bitatur. tu ſcis, † quòd de iure Can. per illicitum coitum contrahitur affinitas. text. eſt in c. de illo, & in c. diſcretionem, de eo qui cogn. conſang. vxo. vel ſpon. & in c. in eo. 32. q. 4. modò pone quòd aliquis eſt tibi affinis per illicitum coitum, nunquid poßit eſſe teſtis pro te in cauſa criminali, & videtur dicendum quòd non, quia iſte eſt affinis, ſed affinis non poteſt eſſe teſtis, ergo contrarium credo verius. Nam propriè affinitas eſt illa, quæ cauſatur ex iuſtis nuptijs, vt eſt text. in l. non facilè. §. affinis. ff. de gradi. dum ergo in teſtibus cõſideratur affinitas, debet intelligi de propria & iuſta. ſed iſta non eſt huiuſmodi, ergo. & iſtam opinionem propriè tenet domi. Mathe. neru. da Sancto Gemin. in tracta. arb. affinit. in prima colum. vbi dicit poſt Cardi. & Prepoſi. ibi, quòd non ſolùm iſta concluſio habet locum in terris Imperatori ſubiectis, ſed etiam in terris eccleſiæ, cùm non reperiantur Canones leges corrigentes. ita etiam not. Doct. in d. c. diſcretionem. non obſt. text. in c. de illo, cum ſimilib. quia procedunt quo ad impediendum matrimonium, vt per Panormita. & Prepoſi. Med. in d. c. diſcretionem. Petrus de Moncada.*

d Non habebit locum. *Not. & tene menti, quòd*
148 *† iſtud ſtatutum non habet locum, quando res, ſuper qua litigatur, eſſet iam liquida, vt quia lata eſſet iam ſententia. ita multum no. Bal. in l. 1. ff. de tranſact. & latius per Alex. in conſil. 82. incip. in cauſa vertente, in ſecunda colum. in 1.*
149 *volum. item nota hic ſecundum eundem ibidem, quòd † ad hoc vt poteſtas poßit compellere affines & agnatos ad compromittendum, requiritur quòd hoc petatur à parte, aliàs iudex non poſſet ad hoc compellere, ſecundum Anto. de Bu. in c. cùm venera. de excep. Item requiritur quòd talis petitio fiat altera parte præſente, vel ad hoc ſpecialiter citata, ſecundum Bald. in l. ſi ea. in fin. verbis. C. qui accuſa. non poſſ. quæ omnia refert & ſequitur Iaſ. in l. eleganter. in princip. in 2. col. ff. de condit. indeb. vbi ponit alium intellectum circa prædictum ſtatutum, ſcilicet quando contractus eſſet iuratus, &c. vide eum omninò, & tene menti prædicta, quia in pluribus locis extat dictum ſtatutum. Petrus de Moncada.*

e Defendendum. *Adde Felin. in c. cùm oporteat, de accuſ. in 4. colum. & hoc maximè procedit, quando dictum coniunctis prodeſt coniuncto, & nemini nocet, vt cùm purgat coniunctum de crimine hæreſis & ſimilium. & infert not.*
150 *Bald. in d. l. parentes. † quòd frater poteſt inducere fratrem contra fiſcum, ad probandum quòd homicidium per eũ perpetratum fuit ad ſui defenſionem, nec per hoc dicitur nocere fiſco, qui tractat de pœnali & odioſo lucro cum alterius iactura. argumento eius quod not. in l. ſi quis vxori. §. final. ff. de furt. & cum Bald. tenet Sal. ibidem. & Panormi. & Felin. in d. c. literas. de præſumpt. & Iaſ. in l. ſed & ſi quis, in princ. ff. ſi quis cautio. & per d. Hipp. in l. vnius §. cogniturum. in 11. colum. ff. de quæſt. & nota etiam quod frater eſt idoneus teſtis pro fratre, quando fuit productus per iudicem inquirentem de crimine. ita Bald. in d. l. parentes. & Alber. Moder. in tracta. de teſtib. fol. 1. colum. 4. & per domi. Bauer. in §. pater. Inſtit. de teſtam. in 7. colum. an au-*
151 *tem † prædicta habeant locum in patre pro filio, in domino pro ſeruo, in Abbate pro monacho, in Epiſcopo pro clerico, in domino pro vaſallo. Vide Angel. in tracta. maleſic. in verbo & dictus Titius ſe defendendo, in 4. colum. & Capol. in conſil. 56. incip. lex ſeruum quoque. quos alleg. dom. Hippol. in d. §. cogniturum. Petrus de Noncada.*

f Integræ vitæ. *Adde Felin. in c. ſuper his, & in c. cùm oporteat, de accuſ. & in c. literas, de præſumpt. Iaſon in Authent. iubemus. C. de iudi. Docto. tamen in locis, de quibus ſuprà exemplificant in religioſo Ciſtercienſi, tu verò dicas idem in laico magnæ & ſpectatæ fidei ſecundum Felin. in d. locis. pro quo facit text. in c. ſtatuimus. 61. diſtinct. & nota quòd propter magnam legalitatem & ſanctitatem perſonarum licitum eſt recedere à regulis communibus. Hinc dixit ſing. Hoſtien. in c. finem litibus, de dolo & contum. quem omnes ſequuntur ibi, † quòd ſi ſuccumbens in cauſa, eſt* 152
perſona religioſa & valde Catholica, non condemnatur in expenſis. etiamſi non appareat iuſta cauſa litigandi, quia præſumitur quòd bono zelo mouerit litem. quem refert & ſequitur Alexand. in l. properandum. §. ſin autem. el. 2. C. de iudi. pro quo facit gloſſ. not. in c. 2. de noui operis nuncia. qui dicit quòd † ſi monachi moueant litem, ſemper præſu- 153
muntur mouere bono zelo & inſtè. idem dicit gloſſ. in d. c. de præſentium, 16. quæſt. 1. & ratio eſt, quia ſi bona ſua dimiſerunt propter Chriſtum, non eſt præſumendum quòd appetant aliena argumento text in c. expedit. 12. q. 1. accedat etiam quòd pulchrè dixit Ang. per iſtum tex. in l. ſi à bona fidei, in verbo, integra opinionis. ff. de rei vendi. qui † refert 154
obtinuiſſe vt abſolueretur poteſtas qui traditum ſibi nobilem magnæ ſpectatæ fidei non ſic diligenter cuſtodiuit & aufugit. quem ſequitur Felin. in c. cùm contingat. de reſcript. in 3. colum. Nam † dicto notabilis viri credi debet. 155
& eius dictum inducit iuſtißimam credulitatem, vt eſt glo. not. in l. Titio fundus. ff. de condi. & demon. no. Alexan. in conſil. 173. incip. viſis, in 3. colum. in 2. volumi. & doctr. Ang. refert & ſequitur dom. Hippo. de Marſi. in pract. ſua cauſarum criminalium in 2. chart. colum. 1. Notabis etiam, quòd non ſolùm legalitas perſonæ excuſat à condemnatione expenſarum, vt dixi, ſed etiam legalitas teſtium. † vnde ſi 156
perſonæ fide dignæ & honeſtæ promiſerunt teſtificari pro me, ſi poſtea ego litigo & deficiam, quia teſtes non adimplent promißionem, excuſor ab expenſis, & à calumnia, & à pœnaturis. & per hoc allego gl. celebrem, quæ finalis eſt, & eam ſequuntur ibi doct. in c. 1. de elect. libr. 6. Et † per illam gl. 157
dixit Bald. poſt Goffr. ſecundum quod refert Peruſinus ibi quòd teſtes, qui promiſerunt teſtificari, non præſumuntur ſubornati. Pet. de Moncada.

g Pro ſuo domino. *Adde not. per Nellum in tractatu de teſti. in verbo, vaſallus. & Bald. conſil. 339. in 3. volumi.*
† an autem poßit teſtificari contra dominum. vide text. in 158
c. 1. §. ſimiliter. de conſue. rec. feudi. & no. per Bal. in l. libertorum, in fin. C. de teſtib. & per eundem. & Mart. Lauden. in c. 1. §. ſi delator. in titu. quæ ſit prima cauſa beneſi. amit. & ibi etiam Iaco. Aluar. & ad id quod dicit de obligatione vaſalli erga dominum, magis quàm ad filium vel ad patrem. Vide pro perfecta intelligẽtia Bal in c. imperialem. §. ſi. de prohi. feu. aliẽ per Fed. & in l. cùm acutißimi. C. de fideicom. Soci. in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb. in 6 colum. Fel. in c. afferte de præſumpt. in 2. colum. Hippol. de Marſi. in l. mandatum ff. de ſica. in 2. col. Et dum d. Io. hîc alleg. titu. hîc finitur lex Cornel. dic quod voluit allegtit hîc finitur lex. & inci. conſt. regni. pro quo etiam facit gloſſ. not. & ibi Bal. in c. 1. in princ. quibus mo. feud. amit. Pet. de Moncada.

h Teſtificari. *Adde pro intelle[illegible] reg. not. per Alber. Mod. in tract. de teſti fol. 8. col. 4. & Iac. Aegid. in ſuo tract. in 4. col. & procedit iſta regula ſiue defendendo,*

ſiue

*ſine impugnando.pone exemplum. quatuor cõmiſerunt de-
lictum duo vel tres dicunt alium culpabilem vel innocẽtem:
certè ei non creditur ſecundum Alb. in d.tract.poſt Bal. in
l.quoniam.C.de teſtib. Iſta regula fallit in multis alijs caſi-
bus de quibus per Spec. in tit. de teſte.§.1.ver.item quòd eſt
ſocius.& in tit.de accuſ.§.1.verſi.item repellitur.& per Sal.
in l.quoniam liberi.& in l.ſi magnum. C.qui accuſ.non poſ.
& per Gandi.in ſuo tract. maleficio.ſub rubr. de quæſtio.&
tor.in 4.colum.Petrus de Moncada.*

i Torturæ. *Aduerte iſtud eſt intelligendum† niſi con-
tra ſocium adſint alia indicia, quia tunc bene poſſet ſubijci
torturæ.ita not.Guid. de Suza. in trac.ſuo de tormen. in 8.
col.& Sal.in l.fin.in fi.C.de accuſ.quem refert & ſequitur
Alex.in conſi.89. inci. Viſo themate anteſcripta inquiſitio-
nis.in 2.col.in 3.vol.& d.Hippo.de Marſi.in l.1.§.diuus An-
toninus.in 2.col.ff.de quæſt.& in ſing.209.inci.Socius crimi-
160 nis.& in practica cauſarum criminalium fol.22.col.2.† te-
nebis tamen circa prædicta vnum cordi ſemper in quo multi
errant videlicet quòd ad hoc vt ſocius criminis faciat indi-
cium contra ſocium, requiritur quòd deponat præmiſſo in
primis iuramento. deinde in tormentis, aliàs ſi extra tortu-
ram deponeret nil valet eius dictum, ita ſing. determinat
Fulg.in conſi.173. inci. In cauſa inquiſitionis, in 1. col.qui
plura alleg.& Soci. in reg.375.in 3.fall.de quo dicto valde
exclamat d Hippo. de Marſi.in d.practica quamuis de So-
cis mentionem non faciat.& ratio iſtius dicti eſt, quia quan-
do ſocius interrogatur de ſocio quomodo ſcit, & reſpondet
161 ſcio quia fui ſocius† cõfitetur delictũ in iudicio, quo caſu effi-
citur infamis, ſecundũ Pet.de Anc.in conſi.189.inci.Trib.de
162 cauſis. vbi dicit † quod ad hoc vt quis ſit infamis requiritur
vel ſententia iudicis vel confeßio in iudicio. idem tenet d.
163 Hippo.in rubr. ff.ad l.Cor.de fal.in 6.col.† Sed infamis non
admittitur ſine tortura, vt eſt tex.in c.illi qui.5.q.5.& in c.
in primis. 2.q.1.& Alex.in conſ.11.inci. circa primum.in 1.
col.in vol.1.qui pro hoc alleg.Inno.& alios in c.cum p.de ac-
cuſ.& not.in c.per tuas.de ſimo.el.1.ergo.pro quibus omni-
bus vide d.Hippo.in d.ſua ſua practica in 23.fol.in 1.col.&
ibi quid in mandatario contra mandantem an poßit eſſe te-
164 ſtis cum ſint ſocij criminis,† & an habeat aliquod remedium
ſocius ad repellendum ſocium, vide eum in d.§.diuus Anto-
ninus.Petrus de Moncada.*

k Non modica. *Propterea dixit Pau.in c.ſi quando.in
165 fi.col.de offi.dele. & in c.ſuper eo.el.2.de app.quòd †indici
decernenti aliquem iniuſtè torqueri, poteſt reſiſti de facto:
quinimo quilibet tenetur iuuare illum qui patitur violen-
tiam.arg.l.ſi quis in ſeruitute. ff.de fur.et 23.q.3.per totũ.
idem tenet Soc.in reg.46.in 2.& 3.fal.& d.Hipp.de Mar.
in l.1.in princi.in 6.col.ff.de quæ.pro quo facit tex.in §.fi.in
166 auth.vt nulli iud.† vbi dicitur quòd tortura eſt grauior pœ-
na quàm vtriuſq; manum abſciſio. intellige de illa tortura de
qua ibi & dixit Bald.in repet.l.1.C.vnde vi.in fi.col.quòd †
167 corporis cruciatus ſimilis eſt morti.† qua autem pœna punia-
168 tur iudex qui indebitè aliquem torſit, vide not.per Bald.in
rubr.C.de pœn.iud.qui malè iud.& in l.decuriones. C.de
quæſtionibus.& Lud.Rom.Alex.& Iaſo.in l.1.ff.quod quiſ-
que iur.& Angel.in tract.malefic.in verbo fama publ.in 15.
char.& Sal.in l.2.C.de exhiben.reis.Ioan.de Ana.in c.1.de
cler.percuſ.in 2.col.dom.Hippo de Marſi.in l.1.in princ.&
in l.quæſtionis,in fi.& in l.repeti in 2.colum.ff.de quæſtionib.
& in l.1.§ præterea. ff.ad l.Corn.de ficar.in 2.colum.in qui-
bus locis dixit quòd magis communis opi. videtur quòd ſi do-
lo malè aliquem ... puniatur pœna capitis ſuper quo co-
gitabis ... Alex.& Iaſ.in d.l.1.quod quiſq; iuris.
Pet de Mon...*

l Quod non. *Intellige iſtud verum indiſtinctè in inimi-
co capitali.ita not.Panorm.Fel.& omnes in c.cum oporteat.
de accuſ.& Bald.in l.athleta.§.das remißionem.ff.de ex-
cuſ.tut.qui dicit iſta verba,† quòd vbi agitur de repellendo* 169
*aliquem propter inimicitiam intelligitur de capitali.alleg.l.
licet.ff.de arb.ſi verò inimicitia non eſſet capitalis tunc re-
linquitur arbitrio iudicis.gloſſ. eſt not.ad quam quotidie fit
remißio in d.c.cum oporteat, in verbo inimicos.& in l.1.§.
præterea ff.de quæſt.no. Iac. Aegid.in ſuo trac.in 4.colum.
Roſel.in trac.de teſte in verbo inimicus,& Alb.Mod.in trac.
de teſtib.in 2.ſol.in 2.colum.& Felin.in c.quotiens, de te-
ſtib.in.3.colum.Bald.in auth.ſi dicatur.C.de teſtib. Alex.
in conſil.99.incip.in cauſa inquiſitionis.in 2.colum.in 1.vol.
dom.Hippo.de Marſ.in d.§.præterea.in 2.colum.& in l.de
minore.eod.titu.† quæ autem dicantur inimicitiæ capitales,* 170
*vide not.in d.l.licèt, & in dic.c.cũ oporteat,in c.accedens,
el.1.vt lit.non conteſt.& in §.ſi verò odioſis, in auth. de te-
ſti.† quibus modis probetur inimicitia,vide per Bal.in c.1.in* 171
*princip.& in pen.colum.quibus.mod.feud.amit.Panorm.in c.
repellantur,de accuſ.Felin.& dom.Hippo.in locis de quibus
ſupra.quibus etiam adde not.per Bald.in c.conſtitutus,in fi-
ne.de reſcrip.& per Iaſo.in l.ſororem,in 2.colum.C.de his
quibus vt indig. quem omnino videas pro declaratione om-
nium ſupradictorum.† Quid autem ſi teſtis eſt inimicus v-* 172
*triuſque partis an repellatur, vide dom.Hippo.in l.1.§.cum
quis latrones, in fine.col.ff.de quæſt.† qualiter debeant de-* 173
*ponere teſtes ſuper inimicitia producti, vide per Card.con-
ſi.9.incip.In facto domina Gaieta,& dixit Bald.in titul.de
pac.conſtan.in verbo vaſalli noſtri.in fin.colum.quòd† ini-* 174
*mico examinato in articulo mortis dato quòd in infirmitate
acceperit corpus Chriſti non eſt credendum: immo poterit
reprobari,quia dicit ipſe non omnis qui moritur eſt S.Ioan.
Euangeliſta,quòd dictum tene menti,& eum refert Felin.
in c.literas, de præſump.in 4.col.ex quo no.† quòd teſtis po-* 175
*teſt examinari in articulo mortis dum tamen non vacillet in
memoria,de quo vide per Bald.Fulgo.Paul.Alex.& Mo-
der.in l.hac conſultißima.C.qui teſtam.fac.poſ.† Sed num-* 176
*quid prædicta habebunt locum in fœmina ſaltim de iure ci-
uili? Et videtur dicendum quòd non: quia in fœmina non
cadit inimicitia,iuxta not.per gloſſ.in c.1.§.hoc notandum,
de his qui feu.da.poſ & in c.1.an mutus vel aliter imperfec.
&c.in vſib.feud.quæ dicunt quòd mulier non poteſt recipe-
re compoſitionẽ patris occiſi,ſed ſolum maſculus,cum ipſæ nõ
reputentur in numero inimicorũ. contrarium tamẽ videtur
verius.pro quo eſt tex.in l.1.ibi,& fiſci & mulieris inimicus.
C.de his qui ſe deſec.lib.10.Vnde infert Aug.ibi† quòd ſtan-* 177
*te ſtatuto quòd quis debeat habere pacem ab hæredibus occi-
ſi habet locum tam in maſculo quàm in fœmina. de quo la-
tius per Alex.poſt Paul.de Caſt.in l.4.§.Cato.ff.de verb.
oblig.iſtam opi. in proprijs terminis ſequitur Ioan. de Ana.
& Feli.in d.c.cum oporteat,& ad prædictas gloſſ.reſpondẽt
Angel.& prædicti quòd loquuntur de inimicitia concernen-
te actus extrinſecos prout eſt incedere cum armis, & vindi-
ctam & cæteros actus viriles facere, ſecus de inimicitia con-
cernente rancorem animi,quæ ita cadit in fœminam ſicut in
virum.idem tenet Stepha. Aufre.in tract.de teſtib.reproba.
in verbo idonei,in 2.colum.in fi.item dicit Alex.in d.§.Cato,
quòd dictæ gloſſ.procedunt in extraiudicialibus, ſecus in iu-
dicialibus, de quibus in præſentiarum quæritur, quæ omnia
teneas menti.Pet.de Moncada.*

m Inimici. *Adde not.per dom.Philipp.Decium in l.con-
ſilij.§.ſocij mei.ff.de regul. iur. & nota. quòd licèt amicus
inimici mei poßit repelli à teſtimonio, tamen ſecus eſt in fra-
tre amici inimici mei.ita nota.Anto.Corſ.in ſuis no.in verbo*

teſtu, in no. inci. licèt domeſticus. Petrus de Moncada.
n Dicto Barto. *Adde dom Hippo. de Marſi. in ſingula.*
178. inci. inimicus repellitur. & in l. 1. § prætereà. ff. de quæ-
178 *ſtio. in 1. colum. & in tantum hoc eſt verum † quòd ſi teſtis*
interrogaretur an ſit inimicus illius contra quem produci-
tur, & reſpondeat q̃ nõ, ſi extat cauſa generalis occulta, re-
pellitur, ſecundum Alex. in conſi. 99. inci. In cauſa inquiſi-
tionis in 2. col. in 1. vol. & Feli. in c. repellantur, de accuſ. in
179 *fi. & Iaſ. in l. ſororem. in 3. col. C. de his quibus. vt ind. † Sed*
pone quòd dicat ſe non diligere partem, an per hoc ſit eius in-
imicus, vide not. per Abb. in c. inquiſitionis. § tertia, de accuſ.
in no. & quid ſi dicat eſſe inimicum, & an teneatur aſſigna-
re cauſam inimicitiæ, vide ibidem, quem ſequuntur Ana.
Maria. Soci. & Feli. & ſcias quòd ille qui fuit cauſa inimi-
citiæ poteſt excipere contra teſtem de inimicitia ſecundum
Arch. in c. ſtatutum, in prin. de reſcr. lib 6 & Panorm. in d. c.
180 *repellantur. † Niſi malitioſè dediſſet cauſam inimicitiæ. ex-*
emplum, non habens niſi vnum teſtem contra ſe dedit ala-
pam illi, demum productus contra eum excipit de inimicitia,
valebit exceptio? certè non, ita not. Bart. per illum tex. in l. 1.
§. cum quis. ff. de quæſtio. qui dicit vidiſſe de facto hanc ma-
litiam. & eum ſequuntur Bal. Ang. Alex. & Moder. in l. ſed
& ſi quis. § illud ſciendum. ff. ſi quis cau. Panorm. & Feli.
in d. c. repellantur. Fel. in c. cum oporteat. eo. tit. & in c. ſi. de
teſti. in 2. col. Phil Fran. in c. Romana. ſupra. de teſti. lib 6. pro
cuius confirmatione vide plura ſimilia adducta per d. Hip.
in d. § cum quis. Pet de Moncada.
o Reconciliatio. *Adde Fel. in c. cum te. de reſcr in ver.*
181 *infidelitas. & in c. 1. de iudi. in 1. col. quando autem † dicatur*
recens ſeu antiqua reconciliatio, vide per Arch. & Prepoſi.
Medio. in d. c. accuſatores. & quid ſi tempore redditi teſti-
monij erat inimicus et exceptione non oppoſita depoſuit, an-
te ſent entiam tamen fuit reconciliatus, an valeat eius teſti-
monium, vide per. Panorm. in d. c. cum oporteat, in 2. col. Pet.
de Moncada.
182 p Quod non. *Aduerte † quia iſta doctr. non eſt ita ſim-*
pliciter intelligenda, ſed eſt fienda diſtinctio an vniuerſitas
ſit magna an parua, primo caſu admittuntur illi de vni-
uerſitate contra extraneum in defectum aliorum, ſi ve-
rò agitur in ipſos de vniuerſitate tunc indiſtinctè admitti un-
tur quia par affectionis cauſa tollit omnem ſuſpitionem. Se-
cundo verò caſu ſi vniuerſitas eſt ita parua ita quòd illi de
ipſius corpore cadunt in nomen domeſticorũ vel cohabitan-
tium, & tunc procedit opi. de qua hic, quòd non admittan-
tur. iſta diſtinctio probatur ex not per Spe. in ti. de teſte. §. 1.
verſi. ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis. & per Io. And. in
d. c. cum nuncius. & per Panorm. & Feli. in c. inſuper, de te-
ſtib. & per Alber. Moder. in tracta. de teſtib. in 9 fol. in 2. co-
lum. & per Fran. Cur in tract. de teſti. in 3. conclu. & per d.
Hippo. de Marſi. in l. 1. § ſeruum mancipium. ff. de quæſtio. in
2. colum. Petrus de Moncada.
q Communis eſt opin. *Adde Iaſ. in l. admonendi. in*
repeti. in 88. colum. ff. de iureiuran. & dom. Hippo. de Mar-
183 *ſi. in l. de minore. § plurium. ff. de quæſtio. in 12. colu. † Quid*
autem ſit fama & quotuplex ſit, & quot homines famam,
& quo tempore oriri debeat, & quomodo probetur, & qua-
liter teſtes debeant deponere, & plura alia in materia
famæ. vide per eundem dom. Hippo. ibidem. Petrus de Mon-
cada.
r Quod non. *Aduerte, quia iſtud non videtur verum.*
nam datur ex hoc materia delinquendi & malignandi cum
facilè ſit accuſato ſeu timenti accuſari ſubtrahere aduerſa-
rio teſtes, quibus timet conuinci faciẽ do eos accuſari vel ac-
cuſando, quòd non eſt dicendum, quia tollenda eſt occaſio
delinquendi ne dum via directa, ſed indirecta, vt eſt tex. in
cap. ſedes de reſcr. & in cap. quanto. de diuor. & in c. 1. de v-
ſur. lib. 6, & in l. in fundo. ff. de rei vendi. & per dom. Hippo.
de Marſi. in ſingul. 177. incip. Malicijs hominum. Sed re-
ſponde ſecundum Ioan. Andr. notabiliter in d. cap ſi. quòd
hæc malitia non eſt præſumenda; tamen ſi de ea eſt præſum-
ptio, poteſt prouideri ſecundum formam. c. ſi frequens. de re-
ſtit. ſpolia. libr. 6 ſcilicet præfigendo terminum accuſanti in-
tra quem probet intentum ſuum, vel poterit recipi dictũ te-
ſtis reſeruata fide ipſius in euentum finita accuſationis. & ſi
apparuerit de innocentia ſua probabit ſine alio examine. &
eum ſequuntur ibi Panorm. Feli. & omnes. & dicit Bal. ibi
quòd ſi detegeretur malitia accuſantis quòd iſta de cauſa
fecit accuſare teſtes, non habet locum illa decretalis. Et vl-
tra prædictos idem tenet Stepha. Aufre. in tract. de reproba.
teſtium. in verbo. accuſatione criminali pendente &c. an au-
tem idem ſit in cauſa ciuili, vide ibidem, et do. Io infrà in ſe-
quenti parte in 3. quæſtione. quod nota & tene menti. Petrus
de Moncada.
ſ Concludo quòd non. *Limita iſtam concluſionem,*
niſi ageretur de probanda innocentia ipſius domini, vt per e-
undem dom. Ioan. ſupra in 1. q. iſtius tertia partis in 4. limi-
tatione. & per Iaſ. poſt Bal. & Ang in l. ſed & ſi quis. in pri.
ff. ſi quis cauti. & per Alexan. in conſi. 5. incip. in caſu inqui-
ſitionis. in 3. colum. in 1. volum. qui multùm not. loquitur. Et
per dom. Anton. Baner. in §. pater & filius. inſtit. de teſta-
men. in 16. colum. & Feli. in c. de cætero, de teſtibus in 3. co-
lum. & dom. Decium in l & ſi nihil. ff. de regul. iur. & dom.
Hippol. de Marſil. in l. 1. § ad quæſtionem. in quinta colum.
ff. de quæſtio. & in ſing. 59. incip. Innocentibus iura fauent.
vbi dicit quòd in tantum hoc eſt verum, † quòd poteſt iu- 184
dex ex officio ſuo accuſato non petente recipere probationes
innocentiæ. vide per eundem etiam in ſing. 72. incipi. per to-
tam ferè Italiam iſtam limit. intellige præterquàm in cri-
minibus exceptis, vt ſupra in proxima q per d. Ioan. Petr. de
Moncada.
t Probationis. *Adde Soci. in regu. ſecunda in 19. fal-*
len. & latè per do Hipp. in l. de minore. § tormenta. in prin-
cipio. & in l. maritus. in tertia colum. ff. de quæſtionib. hic al-
leg. & hoc an habeat locum tam in reo quàm in actore, latè
in dictis locis & latius per eundem domi. Hippo. de Marſil. in
pract. ſua cauſarum criminalium. fol. 9. in prima & ſecun-
da colum. vbi tractat an reo reſpondenti inquiſitioni ſit de-
ferendum iuramentum. † Quid autem ſi reus accuſatus di- 185
ceret volo eſſe condemnatus ſi accuſator iurauerit me iſtud
crimen perpetraſſe, An iſto caſu poſſit deferri iuramentum.
Bar. poſt Iac. But. in d. l. maritus. in fi. col. cõcludit. quòd ſic,
rationibus ibi per eum. Pet. de Moncada.
u Ingratitudinem. *Adde Barb in addi. ad Bald. in l. ſi.*
C. de reuocan. don. Soci in reg. 2. in 3. & in 23. fallen. eun-
dem d. Ioan. infra in ſequenti parte in 12. quæſtione princip.
Quid † autem ſit ingratitudo, vide per Panorm. in c. fin. de 186
don. † Et nota quòd ingratitudo priuat à ſucceſſione ab inte- 187
ſtato gloſſ. eſt celebris in c. fin. de poſtul. quam ibi dixit ſin-
gularem Imolin. de quo per Corſetum in ſuis notab. in ver-
bo ingratitudo. Et tene † menti perpetuò quòd ingra- 188
titudo eſt ita à iure reprobata quòd excuſat patrem occi-
dentem filium à pœna. l. Pompeia de parricidijs. & econuer-
sò. ita not. Bartol. Angel. & dominus Hippo. de Marſi. in l.
diuus. ff. ad legem Pompe. de parricidijs. & dominus Hippo.
de Marſil. in l. ſi quis viduam. ff. de quæſtionibus. in 5. colu.
Sed nunquid quod dictũ eſt de patre [illegible]*dente filium & e-*
contrà, habebit locum in filio ſpurio. [illegible] *quòd non, quia*
huiuſmodi filij non ſunt in conſideratione. iuxta not. in l. fin.

C. de

C.de verborum ſignificatione.et in l.pronunciatio.ff.eodem titulo.Cõtrarium tamen eſt verum ſecundum Bal.in l.cum acutiſsimi.C.de fideicommiſ.in 2.colum.& in titulo ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatum.§.naturales.in 3.colum.vbi refert quandam monialem fuiſſe combuſtam pro eo quod filium ſpurium necuerat.a pro quo vide Ioannem de Imo.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Treb.in 8.colu qui aliter ſentit quamuis de Bald.mentionem non faciat.Petr.de Moncàda.Hiſpanus.

IN CAVSIS CIVILIBVS QVI POSSINT ESSE TESTES, QVI VERO NON.

SVMMARIVM.

1 *Parentes non poſſunt eſſe teſtes pro filijs. quod ampliatur,& limitatur.*
2 *Parentes faciunt aliqualem præſumptionem, quando deponunt de ætate filiorum.*
3 *Pater poteſt eſſe teſtis pro filio in caſu, quo agitur de probando an filius ſit ingreſſus monaſterium animo profitendi religionem vel ne.*
4 *Pater admittitur in teſtem, cæteriq́ etiam conſanguinei quando tractatur de probando quod coniuncti matrimonio ſunt conſanguinei.*
5 *Pater idoneus eſt teſtis in cauſa vertente inter filios.*
6 *Pater ſimiliter & mater poſſunt teſtificari quando agitur de probando matrimonium, quod dicitur eſſe contractum inter filiam, & adoleſcentem aliquem qui negaret illud eſſe contractum. quod declara tamen, vt in add.*
7 *Filij non poſſunt eſſe teſtes pro eorum parentibus.*
8 *Filius poteſt eſſe teſtis in cauſa alicuius, in qua pater eſt procurator & nu.ſeq.*
9 *Pater an poſsit teſtificari in cauſa, in qua filius eſt aduocatus aut procurator, ſunt opiniones.& vide add.*
10 *Frater pro fratre poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili,nõ eſt tamen omni exceptione maior. fall.vt nu.ſeq.*
11 *Frater pro fratre dicitur omni exceptione maior, quando eſſet ſpectata vita & fidei.*
12 *Iudex in cauſa propria vel ſuorum regulariter quis eſſe non poteſt. fallit in eo,qui eſſet talis qualitatis, de quo veriſimiliter ſuſpicari non poſsit.*
13 *Frater ſi teſtificetur pro fratre contra alium fratrem eſt idoneus teſtis & probat.*
14 *Frater ſi deponit cũ extraneo omni exceptione maiori, quòd probat quia fides illius ſuppletur per extraneum.*
15 *Affinis pro affine poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili. declara & limita. vt ibi.*
16 *Affinis eſt idoneus teſtis,quando affinitas eſt diſſoluta ob mortem vnius ex coniugibus.*
17 *Affinis per lineam collateralem eſt teſtis omni exceptione maior.*
18 *Vxor pro marito an ſit idonea teſtis,& econtra.*
19 *Vxor licèt quo ad omnia non ſit viro ſubiecta, in multis tamen eſt,& veluti famula cenſetur.*
20 *Concubina an ſit teſtis idonea pro concubinario.*
21 *Familiares & domeſtici non ſunt in cauſis ciuilibus idonei teſtes pro dominis. fall.vt nu.ſeq.*
22 *Familiares Cardinalium,aut Epiſcoporum,vel Principum ſunt idonei teſtes pro eorum dominis et ſic familiares honeſta perſonà & probata vita.*
23 *Nobilitas perſonæ an auferat ſuſpitionem in teſtificando,vt ſic fidem faciat,qui aliàs non faceret.*
24 *Familiares admittuntur quando agitur de probando aliquo negocio,in quo ipſi veriſimiliter maiorem habent notitiam, quàm alij, quinimo hoc caſu quandoq; præferuntur extraneis.*
25 *Familiaris teſtificatur pro domino, quotieſcunq; ab illo ſalarium non conſequitur.*
26 *Familiaris qui olim fuit, ſed tempore depoſitionis non eſt,admittitur in teſtem.*
27 *Teſtes de vniuerſitate poſſunt teſtificari pro ſua vniuerſitate. fall.tamen vt nu.ſeq.*
28 *Teſtes de vniuerſitate non teſtificantur in cauſis arduis pro ipſa vniuerſitate.*
29 *Teſtes de vniuerſitate non admittuntur in cauſa vniuerſitatis reſpiciente commodum ſingulorum de ipſa vniuerſitate.*
30 *Teſtes de vniuerſitate plenè non probant, niſi cum ipſis teſtibus producantur alij teſtes extranei, tunc etenim plenè probant.*
31 *Pauper an repellatur à teſtificando in cauſa ciuili propter paupertatem.*
32 *Teſtis quòd repellatur à teſtimonio ferendo, eſt pœna.*
33 *Diuitiæ non conſiderantur , vt quis dicatur legalis, ſed morum probitas & honeſtas.*
34 *Probandi facultas non eſt anguſtanda.*
35 *Procurator non poteſt eſſe teſtis in cauſa pro cliento ſuo.*
36 *Solicitator non admittitur in teſtem in cauſa in qua ſolicitat.& vide nu.145.*
37 *Iudex non poteſt regulariter contra Chriſtianum teſtificari. fall.tamen.*
38 *Iudæus nuper ad fidem conuerſus, qui Neophitus appellatur, id eſt, nouus homo, an ſit idoneus teſtis contra Chriſtianum.*
39 *Iudæus teſtificans pro Chriſtiano contra Chriſtianum admittitur.*
40 *Iudæus admittitur in teſtem contra Iudæum,qui effectus Chriſtianus ad Iudaiſmum rediit.*
41 *Iudæus itidem admittitur, ſi pars conſentit.*
42 *Fama in ciuilibus facit ſemiplenam probationem tantùm,& eſt commu.opi. fall.tamen.*
43 *Fama plenè probat in cauſis lenioribus & modici præiudicij.*
44 *Fama ſola probat nobilitatem ex virtute alicuius.*
45 *Fama ſola etiam probat, quòd iudex ſit conſuetus carcerare,& torquere appellantes,& conquerentes.*
46 *Principi atteſtanti per verba aſſeruatiua de fama, plenè creditur*
47 *Actor probans veritatem plenè, & eum probans veritatem & famam, quòd debet obtinere, & ſic econtra.*
48 *Fama plenè probat in iudicio poſſeſſorio.*
49 *Fama in criminalibus non inducit ſemiplenam probationem, etiam ſi agatur de crimine ciuiliter.*
50 *Simonia crimen probatur per teſtes criminoſos licèt non emendatos, ſi tamen ciuiliter mota fuerit quæſtio ſuper tali crimine.*
51 *Fama ſola in criminalibus non facit ſufficiens indicium ad torturam. fall.tamen vt nu.ſeq.& in add.*
52 *Fama vehemens, id eſt generalis, & notoria facit indicium ad torturam.*
53 *Fama non inducit ſemiplenam probationem quando agitur de matrimonio diſſoluendo. fall.tamen ſi ageretur de diſſoluẽdis ſponſalibus de futuro, quia tunc fama æquipollet vni teſti legitimo.*
54 *Fama perficit probationem in cauſa criminali quando tamen delictum eſt probatum pluſquam ſemiplenè.*

55 Adulterium quomodo probetur.
56 Fama inducit plenam probationem vbicunque probatio eſſet difficilis à communiter accidentibus.
57 Fama ſola probat, quòd filius patrē percuſſerit aut matrem.
58 Excommunicatio ſi opponatur agenti in iudicio, non probatur per vnum teſtem & famam, ſecus ſi extra iudicium &c.
59 Excommunicatum ſe eſſe ſciens per ſolam famam, non poteſt allegare probabilem ignorantiam.
60 Mulier in cauſa ciuili teſtis eſſe poteſt.
61 Mulier non ita idonea teſtis eſt, vt maſculus, vnde in paritate numeri teſtium præferuntur mares.
62 Mulier non admittitur in teſtem in ſcriptura priuata.
63 Infamis infamia facti poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili, nō tamen eſt integer. fall. tamen.
64 Infamis infamia facti non admittitur in teſtem in caſu quo requireretur quòd teſtis ſit omni exceptione maior.
65 Infamis vt ſupra non admittitur ad probandam ingratitudinem.
66 Infamis vt ſupra non recipitur in teſtem in cauſa ciuili, ardua tamen, quia illa æquiparatur criminali, nec etiā in cauſa mixta criminaliter mota.
67 Teſtes contra Cardinales debēt eſſe ſine aliqua infamia, aliàs non probarent.
68 Infamis infamia facti probat, quando habet conteſtem, qui ſit probatæ fidei, tunc etenim integritas illius teſtis ſupplet eius defectum.
69 Pater ſpiritualis eſt idoneus teſtis in cauſa ciuili pro illo, quem leuauit à ſacro fonte. & eſt commu. opi.
70 Venditor an poſſit eſſe teſtis in cauſa emptoris, diſtinguitur.
71 Filius illegitimè natus non poteſt eſſe teſtis in cauſa ciuili, in qua requiruntur teſtes omni exceptione maiores.
72 Iuramentum ſuppletorium non defertur probanti per vnum teſtem illegitimè natum.
73 Spurius non poteſt exercere officiū tabellionatus in ſcribendis actis iudicialibus.
74 Spurius ſi moribus & honeſtate præfulgeat, non repellitur à teſtimonio.
75 Canonicus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui concanonici, licèt poſſit recuſari iudex in cauſa.
76 Donator pro donatario an & quando poſſit eſſe teſtis.
77 Socius pro ſocio an poſſit teſtificari, diſtinguitur.
78 Prælatus vnius eccleſiæ, qui ſolus habeat adminiſtrationem non poteſt eſſe teſtis pro eccleſia.
79 Notarius non poteſt ſibi aſſcribere legatum.
80 Prælatus quo caſu poteſt teſtificari pro ſua eccleſia.
81 Prælatus poteſt eſſe teſtis pro ſua eccleſia, quando cauſa eſt totius eccleſiæ, & canonici ſimul cum prælato conſtituerunt procuratorem vel ſyndicum.
82 Prælatus poteſt eſſe teſtis, vt ſuprà, quando etiam ſolus conſtituiſſet procuratorem.
83 Mediator ſiue proxoneta, an et quādo poſſit eſſe teſtis in cauſa, in qua fuit mediator.
84 Tutor an poſſit eſſe teſtis in cauſa pupilli.
85 Clericus aut Monachus an poſſit teſtificari coram iudice ſeculari ſine licentia ſuperioris.
86 Licentia quoties in actu requiritur, tunc illa debet præcedere actum.
87 Vſurarius, qui amplius vſuras non exercet an teſtis in cauſa ciuili eſſe poſſit.
88 Periurus etiam peracta pœnitentia, non poteſt eſſe teſtis. ſed vide nu. 90. cum ſeq.
89 Notarius, ſi ſtatuto caueatur, quòd non poſſit acceptari ad aliquod officium, quòd ſtatutum habeat locum etiā in eos qui fuit notarius, licèt deſierit eſſe.
90 Artifex licèt artificium facere deſierit, tamen conuenitur coram iudice artificij.
91 Emendatus de crimine habetur ac ſi nunquàm deliquiſſet, & præfertur in dignitate conſequenda illi, qui ſemper fuit bonus.
92 Litigatores litiumq́; redemptores an repellantur à teſtimonio.
93 Epiſcopus aliúsue prælatus qui cōtulit beneficium, an ſit idoneus teſtis, ſi fortè ſit contentio de collatione.
94 Vaſallus poteſt eſſe teſtis pro domino ſuo.
95 Creditor poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui debitoris.
96 Conſuetudo quòd decimæ non ſoluantur, an poſſit probari per rectores eccleſiarum.
97 Fideiuſſor non poteſt teſtificari pro debitore pro quo fideiuſſit.
98 Reus debendi an poſſit eſſe teſtis pro ſuo reo debendi.
99 Condemnatus de crimine, ſi appellatione pendente teſtificetur, quæ demum fuit deſerta, an eius teſtimonium probet.
100 Bannitum occidens pendente appellatione à banni ſententia, quæ tamen poſtea fuit deſerta, quòd nihilominus teneatur.
101 Pax ſi fuerit facta inter inimicos, et pœna promiſſa, putà eccleſiæ in cauſa contrauentionis, ſi fuerit rupta pax, licèt deinde facta reconciliatio, tamen pœna debetur.
102 Vendens fundum nomine meo, cum tamen mandatum non haberet, ſi deinde alteri vendidi fundum ignarus illius venditionis, & ratificaui venditionem per illum factam, an valebit ratificatio in præiudicium illius, cui dictus fundus fuit venditus per me.
103 Amicus non repellitur à teſtimonio. fall. tamen.
104 Amicus repellitur à teſtificando quando ob amicitiam vnius inſurgeret odium alterius.
105 Amicus maxima amicitia coniunctus repellitur à teſtificando.
106 Amici, licèt magna coniuncti amicitia, ſi tamen plures producantur, quòd probant quia numerus ſupplet defectum.
107 Impubes factus pubes poteſt teſtificari de eo, quod vidit in pupillari ætate.
108 Pontifici Romano creditur non ſolùm de his, quæ vidit tempore pontificatus, ſed etiam quæ ante vidit. & vide nu. 183.
109 Pater poteſt eſſe teſtis pro filio, ſi aduerſarius conſentiat.
110 Pater deſcriptus teſtis in inſtrumento celebrato inter filium & alium, poteſt etiam eſſe teſtis pro filio.
111 Pater vnus de collegio poteſt dare vocem ſiue fauam, vt vulgò dicitur, proprio filio.
112 Pater poteſt eſſe teſtis pro filio in filio in cauſis difficilis probationis.
113 Socer an ſit idoneus teſtis pro genero.
114 Pater adoptiuus an dicere teſtimonium poſſit pro filio adoptato.
115 Pater nutritor ſiue alūnus an itidem poſſit eſſe teſtis pro alumno.
116 Aetas filij probatur per parentes, & eorum ſcripturam.
117 Nutrix poteſt eſſe teſtis ſuper ætate alumni.
118 Aetas qualiter probanda, & quomodo teſtes deponere debeant.
119 Filiatio probatur, ex quo aliquis habitus eſt pro filio.

120 Fra-

120 Frater non eſt idoneus teſtis pro fratre quando haberent inter ſe bona communia.
121 Frater non admittitur in teſtem pro fratre quando ambo ſunt in poteſtate paterna.
122 Frater naturalis aut ſpurius an poſsit eſſe teſtis pro fratre legitimo.
124 Proteſtatio contra perſonas & dicta teſtium vtilis eſt.
125 Teſtis inſtrumentarij licèt cenſeãtur approbati reſpectu partium, non tamen reſpectu notarij, ſi accuſaretur de falſo.
126 Sponſa an poſsit eſſe teſtis pro ſponſo.
127 Amaſius an poſsit teſtificari pro amaſia.
128 Concubinarius àn teſtimonium ferre poſsit pro ſua concubina.
129 Amoris furore nil vehementius, & nonnulla de amoris impetu.
130 Familiares quando ſunt perſona abiecta, vt putà famuli ſcholarium, cerdonum & ſimilium non admittuntur in teſtes. & nu. 139.
131 Biruarij nõ poſſunt teſtificari pro poteſtate in ſyndicatu.
132 Teſtis quando dicatur vilis conditionis vel ne, arbitrio iudicis relinquitur.
133 Teſtes nõ repelluntur ex generali conſuetudine propter artificium vilitatem & ignobilitatem.
134 Familiares vt repellantur, quomodo articulandum eſt.
135 Familiares vt repellãtur, debet eſſe magna familiaritas
136 Domeſtici in illis caſibus in quibus admittuntur, intelligitur etiam de conſanguineis.
137 Dominus an ſit idoneus teſtis pro ſuo familiari.
138 Domeſtici qui ſtant pro expenſis in domo, non ſunt idonei teſtes.
140 Familiaris, qui in fraudem à domino fuit expulſus, admittitur in teſtem.
141 Familiaris qui erat tempore depoſitionis, ſed tempore contractus non erat, an idoneus teſtis.
142 Colonus, mercenarius, emphyteota, libertus aſcriptitius an poſsint eſſe teſtes.
143 Adminiſtrator bonorum an poſsit eſſe teſtis.
144 Ciues licèt pro vniuerſitate aliquo caſu non ſint idonei teſtes, tamen familiares eorum bene poſſunt eſſe teſtes, ſi ſint honeſta vita.
145 Procurator ad negocia an teſtis eſſe poſsit.
146 Aduocatus an teſtis pro ſuo cliente eſſe queat.
147 Iudex, arbiter, & arbitrator an poſsint in cauſa teſtificari.
148 Exequutor an poſsit eſſe teſtis coram iudice de geſtis per eum.
149 Notarius an poſsit eſſe teſtis.
150 Acqualitas eſt ſeruanda in iudicijs.
151 Iudæus in cauſis in quibus poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum an debeat iurare ſuper ſacroſanctis Euangelijs, aut ſuper legem Moyſi.
152 Fama plenè probat in factis antiquis.
153 Pontifex poteſt probare per communem famam quòd eſt directus dominus ciuitatum Eccleſia, licèt dominium non probet per inſtrumenta.
154 Mors probatur per famam.
155 Mors probatur, ſi quis deponat, militem bellum intraſſe, qui poſtea aliter non eſt repertus.
156 Fama in pluribus caſibus plenè probat. remiſsiuè.
157 Iuramentum ſuppletorium non defertur probanti per famam.
158 Teſtibus deponentib. de bona fama magis creditur, quã deponentibus de mala.
159 Fama an poſsit probari per illoſmet teſtes per quos fuit probata veritas, an alij ſuper fama examinari debeant.
160 Filius verberans patrem, nõ præſumitur filius. pater ſtuprans filiam non præſumitur pater.
161 Mulier non poteſt eſſe teſtis in feudis.
162 Mulier perita admittitur in teſtem ad probandam virginitatẽ, intelligas tamen in muliere honeſta, & perita.
163 Venditor eſt idoneus teſtis in cauſa terminorum.
164 Filius illegitimè natus per ingreſſum religionis non reputatur amplius illegitimus, & ſic erit teſtis omni exceptione maior.
165 Filius illegitimus in extraiudicialib. eſt idoneus teſtis, vt putà in inſtrumentis.
166 Cedens an poſsit pro ceſsionario eſſe teſtis.
167 Cedens bonis poteſt eſſe teſtis, non tamen in grauioribus cauſis.
168 Societas poteſt probari nedum per inſtrumenta, ſed per teſtes etiam.
169 Doctoratus poteſt probari non ſolùm per priuilegiũ, ſed etiam per teſtes.
170 Tutor adhoc vt poſsit pro pupillo teſtificari, cautela eſt quòd detur curator liti.
171 Curator non poteſt eſſe teſtis pro minore.
172 Frater ordinis Minorum an poſsit eſſe teſtis pro ſuo ordine.
163 Notarius punitur pœna mortis, qui non eſt, et conficit inſtrumenta tanquam notarius.
174 Notarius priuatus officio notariatus, ſi conficiat inſtrumenta, an pœna mortis puniatur.
175 Delinquentes tacitè faciunt pactum cum lege, vt puniantur.
176 Doctorem ſe aſſerens, qui non eſt, & faciens actus doctoreos tenetur pœna falſi. & vide nu. 178.
177 Militem ſe faciens cùm non ſit. grauiſsimè eſt puniẽdus.
179 Fideiuſſor an poſsit eſſe teſtis pro ſuo confideiuſſore.
180 Amici veniunt appellatione ſuorum.
181 Amicos defendere licitum eſt.
182 Amicitia diffinitio.
183 Amicitia quibus modis probetur.
184 Cæcus poteſt teſtificari de his, quæ vidit ante cæcitatẽ.
185 Seruus factus liber poteſt teſtificari de his, quæ ſcit ante libertatem adeptam.
186 Cæcus durante cæcitate quo caſu teſtis eſſe poſsit.
187 Crucem ſeu ſignum portantes propter hæreticam prauitatem an poſsint eſſe teſtes.
188 Hæreticus an admittatur in teſtem in defectum aliorũ.
189 Hiſtriones, quos vulgò cerlatanos appellamus, an poſsint eſſe teſtes.
190 Caupona. & exercẽtes ſtufas, in quibus tamen ſunt mulieres cauſa quæſtus, non admittuntur in teſtes.
191 Excommunicatus regulariter non poteſt eſſe teſtis.
192 Excommunicatus cõtra excommunicatum an recipiatur in teſtem.
193 Excommunicatus eſt idoneus teſtis in crimine hæreſis.
194 Excommunicatus deſcriptus in inſtrumento poteſt eſſe teſtis.
195 Excommunicatus excommunicatione minore non repellitur à teſtimonio.
196 Excommunicatus an poſsit deponere de actis geſto tempore excommunicationis.
197 Alchimiſta an poſsit eſſe teſtis.
198 Aduocatus, procurator, ſiue teſtis, aut aliàs aduerſarius qui fuit in aliqua cauſa contra aliquem an poſsint eſſe teſtes contra eundem in alia.

199 *Doctor an poßit eſſe teſtis in cauſa ſui ſcholaris.*
200 *Denunbiatores aut teſtes ſynodales an poßint eſſe teſtes in cauſis per eos denunciatis.*
201 *Fuſtigatus pro furto putà, aut mitbriatus, aut bullatus an teſtimonium ferre poßint.*
202 *Tortus an poßit eſſe teſtis.*
203 *Abnegantes Deum & beatam Virginem repelluntur à teſtimonio.*
204 *Abnegantes Deum qua pœna plectantur.*
205 *Homicida an teſtimonium dicere poßit.*
206 *Bannitus an poßit eſſe teſtis.*
207 *Concubinarius manifeſtus an repellatur à teſtimonio in cauſa ciuili.*
208 *Dignitate priuatus an teſtimonium perbibere queat.*
209 *Falſarius contra falſarium an admittatur in teſtem.*

CIRCA iſtam quartam partem, in qua tractan-
dum eſt, qui in cauſis ciuilibus teſtes eſſe poſ-
ſint, & qui non. Quærendum eſt in primis. An
1 parentes † pro filijs *a* poſsint eſſe teſtes. Et conclu-
a do quod non. l. parentes. C. de teſtibus. & paren-
tes intelligo omnes aſcendētes tam maſculos quàm
fœminas, vt per gloſſ. in d. l. parentes. & idem tenet
Specul. in titulo. de teſte. §. *1.* circa principium. Iſta
conclu. habet locum etiam in patre naturali, item
habet locum in filio emancipato, pro quo pater ad-
huc non poterit teſtificari, ſecundum glo. & Doct.
in d. l. parentes. Bartol. & Alber. in l. qui teſtamen-
to. §. per contrarium. ff. de teſtamen. quod proba-
tur duplici ratione. & primò nam ſi mater quę nun-
quam habuit filium in poteſtate pro eo non poteſt
teſtificari. d. l. parentes, & l. videmus, de in lit. iur.
in prin. multò minus ergo pater pro filio emancipa-
to, quem prius habuit in ſua poteſtate. argumento
eiusquod voluit glo. no. in §. ſi. inſti. de tutel. prę-
tereà, licet ceſſet patria poteſtas per emācipationem,
attamen nō extinguitur affectio patris erga dictum
filium propter quam repellitur à teſtificando. l. iu-
ra ſanguinis. ff. de reg. iur. Fallit iſta conclu. in ali-
quibus caſibus.

2 Et primò † quando agitur de probanda ætate fi-
b lij, *b* nam dictum patris facit aliqualem præſum-
ptionem. gloſſ. eſt not. in l. etiam. C. de prob. & ſe-
quuntur communiter Doct.

3 Secundò † fallit in caſu, in quo agitur de proban-
do an filius ſit ingreſſus monaſterium animo profi-
tendi religionem vel ne. nam pater pro filio poteſt
eſſe teſtis. c. præſens. *20.* q. *3.*

4 Fallit & tertiò, † quando agitur de probando
c quòd coniuncti matrimonio ſunt conſanguinei, *c*
quia iſto caſu pater & alij conſanguinei admittūtur
ad probandum conſanguinitatem: quia melius præ
ſumuntur eam ſcire quàm alij. c. videtur, extra qui
matrimo. accuſ. poſſunt.

5 Fallit & quartò, † quando cauſa agitaretur inter
duos filios, quia par affectio tollit ſuſpitionem om
nem. l. non ſolum. §. *1.* ff. de ritu nupt. glo. in c. po-
ſtremò, de appel. & in ſimili no. Bart. in d. l. qui te-
ſtamento. §. per contrarium, in fi. ff. de teſt.

6 Fallit † & quintò, quando ageretur de probando
matrimonium, quod dicitur eſſe contractum inter
puellam quandam, & adoleſcentem, qui negaret il-
lud eſſe contractum, quia parentes pro filijs poſ-
ſunt teſtificari & probare matrimonium fuiſſe con-
tractum, data paritate nobilitatis & potentiæ inter
ipſos contrahentes. c. ſuper eo, extra de teſtib. & ibi
no. communiter can. Fortius voluit ibi Io. de Imo.
d quòd licèt adoleſcens eſſet nobilior & ditior quā *d*
mulier, attamē ſi aliqua coniectura præcedat, quòd
matrimonium veriſimiliter eſſet contractum, tunc
parentes pro filijs poſſunt teſtificari, & coniectura
erit ſi dictus adoleſcens deperibat amore illius pu-
ellæ, & iſtud eſt perpetuò menti tenendum, quia ſę-
pius de facto poſſet contingere.

Econtra quærendum eſt, An filij † pro parenti- 7
bus poſsint eſſe teſtes? & concluditur quòd non. vt
d. l. parentes. C. de teſtib. iuncta. l. idoneus. eod. tit.
Eſt tamen differentia *e* inter patrem & filium in iſta *e*
materia, quia filius poteſt eſſe teſtis in negotio pa-
tris, cuius commodum ad alium ſpectat, non ad pa-
trem. † vt putà in cauſa alicuius in qua pater eius eſt 8
procurator, † tamen pater in ſimili caſu non poteſt 9
teſtificari pro filio, iſtam differentiam ponit Barto.
in d. l. qui teſtamento. §. per contrarium. cui opin.
contradicit ibi Aretin. quia iura dicunt ſimpliciter
quòd pater pro filio nec econtra poſsint teſtificari.
dict. l. parentes. ideo licèt pater præſumatur filium
plus diligere, quàm filius patrem, iſta tamen de cau-
ſa filius non erit idoneus teſtis in cauſa patris, quia
ex parte adeſt maior reuerentia reſpectu patris,
quàm econtrà, propter quam debet repelli à teſti-
monio.[l] quinimo vltra eum poſſet dici totum con-
trarium: quia pater ſiue ſit in iudicio nomine ſuo,
ſiue nomine alterius, conſideratur tamen ſemper
tanquam pater, & ipſi per filium reuerentia eſt ad-
hibenda. l. ſed ſi hac. §. final. de in ius vocand. E-
contrà verò filius ſi vt procurator alicuius agat in
iudicio non conſideratur tanquam filius ſed veluti
quidam extraneus. l. quæſitum. *f.* ff. de in ius vo- *f*
can. igitur pater pro filio iſto caſu poterit teſtifica-
ri, quia diceretur teſtificari pro extraneo, non pro
filio.

Secundò principaliter quæro. An frater † pro 10
fratre poſsit eſſe teſtis in cauſa ciuili. Et concluditur
quòd ſic, *g* attamen non eſt teſtis omni exceptione *g*
maior, quia in aliquo diminuitur eius fides propter
veriſimilem affectionem quæ cauſatur ex conſan-
guinitate. cap. non æſtimemus. *13.* quęſtione ſecun-
da. & ita tenet gloſſ. in d. l. parentes. Bartolus. in d.
l. qui teſtamento. §. per contrarium ex quo infer-
tur quòd actori probanti intentionem ſuam per fa-
mam non eſſet deferendum iuramentum in ſupple
mentum probationis *h*: quia non diceretur ſemi- *h*
plenè probaſſe cum dictus teſtis non ſit omni ex-
ceptione maior, & ita tenet Bar. in l. admonēdi in *5.*
col. ver. venio ad tertium. ff. de iureiur. iſtud fal-
lit in aliquibus caſibus in quibus frater pro fratre
poteſt teſtificari, & dicetur teſtis omni exceptione
maior.

Primò † quando frater eſſet multùm notę & ſpe- 11
ctatæ fidei, vel eſſet religioſus Sanctæ Mariæ oliue-
ti, quia tunc in nihilo minueretur eius fides. ita dicit
Ioannes de Imola. in capit. cùm R. canonicus extra
de offic. delega. facit quod nota. dixit Specul. in ti-
tu. de iudic. deleg. §. ſupereſt, verſic. quid ſi non eſt
conſanguineus. vbi dicit † quòd licèt quis non poſ- 12
ſit eſſe iudex in cauſa propria, vel ſuorum. l. qui iu-
riſdictioni. ff. de iuriſdictione omnium iudicum,
attamen

attamen ſi iudex eſſet talis qualitatis, qui veriſimi-
liter in eo nulla caderet ſuſpitio, vt quia eſſet mona-
chus Ciſtercienſis poſsit eſſe iudex argumento. l.
non omnes. §. à barbaris. ff. de re militari. quem re-
fert & ſequitur domi. Alexa. in d. l. qui iuriſdictio-
13 ni. in 6. fallentia.

Secundò fallit. † quando teſtificaretur pro fratre
contra alium fratrem, quia par affectio tollit om-
14 nem ſuſpitionem ſecundum Bartolum in d. l. qui
i teſtamento. §. per contrarium, de teſtam.

Tertiò † fallit quando quis produxiſſet duos te-
ſtes, quorum vnus eſſet frater, alter verò extraneus
omni exceptione maior. nam integri illius extranei
teſtis dictum ſupplet fratris defectum, ita no. ſingu
lariter Bar. & Ang. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. de
eden. & iſta quæ dicta ſunt de fratre, habent locum
15 etiam in conſanguineis, ſeu conſobrinis.

Tertiò principaliter quęritur. An affinis † pro af-
fine poſsit eſſe teſtis in cauſa ciuili. in quo cõcludo,
quòd ſic, eo modo quo dictum eſt de fratre, quia
aliquid eius fidei detrahitur propter affectionem.
gloſſ. eſt in cap. accedens, & ibi no. extra vt lite non
conteſtata. Quæ conclu. poteſt limitari eiſdem mo-
16 dis quibus limitata eſt præcedens. quibus limitatio-
nibus addo vnam, † videlicet quando eſſet diſſolu-
ta affinitas, vt quia morte vnius ex coniugibus ma-
trimonium eſſet diſſolutum. quia tũc affinis poteſt
teſtificari pro affine, & in nihilum eius fides dimi-
nuetur, ſecundum Ang. in l. cui eorum. §. affinita-
tis. ff. de poſtulan. & in l. ſed hac ita, de ſenten. & re
iud. pro quo facit glo. ibi in verbo ſuccurrendum.
facit quod dixi in proxima parte. in 3. fallen. ſextæ
quæſtionis principalis.

17 Fallit † & ſecundò quando quis eſſet affinis per
k lineam collateralem, k quia iſto caſu erit omni ex-
ceptione maior, ſecundum Ang. in conſ. 212. incip.
Viſis proceſsibus, vbi ad hoc adducit Inno. & Ioan-
nem Andr. in c. nonnulli, extra de reſcrip.

18 Quartò principaliter quæritur. An vxor † pro
marito poſsit teſtificari, & econtrà? Spec. in tit. de te-
ſte. §. primo. in verſicu. quid de viro & vxore. cum
quo tranſeunt domi. Abbas & communiter canon.
cap. in literis, extra de teſtib. ſic diſtinguit, aut mu-
lier eſt teſtis quæ timet maritum, & tunc non poteſt
teſtificari, aliàs ſecus. eodem modo ſi vir eſt vilis
conditionis, ita quòd timeat vxorem ſuam, nõ po-
terit teſtificari pro vxore ſua. idem tenet dom. Ale-
xan. in conſ. 150. in quinto volum. idem tenet Cyn.
in l. 2. C. de teſtib.

Glo. tamen in d. l. 2. indiſtinctè tenet quòd vir
pro vxore, nec econtra poſſunt teſtificari. quam ſe-
quuntur ibi Bal. & Salic. quorum opin. videtur ve-
l rior l † quia vxor licet quoad omnia non ſit viro
19 ſubiecta, attamen quoad multa eſt illi ſubiecta, &
veluti eius famula cenſetur, vt in c. mulierem. & c.
fiet imago. 32. q. 5. item cenſentur inter ſe domeſti-
ci, igitur eorum teſtimonium non admittitur vt in-
ferius dicetur. Et iſtud quod dicitur de vxore, ha-
20 bet † locum etiam in concubina, quæ ſolum differt
ab vxore reſpectu honoris. l. ita legato. §. in parui,
de le. 3. & no. in l. etiam. C. de teſti.

21 Quintò quæritur. an familiares † ſeu domeſtici in
cauſis ciuilibus, poſſunt teſtificari in cauſa domini
ſui, in quo concluditur quòd non. c. in literis, extra
de teſti. l. etiam. C. eo. quod fallit aliquibus modis.

Primò † quando familiaris eſſet perſona honeſta, 22
m vt ſunt familiares Epiſcoporum, & dominorum m
Cardinalium: ita limitat Inno. in d. c. in literis. Bal.
& Salic. in d. l. 2. cuius opin. contradicit Aretin. in
dicto ca. in literis, † quia nobilitas perſonæ non au- 23
fert ſuſpitionem quæ veriſimiliter adeſt. l. 1. C. ſi
quacunq; præd. poteſta. Item quia adeſt timor qui-
dam reuerentialis, qui operatur magnum effectum,
vt glo. in ca. poſſunt clerici. 2. quæſtione tertia. His
tamen rationibus reſpondet domi. Felin. ibi quòd
immo propter nobilitatem & integritatem perſonæ
ceſſat ſuſpitio, quæ aliàs non ceſſaret cap. niſi eſſent
viri prouidi, de præb. Sed adhuc prædictæ limit. vi-
detur obſtare quod habetur in ca. viſis. 16. quæſt. 2.
vbi dicitur humani moris eſt illos vereri, quorum
iudicio quis deprimi & erigi poteſt. tenenda ta-
men eſt hæc limita. quæ communiter approbatur.

Secundò fallit † quando ageretur de probando 24
aliquo negotio in quo familiares habent veriſimi-
liter maiorem notitiam quàm alij, vt eſt tex. in cap.
ſuper prudentia, el. 1. 14. quæſtione ſecunda. l. con-
ſenſu. §. ſi in plagis. C. de repud. quinimmo hoc ca-
ſu domeſtici præferuntur extraneis l. quotiens. C.
de naufrag. lib. 10. quem tex. ad hoc no. ibi Bar.

Tertiò fallit † in illo qui alicuius eſt familiaris, 25
ſed ab illo non conſequitur ſalarium, n quia hoc n
caſu poteſt pro domino ſuo teſtificari: ita Specu. in
titu. de teſte. §. primo. in fin. in 4. col. ver. ſed quid
de mercenario. ſequitur Rom. in quodã ſuo conſi.
quod incipit Omnipotentis Dei poſtulato ſuffra-
gio &c. nu. 420.

Quartò fallit † in illo qui olim erat familiaris, o 26
ſed tempore teſtificationis non eſt familiaris: quia o
iſte poterit eſſe teſtis, ſecundum Bar. in l. Titius. ff.
de militari teſtamento. & in l. 1. §. idem Cornelio,
de quæſtionibus.

Sextò principaliter quæritur, an † illi qui ſunt de 27
vniuerſitate poſſunt teſtificari in cauſa ſuæ vniuer-
ſitatis. & concluditur quòd ſic. ita vult Barto. in l. ſi
hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. Bart. in l.
in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diui. gloſſ. in l.
idonei. ff. de teſti. Docto. in cap. cum nuncij, extra
de teſti.

Fallit tamen iſta concluſi. primò † quando cauſa 28
eſſet ardua, quia tunc nullus de vniuerſitate poſſet
teſtificari in cauſa vniuerſitatis, ſecundum Bald. in
rubr. de rerũ diuiſio. vbi æquiparat cauſam ciuilem
arduam & cauſam criminalem.

Secundò fallit † quãdo cauſa vniuerſitatis reſpice- 29
ret commodum ſingulorum de ipſa vniuerſitate, vt
quia lis verteretur ſuper aliquo nemore, p in quo ſin p
guli de vniuerſitate poſſunt incidere ligna pro vſu
ſuo. Nam cum agatur hic de commodo ſuo, ſcilicet
ſingulorũ, repellentur à teſtimonio ſecundum Io-
annem Andr. & alios in d. c. cum nuntij. & per Do-
cto. in d. §. vniuerſitatis.

Tertiò fallit † quoad effectum faciendi plenam 30
probationem: quia dicti teſtes plenè non probant,
ſecundum Archid. in c. ſuper prudentia. 14. quæſt.
2. & in cap. hoc ius porrectum. 10. quæſtio. 2. ideo
infert Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in titu. de teſte.
§. primo. quòd niſi cum teſtibus de ipſa vniuerſitate
adducuntur alij teſtes extranei, quòd ſoli teſtes

de vniuerſitate plenè non probabunt. Et iſta limi-
tatio communiter tenetur, licet dom. Abb. in cap.
inſuper, extra de teſtib. tenuerit contrarium, quem
ſequitur Alexander in conſil. 68. in 6. colum. in ſe-
cundo volum.

31 Septimò quæritur, an † quis repellatur à teſtifican
do in cauſa ciuili propter paupertatem. in quo glo.
q no. q in §. ſi verò abſens, in authen. de hær. & falci.
In verbo ſubſtantia, tenuit mirabiliter quòd ſic, niſi
habeat tantum in bonis quantum valet illa cauſa, in
qua teſtificatur. Et illam glo. multum no. Ang. in
auth. de hæred. & falc. §. ſunt nobis. illam etiam ſe
quitur Alex. in conſi. 15. incip. Viſo proceſſu inqui-
ſitionis, in 1. vol. illam tamen reprobat Iaſ. in auth.
præterea, in pen. col. C. vnde vir & vxor. mouetur,
quia dictum illius glo. iure non probatur, ideo non
eſt glo. credendum, ſecundum Bald. in l. rem pub-
licam. C. ex quib. cau. maio.

Ego alijs rationibus dictam glo. impugno. Pri-
mò, ſi dicta glo. eſſet vera, ſequeretur quòd filiusfa.
de iure digeſtorum. non potuiſſet eſſe teſtis in ali-
qua cauſa, cùm illo iure omnia pleno iure patri ac-
quirerentur exceptis caſtrenſibus vel quaſi. l. pla-
cet. de acquirend. hæred. iſtud tamen eſt falſum. l.
32 pater, de teſti. igitur &c. † Secundò ſic arguo: repel-
lere quem à teſtimonio eſt quædam pœna. ca. teſti-
monium, extra de teſti. l. 3. §. lege Iulia. ff. eod. ſed
pœna nó eſt imponenda non delinquenti. l. pater-
fa. ff. de hær. inſti. & eſſe pauperem non eſt delictú,
ergo. Præterea & tertiò in teſte cóſideratur multum
legalitas & vitæ integritas. l. 3. in principio de teſti.
33 c. forus, in fi. de verborum ſignifi. † ſed ſic eſt quòd
ad conſiderandum legalitatem, diuitiæ non conſi-
derantur, ſed morum honeſtas. l. ſcire oportet. §.
cum quis. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. l. ſi quis
ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphilum. §. fi. de ver-
borum obligationib. l. prouidendum, de poſtul.
ibi, quos meritum vitæ nobiliſsimos facit, ergo &c.
34 Præterea & quartò, † ſi illa glo. eſſet vera, multum
anguſtaretur facultas probandi, contra l. quoniam
C. de hæret. & manich. ergo. Ex quibus concludo
d. glo. non eſſe veram, quæ tamé menti tenenda eſt
propter ipſius auctoritatem.

Octauò principaliter quæritur, An procurator
35 † pro cliente ſuo poſsit teſtificari in illa cauſa, in
qua exercuit officium procuratoris? cócludo quòd
r non, r propter affectionem quam habet ad cauſam.
36 c. fin. de teſtib. lib. 6. quod etiam procedit † in ſoli-
citatore dictæ cauſæ, qui fuit electus à domino præ-
ſente ſecundum Dom. ibi, & Ludou. Roma. con-
ſilio. 420. vbi idem tenet limitando tamen vt ibi
per eum.

37 Nonò quæritur, An Iudæus † contra Chriſtia-
ſ num poſsit teſtificari? Dicite quòd non ſ cap. Iudæi.
extra de teſtib. c. ſi hæretici. 2. quæſtio. 7. ratio, quia
Iudæi odio ſequuntur Chriſtianos. cap. nonne. 1.
quæſt. 1. ideo ratione huius odij non poſſunt con-
38 tra Chriſtianos teſtificari. † quod puto habere lo-
cum etiam in Iudæo nuper ad fidem conuerſo, qui
neophitus appellatur. c. 2. 48. diſt. probatur hoc in
ſimili de amico reconciliato, qui repellitur à teſti-
ficando ac ſi inimicitia adhuc perſeueraret. c. accu-
ſatores. 3. q. 5. ſuper quo tamen cogitabitis. quia vi-
detur quòd illud odium ſit purgatum baptiſmate
ſponte ab illo ſuſcepto, ideo ceſſante cauſa odij de-
bet odium ceſſare, iuxta nota. per Bart. in l. Titia.
§. vſuras, de leg. 2. Quod tamen fallit in aliquibus
caſibus.

Et primò. † quando Iudæus teſtificaretur pro 39
Chriſtiano contra alium Chriſtianum, quia eius te-
ſtimonium admitteretur, ratio, quia ſicut par affe-
ctio tollit omnem ſuſpitionem. l. qui teſtamento. §.
in contrarium, de teſtam. ita par cauſa odij tollit o-
mnem ſuſpitioné. l. non ſolum. §. 1. de ritu nuptia-
rum, vt contrariorum eadem ſit diſciplina. c. hoſpi-
tiolum. 32. diſtinct. & Inſt. de tutel. in princ.

Secundò fallit † quãdo Iudæus teſtificaretur con- 40
tra Iudæum, qui effectus Chriſtianus ad Iudaiſmum
redijt. caſus eſt in c. cótra Chriſtianos, de hæret. lib.
6. quem ad hoc ponderat ibi Domini.

Tertiò fallit † quando quis conſentiret quòd Iu- 41
dæus contra ipſum in teſtem produceretur, prout
eſt glo. in l. ſi quando. C. de teſtib. iſta repulſio Iu-
dæorum permittitur fauore ipſius Chriſtiani, ideo
poteſt huic renunciare. l. pen. C. de pact. c. ad apo-
ſtolicam, de regulari. extra. pro quo Aret. in c. præ-
ſentium, de teſtib. ponderat not. tex. in c. ſi hæreti-
cus. 2. q. 7. dum vult quòd infidelis poſsit produ-
ci à Chriſtiano, non contra fidelem. ex quo datur
intelligi ꝙ illa prohibitio emanauit fauore Chri-
ſtiani, contra quem infidelis in teſtem producitur.
Quæ omnia teneatis menti.

Decimò principaliter quæritur, an in cauſis † ci- 42
uilibus fama faciat plenam probationem, an ſemi-
plenam tantùm? iſtam quæſtionem tangit Bart. in l.
de minore. §. plurimum quoque, in vlti. colum. ff.
de quæſtionib. & glo. in l. in bonæfidei, in glo. fin.
C. de rebus credi. communis eſt concluſio, s quòd s
fama inducat ſemiplenam probationé in cauſis ci-
uilibus, ita vult glo. in d. l. in bonæfidei. & in l. 3. §.
eiuſdem, de teſti. Ioan. And. in tit. de noto. crim. §.
fama, verſ. fama. & idem concludúnt Canoniſtæ in
c. veniens, el. 1. extra de teſti. Salic. in l. ea quidem.
C. de accuſatio. in aliquibus tamen caſibus fama in-
ducit plenam probationem.

Primus † eſt in cauſis leuioribus & modici præ- 43
iudicij. glo. in l. vbi adhuc. C. de iur. dot. Bart. in l.
de minore. §. plurimum, in fi. de quæſt. d. Anto. in
d. c. veniens, in vlt. col. de teſtibus.

Secundus caſus † eſt, quando agitur de probanda 44
nobilitate ex virtute alicuius, nam per ſolã famam
probatur. ita not. Bald. per illum textum in l. pro-
uidendum. C. de poſtulan.

Item & tertiò. per ſolam † famam probatur iudi- 45
cem eſſe conſuetum incarcerare vel torquere appel
lantes & conquerentes de eo, ſecundum Barto. in l.
de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in 8. q. ff. de no.
oper. nunc.

Quartus caſus eſt in principe. nam principi † at- 46
teſtanti per verba aſſertiua de fama plenè creditur,
ſecundum Ioan. And. in titul. de inquiſitio. §. nunc
tractemus, verſic. hoc autem notandum eſt. ſequi-
tur Abb. in cap. cum oporteat, de accuſ. in tertia co-
lum. notate tamen quod ſi vnus † probat veritatem 47
plenè, alius probat veritatem & famam, u iſte obti- u
nebit. & pro eo erit ferenda ſententia, quaſi me-
lius dicatur probaſſe altero. ſecundum Bald. in l.
proprietatis. C. de proba. † in iudicio etiam poſ- 48
ſeſſo-

ſeſſorio in quo dicitur agi de leui præiudicio fama plenè probat, ita ſentit Bart. in l. prima. C. quorum bo. & in l. 5. C. vbi in rem agi oportet. & Matthæſi. in no. ſuo 2.

In criminalibus modo fama non inducit ſemiplenam probationem vt dictum eſt in parte præcedenti. in quo tamen aliquas pono concluſiones.

49 Prima eſt, ſi agatur de crimine ciuiliter, fama nõ inducit ſemiplenam probationem. ita tenet Ioan. de Ana. in conſ. 59. incip. Viſa inquiſitione. ſed hoc dictum non approbo. quia diſpoſitio legis inhabilitans probationem in cauſa criminali, non trahitur ad cauſam ciuiliter motam ſuper crimine. cap. per

50 tuas, el. 1. extra de ſimon. per quem text. † dicunt ibi Innoc. Hoſt. & Abb. quòd teſtes criminoſi non emendati de crimine admittuntur ad probandum crimen ſimoniæ, ſi ciuiliter mota fuit quæſtio ſuper tali crimine, ergo &c.

51 Secunda † ſit concluſio, in criminalibus ſola fama non facit ſufficiens indicium ad torturam, ita tenet Ioan. And. in tit. de proba. §. videndum, verſ. 13. d. Anto. in c. tertio loco, de proba. Abb. in c. 1. de depoſ. & in cap. 1. in fi. de purg. cano. Bald. in l. milites. C. de quæſtionib. Bald. & Imol. in l. fin. ff. de hæred. inſtit. & iſta eſt communis ſententia. contra quam arguo vno medio. Nam vt ſuprà dictum eſt, in cauſa ciuili fama ſemiplenè probat, & obtinet vicem vnius teſtis integri. patet, quia defertur iuramentum in ſupplementum probationis probanti per famam, ſecundum glo. in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit. tunc ſic, vnus teſtis integer qui deponit ſuper maleficio facit ſufficiens indicium ad torturam ſecundum Bar. in l. 1. fi. de quæſtio. ff. iuncta. l. 1. §. idem Cornelio, eodem tit. ergo idem erit in fama. Et propterea Bal. in cap. 1. §. homicidium, de pace iuramen. firman. in vſi. feud. dicit quòd fa-

52 ma † vehemens id eſt generalis & notoria facit indicium ad torturam. cogitabitis.

53 Tertia ſit † conclu. in cauſa matrimoniali, in qua agitur de matrimonio diſſoluendo, fama non inducit ſemiplenam probationem, quia talis cauſa æquiparatur cauſæ criminali, vt dicit Alex. in conſ. 135. in 2. volum. inci. qunniam abundè & c. quod tamen fallit ſi ageretur de diſſoluendis ſpõſalibus per verba de futuro: quia tunc fama æquipollet vni teſti legitimo c. ſuper eo, de conſang. & affin. iuncto cap. preterea, de ſpon. quæ iura inducuntur vt per dom. Abb. in d. c. ſuper eo. & per Are. in c. veniens, de teſti. in 4. colum.

54 Quarta concluſi. ſit † quòd ſi in cauſa criminali crimen ſit probatum pluſquam ſemiplenè, vtputa per vnum teſtem de veritate, & aliquod aliud indicium, tunc fama perficit probationẽ, & dicetur crimen plenè probatum. ita dicit Io. Andr. in titu. de prob. in §. fi. verſ. 13. Bal. in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. quæ conclu. ponitur in ca. præterea,

55 de teſti. vbi dicitur † quòd ſi teſtes deponant ſuper adulterio, vt quia dicunt ſe audiſſe adulteros commiſceri, iſta probatio de auditu coniuncta cum fama & alijs legitimis & adminiculis plenè probat crimen, & illum tex. ponderat Are. in cap. veniens, de teſti. in 5. col. prout dixi etiam ſuprà in parte præced. in 11. q. prin.

56 Quinta ſit conclu. † vbicunq; probatio ſolet eſſe difficilis arguendo à communiter accidentibus, fama inducit plenam probationem, ita vult do. Anton. in c. transmiſſæ. extra qui filij ſint leg. & in d. c. veniens. Alexan. in conſi. 66. in 3. vol. incip. Viſo teſtamento Simonis in fi. vbi dicit † quod per ſo- 57 lam famam probatur filium percuſſiſſe patrem, aut 7 matrem.

Vltima ſit concluſio, † ſi alicui agenti in iudicio 58 opponatur excommunicatio, non poterit ille probari per vnũ teſtem cum fama ſimul. ita vult Arch. in c. ſi teſtes, in verſi. item ſi ſæpe, in 4. quæſt. 3. Spe. in titu. de nnto. cri. §. fama. Aret. in cap. veniens, in vlt. colum. de teſtib. pro qua opin. facit text. in cap. pia, de excep. lib. 6. in verſi. euidentiſſimis. cui opi. contradicit Aret. in d. cap. veniens. & contra illum adducit aliquas rationes de quibus ibi per eum. Et not. dum dixi, ſi fuerit oppoſita in iudicio, quia ſecus ſi extra iudicium diceretur alicui per vnum, tu fuiſti excõmunicatus. puta in partibus, & cum hoc concurreret fama, quia tunc probata erit excommunicatio, & non ſolum quando adeſt vnus teſtis cum fama, verum quando adeſſet ſola fama quoad hoc vt ipſe debeat abſtinere à communione fidelium & ſanctorum. text. eſt qui quotidie ad hoc ſolet allegari in c. illud. de cle. excommu. mi. & ibi d. Abb. & in cap. 1. de poſtul. præla. in glo. in verbo publicè. & dicit d. Abb. in cap. apoſtolicæ. de cle. excom mun. min. in fin. quòd † ſciens ſe excommunicatum 59 per famam non poteſt allegare probabilem ignorantiam. idem dicas in probando interdicto, vt per glo. in d. cap. 1. de poſtulat. prælat. & ratio eſt, quia agitur de modico præiudicio, & in iſtis ſpiritualibus, quod tutius eſt &c. vt in prædictis iuribus not. & iſtud eſt not. pro Epiſcopis qui excommunicantur in curia, & non habent notitiam excommunicationis niſi per famam tantum.

Vndecimò principaliter quæritur. An † mulier 60 poſſit eſſe teſtis in cauſa ciuili, ita quòd in nihilum eius fidei detrahatur? Et cõcludo quòd ſic, per text. in l. ex eo. ff. de teſtib. & in l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſtam. & intantum hoc procedit & eſt verum, quòd actori probanti ſuam intentionem per vnam mulierem, poſſet deferri iuramentum in ſupplementum probationis cum aliud non obſtaret. ita ſing. dicit Abb. in c. ex inſinuatione, in 3. col. extra de procur.

Notate tamen quòd data † paritate numeri teſtiũ 61 hincinde productorum plus maſculis quàm fœminis crederetur, ita determinat Aret. in ca. quoniam. de teſti. adducens not. per Bal. in l. 1. ff. de ſenat. vbi decidit quòd ſi patroni eccleſiæ quorum vnus eſt maſculus, alter fœmina diſcordant in præſentando præfertur præſentatus à maſculo, de quo dicto feci mentionem ſupra in parte præce. in 3. q. princ. in fi. 2. fallen.

Iſta tamen conclu. fallit in † ſcriptura priuata, 2. 62 quia fœmina non poterit eſſe teſtis. tex. eſt & ibi hoc 2. ponderat Bal. in l. ſcripturas. C. qui po. in pig. hab.

Duodecimò quęritur, An † infamis infamia facti 63 poſſit eſſe teſtis in cauſa ciuili. gl. in l. 3. 4 §. duæ cau 4 ſæ. de carbo. edi. ff. tenet quòd ſic, licet ei diminuatur de fide. ita tenet Bar. in l. Caſſius. ff. de ſenato.

Fallit † tamen iſta concluſio in caſu in quo teſtis 64 deberet eſſe omni exceptione maior ſecũdum Cyn. & Bal.

& Bal.in l. qui accuſare. C.de eden. Bald.in l. opti-
mam. C.de contrahen.& commit. ſtip. vt in caſu.c.
1.extra de cóſan.& affi. qa iſto caſu infamis infamia
facti nó poſſet eſſe teſtis,nec etiã in caſu.d. l.optimá.

65 Secundò fallit† quando ageretur de probãda ali-
cuius ingratitudine: quia tunc infamis infamia facti
nó admitteretur ad illam probandá. text. eſt not. in
c.1.in tit.quot teſtes ſunt neceſſ.ad probandum in-
grat.in vſib.feudo. & illum ad hoc not.ibi Bal.in-
quantum ille tex. requirit quòd teſtes per quos pro-
banda eſt ingratitudo ſint integræ opinionis.& illú
textum reputat ad hoc ſingu. Lud. Roma.in conſi.
344.incip. Dubitatio eſt magna.pro quo facit quod
voluit Bal. per illum textum in l.fin.C.de ſecund.
nupt. vbi dicit quòd per eum lex requirat indubita-
tam probationem ad probandam ingratitudinem,
non poterit deferri iuramentum in ſupplementum
probationis, & idem tenet Roma.in l.admonendi,
in 24.colum.ff.de iureiuran.

66 Tertiò † fallit in cauſa ciuili ardua, quæ æquipa-
ratur criminali, nam in illa infamis infamia facti
non poſſet eſſe teſtis. caſus eſt in ca. licet cauſam, in
verſ.quidã verò, extra de probatio. inquantum ibi
dicitur, nulla vel modica fides eſt adhibenda.quem
tex. ſic declarat Bal. ibi & dicit quòd non reperitur
melior tex.in iure. illum etiam tanquam ſing. pon-
derat Bal.ad hoc in c.ad vſuram, eod. titu.de prob.
& quòd infamis infamia facti non poſſet eſſe teſtis
in cauſa ciuili ardua. tenet Bart. in l.cunctos popu-
los.in 3.oppo.C.de ſum.Tri.pro quo facit text.in
l.propter litem, de excuſ.tut.notatur per Bart.in l.
admonendi.in 3.col.ff.de iureiur.

Quartò fallit in cauſa mixta, id eſt, quæ fuit mo-
ta ſuper crimine ciuiliter, prout eſt tex.in c.ex par-
te.de .teſti.

67 Quintò fallit † quando produceretur in teſtem
cótra aliquem Cardinalem, quia iſto caſu teſtes de-
bent eſſe ſine aliqua infamia aliàs non probarent.
tex.eſt in c.præſul.2.q.4. Not.tamen quòd ſi teſtis
68 † infamis infamia facti habeat conteſtem quòd ſit
multum notæ & ſpectatæ fidei & famæ, tunc in ni-
hilo eius fidei detrahitur, quia integritas conteſtis
ſupplet eius defectum.ita Bal.& Ang.in l.ſi quis ex
argentarijs.§. cogeretur.ff. de eden. per illum text.
Bal.in l.1.in 2.col.C.de teſta.Salic.in l.in bonæ fi-
dei.C.de reb.cred.Ludo.Rom.in conſ.290.incip.
In caſu propoſitæ conſultationis.

69 Decimotertiò principaliter quæritur, an † pater
ſpiritualis poſsit eſſe teſtis pro illo quem leuauit à
ſacro fonte in cauſa ciuili. Bald.in l.generaliter. ff.
de in ius vocan.tenuit quòd nó, quia inter iſtas per-
ſonas cótrahitur quædam ſpiritualis cognatio, quæ
eſt par carnali cognationi, vt eſt tex. in c.ita dilige-
re.30.q.3. iuncto.ca. pyctauium, ea. cauſa & q.facit
glo.in ca.1.de cogna.ſpir. ſicut ergo pater pro filio
carnali non poteſt eſſe teſtis, ita nec ipſe pater ſpiri-
tualis poterit teſtificari.

b Contrarium tamen communiter concludunt
Docto.& ita tenet Bal.ſibi contrarius in l.parentes.
C.de teſtib. Bart.in conſil.incip. In cauſa quæ ver-
titur inter Simonem. do.Alex. in d.l. generaliter.
pro quo facit quia nuſquam tantum reperitur quod
iſte prohibeatur eſſe teſtis, cenſetur ergo permiſ-
ſum.l.1.ff.de teſti.c.1.eo.tit.extra.crederem tamen
quod non ſit teſtis omni exceptione maior, quia
nó poſſumus inficiari quod ex iſta cognatione ſpi-
rituali oriatur quædam magna affectio inter ipſum
patrem & filium. ratione cuius non dicetur omni
except.maior. vt in ſimili no. Alex. in conſ.196.in
verſi. præterea in 5.col. ideo in cauſis in quibus re-
quiruntur teſtes idonei, pater ſpiritualis non admit-
tetur in teſtimonium, quia verum erit dicere ipſum
non eſſe omnino idoneum.

Decimoquartò principaliter quæritur, an vendi-
tor† poſsit eſſe teſtis in cauſa emptoris, cui fuit mo- 70
ta lis ſuper re vendita. gloſſ. in l. nullus. ff. de teſti.
Spec. in tit. de teſti. in §.1. ver. quid de venditore: ſic
diſtinguũt, aut emptor habet regreſſum de euictio-
ne c contra venditorem, & tunc non poteſt eſſe te- c
ſtis, aut non habet regreſſum, & tunc poterit teſtifi-
cari ad commodum ipſius emptoris. in iſta tamen
q. facio aliquas concluſiones.

Prima ſit concluſio. ſi emptor non ſit habiturus
regreſſum de euictione contra venditorem, vt quia
conuentum fuit ita, poterit tunc venditor teſtifica-
ri pro emptore. ita tenet glo. in d. l. nullus.& ita te-
net Specu. in titu. de teſte. §. 1. verſ. quid de vendi.&
ita communiter concluditur in c. inſuper. de teſti.
extra licet Cyn.& Iaco.de Are. in l. omnibus. C. de
teſti. teneant indiſtinctè quòd non poſsit eſſe teſtis,
quia præſumitur affectus erga ipſum emptorem, vt
actus quem fecit valeat, ideo ſicut hac ratione pro-
xeneta repelletur niſi ab vtraque parte producatur,
ita videtur quod iſte ſit repellendus. §. ſi verò dica-
tur, in auth. de teſti. c. fin. de teſti. lib. 6. huic tamen
rationi reſpondet d. Abb. in d.cap. inſuper, quòd
ideo proxeneta repellitur propter eius perſonæ vi-
litatem: quia communiter ſunt infimi ſtatus, & ali-
qua lucra conſequuntur ex validitate cótractus, ni-
mirum ergo ſi propter affectionem concurrentem
repelluntur. & ita finaliter tenet Are. in d. cap. inſu-
per. qui reſpondet aliquibus obiectis.

Secunda ſit concluſi. ſi emptor ſit habiturus re-
greſſum de euictione contra venditorem, tunc non
poterit eſſe teſtis pro emptore, iuxta glo. in d. l. nul-
lus.& Doct. in d. c. inſuper. Ludo. Roma. in conſi.
382. incip. Dubitatio iſta. Et ratio eſt, nam ratione
huiuſmodi regreſſus de euictione, cauſa cenſetur
propria ipſius venditoris. lege ab executore, de ap-
pellationib. iuncta l. 2. §. primo. ff. quando appel.
ſit. ideo veluti teſtis in cauſa propria repellitur à te-
ſtificando. l. omnibus. C. de teſti.

Decimoquintò quæritur an illegitimè † natus 71
poſsit eſſe teſtis in cauſa ciuili, in qua requiruntur
teſtes omni exceptione maiores? & concluditur ꝙ
non, d quia illegitimè natus eſt infamis infamia fa- d
cti. dictum eſt not. Azo. in ſumma. C. ex quib. cau.
infam. irrog. & idem tenet Bald. in l. 1. C. de iure
aur. anul. & in l. generaliter. §. cum autem. C. de in-
ſti. & ſubſti. pro quo facit text. in c. ſi gens Anglo-
rum. 56. diſtinct. & text. in l. fin. C. de natu. liber.
in fine, ideo non poterit eſſe teſtis in huiuſmodi cau
ſa per ea, quæ dicta ſunt ſupra de infami infamia fa-
cti. & pro hoc adduco not. per Ludou. Roma. in l.
admonendi. ff. de iureiur. vbi dicit† ꝙ probanti per 72
vnum teſtem illegitimè natum, non eſſet deferren- e
dum iuramentum e in ſupplementum probatio-
nis. Et iſtud dictum refert & ſequitur Nicolaus

de

de Vbal. in tracta. de ſucceſ. ab inteſt. in 1. parte in verſi. ſequitur quinta ſpecies. vbi dicit ſe ita practicaſſe coram Auditore Cameræ in cauſa cuiuſdam amici. ideo inſert domi. Alexan. in conſi. 80. incip.
73 Examinato proceſſu, in 2. volum. quòd ſpurius † cum ſit infamis infamia facti non poteſt exercere
f officium tabellionatus f in ſcribendis actis iudicialibus, ideo eius ſcripturis nulla fides eſſet adhibenda per not. per Bartol. in l. eadem. ff. ad l. Iuliam repetun.

74 † Aduertite tamen, quia licet ſpurius ſit infamis infamia facti, ex quo tamen illa cauſatur ſine culpa ſua. l. ſpurios, in princ. ff. de decurionib. nō videtur à teſtimonio repellendus, ſi moribus & honeſtate præfulgeat. e. vndecunque. c. nanque, & e. naſci. 56. diſtin. facit tex. not. in c. ſicut ſanctius. 32. quæſtio. 4. glo. in cap. ad decorem, de inſtit.

75 Decimoſextò quæritur, an canonicus † pro ſuo concanonico poſsit eſſe teſtis. & concludo quòd ſic: licet poſsit recuſari iudex in cauſa ſui concanonici: ita voluit gloſſ. & ibi Doct. in c. cum R. canonicus, & in c. inſinuante. de offic. deleg. & ratio eſt, quia facilius repellitur iudex à iudicando, quàm teſtis à teſtificando. cum facilius inueniantur plures iudices, quàm vnus teſtis.

76 Decimoſeptimò quæritur an donator † pro do-
g natario g poſsit eſſe teſtis. Bal. in l. omnibus. C. de teſtib. tenet quòd admittatur in teſtem, quando nō tenetur de euictione. & idem tenet Ioan. Andr. in tit. de teſte. §. 1. verſ. ſed pone mutuaui.

Contrarium tamen tenet Cyn. & Iaco. de Aret. in d. l. ab omnibus. C. de teſti. eo quia donans affectat vt valeret donatio quam ipſe celebrauit, quæ ratio repellit proxenetam à teſtificādo, ergo & donatorem. Præterea donator ex validitate donationis conſequitur commodum quia acquirit obligationem ad antidora aduerſus donatarium. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred. Et huius obligationis multi ſunt effectus, quos ponunt Mod. in l. hoc iure. ff. de inſt. & iure. ratione ergo commodi huius videtur quòd non poſsit teſtificari pro donatario. Niſi dicatur quòd hoc commodum veniat ſecundariò non autem principaliter, ideo ex illo non repellitur teſtis à teſtificando. l. qui teſtamento. §. 1. ff. de teſtamen. §. legatarij, inſtituta de teſtam. Abbas in c. inſuper, de teſtib. in vltim. colum. dicit quòd eſt arbitrarium quanta fides ſit ei attribuenda propter qualitatem perſonarum. argumento. ca. & ſi quæſtionis, de ſimo. & eorum quæ not. in c. cum parati, de appel.

77 Decimooctauò quæritur, an ſocius † pro ſocio h poſsit teſtificari. Ioan. And. & Abb. in c. inſuper. de teſti. præalleg. in fi. ſic diſtinguit: aut ſunt ſocij omnium bonorum & vnus pro altero non poteſt teſtificari, quia eius intereſt, ideo repellitur. d. l. omnibus. C. de teſti. aut eſt ſocius reſpectu partis bonorum, & tunc poſſet teſtificari ſuper parte ſocij, quia ex hoc nullum commodum conſequitur. Hoc fallit niſi talis ſocietas cauſaſſet inter eos maximā amicitiam & familiaritatem, quia tūc minus crederetur propter hanc amicitiam, maximè ſi eſſet cauſa criminalis vel ciuilis ardua.

78 Decimononò quæritur, an prælatus † vnius eccleſiæ quæ nō habet collegium, ſed ſolus habet adminiſtrationem poſsit eſſe teſtis in cauſa eccleſiæ ſuæ. Ioan. And. in tit. de teſte. §. 1. verſ. ſed pone adminiſtrator, videtur ſentire quòd non poſsit eſſe teſtis, per c. relatum. el. ſecundo de teſtamen. vbi dicitur, quòd vbi eſt congregatio vel collegium bona ſpectāt ad ipſum collegium, ſed vbi vna ſola eſt perſona, illa ſola poteſt diſpnnere de bonis eccleſiæ, & ſic videretur iſte teſtificare in facto proprio cum bona ſpectent ad ſuam menſam. & idem tenet dom. Abba. in d. cap. inſuper. de teſtib. Nec obſt. ſi diceretur, aget per procuratorem: quia ipſe cenſetur principalis. c. in fin. extra vt lite nnn conteſtata. ideo non poteſt eſſe in eadem cauſa teſtis & principalis. Iſtas tamen rationes impugnat Aret. in d. c. inſuper. qui tamen ſequitur communem opin. pro qua inducit text. in l. impuberem. §. 1. de falſis. ff.
vbi † notarius ſicut non poteſt ſibi aſſcribere lega- 79
tum, cuius commodum ſibi principaliter agitur, ita non poteſt alteri ſcribere legatum, ſi ius vſusfructus ad ipſum pertinere debet. vide etiam l. diuus. eo. tit. in princi. cùm ergo prælatus dicatur vſufructuarius in vita. c. peruenit. de fideiuſſ. gl. in c. præſenti. de offic. ordi. libr. 6. non potuit teſtificari pro ſua eccleſia. Et ex hoc infertur idem eſſe in canonico, qui non poteſt teſtificari in cauſa ſuæ præbendæ cùm illa ſit deputata ſolùm pro ſua menſa.

Fallit iſta concluſio, † quando eccleſia haberet 80
Iconomum generalem conſtitutū auctoritate Epiſcopi, vel ageret ipſe Epiſcopus tanquam generalis adminiſtrator ipſius eccleſiæ, iuxta not. in ca. fin. de ſucceſ. ab inteſt. Nam tunc prælatus poterit teſtificari pro eccleſia ſua, cum bona eccleſiæ non ex toto conuertantur in vtilitatem ipſius prælati, ſed alijs neceſsitatibus deſeruiant. cap. paſtoralis, de his quæ fi. à prælat. ſine conſen. capi. cap. fin. 16. quæſtio. 1. ſic limitat Abb. in d. cap. inſuper. in 4. colum. in verſ. ſed circa prædicta. Dubia tamen eſt apud me iſta limitatio eò ipſo quòd bona eccleſiæ ſpectant ad menſam prælati ex hoc dicetur teſtificari in cauſa propria. argum. text. in cle. fin. de reb. eccle. non alien. ideo videtur quòd repellitur à teſtimonio, maximè cùm prælatus cenſeatur vſufructuarius, vt dictum eſt ſuprà.

Secundò fallit, † quando cauſa eſt totius eccleſiæ 81
& canonici ſimul cum prælato conſtituerunt procuratorem vel ſyndicum in d. cauſa, nam tunc indiſtinctè prælatus poteſt eſſe teſtis. ita vult Arch. in c. ſuper prudentia. 14. q. 2. Innoc. in c. præſentium, de teſti. lib. 6. Abb in d. cap. inſuper, vbi latè Aret. diſcutit hanc difficultatem.

Tertiò & vltimò fallit quando † cauſa eſt totius 82
eccleſiæ & prælatus ſolus conſtituit procuratorem, quia hoc caſu prælatus in cauſa eccleſiæ poteſt teſtificari: ita tenuit Hoſt. in c. præſentium. de teſti. lib. 6. Io. And. in d. c. inſuper. Bald. & Ang. in l. qui teſtamento, in prin. ff. de teſtam. & iſta eſt communis opi. prout atteſtatur Aret. in d. c. inſuper. in 2. col. Contrarium tamen tenet Innoc. in d. cap. inſuper, quem ſequitur Archi. in d. c. ſuper prudentia. 14. q. 2. do. Ant. & Abb. in d. c. inſuper. & Bar. in l. qui teſtamento & ſic vt vides iſta opi. eſt comprobata auctoritate præſtantiſsimorum virorum. Et videtur quod de iure ſit verior, eò quia prælatus dum ſolus procuratorē conſtituit, qui agat nomine eccleſię declarat

clarat animum ſuum quod eccleſia foueat iuſtitiá:
& quòd ad cauſam habet affectionem, ideo videtur
repellendus. c. ſi. de teſti. lib. 6. Præterea tutor ſi ſo-
lus conſtituat actorem in cauſa pupilli, non poteſt
pro illo teſtificari. ita Barto. in l. qui teſtamento, in
princi. ff. de teſtam. multò ergo minus poterit ipſe
prælatus, quia tutor nec principaliter nec acceſſoriè
conſequitur aliquod commodum pecuniarium ex
cauſa pupilli, & tamen prælatus ſic, ergo &c.

83 Vigeſimò quæritur an mediator † ſeu proxeneta
poſsit eſſe teſtis in cauſa in qua fuit mediator. com-
i muniter ſic concluditur: *i* aut ambo contrahentes
ſunt contenti ſtare dicto ipſius mediatoris, & tunc
ſolus probat abſq; alio teſte. argumento. l. Theo-
pompus. ff. de dote præleg. aut vna pars vult quòd
poſsit teſtificari, & tunc eius teſtimonium non re-
cipitur: quia oportet ambas partes conſentire, ita
vult Innoc. in c. cum olim, de priuileg. & Domi. in
c. 1. de teſti. lib. 6. & do. Lanſr. de Oria. in c. quoniá
contra falſam. de prob. in verſ. teſtium receptiones.

84 Vigeſimoprimò quæritur an tutor † poſsit eſſe
teſtis in cauſa pupilli cuius tutelá adminiſtrat. Bart.
k *k* in l. qui teſtamento, in princ. de teſtam. dicit quòd
ſi cauſa agitetur per actorem, quem conſtituit ipſe
tutor in cauſa pupilli, quòd non poteſt eſſe teſtis,
cum dictus actor detur periculo ipſius tutoris, ſe-
cundum quod no. idem Bar. in l. actor. ff. rem rat.
habe. idem ſi cauſa agitabatur per ipſum, ſecus verò
ſi iudex eo voléte vel contutor dedit actorem, quia
tunc poterit eſſe teſtis: & dicit hoc probari argumen
to illius legis.

Mihi tamen videtur quòd indiſtinctè poſsit eſſe
teſtis, quia nulla ratio ſuadet contrarium, & nullibi
reperitur prohibitum, ideo cenſetur permiſſum. l.
1. de teſti. maximè, quia facultas probandi non eſt
anguſtanda de l. quoniam. C. de hæret. & manich.
Præterea, vt dictú fuit ſupra in 19. q. licet ſolus præ-
latus conſtituat procuratorem in cauſa eccleſię quæ
ſpectat ad eum & ad capitulum, tamen poteſt eſſe
teſtis in cauſa eccleſiæ ex qua aliquod commodum
eſt conſecuturus, ergo multo fortius idem dicen-
dum eſt in ipſo tutore, qui nullum commodú con-
ſecuturus eſt ex cauſa pupilli.

85 Vigeſimoſecundò quæritur, an monachus † ſeu
clericus poſsit teſtificari coram iudice ſeculari ſine
l licentia ſuperioris. *l* in monacho poteſt dici quòd
non poſsit teſtificari ſine licentia ſuperioris, quia nó
habet velle neque nolle, ſed eius voluntas conſiſtit
in arbitrio ſuperioris. c. ſi religioſus. c. ſi abbatem,
de elect. lib. 6. cap. final. de ſepul. eo. lib. licet con-
trarium ſentiat Specu. in tit. de teſte. §. 1. verſic. item
quòd eſt monachus. Abb. in c. cum nuncius, de te-
ſti. in fin. vbi dicit quòd ſiue clericus teſtificatur ſi-
ue monachus coram iudice eccleſiaſtico ſeu ſecula-
ri valet eius teſtimonium ſine licentia ſuperioris.
cui tamen conclu. obſt. text. in c. quanquam. 14. q.
2. vbi dicitur quod quando clericus teſtificatur, re-
quiritur arbitrium ſeu licentia ſuperioris, tunc ſic,
86 quotiens in aliquo actu † requiritur licentia, tunc il-
le debet præcedere actum, ſecundum Bartol. in l.
ſi autem. ff. de aqua plu. arcen. ergo &c. Niſi ſal-
uando diceres quòd illa eſt quædam ſolennitas le-
uis, quæ omiſſa non viciat. l. prima. in fin. de vent.
inſpic. gloſſ. no. in ſumma. 63. diſtinctio. & ita re-
ſpondet Aretin. in d. cap. cum nuncius, in fine.

Vigeſimotertiò quæritur, an ſœnerator † qui am- 87
plius non exercet vſuras poſſet eſſe teſtis in cauſa ci-
uili. Bald. in l. improbum fœnus. C. de his qui not.
infa. decidit quod non, quia per pœnitentiam non
aboletur infamia. l. palam. §. 1. ff. de ritu nup. & eum
ſequitur Pau. de Caſt. ibi. † pro quo facit tex. in cap. 88
teſtimonium, de teſti. extra, vbi periurus etiam pœ-
nitentia peracta non poteſt eſſe teſtis.

Confirmatur ex eo quod voluit Barto. in l. pri-
ma. C. de primicer. libr. 12. vbi dicit † quòd ſi ſtatu- 89
to cauetur quod notarius non poſsit acceptari ad
aliquod officium. Hoc ſtatutum habet locum e-
tiam in eo qui fuit notarius ſemel, licet deſierit eſſe
notarius, *m* & fuerit deletus de matricula notario- m
rum. facit etiam l. quam ad hoc ponderat Paul. de
Caſtr. in l. 1. C. vbi de ratio. agi opor. vbi voluit † 90
quòd ſi quiſpiam per artificium quod exercebat,
erat conueniendus coram aliquo iudice, coram illo
etiam conuenietur licet deſierit exercere dictum
artificium. *n* n

Contrarium tamen tenet Baldus in ſortioribus
terminis in cap. paſtoralis, in prin. de offic. ord. vbi
voluit quòd ſicut vſurarius præſtita cautione de re-
ſtituendis malè ablatis poteſt teſtari. c. quanquam,
de vſur. in 6. ita permittitur illi poſſe teſtificari, quia
reſtituitur ad famam auctoritate canonis. confir-
matur: quia delinquens per acta pœnitentia habe-
tur ac ſi nunquam deliquiſſet. l. imperiali. C. de
nup. & ibi Bartol. & alij no. in cap. ſerrum. 50. diſt.
facit gloſſ. no. in cap. fidelior eadem diſtin. & glo.
in cap. obeuntibus. 63. diſtinct. † quæ volunt quòd 91
emendatus de crimine præſertur in dignitate con-
ſequenda illi qui ſemper fuit bonus. & iſta opin.
de iure eſt verior, prima tamen communiter eſt ap-
probata.

Vigeſimoquartò quęritur, an redemptor † litium, 92
& qui de facili litigat, repellatur à teſtificando & ab
accuſando. tex. ad hoc eſt vnicus in iure in c. ſuſpe-
ctus. 3. q. 5. quem reputat ſing. Ludo. Rom. in ſuis
ſingul. in 9. char. in 1. colum.

Vigeſimoquintò quæritur, an is † qui contulit be- 93
neficium *o* alicui ſit teſtis idoneus, ſi ſortè ſit con- o
tentio de collatione beneficij. vide Rom. in ſingu.
ſuis. char. 20. colum. 4.

Vigeſimoſextò quæritur, an ſubditus † ratione 94
iuriſdictionis poſsit eſſe teſtis pro domino ſuo. Spe-
cul. & Ioan. And. in titu. de teſti. concludunt quòd
ſic. & dicunt quòd ita de conſuetudine ſeruatur.
idem tenet domi. Anto. in c. in literis, de teſti. Cyn.
in l. eos. C. de teſti. Domi. Alexan. in conſ. 88. in 5.
volum. in verſi. non obſt. Et ſi argueretur de l. ido-
nei. C. de teſti. reſpondetur, quòd loquitur in his
qui ſunt ſubditi rationi dominicæ ſeu patriæ pote-
ſtatis, non autem iuriſdictionis. & iſta conclu. tan-
tò magis procederet quando domini eſſent tales,
qui non ſolerent ſæuire contra illos, qui nolunt de-
ponere in eorum ſauorem. & ratio iſtius conclu.
eſt, quia aliàs ſequeretur maximum abſurdum,
quòd domini temporales & alij, qui habent ſubie-
ctionem vniuerſalem non inuenirent teſtes: ita not.
Bald. in l. eos. C. de teſtib. quæ omnia nota, & te-
nementi.

Vigeſimoſeptimò quæritur, an creditor † poſsit 95
teſti-

teſtificari in cauſa ſui debitoris? & videtur dicẽdum
quòd non, quia intereſt creditoris habere ſuum de-
bitorem à quo poſsit conſequi id quod ſibi debe-
tur, cum ſit inanisactio, quam inopia debitoris ex-
cludit. l. nam is. ff. de dolo. ca. Odoardus, de ſolu.
extra ca. olim, el. 2. de reſti. ſpo. extra. ratione ergo
talis commodi videtur quòd ſit repellendus à teſti-
monio. l. omnibus. C. de teſtib.

p Contrarium decidunt p Iac. But. & Ang. in l. nõ
ſolum. §. quæritur, per illum tex. ff de procu. d. Ale.
in conſi. 78. incip. In cauſa & lite vertente, in primo
volum. non obſ. ratio in contrarinm adducta, quia
commodnm quod peruenit creditori peruenit in
quandam conſequentiam, ideo non conſideratur.
l. prima in princip. ff. de aucto. tuto. facit quòd di-
ctum fuit de legatario in prima parte huius tra-
ctatus ſupra. confirmatur iſta concluſio ex eo quod
ponit Ioan. Andr. in cap. ſine poſſeſsione, de re-
96 gu. iur. libr. 6. in mercur. vbi quæritur, † Epiſcopus
petit decimam ab aliqua eccleſia, rector illius eccle-
ſiæ opponit quòd generalis conſuetudo illius loci
eſt quòd decimæ non ſoluantur, poterit ne rector
illius eccleſiæ qui fuit conuentus probare dictam
conſuetudinem per rectores aliarum eccleſiarum
illius loci, hoc eſt illius epiſcopatus ſeu prouinciæ?
certè ſic. & iſtud idem tenet do. Abb. in c. inſuper,
de teſti. extra. d. Alex. in conſ. 78. ſuperius alleg.

97 Vigeſimooctauò quæritur, an fideiuſſor † poſsit
pro debitore pro quo fideiuſsit teſtificari. Specu. in
tit. de teſte in §. primo. verſ. ſed quid de fideiuſſore
diſtinguit: Ant principalis eſt ſoluendo, aut non.
primo caſu admittitur, ſecundo repellitur: quia cau
ſa videtur ad illum principaliter pertinere, alleg. l.
itaque fullo, in prin. ff. de furt.

q Contrarium indiſtinctè q tenendnm eſt, quòd
non poterit eſſe teſtis ſiue debitor ſit ſoluendo ſiue
non, quia licet illo tempore ſit ſoluendo poſſet eſ-
fici non ſoluendo, ita tenent Bald. Imo. & Alex. &
Aret. in l. ſi cui legetur. §. fina. per illum tex. de leg.
3. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de teſte. §. 1. in
verſ. quid de fideiuſſore. & in titu. de iudi. delega.
§. ſequitur, verſi. ſed nnnquid fideiuſſor. alleg. in l.
fin. C. de teſti. Imo. in l. à ſententia, de appella. Are.
in cap. inſuper, verſ. circa quartam quæſtionem ex-
tra de teſtib. Ang. in conſi. 295. incip. Viſis atteſta-
tionibus. iſta concluſio procedit etiam ſi fideiuſſor
rennnciaſſet beneficio excuſsionis, de quo in auth.
præſente. C. de fideiuſſori. ita ſennt Ioan. Andr. in
d. additio. ad Specu. in titu. de teſte. dum dicit, ma-
ximè ſi fideiuſſor renunciauit beneficio excuſsio-
nis. ponderando illam dictionem maximè, quæ
implicat caſum in quo fideiuſſor dicto beneficio
non renuncianit. & ita eum ponderat Aret. in d. c.
inſuper, licet Bald. in hoc tennerit contrarium &
malè in dicta lege ſi cui legetur. §. finali. limitatur
tamen, vt per Ang. in d. conſ. 299.

98 Vigeſimononò qnæritur, an reus † debendi pro
ſuo correo poſsit teſtificari. Bart. in l. ſi quis ita. ff.
de rebus dub. ſentit quòd ſic dum ſe remittit ad no-
ta. per Specu. in tit. de teſte. §. primo. verſic. quid in
fideiuſſore. & iſtud tenet Bal. in fin. §. 1. C. de vſur.
rei iudica. & in l. dictantibus. C. de teſtamen. Licet
contrarium in hoc teneat Angel. Aret. in §. legata-
rijs. Inſtitu. de teſtamen. cuius opin. in puncto iuris
videtur verior, quia reus contra quem agitur, poſ-
ſet effici non ſoluendo, & ſic contra alterum reum
poſſet haberi regreſſus. anth. hoc ita. C. de duobus
reis. & quòd tenetur ſimul cum alio, altero non exi-
ſtente ſolnendo, & non liberatur ab obligatione
per ſolam petitionem factam in iudicio contra il-
lum, ſed ſolutio eſt neceſſaria ad conſequendum
liberationem. l. ſi. in princip. ff. ſi cert. pet. §. 1. circa
medium in auth. de fideiuſſ.

Trigeſimò quæritur: Quidam † fuit accuſatus de 99
furto vel alio crimine, ex qno quilibet condemna-
tus efficitur infamis, contra ipſum fuit lata ſenten-
tia, à qua appellauit, appellatione pendente in cau-
ſa tua ad tui fauorem tulit teſtimonium: demum
ipſo non proſequente appellationem ſentẽtia tran-
ſiuit in rem iudicatam, quo caſu retro cenſetur fuiſ-
ſe infamis. l. furti. in princip. ff. de his, qui not. infa.
an valeat iſta atteſtatio. Barto. poſt Guil. de Cu. in
d. l. furti. in princip. decidit quòd ſic. idem tenet ibi
Bald. in 3. colum. eò quia negligentia iſtius teſtis
non proſequentis ſuam appellationem non debet
obeſſe tibi in cuius fauorem teſtificatus fuit. argu-
mento. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. l. nam &
poſtea, in fin. de iureiuran. Nec obſt. ſi diceretur,
nonne fingitur retro appellationem non interpoſi-
tam quo caſu fingitur infamis. Reſpondet Cardi. quod
iſtud eſt verum niſi de neceſsitate fuerit factum. l.
quotiens. ff. de pac. dot. ſed teſtificari eſt huiuſmo-
di, ergo &c. idem tenet d. Alexan. in conſil. 128. in
4. volum. Pro iſta conclu. adduco id quod decidit
Bald. in l. quia latronibus. in princip. de teſtamen.
vbi quærit, ſtante † ſtatuto quòd bannitus impunè 100
poſsit occidi. quidam fuit bannitus per ſententiam
à qua appellauit, pendente appellatione quidã ban-
nitus occidit ipſum bannitum, demum nullo pro-
ſequente appellationem, deſerta eſt ipſa appellatio
& ſententia tranſiuit in rem indicatam, an dictus oc-
ciſor euadat pœnam quaſi retro videatur fuiſſe ban
nitus poſtquam appellatio eſt deſerta. decidit ibi
quòd non, quia deſertio appellationis non obeſt
fiſco, ad quem ſpectat punire delinquentes. facit
text. in l. inſulam. §. fin. ſoluto matrimonio. per
quem textum dicunt ibi Bald. & Imol. quòd † ſi 101
duo faciunt pacem, quam promiſerunt non viola-
re ſub certa pœna applicanda, vtputa eccleſiæ ſan-
cti Petronij, ſi inter ipſos rupta poſt modum pa-
ce ſequatur reconciliatio, & remittant ſibi omnem
iniuriam, per hoc non euitabit rumpens pœnam,
quæ eſt applicanda eccleſiæ caſu quo frangeretur
pax, quia pactum trahit certam formam, quæ non
potuit per iſtos immntari in præiudicium eccleſiæ.
l. vero procuratori. ff. de ſolutionib. Addnco etiam
not. per Bartolum in l. indebitum. §. 1. ff. rem ratam
hab. vbi quærit, Quidam nomine meo † vendidit 102
fundum cùm à me mandatum non haberet: demum
iſtum fundum vendidi alteri ignarus dictæ vendi-
tionis, deinde ratificaui venditionem per illum fa-
ctam, an valebit ratificatio in præindicium illius cui
dictus fundus fuit venditus per me? decidit ibi Bar-
tol. quòd non, quia in præiudicium illius cui me-
dio tempore fuit ius quæſitum ratificatio non ſor-
titur effectum. argumento. l. ſi partem. §. 3. in fin.
ff. quemadmo. ſer. amit. l. potior, in fin. qui potio.
in pigno. habean.

103 Trigeſimoprimò quęritur, an quis† propter amicitiam repellatur à teſtificando? & cócluditur quòd non, vt no. in l. ſciendum. ff. de vſur. Bal. in l. eos. C. de teſtib. Alex. in conſ. 78. in 1. vol. eſt enim amicitia caritatiua virtus, cũ præcipiamur diligere proximos ſicut noſmetipſos, de pœni. diſtin. 2. §. item proximos.

104 †Fallit niſi propter amicitiam vnius inſurgeret odium illius contra quem teſtificatur, vt declarat Bal. in l. ſi quis, in vlt. col. C. de teſtib.

105 Secundò †fallit niſi amicitia ſit maxima, r ita vult
r Specu. in titu. de teſte in §. primo. in princip. alleg. tex. in l. latæ, de verbor. ſignific. idem tenent communiter Doctor. in c. quotiens, extra de teſtib. vbi dicunt quòd amicitia debet eſſe talis quæ non inducat ſuſpitionem corruptionis. ideo Bar. in l. admonendi. in 6. colum. ff. de iureiuran. dum quærit an amicus ſit teſtis omni exceptione maior, diſtinguit inter amicum coniunctum leui amicitia, & amicum magna amicitia coniunctum. iudex ergo arbitrabitur qualis ſit iſta amicitia, & an ſit teſtis admittendus vel ne, & ita not. in ca. oportet, de accuſatio. &
106 per glo. in c. inſinuante, extra de offic. deleg. †Notate tamen quòd ſi quis produceret teſtes plures quã duos, vtputa tres vel quatuor qui ſunt magna amicitia ſibi coniuncti, illi teſtes plenè probarent, quia numerus teſtium ſupplet defectum inſurgentem ex illa grandi amicitia, ſecundum Iacob. Butrig. in l. 3. in princip. ff. de teſtib. & idem tenet domi. Alex. in conſ. 78. in primo volum. & in conſil. 43. Incip. Viſis & ponderatis, in vlti. colum. in 4. volum. eadem diſtinctio traditur in inimico, in quo conſideratur an ſit leuis vel magna inimicitia, vt nota. in auth. ſi dicatur. C. de teſtibus.

107 Trigeſimoſecundò & vltimò quæritur, an † impubes factus pubes poſſit teſtificari de eo, quod vi-
s dit in pupillari ætate. & dicite quòd ſic. s & ita tenet glo. in §. ſed neque, Inſtit. de teſtam. glo. in l. 3. §. lege Iul. ff. de teſti. Bar. in l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de verb. ſignific. & in l. qui Romæ. §. duo fratres, de verb. oblig. Spec. & ibi Ioan. And. in tit. de teſte. §. 1. verſ. videtur quòd eſt impubes. pro quo facit quia in teſte conſideratur qualitas quæ adeſt tempore, quo teſtificatur, & non illa quæ fuit prius l. 3. §. duæ cauſæ, de Carb. edi. Accedant duæ gloſſ. no. vna in c. 1. in verbo placuit, de renun. in 6. altera in ca. apoſtolicã, in verbo promiſiſſet, de ſent. &
108 reiu. eo. lib. quæ volunt quòd ſoli Romano †Pontifici creditur non ſolùm de his, quæ vidit & percepit tempore pontificatus iuxta text. in c. à nobis, de teſtib. ſed etiam de eo & his quæ vidit aut percepit ante pontficatum. Et de illis glo. meminit Ludo. Rom. in ſuis ſing. à quo illas didici. Et iſta ſufficiant quoad iſtam quartam partem.

Additiones D. Petri de Moncada Hiſpani.

a Pro filijs. *Adde pro hoc videndum not. per Alber. Moder. in tract. de teſtib. in princip. & Iacob. Aegid. in ſuo tract. de teſti. in 9. colum. & Nell. in ſuo tracta. in verbo pater. & Socin. in regul. 319. & 419. iſtam quaſtionem limit.*
109 *†niſi aduerſarius contra quem producitur pater vt teſtis, conſentiret. quia tunc poterit eſſe teſtis, cum iſta prohibitio ſit inducta ſauore aduerſarij. ita not. Guid. de Suza in d. l. parentes. ſequuntur Socin. & Alber. Moder. vbi ſupra idem dicas † quando pater eſſet deſcriptus vt teſtis in inſtrumento* 110
inter ipſum filium & alium confecto ſecundum Bald. in d. l. patentes. & Ioan. de Pla. Chriſtoph. Por. & d. Bauer. in §. pater & filius, Inſtit. de teſtamen. in 5. & 6. colu. facit quòd infrà dicetur de fratre in apoſt. immo cautela eſt quòd in inſtrumentis teſtes ſint patentes & affines. prædicta tamen intellige quando pars contraria cognoſcebat teſtes & ſciebat illos eſſe parentes & affines, aliàs ſecus, cum non cenſeantur approbati. ita not. Angel. in l. prima. C. de teſt. de quo per Capol. in caute. incip. licet regulariter & per d. Bauer. in d. §. pater, in 7. colum. qui alleg. Imol. in l. ad teſtium. §. conditionem. ff. de teſtamen. † Item limita niſi pater eſſet in col- 111
legio, quia tunc poterit dare fabam pro filio. tex. eſt in l. ei qui. §. illud. ff. quod cuiuſque vniuer. cum l. ſequen. quem pro ſingulari allegat. Ludo. Roma. in ſing. 584. & ſic erit teſtis pro filio ſaltem approbatione. † Item lim. niſi eſſemus in ca- 112
ſu difficilis probationis, de quo per Bartolum in l. quotiens. C. de naufra. libr. 11. ſed iuxta prædicta dubitatur † an ſo- 113
cer ſit idoneus teſtis pro genero, cum iſte vicem parentis obtineat, vt eſt text. in l. quia parentis. ff. ſolu. matrimonio. & dicendum eſt quod non gloſſ. eſt not. in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib. not. Alexand. in conſi. 78. incip. In cauſa & lite. in fin. colum. in 1. volum & d. Bauer. in d. §. pater, in 8. colum. de quo tamen dic vt per Specul. in titul. de teſte. §. primo. verſi. nunquid ſocer. & per Alexan. in conſil. 198. incipien. Viſo proceſſu. in fin. colum. in 2. volum. † Item dubitatur an iſta 114
concluſio habeat locum in patre adoptiuo, de quo vide per Alber. Modern. in dicto ſuo tractatu de teſtibus in primo folio in tertia colum. † item dubitatur quid in nutritore, qui 115
etiam pater appellatur & conclude ſecundum Baldum in d. l. parentes in 2. colu. quòd durante domeſticitate, idem, dum durat iſte filius in familia nutrientis, repellitur ille pater à teſtimonio: idem econuerſo. & eum ſequitur Alberic. Modern. vbi ſupra. Ioan. de Plat. & domi. Bauer. in dicto. §. pater. iſtud tamen committitur arbitrio iudicis, iuxta l. tertiam. verſicul. in magis ſcire. ff. de teſtibus. Petrus de Moncada.

b Aetate filij. *Adde † quòd iſto caſu magis probaret* 116
ſcriptura patris vel matris quàm eorum viua vox. ſecundum Anton. de Butr. in capitu. ex literis, de tranſactio. & Domi. Hippol. de Marſil. in l. de minore. §. plurium, in ſecunda columna. ff. de quæſtio. & hoc propter labilitatem memoriæ. & nota † quòd nutrix poteſt eſſe teſtis ſuper ætate alumni 117
ſui, ſecundum Bartolum in l. de tutela. C. de in integrum reſtitutio. † qualiter autem debeat deponere ſuper ætate ad 118
hoc vt probet. vide ibi per Bartol. & Bald. & per Bartolum in l. prima. & ibi per Modern. ff. ſi certum petatur. Petr. de Moncada.

c Conſanguinei. *Idem dicas ſi dubitaretur de affinitate, vt not. in d. cap. videtur, & in ca. 1. 35. quæſtio. 6. & no. quia vidi caſum in facto hic Bononiæ in iſto propoſito, qui talis eſt: Gaius volebat contrahere cum Titia, Sempronia aſſerta mater dicta Titiæ oppoſuit quòd non poterant coniungi, eò quòd ipſa habuerat rem cum dicto Gaio, igitur vigore affinitatis non poterant copulari. ex parte Titiæ replicabatur quòd ipſa Sempronia non erat eius mater, dato quòd per annum vel biennium ipſa matrem & illa filiam appellaret: quia hoc fit ex conſuetudine, vt vetulæ iuuenes filias: ipſæ verò matres appellent. Dubitabatur in iſta quæſtione de duobus primò, an per dictũ ſolius matris aliter non probantis marito futuro negante copulam probetur affinitas matrimonij impeditiua. ſecundò, dato quòd probetur copula, an illa nominatio ſola probet filiationẽ cum tam aſſerta mater quàm filia ſint forenſes, ita quòd aliter ſaltem de præſenti probari*

non

non poteſt filiatio. circa quam quæſtionem arguam ad par-
tes relinquendo eam indeciſam, cum lis pendeat. Et primò
quoad primum, videtur dicendum quòd poſito, quòd mater
ſit admittenda in probanda affinitate, tamen cum ſit ſola &
alleget turpitudinem non eſt audienda, per textum in cap.
inter dilectos, de donatio. & in l. iuriſiurandi. C. de teſtib.
Innocen. cap. veniens, el. primo extra eod. titul. In contra-
rium tamen facit text. in cap. præterea. de ſponſal. & quod
ibi nota. Panormitanum & alij, vbi probatur quod ad dictum
vnius deponentis ſe cognouiſſe illam, quæ vult contrahere
cum ſuo conſanguineo impeditur matrimonium, non ob-
ſtante quòd ſit ſolus, item quòd eius dictum recipiatur par-
te non citata nec etiam publicetur, item quòd alleget turpi-
tudinem ſuam, quia omnia iſta tollerantur vbi agitur de
peccato impediendo & de ſalute animarum: eò maximè
quòd in iſto caſu tractatur de modico præiudicio: nam quòd
iſti contrahant nec ne, non eſt magnum inconueniens, igi-
tur ita dicendum eſt in caſu noſtro. Et hoc procedit quan-
do aſſerta mater aſſeueraret, maritus verò futurus negaret,
quia ſi confiteretur, tunc non eſſet dubium niſi ſuper nomi-
natione tantùm. Circa ſecundum dico, quod videtur quòd
iſta nominatio non arguat filiationem propter prædictam
conſuetudinem, argumento. c. illud, de præſumption. ibi de
119 more illarum quæ panes vendunt. in contrarium facit, †
quia habita fuit et reputata vt filia per dictam Semproniam
& à vicinia, quo caſu probatur filiatio vt in cap. per tuas, de
proba. & in c. ex tranſmiſſa, qui filij ſunt legit. & per Alexa.
in conſilio incipien. Viſo & diſcuſſo. in prima & ſecunda co-
lum. vol. 1. cum concord. de quibus ibi. ſuper quibus omnibus
cogitabis, iſta pro nunc ſufficiant breuitatis cauſa. Petrus de
Moncada Hiſpanus.

d Ioannes de Imola. Adde quòd eum refert & ſe-
quitur Alberic. Modern. in ſuo tractatu de teſtibus in prima
char. in ſecunda columna. Ego verò intelligo iſtud dictum
Ioan. de Imo. eſſe verum, quando pater & mater eſſent val-
de honeſti, quia tunc ſtante diſparitate inter contrahentes
poterunt teſtificari ſecundum Ioannem Andream poſt anti-
quos in dicto capitul. ſuper eodem, & Alexand. in conſilio
154. incip. Viſo themate, in ſecunda colum. in quinto volu-
mine. nam aliàs eo ſolo quòd adoleſcens deperibat amore
vnius ruſticæ non propterea parentes dictæ ruſticæ erunt ido-
nei teſtes ſtante diſparitate. quia qualitas quæ reddit pa-
rentes habiles ad teſtificandum pro filijs debet eis ineſſe, vt
patet ex mente Doctor. in dicto cap. ſuper eo. Petrus de Mon
cada Hiſpanus.

e Differentia. Adde tu pro vera intelligentia huius dif
ferentiæ nota. per Angel. & Paul. de Caſtr. in d. l. qui teſta-
mento. §. quencunque. & ſcias quòd Alberi. Modern. in ſuo
tractatu de teſti. in 1. charta in tertia col. indiſtinctè tenet
quod ſiue pater agat procuratorio nomine ſiue filius, neuter
ipſorum eſt idoneus teſtis in cauſa per alterum agitata, pro
quo vide etiam no. per Angel. Aret. Chriſtopho. Por & dom.
Ant. Bauer. in §. pater & filius, Inſtit. de teſtam. Petrus de
Moncada.

f L. quæſitum. An iſta lex habeat locum in procura-
tore vel in tutore tantùm, vide ibi no. per Bal. Pau. de Caſtr.
Alex. & Iaſ. poſt Guil. & Ray. Petrus de Moncada.

120 g Quòd lic. Limi. iſtam concluſio. † niſi frater haberet
bona communia cum fratre, quia tunc videretur teſtificari
in cauſa propria. ſecundum Specu. in titu. de teſte. §. 1. verſic.
ſed nunquid frater. & Domi. & Præpoſi. Mediol. in ſumma
& in c. conſanguinei. 3. quæſtio. 5. in fi. colum. & Ant. de But.
& Ioan. de Ana. in cap. cum oporteat; de accuſa. Feli. in cap.
literas, de præſumpt. in 2. colum. & in c. in literis, de teſtib. in
pen colum. d. Hippol. de Marſil. in l. 1. §. ad quæſtionem in 2.
col. ff. de quæſtio. domi. Anto. Bauer. in § pater & filius. in 8.
colum. Inſtit. de teſtamen. † item limit. niſi ambo fratres eſ- 121
ſent in patris poteſtate conſtituti ſecundum Bald. in l. 1. in 2.
colum. C. de epiſcopis & cler. & Felin. in d. c. cum oporteat,
in 3. col. † an iſta concluſio habeat locum in fratre naturali 122
vel ſpurio, vide no. per Imol. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. in
vlt. col. in princ. ff. ad treb. Pet. de Moncada.

h Probationis. Adde Socin. in tract. fall. in 2. reg. in 61.
fallen. Pet. de Moncada.

i Tertiò fallit. Adde quòd iſta conclu. † fallit etiam 123
quando frater eſſet inſtrumentarius rogatus ab vtraque par-
te, quia tunc eſt teſtis idoneus & omni exceptione maior ſi
aliàs non obſtant, ita not. Bald. l. parentes. C. de teſtib. in pri-
ma colum. & Anton. de But. Panorm. & Imo. in cap. ex lite-
ris, de tranſact. Alber. Moder. in ſuo tracta. de teſtib. in 1. fol.
in 4. colum. & omnes alij de quibus in 2. ſuprà proxi. apoſt.
idem dicas quando non fuit oppoſitum per partem contra
fratrem adductum in teſtem ſecundum Baldum in l. ſi quis
teſtibus in 3. colum. C. de teſti. vbi dicit quòd iſtud procedit
in exceptionibus inductis in fauorem partis, ſecus in his quæ
ſunt introducta in odium ipſius teſtis, vt in exceptione excom
munic. vel banni. idem tenet Iaſo. in l. certi conditio. §. quo-
niam. ff. ſi certum petatur, & dom. Ioan. infra in octaua par-
te huius tractatus in tertia conclu. dicit † tamen Bald. vbi 124
ſuprà quòd cauti aduocati proteſtantur in principio ſaluas
fore exceptiones contra perſonas & dicta teſtium, quia per
talem proteſtationem reſeruatur ius opponendi & excludi-
tur tacitus conſenſus. argumento. l. ſi filius ff. ad Macedonia-
num. & hæc vera quando teſtes producuntur contra præſen-
tem, ſecus ſi contra abſentem, quia abſens non intelligitur
conſentire ſecundum not. per Cyn. in authen ſi dicatur. C.
eod. titu. de teſtibus. & ſupradicta intellige, vt ſupra dictum
fuit in patre. & nota † quòd licet teſtes inſtrumentarij cen- 125
ſeantur approbati reſpectu ipſorum contrahentium, non ta-
men ſunt approbati reſpectu notarij de inſtrumento rogati.
& propterea ſi notarius eſſet accuſatus de falſo teſtes inſtru-
mentarij qui aliàs non potuerant deponere contra eum, non
poterunt deponere nunc tanquam approbati: quia licet ſint
à partibus approbati, non tamen à notario, cum actus non fiat
ad eius petitionem. item not. Alex in conſi. 70. incip. Viſo pro-
ceſſu inquiſitionis. in 4. col. in primo volum. & d. Bauer. in
§. pater, Inſtit. de teſtamen. in 7. colum. Petrus de Moncada
Hiſpanus.

k Collateralem. Adde dom. Hippo. de Marſi. in ſing.
153. incip. Affinitas. & de iſto ſing. meminit moderniſſimus
Stepha. Aufred. in ſuo tractatu de reprobationib. teſtium in
verbo affinis. Petrus de Moncada.

l Verior. Immo iſta videtur communis ſecundum quod
not. Bald. Angel. & Alexand qui plures allegant in l. ſi cum
dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matrimonio. & in l. ſed & ſi quis
in princip. ff. ſi quis cautio. & ibi etiam Iaſo. & per Alber.
Modern. in ſuo tracta. de teſti. in 2. fol. in 1. column. & per
Ful. in conſil. 1. & Franciſcum Aret. in conſil. 121. & Angel.
Aret. & domi. Bauer. in §. pater, Inſtitu. de teſtamen. & d.
Hippo. in l. 1. §. ad quæſtionem, in 2. column ff. de quæſtionib.
& quod dicitur in vxore habet † locum in ſponſa & econ- 126
uerſo, vt no. d. locu. † ſed nunquid erit idē in amaſio et ama- 127
ſia, quòd in vxore & marito: † & concubinario & concubi- 128
na. & videtur quòd non, quia iſti non reperiuntur prohibiti
& edictum de teſtibus eſt prohibitorium. l. 1. ff. de teſti cap. 1.
eodem titu. extra. igitur poterit vnus pro alio teſtificari. con-
trarium tamen eſt verum, & ita not. Cyn. in l. 2. C. de te-
ſtib. vbi dicit quòd amaſii & mariti qui nimis ardent magis

conſueuerunt expaueſcere & timere minas amaſiarum &
vxorum quàm probatiſsimorum virorum. & in amaſio cer-
tum eſt quòd fas atque nefas pro amaſia committeret, iu-
xta text. in l. 2. §. et cum placuiſſet. ff. de rig. iur. ibi capti q;
amore virginis omne fas atque nefas immiſcuiſſe. per quem
text. dicit ibi Bald. quòd amor puellarum ſubuertit rectum
iudicium, facit pro hoc tex. in auth. quib. mod. natur. ef-
129 *ficiun. legi. in §. illud qui dicit † quòd nihil eſt furore amoris*
vehementius, quem retinere philoſophia eſt perfecta. & di-
cit ibi glo. quòd amor appellatur furor. & quemadmodum
furioſus non ſentit ita nec amoroſus. item dicit quòd ſimilis
eſt ebrio. nimirum ergo ſi non admittitur amaſius pro ama-
ſia & econtra. nam ratione amoris veritatem peruerterent,
& iſtam opin. in proprijs terminis tenet dom. Bauer. in d. §.
pater, in 14. columna notabis etiam tu iudex ne amor puel-
larum ſubuertat iudicium tuum rectum, quia nō ſolum ma-
nus tua à pecunia lucro debent eſſe continentes, ſed etiam
oculi à libidinoſo aſpectu, iuxta not. per Ioan. And. in c. quo-
rundam, de elect. libr. 6. in nouel. quod tene perpetuo menti.
Pet. de Moncada.

m Honeſta. *Adde Alber. Moder. in tractatu de teſtib.*
in 3. fol. in prima colum. Angel. Chriſtophor. Porc. & domi.
Bauer. in §. pater, Inſtit. de teſtamen. domi. Hippol. de Mar-
ſil. in l. prima. §. ad quaſtionem in quinta colum. ff. de quae-
ſtionibus. & in ſingul. 5. incip. regula eſt, & dixit Roma. con-
ſil. 68. incip. Viſis &c. quod compromiſſum poteſt fieri in fa-
miliarem vnius ex compromittentibus quando eſt honeſta
perſona, ſecus verò quando familiaris eſſet vilis conditionis
130 *& abiecta. exemplificant Doctor. † in famulis ſcholarium,*
131 *cerdonum & ſimilium, vel † in biruarijs, qui nō poterunt te-*
ſtificari pro poteſtate in ſyndicatu ſecundum Baldum in d. l.
2. & Alexan. in additio. ad Bartol. in l. tertia. ff. de teſtibus.
& Alber. Moder. vbi ſupra in 2. fol. in prima colum. qui di-
cit quod hoc procedit durante familiaritate, aliàs propte-
rea quod aliquis fuerit biruarius non eſt detrahendum eius
teſtimonio, intellige prædicta prout in d. locis nota. & vltra
vide Stepha. Aufrer. in tractatu de teſti. reproba. in verbo
132 *Biruarius. tu dic † quod an aliquis ſit vilis conditionis nec ne*
relinquitur arbitrio iudicis, iuxta not. per Bald. in l. Grac-
chus. C. de adulter. & Alexa. in d. l. 3. de teſtibus. & in l. 1. §.
ſi ſeruus. ff. de quaeſtionibus. & Lanfran. de Orta. in cap. quo-
niam contra falſam, de probationibus. in verbo teſtium de-
poſitiones verſi. quid de biruarijs. eo maximè quod ſecundū
Ioan. And. in additio. ad Spec. in titu. de teſte. §. primo verſi.
133 *item artifex. † per generalem conſuetudinem introductum*
eſt vt teſtes non repellantur propter artificium, vilitatem,
vel ignobilitatem, quòd ſit forenſis vel ignotus &c. dummo-
do non ſit ſeruus vel familiaris producentis. Et nota quòd ad
134 *hoc † vt teſtes familiares repellantur, non ſufficit dicere*
quòd ſunt familiares aduerſarij ſimpliciter, ſed debet expri-
mi cauſa familiaritatis, & qualis ſit, iuxta not. per Hoſtien.
& Ioan. Andr. poſt glo. in cap. inſinuante, de offic. deleg. &
Alexan. in conſi. 154. incipien. Viſo themate in ſecunda co-
135 *lum. in quinto volum. item debet † eſſe familiaritas magna*
non modica & extranea iuxta. not. per Bal. in l. 1. C. de Epi-
ſcopis & cler. & dom. Bauer. in d. §. pater, in 10. colum. &
136 *ſcias † quòd in omnibus caſibus in quibus domeſtici admit-*
tuntur intelligitur etiam de conſanguineis & de fratribus et
ſororibus & vxore, nam appellatione domeſticorum veniunt
iſti propriè in materia teſtium ſecundum quòd not. per Doc.
in d. c. in literis, & in l. præſenti. §. pen. in verbo domeſticos.
C. de his qui ad eccle. confug. not. Alexan. in conſi. 166. incip.
137 *Animaduerſis, in 10. colum. in ſecundo volum. † ſed quid in*
domino pro ſuo familiari. Salic. in d. l. ſecunda. Felin. in d. c.
in literis, & domi. Bauer. in d. §. pater, concludunt quòd ſic,
niſi eſſet vilis conditionis, & aliàs non honeſta perſona. idem
tenet Stephanus Aufrer. in tracta. de teſtium reprobatio. in
verbo damnatus in 4. columna in fin. dicit tamen Felin. vbi
ſuprà quòd non erit teſtis omni exceptione maior. & hoc di-
cit ſentire Bart. in l. idonei. ff. de teſt. dum allegat c. cauſam
quæ, de offic. deleg. ego credo quòd hoc pendet ab honeſtate
ipſius domini, nam ſi eſt honeſta perſona & legalis, erit teſtis
omni exceptione maior ſaltem vt eius teſtimonio in nihilum
detrahatur, quæ omnia iudicis arbitrio reſeruantur. Petrus
de Moncada.

n Salarium. *Adde domi. Hippol. de Marſil. in l. 1. §. ad*
quaſtionem, in prima colum. & in §. idem numero, in ſecunda
colum. ff. de quaeſtionibus. & in ſingul. 5. incip. Regula eſt &
intellige de ſalario extrinſeco. & ſic de mercede vltra ex-
penſas, quæ communi conſuetudine attenta omnibus dan-
tur. ſed tunc dubitatur, pone quòd extat ſtatutum in ciuitate
te prout eſt hic Bononiæ quòd famulus ſimpliciter abſque ſa-
larij expreſſione aſſumptus nullum ſalarium poſſit à domino
petere, ſed intelligatur ſeruire pro expenſis tantum, impute-
tur ſibi qui non petijt ſalarium & ceram teſtibus, vt dominus
conuinci poſſet, nunquid iſte familiaris poſſit teſtificari pro
domino? & videtur opinio. Specu. attenta quòd ſic, quia iſte
nullam mercedem à domino conſequitur, ergo in contrarium
facit primò mens ſtatuti æquiparat ſeruientem pro expenſis
tantum ſicut cum mercede, patet, quia non minus eum re-
putat domeſticum & familiarem, ſicut illum qui mercedem
recipit. ſolùm interpretatur contra eum, vt non poſſit petere
ſalarium ſi non probauerit fuiſſe ei promiſſum cum potuerit
cautius & apertius negotiari. Secundò facit doctrina Ioan.
Andr. in additio. ad Specu. in §. primo. verſi. item excipitur,
† vbi vult quòd illi qui ſtant in domibus aliquorum pro ex- 138
penſis tantùm dicuntur domeſtici, & non ſunt idonei teſtes.
& illum ſequitur Alberic. Modern. in tracta. de teſtib. in 3.
fol. in prima colum. & Felin. in cap. in literis, de teſtib. in ſe-
cundo not. pro qua opin. facit text. in c. ſi. de verborum ſigni-
ficatio. libr. 6. vbi probatur quòd illi qui tantùm expenſas à
domino conſequuntur, dicuntur eius domeſtici & familia-
res, igitur & ſi abſque ſalario ſeruiant, non erunt idonei te-
ſtes tu dicas quòd hoc eſt relinquendum arbitrio iudicis vt
not. in prædictis locis. † & prædicta procedunt in familiari- 139
bus dominorum, non autem in familiaribus cerdonum & ſi-
milium qui ſolùm in apothecis aſſiſtunt & mercedem ſecun-
dum operas recipiunt vt de in inſtitoribus & famulis
apothecarum. de quibus vide per Alexan. in additio. ad Bar.
in l. teſtium. in fine princip. ff. de teſtib. An autem ceſſante
prædicto ſtatuto famulus ſimpliciter aſſumptus ſine ſalarij
expreſſione poſſit agere contra dominum, vt vltra expenſas
det ſibi aliquam mercedem. vide Federic. de Senis in conſil.
218. in titul. de locato, quod didici à clariſſimo. I. V. Monar-
cha. domi. Carolo Ruino. Regien. præceptore meo plurimum
obſeruando. Petrus de Moncada.

o Familiaris. *Intellige hoc verum † niſi in fraudem* 140
fuiſſet expulſus & licentiatus. ſecundum Panorm. & Felin.
in cap. in literis, de teſtibus. Ioan. de Plat. Angel. Are. & do-
mi. Bauer. in § pater, Inſti. de teſtamen. † quid autem econ- 141
tra ſi tempore depoſitionis eſt familiaris, tempore verò con-
tractus non erat qualiter probetur iſta ſcam, vide ibidem.
† quid autem in mercenario, & in emphyteota, & in colo- 142
no, & in liberto, & in aſcriptitio vide per Alber. Modern.
in ſuo tractatu de teſtibus. in tertio fol. in prima columna.
† quid autem in adminiſtratore bonorum meorum. vide Ful- 143
go. in conſi. 174. & per Felin. in cap. inſuper de teſtib. Petrus
de Moncada.

Nemo.

p Nemore. *Adde Bald.in l.parentes,in fin.C.de teſtib.
& Alber.Modern.in ſuo tracta. in 9.fol. in prima colum. &
Franciſ.Curt.in tracta.de teſtibus. in tertia concluſi. Ioan.
de Pla.& Angel.in §.vniuerſitatis, Iuſtit.de rerum diuiſio-
ne.Stepha.Aufrer. in ſuo tracta. de teſtium reproba. in ver-
bo teſtes inhabiles in ſecunda columna. vbi plura accumulat*
144 *circa iſtam quæſtionem.† nota tamen quòd licet homines de
vniuerſitate iſto caſu non poßint eſſe teſtes, tamen familia-
res ſingulorum bene poſſunt eſſe, ſi aliàs ſint honeſtæ perſo-
næ.ita dicit Roma.in conſilio ſeptimo incipien. Viſis, quem
refert & ſequitur dominus Antonius Bauer. in §.pater, In-
ſtitu.de teſtamen.in decimaſexta columna. Petrus de Mon-
cada Hiſpanus.*

q Glo.not. *Adde quòd iſtam gloſſ. valde ad hoc ex-
tollit Soci.in regul.442.in 3.fallen. in fine allegat Roma.in
l.ſi conſtante.ſoluto matrimonio dicentem illam eſſe ſingula.
& idem dom. Ioan. Crotus ibi in ſua repetitione in decima-
ſexta colum.dicit quòd illa glo. eſt communiter approbata,
quamuis eam impugnet iiſdem rationibus quibus hic. Ego
verò aliàs dicebam quòd illa glo.rectè intellecta et relata ad
text.loquitur in caſu ſpeciali,ſcilicet in teſtibus adhibitis in
inuentario in quibus requiruntur duo vel tres qualitates quòd
ſint fide digni,& quòd poßideant ſubſtantiam,& quòd opti-
mæ opin.exiſtant,copulatiuè omnia requiruntur in illo caſu.
non ſic in aliis cauſis ciuilibus cum lex vltra non procedat
prout facit ibi.Nimirum ergo ſi glo. dum exponit verba tex.
quod poßideant ſubſtantiam,dixit, id eſt, quòd tantum ha-
beant quantum eſt illud ſuper quo poteſt eſſe quæſtio.eſt ergo
ſpeciale in teſtibus adhibitis in inuentario propter maximum
periculum falſitatis quod imminet, qua ratione multa alia
requiruntur,de quibus per Bart. in d.§.huic nobis. Non po-
teſt ergo argumento ex illa gloſſ. quoad alias cauſas ciuiles
per rationes de quibus hic per domi.Ioan.& per text.in re-
gul.in argumentum,de regul.iur.lib.ſexto. cogitabis tamen
propter auctoritatem tantorum Docto. eam ſequentium.&
dum dominus Ioannes dicit filiusfa.de iure digeſtorum &c.
Dic quòd illo iure inſpecto ſi pater erat diues,filius non po-
terat dici pauper,nec vt talis repelli, cum etiam illo iure pa-
ter & filius reputentur pro vna & eadem perſona.text.eſt
& ibi expreßè notat Panormitanus & Felin.in cap.primo de
magiſtr. vbi probatur quod diuitiæ patris faciunt filium re-
putari pauperem, cum pater teneatur alere filium & alia
neceſſaria ei præbere,vt in l.ſi quis à liberis.ff.de liberis agno-
ſcendis.Petrus de Moncada.*

Concludo quod non. *Adde tu pro vera intelligen-
tia not.per Bald.in l.omnibus.C.de teſti. & in l.dictantibus.
C.de teſtam. & per Bart.in l.deferre.§.idem decreuerunt.
ff.de iure fiſci.et Panorm.& alios in c.inſuper,de teſtib. An-
gel.& dom.Bauer.in §.pater. Iuſti.de teſtamen. Alber.Mo-
der.in ſuo tracta.de teſtib.in 6.fol.column.3.& 4.Lanfran.
in c.quoniam contra falſam, de proba.in ver.teſtium depo-
ſitio.do.Hippol.de Marſil.in l.1.§.idem numio.ff.de quæſtio.*
145 *† an autẽ iſtud procedat in procuratore ad negotia,& quid
ſi procurator erat reuocatus,vide in d.locis. & quod dicitur
hic de ſolicitatore intellige procedere quando eſſet cõſtitu-
tus à domino principali cauſa & ſalariatus,ſecus ſi fuit de-
putatus à procuratore cauſæ, quia tunc poterit eſſe teſtis.eò
quia ſocius ſocii mei non dicitur ſocius meus.l.ſocius.ff.de re-
gu.iur.l.nam ſocii.ff.pro ſocio, ita concludunt Do.de Rot.in
deciſi.149.incip.item quòd ſolicitator. in nouißimis, & An-
to.de Butr.in c.cum à nobis.de teſt. & etiam Felin.in pen.co-
lum.idem tenet Alexand. de quo mentionem non facit Fe-
lin.in conſil.78.incip. In cauſa & lite vertente, in 2.colum.*
146 *in primo volum.† quid autem ſi eſſet aduocatus cauſæ vide
text.in l.fin.ff. de teſtib. quem intellige & limi.vt in ſupra-
dictis locis,& vide quæ not.per Stepha.Aufrer in tracta.ſuo
de teſtium reproba.in verbo adhærentes. quem omnino vide*
† quid in iudice & arbi. vide tex.in ca.ſtatutum.2.quæſt.6. 147
*& in c.dilecto,de teſti.& c.inter dilectos, de exceſ.præla.&
in c.fin.de teſti.lib.6.& per Cyn.& Bal.in l.ne in arbi.C.de
arbi.latè per Alber.Moder.in tractatu ſuo char.vbi ſupra,et
Nellum in tracta.de teſti.in verbo Iudex.& domi.Hippo.de
Marſi.in ſing.197.incip. Quoad hoc,& Stepha.Aufre.in d.
tract.in verbo affinis.in ſecunda colum.vbi etiam ponit quid
in aſſeſſore. & in eodem tract.in verbo idonei in 3.colum. An
arbitrator poßit eſſe teſtis in cauſa reductionis,vide Cardin.
conſil.144.incip. In Chriſti nomine quem allogat Felin.in
d.cap.cum à nobis.† quid in executore iudicis an poßit eſſe* 148
*teſtis coram iudice de per eum geſtis vide glo.iuncto textu.in
§.teſtes.4.quæſtio.3. † Quid autem in notario, vide not.per* 149
*Ioan. Andr.in cap.quoniam contra falſam,prææalleg.& in
regu.cum quid,de regul iur.lib.6.in mercu.& Philip.Fran.
in d.cap.fin.de teſtib.libr. 6.poſt alios.ſecunda column.&
concluſio eſt, quòd notarius poteſt eſſe teſtis ſuper eo quod
ipſemet ſcripſit quoad probationem facti, id eſt quòd ipſe
ſcripſerit,in l.ſi quis decurio.C.de fal.nõ autem vt talis ſcri-
ptura eius teſtimonio iuuetur, iuxta not per gloſſ.ſing.in l.
hac conſultißima.§.ſi.vbi Bal.C.qui teſtam face poſ pro quo
faciunt not.in l.Domitius.ff. de teſta.& in l.ex ſententia ff.
de teſtam.tut.& per Bal.in l.iuriſiur.C. de teſti. Petrus de
Moncada.*

ſ Dicite quòd non. *An iſta conclu. habeat locum in
contractibus & in maleficiis & quaſi contractibus, vel ſo-
lùm in iudiciis,vide not.per Bart.in l.quoniam.C. de hæret.
& per Alex.in 1.conſtit.digeſtorum in verbo in iuramento.
nec obſt.ſi diceretur, æqualitas eſt ſeruanda in iudiciis.c.2.
de mut.pet.ſed non ſeruatur ſi admittimus Chriſtianos con-
tra Iudæos & non econtra. quia reſpondetur, illa reg.proce-
dit circa perſonam actoris & rei,non circa perſonas teſtium
& aliorum in iudicio exiſtentium.gloſſ.eſt in cle.1. de teſtib.
in verbo iuri. nam ſequeretur quod fide dignus qui non re-
cipit contra ſe criminoſum vel excommunicatum in teſtem
non poſſet ipſe contra illum recipi.& illam glo. dicit ibi ſing.
Card. & Ant.de Butr.vt ibi refert Io. de Vno. dicit non eſſe
alibi.illã etiam ſequitur Io.de Imo.in d.c. Iudæi.& illam gl.
no.pro limi.dicta regula.† An autẽ in caſibus in quib.Iudæus* 151
*poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianum debet iurare ſuper euan
geliis vel ſuper legem ſuam, vide Imo.in d.clem.1.& Bart.
Alex.& Moder.in l. ait prætor.§.iurauì.ff.de iureiuran la.
prima.& ad id quod dicit de Iudæo nuper ad fidem conuer-
ſo,vide not. per Felin. in cap.cauſam, de reſcriptis. & domi.
Hippol. de Marſil.in l.1.§.præterea, in ſecunda colum.ff. de
quæſtionib. & in ſingul.107. incip. priuilegium,& in ſingul.
275.incip.notißimum.& in ſing.41.incip.Iudæus. Petrus de
Moncada.*

t Communis concluſio. *Adde Iaſo.in repetitione l.
admonendi.ff.de iureiur. in 87.colum. & not.† quòd in fa-* 152
*ctis antiquis, excedentibus hominum memoriam fama plenè
probat.ita no.Bald.in auth.quas actiones.in fin.C.de ſacro-
ſan.eccl.& in l.cum ſuper.C.de rei venditione.& Pan.Imo.
& Felin.in c.cum cauſam. de probationib. & Pan.in cap.li-
cet ex quadam,de teſtibus. Alexand.in conſil.25.incip. Viſis
& ponderatis,in quarto volum. Socin.in reg.278.in ſeptima
fallen.& in reg.ſeq.d.Ioan.infra in ſeptima parte in ſi.primi
requiſiti. ideo † dixit Bald.in l.conuenticulam, in pen.co-* 153
*lumn.C. de epiſcopis & clericis. quòd Papa poteſt per com-
munem famam probare ſe eſſe directum dominum ciuita-
tum eccleſiæ licet dominium non probent per inſtrumenta.*

ſequitur Roma.in l.ſecunda.§. idem Labeo,ff. de aqua plu-
uia arc.quod autem dicatur tempus antiquum dic vt infra
154 per d.Ioan.nu.241. †item quando agitur de probanda mor-
te,ſecundum Cyn.& Bartol.in l ſi quidem.C.ſoluto matri-
monio.pro quo tamen vide nota.per Bart.in tract.de teſte in
verbo mortuum hominem.& in tractatu.qualiter probetur
mors.& Docto.in c in præſentia.de ſponſ.per Bar.in l.ſecun-
da.§.ſi dubitetur.ff.quemadmodum teſtamen.aperian.&
in l.quotiens.C.de naufrag.libr.11.& Bald.in d.l.conuenti-
155 culam.& nota † quòd iuſta cauſa ſeu iuſta probatio mortis
eſt,ſi probatur bellum militem intraſſe qui modo non repe-
ritur,vt eſt text.& ibi Bar in l.fin.§.fin ff. de his qui not in-
156 fam. † & plures caſus in quibus fama plenè probat, vide per
Felin.in d.cap.veniens,& Iaſo.vbi ſupra.notabis tamen duo
in iſta quæſtione.primum eſt, quòd & ſi fama ſemiplenè pro-
157 bet in ciuilibus ſicut vnus teſtis, † non tamen probanti per
famam defertur iuramentum in ſupplementum probatio-
nis.ita not.Bald.in c.fin.de iureiuran. Socin.in reg.2. in 76.
fallen. & ratio eſt, quia ille cui iuramentum defertur,de-
bet habere notitiam illius rei certam,ſed notitia per famam
non eſt certa,vt eſt glo.& ibi Bal in penul.colum.in l.bonaſi-
dei.C.de rebus cred.ergo &c.& ideo dum do.Ioan.infra al-
leg.dictam glo.ad effectum contrarium, dicas quòd bene al-
leg.attenta opin.quorundam,recitata per gloſſ.tamen eam
158 non tenet glo.nec Doct. vt per Bal.ibi. † ſecundum eſt quòd
teſtibus deponẽtibus de bona fama magis creditur quàm de-
ponentibus de mala, etiam ſi ſint numero plures, ita Cardi.
in cap.tua,deſpon.in fin. Franc.Cur.in tracta.de teſt.in 48.
conclu. Petrus de Moncada.

u Et famam. Sed circa iſtud not.dictum dubitatur de
159 pulchro dubio † an poſſit ſimiliter probari per illoſmet teſtes
per quos fuit probata veritas, vel ſit neceſſe adhoc vt habeat
locum dictum Bald.quòd probetur per alios.& videtur pri-
ma facie dicendum quòd requirantur alij ne videantur
ijdemmet ſuper vno facto dupliciter deponere. contrarium
tamen eſt verum, quia ipſimet teſtes qui depoſuerunt ſuper
mera veritate,poterunt etiam deponere ſuper fama,nec erit
vnum factum,ſed potius diuerſum,ita no.tenet & latius de-
clarat Socin.& ſequitur etiam Iaſ.in l.Gallus.§ille caſus.ff.
de liber.& poſthum.in fin colum.& hoc per not.Doct. Bald.
ibi dicentis quòd ſi per vnum teſtem probaui veritatem.&
per illummet cum alio probo famam, quòd iſtæ probationes
coniunguntur,& ſit efficax probationi in ciuilibus.ſecun-
dum gloſſ.in l.tertia §. idem diuus.ff. de teſtib. iſtud dictum
dicit Alexand.ibi eſſe mirabile,& alibi non reperiri,ipſe ta-
men putat illud non eſſe verum.mouetur tribus fundamen-
tis,de quibus ibi per eum in fin tamen commendat illud pro-
pter auctoritatem Bal. & dicit vidiſſe partes ſuper hoc du-
bitaſſe Socin.tamen & Iaſ.ſequuntur Bald.& ad rationes
Alexan.reſponde vt ibi per eos.quod eſt menti tenendum in
practica.Petrus de Moncada.

x Inditium. Adde Alex in conſi.5.incip. in caſu inqui-
ſitionis,in 2.colum.in 1.volum. Bal.in l.1.C.ex quibus cauſis
infam.irrog. Felin.in c.veniens,el.1.de teſti.in 1.colum.& in
c.cum oporteat.de accuſ.in 7.colum. do.Hippo. de Marſil.
cum multis concord.in ſingu.97.incip. Fama ſola,vbi etiam
dicit iſtam eſſe communem opin Eam tamen limitat in duo-
bus caſibus. Primò niſi eſſet vehemens prout hic per domin.
Ioan.alleg. Bart.in conſ.191.incip. Domino pact.quando fa-
ma dicatur vehemens dic quòd relinquitur arbitrio iudicis
ſecundum Bar.vbi ſupra. Secundò limitat niſi fama habuiſ-
ſet ortum ſeu originem ab honeſtis perſonis, ſecundum Bald.
in c.1.§.item ſi vaſallus,de controuer.inueſtit.in vſib.feud.ad
argumentum do.Ioan. reſpondeo. diſtinguendo,aut ipſe in-
tellexit de fama vehementi prout videtur ſentire allegan.
Bal.& tunc verum dicit,vt ſupra dictum fuit.aut intellexit
de fama non vehementi, & tunc ſalua pace non rectè loqui-
tur.quia negatur quòd probanti per famam deferatur iura-
mentum, dictum fuit in proxima apoſti. dato tamen quod
eſſet,dico quod argumentum de ſemiplena probatione in ci-
uili ad criminalem, non eſt bonum. per regulam de qua ſu-
pra per eundem.d.Ioan. in proxima parte in 4.q.in 3.fallen.
vbi dicitur quòd ſemiplena probatio in ciuilibus,ſolum facit
indicium in criminalibus, igitur de ſemiplena probatione in
ciuilibus ad indicium in criminalibus nõ erit bona argumen-
tatio. præterea ſcis quare vnus teſtis integer facit indicium
ad torturam, quia deponit de ipſo maleficio & de re certa.
ita Bar.& alij in d.l.fi. de quæſt.non ſic eſt in fama vt dictũ
fuit in prox.apoſt.igitur arg.d.Ioan.non habet obſtare com-
muni opi.Petrus de Moncada.

y Patrem. Adde hic vnum dictum Alber.de Ro in l.eum
qui per illum ex.C.de epiſco.& cler.quem refert Felin.in c.
afferte,de præſumpt.in 2.colum.& do.Hippo.de Marſil.in l.
ſi inauditum.ff.ad l.Corne.de ſicar & in ſing.160 incip.Pa-
ter & filius qui dicit † quod ſi filius verberat patrem,vel pa- 160
ter ſtuprat filiã.nec ille pater nec ille filius præſumitur.quod
eſt ſingulare verbum.in propoſito ergo.nimirum ſi tantum
ſcelus quod filius percuſſerit patrem aut matrem probatur
per ſolam famam. erubeſcit enim lex caſtigatè res filios ge-
nitoribus ſtatuere, dicit tex.in auth.de nupt.§.ſed quod ſan
citum,colla.4.Petrus de Moncada.

z Priuata. Intellige de ſcriptura priuata quando con-
tenditur de hypotheca cum alio habente inſtrumentum pub-
licum.ſecus videtur in alia ſcriptura priuata ſecundum Ale-
xand.in addit.ad Bald.in d l.ſcripturas.& dicit domi.Phi-
lip.Decius in l.fœmina.ff.de reg.iur.in 6.colum quod non eſt
recedendum ab opin.Bald.quamuis Feli.in c.quoniam & in
c.licet vniuerſis, de teſti.& in c ſecundo in 2.colum. de fide
inſtrumen.& Iaſ.in l.1.ff.de legi.& in l. hac conſultiſſima.
C.de teſtamen.tenuerint contrarium,nam cum d l.ſcriptu-
ras requirat teſtimonium trium virorum apparet.quod cum
miniſterio illa verba prolata ſint ,ideo poſtquam lex vltra
proceſſit exigendo teſtes maſculos in illo caſu non eſt rece-
dendum à proprietate verborum , maximè cum l.ibi ve-
lit fraudibus prouidere. non obſt.text.in dicto cap. licet, dum
dicit virorum &c. qui non excludit mulieres. quia illud eſt
ſecundum regulas iuris communis, hic ſumus in caſu ſpe-
ciali,ergo & ita etiam reſpondetur ad alia adducta.† Iſtam 161
concluſionem limita etiam in feudis in quibus mulier non
poteſt eſſe teſtis. text. eſt & ibi not. Bald.& Mart.Lauden.
in cap primo in fine qui teſtes ſunt neceſſa.ad proban.nota
inueſtit.ſequuntur hi de quibus ſuprà. Limita etiam vt per
Bal.poſt Innocen.in cap.cauſam,de probat. † vbi dicit quod 162
licet mulieres peritæ admittantur ad probandam virginita-
tem,tamen iſtud non eſt verum ſi non ſint diſcretæ & hone-
ſtæ, quamuis ſint peritæ & etiam nobiles naturali origine,
ratione de qua per eum.ſequitur Felin.ibi in fin col. Petrus
de Moncada.

a Glo.in l.3. Adde not.in l.cunctos populos.C.de ſum-
ma trin.& in l.3.in princ.ff.de teſtib. & in cap.teſtimonium.
eod tit.extra de infam.verſ.infamia iuris. vide text.in l.3.
§.lege Iulia ff.de teſtib. & in cap.teſtimonium.eodem titu-
lo extra.Petrus de Moncada.

b Docto. Tu de iſta quæſt. vide per Alber.Modern.in
tract.de teſt.in 1.fol.in 3.colum. & Fran.Curt.in ſuo tracta.
de teſt.in 30.conclu. & Alexand.in conſil.186.inci. quoniam
abundè.in 2.col.in 2.volum.& Feli.poſt Ioan.And.& Aret.
in cap.cum nuncius,de teſti. Step.Auſſer.in ſuo tract.de teſt.
reprob.

*reprob. in verbo partim. in 1. col. et ex prædictis deciditur quæ-
ſtio not. an ſacerdos qui recepit aliquem ad pœnitentiã poſ-
ſit pro eo teſtificari cum ipſe ſimiliter ſit pater ſpiritualis, ſi-
cut ſi ipſum baptizaret vt eſt text. in c. omnes quos. 30. q. 1.
Petrus de Moncada.*

c De euictione. *Adde Alb. Mod. in trac. de teſti. in 7. fol.
col. 3. & aduerte dum d. Io. hic in 1. concl. dicit non ſit habi-
turus regreſſum vt quia conuentum fuit ita, quia iſtud nõ eſt
verum, intelligendo ſimpliciter, nam dato quod conuentum
ſit vt venditor non teneatur de euictione, tamẽ re euicta per
hoc non liberatur quominus teneatur ad pretium reſtituen-
dum, vt eſt tex. in l. emptorẽ. ff. de act. emp. & ibi no. Bar. &
Alex. igitur ratione iſtius intereſſe videtur quod non ſit ido-
neus teſtis. vnde dicendum eſt, quòd fuit conuentum, vt non
teneretur de euictione, nec ad pretij reſtitutionem, vt not. in
d. l. emptorem. & per Alber. in loco de quo ſupra & per Soci.
in reg. 60. & 108. quo caſu cum nullum intereſſe poßit vendi-
163 tor prætendere, poterit eſſe teſtis pro emptore. † notabis ta-
men quòd venditor eſt idoneus teſtis in cauſa terminorum et
confinium. quando agitur iudicio finium regundorum inter
emptores. text. eſt iuncta gl. in l. eos. ff. finium regundorum.
& in l. ſi fines. C. de euictionibus. & per Alexand. in additio.
ad Bal. in l. omnibus. C. de teſtibus. Petrus de Moncada.*

d Quod non. *Limita † iſtam concluſionem niſi illegiti-
164 mè natus eſſet effectus religioſus, quia cum ſit effectus legiti
mus per huiuſmodi ingreſſum, vt not. Guliel. de Cun. in l. 1.
C. de ſacroſan. eccle. quem ibi ſequitur Bald. in 4. colum. &
Rom. in authen. ſimiliter. C. ad legem falc. in 7. priuilegio.
& Alexand. in conſil. 35. incip. Super contentis in fin. colum.
in 3. volum. & Felin. in c. teſtimonium, de teſtibus. in 11. co-
lum. non debet amplius reputari vt illegitimus, ergo erit te-
ſtis omni exceptione maior. limi. etiam iſtam concl. vt per do.
Hippo. de Marſi. in ſing. 273. incip. notiſſimum. Petrus de
Moncada.*

e Iuramentum. *Adde Soci. in tracta. fallen. in reg. 2. in
62. fallen. & domi Hippo. in ſingul. ſupra proximè alleg. qui
dicit poſt Io. Bap. de Cacialup. in d. l. admonendi, quòd iſtud
habet locum etiam quando ſpurius probaſſet per vnum teſtẽ
integrum, quia non eſt ſibi deferendum iuramentum, cum
in hoc fungatur vice teſtis. Petrus de Moncada.*

f Tabellionatus. *Aduerte bene quia doc. Bart. in d. l.
eadem procedit in infami infamia iuris ſecundum quod no.
Panormit. in c. cum dilectus, de fide inſtrum in 3. colum. ſed
hic tractamus de infami infamia facti, ergo non habebit lo-
cum in eo. cogitabis & no. dum dicit in ſcribendis actibus iu-
165 dicialibus, † quia in extraiudicialibus illegitimus bene eſt
idoneus eò quod inſtrumenta fiunt ad petitionem partium quæ
poſſunt communi conſenſu ſibi præiudicare, ſecundum Abba.
& Felin. ibi in penultim. colum. in dicto capit. cum dilectus.
& dum domi. Ioan. alleg. conſil. Alexand. nume. 60. dic quòd
in aliquibus libris eſt nume. 222. vt in libro meo. Petrus de
Moncada.*

g Donatario. *Adde hic concord. de quibus ſupra in quæ-
ſtione de venditore. vbi etiam tractatur de donatore, & vl-
tra ibi adducta vide Stepha. Aufr. in tract. de teſti. reproba.
166 in verbo damnatus in 4. colum. in fi. † ſed quid in cedente an
poßit eſſe teſtis pro ceſsionario. vide nota. per Alber. Mo-
dern. in tractatu. de teſtibus. in 7. fol. columna quarta. &
Nellum in ſuo tracta in verbo fideiuſſor. & Panorm. & Fe-
lin. in c. inſuper, de teſtib. Alex. in conſil 13. incip. Ex his quæ
in themate, in 1. volu in 5. colum. domi. Ant. Bauer. in §. pa-
ter & filius inſtit. de teſtam. & communis opin. eſt ſecundum
Stepha. Aufre. in ſuo tractatu. de reprobatio. teſti. in verbo
canonicus in 2. alleg. quòd non, cum modificatione tamen de
quæ ibi. Sed iuxta prædicta dubitatur de no. quæſtione. pone
quòd mutuaui tibi decem, & cum probare non poſſem mu-
tuum niſi per duos filios meos ceßi actionem Gaio ex cauſa
donationis, nũquid Gaius poßit ꝓbare per illos filios meos? &
videtur dicendum quòd ſic, quia commodum & incommo-
dum huius cauſæ ſpectat ad eum, & non ad me vel ad filios
meos, iuxta c. biduum, verſic. palam 2. q. 6. & in l. 1. § in pro-
pria. ff. quando appel. ſit item quia edictum de teſtib. eſt pro-
hibitorium. l. 1. ff. de teſtibus. In contrarium facit, quia ego
non poſſem illos producere, ergo nec Gaius. quia iiſdem iuri-
bus debet vti quibus ego forem vſurus, vt in l. Pomponius. §.
cum quis. ff. de acquirend. poſſeſſ. ſoluendo dicas. ſi donatio
actionis cœpit à pactione, vt quia primò promiſit, poſteà do-
nauit, & tunc non poterunt eſſe teſtes, quia pater eſt obliga-
tus, & tenetur de euictione. ſi verò incœpit à traditione. id
eſt, quia ſimul promiſit & donauit, & tunc poterunt eſſe te-
ſtes, quia nihil ſpectat ad patrem, nec tenetur de euictione,
vt nota. in lege ſecunda. C. de euictio. & in l. Ariſto. § idem
Labeo. ff. de donatio. & per Abba. in capitul. final. de em-
ptio. & vendi. & hoc quando ceßio fuit facta bona fide. vt l.
penultima. C. de condictio. ob turpem cauſam, ſecus ſi frau-
dulenter: ita in terminis tenet Specula. in titulo. de teſte in
§. primo, verſiculo, ſed pone quòd mutuaui. quem ſequitur
Nellus. de Sancto Gemin. in loco vbi ſupra. dubitatur etiam
vltra prædicta † an cedens bonis ſuis poßit eſſe teſtis, dic quòd 167
ſic, tamen non erit teſtis in cauſis grauioribus vt ſupra num.
16. 30. & 63. cum ſit infamis infamia facti, et hoc ſi ceßit cum
vituperio. text. eſt & ibi Cyn. & alij in l. debitum. C. de iuſa.
Petrus de Moncada.*

h Pro ſocio. *Adde not. per Bald. in l. quoniam liberi. C.
de teſtibus in ſecunda colum. & Angel. in lege ſi duorei. ff.
ſi quis cau. Nell. in tractatu de teſtibus in verbo ſocius. Ale-
xand. in l. ſerui electione, § primo. de lega. primo. domi. Ba-
uer. in §. legatarijs. in fin. inſtit. de teſtamen. † an autem ſo- 168
cietas contracta inter aliquos de qua non eſt factum inſtru-
mentum, probetur per teſtes vide not. per Iaſo. in lege cum
proponas. la 1. C. de pactis. prima columna, qui tenet quod
ſic. nam parem vim habent teſtes & inſtrumenta l. cum res.
C. de probationibus l. in exercendis. C. de fide inſtrument. e-
tiam ſi ſerum in obligatione omnium bonorum vt in l. con-
trahitur. ff. de pigno. & propterea dixit Baldus in l. ſolemni-
bus. C. de fide inſtrumentorum. † quòd doctoratus poteſt pro- 169
bari non ſolum per inſtrumentum priuilegij, ſed etiam per
teſtes qui interfuerunt, & dicit ipſe quòd ſufficit quòd
interfuerint in publico examine cum huiuſmodi includat
in ſe priuatum. ſequitur eum ibi Paulus de Caſtro. & A-
lexand. in lege contrahitur. præalleg. in additio ad Bartol.
Ioan. de Auan in rubr. de magiſtr. Philip. Franc. in cap. pri-
mo. §. poſtquam de cenſi libro ſexto. in prima colum. Petrus
de Moncada.*

i Concluditur. *Tu de hoc vide per Panormit. in cap. ex
literis, de tranſact. & in cap. inſuper. de teſtibus. & Salic. in
lege prima. C. de teſtibus. Iacob. Aegid. in tract. de teſti. in no
na colum. Iaſo in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petatur.
in tertia colum. Angel. & dominus Bauer. in §. pater. inſtit.
de teſtamen. Alexand. in conſilio. 13. incip. Ex his quæ in the-
mate. in primo volum. in quinta colum. & in conſilio. 18. in
quarto volum. incip. In his & in conſilio. 270. incipit Ponde-
ratis. in ſecundo volum. Alber. Moder. in tractatu de teſtib.
in 8. fol. colum. tertia. & Franciſ. Curt. in tracta. de teſtib. in
43. concluſi. Felin. in cap. cum à nobis, de teſtib. in fi. col. quis
autem ſit proxeneta, vide per gloſſ in l. 1. ff. de proxene. Petr.
de Moncada.*

k Bartol. *Aduerte quia Bald. ibi tenet contra Bartol. in*

vltimo membro ſua diſtinct. dicens quòd ſiue detur actor à
iudice ad petitionem tutoris ſiue per tutorem conſtituatur
cum decreto iudicis iuxta uor. per Bart. & ipſum in l. neque.
C. de procurator. ſemper datur periculo tutoris. alleg §. fin.
170 *inſtit. & hoc etiam nota. Angel. Aret. ibi. vnde dicit ipſe †*
quòd ad hoc vt tutor poſſit teſtificari, neceſſe eſt quòd detur
curator liti, qui non datur periculo tutoris, vt lege qui ha-
bet. §. ſi pupillus. ff. de tutelis. & Baldus ſimpliciter ſequitur
Alber. Modern. in tracta. de teſtibus. in 8. fol. colum. prima.
plus dicit Iacob. Aegid. in tract. ſuo de teſti. in tertia colum.
171 *in verſiculo. venditor. quòd tutores † curatores &c. non poſ-*
ſunt eſſe teſtes durante eorum officio propter affectionem. &
eum ſequitur Angel. in §. pater & filius, inſtit. de teſtamen.
quamuis eum non alleg. & hoc ideo quia tutor largo modo
dicitur habere pupillum in poteſtate ſua, quia tutela eſt vis
& poteſtas in pupillo. l. prima. ff. de tutel. & habetur loco do-
mini, vt l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. de vſucap. pro empt. &
iſta opin. quòd non poſſit eſſe teſtis, plus mihi placet. cogitabis
tamen propter auctoritatem. Bart. & Pauli. de Caſtr. ibi &
dum dicit. d. Io quòd nullibi reperitur prohibitum. dic quòd
immo reperitur, vt patet in l. ſi. iuncta glo. ff. de teſti. Petrus
de Moncada.

l Superioris. *Tu de hoc vide per Angel. in conſilio. 222.*
& Nell in tractatu de teſti. in verbo monachus. & Franciſ.
Cur. cum concord. de quibus ibi in tractatu de teſtib. in 49.
conclu. Stephan. Aufre. in ſuo tractatu de teſti. reprob. in ver-
bo Canonicus regularis. & vide ibi etiam quid iuris de cleri-
172 *co. An † autem frater minor poſſit eſſe teſtis in cauſa ſui or-*
dinis, vide Panorm. in cap. nuper. de teſti. & quòd ad teſtimo-
nium clerici prolatum abſq; ſuperioris licentia an valeat, eſt
gloſſ. not. quam ibi commendat Pan. in c. 1. de iur calum. Pet.
de Moncada.

m Eſſe notarius. *Intellige dictum Barto. quando iſte*
qui fuit deletus de matricula notariorũ hoc procurauit, ideo
ne iſta procuratio ſibi proſit, ſtatuitur hoc. ita eum intelligit
& ſequitur Feli. in c. fin. de teſti. in 1. colum. iſta doctr. Bar.
173 *facit ad not. quaeſtio. tu ſcis quòd ſi † qui facit inſtrumenta*
tanquàm tabellio cùm nunquàm creatus fuerit tabellio, pu-
nitur pœna mortis, ſicut ille qui aſſerit ſe comitem ſacri pal-
latij, & creat tabelliones, cum nullam habeat poteſtatem.
text. eſt in l. eos. §. qui ſe. ff. de fal. not. Bald. in l. data opera.
C. qui accuſa. non poſſ. in 13. colum. Et hoc ideo eſt quia deli-
quit in ipſum principem à quo finxit ſe auctoritatem habe-
re argumen l. prima. C. de priua. carcer. & cap paratus. 24.
174 *q. 1. Modo † pone aliquis fuit creatus tabellio, demum fuit*
priuatus & deletus de matricula notariorum, conficit in-
ſtrumenta, nunquid ſit puniendus pœna mortis? Et vide-
tur dicendum quòd ſic, quia cum fuerit deletus de matri-
cula eſt in illo ſtatu ac ſi nunquam fuiſſet notarius, ergo in
contrarium facit iſta doctri. Bartol. rectè ponderata. nam
ſi quando hoc ipſe procurauit, adhuc cenſetur notarius ne
commodum ex ſua intẽtione conſequatur, multò fortius hoc
eſt dicendum in caſu noſtro vt damnum & ſic mortem eui-
tet, maximè propter veritatem praecedentem quod iam fuit
notarius, quia dato quòd propter delictum eſſet priuatus, ve-
rum eſſet dicere ipſum voluntariè & voluntate ſua priua-
tum. gloſſ. eſt no. in l. 1. §. ad beſtias. ff. de poſtula. in verbo o-
175 *nerari. † qua dicit quòd delinquentes tacitè faciunt pa-*
ctum cum lege vt puniantur. ſequitur eam Salic. in l. cum
qui. C. de iur. & fac. ignoran. Ioan. Fab. in §. item ſi quis in
fraudem inſtit. de actio. in 3. colum. ergo. Et iſtam opin. tenet
expreſsè Bald. in d. l. data opera. vbi dicit quòd iſte innatur
primordio veritatis. argumento not. in auth. de non alienan.
§. quia veriſimile. & eum ſequitur Felin. in capitul. qua in
eccleſiarum. de conſtit. in 34. colum. & in c. ſuper literis, de
reſcrip. in 21. colum. qui allegat Ioan. de Anan. in cap. acce-
dens. in fi. de crimine fal. Idem tenet domi. Hippol. de Mar-
ſil. Praeceptor meus in ſingu. 35. incip. ille qui nunquã fuit, et
in l. eiuſdem ff. ad legem Cornel. de ficar. in ſecunda colum.
quae omnia teneas menti, & maximè pœnam comitis & no-
tarij aſſerentium ſe eſſe tales, cùm falſum ſit. † Qua autem 176
pœna puniatur aſſerens ſe doctorem & faciens actus docto-
ri congruentes cum non ſit. Dic quòd pœna falſi tenetur.
text. eſt & ibi nota Bart. & Alexand in apoſt. in l. eos. §. qui
ſe pro milite. ff. de fal. Cogita tamen dum dixi pœna falſi.
nam textus ibi ſolùm dicit, quòd aſſerens † ſe militem cum 177
non ſit eſt grauiſſimè puniendus. non tamen dicit pœna fal-
ſi. & ita ſimpliciter Bartol. ibi inducit contra appellantem
ſe doctorem. Alexand. tamen ibi in additio. intelligit illum
textum in pœna falſi. ſ. quando appellat ſe doctorem & fa-
cit actus doctori congruentes. ſecus ſi ſimpliciter appellaret
ſe doctorem, quia tunc eſt puniendus pœna extraordinaria.
iuribus de quibus ibi per eum. iſtam opinionem Bartol. tenet
Bald. & ibi Barba. in additionibus in lege qui ſub praetextu.
in fin. de ſacroſan. eccle. Idem tenet Bartol. ſi lectura eſt ſua
in l. reddatur. C. de profeſſ. & med. libr. decimo. Idem tenet
Panormit. Ioan. de Anan. Maria. Socin. & Felin. in cap. 1. de
magiſtr. & Felin. in cap. tertio loco. de probatio. in prima
colum. cum concordan. de quibus per eos. Non obſtat dum
dicebam quòd lex ſolum dicit, eſt grauiſſimè puniendus, quae
verba ſonant pœnam extraordinariam rectè intuenti. quia
reſpondeo, iſtud eſt verum quando ſolùm appellat ſe docto-
rem, quo caſu eſt extraordinariè puniendus & grauiſſimè,
ſecus quando facit actus doctori congruentes, quia tunc cum
falsè faciat, puniendus erit pœna falſi vt dicunt omnes hi
de quibus ſuprà. † Plus dico quòd etiam quando ſolùm ap- 178
pellat ſe doctorem incidit in falſum & tenetur pœna fal-
ſi. probatur ſic text. in dicta l. eos. §. finali. dicit grauiſſi-
mè puniendum appellantem ſe militem. & per conſequens
doctorem. & hoc nullus negabit. item l. illa eſt in titulo. de
falſis. poſtquam ergo lex aliter non exprimit pœnam in
dubio intelligenda eſt vt ſeruiat titul. ſi titulo, ergo punie-
tur pœna falſi iuxta gloſſ. nota. in capitulo primo, & capi-
tulo ab arbitris. de officio delegati libro ſexto. igitur non re-
fert quòd lex non exprimat pœnam falſi poſtquam eſt in
titulo de falſis. Quid in abradente nomen alterius & po-
nente ſuum, vide Alexand. vbi ſuprà. Petrus de Moncada
Hiſpanus.

n Artificium. *Nota tu ſcholaris quòd id quod diſponi-*
tur in artificibus, habet etiam locum in ſcholaribus, ſecundũ
Paulum de Caſtro in l. fin. C. de iuriſdictione omnium iudi-
cum. & in l. prima hic allegata. Idem etiam tenet dominus
Io. in repetitione l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. in 39. colum. vbi
dicit iſtam doctrinam eſſe not. quia ſaepius contingit in pra-
ctica. Petrus de Moncada Hiſpanus.

o Beneficium. *Adde nota. per Stepha. Aufr. in tractatu*
de teſti. reproba. in verbo canonicus in tertia colum. in princ.
Quid autem in veſtitore feudi, vide not. per Bald. in capit.
1. §. ſi duo. de pace tenenda & eius viola. in vſibus feudorum.
Petrus de Moncada.

p Decidunt. *Adde Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cert.*
pet. in 3 colum. Pet. de Moncada.

q Indiſtinctè. *Adde quòd iſtam opin. tenet Alber. Mo-*
dern. in tractatu ſuo de teſtib. in 8. fol. in 1. colum. & Aug. de
Are. in § legatarijs. in fin. inſtitu. de teſtamentis. & dicit A-
ret. quem ibi refert Iaſo. in dicta l. ſi cui legetur. quòd iſta o-
pinio videtur eſſe communis. ſuper qua tamẽ cogita propter
not. per Alexand. in dicta lege ſi cui legetur. & Feli. in cap.
inſuper.

inſuper. hic alleg. adde etiam dom. Hippo. d Marſil in repe-
179 *titione. rubr. de fideiuſſor. in fin. colum.† An autem fideiuſ-*
ſor poſſit eſſe teſtis pro ſuo confideiuſſore, vide in dictis locis. et
per Alexand. in conſilio. 78. incipien. In cauſa & lite. in pri-
ma colum. in primo volumine. et Steph. Aufre. in tract. de te-
ſtibus reproba. in verbo falſitatis. in primo colum. Petrus de
Moncada.

r Maxima. *Adde Stepha. Aufre. in ſuo tractatu de re-*
proba. teſtium in verbo affinis prope princ. non mirum hoc vi-
180 *detur. † nam appellatione ſuorum veniunt huiuſmodi amici,*
vt eſt gloſſ. in l. ſecunda. C. in quibus cauſ. colo. cenſi. libr. 10.
181 *not. Bald. in c. ſi pater. de teſtamen. libr. 6. † Et dixit idem*
Bald. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure. quòd licitum eſt defen
dere amicum magna amicitia coniunctum, quia æquipara-
tur his qui ſunt de ſanguine ſuo. alleg. l. cum alienam. C. de
lega. idem tenet Barb. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſ.
& Soci. in repetitione l. cum auus. ff. de conditio. & demoſtr.
in tertio colum. qui allegat Ariſt. dicentem. quòd amici ma-
xima amicitia coniuncti ſunt vna anima in duobus corpori-
182 *bus. † Nam amicitia ſecundum Tul. eſt idem velle, & idem*
nolle in licitis & honeſtis. & iſta eſt propriè amicitia, vt eſt
tex. iuncta gloſſ. in l. lata culpa. §. amicos. ff. de verborum ſi-
gnificatione. igitur nimirum ſi huiuſmodi amici repelluntur
à teſtimonio. Nam prout expertus ſum, amico vero nulla
eſt comparatio. & amicitiæ vinculum, adeo potens & præ-
ualidum eſt vt vlla ex parte ſanguinis viribus ſit inferius. is
igitur de quo loquor & in quo veram amicitiam expertus
ſum, eſt egregius. V. I. interpres & mihi maiorem plurimùm
obſeruandus, dominus Hieronymus Font. Hiſpanus Barci-
nocenſis. Cuius ingentes virtutes præclaráque merita ma-
lo ſilentio præterire, quàm non perfectè prædicare. Platonica
& Ciceroniana, opus eſſet eloquentia, tam fidelem igitur in-
ter nos iunximus amicitiam, vt ſi vera fas loqui eſt, Damo-
nem & Pithiam Pithagoricos ſuperaremus. quorum cùm
alterum vadem mortis accepiſſet Dionyſius Siracuſanus, al-
ter vt vadem ſuum liberaret præſto fuiſſet ad horam morti
dedicatam. admiratus itaque tyrannus ſupplicium fidei re-
miſit. vt refert Valerius Maximus libro quarto cap. de ami-
citia. Et not. quòd alleganti magnam amicitiam incumbit
onus probandi, ſecundum Romanum conſil. 420. quem re-
fert & ſequitur Alexand. in additio. ad Bartol. in l. teſtium.
183 *in fin. princip. ff. de teſtibus. † Quibus modis probetur amici-*
tia. vide per Abb. in c. repellantur, de accuſ. Et ad id quod
infrà dicit quòd numerus ſupplet &c. vide omnino Franc.
Curt. in tract. de teſtib. in 1. conclu. qui reſpondet ad not. per
Angel. expreſſè contrarium tenentem in conſi. 125. Petrus de
Moncada.

ſ Quòd ſic. *Adde Alber. Modern. in tractatu de teſtib.*
in 10. fol. in prima colum. & Nell. in tracta. de teſtib. in ver-
bo impubes. Panormit. domi. Felin in cap. cum nobis, de præ-
ſcriptione. Anto. de Butr. in cap. ex parte, de corpo. vitia. Pa-
normit. in cap. pueris, de ſenten. excommunic. Angel. Are. &
domi. Bauer. in §. teſtes, inſtitu. de teſtament. domi. Philipp.
Dec. in lege fœmina. §. impuberes. ff. de regul. iur. in fin co-
lum. Et hoc intellige etiam procedere niſi lex requirat ſpeci
ficè maiorem ætatem prout in teſtamentis. item ſi materia ſu
per qua teſtificatur, eſt talis quæ potuit facilè cadere in ſen-
ſum impuberis. vt in dictis locis not. & dum dicit de Ponti-
fice pro his quæ vidit ante papatum, limita ne per Aretin. in
conſilio vigeſimotertio. & Roma. conſilio. 350. & Paulus de
Caſt. in conſilio. 35. quos omnes allegat dominus Bauer. in
dicto §. teſtes. & no. quod id quod dictum eſt in impubero ha
184 *bet locum † in cæco, qui poteſt teſtificare de his quæ vidit an-*
te cæcitatem ſecundum Specul. in titul. de quo hic in num. 1.

verſicu. ſed nunquid factus pubes. & Felin. in cap. præterea.
de teſti. in fi. colum. & dom. Hippol. de Marſil. in rubr. C. de
probationibus in 68. colum. Idem erit † in ſeruo facto libero, 185
ſecundum gloſſ. & ibi Barto. in l. notionem §. inſtrumento-
rum. ff. de verborum. ſignifica. & Specul. in præalleg. loco. † 186
Sed nunquid cæcus durante cæcitate poterit eſſe teſtis. &
videtur dicendum quòd non, quia teſtis debet deponere per
quinque ſenſus corporeos, iuxta text. in cap. teſtes. & in cap.
nihilominus, tertia quæſt. 9. Specul. in titul. de teſte. §. primo.
verſic. ſed nunquid reus, concludit quòd in contractibus qui
verbis perficiuntur, vt in ſtipulatione, & ſimil. in quibus
ſenſus auditus protenditur, dum tamen habuerit notas vo-
ces contrahentium poterit eſſe teſtis, in alijs verò non, & e-
um ſequuntur Angel. in l. ſi verò expreſſim, in authen. de hæ-
red. & falc. & Nell. in tracta. de teſtibus. in verſicul. cæcus
& Alber. Moder. in tract. de teſtibus. in 10. fol. colum. 3. vbi
dicit quòd an habuerint notas voces contrahentium necne
remittendum eſt iudicis arbitrio. idem tenet Alexand. in
conſil. 166. incip. Animaduerſis. in tertia columna in ſecun-
do volum. & vide de hoc per eundem remiſſiuè in l. ſi non
ſpeciali. C. de teſtamen. in fin. & Steph. Aufre in tract. de te-
ſti. reproba. in ver. canonicus in 2. colum. Videas tamen om-
nino Bart. in tract. de teſte in quinta colum in ver. rem ali-
quam. vbi per plura non approbat teſtimonium quod auditu
vocis percipitur. Vltra prædicta dubitatur. an † portantes cru 187
cem propter hæreticam prauitatem poſſint eſſe teſtes. de quo
vide per Specul. in titul. de teſte. §. primo. ver. quid de por-
tantibus crucem. † Quid autem in hæreticis in defectum a- 188
liorum, vide text. in l. quoniam. C. de hæret. & gloſſ. in l. in-
nui. ff. de teſtibus † Quid autem in hiſtrionibus & in publi- 189
cè cantantibus: quos vulgus zaratanos appellat, qui prædi-
ctam artem cauſa quæſtus exercent. dic vt habetur & not.
in l. ſecunda. §. ait prætor. ff. de his qui not. infam. vbi Bald.
expreſſè poſt gloſſ. ibi not. & Abb. in capit. cum decorem. de
vita & hon. cler. † Quid autem in caupone proſtibuli vel in 190
hoſpite habente ſtufas in quibus ſunt mulieres cauſa quæ-
ſtus. vide text. & ibi Paul. de Caſtr. in l. athletas. § ait præ-
tor. ff. de his qui not. infam. Et ex ſupradictis in caupone,
patet etiam quid iuris ſit in lenone. & ſcias quòd magis de-
linquit leno quàm meretrix, vt nota. Docto. in d. l. athletas.
§. ait prætor. & eſt text. in authen. de leno. colum. 2. † 191
Quid autem in excommunicato. Dicas quòd regulariter
non poteſt eſſe teſtis propter periculum communionis, ſed
neceſſe eſt quòd abſoluatur ſaltem ad cautelam, & ita ob-
ſeruatur in curia, quando dubitatur an fuerit excommuni-
catus necne, vt quia dicat poſt appellationem ſententiam la-
tam fuiſſe &c. text. eſt. & ibi nota. Panormit. & Felin poſt
Hoſtien. Io. Andr. & alios in cap. veniens, el. ſecundo. de te-
ſti. et in cap. decernimus, de ſenten. excommunicationis libro
ſexto, & per Specul. in titulo de teſte. §. primo. verſicul. item
quòd vt excommunicatus. & in titul. de inſtrument. edi. §.
inſtrumentum. verſiculo. quid ſi teſtis. & Nellum in tracta-
tu de teſtibus. in ver. excommunicatus. & Alber. Modern. in
ſuo tractatu. in 5. fol. columna prima. & Panormit. in cap.
olim, de accuſatio. in ſecunda columna. & Felin. in capitu-
lo Rodolphus, de reſcript. in trigeſimaprima columna. † an 192
autem excommunicatus poſſit eſſe teſtis contra excommu-
nicatum. vide Spec. vbi ſupra. & Alex. in addi. ad Bartol. in
l. 3. § lege Iulia. ff. de teſtibus. prædictam quæſtionem de ex-
communicato limi. aliquibus modis. † primò in crimine hære- 193
ſis, quia excommunicatus erit idoneus teſtis. text. eſt in c. in
fidei fauorem. de hæret. lib 6. † Secundò limita niſi eſſet de- 194
ſcriptus in inſtrumento, quia valebit inſtrumentum dummo-
do aliàs non ſit ſuſpectus: quia ſi eſſet, non daretur fides dicto
inſtru-

*inſtrumento per talem teſtem niſi tempore depoſitionu eſſet
abſolutus. ſecundum Innoc. in c. pia, de except. libr. 6. & Io.
Andr. & Philip. Franc. in d. c. decernimus. & Felin. in d. c.
veniens, poſt Speculat. in titul. de inſtrumen. edit. §. inſtru-
mentum, verſic. quid ſi teſtu inſcriptus &c. Et not. quod ex-
communicatus non poſſet iſto caſu coadiuuare inſtrumẽtum
viua voce, ſecundum Doc. in d. c. decernimus, quod intelligo
195 vt per Philip. Franc. ibi. ſuper qua limita cogita bene. †Ter-
tiò limita in excommunicato excõmunicatione minori, quia
illa non repellit niſi à participatione ſacramentorum, vt eſt
text. in c. ſi celebrat, de cler. excom. miniſt. in c. ſi quem. de
ſent. excommu. & in c. à nobis. de except. & ita in terminis
196 tenet glo. in c. decernimus. †an autem excommunicatus poſ-
ſit deponere de actu geſto tempore excommunicationis. vide
Archid. in ſumma. 4. q. 1. & per Innoc. & Ioan. And. Hoſt.
& alios in c. teſtimonium, de teſtib. Et quid ſi teſtis erat ex-
communicatus tempore quo iurauit, tempore verò depoſi-
tionis eſt abſolutus. vide per Phi. Fran. in d. c. decernimus, an
quòd dictum eſt in excommunicato habeat locum in ſuſpen-
ſo. vide per Spe. in tit. de teſte. §. 1. ver. quid de ſuſpenſo. & ibi
Ioan. And. & Panor. & Felt. in d. c. olim, de accuſ. & ſi vis
videre plures ſpecies ſuſpenſionum vide per gloſſ. in cle. cu-
pientes. de pœnis. Poſſet etiam quæri quid in ſeruo & quid in
ſtatulibero & in ſeruo ſub conditione. de quibus omnibus vi-
de per Alb. Mod. in tractatu de teſti. in 9. fol. col. 2. & ſeq. vbi
etiã tractat de furioſo & de illo cui bonis interdictũ eſt. poſ-
197 ſet etiam non immeritò dubitari, † an alchimiſta poſſit eſſe
teſtis tam in teſtamentis quàm in cauſis criminalibus atque
in cauſis ciuilibus. & videtur dicendum quòd ſic ex duobus.
primò, quia non reperitur prohibitus, & edictum de teſti. eſt
prohibitorium l. 1. ff. de teſti. ergo. ſecundo quia eius ars non
eſt prohibita cùm per eos vna ſpecies non mutetur in aliã di-
uerſam, eò quòd omnia metalla procedunt ex eodẽ fonte. ſ.
ex ſulfure & argento viuo: quamuis vnum ſit precioſius alio
propter meliorem influentiam aſtrorum & cæt. ita per plura
concludit Oldra in conſilio 74. quem refert & ſequitur Io.
Andr. in additio. ad Specu. in tit. de crimi. fal. in princip. &
Bald. in cap primo, quæ ſint rega. in vſibus. feudo. in pe. & fi.
colum. & Panormit. in c. 2. de ſortileg. in fin. Contrarium ta-
men eſt verum, quia iſti alchimiſtæ ſunt reprobati & infa-
mes ipſo iure vt apparet in extrauag. Ioan. 22. in titul. de
crimi. fal. incip. vbi non ſolùm ipſi verùm vtentes auro al-
chimato ſunt infames: ſed infamis infamia iuris non eſt ido-
neus teſtis, vt lege tertia. §. lege Iulia. ff. de teſti. & ſuprà la-
tius dictum eſt, ergo tene menti ad repellendum alchimiſtã
contra reproductum. hoc ergo intelligerem procedere & ha
bere locum in alchimiſta qui aurum vel argentum alchi-
miatum vendit vti verum & pro precio quod valeret ſi eſſet
verum, vt præſupponit extrauagans, ſecus quando venderet
non pro vero, ſed pro alchimiato quẽadmodum vidi hic Bo-
noniæ. iſto caſu fortè non haberet locũ diſpoſitio. d. extraua-
gan. arguendo à ratione ceſſante, iuxta c. cũ ceſſante, de ap-
pell. cum ſim. & quòd iſto caſu ceſſet ratio prohibitionis. d.
extrauag patet manifeſtiſſimè, dum vult vt tantum paupe-
ribus erogetur, quantum de vero auro habitum eſt pro illo
198 falſo, igitur &c. cogita. An † autem ille qui fuit vel eſt ad-
uerſarius meus in vna cauſa poſſit eſſe teſtis contra me in alia
cauſa, vide per Anton. de But. Panor. & alios de quibus ibi
199 per Felin. in c. 1. de iudi. in princ. † Quid autem in Doctore
an poſſit eſſe teſtis in cauſa ſui ſcholaris. vide text. & ibi Bal.
in l. nemini. C. de aduo. diuer. iud. & per gloſſ. in c. 1. 12. q. &
200 Nell. in tractat. de teſtibus. in verbo cedens. † Quid in teſti-
bus ſynodalibus qui propriè denunciatores ſunt an poſſint eſ-
ſe teſtis in cauſis per eos denunciatis. & an ipſis plenè cre-
datur, & an compellantur coram alio iudice deponere, vide
per Panorm. in c. præterea, de teſtibus. cog. & in c. in omni
negocio, de teſtibus. † Quid in fuſtibus cæſo pro crimine, putà 201
pro furto & ſimilibus, & quid in inebriatis, & quid in bul-
latis in facie vide not. per Bartol. Bald. & Paul. de Caſt. in
l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam. & Bartol. in l. infa-
mem. in 1. col. ff. de publ. iudi. † Quid autem in illo qui tortu- 202
ram paſſus eſt, vide text. cum ibi not. in l. nulla. C. ex quibus
cau. infam. irroge. & ratio dubitandi in iſtis & in pluribus
alijs eſt infamia vt ſuprà dictum eſt. † Quid autem in abne- 203
gatore Dei & ſpei ipſius & Virginis Mariæ, & in homine
culpata vita an repellatur à teſtimonio. dic quòd ſic ſecun-
dum Alber. de Roſ. in l. improbum. C. de his qui not. infam.
& in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. & Archid. in c. teſtimoni-
um. 3. quæſtione. 4. quos infert & ſequitur Franc. Curt. in
tract. de teſtibus in 54. conclu. † quæ autem pœna puniatur 204
abnegator Dei, qui eum publicè blaſphemat, vide not. in cap.
2. de maledic. & per Bartol. in lege item apud Labeonem. §.
ait prætor. cum concordan. de quibus ibi per Alexan. ff. de in-
iur. † quid autem in homicida, vide Bald. in auben. ſi dica- 205
tur, in fine. C. de teſtibus. Nel. in tractatu de teſtibus. in verbo
Homicida. dominum Hippolitum de Marſil. in l. 1. ff. de ſi-
car. in 9. & remiſſiuè per Alexan. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de te-
ſtibus. & Stepha. Aufr. in ſuo tractatu de teſtibus. reproba. in
verbo Germa. prodit. Et pondera quòd homicidium poteſt
ſumi dupliciter. ſcilicet verbaliter & actualiter, vt infrà per
dominum Ioan. in ſeptima parte in 6. concluſi. 14. requiſi. an
prædicta habeant locum in homicida licito collige ex not.
per Bald. & Paul. in l. decuriones. C. ex quibus cauſ. infam.
† Quid in bannito, vide per Fel. poſt Bald. in c. ſuper eo, el. 206
primo de teſtib. in l. colum. & omnino Barto. & Bal. in l. ictus
fuſtium. ff. de his qui not. infam. & Alex. in addit. ad Bart.
in l. infamem. ff. de publ. iud. ſupra alleg. in 2. colum. & per
Bal. in l. 1. C. de here. inſtit. in 6. col. † Quid autem in concu- 207
binario manifeſto an repellatur à teſtimonio in cauſa ciuili.
vide not. Stepha. Aufr. in tract. de teſti. reprob. in verbo ca-
nonicus. in 3 col. poſt Specul. in tit. de teſte. §. 1. verſic. item
quòd eſt concubinarius. † Item quid in priuato à dignitate 208
ob turpitudinem, vide text. in l. 2. ff. de ſena. & eundem
Stepha. in dicto tractat. in verbo damnatus in 1. colum. † 209
Quid autem in falſario contra falſarium an ſit idoneus te-
ſtis. Dic quòd non, ſecundum Innocen. in cap. 1. de confeſ. ſe-
quitur Steph. Aufre. in loco de quo ſuprà in verbo falſitatis.
Et ſi vis videre plura quæ enarrare eſſet laborioſum, vide per
Bald. in tract. de teſtib. in verbo circa materiam, vbi enume-
rat 68. caſus in quibus teſtes reijciuntur. Petrus de Mon-
cada.*

TESTES, QVI POSSINT COGI AD TESTIMONIVM PERHIBENDVM, QVI VERO NON.

SVMMARIVM.

1. *Frater an compellatur teſtificari contra fratrem, vel pro eo. & quid de agnatis.*
2. *Frater in caſibus, in quibus poteſt pro fratre teſtificari; eiſdem poteſt & compelli ad teſtificandum.*
3. *Vxor an poſſit compelli teſtimonium perhibere contra maritum.*
4. *Gener an poſſit cogi ad teſtificandum contra ſocerum.*
5. *Teſtes multi ſunt, qui teſtimoniũ inuiti dicere nõ cogun tur, licèt volentes admittantur. & nunquid tales teſtes priuilegiati compelli poſſint aliquo caſu.*
6. *Veritas quòd aliter haberi non poſſit quàm per teſtes inhabiles, cui incumbat onus probandi. & nu. ſeq.*

7 Pro-

7 *Probatio qua nam ſufficiat, quòd veritas aliter haberi non poßit, quàm per teſtes inhabiles.*

8 *Teſtes quòd poßint cogi vel non cogi ad teſtificandum ratione priuilegij, niſi in caſu etc. quòd habeat locum in cauſis ſpiritualibus veluti in ciuilibus & criminalibus.*

9 *Teſtes compellit ad teſtificandum iudex ordinarius, ſi teſtes ſint in ſua iuriſdictione.*

10 *Teſtium commißio fieri non ſolet in criminalibus. fall tamen.*

11 *Iudex delegatus an poßit teſtes compellere ad teſtificandum.*

12 *Arbiter non poteſt cogere teſtes ad teſtimonium dicendum, ſed iudex ordinarius.*

13 *Viator, qui eſt in itinere compelli poteſt ad teſtimonium probibendum.*

14 *Teſtes compellendi forma, qua nam ſit.*

15 *Tutores & curatores nolentes ſatiſdare coguntur mulcta indicta.*

16 *Mulier grauida an compelli poßit ad teſtimonium dicendum.*

17 *Teſtimonium dicere an cogi poßit, qui ſe aſtrinxit iuramento ad non dicendum teſtimonium.*

18 *Promittens cum iuramento non reuelare ſecretum ſibi dictum, ſi producatur in teſtem, quod tenetur reuelare. & vide num. ſeq.*

19 *Sacerdos productus in teſtem non debet reuelare quod dictum ei fuit in confeßione ſalutari, & ſic in ſacramento illo pœnitentiæ, aliàs poſſet, ſi non in tali vera confeſſione & ſalutari ei aliquod ſecretum diceretur. limitatur tamen.*

NVNC ſubſequitur quinta pars: in qua poſtquam in ſuperioribus partibus viſum eſt, qui
poſsint eſſe teſtes in cauſis criminalibus, & qui in ciuilibus, videndum erit, qui poſſunt cogi ad teſtificandum,
& qui non. & ſcias quòd multi ſunt qui non compelluntur teſtificari, de quibus in l. lege
Iulia, & in l. inuiti. ff. de teſtibus. & in §. lege Iulia. 4. q. 3. & illud procedit tam in criminalibus quàm
in ciuilibus ſecundum gloſſ. in d. l. lege Iulia. Et in
1 primis quæritur, an frater † compellatur teſtificari contra fratrem. Item an compellatur teſtificari pro
fratre.

Circa primum concludendum eſt quòd non. & hoc procedit tam in cauſa criminali quàm ciuili, &
hoc eſt indubitatum ſecundum omnes in d. l. lege Iulia. ita tenet Pan. in c. literas, extra de præſum. in
Pe. col. quem ibi ſequitur Fel. & ita etiā tenet. d. Alber. Male. Doctor Papienſis. in ſuo trac. de teſti. in
verbo nunc videndū eſt. & hoc non ſolùm habet locum in fratribus, ſed etiam in alijs agnatis. quia eadē
vel maior ratio eſt, ſecundum glo. in d. l. lege Iulia. ſequuntur Panor. & alij præallegati. verum eſt quòd
Abb. intelligit iſtud de agnatis ſiue conſanguineis vſque ad tertium gradum. &c.

2 † Circa ſecundum dicendum eſt, quòd frater in caſibus in quibus poteſt teſtificari pro fratre poteſt
etiam compelli: quia priuilegium eſt ei conceſſum vt non compellatur aduerſus fratrem vt d. l. lege Iulia, de teſti. quod ceſſat cum agitur de ipſius fauore.
argumento. l. quod fauore. C. de legi. ita not. Bart. Bal. & Alber. & communiter Doct. In d. l. lege Iulia. & do. Abb. in d. c. literas, de præſumptio. in pe.
colum.

Secundò quæritur, an vxor † compellatur teſtificari contra maritum ſuum. & concluditur quòd
non ſecundum Cyn. in l. 2. C. de teſti. in fi. & Spec. in tit. de teſte. in §. de teſtium compulſione, verſic.
ſed nunquid vxor. & ratio eſt quia non debet compelli ad teſtiſicandum contra domeſticum & eum
cum quo eſt vna caro. c. debitum, de big. argumento. tex. in l. lege Iulia. ff. de teſti. & §. lege Iulia. 4. q.
3. ita etiam concludit. dom. Abb. in c. in literis, extra de teſtib. in fi. colum.

Tertiò poſſet quæri, quid in genero † contra ſocerum, & quid in liberto contra patronum, & ge- 3
neraliter de omnibus his de quibus ſuprà in partib. præcedentibus quæſitum eſt, tamen ne reiterentur,
facias iſtam concluſionem. Omnes illi qui poſſunt eſſe teſtes tam in cauſis ciuilibus quàm in criminali-
bus ſi noluerint teſtificari † poſſunt compelli, text. 4
eſt in lege ſi quando, & ibi plenè. C. de teſtibus. ad idem text. in cap. 1. & per totum extra de teſtibus
cogen.

Sed † dubium eſt, quia prout dictum eſt, multi 5
ſunt priuilegiati, qui non coguntur ferre teſtimonium inuiti, licèt volentes admittantur, de quibus in
l. lege Iulia, cum ſequenti. ff. de teſtib. nunquid iſti priuilegiati compellantur aliquo caſu. dicite ſecun
dum Specul. in titu. de teſte. § 1. verſi ſed nunquid. & in §. qualiter, verſi & not. quòd hi qui non compelluntur regulariter teſtificari ſi veritas aliter haberi non poteſt, coguntur, ita etiam tenet Hoſtien.
Ioan. Andr. & Abb. in c. 1. extra teſtib. cogen. qui dicunt, quòd inter priuilegiatos & non priuilegiatos, iſta eſt differentia, vt non priuilegiati cogantur
etiam ſi aliter veritas haberi poſsit, ex quo moniti recuſant teſtificari. priuilegiati verò non cogantur
niſi quando per alios veritas haberi non poteſt. videte nouiſsimè Felin. in d. cap. 1. de teſti. cog. in fin.
col. & d. Flo. poſt Gui. de Suz. in d. l. lege. Iulia. de teſti. do. Ant. in c. dilectorū. de teſti. cogen. Roma.
in ſing. ſuis char. 11. colum. 1.

Quartò iuxta prædicta poteſt quæri, † cui in- 6
cumbat onus probandi quòd veritas aliter haberi non poteſt niſi per teſtes priuilegiatos vel alios. pone ergo quòd partes dicant rem non poſſe probari
niſi per illos teſtes quos ipſe adducit, ideo petit ipſos compelli teſtes dicunt oppoſitum, quis habebit
hoc probare? Et videtur quòd pars, nam ipſe dicit, ergo probet. l. ei qui dicit. ff. de probat. c. ſuper
hoc, extra de renuncia. nam ſi diceremus quòd teſti incumberet onus probandi, eſſet res in magno
circuitu ſi quilibet teſtis haberet hoc probare. in contrarium facit, quia qui dicit per alium rem poſſe liquere prout facit teſtes, excipit, probet ergo ipſe
iuxta. l. in exceptionibus, & l. 1. ff. de excep. c. cum eccleſia, de cau. poſſ. & ꝓpriè. Io. And. in c. ſuper
eo extra de teſtib. cogen. ſic reſidet prout dictum eſt. do. Anton. ibi dicit quòd in ciuili onus probandi incumbat teſti, quia fundata eſt intentio producentis niſi teſtis ſit priuilegiatus, in criminalibus verò probet actor & ſic. pars, quia oporteret actorem
oſtendere cauſam compellendi. Et iſtam partem ſequitur ibi d. Abba. in fi. col. videte etiam ibi Imo.
& Feli.

Sed dubitatur, quæ probatio † ſufficeret iſto ca- 7
ſu? do. Abb. in c. ſuper eo. in fi. dicit quòd in vtroq;

casu

caſu prædictorum ſufficeret iuramentum ipſius te-
ſtis an per alios poſsit probari veritas, quia ſicut pro
ducens ſe ſubmittit ſuper principali iuraméto ipſi-
us teſtis, ita debet ſe ſubmittere ſuper iſto præambu-
lo. allegat not. in c. dilecto, de teſti. item dicit ipſe
do. Abb. poſſet capi media via. ſ. vt iudex ſumma-
riè ſe informaret ſuper hoc.

8 Quintò quæritur, an illud † ꝙ ſupradictum eſt de
teſtibus cogendis in cauſis ciuilibus & criminalibus
habeat locum in cauſis ſpiritualibus, vt ita poſsint
cogi ſicut in temporalibus. Et concluditur quòd
ſic ſecundum Inno. Ioan. And. & domi. Abb. in c.
cæterum, extra de teſtib. cog. adhibita tamen diſtin
ctione de qua ibi per Inno. in c. 1. eod. tit.

9 Sextò quæritur per quem † ſint compellendi te-
ſtes ad teſtificandum? Et concluditur quòd per iu-
dicem ordinarium ſi teſtes ſint in iuriſdictione ſua,
ita no. Specul. in titul. de teſte. in §. penul. verſi. ſed
quis coget. ſi autẽ teſtes non ſint de iuriſdictione iu
dicis corã quo vertitur quæſtio tunc ordinarius de-
bet ſcribere iudici illius territorij vbi habitat teſtis,
vt eum compellat ad teſtificandum. l. iudices. C. de
10 fide inſtrum. Et hoc ſi cauſa eſt ciuilis. ſi autem † ſit
criminalis non ſolet fieri commiſsio teſtium ſi te-
ſtes poſſunt haberi, aliàs ſi vllo pacto poſſunt habe-
ri poteſt etiam committi receptio teſtium. text. eſt
& ibi not. Cy. & Bal. in authen. apud eloquentiſsi-
mum, C. de fide inſtrumentorum.

11 An autem † delegatus poſsit compellere teſtes
ad teſtificandum? Et concluditur ſecundum Specu.
in præallegato loco quòd delegatus Papę vel prin-
cipis cui cauſa committitur cum clauſula teſtes ſi ſe
ſubtraxerint compellas, quòd poterit compellere.
idem dicit Spe. & ſi prædicta clauſula non eſſet ap-
poſita, nihilominus delegatus poſſet cogere quoſ-
cunque teſtes dicere veritatem. Nam ex quo ſibi
conceſſa eſt iuriſdictio, videntur ei omnia conceſſa
ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt. l. 2. ff.
de iuriſd. om. iud. c. prætereà, de offi. deleg. ita te-
net Vincen. & communiter Doct. ſecundum dom.
Abb. ibi in c. 1. extra de teſtib. cogen.

12 Septimò quæritur, an arbiter † poſsit cogere te-
ſtes ad teſtificandum? Et concluditur quòd nõ, ſed
ordinarius eos coget, qui compellit arbitrũ ad pro-
nunciandum. l. Labeo. ff. de arbitr. ita tenet Albe-
ricus de Roſa. in lege ſi quando. C. de teſti. qui dicit
13 † quòd etiam viator qui eſt in itinere poteſt cõpelli
ad teſtificandum, quod eſt menti tenendum.

14 Octauò & vltimò quæritur, Quę ſit forma com
pellendi teſtes ad teſtificandum? Et concluditur
quòd ſi ſunt clerici compelluntur per cenſuram
eccleſiaſticam, vt eſt text. in c. peruenit, el. 1. & in c.
dilectorum, de teſtibus. cog. ſi verò ſint laici com-
15 pelluntur mulcta indicta & pignoribus captis, † ſi-
cut in tutoribus & curatoribus nolentibus ſatiſdare,
quorum officium publicum eſt ſicut teſtium, vt in-
ſti. de ſatiſd. tut. §. fin. ita tenet glo. not. in l. ſi quan-
do. C. de teſtib. in verbo inuitos, & Spec. in titu. de
teſte. §. de teſtium compulſione, verſi. ſed qualiter
coguntur. & do. Abb. in c. peruenit, & c. dilectorũ,
pręal. Et ex iſtis remanet expedita iſta quinta pars.

Additiones D. Petri de Moncada Hiſpani.

a Teſtificari. *Intellige hoc verum indiſtinctè in iure ci-
uili, de iure verò canonico non ſic niſi quando ſe ſubtrahunt
odio vel amore &c. & hoc regulariter ſecundum Soci. in
tract. fallen. in 296. regula & Cerſe. in ſuo repeto. in litera
T. in verbo teſtis, in pe. col. ſecus quando aliter veritas haberi
non poſſet vt infra per dominum Ioannem. Et ratio quare
compelluntur, eſt, quia aliter veritas celaretur, quod eſt pec-
catum mortale, vt in capitulo quiſquis, vndecima quæſtione
tertia. gloſſ. & ibi nota. Doct. in capitulo primo, & capitulo
peruenit. de teſtibus cogen. per Alber. Moder. in tractatu
de teſtibus in 11. fol. in 3. colum. An † autem mulier graui-* 16
*da poßit compelli. vide per Bald. cum concordan. in l. muliti.
ff. de teſtibus. Quid in clerico, vide not. in capitulo ſuper eod.
de teſtibus. cogen. & in capitulo quanquam. decimaquarta
quæſtione ſecunda. † Sed pone quòd aliquis aſtrinxit ſe iura-* 17
*mento ad non dicendum teſtimonium contra aliquem, an
poßit compelli. Dicas quòd ſic, quia huiuſmodi iuramentum
eſt temerarium, ſecundum Specu in titulo de teſte. §. penul-
timo in verſiculo quid ſi quis. idem tenet Alber. de Roſ. in l. ſi
quando. C. de teſtibus. Panorm. in cap peruenit, ſuprà alle-
gato, & Alber. Moder. in dicto tractatu in duodecima char-
ta in 1. colum. Quare autem ſit temerarium, dic quòd ideo
quia ferre teſtimonium, eſt munus publicum, ad quod com-
pellitur quis etiam inuitus, & nemo poteſt iuri publico dero-
gare etiam medio iuramento. capitulo ſi diligenti, de foro
compet. Ita dicit Panorm. in c. intimauit. de teſtib. in princ.
Subdit Panormitanus ibi poſt Innocentium in c. qualiter &
quando. el. primo de accuſationibus. quòd † ſi quis iuramen-* 18
*to promiſit alicui non reuelare ſecretum ſibi dictum ſi pro-
ducatur in teſtem tenetur illud reuelare, quia aut cogi-
tauit iſtum caſum quando iurauit & illicitum fuit iu-
ramentum, ideo non ſeruandum, capitulo quanto. de iureiu-
rando. aut non cogitauit iſtum caſum, & ad illum non ex-
tenditur. capitulo humanæ aures, vigeſimaſecunda quæſtio-
ne quinta. Idem tenet Panormitanus in capitulo ſi ſacerdos,
de officio ordinarij. in ſecunda columna, et in capitulo nouit,
de iudic. in 12. col. † Sed nunquid idem erit in ſacerdote pro-* 19
*ducto in teſtem contra reum criminis. Dicas quòd non quan
do in confeßione ſalutari & ſic in præſentia fuit ſibi di-
ctum: quia poteſt dicere ſe nihil ſcire ex eo quòd illud quod
ſcit, ſcit vt Deus, & vt Deus non producitur in teſtem, ſed
vt homo, & tanquàm homo ignorat illud ſuper quo produ-
citur. text. eſt & ibi nota. in cap. dilectus. de exceſſ. prælat.
& in cap. omnis. de pœni. & per Panorm. in præalleg. locu.
& hoc procedit etiam ſi reuelatio tenderet ad vtilitatem
proximi, ſecus verò ſi non fuiſſet dictum in confeßione ſalu-
tari, dato quòd quis diceret ſacerdoti hoc tibi dico in confeſ-
ſione vel per ſimilia verba: quia tunc compelleretur. Iſtud
tamen limita ſecundum Panorm. in d. c. dilectus. niſi ipſe re-
us confitens produceret ſacerdotem in teſtem. argumen. c.
ſignificaſti. de adult. vbi Panorm. & in c. Matthæus. de ſimo.
& per Innoc. in c. omnis. iſta limita. apud me non eſt ſine du-
bio: quia ſacerdos illud quod ſcit, ſcit vt Deus, & conſenſus
confitentis ſimplex non poteſt facere vt deponat tanquã ho-
mo, cum vt talis ipſe non habuerit notitiã illius rei nec hoc in
re cautum reperitur. & ad iura alleg. reſpondetur. primò ad
cap. Matthæus, quòd non facit in propoſito, quia ibi non ap-
paret quòd illi Cardinali, vel alij eſſet reuelatum in confeſ-
ſione, nec eſt ibi dictio infra per qua appareret indeciſa, igi-
tur &c. ſimiliter text. in cap. ſignificaſti. quia licet probet
quòd fuit dictum in confeßione non tamen apparet quòd eſ-
ſet confeßio ſalutaris. poterat eſſe confeßio quòd iſta verba
hoc tibi dico in confeßione, vt dixi, ergo illa iura non probant
opi. Panor. & ideo non ſine miniſterio Panorm. allegat in ar-
gu. d. c. ſignificaſti, ergo non expreßè probat iuxta glo. & ibi
not. per Ioan. And. & Panorm. in cap. cauſam quæ, de offic.
deleg.*

deleg. præterea ſacerdos ligatus eſt non iure pœnitentis, ſed iure diuino & canonico, vt patet in d. c. omnis. cui iuri per conſenſum pœnitentis derogari non poteſt. & ita per hanc rationem tenet Scotus, Alexand. de Ales & Bonauen. in 4. ſententiarum, diſt. 21. quos refert Fel. in d. c. Matthæus, vbi dicit quòd poſſet dari caſus, in quo poſſet eſſe teſtis, ſcilicet quòd confeſſor iterũ recipiat illud dictũ, ſed non in cõfeſſione, & tunc reuelet. ſed iſta cautela non eſt tuta, ratione de qua ibi per eum. tamen communis opinio eſt in contrarium, ſecundum not. per Innocen. Anton. Panormitan. in d. cap. omnis. & per alios, de quibus ibi per eum. & ratio eſt, quia prohibitio facta ſacerdoti de non reuelando eſt in fauorem confitentis, & ideo ſi ipſe remittit, ius non reſiſtit. argumen. capit. 2. de ſponſ. item quia ſequeretur abſurdum quòd ſi moriens licentiaſſet confeſſorem, vt reuelaret, talis licentia non valeret. cuius contrarium voluit Lap. alleg. 94. incipien. Mulier in confeſſione. vbi vult, quòd non ſolùm confitens poſſit dare licentiam, verum quòd credatur ſacerdoti, dum tamen fide digno de licentia ſibi data de reuelando, ex quo aliter licentia probari non poteſt. quem ſequitur Felin. in cap. veniens. el. 2. de teſti. in 10. colum. & do. Hippol. de Marſi. in l. ſi quis ne quæſtio. ff. de quæſt. in 32. colum. quia vbi aliquid difficiliter probari poteſt, lex eſt contenta ea probatione quæ fieri poteſt, ſecundum Bar. & Imo. in l. illa. in fin. ff. de verborum obligatio. quæ omnia teneas menti, quia quotidiana. Petrus de Moncada.

TESTES QVOT REQVIRANtur in probatione alicuius actus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes duo regulariter requiruntur in probatione alicuius actus. fall. tamen, vt nu. ſeq.*

2 *Teſti vni deponenti de facto proprio creditur.*

3 *Teſti infami deponenti de facto proprio fides adhibetur. & nu. 8.*

4 *Cardinali, vel alicui viro ſummæ auctoritatis aſſerenti ſibi aliquid eſſe commiſſum à Rom. Pontifice, ſeu Principe credendum eſt. intellige tamen, vt nu. ſeq.*

5 *Cardinali, aut alij excellenti viro non creditur in præiudicium alicuius, niſi literas commiſſionis oſtendat.*

6 *Cardinali aſſerenti ſe eſſe legatum creditur, & ſic in his, quæ dicit, pro quorum expeditione miſſus eſt. fall. vt num. ſeq.*

7 *Cardinali non creditur aſſerenti ſe habere commiſſionem de his quæ tranſeunt naturam legationis. limitatur tamen.*

8 *Teſtis vnicus plenè probat, ſi partes conueniſſent, quòd ſtetur dicto vnius teſtis. quod limitatur duobus modis.*

9 *Teſtis vnus probat impedimentum matrimonij contrahendi, & ſic ad impediendum quodlibet peccatum. Item probat in caſibus, vt nu. ſeq.*

10 *Baptizatus ſi fuerit aliquis vel ne, ſi dubitetur, quòd poteſt probari baptiſmus per vnicum teſtem.*

11 *Clericatus poteſt probari per vnum teſtẽ. ſed vide omninò Add.*

12 *Teſtatoris diſpoſitio valet, legantis certam pecuniæ quantitatem alicui, de cuius quantitate voluit ipſi legatario haberi fides, & tunc legatarius plenè probat.*

13 *Teſtis vnus plenè probat poſſeſſorium, licet in hoc ſint opiniones.*

14 *Pontifici Romano ſoli credendum eſt, aliquid aſſerenti, etiam ſi aſſerat de eo, quod ante pontificatum vidit.*

15 *Arbitro, ſeu arbitratori ſoli credendum eſt de his, quæ coram ipſo geſta ſunt, quando partes dederunt poteſtatem cognoſcendi in ſcriptis & ſine ſcriptis.*

16 *Pontifex an poſſit ſtatuere quòd credatur plenè dicto vnius teſtis in præiudicium alterius, diſtinguitur.*

17 *Pontifex poteſt diſpenſare cũ vno clerico, vt nõ teneatur ad omnes horas canonicas, ſed ſolùm ad partem.*

18 *Statutum an valeat quòd dicto vnius teſtis credatur in præiudicium alterius.*

19 *Epiſcopus non poteſt diſponere quòd quis conuincatur de crimine vſurarum per vnum teſtem.*

20 *Dictio negatiua poſtpoſita orationi affirmatiuæ æquipollet ſuo contrario.*

21 *Ciuitas non recognoſcens ſuperiorem poteſt ſtatuere quòd teſtimonio ſolius Epiſcopi, aut Marchionis quælibet cauſa decidi poſſit.*

22 *Statutum non valet diſponens quòd teſti omni exceptione maiori nõ credatur. & vide latè in Add.*

23 *Princeps non poteſt ſine cauſa auferre alicui dominiũ rerum ſuarum.*

24 *Teſtes plures quàm duo vel tres requiruntur aliquando in probatione alicuius actus, & qui ſint illi. nu. ſeq.*

25 *Pontifex ob crimẽ hæreſis deponi poteſt ex duorũ teſtimonio.*

26 *Teſtamentum regulariter non poteſt probari minori numero quàm ſeptem teſtium. fallit tamen.*

27 *Teſtes debent eſſe rogati in teſtamento, & ſi eos non fuiſſe rogatos opponeretur, poteſt rogatus probari per duos teſtes.*

28 *Inſtrumentum ſuſtinetur ex dicto vnius teſtis & fide tabellionis, licet duo teſtes contradicant.*

29 *Pactum an valeat, vt ſtetur ſcripturæ vnius, illiq́; credatur.*

30 *Clericatus qualiter probari debeat, & quomodo teſtes producti deponere teneantur, ad hoc vt concludant.*

31 *Pontifici ſoli creditur, etiam in cauſa propria.*

32 *Statutum an ſit nullum, diſponens quòd non poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis probanti per vnum teſtem omni exceptione maiorem.*

33 *Teſtatoris intentio poteſt probari per duos teſtes, vtputa ſi dubitetur an iure inſtitutionis filio reliquerit, ad hoc vt valeat teſtamentum, licet ipſum teſtamentum non poſſit probari minori numero quàm ſeptẽ teſtium.*

SEXTA ſe offert pars examinãda, in qua quærendum eſt, quot teſtes requirantur in ꝓbatione alicuius actus. in quo dicite † ꝙ regulariter 1
requiruntur duo teſtes *a* lege iuriſiurandi. C. de 4
teſtib. c. licet vniuerſis, extrà de teſti. vbi dixit ꝙ nulla cauſa eſt, quæ poſſit vnius teſtis teſtimonio finiri. Spec. in titu. de teſte. in §. reſtat. ver. hoc tamen fallit. enumerat caſus 30. in quibus dictum vnius teſtis facit plenam probationem. ego aliquos ex dictis, qui ſunt magis quotidiani, proſequar, de alijs me remittendo, adductis aliquibus, quos ipſe non ponit.

Primò † ergo fallit prædicta regula in teſte de- 2
ponente de facto proprio, quia ei ſoli plena fides adhibetur ſecundum Pau. de Caſt. in l. quicunq;, in fi. C. de ſer. fugi. dum tamen cõcurrant alia inditia. pro quo adducit tex. in l. quæro. in §. final. ff. de ædil. edict. & text. in leg. cùm probatio. ff. de probationibus. Idem tenet Pau. de Caſtro in conſilio 333. incip. viſa petitione, in 1. colum. & in con

ſilio 370. & iſtud idem ante eum voluit Salicet. in
l. ſi quis, in 4. oppo. C. de fal. iſta limitatio confir-
matur ex eo quod decidit idem Paul. de Caſtr. in
l. ſecunda. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxa cauſa aga. vbi di
3 cit † quòd teſti infami de facto proprio creditur
etiam in cauſa criminali. Et ita ſecundum iſtam
limitationem Paul. de Caſtro fuit conſultum Pa-
tauij, vt atteſtatur d. meus in l. admonendi, in 23.
col. ff. de iuraiuran. in lectura. cui tamen limita-
b tioni contradicit domi. Alexand. b in dict. §. ab-
ſens. & do. meus in loco ſuperius alleg. quatuor
rationibus, de quibus ibi per eum. ſequor opinio-
nem Paul. de Caſtro per text. in dict. l. quæro. §.
final. Non obſt. dum dicitur quòd ideo ibi credi-
tur, quia aderant alia inditia fugæ, aliàs ſecus, quia
dico quòd inditio fugæ exiguntur quoad iſtum
effectum, vt ei plena fides adhibeatur ſine tormen
tis, quæ inditia quando deſunt iudici, ei ſoli cre-
ditur, attamen de ipſo quæſtio eſt ſumenda. l. cùm
probatio. ff. de prob.

4 Secundò fallit in † Cardinali vel aliquo viro
ſummæ auctoritatis aſſerēti ſibi aliquid eſſe com-
miſſum à principe ſeu à Romano Pontifice, quia
ei ſoli plena fides adhibetur, licet literas ſui man-
dati non oſtendat. cap. nobiliſsimus, vbi gloſſ. 97.
diſtinct. Specu. in loco præallegato verſicu. 59.
Bald. in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. Pau. de Ca-
ſtro & Salicet. in l. 1. C. de manda. princ. Ludoui.
Roman. in conſilio 19. incip. Ad diſcutiendum.
in quarto dubio. in quo tamen Bart. contrarium
tenuit in l. 1. C. de ſuperindict. libro 10. & in dict. l.
1. de mand. princ. ideo in iſta limit. facio aliquas
concluſiones.

5 Prima † concluſio ſi dictum Cardinalis vel a-
licuius viri excelſi tangeret præiudicium alicuius
c c non creditur ei niſi literas ſuæ commiſsionis o-
ſtendat. gloſſ. eſt not. in capitu. ſint, quæ eſt fin. de
ſentent. excom. quam no. ibi Moder. & præcipuè
do. Abb. pro iſta concluſione facit tex. in c. cùm à
nobis, de teſti. & text. in c. licet ex quadam, eod. ti-
tul. ibi, etiam ſi præſidali præfulgeat dignitate. &
text. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. & ibi, etiam ſi ho
nore curiæ &c.

6 Secunda ſit concluſio, cùm † Cardinalis non
ſoleat exire curiam, quin ſit legatus, creditur ſibi
aſſerenti ſe eſſe legatum, ſecundum Specu. in titu.
de leg. §. ſupereſt, verſi. quòd ſi legatus. do Anto.
in c. quòd ſuper his, de fide inſtru. creditur etiam
ei in his, quæ expoſuit ei ad quem miſſus eſt, c. ad
apoſtolicæ, de re iud. lib. 6.

7 Tertia ſit concluſio † non creditur Cardinali
aſſerenti ſe habere cōmiſsionem de illis quæ tran-
ſeunt naturam legationis, id eſt eorum quæ ſunt
reſeruata ſpecialiter Romano Pontifici, de qui-
bus in c. quòd tranſlationem, de offic. leg. ita di-
cunt Doct. ſuprà relati, quod limi. Ang. in l. quæ-
cunque, in §. fi. ff. de publ. quando illud de quo
dicit ſe habere commiſsionem, non tenderet in
præiudicium alicuius, vt quia diceret ſe habere po
teſtatem diſpenſandi cum illegitimè natis, vt poſ-
ſint promoueri ad ordines & dignitates eccleſia-
ſticas. & idem tenet Ang. in conſil. 292. Ab iſta ta-
men opin. diſſentit Petr. de Anch. in Clem. literis
de probatio. & meritò vt inquit Are. in c. cùm no-
bis, extrà de teſtib. quia text. in c. nobiliſsimus,
non dicit quòd credatur illi aſſerenti ſibi aliquid
eſſe commiſſum, quod ſit de reſeruatis Roma-
no Pontifici. item, quia obſtat regu. tradita in l. 1.
C. de mand. princ.

Tertiò fallit, † quando eſſet facta conuentio 8
inter partes quòd ſtaretur dicto vnius, d quia tunc d
ille ſolus plenè probaret, vt per Specu. in tit. de te-
ſte. §. reſtat. in verſicu. 24. do. Anto. in c. veniens,
el. primo de teſti. Ludo. Roma. & dom. Alex. in l.
1. §. fin. de verb. obli. Bald. in l. bonæ fidei. verſi ſed
dubitauit de vno puncto. C. reb. cred. facit quia
teſtimonio aduerſarij ſtari poteſt de cōſenſu par-
tis. l. fin. C. de fideicommiſ.

Limitatur tamen iſtud, quando conuenirent
in perſona, & non in dicto tertij, vt quia partes
conuenerint ſtare teſtimonio Sempronij, & non
dixerunt ſuper mutuo ſeu depoſito & ſic de ſimi-
lib. ſic limitat Bal. in d. l. in bonæ fidei. Item limi-
tatur in caſu de quo per Doct. in l. 2. C. de pondo-
ra. aur. Et in tantum eſt vera prædicta limitatio,
ſeu quod melius eſt, fallentia, quòd dixit Ange.
in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. quòd vni
teſti infami de voluntate partium poteſt credi,
quod eſt menti tenendum.

Quartò fallit, † quando agitur de probando 9
impedimentum matrimonij contrahendi, nam v-
nus ſolus teſtis plenè probat huiuſmodi impedi-
mentum. text. eſt in cap. ſuper eo. de teſtib. & in
cap. præterea, de ſponſa. idem eſt dicendum ſecun-
dum domi. Abb. in dicto cap. ſuper eo. in vlt. not.
vbicunq; agitur ad impediendum peccatum, nec
ius alterius diminuitur. allegat not. per gloſ. in c.
nuper, eo. tit. & in c. ſolennitas, de conſec. diſt. 1. &
c. multi. 2. q. 1.

Quintò fallit, † quando nulli principaliter 10
fit vel infertur præiudicium, vt quia dubitatur, an
aliquis ſit baptizatus, vel eccleſia ſit conſecrata. c.
per nullos. & capitulo cùm itaque, de conſecr. di-
ſtinct. 4. gloſſ. in capitu. licet vniuerſis. & gloſſ.
final. in cap. nuper, extrà de teſti. ideo infert Bal.
in dict. cap. licet vniuerſis, quòd clericatus † per 11
vnum teſtem e poteſt probari, quia eſt actus qui ſua e
natura inſpecta principaliter nemini præiudicat,
quod eſt notandum. Item fallit † in caſu not. ſe- 12
cundum quem iſtis diebus in quæſtione facti con
ſului, quando teſtator legauit alicui pecuniam ſi-
bi per eum numeratam, de cuius quantitate vo-
luit ſtare dicto ipſius legatarij: nam valet iſta di-
ſpoſitio teſtatoris, & ipſi legatario datur plena fi-
des. argumento text. in l. Theopompus. ff. de opt.
lega. & ita in indiuiduo tenet domi. Alexand. in
conſil. 196. incip. circa id de quo quæritur. in 2. vo-
lumine. idem ſentit Barto. in l. final. ff. de præ-
to. ſtip.

Sextò fallit, † quando agitur de poſſeſſorio 13
in quo dicitur agi de leui præiudicio, nam iſto ca-
ſu vnus ſolus teſtis plenè probat, ita quòd non eſt
neceſſarium iuramentum in ſupplementum pro-
bationis. ita ſentit Bartol. in l. prima f. C. quorum f
bonorum. & clarius in l. 2. C. vbi in rem actio. con
trarium tamen & fortè melius tenuit idem Barto.
in l. admonendi, in 12. colum. ff. de iureiur. & in
extrauag. ad reprimendum in verbo, ſummariè. &

Matth.

Matth. Mathæſil. in no. ſuis no. 3. Nec eſt verum
quòd cauſa poſſeſſorij dicatur leuis præiudicij, vt
probatur §.commodum. Inſti. de interdict.

14 Septimò fallit † in Romano Pontifice g aliquid
g teſtificanti ſeu aſſerenti, cui ſoli creditur, & eius
dictum facit plenam fidem. c. cùm à nobis, de te-
ſti. quod procedit etiam ſi teſtificetur de eo quod
vidit ante pontificatus adeptionē. ita volunt duæ
glo. not. vna videlicet in capit. 1. in verbo, ſtatuit,
de renunc. in 6. & alia in cap. ad apoſtolicæ, in ver-
bo promiſiſſent, de re iudic. eodem lib. de quibus
feci mentionem ſuprà in vltima quęſtione 4. par-
tis principalis.

15 Octauò & vltimò † fallit in caſu, quem ponit
Barto. in Authen. niſi breuiores. C. de ſententijs
ex pericu. reci. vbi vult quòd quando in compro-
miſſo partes dant poteſtatem arbitro ſeu arbitra-
tori cognoſcendi & procedendi in ſcriptis & ſine
ſcriptis, per hoc videntur velle partes quòd eius
ſimplici relationi credatur, & iſto caſu ſolus arbi-
ter ꝓbabit de his quæ coram eo geſta ſunt, & ipſi
plena fides adhibebitur. iſtud idē tenuit do. Ant.
in c. cùm ad ſedem, de reſti. ſpol. & in c. ī pręſen-
tia, de probat. domi. Abb. in c. 1. de libel. oblig. in
4. adducens pro confirmatione not. per Bart. in l.
iubemus. C. de ſacroſ. eccleſ.

Contrarium tenet in hoc Ang. in d. Auth. niſi
breuiores do. Ant. & Imo. in c. quintaualllis, de iu-
reiur. do. Alex. in l. ſciendum, in 6. col. ff. de verb.
ſign. de quo dic, vt ibi per eum.

16 Nunquid autem † poſsit Romanus Pontifex
ſtatuere quòd credatur dicto vnius teſtis plenè in
præiudicium alterius? diſtingue, quòd aut ſtatuit
generaliter quòd in omni cauſa dictum vnius te-
ſtis plenè probet, & tunc non valet eius conſtitu-
tio. c. indicas Hermanum. 3. q. 9. quia ius diuinū
ſtatuit quòd in ore duorum vel trium ſtet omne
verbum, c. in omni negocio, de teſti. contra quod
ius diuinum non poteſt diſpenſare Romanus Pon
tifex in caſu iſto, cùm tolleret & deſtrueret in to-
tum, c. ſunt quidam. 25. q. 1. aut ſtatuit quòd in cer
ta cauſa ſtetur dicto vnius, & iſto caſu valebit eius
conſtitutio, cap. teſtimonium. 11. quæſt. 1. & ita te-
nent Abb. & Aretin. in d. c. nuper, de teſti. ratio
eſt, quia licet ius diuinum in totum nō poſsit tol-
lere, poteſt tamen in certis caſibus illud limitare,
vt patet in cap. licet, de ferijs. vbi permittitur die-
bus dominicis poſſe piſcari. quod tamen eſt con-
tra ius diuinum, iuxta illud: Sabbata ſanctifices.
iſtud oſtenditur etiam ex his quæ no. domi. Car-
di. in Clem. 2. de celebra. miſ. in 6. not. vbi vult
17 † quòd Papa poſsit diſpenſare cum vno clerico, vt
non teneatur ad omnes horas canonicas, ſed ſo-
lùm ad partem ſequitur domi. Abb. in c. fi. de ce-
lebrat. miſ. Et ad hoc videte domi. Felin. multa
congerentem in cap. humilis, de maio. & obed.

18 Nunquid autem valeat ſtatutum † quòd di-
cto vnius teſtis credatur in præiudicium alterius.
h Bald. h in l. final. C. de conſtitu. pecu. tenet quòd
dictum ſtatutum ſit validum, pro quo facit, quia
vt ſuprà dictum eſt, per pactum fieri poteſt quòd
ſtetur dicto vnius teſtis, ergo & per ſtatutum. l. fin.
C. de fideiuſſ. Bart. in l. alia. §. eleganter. ff. ſolu-
to matrimonio.

Contrarium tamen credo eſſe verius. Et in pri-
mis adduco quod voluit Fede. de Sen. in conſi. 17. 19
vbi dicit † quòd non valet conſtitutio epiſcopi
i diſponens quòd quis conuincatur de crimine v- i
ſurarum per vnum teſtem, quia eſt contraria iuri
diuino. Et iſtud idem tenet Pet. de Anch. forma-
liter referens conſil. d. Fed. in cap. canonum ſta-
tuta, in 10. chart. extrà de conſtit. in verſic. accedit
quæſtio do. Federici. Et idem tenet domi. Franc.
Aret. in l. 1. §. fi. in penul. colum. de verborum ob-
ligat. Secundò pondero text. in l. iuriſiurandi. C.
de teſti. vbi dicitur quòd omninò dictum vnius
teſtis non eſt admittendum: ſenſus eſt, nullo mo-
do eſt admittendum, quia † dictio negatiua poſt- 20
poſita orationi affirmatiuæ æquipollet ſuo con-
trario. l. illa inſtitutio. ff. de hæredib. inſtituend.
Barto. in l. græcè. §. illud. ff. de fideiuſſor. ſed iſta
verba nullo modo habent iſtum effectum, quia
videtur per illa ſublata poteſtas inferioribus ſta-
tuendi contra diſpoſitionem iuris communis &
ſuperioris. glo. eſt in Clemen. 2. in verbo, conce-
datur. de æta. & quali. quam reputat Imo. ſingula-
rem in c. 2. de teſtam. Ange & Imol. in l. ſi quæra-
mus. ff. de teſtam. Tertiò facit, nam ſi huiuſmodi
ſtatutum eſſet validum, ſequeretur quòd tantam
poteſtatem haberent inferiores in ſtatuendo con-
tra ius diuinum, quantam habet Roma. Pontifex
aut Imperator, k qui non poſſunt ſtatuere quòd k
vni ſoli credatur, niſi in certis caſibus, non autem
generaliter vt ſuprà dictum eſt, iſtud autē eſt val-
de abſurdum, igitur &c. Poſſet tamen ciuitas † nō 21
recognoſcens ſuperiorem ſtatuere quòd teſtimo-
nio ſolius Epiſcopi, aut Marchionis quælibet cau
ſa decidi poſsit. tex. eſt in c. quicunque. 11. q. 1. ſe-
cundū intellectū Inn. in c. nuper, de teſti. Rom. in
ſuis ſingu. ſing. 356. Et hoc modo ꝓcedere poteſt
d. Bal. de quo ſuprà, aliàs ſimpliciter loquēdo di-
ctum Bald. non eſſet verum, quia non valeret ta-
le ſtatutum, cùm ſit contra ius diuinum. & ita
tenet do. Anto. Abb. & alij in c. 2. de prob. quos vi-
debitis.

Nunquid autem valeat † ſtatutum diſponens 22
quòd teſti omni exceptione maiori fides non ad-
hibeatur? dicite quòd non, vt per Roma. l in ſin- l
gulari ſuo 750. vbi adducit tex. in cap. talia. 8. quæ-
ſtio. 3. Non obſtat ratio adducta in contrariū, quia
quoad diſponendum ſuper re propria plus ope-
ratur pactum hominis, quàm legis diſpoſitio: pa-
tet, quia quis poteſt ſemetipſum priuare domi-
nio rerum ſuarum, cùm in illis habeat liberam ad-
miniſtrationem. l. in re mandata. m C. mand. l. m
non vſque adeò. ff. ſi quis à paren. fuer. manu. & ta-
men lex vel princeps † non poteſt auferre alicui 23
dominium rerum ſuarum ſine cauſa, vt volunt
Inno. & alij in c. quæ in eccleſiarum, extrà de con-
ſti. facit tex. in c. veniens, de iureiur. iuncta l. 1. ff. à
quibus appel. non licet.

Vltimò pro complemento eſt addendum ſu-
pradictis, quòd ſemper dictum vnius teſtis facit
fidem quoad plenam probationem in caſibus, in
quibus dictum eſt. † notandum tamen eſt, quod 24
aliquando in probatione alicuius actus plures te-
ſtes requiruntur quàm duo vel tres. Nam aliquan-
do ſeptem, aliquando 60. aliquando 70. requirun-

tur.c.præſul.5.q.4.qui tamen text. ſecundum illa tempora procedit.& emanauit ad compeſcendam malitiam hæreticorum, qui aliquando accuſabant Cardinales ſeu clericos ad iſtum effectũ, vt illi remouerentur ab officio & alij eorum loco ſubſtituerentur. ita dixit Arch. & Dom. in dict. c. præſul.do. Abb.in capit.per tuas, in fin. de maio. & obed.& in cap.licet vniuerſis, de teſti. hunc intellectum tenet etiam Gratianus 24.q.4.in §.fina.Roman.in ſingu. 202. Et ſic ſecundum Doctor. ille text.non procedit hodie, quia ceſſat dicta ratio, ideo quilibet clericus damnari poterit ex teſtimo-
25 nio duorum teſtium, ſicut Romanus † Pontifex deponi poteſt propter crimen hæreſis ex duorum teſtimonio, ſecundum gloſſ. in d. c. præſul. quæ eſt no.& de ea dom. Abb.meminit in c.1.in 3.col. de procu.

Aliquando etiam quinq; teſtes requiruntur, vt in caſu l.teſtium.C.de teſti. ſcilicet quando debitum fuit redactum in ſcriptis, vt quia fuit cõuentum inter partes, quòd de debito fiat publicũ inſtrumentum, hoc caſu probatio debiti non poteſt fieri per teſtes pauciores numero quinque.

26 Regulariter † etiam teſtamentum nõ poteſt ꝓbari minori nnmero quàm ſeptem teſtium.l. hac conſultiſsima. C.de teſta.l.fi.C.de.fideicom.

Fallit tamen, quando agitur de probando aliquo extrinſeco, neceſſario tamen ad validitatem inſtitutionis & eius ſubſtantiam, quod tamen non dependet à voluntate teſtatoris: nã tunc duo teſtes ſufficerent. Exemplum, dixit teſtator: Filium meum Titium, aut fratrem meum hæredem inſtituo. iſta qualitas filiationis debet eſſe vera, vt valeat inſtitutio l.ſi pater.C. de hæredib. inſtituen. & tunc hæc qualitas probari poſſet per duos teſtes. ita notanter dicit Paul. de Caſtr. in l.
u errore.u C.de teſta. & in l.cùm proponeretur.ff.
27 de leg. 2.† Similiter ſi diceretur teſtes adhibitos in teſtamento non fuiſſe rogatos, ſufficeret contrarium probare per duos teſtes ſecundum Bal.& Paul.de Caſtr.& Alexan.in l.2.C.de bon.poſſeſſ. ſecundum tab. Bald. in l. comparationes.C.de fide inſtrumen.Imol.in c.cùm eſſes, in 12. col. de teſtamen.videte etiam gloſſ. quæ reputatur ſingularis in d.l.cùm proponeretur, de leg. 2. Et ex his remanet expedita iſta ſexta pars.

ADDITIONES D. PETRI de Moncada.

a Duo teſtes. *Not. & tene menti, quòd licet regulariter duo teſtes plenè probent & præferantur teſtimonio v-*
28 *nius, † tamen iſtud non erit verum quando eſſent duo teſtes, qui contradicerent inſtrumento. & vnus deponeret pro inſtrumento, quia hoc caſu inſtrumentum ſuſtinebitur ex dicto illius teſtu, & ex fide tabellionis, adeò quòd teſtimonium illorum duorum non erit ſufficiens ad reprobandum inſtrumentum, ſed erunt neceſſarij tres teſtes. ita ſing. dixit Io.de Imo.in c.cùm Ioannes. de fid inſtru. in pe.col. quod dictũ pro valde ſolenni refert Alex.in conſ.93.inci. in cauſa & lite.in pen.col in 5. volu. vbi dicit non reperiſſe ab alio ſcriptum. idem tenet d.Hipp.de Marſi.in ſing.61.incip.dictum ſeu teſtimonium.. Pet.de Moncada.*

b D. Alex. *Adde quòd eum ſequitur Franc. Curt. in tractatu de teſti.in 66. & vltim. conclu. facit quod no.do. Hipp.de Marſi.in l.1.§.ſi ſerui.1.in no.ff. de quæſt. pro opi. tamen Pau.de Caſt. facit text.in c.præterea. de ſponſa. pro huius intellectu vide Soci.in reg. 369. in 2.fall. & pondera quod Pau.de Caſt. loquitur in caſu ſpeciali. Pet.de Moncada.*

c Præiudicium alicuius. *Adde Fran. Curt.in tracta. de teſti.in 70.conclu. & latè per Feli.in c.quòd ſuper his.de fide inſtru.Pet.de Monc.*

d Dicto vnius. *Aduerte, quia iſta concluſio non videtur vera, quod ſic probatur: Plus poteſt lex vel ſtatutum, quàm poſſit partiũ cõuentio, vt not. Bar.in l.alia.§.eleganter.ff.ſolut.matrim.ſed per legem fieri non poteſt, quod ſtetur dicto vnius, vt eſt tex. in c. iudicas Hermanum. 3.q.9. no.per Panor.in c.2.de prob.& infrà per d.Io.ergo conuentio partium ne ſtetur dicto vnius erit nulla. & ita propriè arguit idem do.Io.in l.1 §.fi.in 3.col.de ver.obli.hic alleg. ſed huic arg. reſpondet quòd quando tractatur de præiudicio partium plus poteſt pactum quàm lex vel ſtatutum. patet, quia pars poteſt remittere iuramentum teſtib. vt in c. tuis, de teſti.& tamen lex hoc nõ poſſet, cùm ſit de iure. di-*
ui igitur &c. † an autẽ valeat conuentio partium vt ſtetur 29
ſcripturæ vnius & credatur. vide plenè no.per Alex.Soci.d. Caro. Rai.præcep.meum.& d.Io.in d.§.fi. Pet. de Monc.

e Per vnum teſtem. *Adde quod idem tenet Felin. in cap. Alber.de teſti.in fin.col.& in d.c.licet, in fi. & d.Hippo.de Marſi.in l.1.§ idem Cornelio.ff. de quæſt. in fin.col. aduerte tamen quia iſta opinio non eſt ſine dubio apud me. Nam videtur quòd ſit contra text.in c.tuæ.de cler.peregr. vbi probatur quòd clericatus debet probari per literas aut per teſtes. pondera dum dicit per teſtes, ergo non ſufficeret vnus, quia pluralis locutio ad minus requirit numerum duorum, vt in reg. pluralis locutio, de reg.lib.6. ad idem eſt glo. ſing. ſecundum Phil. Fran.ibi poſt alios in c. ſi iudex laicus, de ſent.excom.lib.6.in ver.fecerit. quæ vult quòd clericatus probetur per inſtrumentũ aut per teſtes. ſentit ergo quòd plures requiruntur. idem ſentit Inn.in c.1. de cler. peregr. dum dicit quòd in probatione clericatus ſufficiunt duo teſtes, quamuis requirantur 5.ſigilla epiſcoporũ, ergo non ob. quòd clericatus ſui natura nulli præiudicet, cùm non quærat patrimoniũ alterius &c. quia reſpondeo, dato quòd patrimonium alterius non quærat, tamen hoc non fit alio reſpectu niſi ne laicus vt clericus reputetur. Item vt non permittatur celebrare publicè propter ſcandalum populi ſi appareret poſtea ipſum non eſſe ordinatum &c. præterea negatur quòd nulli præiudicet: nã pone, vt quotidie euenit, quòd aliquis delinquit, capitur à iudice ſeculari, allegat ſe eſſe clericum, & probat per vnum teſtem, erit valida probatio: certè attenta ratione Bal. non, quia hic tractatur de magno præiudicio, ſ. de iuriſdictione abſorbenda contra c. peruenit. 11.q.1.& gl.in c.fi.de confir. vti. vel inuti. ego cogitabã pro concordia ſic poſſe dici: aut aliquis lõgo tempore fuit habitus & reputatus vt clericus, & tunc propter argumẽta præcedentia vnius teſtiũ probabit ipſum eſſe clericũ. arg.no. per Io. And.in c. inter quatuor, de cler. peregr. nam poteſt eſſe quòd omnes teſtes qui interfuerũt ſuæ ordinationi ſint mortui, excepto vno vel quòd amiſerit inſtrumentum ordinationis ſuæ. iſto caſu procedat opi. Bal.& ſequacium. Aut nõ fuit habitus vt huiuſmodi, & tunc ſecus, & maximè ſi erat ignotus, vt per totum de cler. peregr. cogita tamen propter aucto. Bal.& ſequaciũ iunctis his quæ no. per Io. And. in re-*
gu. nõ licet actori, de reg. iur. lib.6. in merc. in pe.col. † qua- 30
liter autem debeant deponere teſtes producti ad probandũ clericatum ad hoc vt concludant. vide per Bar. & Felin.in 4.col.in c.cùm cauſam, de teſti. Pet.de Monc.

f In

f In l.1. *Adde quòd eum ſequitur Frau.Curt. in tracta. de teſti.60.conclu.tamen plus placet opi. contraria per d.§. commodum.Pe.de Monc.*

g Pontifice. *An hoc habeat locum quãdo Papa aliquid aſſereret contra laicum non ſibi ſubditum & in rebus temporalibus. Vide omninò Feli.in c.ad audientiam, de praeſcri. & Cel.in addi.ad Bal.in l.iuriſiurandi.C.de teſti. & no-* 31 *ta † quòd creditur Papa ſoli etiam in cauſa propria, & ſic ſpeciale eſt in eo vt ſit idoneus teſtis in cauſa propria. tex.eſt in Clem.1.de proba.no. Feli.in c.cùm veniſſent, de iudi. Petrus de Moncada.*

h Bal. *Aduerte quia Bal.in l.hic allegata ſaltem in lib. meo vllum verbum de hoc dicit, nec fuit vitiũ ſcriptoris, cùm habeam originale propria manu do. Io.ſcriptum. & quod fortius idem error eſt in l.1.§.fi.de verb.obl.in 5.col. Petrus de Moncada.*

i Conſtitutio epiſcopi. *Adde Panormit.in c.cùm in tua, de fur.in fin.de quo dixi in additio.ad dom. Ludo. Goza.praecep.meum in repeti.l.2.C.de pact.inter empt. & ven. ſub nu.169.Pet.de Monc.*

k Imperator. *Aduerte dum do. Io. aequiparat Imperatorem Romano Ponti. in ſtatuendo quòd vni ſoli credatur, quia contrarium tenet Fel.in c.cùm à nobis, in 2.col. & in c.nuper.in fi.de teſti. & vide etiam ibi de ciuitate non recognoſcente ſuperiorem.Pet.*

l Roma. *Adde eundem do.Ioan.in l.1.§.fi.in 5.col.ff.de verborum oblig.vbi dicit quòd iſtud dictum poteſt dupliciter intelligi, primò quòd non valeat ſtatutum diſponens quòd teſtis omni exceptione maior productus cũ alio nõ probet.& iſto caſu verum dicit Rom.quia auferretur facultas probandi per duos teſtes, quod eſſet contra ius diuinum, ideo* 32 *nullius erit momenti.c.ſunt quidam.25.q.1. † ſecundò poteſt intelligi quòd ſtatutum ſit nullum, ſi diſponit quòd non poſſit deferri iuramentum in ſupplementum probationis probanti per vnum teſtem omni excep.maiorem, & iſto caſu dicit do.Io.non eſt verum dictum eius, imò valebit huiuſmodi ſtatutum, quia quòd probanti per vnum teſtem iuramentũ ſit deferendum, eſt contra regulas iuris.l. vbi numerus.ff.de teſti.c.in omni negocio.& c.licet, de teſti. igitur diſponendo oppoſitum, debet valere, cùm conformare videatur cum iuris diſpoſitione, per rationem de qua in c.2. de decimis.libr. 6.in prin.& gl.in c.ſtatutum, in verbo numerandũ, de praeb. eo.li.Praeterea dicit ipſe delatio iuramẽti deſcendit ex quadam aequitate, & repugnat rigori iuris ſcripti, vt dicit Bal. in Rubri.de contr. inueſt.in vſi.feu. ergo &c.& ita reſidet. modò aduerte, quia in 1.membro abſolutè videtur benè loqui, in 2.dubito.nam non videtur contra regulam l. vbi numerus.cum ſi.quòd probanti per vnum teſtem deferatur iuramentum, quia ibi nil circa hoc diſponitur, ſolùm intentio legis eſt ambiguitati quae poſſet oriri ſuper hoc termino teſtium indefinitè prolato. Praeterea poſito & nõ conceſſo quòd illa l.faciat in propoſito, dico quòd nõ eſt cõtra, ſed pro, quia deferendo iuramentum parti pars gerit officium teſtis, vt eſt tex.in c.ex inſinuatione, de procu.& no. Bal.in d.Rub.quo caſu verum erit dicere rem probatam eſſe per duos teſtes, & ſic non erit contra illam l.vbi numerus. dato quòd in ſe videatur verum hoc dictum do. Io. Vltra praedicta dico quòd dictum Ro.poteſt intelligi, in caſibus, in quibus vnus teſtis plenè probat, de quibus ſuprà.Pet.de Monc.*

m L.in re mandata. *No. quòd diſpoſitio iſtius l. habet locum etiam ſi dominus re propria abuteretur.text.eſt in l. ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de pet.her. dummodò iſta diſpoſitio, ſeu abuſio non ſit contra bonos mores. ita no. limitat d.l. in re mandata. Alex.in add.ad Bar.in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de ver.obl. & ad praedicta vide nouã doct.quam tradit idẽ d.Io.in rep.l.nemo poteſt.de leg.1.in 10.col. Petr.*

n In l. errore. *Adde Bar.in l.inter omnes.C.fam.herciſc.& Bal.in l.2.in 2.col.C.de bon.poſſ.ſecundum tab.& in l.fi.C.de fideicom.in penultim.colum. Item no quòd ſi eſt quaeſtio, an teſtator fuerit habilis ad teſtandum vel notarius ad recipiendum teſtamentum, poterit probari habilitas per duos teſtes, quia non eſt quaeſtio de voluntate, ſed de ſolennitate. † idem ſi pater reliquit filio centum, et dubitatur an iure inſtitutionis, & ſic an valeat teſtamentum poterit pro-* 33 *bari per duos teſtes ita multum no Paul.de Caſtr.poſt Bal. in d.l.2.de bon.poſſ. vbi etiam Alex.qui alleg. Io. de Imo.in c.cùm eſſes. de teſta in 13.col.dicentem iſtam eſſe communem opi.cùm, vt dictum eſt non tractetur de voluntate, ſed de ſolennitate, in qua probanda ſufficit probatio praeſumptiua, vt not.in lege poſt diuiſionem.C.de iuris & facti ignor. & per Bal.in l.haeredes palam.in prin.in 2.col.ff.de teſtam. praedictis adde Alex.in conſi.140.inci ſuper teſtamento ſer. Nicolai.in 1.col. in 1. volu. Nec obſtat quòd facilius probetur voluntas quàm ſolennitas, vt l.fin.de reb.eorum.& in l. in teſtamento.ff.de fideicom.lib.quia ad hoc reſpondet Ale. in d.l.2.in pen.col. Et ad id quod dixit ſuprà d. Io. videlicet quòd multi ſunt caſus, in quibus non ſufficiunt duo teſtes &c.Vide pro hoc omninò Bal.in tract.de teſtib. c. de nume. teſtium.quod incipit, dictum eſt ſuprà quibus potius credatur &c.Petrus de Moncada.*

FORMA IN TESTIVM EXAMInatione quae ſit obſeruanda.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis dictum vt valeat neceſſe eſt vt iuratus deponat, quod extenditur etiam in Cardinale & viris religioſis, & in cauſis etiam ſummarijs.fall.vt nu.3.5.*

2 *Sacerdoti producto in teſtem non creditur abſque iuramento.*

3 *Teſtis non iuratus non probat licet in cauſa procedi poſſit nulla iuris ſolennitate ſeruata, licet multi contrà.*

4 *Pontifex non poteſt diſpenſare, vt non interueniat iuramentum in ferendo teſtimonium in iudicio, ex quo iuramentum eſt de iure diuino.*

5 *Arbiter, vel iudex cui data eſt poteſtas procedendi de facto, ſed pronunciandi de iure, poteſt credere teſtibus licet non iuratis.*

6 *Teſtis dictum non valet, ſi depoſuerit ſine iuramento, licet incontinenti illud praeſtiterit, & eſt communis opin. vt in add.quicquid, multi econtrà.*

7 *Teſtes licet à principio non fuerint rogati in teſtamẽto, tamen ſi antequam recederent fuiſſent rogati, quòd teſtamentum valeret.*

8 *Teſtes in dubio praeſumuntur prius iuraſſe quàm depoſuiſſe.*

9 *Teſtibus non iuratis creditur quando examinantur ſuper eo, quod eſt notorium. Item & ſuper conſuetudine inducta à populo.*

10 *Exequutor deputatus ad prouidendum alicui de beneficio cum clauſula, ſi idoneum illum reperierit, poteſt recipere informationes & teſtes examinare abſque iuramento.*

11 *Teſtes ſi ſint hinc inde pares, pro illo ferenda eſt ſententia qui haberet vltra parem numerum, vnum teſtem licet non iuratum.*

12 *Teſti non iurato creditur, quando iuramẽtum ab vtraque parte fuit remiſſum.fall. vt nu.21.*

13 *Teſtis licet non iuratus probat, quando fides ipſius ab vtraque parte eſſet approbata.*

14 *Appellari non poteſt à ſententia illius, cuius conſcientiæ aliquid fuit commiſſum.*

15 *Iuramentum non præſumitur præſtitum à teſte. Fall. tamen in antiquis.*

16 *Citatio præſumitur interueniſſe, ſi in ſententia, antiqua tamen, fieret mentio de ipſa citatione.*

17 *Scriptura priuata in facto antiquo facit ſemiplenã probationem.*

18 *Inſtrumẽta antiqua inter alios cõfecta probãt cõfinia.*

19 *Tempus antiquũ dicitur 100. annorũ. & eſt cõmu. opin.*

20 *Iuramentum præſtare non cogitur aliquis, cuius dicto ſtandum eſſe oportet.*

21 *Iuramentum non poteſt remitti teſtibus deponentibus in cauſa matrimoniali, ad matrimonium dirimendum, ſecus ſi ad coniungendum.*

22 *Teſtis nõ poteſt iurare die feriato, licet deponere queat.*

23 *Teſtium depoſitiones ad hoc vt validæ ſint, requiritur partis citatio fall. tamen vt nu. ſeq.*

24 *Teſtes licet non citata parte faciunt fidem examinati ſuper naufragio paſſo, vel aliqua ruina, aut bonorum amiſſione.*

25 *Teſtes examinantur à iudice parte non citata, quando proceditur per viam inquiſitionis.*

26 *Teſtes parte non citata examinari poſſunt, quando aduerſarius eſt potens & eius præſentia eſt formidoloſa.*

27 *Teſtes poſſunt examinari parte no citata, quando cauſa eſſet expediendo, nulla iuris ſolennitate ſeruata. licet in hoc contraria opi. ſit potior.*

28 *Teſtes ſi eſſent tales, quorum dicto omninò eſſet ſtandũ, quia ita partes conuenerunt, tunc non requiritur ipſarum partium citatio.*

29 *Teſtes parte non citata poſſunt examinari quando dubitatur de eorum morte vel receſſu.*

30 *Teſtes admittuntur parte non citata, quando agitur de probanda conſuetudine.*

31 *Teſtes poſſunt recipi parte nõ citata ab exequutore dato ad cognoſcendum an quis ſit idoneus ad beneficium.*

32 *Teſtes recipiuntur parte nõ citata quãdo iudex illos recipit ſuper fama, aut notorio ad ipſius informationem.*

33 *Teſtium dictum inualidum eſt, quando pars (licet citata ad videndum eos produci) non potuit comparere ob ineuitabile impedimentum.*

34 *Teſtium examen eſt nullius roboris, quãdo neutra pars fuit præſens depoſitionis tempore.*

35 *Teſtes non debent ſe vltrò offerre, ſed citari debent ad hoc vt probent.*

36 *Teſtes debent examinari à iudice, non autem à notario, aliàs fidem non faciunt.*

37 *Teſtes debent examinari poſt litem cõteſtatam, ad hoc vt probent, non ante, fall. tamen in nonnullis caſibus.*

38 *Teſtes, qui examinantur lite non conteſtata, an debeant iurare parte perſonaliter citata, vel ſufficiat citatio ad domum.*

39 *Teſtes de quibus ſuprà ſunt examinandi corã illo iudice, coram quo cauſa principalis cognitio agitanda eſt.*

40 *Senes & valetudinarij qui dicantur.*

41 *Teſtes vt inuiti non cogantur teſtificari ex aliquo priuilegio, an hoc locum habeat in caſu, quo teſtes recipiuntur lite non conteſtata.*

42 *Teſtes poſt publicationem non poſſunt produci ſuper eiſdem capitulis, vel directò contrarijs, quod multifariàm ampliatur & limitatur. vt pluribus nu. ſeq.*

43 *Iuri canonico ſtandum eſt, quando aliquid eſt dubium de iure ciuili, & per ipſum ius cano. clarè eſt deciſum, etiam in vtroque foro.*

44 *Verbum omninò, habet vim clauſulæ annullatiuæ.*

45 *Clauſula annullatiua vbi poſita eſt, actus ipſo iure redditur nullus.*

46 *Statutum ſi dicat quòd debitũ excedens ſummam 20. librarum nõ poſſit probari per teſtes, ſed per inſtrumenta, quòd ſi teſtes producantur, & pars nõ opponat, quòd probabunt.*

47 *Sentẽtia tranſacta in rem iudicatam, probationes amplius non ſunt admittendæ. limitatur tamen.*

48 *Procurator licet in aliquo actu non poſſet interuenire, tamen ſi interuenerit, & pars non oppoſuit, quòd actus erit validus.*

49 *Concluſione in cauſa facta, amplius non admittuntur probationes & articuli, tamen ſi fuerint admiſſi & pars non oppoſuerit, quòd validæ erunt probationes factæ.*

50 *Iudex ex officio poteſt examinare teſtes poſt publicationem in cauſa.*

51 *Iudex cuncta rimari debet.*

52 *Teſtes in cauſa matrimoniali admittuntur etiam poſt publicationem in cauſa, cum declaratione tamen, vt in addi.*

53 *Sententia lata ſecundum conſilium ſapientis iuxta formam ſtatuti nunquam tranſit in rem iudicatam.*

54 *Teſtes poſſunt examinari facta publicatione in cauſa, quando agitur de probanda qualitate, qua poterat comprehendi & non comprehendi ſuper articulo antiquo.*

55 *Teſtes poſſunt recipi facta publicatione in cauſa, quando illi fuerunt nulliter recepti, etiam ſi ad inſtantiã producentis fuerint publicati.*

56 *Teſtes poſſunt examinari facta publicatione, quãdo volens eos examinari facere, eſt vir legalis et ſpectatæ fidei.*

57 *Teſtis dictum quando eſt ambiguum vel obſcurum poteſt repeti, etiam facta publicatione in cauſa, & hoc ex officio iudicis.*

58 *Minori & eccleſiæ permiſſum eſt teſtes alios producere publicatis atteſtationibus.*

59 *Teſtes poſſunt recipi publicatis atteſtationibus quando publicatio fuit facta parte contradicente. Item & in nonnullis alijs caſibus.*

60 *Teſtes examinati poſt dedicita teſtificata aliorum teſtium faciunt præſumptionem.*

61 *Teſtes debent deponere infra terminum ſtatutum à iudice ad probandum, aliàs nulliter deponerent. limitatur tamen nonnullis modis.*

62 *Dictio nullatenus, habet vim & effectum clauſulæ annullatiuæ.*

63 *Teſtes poſſunt examinari poſt terminum datum ad probandum quotieſcunque lapſo termino res eſt integra, & ius partis non effectum deſertus.*

64 *Teſtes examinati poſt terminum faciunt aliqualem præſumptionem.*

65 *Teſtes examinati poſt terminum, ſed incontienti poſt, faciunt fidem.*

66 *Teſtes an ſufficiat iurare in termino, ita quòd ſi depoſuerint poſt terminum probent.*

67 *Teſtes licet iurati infra terminum, non poſſunt poſt terminum examinari, quotieſcunque iudex ſtatuiſſet terminum ad probãdum per verba præteriti temporis, item ad probandum & probatum habendum.*

68 *Teſtes debent produci antequam ſit concluſum in cau. fall. tamen, vt nu. ſeq.*

69 Concluſio in cauſa dicitur facta quando partes renunciarunt allegationibus iuris & facti.

70 Publicatio in cauſa requiritur ad hoc vt teſtes probent. & nu. ſeq.

71 Teſtes non publicati non faciunt fidẽ in alio iudicio, quod extenditur & limitatur pluribus modis, vt nume. ſeq.

72 Teſtes ſemper ſunt publicati iudici, et ideo faciunt fidem coram eo, licet non fuerint publicati.

73 Teſtes examinati & publicati faciunt fidem in alio iudicio inter eaſdẽ tamen perſonas. fall. tamen, vt nume. ſeq.

74 Teſtes examinati coram arbitro non faciunt fidem coram iudice, niſi iterum examinentur, vel niſi pars vellet ipſas atteſtationes recipere. & an idem in teſtibus examinatis coram arbitratore.

75 Teſtes recepti in iudicio ſummario, non faciunt fidem in plenario. & 80.

76 Teſtes & acta publicata ad hoc vt faciant fidem in alio iudicio inter eaſdem perſonas, oportet vt reproducantur.

77 Teſtes de quibus ſuprà ad hoc vt faciant fidem in alio iudicio, requiritur quòd cauſa non ſit omninò diuerſa.

78 Procuratoris confeßio facta in vno iudicio, non præiudicat domino in alio iudicio in quo agitur ad alium finem.

79 Teſtes recepti publicati in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali etiam inter eaſdem perſonas.

80 Probationes factæ in iudicio ſummario, non faciunt fidem in plenario, etiam inter eaſdem perſonas. fall. tamen. & nu. 86.

81 Iudicium dicitur ſummarium & omnis proceſſus, qui fit contra abſentem ex contumacia.

82 Confeßio facta in iudicio ſummario facit fidem in ordinario. fall. vt nu. 85.

83 Confeßio operatur, vt quis poßit cõdemnari etiã perempta inſtantia, quod habet locum etiam in criminalibus.

84 Confeſſus non poteſt allegare libelli ineptitudinem.

85 Præſumptiones iuris & de iure tolluntur per confeßionem partis.

86 Confeßio, quæ non fuit ſortita effectum, non nocet nec prodeſt in alio iudicio.

87 Vita alicuius non probatur. probando illum ſuperuixiſſe, quia non præſumitur quòd nunc de præſenti viuat.

88 Probatio ſufficit quòd concludat præſumptiuè.

89 Poſſeßio alicuius rei præſumitur eſſe penes illum, apud quem poſſeßio antea fuit.

90 Viuere quòd quis præſumatur vſque ad centum annos, quomodo intelligatur.

91 Teſtiũ dicta antiqua interpretantur contra producentẽ.

92 Vſurarius non probatur quis ex eo quòd teſtes deponunt illum mutuaſſe ſub vſuris, ſed neceſſe eſt quòd deponant quòd vſuras deinde extorſerit.

93 Vſurarius non ob id quis conuincitur, quòd contractũ fœneratitium fecerit, ſed debet probari quod erat illicitus contractus & communi opi. ita reputabatur.

94 Excommunicatus quis non probatur, ex eo quòd fuit abſolutus.

95 Matrimonium non arguitur ex eo quòd probetur ſponſam carnaliter à ſponſo fuiſſe cognitam. & vide nu. 111.

96 Rei vendicatio qualiter probanda.

97 Furioſus non probatur quis ex eo quod probetur quia proijcit lapides, ſed neceſſe eſt, vt dicatur quòd illos proijcit more inſanorum.

98 Rapina non probatur ex eo quod teſtes dicãt vidiſſe rem auferri de manibus accuſantis.

99 Indefinita prolata à teſte non æquipollet vniuerſali.

100 Filius ſacerdotis ex quo quis probatur, non ideo infertur quod ſit illegitimus.

101 Vſurarius manifeſtus an arguatur teſtator, ex eo quod confeſſus eſt ſe teneri ad reſtitutionem vſurarm à ſe extortarum.

102 Electio vt ſit nulla reſpectu criminis puta quia erat publicus fornicator, quomodo articulandum eſt.

103 Exceptio contra teſtes qualiter facienda ſit, ad hoc vt concludat. & nu 105.

104 Inimicitiam non ſufficit probare in genere, ſed in ſpecie.

105 Exceptionem periurij puta aut homicidij, nõ ſufficit opponere contra aliquem, ſed oportet deuenire ad ſpecificationem delicti. & vide nu. præcedentib.

106 Probatio dubia debet interpretari vt delictũ euitetur.

107 Probatio dubia, quæ eſt verificabilis, & cõcludit in quolibet intellectu intentionem probantis eſt valida, & releuat probantem.

108 Probatio quando neceſſariò non concludit, præſumptiuè tamen concludit, vt puta quando teſtis dicit, ſcio quia 14
ſum vicinus.

109 Excommunicatus ſemel præſumitur ſemper excommunicatus, niſi probet abſolutionem.

110 Furioſus ſemel præſumitur perſeuerare in illo furore. vnde dicenti incumbit probare quòd habebat dilucida interualla, & quòd quando contraxit erat ſanæ mentis.

111 Matrimonium non præſumitur per copulam, quæ præceßit ſponſalia.

112 Teſtis non tenetur reddere rationem ſui dicti motu proprio, niſi fuerit interrogatus. fall. tamen nouem modis, vt ibid. & nu. ſeq. & duo alij traduntur nu. 119.

113 Teſtis dictum non valet in cauſa criminali ſi rationem ſui dicti non reddat, etiam non interogatus.

114 Iuramentum ſuppletorium non defertur in cauſa criminali, licet in ea agatur de pœna pecuniaria, ſecundũ aliquos, ſed contraria opi. eſt verior & communis.

115 Teſtis ad hoc vt faciat ſemiplenam probationẽ, vt poßit deferri iuramentum ſuppletorium, requiritur quòd aſſignet rationem dicti ſui.

116 Teſtes ſi ſint hinc inde producti & pares numero præferuntur illi qui reddunt rationem eorum depoſitionis.

117 Teſtes interrogati de ratione ſi illam non reddant, vel reddant, ſed malam, quòd non faciunt indicium & dicuntur deponere tanquam pecora.

118 Iudex qui poteſt ex commißione procedere de iure & de facto, nulla ſeruata ſolennitate, non poteſt credere teſtibus non reddentibus rationem dicti ſui.

119 Teſtes deponentes ſuper negatiua debẽt exprimere rationem dicti ſui. Et an idem, ſi deponant ſuper æſtimatione alicuius rei.

120 Teſtis, qui in ſua depoſitione dicit ſe dubitare, nõ probat.

121 Teſtis deponens per verbum credo, non probat: idem ſi dicat ſe pro certo credere.

122 Teſtis deponens per verba, iudicio meo, non probat. fall. tamen quinque modis, vt nu. ſeq.

123 Teſtis deponens, videri meo, non facit fidem. fall. quinque modis.

124 Teſtis ſi deponat, ſecundum conſcientiam meam non probat. fall. multifariàm.

125 Teſtis licet deponat per verbum credo, probat, quando tractatur de defenſione alicuius accuſati.

126 Medici alijq́; deponentes de peritia eorum artis, deponentes per verbum credo, aut videri meo, probant.

127 Teſtes in his, quæ ſunt difficilis probationis, licet deponant per verbum credo, probant.

e28 *Confeſſio nonminus praiudicat facta per verbum credo, quàm ſi fuerit facta per verba aſſertiua veritatis.*

129 *Statutum non valet diſponens, quòd ſtetur teſtibus de credulitate.*

130 *Teſtes ſingulares non probant. Et qui dicantur teſtes ſingulares. & latè de materia nu. ſeq.*

e31 *Teſtes ſingulares nullo modo probant, etiam ad conuincendum quem de vſuraria prauitate.*

e32 *Praſumptio debet probari per duos teſtes.*

133 *Praſumptio illa qua per duos teſtes probat maleficium, illud non probat, ſi probetur per vnum teſtem coniunctum cum fama.*

134 *Teſtes deponentes ſuper aliqua facto, ſi non interrogentur de tempore, probant.*

e35 *Teſtes ſi plures deponant, quorum vnus deponit de tempore, alius dicit non recordari, quòd iſti teſtes probant, ſi tamen tempus non erat de ſubſtantia.*

136 *Teſtes ſi interrogentur de conteſtibus, ſi dicant ſe nõ recordari, ſi tamen alij teſtes deponant ſuper eodem facto, quòd probant nec dicuntur ſingulares.*

e37 *Teſtes in dubio cenſentur deponere ſuper eodem facto, non autem diuerſo.*

e38 *Teſtes deponentes de tempore in caſu quo illud ſit de ſubſtantia probationis, debent expreßè deponere de eodem tempore, aliàs praſumuntur ſingulares.*

e39 *Teſtes ſingulares an admittãtur vbi agitur de probando aliquid in genere, puta iuriſdictionem, vel quem eſſe furioſum, vel cùm agatur de probanda fama. Vide pro & contra.*

140 *Teſtes ſingulares admittuntur quando ſingularitas nõ eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua.*

141 *Teſtes ſingulares probant crimen laſa maieſtatis.*

142 *Teſtes ſingulares probant in quacunque materia ſi ſint magna nobilitate & legalitate praditi.*

143 *Teſtes non debent eſſe varij, nec ſibi contradicentes, aliàs puniuntur de falſo.*

144 *Teſtes variantes quando & quomodo debeant reduci ad concordiam, vt euitent pœnam, & quando non. latius diſcutitur & nu. ſeq.*

e45 *Teſtis variantis dictũ quando reducitur ad concordiã, an probet vel ne. & quid ſi ſint plures teſtes variantes, qui reducuntur ad concordiam. & vide nu. 150.*

e46 *Teſtis interrogatus de atate dixit quòd T. erat maior ann. 25. poſtea interrogatus quomodo ſcit, reſpondet ſe neſcire, quòd non eſt ſibi contrarius.*

e47 *Teſtis ſi depoſuerit quòd in contractu Titius & Seius fuerunt praſentes, deinde interrogatus an alius fuerit praſens, dixerit quòd non, quòd nõ ob id eſt contrarius, ſed ſaluatur eius dictum, vt ibi.*

148 *Teſtis vnus ſi contradicat alteri praſumẽdo actus multiplicitatem, ſi reducatur ad concordiam nõ probat.*

149 *Teſtis vnus ſi dicat percuſſionem factam fuiſſe ceßim, id eſt per taglium, vt autoris verbis vtar, & alter punctim, quòd non probant.*

e50 *Teſtes plures quando contradicunt pluribus, tunc non debet fieri concordia, vt probent, ſed vt euitent periuriũ. & hoc quando ſunt diſpares nu. & vide nu. 153.*

151 *Teſtes duo ſi deponant quòd T. tali die fuit ſanus, & tres alij quòd eadem erat infirmus, quòd reduci poſſunt ad concordiam. vt ibi.*

152 *Teſtis vnus ſi plurib. cõtradicat debet reduci ad cõcordiam vt probet ſemiplenè, nedũ vt falſum euitet, ſi praſumi poteſt actus multiplicitas. & vide nu. 157.*

e53 *Teſtes plures quando contradicunt pluribus, & ſunt pares numero, tunc reducuntur ad concordiam nedum vt pœnam euitent, ſed etiam vt probent.*

154 *Teſtes aliqui ſi deponant homicidium factum fuiſſe die luna, & aliqui alio die, quòd reducuntur ad concordiã, vt ibi.*

e55 *Teſtes quando ſunt contrarij & obſcuri poſſunt repeti à iudice, vt declarent dictum ſuum.*

e56 *Teſtes varij & contradicentes reducuntur ad concordiam eiſdem modis, quibus leges diſcordantes. Et ibidem quòd reducuntur ad concordiam per verbum improprietatem.*

157 *Teſtes cõtradicentes quòd poßint concordari ob multiplicitatẽ actus, debet intelligi ſi multiplicatio actus eſſet veriſimilis, licet poſſet eſſe poßibilis. exemplum, vt ibi.*

158 *Teſtis productus in iudicio ſi primò dixit ſe neſcire, demum dixerit ſcire, quòd probat, & nume. ſeq. vbi tamen diſtinguitur.*

e59 *Publicatione in cauſa facta, licet regulariter teſtes recipi non poßint, fall. tamen in teſtibus probata fidei.*

160 *Rota Rom. deciſ. 23. declaratur & exornatur.*

161 *Ratio vna ſufficit ex pluribus adeſſe.*

162 *Teſtis ſi prima vice dixit ſe dubitare, demùm dixit affirmatiuè, quòd ſtatur ſecundo dicto. quod ampliatur num. ſeq.*

e63 *Argumentum de dicto Iuriſconſulti ad dictum teſtis validum eſt.*

164 *Teſtis varians in diuerſa inſtantia non probat, quinimò punitur quando cauſa eſt eadem, atq; eadem perſona.*

e65 *Teſtis varius in ſecundo iudicio, quando diuerſa ſunt cauſa, & diuerſa inſtantia, atq; perſona punitur pœna falſi, verùm primum eius dictum non eneruatur.*

e66 *Teſtis qui dixit vnum in iudicio quod tamen erat nullum, ſi iterum examinatus legitimè depoſuerit contrarium, quòd ſtabitur ſecundo dicto.*

167 *Teſtis examinatus in iudicio ſummario, ſi iterũ productus in plenario dicat contrarium, quòd facit fidẽ quoad improbandum id quod depoſuit in iudicio ſummario.*

168 *Teſtis ſi vnum dixerit in iudicio, & aliud extra iudiciũ, quòd ſtandum eſt primo dicto iudiciali. quòd ampliatur etiam ſi in articulo mortis contrarium dixerit. limita vt in Add.*

e69 *Teſtes debent videre teſtatorem diſponentem, ad hoc vt teſtamentum valeat, nec ſufficeret ipſum loquentem audiuiſſe. fallit in codicillis, donatione cauſa mortis, & teſtamento tempore peſtis, fall. etiam vt nu. ſeq.*

e70 *Teſtes nõ eſt neceſſe videre cõtrahentes, quando agitur de probando aliquem actũ inter viuos, ſed ſufficit eorum voces audiuiſſe, etiam cortina vel pariete intermedio.*

171 *Matrimonium probatur per teſtes, qui audierunt verba coniugũ matrimoniũ denotantia, licet inter teſtes ipſos & coniuges fuiſſet paries in medio fall. vt nu. ſeq.*

e72 *Matrimoniũ nõ probatur eo modo quo ſuprà pariete intermedio quando agitur ſuper eo ad eiuſdem ſeparationem.*

e73 *Confeßio pœnitentialis facta ſacerdoti nihil probat in foro iudicij. fall. in cauſa matrimoniali.*

e74 *Teſtes probant delictũ puta adulteriũ &c. deponentes quòd viderunt per quandam rimulam, licet non potuerint ſimul videre, ſed vnus poſt alium.*

e75 *Teſtes deponentes aliquid factum tempore noctis non probant, ſi non dicant, quòd tunc luna lucebat, vel aderant luminaria.*

176 *Teſtes qui ad reprobationem inſtrumenti dicunt non interfuiſſe, ad hoc vt probẽt, oportet deponere quod ipſi ſunt*

ſunt illimet, qui ſunt deſcripti in inſtrumēto, & quod non interfuerunt.

177 *Interrogatoria ſine ipſorum copia nō eſt danda parti.*

178 *Interrogatoria capſioſa ſunt reijcienda, veluti illa, quòd teſtes interrogētur, an eredant omnia, quæ depoſuerunt, quinimò ſi fuerint admiſſa & per verbum eredo depoſuerint, non infringeretur eorum dictum de veritate.*

179 *Teſtis punitur de falſo, etiam ſi non iurauerit, ſi falſum dixerit.*

180 *Teſtis quando iurat, an debeat tangere ſacra Euangelia.*

181 *Teſtis examinatus parte non citata non ſolùm nō probat, ſed nec facit indicium.*

182 *Citatio partis an ſit neceſſaria quando iudex mittit ad domum teſtium pro illorum examine.*

183 *Teſtis vltrò ſe offerens, nō ſolùm eſt ſuſpectus, ſed præſumitur inimicus fall. in viro probata vita.*

184 *Teſtis citatus an dicatur deponere compulſus.*

185 *Notarius non poteſt teſtes examinare ſiue ipſorum iuramenta recipere abſque commiſſione iudicis, etiam ſi partes conſenſerint.*

186 *Teſtes ſiue atteſtationes minus ſolenniter factas poſſunt partes comprobare, limitatur tamen.*

187 *Teſtium dicta ſunt redigenda in ſcriptis, aliàs nō creditur iudici, nec notario dicentib. teſtes ita depoſuiſſe.*

188 *Teſtes ſunt examinandi ſecretè præſentibus iudice, et notario. quod tamen intellige ſanè, vt in n. ſeq.*

189 *Teſtiū in examine poſſūt interuenire perſona honeſta.*

190 *Hæreſis in cauſa debēt de neceſſitate interuenire duæ perſonæ religioſæ in examinatione teſtium ſimul cum iudice & notario.*

191 *Conſuetudo an valeat diſponens quòd atteſtationibus publicatis teſtes poſſint produci.*

192 *Statutum prohibens fieri probationem per teſtes, non habet locum quando teſtes eſſent legaliſſimi.*

193 *Sententia Venetorum nō tranſeunt in rem iudicatā.*

194 *Concluſio dicitur facta in cauſa, ſi ea de conſenſu partium committatur conſilio ſapientis.*

195 *Conſultorum non poteſt nouas probationes recipere, ſed ſolùm ſuper productis conſulere.*

196 *Cōcluſio in cauſa an ſit de ſubſtantia tā in cauſis plenarijs, quàm ſummarijs, & tā in foro ſeculari quàm eccleſiaſtico, & coram arbitro, vel arbitratore.*

197 *Furioſus qualiter quis probetur.*

198 *Indefinita prolata à teſte licet non æquipolleat vniuerſali, ſecus tamen eſt ſi prolata ſit à iudice interrogante teſtem.*

199 *Teſtib. duob. in ſpecie deponentib. de inimicitia, magis credendum quàm pluribus deponentibus in genere.*

200 *Probationes ex communi vſu loquendi ſunt validæ, licet de iure non eſſent, vnde vſus excuſat.*

201 *Defenſio qualiter probetur, & quòd quis fecit ad ſuā defenſionem.*

202 *Teſtis ſi dixit, ſcio quia ſcio, an probet, & quid ſi dixit vidiſſe, & interrogatus de cauſa nullā reddit, et quid ſi deponit per ſenſum viſus id quod non poterat percipi niſi per auditum, & de alijs etiam.*

203 *Iudex ſi non interrogauit teſtes de ratione & cauſa, an teneatur parti ad intereſſe.*

204 *Teſtibus paucis magis creditur reddentibus rationem dicti ſui, quàm multis non reddentibus.*

205 *Teſtes ſuper negatiua coarctata quomodo deponere debeant.*

206 *Teſtis deponens per verbum, ni fallor, an probet.*

207 *Hæreſis non probatur per teſtes ſingulares.*

208 *Tempus quando eſt de ſubſtantia probationis, an teſtes debeant deponere de qualitate temporis, puta vtrū eſſet dies vel nox, cælum ſerenum aut nebuloſum.*

209 *Teſtes qui dicantur varij, qui contrarij, & quando dicantur vacillare.*

210 *Doctores in conſulendo cauere debent à mutatione opinionis.*

211 *Doctores qui cōſuluerunt in aliqua cauſa pro aliquo, an poſſint deinde eſſe aduocati cōtra illum in eadē cauſa.*

212 *Teſti dicenti, vnū in iudicio, & aliud extra, diminuitur de fide ſi ſententia eſſet ferēda, ſecus ſi lata fuerit, quia tunc non detraheretur de fide, quinimò non crederetur abſq; tortura quando eſſet ſententia ferenda.*

213 *Teſtis ſi dixit vnum extra iudicium, et aliud in iudicio, quòd ſtandum eſt dicto iudiciali. & eſt commu. opi.*

214 *Teſtis non repellitur ob id quia aſſeruit coram partibus, quod volebat teſtificari.*

215 *Teſtes an debeant cognoſcere contrahentes, & quid in notario.*

216 *Teſtes vtrum debeant cognoſcere interfectorem & interfectum.*

AGGREDIOR nunc ſeptimam partem, in qua videndum eſt de modo & forma quæ debet obſeruari in examinatione teſtium *a*, vt dictum eorum valeat. a

Et primò, vt † dictū teſtis valeat, eſt neceſſe ꝙ deponat iuratus, aliàs eius dictū eſt nullum. l. iuriſiu. C. de teſti. c. tuis, extrà de teſti. quod ꝓcedit etiam in Cardinali, cuius dicto non ſtatur niſi iuratus depoſuerit. c. cùm olim, in verbo, quærendum, de priuil. Ex quo not. ibi do. Abb. idem eſſe in homine magnæ auctoritatis & viris religioſis, quibus non creditur ſine iuramento. d. c. tuis. b

Secundò extenditur, vt ꝓcedat etiam quādo in cauſa ꝓceditur ſummariè, de plano, & ſine figura iudicij, quia tunc teſti nō iurato fides nō adhibetur. ita Bar. ſingulariter in extrauaganti ad repri. in verbo, ſine figura, prope finem.

Tertiò extenditur, vt procedat etiam ſi ſimul multitudo teſtiū fuiſſet ꝓducta, quia eis nō creditur niſi fuerint iurati, nec defectus iuramenti ſuppletur ex multitudine teſtiū. c. multorū. 44. diſt.

Quartò † extenditur, vt procedat in ſacerdote deponente aliquem eſſe emendatum de crimine, quia ipſi non creditur abſque iuramento. ita voluit Hoſt. Ioan. And. & do. Abb. in c. teſtimonium. de teſti. in pe. col. extendi etiam poteſt, vt ꝓcedat in teſtibus peritis deponentibus in his quę expectant ad artem ſuam: nam ipſis non creditur abſq; iuramento. iſta eſt communis opi. quam ponit Io. And. in c. fraternitatis, de frig. & malefi. do. Abb. & Aret. in c. propoſuiſti, de prob. gl. in l. comparationes, in verbo, deponētibus. C. de fide inſtr. Et hoc quando deponunt ſecundum ſuam credulitatem, prout poſſunt deponere, ſecus ſi deponāt ſecundum veritatem, nam tunc crederetur eis ſine iuramento. & ita procedat gloſſ. in lege iuriſiurandi. C. de teſtibus. & gloſſ. in l. prima, in prin. ff. de ven. inſpic. c

Fallit iſta concluſio in aliquibus caſibus. Et primò, quando † iudex deberet in cauſa ꝓcedere nul- d

re nulla iuris ſolennitate ſeruata, quia tunc teſti
non iurato fides adhibetur, ſecundum Bar. in l. fi-
liusſamil. ff. de don. quem ſequitur Pet. de Anch.
in Clem. ſæpè, de verborum ſign. & Alex. in l. mi-
lites. C. de mili. teſta. Rom. in Rub. de arb. in 16. q.
Contrarium tamen tenet Bald. & Ang. in d. l. mi
lites. Bal. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cleri. Imol.
& Ludo. in d. l. filiusſam. Imol. in d. Clem. ſæpè. &
iſta opinio videtur eſſe probabilior, eò quia per
iſtam clauſulam, nulla iuris ſolennitate ſeruata,
non cenſetur remiſſa ſolennitas iuris gentium vel
diuini, prout fatetur Bar. in d. l. filiusſamil. ſed iu-
ramentum in teſte eſt de iure diuino, vt habetur
Geneſ. 31. cap. vbi Iacob voluit teſtimonium ſo-
ceri ſui Labam per iuramentum confirmari. Ideo
infert dom. Auguſt. de Ancho. in lib. de poteſtate
4 b eccle. quæſt. 55. artic. fin. quòd Papa † non poteſt
diſpenſare, b vt in ferendo teſtimonium in iudi-
cio non interueniat iuramentum, ex quo eſt de iu-
re diuino. Et hoc dictum ſequitur do. Felin. in c.
conſtitutus, in 6. col. de reſcrip. cùm ergo non poſ-
ſit ſupremus princeps diſpenſare in ſpecie, quòd
teſti non iurato credatur, nec in genere videtur
voluiſſe committendo cauſam quòd in ea proce-
datur nulla iuris ſolennitate ſeruata, quia volun-
tas diſponentis non trahitur ad ea quæ ſunt ei im-
poſsibilia. l. Lucius. §. pen. ff. ad municip. c. nobis,
de ſententia excom. Bar. in l. ſub conditione. ff. de
condi. inſtit. Bald. in l. fin. §. in computatione. C.
de iure deliber. Et hoc quoad primam ſallentiam
ſufficiat.

5 Secundò ſallit, † quando compromiſſum eſſet
factum in aliquem cum poteſtate procedendi de
facto, ſed pnunciandi de iure: nam virtute huius
poteſtatis poterit arbiter vel iudex, cui à partibus
data fuerit iſta poteſtas credere teſtibus non iura-
tis. ita vult Bal. ſimpliciter in c. conſanguinei, de
re iud. per tex. in c. tuis, extrà de teſti.

6 Tertiò fallit, quando teſtis † primò depoſuit
dictum, & poſtea incontinenti iurauit, tunc vale-
bit eius dictum, non obſtan. quòd iuramentum
non præceſſerit dictum, licet ſecus ſit ſi ex inter-
uallo iuraret. ita vult Bal. in l. iuriſiuran. C. de te-
ſtibus. Eodem modo diſtinguit Cald. in c. de te-
ſtib. extrà de teſti. cuius opin. ſequitur ibi Aretin.
adducens not. per glo. & Bart. in l. iuriſiurandi, in
princ. ff. de oper. lib. pro quo facit glo. in l. Pom-
ponius. §. rati. ff. de pcu. quæ vult quòd paria ſint
aliquid fieri antè, vel incontinenti pòſt. facit quod
no. Paul. de Caſt. in l. hæredes palàm. §. 1. ff. de te-
7 ſta. vbi quærit, † pone teſtator fecit teſtamentum,
& teſtes non rogauit, demùm fuit ſibi dictũ quòd
teſtamentum erat nullum, ideo antequam rece-
derent teſtes illos rogauit, valebítne teſtamẽtum?
Et concludit quòd ſic, eò quia paria ſunt ꝙ teſta-
tor roget teſtes ante teſtamentum, vel poſt incon-
tinenti antequam recederent, quia ea quæ incon-
tinenti fiunt, ineſſe videntur. l. lecta. ff. ſi certum
c peta. Arch. tamen contrarium tenet, c quem ſe-
quuntur Cyn. & Sali. in d. l. iuriſiurandi. & Bald.
ſibi contrarius in cap. fraternitatis, extrà de teſti.
Arch. in c. etiam. 22. q. 2. dom. Anto. & Abb. in c.
fraternitatis, de teſtib. per text. in cap. hortamur. 3.
q. 3. item quia timore iuramenti teſtis dicit veri-
tatem, ſed quando priùs depoſuit, poſtea iurat,
nil prodeſt ſibi iuramentum quoad hoc vt poſsit
reuocare dictum ſuum timore ne puniretur pœ-
na falſi, quia punitur pœna falſi, ſi deponat falſum
etiam non iuratus ſecundum Bar. in l. ſi quis lega-
tum, in prin. ff. de fal. Et iſta opinio videtur pro-
babilior.

† In dubio tamen præſumitur ipſum teſtem 8
priùs iuraſſe, & poſtea depoſuiſſe, eò quia quando
eadem die reperiuntur duo actus celebrati, nec
apparet, vter ipſorum priùs celebratus fuerit, in
dubio præſumitur illum actum præceſsiſſe, qui fa-
ciat vtrunque valere. iſta eſt doctr. Cyn. & Bal. per
illum text. in l. cùm in teſtamento. §. hæc verba. ff.
de hæred. inſtit.

Quartò fallit, † quando teſtes examinantur ſu- 9
per eo quod eſt notorium, quia ipſis creditur non
iuratis. c. tua nos. & ibi gloſſ. in verbo, teſtimo-
nio, de coha. cler. & mulie. per quem text. ita te-
net Roma. in l. admonendi. in 27. col. ff. de iureiu-
ran. pro quo facit dictum do. Anto. in cap. fin. in
pen. char. de conſue. vbi dicit quòd ſi agatur de
probanda conſuetudine inducta à populo quòd
creditur teſtibus non iuratis. alleg. no. per Innoc.
in c. 1. de poſtu. præla. idem do. Anto. in c. cùm in
tua, de ſpon.

Quintò † fallit in executore deputato ad pro- 10
uidẽdum alicui de beneficio cum clauſula ſi eum
idoneum inuenerit, nam non debet executor re-
cipere informationes via iuris, & exigere iuramẽ-
ta à teſtibus: quinimò illis ſine iuramento poterit
fidem adhibere, vt per Abb. & domi. Anto. in c. 1.
de poſtu. præla.

Sextò fallit, † quando in probatione vtriuſ- 11
que partis teſtes eſſent hincinde pares, nam tunc
pro illo ſententia eſſet ferenda, qui haberet plus
vnum teſtem, licet ſine iuramento depoſuerit. ita
voluit Bald. in c. 1. per illum text. §. ſi duo, de pace
tenenda & eius viola. quod eſt multum not. du-
bio tamen de veritate huius dicti, eò quia cùm di-
ctum teſtis deponentis ſine iuramento ſit nul-
lum, nec à iure conſideretur. l. iuriſiurandi. C. de
teſtu. c. hortamur. 3. quæſt. 1. non debet augere ius
partis, pro quo depoſuit. per id quod ſingulariter
dixit Bald. in c. 1. in fi. de his qui feu. da. poſſ. vbi
dixit quòd in ſucceſsione feudi frater vtrinque
coniunctus non præfertur fratri conſanguineo,
quia qualitas cognationis, quæ non conſideratur
in ſucceſsione feudi, non auget ius fratris vtrinq;
coniuncti, vt ibi per eum.

Septimò fallit, † quando iuramentum ab v- 12
traque parte eſſet remiſſum, nam tunc crederetur
teſti non iurato. c. tuis, extrà de teſti. & ibi Io. An-
dre. Abb. & alij ita tenent. requiritur tamen in tali
remiſsione auctoritas iudicis ſecundum Specu. in
titu. de teſtam. §. fina. & eſt de mente gloſ. in in d.
c. tuis, in glo. fi. & idem tenet Bal. in l. 1. in prin. ff.
de ferijs. Contrariũ tamen tenet Abb. in d. c. tuis,
per regulam traditam in l. ſi conuenerit. ff. de re
iudic. & l. 1. §. in operis. ff. de noui oper. nuncia. &
iſtud eſt verius, quia text. in d. c. tuis, nõ exigit au-
ctoritatẽ iudicis in tali remiſsione, ergo nec nos il
lã exigamus. ar. l. ſi ſeruus. §. nõ dixit. ff. de acq. hæ.

Octauò fallit, † quando fides teſtis ab vtraq; 13
parte

parte eſſet approbata, nam tunc nō requiritur iu-
ramentum, vt per Bar. in l. Lucius. in fi. ff. de fide-
iuſſ. Notate etiam in hac materia aliquas concluſ.
quæ ſunt notabiles.
14 Prima ſit concluſio, † licet à ſententia illius cu-
ius conſcientiæ fuit aliquid commiſſum, non poſ-
ſit appellari, vt per glo. in c. ſtatutum. §. per ceſsio-
nem, de reſcr. lib. 6. tamen hoc procedit quando
d priùs iurauit, d quòd ita eſt vel credit. Ita dicunt
Angel. & Pau. de Caſt. in l. de pupillo. §. qui opus.
ff. de no. operis nuncia. de quo tamen dicite vt ibi
per do. Alex.
Secunda ſit concluſio in dubio iuramentum
15 † non præſumitur præſtitum à teſte, quia eſt quæ-
dam ſolennitas extrinſeca, quæ non præſumitur
niſi probetur. l. quæcunque, in §. fi. ff. de publicia.
l. ſciendum, cum materia. ff. de verbo. oblig. & ita
tenet Abb. in c. tuis, in fi. de teſti.
Fallit tamen quando eſſemus in antiquis, quia
iuramentum præſumitur prolatum à teſte, licet a-
liter non probetur. ita vult Bar. in l. admonendi,
in 8. colum. ff. de iureiuran. Bal. in c. 1. §. cùm autē,
de contro. inueſt. pro quo facit quod voluit Bald.
in cap. 1. de mil. vaſ. qui contu. eſt, vbi dixit, quòd
16 ſi apparet † aliqua ſententia multum antiqua, in
qua fiat mentio quòd pars fuit citata, præſumitur
citationem interueniſſe. alleg. Innocen. in c. Al-
bericus, extrà de teſti. pro quo facit etiam, quia in
antiquis fama plenè probat, ſecundum Innocen.
in cap. veniens, de verborum ſignifi. Bar. in Auth.
quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. vbi dicit quòd
in antiquis per famam plenè ꝓbatur dominium,
& ſic ſaluat gloſ. in l. atqui natura, in §. cum me ab-
17 ſente. ff. de negoc. geſt. † Similiter ſcriptura priua-
ta in facto antiquo facit ſemiplenam probationē
ſecundum Io. And. in titu. de inſtrum. edi. §. nunc
dicendum, verſicu. quòd ſi producens, in addi. ad
18 Spec. do. Anto. in c. 2. verſi. tertius caſus, de fide
inſtrumentorum. † Similiter inſtrumēta antiqua
inter alios confecta probant confinia ſecundum
Bal. Sal. & Doct. in l. cùm aliquis. C. de iure delib.
Sed quando dicentur inſtrumenta antiqua & ha-
19 bere tempus antiquum, dicite quod † tempus an-
tiquum dicitur quando eſt centum annorum, ſe-
cundum Inno. in c. veniens, de verb. ſignific. quia
tale tempus eſt vita hominis longæua, vt l. fi. C. de
ſacroſan. eccle. idem tenent Inno. & Abb. in c. ve-
niens, el. 1. de teſti. & hæc eſt communis doctrina,
vt dixit Ale. in d. l. cùm aliquis.
20 Tertia ſit concluſio, † ſi dicto alicuius ſtandū
ſit de eo quod ſibi videtur, iſte non cogitur iura-
re, quia non eſt teſtis, ſed potius quidam arbitra-
tor, ideo valet eius dictum abſque iuramento. ar-
gumento auth. decernimus. C. de arbi. & ita tenet
Alexan. in conſil. 54. aliàs 266. incip. circa id quod
quæritur, in 2. volu.
21 Quarta † & penultima ſit concluſio in hac ma-
teria teſtibus deponentibus in cauſa matrimonia-
li ad matrimonium dirimendum, iuramentū non
poteſt remitti, ſecus ſi ad coniungendum. ita no.
do. Abb. & communiter Doct. poſt gloſſ. ibi in c.
tuis, de teſti. & ratio eſt, quia primo caſu negociū
nō eſt in libera voluntate partiū, ſicut in ſecundo.
22 Quinta † & vltima concluſio ſit, teſtis non po-
teſt iurare die feriata, e licet eadem die poſſit de- e
ponere dictum ſuum. glo. eſt in Clem. 1. de offic.
delega. An autem iuramentum teſtis ſit de forma,
communiter cōcluditur quòd ſic, per text. in l. iu-
riſiurandi. C. de teſti. & per text. in c. hortamur. 3.
q. 9. Ego tamen contrarium tenui in repe. l. nemo
poteſt. ff. de lega. 1. videte ibi per me latè.
Secundò requiritur ad hoc, † vt valeat depo- 23
ſitio teſtis partis aduerſæ citatio, aliàs eius dictum
non valet, f l. ſi quando. C. de teſti. c. 2. eo. titu. an f
autem ſufficiat vnica citatio. dicite quòd ſic. ita
tenet Bar. in l. conſentaneū. C. quomodo & quan-
do iudex. Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam.
infect. Aret. in d. c. 2. vbi ad hoc ſubtiliter ponde-
rat illum tex. vt ibi per eum.
Fallit tamen hæc concluſio in aliquibus caſi-
bus, in quibus valet depoſitio teſtis parte non ci-
tata. primò ergo fallit in caſu notabili quem po-
nit Bartol. g in l. ſecunda. C. de naufrag. libro 11. g
vbi † dicit aliquis paſſus fuit naufragium vel rui- 24
nam, ita quòd caſu fortuito amiſit bona quæ ad
alterum ſpectabant, quomodo ſuccurretur illi
aduerſus illum, ad quem bona ſpectabant. dicit ibi
Bart. quòd faciat examinari teſtes in illo loco, vbi
paſſus eſt naufragium, de caſu fortuito ſibi con-
tingenti. & dicti teſtes facient fidem in partibus
ſuis coram iudice competenti, licet nullus fuerit
citatus. & hoc dictum ſequitur Paul. de Caſtro in
l. creditor. C. de pign. actio. Aretin. in dict. cap. 2.
& do. Felin. in cap. 2. extrà vt lite non conteſt. facit
pro confirmatione id quod dicit Bar. poſt Iacob.
de Belu. in §. final. in Authenti. liceat matri & a-
uiæ. colla. 8. vbi dicit quòd iſto caſu fieri poterit
inſtrumentum coram teſtibus, per quos probabi-
tur dictus caſus fortuitus, vt ibi per eum.
Secundò fallit, quando iudex † procedit per 25
modum inquiſitionis h contra delinquentem, ſe- h
cundum d. Anto. in c. qualiter & quando. extrà
de accuſ. el. 2.
Tertiò fallit, † quando aduerſarius eſt po- 26
tens ita quòd eius præſentia eſt formidoloſa, nam
iſto caſu eo non citato, poterunt teſtes examina-
ri. c. præterea, de ſponſ. & ibi no. c. ſi. de hæret. lib.
6. arguendo à ſpeciali.
Quartò fallit, † quando cauſa eſſet expedien- 27
da nulla iuris ſolennitate ſeruata ſecundum Bar.
in l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſ. tut. in quo
tamen idem Bar. tenet contrariū & melius in l. fi-
liusfam. ff. de don. eò quia per dicta verba non cen
ſetur remiſſa citatio. & ſic defenſio, quæ eſt de iu-
re naturali, vt eſt text. in Cle. paſtoralis, de ſent. &
re iud. c. Deus omnipotens. 2. q. 1.
Quintò i fallit, † quādo teſtis eſt talis, cuius dicto i
omninò ſtare debet pars aduerſa, vt quia partes cō 28
uenerūt ꝙ de cauſa inter eos vertente ſtari debeat
dicto Sēpronij: nā ſi dictus Sēpronius dictū ſuum
depoſuerit, valebit eius teſtimoniū parte nō cita-
ta. ita voluit Bar. in l. Theopōpus. ff. de dote præ-
leg. do. Ant. in c. veniēs, de teſti. Ale. in cōſ. 130. in
1. vol. facit quod voluit domini de Rota deciſ. 257.
vbi dicunt ꝙ vbi defertur parti iuramentū, prout
eſt in caſu. l. ſi quando. C. vnde vi. & in c. fi. extrà
quod met. cau. non eſt opus citare partem aduer-
ſam, cùm eius iuramento omninò ſtandum ſit.

Sextò

29 Sextò fallit, † quando dubitatur de morte vel receſſu ipſarum partium vel ipſorũ teſtium, nam poſſunt recipi huiuſmodi teſtes abſente parte & non citata. ita vult Innocen. in c. ſignificauit. in fin. extrà de teſti. & in c. Albericus, eod. tit. argumento text. in capit. quoniam frequenter, vt lite non conteſt.

30 † Septimò fallit, quando agitur de probanda conſuetudine inducta à populo ciuitatis, quia valebit depoſitio teſtium parte nõ citata, vt per do. Anto. in c. fi. de conſue. in pen. char.

31 Octauò fallit, † vbi teſtes recipiuntur per cognitorem ſeu executorem datum ad cognoſcendum, an quis ſit idoneus ad beneficium ſeu dignitatem ſecundum Inno. in c. fi. de transla. epiſcopi vel electi. & in c. dudum. de præſum. Lud. Ro. in ſing. ſuis char. 10.

32 Nonò fallit, † quando iudex recipit teſtes ſuper fama aut notorio ad ſuam informationem, ſecundum Inno. in c. bonæ. de elect. & in c. cùm in tua, de ſponſa. Bal. in l. qui teſtamento. §. per contrarium. ff. de teſta. Lud. Rom. in loco ſuperiùs allegato, vbi ponit alios caſus, alias fallen. k Videte per DD. in c. 2. de teſti.

Duo tamen circa iſtam materiam ſunt ſemper
33 notanda. Primum eſt, † quòd ſi pars citata ad videndum produci teſtes non comparuerit, & propter impedimentum ineuitabile fuerit detenta, vt quia erat infirmus vel alia iuſta cauſa detentus, tunc dictum teſtis producti contra eum nullam facit fidem. caſus eſt not. in c. 2. extrà de teſtibus. & ſicut impedimentum contingens in perſona propria eum excuſaret, ita impedimentum contingens in perſona filij vel alicuius ab eo dilecti eum excuſat. glo. eſt in c. communis filius. 22. diſtinct. de qua meminit Alex. in l. quæſitum. ff. de re iud. pro quo facit not. deciſio. d. Abb. in c. Gemma, extrà de ſponſa.

34 Secundò † eſt nota. quòd dictum teſtis eſt nullum, quando neutra pars eſt præſens tempore quo deponit l ipſe teſtis. glo. eſt in l. ſi quando. C. de teſtib. quam multum commendat Raph. Ful. in l. 1. C. quomodo & quando iud. vbi dicit per illam glo. euertiſſe multos proceſſus in ciuitate Patauina. & idem Lanfran. in repet. c. quoniam contra falſam, de prob. in verbo, teſtium receptiones, in 6. q. vbi hoc multum commendat.

35 Tertiò requiritur, † quòd teſtis non ſe offerat vltrò m ad teſtimonium ferendum, quia per talem oblationem cauſatur contra eum ſuſpicio. l. quæ omnia. ff. de procu. l. ſi vxori. §. 1. ff. de fal. vbi tutor ingerens ſe officio tutelæ ab illa tanquam ſuſpectus repellitur. Sciendum tamen eſt, quòd ſi teſtis producatur à parte ad iudicium, & interrogatus à iudice dicat teſtimonium, valet eius dictum, quia videtur deponere non vltrò ſe offerendo, ſed potius à parte requiſitus. ita dicunt domini de Rota deciſio. 360. gloſſ. eſt & ibi Bart. in l. poſt legatum. §. is qui. ff. de his quib. vt indig. & per dom. Abb. in c. cùm in tua, de teſtib. quem videatis omninò.

36 Quartò requiritur, quòd teſtis † examinetur coram iudice, quia examinatio quæ fit coram notario n actorum non facit fidem, nec eſt valida, ſecundum gl. in l. iubemus. C. de lib. cau. & glo. in l. hac conſultiſsima. §. fi. C. de teſta. pro quibus adduco bonum text. in l. 50. ff. de prob. & text. in l. fi. ff. de lib. agno. quæ iura expreſsè volunt probationem eſſe fiendam iudici, & ſic habenti iuriſdictionem, quam non habet ipſe notarius. Et iſtud eſt mẽti tenendum ad inualidanda dicta ipſorum teſtium, qui depoſuerunt coram notario, non autem coram iudice.

Quintò requiritur, quòd teſtes examinentur
† poſt litem conteſt. quia examinatio quæ fit ante 37
lit. conteſt. non facit fidem nec probat. probatur in rubro & in nigro in c. quoniam frequenter, extrà vt lite non conteſt. in princ. quod tamen fallit in aliquibus caſibus, in quibus poſſunt recipi teſtes lite non conteſtata.

Primus caſus eſt, quando teſtes ſunt ſenes & valetudinarij ita, quòd dubitatur de eorum morte, nam in iſtis caſibus ne pereat facultas probandi, teſtes poſſunt examinari lite nondum conteſtata. iſtos caſus ponit text. in d. c. quoniam frequenter, vbi glo. ponit alios caſus, quos declarant ibid. Abb. & latè Fel. videte ibi per eos.

In hoc tamen quinto requiſito de aliquibus quærendum eſt, & primò quæritur, an teſtes,
† qui examinantur lite non conteſtata, debeant 38
iurare parte perſonaliter citata, an verò ſufficiat citationem fieri ad domum. in qua quæſtione diuerſæ ſunt opiniones. Nam Dyn. in l. 4. §. prætor. ff. de damn. infect. tenuit quòd perſonaliter aduerſarius ſit citandus. idem tenuit Innocen. quem ſequitur Angel. in §. final. in Authen. de teſti. collat. 7. Contrarium tenet Barto. in dict. l. 4. §. prætor. vbi dixit ſat eſſe citationem fieri ad domum. idem tenet domi. Anton. in c. fin. extrà qui matri. accuſ. poſſunt. Ioan. Andr. in c. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. in qua quæſtione puto ſic diſtinguendum. Aut aduerſarius eſt abſens, & tunc ſatis ſit citationem fieri ad domum ne interim pereat facultas probandi, dum requiritur, vbi ſit aduerſarius. & ita procedat opinio Barto. & aliorum, quæ benè probatur per text. in capit. primo, qui matr. accuſ. poſſ. & in dicto capitulo quoniam frequenter, vbi parte abſente tales teſtes poſſunt recipi ea citata & volente comparere. Aut aduerſarius eſt præſens in ciuitate, & tunc cùm agatur de eius graui præiudicio perſonaliter eſt citandus, nèc ſatis erit citationem fieri ad domum eius, & ita procedat opinio Dyn. Innocen. & aliorum.

Secundò quæritur, coram quo † iudice iſti te- 39
ſtes ſint examinandi. in qua quæſtione ſic eſt concludendum, videlicet quòd fieri debeat examinatio coram illo iudice, coram quo eſſet agitanda cognitio cauſæ principalis ſuper qua dicti teſtes deponunt. ita concludit Feder. de Senis in conſilio 62. Bartol. in l. cùm hi. §. tranſactio. ff. de tranſactionib. per illum tex. Abb. in c. ſi clericus laicum. in 2. colum. de foro competen. Alexand. in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de dam. infect. ideo ſi clericus ſit habiturus litem contra laicum, quo caſu cùm actor ſequatur forum rei & per conſequens adeundus ſit iudex ſecularis. capitu. cùm ſit generale. de foro compet. l. iuris ordine. C. de

iuriſ.

iuriſ. omnium iudic. ſi voluerit dictus clericus producere teſtes coram iudice ſeculari, debet producere coram quo principalis cauſa eſſet agitanda. econtrà ſi laicus contra clericum litem eſſet habiturus, dictos teſtes produceret coram iudice eccleſiaſtico. confirmatur optimo ſimili quod ponit Bartol. in l. in ſocieta. §. arbitrorũ. ff. pro ſocio vbi dicit quòd reus petens arbitramentum reduci ad bonam æquitatem poteſt adire iudicem proprium, qui cum habeat iuriſdictionem in cauſa principali, quia actor forum rei ſequi debet, habebit iuriſdictionem in illo articulo.

40 Tertiò quæritur, qui † dicantur ſenes & valetudinarij. in hac materia Innocen. Abb. & cæteri in d. c. quoniam frequenter, concludunt, iſtud eſſe arbitrium, quia ſecundum naturam arbitratur ipſe iudex ſenectutem ſecundum qualitatem perſonæ ipſius teſtis, quis plerunque quis in 60. anno conſtitutus eſt robuſtus nec de eius morte dubitatur. & alius erit minor quinquaginta annis, qui erit minus robuſtus, ideo de eius morte veriſimilius poterit dubitari propter eius malam complexionem, erit ergo iſta qualitas an teſtis ſit ſenex vel valetudinarius à iudice conſideranda.

41 Quartò † quæritur, dictum fuit ſuprà in 5. parte nonnullos eſſe qui inuiti non coguntur teſtificari, volentes tamen admittuntur. l. Iulia, cum l. ſequen. ff. de teſtib. an hoc habebit locum in caſu in quo teſtes recipiuntur lite non cõteſtata? Dicite quòd ſic, quia ſolùm derogatur iuri communi in hoc quòd teſtes poſſint examinari lite nondum conteſtata, in alijs ergo caſibus iura antiqua remanebunt incorrecta. l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus, in fin. C. de appellationibus.

42 Sextò requiritur quòd teſtes † examinentur ante publicationem aliorum teſtium, qui prius fuerant examinati, eò quia publicatis atteſtationibus non poſſunt noui teſtes produci ſuper eiſdem capitulis vel directò contrarijs. c. fraternitatis, de teſti. cle. 2. eo. tit. & in §. quia verò, in authen. de teſti. colla. 7. Pro perfecta cognitione præſentis materiæ facio vnam concluſionem cum aliquibus limitationibus & ampliationibus.

Concluſio ſit talis, publicatis atteſtationibus nõ poſſunt teſtes produci ſuper eiſdem articulis, ſeu contrarijs, Imbus ſuperius alleg. Iſta concluſio extenditur nonnullis modis.

Primò vt procedat etiam in cauſa appellationis in qua non poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem capitulis. d. c. fraternitatis. & Clem. 2. de teſtib. licet Bal. in l. per hanc. C. de tempor. appel. dicat quòd iſtud non habeat locum in foro ciuili per nonnullas rationes, de quibus ibi per eum tamen Doc. communiter tenent contrarium in d. c. fraternitatis, vbi Aret. eleganter diſcurit hunc articulum. & reſpondet fundamentis adductis per Bald. † Et pro iſta

43 opinione facit, quia quando aliquid eſt dubium de iure ciuili quod reperitur clarè deciſum de iure canonico ſtandum eſt diſpoſitioni iuris canonici in vtroque foro per text. in c. per venerabilem, extra qui filij ſint legit. c. licèt ex ſuſcepto, de foro competen. Præterea cauſa appellationis ſubrogatur loco principalis: ſicut ergo in cauſa principali non poſſunt recipi teſtes publicatis atteſtationibus, ita nec in cauſa appellationis. argum. eorum quæ traduntur in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. & tex. in l. ſi donaturus, in §. 1. ff. de don. inter vir. & vxo. Cum ſubrogatum ſapiat naturam illius in cuius locum ſubrogatur vt d. iuribus.

Secundò extenditur iſta concluſ. quando iudex admiſit teſtes publicatis atteſtationibus parte non opponente, quia nec iſto caſu valebunt eorum dicta. Ita ſentit Bar. in authen. qui ſemel. C. de probatio. quem ad hoc ponderat Aret. in dicto capitulo fraternitatis. & Iſtud clarius voluit Bart. in l. ſecunda. in fin. ff. de appell. recipi. dum æquiparat iſtos duos caſus, quòd teſtes ſint examinati poſt teſtium publicationem, aut ſint recepti poſt terminum datum ad probandum parte non opponente, quo caſu tales teſtes ſic examinati non faciunt fidem. Et pro iſta concluſione facit text. in authentica de teſtibus, in §. quia verò, in verbo licentiam omnino denegamus, † quæ verba habent vim clauſulæ annullatiuę, 44 vt notat Ioan. de Imol. in c. 2. de teſtamen. Ang. & Imo. in l. qua ætate. ff. de teſta. allegant glo. in Cle. 2. in verbo concedatur, de ætate & qualitate. vbi autem in l. eſt appoſita † clauſula annullatiua actus 45 eſt ipſo iure nullus, etiam parte non opponente, ſecundum glo. in cap. diſpendia, in verbo proceſſus. & glo. in c. ſtatutum, in princi. in verbo non committatur, de reſcrip. lib. 6.

Contrarium tamen tenet dom. Ant. in c. in cauſis, in vltim. colum. & c. vltra tertiam & in capitulo fraternitatis, in 24. colum. extra de teſtibus. vbi etiam Imol. & pro hoc eſt gloſſ. in Clem. 2. in verbo producere, de teſti. & ita videntur tenere communiter Docto. pro cuius confirmatione adduco aliqua notanda in practica.

Et primò adduco quod voluit Bald. & Rom. in l. certi conditio, in §. quoniam. ff. ſi certum pet. vbi volunt quòd ſi ſtatutum † dicat quòd debitum 46 excedens ſummam viginti librarum nõ poſſit probari per teſtes, ſed probetur per inſtrumenta, ſi parte non opponente producantur teſtes ad probandum quantitatem excedentem dictam ſummã plenè probabunt. Secundò facit quia poſt ſententiam † quę tranſiuit in rem iud. probationes amplius non 47 ſunt admittendæ. l. Imperatores. ff. de re iud. l. ſub ſpecie. C. eod. ſi tamen pars de facto fuerit admiſſa ad probandum parte non opponente inſtrumenta vel teſtes producti probabunt, & ſi conſtabit de iniquitate ſententiæ illa retractabitur. ita dicit Imo. in c. cùm Bertoldus, de re iudi. in glo. ſua quę incipit nota quod poſt ſententiam diffinitiuam. Inno. & do. Anto. & alij in c. cum dilecta, de reſcr. Ioan. And. in c. 1. de lit. conteſt. lib. 6. Paul. de Caſt. in l. admonendi, in 4. colum. ff. de iureiurand. domi. Abb. in c. cùm contingat, de officio de leg. Tertiò † facit quod voluit Bartol. in l. poſt mortem, in fin. 48 ff. de adoption. vbi dicit quòd ea quæ non poſſunt expediri per procuratorem, ſi tamen facta fuerint, & partes expreſſè non oppoſuerint, valebunt & tenebunt. alleg. gloſſ. in §. ſi quis ergo, verſiculo ſic igitur licentia, in authentica quibus modis natural. efficiuntur legitimi. ſed ad idem eſt gloſſ. in c. 1. in verbo criminalis, de iudic. libr. 6. quam ad hoc allegat. Roma. in l. vulgò. ff. de in lit. iuran. Quartò facit quod tenet gloſſ. in l. quamuis indubitati.

C. de adult. quæ vult quòd in caſu in quo quis non
poteſt accuſare per procuratorem, ſi accuſauit per
procuratorem & nihil fuit ſibi obiectum, proce-
49 dat accuſatio. † Quintò facit poſtquàm in cauſa fuit
concluſum non poſſunt articuli produci ad pro-
bandum, attamen ſi producti fuerint & admiſ-
ſi parte non opponente valebit probatio, quia in-
telligitur reuocata illa concluſio, ita dicunt do-
mini de Rota in ſuis deciſion. quos ſequuntur do-
mi. Anto. & Imol. in c. auditis, de procura. domi.
Abb. in c. quoniam contra falſam, in 11. colum. de
probationibus. quædam alia in ſimili propoſito vi-
dete per do. Iaſo. l. admonendi, in 13. colnm. ff. de
iureiurand.

Tertio extenditur vt procedat quando articulus
nouus, ſuper quo teſtes ſunt examinandi, contine-
tur ſub articulo antiquo ex vi factæ probationis:
nam nec in iſto caſu potuerunt teſtes recipi publi-
catis atteſtationibus. exemplum, aliquis volēs pro-
bare præſcrip. 10. anno. articulauit ſe fundum præ-
ſcrip ſiſſe ſpacio 10. annor. publicatis atteſtationbus
vult probare titulum, qui eſt neceſſarius ad effectū
ipſius præſcriptionis admittetur? certè non, ita vo-
luit Bar. qui in hoc ponit pulchram doctr. in auth.
atqui ſemel. in 4. co. C. de prob. Ang. in §. quia ve-
rò, in auth. de teſti. colla. 7.

Iſta concluſio fallit in aliquibus caſibus, quos
enumerat dominus Abbas in cap. fraternitatis, de
teſtibus. quibus addo plures alios not. Primò fallit
in caſu nota. quem ponit Baldus. in l. ampliorem,
q q. in princip. C. de appellationib. & eſt caſus mul-
50 tùm not. in practica, videlicet quando † iudex ex
officio ſuo examinat teſtes poſt teſtium publica-
tionem, quia hoc eſt ei permiſſum, ideo cautela eſt
quòd ſi is qui vult producere teſtes poſt atteſtatio-
nes publicatas dicta teſtium in ſcriptis det iudici, &
procuret ſecretè quòd iudex ex officio ſuo illos
examinet. Ratio huius dicti eſt, quia in iudice ceſ-
ſat timor ſubornationis. l. ſecunda. C. de offic. ciu.
51 iud. † item quia iudex videtur hoc facere vt magis
veritas facti ei innoteſcat, cùm oporteat iudicātem
cuncta rimari c. indicantem. 30. q. 5. l. iudices. C. de
iudicijs.

52 Secundò † fallit in cauſa matrimoniali r in qua
r teſtibus publicatis alij teſtes admitti poſſunt. cap.
ſeries, & ibi not. extra de teſtibus. & ratio eſt, quia in
hac cauſa ſententia nunquàm tranſit in rem iudica-
tam, cùm contrarijs probationibus retractari poſ-
ſit. c. lator, & c. conſanguinei, de ſententia & re iu-
53 di. ex quo infero quòd cum ſententia lata † ſecun-
dum conſilium ſapientis iuxta formam ſtatuti nun
quam tranſeat in rem iudicatam, idem erit in caſu
iſto quòd in cauſa matrimoniali, quia habito con-
ſilio Doctoris eminennioris poterit retractari, vt
concludit dom. Anto. de But. in c. propoſuiſti, de
proba. in fin. quem ſequitur Ludo. Rom. in conſil.
228. incip. Pro plena diſcuſsione. in fin. & in l. cum
quidam, in §. qui dicitur. ff. de acqnir. hære. Alex. in
l. ſi ab hoſtib. in 4. col. ff. ſol. matr. qui reputat iſtud
perpetuò menti tenendū, licèt do. Abb. in d. c. pro-
poſuiſti, impugnet iſtud dictum. d. Ant. cuius opi.
aliàs defenſaui in publica diſpu. dictum tamen do.
Anto. communiter approbatur.

54 Tertiò fallit quando agitur de probanda † aliqua
qualitate, quæ poterat comprehendi & non com-
prehendi ſub articulo antiquo. doctrina eſt Ioan.
And. in d. c. fraternitatis, quem ſequitur ibi domi.
Abba. in antepen. col. & ibi Aret. in pen. col. Bart.
in autb. qui ſemel, in 4. colu. C. de proba. dum di-
cit ſic eſſe intelligenda no. per. Io. And. in d. c. fra-
ternitatis. ideo inferunt ibi Ioan. And. & dom. Abb.
ad quæſtionem quæ fuit. d. Boatini de Mantua. fuit
probatum executorem fuiſſe excommunicatum:
publicatis atteſtationibus poterunt recipi teſtes ad
probādam illam excommunicationem fuiſſe pub-
licam, iuxta tex. in c. ad probandam, de ſententia &
re iudi. iſta limitatio eſt pulchra & ad multa poteſt
conſerre. nihilominus dubito de illius veritate,
quia quod prohibitū eſt circa hoc factum præſens,
non eſt permiſſum circa qualitatem ipſius facti, per
quā alteraur natura ipſius facti. l. habebat, in prin.
ff. de tributa. iuncta. l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de
noxa. & bis quæ not. per ſcriben. in l. edita. D. de
edend. circa declarationē illorum iurium, ſed pro-
bando excommunicationem fuiſſe publicam, pro-
batio prius facta eſt robur & proderit probanti, cui
aliàs non profuiſſet. d. c. ad probandum, de re iu-
dic. ergo. & ex prædicta limitatio. inſero quòd in
caſu. c. in præſentia, extra de probat. poſſunt recipi
teſtes ad probandum quòd ille ingrediens erat mi-
nor 14. annis, etiam publicatis atteſtationibus. co-
gitate.

Quartò fallit † quando examinatio teſtinm pub- 55
licatorum fuit nulla, quia tunc non nocet publica-
tio, quominus alij teſtes poſſunt recipi. argumen-
to. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonorum
poſſeſsio. contratab. & ita tenet Bart. in auth. atqui
ſemel, in fi. C. de prob. & iſtud etiam vult glo. in c.
cùm cauſam quæ inter archiepiſcopum, extra de re-
ſtitutione ſpoliat. in gloſſ. fin. facit text. in §. quia
verò, in auth. de teſtib. & pro iſta limitatione facit
text. in Clem. 2. de teſtib. in verbo requiris, à con-
trario ſenſu. iſtam limitationem magnifacit Zen-
zelli. & domi. Card. in d. Clem. 2. qui dicunt quòd
quando teſtes non ſunt rite publicati & examinati,
etiam ſi ad inſtantiam producentis ſint publicati,
quòd poterunt produci alij & iſtud not. tenet ibi
Ioan. de Ligna. facit quod not. ibi domi. Anto. &
Imo. qui dicunt quòd nedum primi teſtes verum e-
tiam noui teſtes poſſunt produci in ſecunda exa-
minatione, prima exiſtente nulla. multum tamen
obſtat ratio ſubornationis teſtium. de iſta tamen li-
mita. videte per dominum meum in l. qui per ſalu-
tem. ff. de iureiur. vbi poſt Ioan. de Ligna. & Card.
in d. Clemen. 2. intelligit hanc limitationem hoc
modo, videlicet, quòd teſtes nulliter recepti iterum
poſſunt examinari vt ſuppleatur prima depoſitio
& non vltra.

Quintò fallit, † quando uolens producere teſtes
eſt vir multùm legalis notæ fidei & ſanctimoniæ in 56
quo non eſſet præſumendum teſtium ſubornatio,
vt per Bal. in cap. prætereà, de teſti. cog. quæ limita-
tio poteſt cóprobari ex optimis ſimilibus de quibus
per dom. meum in auth. iubemus. C. de iudicijs.

Sextò fallit, † quando dictum teſtis eſt ambigu-
um vel obſcurum, quia poterit iudex ex officio ſuo 57
dictum teſtem repetere etiam poſt publicationem
atteſtationum vt declaret dictum ſuum, ſeu addat
ſi ali-

ſi aliquid ſit addendum, licet hoc facere non teneatur ad partis petitionem. iſta omnia probantur in c. cum clamor, extra de teſti. & ibi nota. & per domi. Alexand. in conſil. 92. in quarta colum. in primo volum.

58 Septimò fallit † in minore, & eccleſia, quibus permiſſum eſt beneficio reſtitutionis in integrum, publicatis atteſtationibus alios teſtes producere, de quo per Bartol. in l. prima. §. nunciatio. ff. de noui oper. nuncia. & ibi latè per ſcriben.

59 Octauò † fallit quando teſtes fuerunt publicati parte inuita, & contradicente, nam tunc non nocet ei iſta publicatio teſtium quominus poſsit alios teſtes producere, ſecundum Ioan. And. in c. conſtitutus, el. 3. de teſtibus. Bartol. in auth. at qui ſemel. C. de prob. do. Ant. & Abb. in c. fraternitatis, de teſtibus. An autem publicatio facta parte præſente & expreſsè non conſentiente noceat, vt alij teſtes non poſsint produci, communis eſt conclu. quòd ſufficiat partem eſſe præſentem publicationi, nec opus eſt quòd expreſsè conſentiat. quam tenet d. Ant. in d. c. fraternitatis, in ſua diſt. ibi per d. Abb. relata, qui expreſsè tenet quòd ſufficiat partis præſentia vt facta publicatione non poſsint alij teſtes produci. nam ex eo quod pars teſtificata didicerit, videtur renuntiaſſe teſtium prodnctioni, vt ibi latius per eum. & quia communiter Doct. tenent iſtam opi. illam pro nunc abſque alia diſcuſsione tenebo, licet Aret. multum ſubtiliter more ſuo ſolito in d. c. fraternitatis, conetur ſubſtinere opi. gl. in d. c. conſtitutus, dicite vt ibi per eum.

Nonò fallit quando teſtes examinantur facta publicatione de voluntate partium, vt per præallegatos Doct. in d. c. fraternitatis.

Decimò fallit quando inſtantia eſt perempta, vt in caſu legis properandum, in pri. C. de iudi. ita limi. Abb. in d. c. fraternitatis, cætera aliter non proſequar, ſed me remitto ad no. per Doct. in d. c. fraternitatis, vna tantum limitatione excepta.

5 Vndecimò ergo, & vltimo † fallit quando quis dicta teſtium percunctatus eſt ab ipſiſmet teſtibus, qui depoſuerunt, quia hoc non obſt. poteſt admitti ad probandum per alios teſtes, ſecundum Io. And. & Hoſt. in c. fi. de teſti. & Lud. Rom. in ſing. char.
60 pen. Notate † tamen quòd teſtes examinati poſt dicita teſtificata aliorum teſtium faciunt præſumptionem ſecundum Inno. in c. cum dilecti, de accu. & in c. cum 1, & 2. de reind. & Bal. in l. cnnctos populos. C. de ſumma Trini. in 5. oppo. & in l. 2. C. de epiſco. aud. & per do. Abb. in c. de cætero, de teſti. & per Ludo. Rom. in ſing. 747.

61 Septimò requiritur † ad validitatem atteſtationũ, quòd teſtis deponat intra terminum ſtatutum à iudice ad probandum, quia ſi deponeret poſt terminum, eius dictum eſſet nullum, vt per Bar. in l. 2. in fi. ff. de appel. reci. Bal. in l. 2. in 13. q. C. de epi. aud. & in l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſſ. idem tenet Bart. in l. fin. ff. de fer. Aret. in c. licèt cauſam, extra de prob. in 7. col. pro quo facit tex. in d. c. licet cauſam, in verbo nullatenus. & tex. in c. paſtoralis, de excep.
62 ſuper eodem verbo nullatenus, † quod idem ſignificat qnòd ipſo iure, vt per gl. in aut. ſi qua mulier. C. ad velleia. Prętereà iſta verba nullatenus, plata à lege habent vim & affectũ clauſulę annullatiuę & ſic annullat actum ipſo iure, ita quod actus non poteſt probari tacitè nec expreſsè conſenſu partium, nec inferior poteſt diſponere contrarium. ita tenét do. Ant. & Imo. & ibi. Card. in 6. q. in cle. 1. de ſequeſtr. poſ. & fruct. Domini. in c. Romana. §. pe. de appel. lib. 6. Io. de Ana. in c. quia fruſtrà, de vſur. Limitatur iſta concln. aliquibus modis.

† Primò limitatur, quando lapſo termino res eſ- 63
ſet integra t & ius partis aduerſæ non eſſet factum t
deterius, nam tunc poterunt teſtes examinari & recipi poſt terminum, ſecundum Bart. in l. fi. ff. de ferijs. & in l. mancipium. ff. de optio. lega. per illum textum. & Bal. in l. ſi ea. C. qui accuſ. non poſſunt. ſic intelligens not. per Cyn. in l. 1. C. de ſepul. viol. & iſta concluſio communiter approbatur. cui tamen contradicit Aret. in c. licèt cauſam, de proba. per text. in l. ſcire oportet in §. 1. ff. de accuſa. tuto. & per alia iura de quibus ibi per eum, qui reſpondet ad text. in d. l. mancipinm. ff. de optio. leg & per illamet fundamenta idem tenet nulla facta mentione de Aret. dominus meus in l. fin. verſic. tertio limitatur doctr. Bar. ff. de ferijs. tenédo tamen hanc limitationem pro ea adduco quod vult Innocen. in c. cum in tua, qui matri. accuſ. poſſ. extra vbi vult quòd ſi iudex ſtatuat terminum etiam cum comminatione quòd vlterius non andiet, re tamen exiſtente integra poſt terminum debebit audire. idem in hoc tenent Bal. Ang. & ſcriben. in l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæred. inſtituendis.

Secundò limitatur, quoad faciendum aliqualem 64
pręſumptionem: quia teſtis examinatus poſt terminum dictum operatur effectum, ſecundum Bar. in l. 2. in fi. ff. de appellatio. recipien. in quo Bal. tenuit contrarium in l. 2. in 14. quæſt. C. de epiſcopali audien. veritas iſtius limi. dependet ab his quæ ponũt Bart. & alij in l. maritus. ff. de quæſtionibus.

† Tertiò limitatur quando incontinenti poſt ter- 65
minum teſtes producerentur, quia intra paucos dies mora purgari poſſet, vt per Inno. in c. cũ in tua, qui matri accuſ. poſſunt. Bald. in l. fi. ff. de ferijs. & authen. ad hæc in pen. col. C. de vſur. glo. in Clem. ſæpe. de verb. ſignfi. in verbo non obſtante. & gl. in l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procurato. quæ vult quòd exceptio dilatoria poſsit opponi incontinenti poſt lit. conteſt. & gloſſ. in §. tutor, inſti. de auct. tuto. quæ vult quòd auctoritas tutoris interpoſita incontinenti poſt contractum celebratum validabit ipſum contractum. An autem
ſi fuerit † ſtatutus terminus ad probandum, ſufficiat 66
teſtes iuraſſe intra terminum u ita quòd ſi depoſue- u
rint poſt terminum probent ſufficienter. do. Arch. in c. pia, de exce. lib. 6. tenuit quòd ſufficiat iuraſſe intra terminum. idem tenet. do. Ant. de But. in c. licet cauſam, de proba. quia tempus depoſitionis trahitur ad tempus iùramenti. l. 1. §. fi. ff. de bo. poſſ. ex teſta. mili. delata. & quòd dictum teſtis trahatur ad tempus iuramenti, probat Bar. multum ſubtiliter in l. ſi quando. C. de teſtib. quia niſi traheretur, tunc depoſitio facta alio tempore non valeret, cum reperiretur facta parte non citata. l. de vnoquoq;. ff. de re iudica. Bart. in l. damni infecti. §. Sabini. ff. de damn. infect. quia quando finis habet neceſſariam conſequentiam cum principio, conſideratur principium, nõ autẽ finis. d. §. Sabini. l. 3. §. ſcio, in vl-

timo reſponſo. ff. de donat. Cui tamen rationi reſpondet Bart. in d. §. Sabini. & hanc opi. tenuit Roma. in. d. §. Sabini, per nonnulla fundamenta, quibus reſpondet Areti. in cap. licet cauſam, de probatio. & hanc. opin. tenuit per ſex fundamenta Roma. in conſilio 443. incipien. Quò ad primum &cæt. Contraria opin. communiter approbatur, quam tenet Barto. in d. §. Sabini. Ioan. And. in capit. pia, de exceptio. libr. 6. & in additio. ad Specul. in titul. de teſte. §. qualiter, iuxta finem. Abba. & Areti. in d. cap, licet cauſam. Alexand. in conſilio 42. incipien. in cauſa & lite. in 3. volumine. Pro qua concluſione facit. Nam quòd depoſitio teſtis videatur facta tempore quo iurauit, & ſic intra terminum datum ad probandum, iſtud nõ poteſt eſſe niſi mediante fictione translatiua, quæ non habet locum, quando actus qui videtur fieri retro non poteſt de præſenti fieri. l. bonorum, cum ibi not. ff. rem ratam habe. Prætereà probatio non conſiſtit ex ſolo iuramento, nec ex ſola depoſitione, ſed vtrunque perficit probationem, non ergo ſufficit teſtes iuraſſe intra terminnm, niſi etiam intra terminum depoſuerint: cum nihil dicatur eſſe factum cum aliquid ſupereſt ad agendum. l. ſi is qui quadraginta, in §. quædam. ff. ad l. fal. l. penult. C. ad Velleia. cnm vulgaribus.

Fallit tamen iſta conclnſi. niſi pars producens inſtitiſſet vt ipſi examinarentur, ſecundum Bartol. in d. §. Sabini. in fi. & Alex. in conſ. 42. in fine.

Secundò fallit in termino ſtatuto à lege ad probandum, vt per Bald. in rubr. C. ſi ex fal. inſtrum. fortius enim excludit terminus præfixus à lege quã ab homine ſecundum Bald. in l. ſi ea. C. qui accuſa. non poſſ. facit text. in l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excuſa. tuto. & quod voluit gloſſ. in l. properandum, in principio. quam Bar. & Doct. ibi ſequuntur. C. de iudi. quæ voluit quòd ſentẽtia lata poſt tempus triennij, & ſic poſt lapſum inſtantiæ ſit ipſo iure nulla.

67 † Tertiò fallit quando iudex ſtatuiſſet terminum ad probandum per verba pręteriti temporis, vt quia dixiſſet: mando quòd debeas probauiſſe intra decem dies: ſecundum Ioan. And. in cap. pia, de excep. libr. 6. huiuſmodi enim verba ſignificant rem perfectam. l. 1. in. fin. ff. quod quiſque iur.

Quartò fallit quando ſtatutus fuiſſet terminus ad probandum, item ad probatum habendum per omne genus probationis ſecundum domi. Anto. in d. c. licet cauſam, de prob. & ibidem per Are. & per Ro. in d. §. Sabini.

Quintò fallit quando ſtatutus fuiſſet terminus ad oſtendendum de iure, ita limitat Roma. in d. §. Sabini. allegat Iac. Butr. in quadã apoſt. in l. illa inſti. ff. de hær. inſtituen. & tex. in l. matrem tuam. C. de proba.

68 Octauò requiritur † quòd teſtes producantur
ante quàm ſit concluſum in cauſa, quia poſt con-
x cluſionem cauſæ non ſunt admittendi, x ſecundum
Angel. in §. quia vero, in authen. de teſtib. & domi.
Lanfran. de Oria. in cap. quoniam contra falſam.
69 in verbo teſtium receptiones. de proba. † Dicitur au
tem concluſum in cauſa quando partes renunciarũt
allegationibus iuris & facti. gl. eſt in d. §. quia verò,
in verbo concluſionem. & not. in c. cum dilectus.

de fid. inſtrumen. Quod tamen fallit quando teſtes fuerunt recepti parte non opponente, ſecundũ d. Ant. & Imol. in c. auditis. de procur. & dictum fuit ſupra in ſexto requiſito vbi plura ſimilia adducta ſuere.

† Nonò requiritur qnòd teſtes ſint publicati vt 70
probent aliàs eis nulla fides in alio iudicio adhiberetur. l. geſta. vbi glo. & Doct. C. de re iudica Bart. & alij in l. ſecunda. C. de edend. in quo tamen articulo facio duas concluſiones.

Prima ſit concluſio † teſtes non publicati non fa 71
ciunt fidem in alio iudicio, vt dictum eſt. ratio eſt, quia cenſetur quædam ſcriptura priuata, cum non habeat iudicis auctoritatem ſecundum Paulum de Caſtro in d. l. 2. C. de eden. Iſta concluſio extenditur etiam ſi alius iudex faceret eos publicare, quia eis non creditur, ſed eſt neceſſe vt de nouo examinentur, niſi eſſent mortui. l. fi. C. de teſtib. & ita tenet glo. Barto. & Bal. in d. l. geſta. Bal. in l. fi. C. de teſti. dom. Anto. in c. licet cauſam, de proba. Alex. in conſ. 82. incip. Viſo proceſſu cauſæ vertentis. in vlt. col. in 3. vol. vbi dicit Doct. ita communiter tenere, licet quidam contradicant. & contrarium tenent Bar. & Cuma. in l. 2. in pe. col. ff. de iud. ſol. & d. Ant. in c. cauſam quæ, extra de teſtibus. fallit iſta concluſio in aliquibus caſibus.

Primò quando publicatio fieret coram eodem vel ſubrogato iudice illius, qui eos examinauit, quia tunc valebit publicatio & fieri poteſt ſecundum Barto. in d. l. geſta. C. de re iudi. qui allegat. c. cum dilectus. de teſti. & per d. Aret. in c. cauſam quæ, de teſti. extra.

Secundò fallit qnando publicatio fieret in eadẽ inſtantia etiam à diuerſo iudice non ſubrogato loco primi. ita voluit Aret. in d. c. cauſam, vbi dicit hanc eſſe communem opinionem.

Tertiò fallit in illis caſibus in quibus teſtes poſſunt examinari lite non conteſtata, de quibus ſuprà dixi, iſtis enim caſibus teſtes non publicati probant inter eaſdem perſonas in eadem inſtantia & in diuerſa, text. eſt ſecundum lectu. Bar. in authen. ſed ſi quis. C. de teſti.

Quartò fallit in inſtantia appellationis, quę ſubrogatur loco inſtantiæ principalis. l. cũ apud Sem-
pronium. ff. iudi. ſolu. ita limitat Bal. in l. prola-
tam. C. de ſententijs & interlo. omnium iud. Pau.
de Caſt. & d. Alexan. in l. 2. C. de eden. dom. Abb.
in c. cum cauſam, de teſtib. Bal. in tit. de pace conſt.
in verbo cauſis. notate tamen quòd † coram iudice 72
coram quo teſtes fuerunt recepti, faciunt fidem &
ſi non fuerint publicati, quia ſecundum Innoc. in c. cum clamor, extra de teſti. teſtes ſemper ſunt publicati iudici, qui eos examinauit, ita quòd non eſt opus alia publicatione. ita tenent Iacob. Butr. & Bal. in l. prolatam. C. de ſen. & inter. omnium iudi. & Bart. in d. l. geſta. C. de re iud. licet contrarium dicat Bald. in l. inriſiurandi. C. de teſti. per gloſſ. in l. ſolam, eo. tit. & idem tenet Bar. in l. 2. ff. iudi ſolu. Et pro prima opi. videte Aret. ſubtiliter loquentem & ponentem effectum iſtius inueſtigationis in d. c. cauſam quæ, in 1. col. de teſti.

Secunda † ſit concluſio. Teſtes examinati & 73
publicati faciunt fidem in alio iudicio inter eaſdem tamen perſonas. cap. cauſam quæ, de teſtibus. l.

iube-

iubemus.C.de lib.cauſa. Bartol.in l.2.ff.iudi.ſol.
& in l.fi.C.de teſti.& in l.2.§.1.ff.vi bono.rap.ſal-
lit iſta conclu.in aliquibus caſibus.
74 Primo † quando teſtes examinati eſſent coram
arbitro,tunc non faciunt fidem niſi iterum exami-
nentur coram iudice,& hoc niſi pars vellet atteſta-
tiones prius factas recipere, quia poteſt, cum ſit in
optione ſua illas recipere, vel teſtes de nouo exami-
nare, iuxta text.in l. fin. C.de teſtibus.& in c. præ-
ſentata,de teſtib.nota.ſcriben.in l.2.C.de edend.
an autē idem ſit in teſtibus examinatis coram arbi-
tratore. Bartol.in l.fin.C.de teſti.poſt Iac. Butrig.
concludit quòd ſi dicti teſtes fuerint examinati ſer
uata forma iuris, facient fidem, aliàs ſecus. Bald.ta-
men & Salice.in d. l.fin. ſimpliciter referunt Iaco-
bus Butriga. tenere ſine diſtinctione aliqua, quod
teſtes examinati coram arbitratore non faciunt fi-
dem coram iudice,ideo domi. Abba.& Moder. in
d.capitu. præſentata, tenent contra Bart.quòd imo
dicti teſtes coram arbitratore examinati non faci-
unt fidem coram iudice, licet fuerint examinati ſe-
cundum formam Iuris. Pro iſta concluſione fa-
cit, quia diſpoſitio correctoria loquens de arbitro,
non trahitur ad arbitratorem, vt per gloſſ. in auth.
75 decernimus. C.de arbi.ergo. † Secundo facit quia
licet iudex in iudicio ſummario recipiat teſtes vl-
tra naturam ipſius iudicij, attamen non facient fi-
dem in iudicio plenario ſecundum Baldum. in l.
ſecunda. C. de edend. in vltimis verbis & in l. qui
tempore.C.de reſtit.mili.Prætereà, licet arbitrator
poſsit procedere de facto non ſeruato iuris ordine,
ſi tamen proceſſerit iuris ordine ſeruato, & de iu-
re ſententiam tulerit, attamen adhuc dicetur arbi-
trator non autem arbiter, vt per Ioan. And.in ti-
tulo.de arb.§.fin. verſ. quod ſi compromiſſum,in
addi.ad Spe.& per dominum Antonium in c.quin-
taua llis,in 14.differentia extra de iureiuran. & iſtud
idem tenet Aret. in c. præſentata, de teſtibus. qui
mouetur pulchra ratione de qua ibi per eum, quem
videatis.
76 † Secundo fallit,quando illa acta publicata non
reproducerētur in alio iudicio, quia dato quod cau
ſa vertatur inter eaſdem perſonas,& teſtes ſint pub-
licati,oportet adhoc vt probent quòd actualiter di-
cta acta producantur,aliàs non faciūt fidem, vt per
Bartol.in l.naturaliter.§.nihil commune,in 2.q.7.
combinationis.ff.de acqu.poſſ. quem ſequitur do.
Ant.in c.cū dilectus, in pe.col.de cau.poſſ.& pro-
prie.& Mathæſi.in no.ſuis.& Alex.in conſ.82. inc.
In cauſa & lite vertente.in 1.volu.& per eundem in
l.2.C.de eden.& ibidem præceptor meus in quarta
col.quem vide.
77 Tertio fallit, † quando cauſa non eſſet omnino
diuerſa, aliàs ſecus. vt in caſu. l.fi. & l.fundum.ff.
de excep.rei iud.& l.dunbus in §.colonus.ff.de tu-
tel.ſecundum Cy. Bal, & d. Alex.in l.2.C.de eden.
Quarto fallit in probatione ficta quæ non egre-
ditur illud iudicium,quia nedum inter alias perſo-
nas non facit fidem, ſed nec inter eaſdem l.2.§.1.ff.
de tutel. quem ad hoc notat Bartol. in l. eius qui
delatorem.ff.de iu.fiſci. Quod confirmatur ex eo
quod ſingulariter vult Specul. in titul. de confe. in
78 §. videndum, verſ. ſed nunqnid. vbi dicit † quod
confeſsio facta in vno iudicio per procuratorem
nunquam præiudicat domino in alio iudicio, in
quo agitur ad alium finem tenet d. Abt in c.1. extra
vt lite non conte. Ratio eſt, quia procuratore con-
fitente in iudicio dominus dicitur fictè confiteri,
non autem verè.l. oſſa, in fine. ff.de relig. & ſump.
fune.& tamen certum eſt quòd vera confeſsio facta
in iudicio plenario ſecundum Innoc. in c. cum di-
lectus, in fin.de ordi.cognitio.& Doct.in c. cauſam
quæ, de teſti.
Quintò † fallit quando teſtes fuerunt examinati 79
& publicati in cauſa ciuili, quia non faciunt fidem
in cauſa criminali , etiam inter eaſdem perſonas,
quia in tali iudicio requiruntur probationes perfe-
ctiores.l.ſciant cuncti. C.de probatio. & ita dicit
Barto. in l.2.§.hoc edicto.ff. vi bo.rap.licet obſtet
tex.in l.3.§.ſed ſi dolo.ff.de tabul.exhiben. quem
ad hoc pōderat ibi Bar. ſed poteſt reſponderi quòd
dictæ probationes faciunt vehementem præſum-
ptionem, non autem plenam probationem. & ita
reſpondet Aret.in d.c.cauſam quæ,in 7. col.de te-
ſtibus.
Sextò † fallit, quando probationes ſunt factæ in 80
iudicio ſummario, nam illæ non faciunt fidem in
iudicio plenario etiā inter eaſdem perſonas, vt not.
in d. c. cauſam quæ, in quo articulo facio aliquas
concluſiones.
Prima ſit conclnſio. probationes factæ in iudi-
cio ſummariò nō faciunt fidem in plenario. ita no.
in l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. per
domi. Ant. in d.c.cauſam quæ, extra de teſti.in fi.
fallit tamen iſta concluſio ſecundum domi. Anto.
ibi niſi probationes plenariæ eſſent receptæ quò ad
eſſentiā probationis & quò ad modum procedēdi,
iſto enim caſu facient fidem in iudicio plenario.
idem tenuit Bald. in l.ſi iudex. ff.de his qui ſunt ſui
vel alie. iur. vbi dicit quòd ſi in iudicio executiuo
quod quidem eſt ſummarium, ſit appoſita aliqua
exceptio de qua ſit plenè cognitum vltra naturam
ipſius iudicij, ſententia lata ſuper ea proderit, & no-
cebit ſuper illo iure, quod poſtea deducitur in iu-
dicio ordinario. ſicut ergo nocet ſententia aut pro-
deſt, ita nocebunt aut proderunt acta probatoria,
per ea quæ tradit Ioan. Andr. in titul. de teſte. §.
nunc tractemus, in additione magna. vbi refert cō-
ſilium Dyn.notat Bartol. in l.ſi mater in §. fina. ff.
de exceptio. rei iudica. Contrarium tamen voluit
Cyn.& Bald.in l.quod tempore.C.de reſtitu. mi-
lit.Bald.in l. ſecunda. C. de edendo. Aret.in d.c.
cauſam quæ de teſtib. in fin.vbi dicit hanc eſſe com-
munem opin. quia non poteſt negari quin ſi actum
eſſet in iudicio ordinario & plenario, is contra quē
agitur non fuiſſet diligentior propter maius peri-
culum, quod vertitur in tali iudicio plenario quàm
in ſummario.
Secunda ſit conclu. limitans præcedentes. ſi iu-
dicium ſit ſummariū non ex ſui natura nec ex com-
miſsione ſuperioris, ſed ex culpa partis aduerſæ,
quæ ſit contumax, tunc acta facta in tali iudicio ſic
ſummario facient fidem in Iudicio plenario. ita di-
cit Bart.in l.2.in fi.ff.iud.ſolu.dū vult ꝙ publica-
tio teſtium facta abſente parte per contumaciam fa-
ciat fidem inter eaſdē perſnnas in alio iudicio.Om- 81
nis enim proceſſus † qui ſit contra abſentem ex
contumacia, dicitur ſummarius, vt per Barto.in l.1.

C. quorum appella. non recipian. & ita ponderat Bart. Fran. Aret. in d. c. cauſam quæ, in fi. de teſti.

82 Tertia ſit concluſio. confeſſio † quæ ſponte emanauit in iudicio ſummario facit fidem in iudicio ordinario. dictum eſt not. Inno. in c. cum dilectus, de ordi. cogni. & arguit do. Anto. in c. cauſam quæ, de teſtibus. vt etiam dictum fuit ſuprà, in fin. 4. fallentiæ, quòd procedit in confeſſione vera, non ficta, facit text. in c. 1. de accuſa. libr. 6. & quod voluit Bald. in l. properandum, in fine principij. C. de iu-
83 dic. vbi dixit † quòd ſi inquiſitus aut accuſatus maleficium ſponte ſua confitetur, & eſt perempta inſtantia, nihilominus poteſt condemnari, quia confeſſio non requirit ſolennitatem iudicialem, allegat Innoc. in ca. qualiter & quando, el. 2. de accuſationibus. adduco etiam quod voluit idem Bald.
84 in l. 2. C. de re iudica. in fine: vbi dixit † quòd confeſſus non poteſt opponere de libelli ineptitudine. allegat tex. in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & multa poſſunt retractari, & validari virtute confeſſionis, quæ alijs probationibus non poſſunt. vt patet ex nota. per Innocen. in c. quia plerique, extra de immuni. eccleſ. & ex his quæ voluit gloſſ. in authen. ſed iam neceſſe. C. de donatio. ante nup. & gloſſ. in l. in contractibus in §. primo. C.
85 de non numerata pecunia. quæ dicunt † quòd præſumptio iuris & de iure tollitur per confeſſionem partis, licet contra eam non admittantur aliæ probationes.

Primo fallit iſta cõcluſio in confeſſione expreſſa, ſecus in tacita. l. 2. §. 1. ff. de iure fiſc. in argumen. Bart. in l. eius qui delatorẽ. ff. eo. tit. ideo dicit Bal. in l. 1. in pen. col. C. de confeſ. quòd confeſſio tacita exigit telam iudiciariam, licet expreſſa illam non exigat. adducit tex. in c. 2. de confeſ. lib. 6.

Secundo fallit niſi confeſſio eſſet facta in iudicio ſummario incidenter, non autem principaliter ad illum finem ad quem agebatur. gl. eſt ſolennis in c. ex pœnitentibus. l. diſtinctio. quam extollit domi. Abb. in c. at ſi cleric. in prin. extra de iudicijs.

Tertio fallit in confeſſione facta per procuratorem vt ſuprà dictum eſt.

86 Quarto & penult. fallit in confeſſione † quæ non
7 fuit ſortita effectum, vt quia iudex tulit ſententiam cõtra id quod quis fuit confeſſus: nam talis confeſſio non nocebit nec proderit in alio iudicio. c. mulieri, & ibi nota. de iureiuran. facit gloſſ. & quod ibi ponit Bald. in authen. item poſſeſſor. C. qui potiores in pigno. habean. & glo. ſolennis in c. 3. de eo qui mitti. in poſſ. cauſa rei ſerua. quæ vult quòd ex actu per quem aliàs quis videretur acquieuiſſe ſententiæ latæ contra ſe, non inducitur iſta probatio ſi non fuit admiſſus per iudicẽ. & pro illa glo. eſt tex. quem ibi Bald. ad hoc ponderat in l. nihil. in §. 1. ff. de inoffi. teſtamen.

Quinto & vltimo fallit in his quæ variantur temporis curſu: quia acta facta in iudicio inter eaſdem perſonas non probant in alio. l. cura. ff. de munerib. & hono. in §. deficientium. & ibi Bartol. idem Bartol. in l. 1. in §. qui excuſatione. ff. de vacatio. mune. Nicola. de Neapo. in l. ſpadonem in §. qui abſolutus. ff. de excuſation. tutorum. Barto. tamen in l. ſecunda. C. de edendo, & in l. ſecunda, in penultima colu. ff. iudicatum ſolui, aliter dicit, quia ſecundum eum idem eſt, licet teſtes deponant ſuper eo quod mutatur temporis curſu dummodo ſuper eodem fiat diſpoſitio, ſecus ſi ſuper alio & ad alium finem. verbi gratia, volens me excuſare à tutela probaui me habere quinque liberos, ſi nunc in alio iudicio quæratur an nunc habeam quinq; liberos, quia volo me excuſare ab alia tutela dicti teſtes non probabunt, quia agitur de alia re. quia in primo iudicio quærebatur an tunc haberem quinq; liberos, in hoc autẽ ſecundo iudicio quęritur an nunc habeam quinque liberos vel ne, & ſic agitur de alio.
& ex iſta doctrina Bartol. notandum eſt † quòd il- 87
le qui fundat ſe ſuper vita alicuius, non ſufficit probare aliquem ſuperuixiſſe, vt nunc præſumatur viuere. & iſtam opinionem tenuit idem Bartolus in l. ſi inter. ff. de rebus dubi. & in l. qui duos, in §. cum in bello. & in l. ex facto in §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebellianum. vbi Angel. & Modern. in quo tamen Aretin. in dicto capitulo cauſam quæ, in penultima colum. diſſentit ab iſta opi. Bartol. & Doctor. quia quilibet præſumitur viuere vſque ad centum annos. l. fin. C. de ſacroſan. eccleſi. gloſſ. & Bart. in l. ſecunda, in §. quòd ſi dubitetur. ff. quem-
admodum teſtamen. aperian. & ſatis † eſt quòd pro- 88
batio concludat præſumptiuè, vt per Bartolum & alios in l. 1. ff. ſi certum petatur. & latius infrà dicetur. adducit etiam text. in l. ſi quis ex argentarijs. §.
fina. ff. de edend. cum ibi nota. per Bartolum † vbi 89
poſſeſſio alicuius rei præſumitur eſſe penes illum apud quem fuit ipſa poſſeſſio in antea. ſaluando dicta Bartol. conſidera aliquos caſus. Aliquando actor ad fundandam ſuam intentionem alleg. aliquem viuere, & tunc iſtud debet probare, nec ſufficit illa probatio quòd quis præſumatur viuere vſque ad centum annos. l. ſpadonem. §. qui abſolutus. ff. de excuſatione tutorum. & iſtud elicitur ex dictis Barto. in d. lege ſi inter. ff. de rebus dubijs,
quem videbitis omnino. † Aliquando reus excipit 90
aliquem viuere, & tunc habet locum dicta regula, quòd quis præſumatur viuere vſque ad centum annos. d. l. finali. C. de ſacroſanct. eccleſ. & ita procedat gloſſ. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmod. teſtament. aperian. ſecundum dominum meum Socin. in d. l. ſi inter. ff. de rebus dubi. Vel aliter, aliquando quis ſe fundat ſuper morte, & tunc illam debet probare, ex quo eſt præſumptio quòd quis viuat vſque ad centum annos. d. l. fina. aliquando quis ſe fundat ſuper vita alicuius, & tunc illam debet probare, nec eſt præſumptio quòd ex quo is cuius vita allegatur aliquando vixerit, quòd hodiè & nunc viuat. d. l. ſpadonem. §. qui abſolutus. quem ſic declarat ibi Dyn. & Bald. & iſto modo procedant dicta Bart. in l. 2. C. de edend. & in l. 2. ff. iudica. ſolui. ideo dicit ibi Barto. quòd ſi teſtes dicant iam ſunt aliqui anni quibus vidi liberos talis putà Gaij viuere quòd tales teſtes non probant quòd nunc viuant, ex quo agitur de probanda vita ipſorum liberorum. & ex hoc verificatur illud quod decidunt Barto. & Angel. in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Treb. vbi dicunt quòd quãdo ſubſtitutus petit hæreditatem, dicens hæredem eſſe mortuum ſine liberis: certè qui vult hoc negare quòd imo deceſſit relictis liberis, cogitur probare quòd hæres tempore mortis habebat filios ſuperſtites. idem

tenuit

tenuit in l. qui duos, in §. cum in bello. ff. de rebus
dub. per text. in l. ſpadonem. §. qui abſolutus ſupra
allega. cun. iſte ſundat ſe ſuper vita filiorum ſuper-
ſtitum. idem tenet Pau. de Caſtr. in d. l. ſi inter, & in
l. ex facto, §. ſi quis autem. ff. ad Trebel. & d. Alex.
in conſi. 20. in 1. volum. in vltimis verbis. & in con-
ſil. 29. in 2. volum. licet contrarium teneat in d. §. ſi
quis autem, ſecutus opin. Imol. & Cuman. ibi tenen
tium contra Bar. & ex iſtis eſt expedita hæc difficul-
tas, quæ omnia perpetuò notabitis.

91 Decimò requiritur, quòd dicta † teſtium nó ſint
ambigua, quia ſi duplici modo poſſunt intelligi,
a interpretantur contra producentem. a caſus eſt no-
ta. in ca. in præſentia, de proba. not. etiam in l. non
hoc. C. vnde legiti. pro quo aliqua pulchra no-
tanda in actu practico & quotidiana adducemus in
medium.

Primò adduco quod voluit Bart. in l. in hac ſti-
pulatione. ff. de damno inſec. vbi dixit, aliquis vo-
lens probare damnum quod paſſus eſt propter ſuæ
domus deſtructionem, facit articulos quòd domus
ſua tanto pretio ſolita erat locari, & tunc non poteſt
illo pretio locari. iſte articulus non concludit, quia
non conſtat quòd iſtud ſit propter vitium domus:
debet ergo articulus continere quòd iſtud cenſetur
ex vitio ipſius domus.

92 Secundò adduco † no. dictum Io. And. in c. quan
quam, de vſur. in 6. in primis verbis, vbi dicit, ali-
quis dicit teſtatorem fuiſſe publicum vſurarium, &
producit teſtes dicentes illum mutuaſſe ſub vſuris,
probabunt teſtatorem fuiſſe vſurarium? concludit
quòd nó, quia potuit eſſe quòd mutuauerit ſub vſu-
ris, illas tamen non recepiſſe, ſed remiſiſſe: debet
ergo probari quòd ſub vſuris mutuans dedit pecu-
nias, & quod ipſas vſuras extorſit, vt ibi per eum,
idem tenet do. Fel. in c. ſuper his, de accuſ. in 4. col.

93 Tertiò adduco, quod voluit † Bart. in l. quis ſit
fugitiuus, in §. apud Leonem. ff. de ædili. edict. vbi
dicit quòd licet probetur aliquem feciſſe contractú
fœneratitium aut illicitum, ex hoc non conuincitur
illum eſſe vſurarium, quia potuit eſſe quòd ille con
tractus non reputabatur illicitus, debet ergo pro-
bari quod ille contractus erat illicitus & ſic com-
a muni opinione a reputabatur.

94 Quartò † facit quod voluit do. Card. in cap. per-
pendimus, de ſententia excom. Aliquis volens pro-
bare Titium fuiſſe excómunicatum, probat illum
fuiſſe abſolutum, eſt ne ſufficiens talis probatio? de-
terminat ibi, quod talis probatio non releuat nec
concludit: quia potuit eſſe quod fuit abſolutus ad
cautelam. iuxta tex. in c. per tuas, de ſenten. excom-
municatio.

95 Quintò † adduco quod dixit domi. Abbas in c.
veniés el. ſecundo de ſponſal. probatur quòd ſpon
ſa fuit à ſponſo carnaliter cognita, iſta probatio ar-
guit matrimonium præſumptum, de quo in cap. is
qui, eodem titolo. & in c. de illis, de condit. apposi.
in matri. Reſpondet quòd nó, quia potuit eſſe quod
fuit cognita mulier antequam cum ea ſpóſalia fuiſ-
ſent contracta, debet ergo probari ad hoc vt proba-
tio concludat, quòd copula interceſſerit inter ſpon-
ſos ſponſalibus contractis.

Sextò adduco glo. in cap. primo de ſtatu. regu-
la. libr. 6. in verbo abſque penuria. quam videatis
quia no. & tamen facit ad iſtum propoſitum.

Septimò facit, quod voluit Bar. in l. Celſus, in fi.
ff. de vſucap. vbi dicit, reus ad ſui defenſionem vo-
lens probare præſcriptionem longi temporis, facit
articulos quòd poſſedit per decem annos: iſte arti-
culus non concludit, quia includit quòd tempus
poſt litem conteſtatam fluxerit, qun caſu præſcri-
ptio 10. annorum quæ nó eſt perfecta, diceretur in-
terrupta. l. more. C. de rei vendica. Bart. in l. fin. in
prin. ff. de eo per quem fac. erit. vt ergo articulus &
probatio ſuper eo facta concludat, ſic debet forma-
ri, quòd poſſedit per decem annos continuos fini-
tos tali die & menſe, ita quod dictum tempus de-
cem annorum includatur, & perfectú ſit ante tem-
pus litis conteſtationis.

Octauò facit: actor † intentando rei vendicatio- 96
nem, exprimit cauſam remotam putà venditionem
aut donationem, & illam probat, talis probatio nó
concludit, ideo reus debebit abſolui, quia potuiſſet
eſſe quòd habuit illum titulum poſt litis conte-
ſtationem & non ante, quo caſu ille titulus ſibi non
prodeſt. l. non poteſt videri. ff. de iudic. debet ergo
probare de tempore ante litem conteſta. ita tenet
Ioan. And. in cap. Abbate, de ſen. & re iudic. libr. 6.
Bart. in l. & an eadem. §. actiones, in fi. ff. de execu-
tio. rei iud.

Nonò facit, † teſtis per quem probatur aliquem 97
eſſe furioſum, b interrogatus de cauſa ſciétiæ reſpon b
dit, ſcio quia vidi ipſum proijcere lapides, nó pro-
bat niſi diceret more inſanorum, quia prudétes ali-
quando proijciunt lapides, vtputa gratia ſuæ defen
ſionis, vel gratia virtutem experiendi, ita decidit
Bald. in §. item furioſi, Inſtit. quib. non eſt permi.
face. teſta. quem ſequitur. d. Alex. & reputat menti
tenendum in l. ſi cum dotem, in §. ſi maritus, in pe-
nul. col. ff. ſol. matr. do. meus in l. furioſum. C. qui
teſta. face. poſſ. text. in l. quæ ob vitia, in verbo mo-
re inſanorum. ff. de ædil. edic.

Decimò facit † teſtes producti ad probandum ra- 98
pinam, interrogati quomodo ſciunt rapinam eſſe
factam, reſpondent quia viderunt rem auferri de
manibus accuſantis vel de domo per ipſum accuſa-
tum. ex tali depoſitione non probatur rapina, quia
verbum auferre, habet duplicem ſenſum, ſcilicet
cum violentia & ſine violentia, vt eſt glo. in l. poſt-
quam in fin. ff. de pet. hær. per quam. Ang. ibi ita te-
net & eum ſequitur Aretin. in l. filiusfamilias. ff. de
teſtamen.

Vndecimò facit, quod voluit Bart. in l. 2. ff. de
duobus reis, in §. primo, & in l. ſi vxor. §. penul. ff.
de adulte. De quo tamen dicatis vt ibi per Angel. &
Aret. tenentes contrarium, & per dominum meum
in l. non ob hoc. C. vnde leg.

Duodecimò facit, pone quod teſtes deponunt
qualiter canonici conſenſerunt in electione talis
ſyndici, pars aduerſa dicit eſſe verum quod duo vel
tres ex canonicis conſenſerunt, ſed non maior pars
canonicorú, cum in eccleſia fortè ſint octo vel de-
cem canonici, certè illa probatio nó arguit electio-
nem eſſe factam ab omnibus canonicis, & ſic inde-
finita † prolata à teſte c non æquipollet vniuerſali 99
ſecundum dom. Abba. in cap. auditis, in quarta co- c
lum. de præſcript. & d. Pet. de Ancha. in cap. quan-
to, de his quæ fiunt à præl. ſi conſen. c. iſtam doctr.

ſequitur Alex. in ſuo conſ. 110. incip. Viſis acutiſsimis dubitationibus, in 2. colum. in 1. volumi. & in pleriſq; alijs conſilijs.

100 Decimotertiò †facit, pone, probatur aliquē fuiſſe genitum ex ſacerdote, an ex hoc dicatur probatam eſſe illegitimitatem ipſius? Et dicatis quòd nō: quia potuit naſci ex ſacerdote qui nunc eſt, attamen fuit ipſe genitus antequam promoueretur ad ſacros ordines tempore quo habebat legitimam vxorem. de quo dicto videatis Ioa. And. in addit. ad Spec. in rub. de filijs presby. & per dom. Abb. in c. inter cæteras, de reſcr.

101 Decimoquartò facit †quod voluit Bal. in cap. in præſentia, in 4. col. de proba. vbi dixit, teſtator dixit ſe teneri ad reſtitutionem vſurarum à multis extortarum. Ex iſtis verbis non arguitur ipſum eſſe manifeſtum vſurarium, ad effectum vt eius teſtamentum reddatur nullum, iuxta tex. in c. quanquā, de vſur. lib. 6. Et ratio eſt, quia non dixit à ſe extortarum, nam fortè tenebatur vt hæres alterius ad illarum reſtitutionem, & iſta dicta Bald. reputat aurea d. Fel. in cap. auditis, de præſcr. in verſ. intelligo hanc limita. Sed iſta dicta videntur dubia, quia perſona extrinſeca non ſubintelligitur in diſpoſitione. l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verborum oblig. l. ſi ſeruus legatus, in §. qui margaritam. ff. de lega. 1. quem allegat Bal. pro ſingulari in authen. ſi quando. C. de conſt. pec. Præterea vt infrà latius dicetur, ſatis eſt quòd probatio concludat iuris præſumptione. Sed in dubio quis loquens de actu, præſumitur loqui potius de actu à ſe geſto quā ab alio. l. & magis. ff. de ſolu. ergo &c.

102 Decimoquintò †adduco dictum in conſ. 286. vbi dixit. Aliquis facit articulos quòd quidam electus fuit & eſt publicus fornicator, non obtinebit ex quo non dicit quòd tempore electionis fuerat talis, quia poteſt eſſe quòd fuerit publicus fornicator ante, & poſt electionem, ſed non tempore quo fuit electus, & iſta addite his quæ ponunt Modern. in l. non ob hoc. C. vnde legit.

103 Decimoſextò facit †quod voluit Ange. in conſ. primo quod incipit. Porrecta fuit petitio in 2. colu. vbi voluit, quòd ſi reus faciat oppoſitiones contra teſtes, quòd non ſint omni exceptione maiores, iſta exceptio eſt inepta & nihil valet, quia dicendo non ſunt, denotatur tempus præſens, & ſic ſtant iſta ſimul quòd non ſunt nunc omni exceptione maiores, & tamen fuerunt tempore depoſitionis. Quinimmo tenuit Angel. in conſilio tricenteſimooctauo incipien. Factum tale eſt, quòd ſi reus excipiens dicat quòd non ſunt, nec fuerunt omni exceptione maiores, quòd adhuc non obſt. talis exceptio, quia iſtud verbum fuerunt, licet ſit præteriti temporis, poteſt tamen intelligi poſt teſtificatum. & iſtud dictum reputat perpetuo cordi tenendum dominus meus in l. Titiæ textores, in principio. ff. de legat. primo.

104 Decimoſeptimò † facit quod voluit Bald. in l. ſi quis teſtibus, circa finem. C. de teſtib. vbi voluit quod ſi reus excipiat contra teſtem de inimicitia, iſta exceptio nihil valet: quia non ſufficit probare d inimicitiam in genere, ſed in ſpecie d eſt probanda inimicitia, & eius qualitas. pro quo facit quod voluit Bald. in l. turpia. ff. de leg. 1. vbi dicit quod ſtatutum puniens diffamantem aliquem debet intelligi quādo deuenitur ad ſpecificationem delicti, non autem in genere.

105 †Decimooctauò & vltimò facit quod dixit glo. in clemen. conſtitutionem, in verbo circunſtantiarum, de electio. quæ dicit quòd non ſufficit opponere contra aliquem exceptionem periurij, homicidij vel ſimilem, niſi deueniatur ad ſpeciem delicti, pro qua eſt text. in c. præſentium, in §. teſtes, de teſti. lib. 6. Bart. & Bal. in l. prima. C. de teſtamen. Roma. in conſ. 290. incipien. In caſu propoſitæ conſultationis. de quo etiā videas Pau. de Caſt. in conſ. 27. incipien. Viſa appellatione, in 2. colum. & pro nunc iſta ſufficiant.

Iſta concluſio ſic vt ſuprà firmata, ſallit aliquibus modis.

106 †Primò fallit, quia probatio ambigua debet interpretari in caſu in quo delictū euitetur, argumento. l. merito. ff. pro ſocio, & iſtud colligitur ex dictis Bart. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de no. oper. nuntia. & ibi latè per Alex. & per domi. Abb. in cap. auditis, de præſcrip. & in cap. in præſentia, in 4. colum. de proba. & in cap. per tuas, de conditio. appoſi. ideo inſert domi. Alexan. in dicto §. ſed vt probari. accuſator probat Titium occidiſſe Seium cum armis, Titius probat quòd Seius eum inſultauit cum armis & non aliud, eritne probata iſtius defenſio? certè ſic, & ſit interpretatio iſtius probationis ſcilicet quòd incontinenti ipſum occiderit, non ex interuallo, licet iſto ſecundo modo poſsit dicta probatio interpretari. idem tenet Auguſti. de Arimi. in addi. ad Angel. de Aret. in tracta. malefic. in verbo de anno præſenti, in 8. col. & d. Felin. in d. c. auditis, in verſi. reſpondet Alexan. de præſcript. & per iſtam limitationem verificatur pulchrum dictum Bald. in l. ſolam, in vltim. col. C. de teſtib. vbi dicit quod ſatis eſt vt accuſatus de homicidio probet ſe feciſſe ad ſui defenſionem, e quia defenſio in dubio præſumitur neceſſaria licet idem Bald. in l. 1. C. de confe. in 10. colum. verſic. item aſſeſſor, teneat contrarium, & malè. & ipſum reprehendit per bonas rationes. d. meus in l. vt vim, in 1. colum. ff. de iuſti. & iur. e

107 Secundò fallit in probatione dubia †quæ eſt verificabilis, & concludit in quolibet intellectu intentionem probantis. ita limitāt Domini. in c. primo. in vlti. colum. de pac. lib. 6. poſt Ioa. And. ibidem, idem in effectu te. d. Ant. in c. plerunque, in fi. de reſcrip. do. Abb. in c. ex parte, eo. tit. per tex. in c. per tuas, qui filij ſint legiti. ideo infert. dom. Alex. f in l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. obl. ad quæſtionem. teſtes dicunt Titium occidiſſe Seium cum gladio vel cum claua, licet videantur iſti teſtes alternatiuè deponere, & ſic incerta ſit probatio, attamen quia vtroque modo intellecta concludit homicidium, habetur pro perfecta probatione. pro iſta limita. facit text. in l. hæres inſtitutus. ff. de acquir. hær. in fin. & quæ latè dixi in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de libe. & poſth. f

Tertiò fallit, quando probatio concludere poteſt arguendo à communiter accidentibus, vt per glo. in l. neque natales. C. de probationibus, & per eandem in l. final. ff. de hæred. inſtituen. & per Salicetum, & alios in l. non ob hoc. C. vnde legi.

& ibi

& ibi latè per dominum meum.

Quartò fallit, quando probatio in ſe eſt perfecta, aliqualiter tamen offuſcatur per exceptionem probatam à reo: nam tunc iſta probatio per hoc nō deſinit eſſe perfecta, quia ſufficiet ad victoriam con ſequendam. ſecundum Bart. in l. admonendi, in 12. col. ff. de iureiu. d. Abb. in c. in præſentia, in 4. col. de proba. & in c. per tuas, de cond. appo.

108 Quintò fallit † quando probatio neceſſariò non concludit, præſumptiuè tamen concludit legis præſumptione, vt quia teſtis interrogatus quomodo ſcit, reſpondet, ſcio quia ſum vicinus vel conſanguineus. Nam concludit iſta probatio præſumptiuè, cum vicinus præſumatur ſcire facta vicini, & conſanguineus conſanguinei ſui facta. l. octaui. ff. vnde cognat. & ita tenet Bartol. & alij. in l. prima. ff. ſi cert. pet. Et ex hoc verificatur quod deciditur in c. propoſuiſti, de cleri. excom. miniſtran. vbi dicitur, ſi dicam aliquem fuiſſe excommunicatum, & probo quòd de tali anno fuit excōmunicatus, iſta probatio concludit & ex ea probatur illum hodie ex-

109 communicatum, quia ſemel excōmunicatus † præſumitur ſemper duraſſe in illa excommunicatione, niſi ipſe ex aduerſo probet ſe fuiſſe abſolutum. & illum textum ad hoc not. ibi dominus Anto. poſt Innoc. & Aretni. in conſi. 51. incip. Videtur dicen-

110 dum, in 1. col. pro confirmatione † huius limit. adduco quod decidit Petr. de Anch. in clem. 1. de homici. vbi ponit quæſtionem de facto: quidam erat furioſus, qui tamen verbis & factis videbatur ſanæ mentis. fecit contractum in quo ſe ad mille obligauit, eo mortuo hæres eius excipiebat contra talem promiſsionem, quòd promittens erat furioſus, fuit probatum quod ille habebat dilucida interualla, & ſic aliquando erat furioſus, aliquando ſanæ mentis, non tamen erat probatus furor tempore contractæ obligationis, an iſta probatio concludat? & decidit quòd ſic, quia regula eſt, quod ille qui ſemel fuit furioſus præſumatur perſeuerare in illo furore, vt notatur in d. cle. 1. & in l. furioſum. C. qui teſtam. face. poſſunt & in c. cum dilectus, de ſucceſſio. ab inteſt. pro quo videte no. per Domi. in cap. vnico. §. ſi verò, de cle. ægrot. libr. 6. & Ianus not. per Alexan. in conſil. 141. incip. Matureque atteſtationibus &c. in 1. volu. vbi egregiè tractat an actus factus per habentem dilucida interualla præſumatur factus tempore ſanæ mentis, vel furoris. ex quibus patet dominum Cardin. malè fuiſſe loquutum dum in iſta quæſtione concludit contrarium in ſuo conſil. 47. eò maximè quòd in d. clemen. 1. in ſecunda quæſtio. dicit conſuluiſſe ſecundum prædictam opinionem.

Sextò & vltimò fallit, quando probatio in ſe eſt dubia & ex facto ſuo, ſecus ſi in ſe ſit perfecta, & aliqualiter offuſcatur per exceptionem factam à reo, nam licet exceptio aliqualiter reddat dubiam primam probationem, illius tamen effectum non tollit quin reus ſit condemnandus, vt dictum ſuit ſupra in 4. limita. & vltra ibi dicta videte Bar. & ſcriben. in l. admonendi, in 10. colum. ff. de iureiuran. in verſ. quæro quid ſi actore. Barto. in l. 1. in princ.

111 ff. de ventre inſpi. & per ea quæ dicta † ſunt ſupra in prima limitatione dubito de veritate eius, quod decidit dom. Abb. in c. veniens, de ſponſa. dum dicit quòd ſi quis volens probare matrimonium præſumptum, probet ſponſalia, item probet copulam, quod non probat concludenter, cum copula potuerit ante ſponſalia interuenire ſicut poſt, quo caſu non ſit matrimonium præſumptum per iſtam copulam, quæ præceſsit ipſa ſponſalia ſecūdum eum. nam iſtud nō videtur verum, quia ſi vt euitetur delictum probatio ambigua & quæ aliàs non valet concludit, vt in l. merito. ff. pro ſocio, ergo vt euitetur fornicatio potius præſumendum eſt, quod copula ſecuta fuerit poſt ſponſalia, quàm quòd præceſſerit, & maximè fauore matrimonij. c. fi. de ſententia & re iudicata, cogitabitis g & omnia ſupra dicta notate. g

Vndecimò requiritur, quòd teſtes deponentes in aliqua cauſa reddant rationem h ſuæ depoſitionis, ſecundum Bald. in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cle. in quo tamen articulo accipite vnam cōcluſionem cum aliquibus limitationibus. h

Concluſio ſit iſta, teſtis † productus in cauſa non tenetur reddere rationem dicti ſui motu proprio, quinimmo creditur ei abſque expreſsione alicuius cauſæ, ſi non fuerit interrogatus. ita not. gloſſ. in l. ſolam, C. de teſtib. canoniſtæ in c. cum cauſam, de teſtib. Roman. in l. 1. in prin. ff. de noui oper. nunt. iſta concluſio fallit in pluribus caſibus. 112

Primò fallit, quando teſtis deponeret aliquem eſſe infamem, quia tenetur reddere rationem dicti ſui etiam non interrogatus, ita decidit Innoc. in c. cum oporteat, de accuſatio. & Ange. in l. quid ergo. §. quantum. ff. de his qui no. infa. & ibi Bald. in lectura antiqua do. Alex. in conſ. 25. incip. In cauſa vertente inter Antoninm, in 4. volum. in verſ. præterea. Et ratio huius limitationis eſt, quia iſtud non percipitur ſenſu corporeo, ideo reddenda eſt ratio per teſtem etiam non interrogatum, vt infrà latius dicetur.

Secundò fallit, quando ageretur de probāda fama, quia non probat teſtis niſi reddat rationem dicti ſui. ita vult Angel. in l. ea quidem. C. de accuſationi. in 3. col. dom. Abb. in cap. conſuluit, el. 1. de appellation. & in c. cum cauſam quæ, de teſtibus in tertia columna. Roma. in l. prima in princip. ff. de nou. oper. nuntia. & dom. Alexand. in d. conſi. 25. vbi dicit idem eſſe in teſtibus deponentibus aliquid eſſe notorium.

Tertiò fallit in teſtibus qui producuntur ad reprobandum aliquod inſtrumentum, ſecūdum Baldum in l. preſbyteri. i C. de epiſcopis & cler. quem i ſequitur Roma. in dicta l. prima. de nou. oper. nunciatione.

Quartò fallit in teſtibus deponentibus ſuper intereſſe, k ſecundum Bal. in l. vni. C. de ſen. quæ pro k eo quod in te. proferun. in 10. col.

Quintò fallit † in cauſis criminalibus, l in quibus 113 non valet dictum teſtis niſi reddat rationem dicti l ſui, etiam non interrogatus, ſecundum Salic. per illum tex. in l. fi. C. de probatio. quem ſequitur Alex. in conſ. 15. incip. Viſo proceſſu inquiſitionis, in 4. col. & in 1. volu. An autem iſta limitatio procedat in cauſis criminalibus, in quibus non agitur de pœna ſanguinis, ſed agitur de pœna pecuniaria fiſco applicanda, videtur quod ſic, per ea quæ not. Imo. in c. fi. de iureiur. Alex. in l. 3. in princi. ff. de iureiur.

114 vbi dicunt† quòd in cauſa criminali in qua agitur de
pœna pecuniaria, non poteſt deſerri iuramentum
in ſupplementum probationis, ſic ampliantes nota-
ta per glo. in l. maritus. ff. de quæſtio. & per glo. in
c. cum ſunt partium iura obſcura, de reg. iur. libr. 6.
Et ex hoc inſertur, idem eſſe quãdo teſtis depone-
ret in aliqua cauſa, in qua eſſet contentio de omni-
bus bonis vel de maiori parte, cum hæc cauſa æqui-
paretur cauſæ criminali. l. propter litem. §. 1. ff. de
excuſ. tuto. In contrarium tamen facit quod voluit
domi. Anto. in cap. fin. de iureiur. vbi vult contra-
rium eius quòd ſupra dictum fuit, videlicet quod
in cauſa criminali in qua venit pœna pecuniaria im-
ponenda iuramentum poſsit deſerri in ſupplemen-
tum probationis. & iſtud idem tenet Roma. per il-
lum tex. in d. l. 3. ff. de iureiur. Ang. in l. admonen-
di, in fin. ff. eo. dom. Alexan. in conſ. 71. incip. Viſo
proceſſu, in 1. volu. vbi dicit hanc eſſe communem
opin. Doct. cogitabitis ſuper hoc. mens tamen Sal.
eſt quod hoc procedat etiam ſi agatur de pœna pe-
cuniaria fiſco applicanda, cum illa cauſa adhuc di-
catur criminalis, vt per glo. in l. 3. in princ. ff. de ſe-
pul. viol. & in l. 1. C. eo. titu. & in l. aut damnum, in
prin. ff. de pœnis. Alex. in rub. C. de iud. Ang. Are.
in rub. de publ. iud. inſtitu.

115 Sextò † fallit, quando vnus teſtis duntaxat pro-
ducitur, nam ad hoc vt faciat ſemiplenam proba-
tionem vt poſsit deſerri iuramentum in ſupplemen
tum probationis iuxta text. in l. in bonæ fidei. C. de
reb. cred. & in l admonendi. ff. de iureiur. requiri-
tur quod aſsignet rationem dicti ſui, ita vult Bal. in
m cap. 1. m §. ſacramentum, de conſue. re. ſeu. in vſi.
feu. quem ſequitur præceptor meus in l. cum hi. §.
vult igitur. ff. de tranſact. Alex. in conſ. 36. in pen.
colum. 1. volum. contra quam limita. ſic arguitur,
duo teſtes non reddentes rationem dicti ſui regula-
riter plenè probant, ergo vnus deponens non red-
dita ratione dicti ſui ſemiplenè probabit, ita arguit
glo. in d. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & in l. ad-
monendi, de iureiuran. igitur &c. cogitate.

Septimò fallit quando agitur de probando fu-
rore vel dementia alicuius, ita vult Bald. in l. furio-
ſum. C. qui teſta. ſace. poſſunt.

Octauò fallit in teſtibus deponentibus ſuper his
quæ ſunt iuris, vt quia deponunt aliquem eſſe do-
n minum n alicuius rei. iſta eſt doctr. Innocen. in di-
cto cap. cum cauſam, de teſtib. quem ſequitur Bald.
in l. ſolam. C. de teſti. & in l. penul. C. de ſenten.
quæ ſine cer. quan. proſe. domi. Alexand. in conſi.
136. incip. Viſo & examinato proceſſu, in primo vo-
lum. in quinta col. quod etiam procedit ſi teſtis di-
ceret vera eſſe contenta in capitulo quia vidit & au-
diuit, vt per Imol. in l. ſciendum, in octaua col. ff.
de verborum obliga. & dom. Alexan. in conſi. 148.
Incipien. Excellentiſsime Doctor, in prima colum.
in ſecundo volum.

Nonò fallit in teſte deponente aliquem non eſſe
culpabilem, nã hoc caſu tenetur reddere rationem
dicti ſui non interrogatus, ſecundum Bald. in d. c.
cum cauſam, de teſti. Et pro complemento huius
materiæ no. tres pulchras concluſiones.

116 Prima ſit concluſio, † ſi hinc inde producti ſunt
plures teſtes pares numero, & teſtes producti ab vna
parte reddant rationem ſuæ depoſitionis, illi præ-
ferentur teſtibus productis ab altera parte qui nul-
lam dicti ſui reddiderunt rationem. ita vult Bald.
o ſingulariter in c. 1. §. ſacramentum, de conſue. rec. o
ſeu. quod eſt notandum ad l. ob carmen. §. fin. ff.
de teſtib. dubito tamen de veritate huius concluſio-
nis, eò quia regulariter teſtes probant non reddita
ratione dicti ſui, vt ſupra fuit concluſum, ſi ergo
motu proprio exprimant rationem dicti ſui & de-
poſitionis non interrogati, videtur dicendum quòd
ex illa expreſsione non neceſſaria non debeat auge-
ri effectus eorum teſtificationis, per ea quæ voluit
Bal. in c. 1. in tit. de gradi. ſucce. in ſeud. in vſi. ſeu.
vbi dicit quod cum in ſucceſsione ſeudi non conſi-
deretur ius cognationis, frater vtrinque coniunctus
non præferetur fratri coniuncto ſolum ex latere
patris in ſucceſsione ſeudi. pro quo facit text. in l. 1.
C. de leg. hæred.

Secunda ſit notanda concluſio: † teſtis interroga- 117
tus de ratione dicti ſui, nullam exprimẽs rationem,
vel exprimens ſed non concludentem, non facit in-
dicium aut præſumptionem: ita tenet Spec. in tit. de
teſtib. in §. 1. verſ. ſed nunquid ſi ſufficit ad præſum
ptionem. do. Ant. in c. cum cauſam, de teſti. Ro. in
l. 1. in prin. ff. de no. ope. nun. ideo dixit Bald. in l.
edita, in 25. col. C. de eden. quòd teſtis interrogatus
de ratione dicti ſui ſi illam non expreſſerit, deponit
tanquam vnum pecus.

Tertia & vltima ſit cõclnſio. † quod ſi iudex de- 118
beat procedere de iure & de facto, nulla ſeruata ſo-
lemnitate, ex commiſsione principis vel ex forma
ſtatuti, non poteſt credere teſtibus non reddentibus
rationem dicti ſui, niſi reddant concludentem, ita
notatur in l. ſolam. C. de teſtib. in fi.

Et vltra ſupradictos caſus, in quibus dixi quòd
teſtes tenentur exprimere rationem dicti ſui, adda-
tis † idem eſſe in teſte deponente ſuper negatiua p ſe- 119
cũdum Bar. in conſ. 73. quod incipit Cariſsime do- p
mine, quem ſequitur Bal. in d. l. ſolam, in pen. col.
Aret. in c. cum cauſam, de teſti. in 6. col. in verſ. cir-
ca finem. & idem Aret. in conſil. 73. in 3. col. quem
videatis.

Idem etiã eſt in teſte, qui interrogatur ſuper æſti-
matione rei, quia non interrogatus tenetur reddere
rationem dicti ſui, ita dicit Bal. in l. fi. C. de iure do.
Pau. de Caſt. in l. pretia rerum. ff. ad l. ſalci. vbi for
maliter dicit, quod teſtes deponentes ſuper æſtima-
tione rerum debent exprimere rationem dicti ſui
etiam non interrogati, aliàs non probant, quia iſtud
non percipitur ſenſu corporis ſed iudicio intelle-
ctus vel per diſcurſum rationis.

In contrarium tamen allegatur dictum Bart. in
tracta. de teſte, ſed eius dictum ſecundum Aretin. in
d. c. cum cauſam, eſt intelligendum, quando teſtis
deponeret ſuper æſtimatione rei quæ poſſet percipi
diſcurſu rationis prout eſt æſtimatio frumenti, aut
vini, olei, & ſimiliũ, ſecus ſi deponeret ſuper æſti-
matione rei mobilis aut immobilis, cuius valor non
ita de facili ab omnibus diſcerni poſſet. & ita proce-
dat opin. Bal. & Pau. de Caſt. ſuperius relata, & iſta
eſt æqua diſtinctio. quæ omnia perpetuò cordi te-
nete, quia nullibi ita tradita reperietis.

Duodecimò requiritur quod verba quæ profe-
runt teſtes deponentes in aliqua cauſa ſint congrua
& apta, quia ſi deponerent per verba inepta non
proba-

probarent. doctri. eſt Inno. in c. tertio loco, de pro-
120 batio. ideo ſi teſtis† interrogatus de veritate alicuius
actus dixerit ſe dubitare, non probabit, quia dubi-
tans & ignorans æquiparantur l. fi. C. de condi. in-
de. l. fi. §. ſin autem. C. de ſur. & ita tenet Spec. in tit.
de teſte. §. 1. verſi. item quid ſi dubitat. Similiter ſi
121 teſtis deponeret per verbum credo † non probaret
q q vt per glo. & Doct. in l. teſtium. C. de teſti. glo. &
Bart. in l. 2. §. pen. ff. de aqua plu. arcen. & gloſſ. in
§. ſi verò abſint, in auth. de hæred. & falci. in verbo
vidiſſe, colla. 1. gl. & Doct. in c. quotiens. ff. de teſti.
quod procedit etiam ſi teſtis dicat ſe pro certo cre-
dere: vt in cap. tertio loco, de præſumpt. per quem
ita dicit Bald. in l. poſsidetis. C. de probat. Eodem
122 modo ſi teſtis deponat. p iſta † verba, iudicio meo,
non probat ſecundum Angel. in l. ſciendum. in 2.
char. ff. de verbo. oblig. quem ſequitur Alexan. in
conſ. 73. incip. Viſo teſtamento Ioannis, in 1. volu.
verſic. item teſtis in prima examinatione. Eodem
123 modo† ſi teſtis dicat videri meo, ſecundum Bald. in
l. de quibus, in 20. col. ff. de legi. & Alex. in d. conſ.
124 73. Eodem† modo ſi taſtis deponat dicendo ſecun-
dum conſcientiam meam, ita Bal. in c. niſi cum pri-
dem, in 4. col. de renunt. iſta limitantur aliquibus
modis.

Primò fallit quando teſtis deponens his modis
de quibus ſupra exprimeret rationem concluden-
tem dicti ſui. ita voluit Bal. in l. qui tamé in §. ſi ar-
biter. ff. de arbit. Cyn. Bald. & Salic. in l. teſtium.
C. de teſtib. Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſco-
pis & cler. Ioan. And. in ritu. de teſte. §. 1. ſuper ver-
bo. item quod depoſuit de ſua credulitate. do. An-
to. in cap. quotiens, de teſtib. dom. Alex. in præall.
conſil. 73.

125 †Secundò fallit, quando agitur de probanda de-
fenſione alicuius accuſati de crimine, pro quo venit
imponenda pœna ſanguinis, quia teſti deponenti
per verbum credo, ſtatur & creditur. ita vult Barto.
ſingulariter in conſ. incipien. Vanutius Petri. quem
refert & ſequitur dom. Alex. in conſ. 76. incip. Viſa
inquiſitione formata, in fi. in 1. volum. Exemplum
gratia clarioris doctrinæ, accuſatus de homicidio
excipiendo dicit quòd hominem interſecit ad ſui
defenſionem, teſtes producti deponunt quod cre-
dunt illum occidiſſe hominé ad ſui defenſionem,
tales teſtes probabunt dummodo cauſas ad hoc ten-
dentes expreſſerint, vt quia occiſus volebat oc-
ciſorem interficere, qui neceſſario coactus fuit ſe
tueri.

126 Tertiò fallit in his † qui deponunt de peritia ar-
tis ſuæ ſecundum Bartol. in l. prima, in princip. ff.
de ventre inſpicien.

127 Quartò fallit in his† quę ſunt difficilis probatio-
nis, ita tenet Bartol. in l. 2. in §. idem Labeo. ff. de
aqua plu. arcen.

128 Quintò fallit † in confeſsione, r quæ non minus
r præiudicat ſi ſit facta per verbum credo, quàm ſi ſit
facta per verbum aſſertiuum veritatis. glo. eſt nota.
in c. ex literis, de iureiur. not. Spec. in tit. de depoſi-
to. §. 6. verſ. quid ſi interrogatus.

129 Vltimò notate† quòd non valet ſtatutum diſpo-
nens quod ſtetur teſtibus deponentibus de creduli-
tate, ita tenent Hoſt. & do. Ant. in c. 1. de apppella.
Lud. Roma. in ſuis ſing. in 10. char.

Decimotertiò requiritur † quòd teſtes deponant 130
ſuper vno & eodem facto, aliàs teſtes propter ſepa-
rationem factorum nó probant, quia cenſentur ſin-
gulares in dicto ſuo. l. 1. & ibi Bal. C. ſi plu. vna ſen-
ten. ſue. condem. c. bonæ, de elect. c. licet cauſam,
de prob. pro intelligétia tamen huius materiæ quæ
pulchra eſt & quotidiana, prius videndũ eſt, quan-
do teſtis dicatur ſingularis. ita quod non probet.
Bal. in l. de quibus, in antepen. char. ff. de legi. exa-
minans pulchrè hanc materiã, dicit quod iſtud de-
prehendi poteſt quando teſtes variant in vno ex de-
cem prædicamentis, quæ ipſe proſequitur, enume-
rando tamen aliqua ex eis exemplú poteſt poni ſic.
Vnus teſtis dixit Titio ſuiſſe mutuata decem tali lo-
co, alter dicit eidem Titio decem fuiſſe mutuata,
ſed in loco diuerſo tales teſtes ſunt ſingulares, pro-
pter loci diuerſitatem. Eodem modo ſi vnus te-
ſtis dicat, Titio fuiſſe mutuata 10. vno tempore, &
alter teſtis deponat de tempore diuerſo, erunt ſin-
gulares vt ibi latius per Bal.

Notate tamen ꝙ mille teſtes ſingulares minus
probãt quàm vnus teſtis nó ſingularis, ideo probãti
per teſtes ſingulares nó poſſet deferri iuramentum
in ſupplementum probationis iuxta. l. admonédi.
ff. de iureiur. ita dicit Bal. ſ in l. de quibus. ff. de leg. ſ
& idé Bal. in rub. de contro. inueſti. feu. in vſi. feu.
Lanfran. in repe. c. quoniam contra falſam, de pro-
ba. do. Iaſ. in d. l. admonendi, in 23. char. in 1. col.
in iſta tamen materia. an & quando teſtes ſingula-
res probent pono iſtas concluſiones.

Prima ſit concluſio, teſtes ſingulares† nullo mo- 131
do probant aliquod factum. l. iuriſiurandi. C. de
teſti. c. licet cauſam, de prob. iſtud procedit etiam
ſi agatur ad conuincédum aliquem de vſuraria pra-
uitate. ſecundum Fede. de Senis in ſuo conſ. 63. inci.
Quidam vſurarius, in ver. præterea vbi ſunt iſta ad-
minicula. Et idem tenuit d. Ant. in c. cum oporteat,
de accuſa. vbi dicit quod ſi vnus deponat quod Ti-
tius eſt vſurarius, quia mutuauit Seio decem ſub
vſuris, alius deponit quod mutuauit Gaio decem,
iſti teſtes cum ſint ſingulares nó probant illum eſſe
vſurarium. idem tenet Alexan. in dicto conſil. 72.
t incip. Inſpecto diligenter proceſſu, in 2. col. in pri- t
mo volum.

Iſta concluſio procedit etiam quando tractatur
de probando aliquas cauſas ex quibus reſultat mul-
tiplicatio alicuius rei, vt ſi vellem probare talem re-
ligioſum feciſſe miracula, & per vnum teſtem pro-
bo quod cæcum illuminauit, per aliũ probo quod
ſanauit claudum, certè iſti teſtes non probant, ita
no. Arch. in c. nec mirum. 26. q. 5. Inno. in c. vene-
rabili, de teſti. d. Alex. in d. conſ. 72. & in conſ. 110.
in c. Super primo, in pe. col. in 1. vol. quem videatis
quia loquitur ſingulariter.

Iſta concluſio extenditur etiam vt procedat non
ſolum in teſtibus qui ſunt ſingulares circa principa-
le dictum, ſed etiam in teſtibus quorum ſingulari-
tas verſatur circa medium per quod ſit probatio
ipſius actus principalis, ita ten. Bald. in l. ſi quis ex
argentarijs. §. 1. ff. de eden. vbi dicit quòd † ſi ma- 132
leficium deberet probari per medium indicio-
rum & præſumptionum, non ſufficiet ſi vnus te-
ſtis deponat de vna præſumptione, & alter de a-
lia: ſed erit neceſſe quod quælibet præſumptio
probe-

u probetur per duos teſtes, u & de hoc dicto meminit
Aret. in c. licet ex quadam, in 6. col. de teſti. vbi ad-
ducit ſingulare dictum Ioan. Andr. in cap. vt offi-
133 cium, de hæret. lib. 6. in nouella. vbi dicit † quòd il-
la præſumptio quę per duos teſtes probat maleficiũ,
illud non probat ſi probetur per vnum teſtem con-
iunctum cum publica voce & ſama, quod eſt notan
dum ad ampliationem eorum quæ not. in c. veniẽs,
el. 1. de teſti.

134 Secunda ſit concluſio † ſi teſtes deponant ſuper
aliquo ſacto & non interrogentur de tempore, non
dicuntur ſingulares, ideo probant, quia præſumun-
tur deponere ſuper vno & eodem tempore, ita vo-
luit Pau. de Caſtr. in conſil. 93. incip. Viſo, quaſi
in fine.

135 Tertia ſit concluſio † ſi plures teſtes ſint, quorum
vnus deponit de tempore, alius autem dicat ſe non
recordari de tempore, iſti teſtes probant, & non di-
cantur ſingulares. & hoc quando tempus non erat
de ſubſtantia, vt quia factum erat tale ex quo non
inſurgebat diuerſus effectus ſi fuiſſet celebratum
magis vno tempore quàm alio. ita no. Innoc. in ca.
qualiter & quando, el. 2. de accuſatio. Specul. in tit.
de teſte. in §. iam de interrogatorijs, verſic. item de
tempore. Archi. in cap. nihilominus. 3. quæſtio. 9.
do. Ant. in cap. cum oporteat, præallegato. Alex.
in conſi. 156. in verſicu. Non obſtat ſi diceretur in
5. volum.

136 Quarta ſit concluſio, † ſi teſtes deponant ſuper
aliquo ſacto, & interrogentur qui ſuerunt cõteſtes,
& dicant ſe non recordari, nihilominus alij teſtes
deponentes ſuper eodem facto probãt, nec per hoc
cenſentur ſingulares. ita voluit Bald. poſt Cyn. in
l. 2. C. de dona. ante nup. vbi dicit ſacias ad hoc vnã
longam manum. idem tenet Bald. in l. ſecunda. C.
de bonor. poſſeſ. ſecundum tab. & ibi latè dominus
meus.

137 Quinta ſit concluſio, teſtes † in dubio cenſentur
deponere ſuper eodem ſacto, non autem ſuper di-
uerſo, eo quia pluralitas actuum non præſumitur
niſi probetur. c. in præſentia, de prob. l. fi. C. ſi cer.
pet. notant Moder. in l. 2. C. de bon. poſſeſ. ſecun-
dum tabu.

138 Sexta ſit concluſio, † vbicunq; tempus x eſt de
x eſſentia probationis tunc teſtes deponentes de tem-
pore niſi expreſsè deponant de eodẽ tempore præ-
ſumuntur ſingulares. glo. eſt no. in l. ob carmen. §.
fi. ff. de teſtib. & hoc expreſsè voluit Bar. in l. Cel-
ſus, ad finem. ff. de vſuca. vbi dicit quòd ſi quis al-
legat præſcriptionẽ, eò quia dicat ſe poſſediſſe fun-
dum cum titulo & bona fide & ſpacio. 10. annorum,
vt obtineat, oportet quòd teſtes ſint concordes in
eodem met tempore & ſic in eiſdem annis. ideo ſe-
cundum Bal. in l. ſin. C. de edic. diui Adria. tollen.
ſi vnus teſtis deponat de poſſeſsione 10. annorum,
alius eodem modo ſimpliciter deponat de poſſeſ-
ſione decem annorum, & non conſtet quod depo-
nat de eiſdem decem annis, non probant iſti teſtes,
quia ſunt ſingulares, quia poteſt eſſe quod deponũt
de diuerſis decem annis, & non de eiſdem. idem te-
net Bal. in l. iudicia. C. de rei vend. do. Anto. in c.
licet cauſam, de proba. in 16. col. Alexan. in d. conſ.
72. Aretin. in l. 1. §. ſi ſtipulanti, in vltim. colum. ff.
de verbor. obligatio.

Septima ſit conclu. † vbicunq; agitur de proban- 139
do aliquid in genere, vtputa iuriſdictionẽ, vel ali-
quem eſſe ſurioſum, tunc teſtes ſingulares probant,
vel ſi ageretur de probanda fama & communi opi-
nione, ſecundum Bar. in l. de minore. §. 2. verſ. quid
ſi teſtes. ff. de quæſt. Inn. in c. qualiter & quando, el.
2. de accuſa. Bal. in l. actor. C. de proba. Alexan. in
conſ. 92. incip. Viſo & oportunè diſcuſſo proceſſu,
in 5. volu. & in conſ. 51. in 2. col. in 1. volum. incip.
Viſo & diſcuſſo. & in conſ. 19. incip. In cauſa appel-
lationis, in 4. volu. Bar. in l. 1. C. de teſta.

Contrarium tamen in hoc videtur eſſe verius, 140
prout videtur tenere Inno. in cap. licet, ex quadam,
de teſti. & ita pro hac vltima opin. ipſum intelligit
dom. Abb. in conſ. 42. incip. Ex multis agitatis in 1.
vol. vbi per multa iura conatur oſtẽdere veritatem
iſtius concluſionis. & idem tenet Inno. in l. inter pa-
res. ff. de re iud. dom. Alex. in d. conſ. 72. & in con-
ſil. 100. in 1. volu. in pen. colum. & idem tenet Bald.
in c. licet cauſam, de prob. per illum tex. in quo age-
batur de probanda iuriſdictione, & ſic in aliquo
vniuerſali, & tamen teſtes ſingulares non probant,
ſed ad illum text. reſpondet ibi Aretin. in 10. not. &
idem tenet do. Iaſ. in l. admonendi, in 23. char. ff. de
de iureiur. & iſta opin. eſt verior. eo quia contraria
opi. in iure expreſsè non probatur, ideo inhæren-
dum eſt regulę. argumento. l. ab ea parte. ff. de pro-
batio. & dicit Bald. in l. 1. C. de hæred. inſti. verſic.
quid de deportato. & in l. creditorem. C. de ſer. pig.
da. ma. quod tenaces ſunt regulæ iuris, à quibus in
dubio recedendum non eſt.

Octaua ſit concluſio, † quando ſingularitas teſtiũ 141
non eſt obſtatiua, ſed adminiculatiua, & dictũ vnius
coadiuuat dictum alterius, in his ſingularitas non
infringit dicta ipſorum teſtium, ita dicit Bald. in
rub. de contro. inueſti. in vſi. feud. in 1. colum. ideo
dicit Pau. de Caſtr. in conſ. 333. incip. Viſa petitio-
ne. & in conſil. 250. incip. Viſo proceſſu, in 3. col.
quod ſi vnus teſtis deponat de confeſsione facta in
præſentia partis in vno loco, & alter teſtis deponat
de confeſsione eiuſdem reiterata in alio loco, quod
iſti duo teſtes coniunguntur, & faciunt plenam pro-
bationem, quod eſt ſingulariter menti tenendum.

Nona ſit concluſio, † vbicunque agitur de pro-
bando crimine læſæ maieſtatis, aut tractatu facto
contra rem publicam, teſtes ſingulares probant,
ita dicit Petrus de Anchar. in conſilio 440. incip.
Ex prædicta ſacti narratione, in ſecundo dubio.
vbi formaliter dicit eſſe aduertendum in materia
ſingularitatis teſtium, quia quandoque deducitur
vnum factum quòd perficitur vno loco & tempo-
re, vtputa homicidium, adulterium, aut vna obli-
gatio deſcendens ex conſenſu, & hoc caſu ſi teſtes
deponant de diuerſis locis & temporibus, velut
ſingulares non probant facti identitatem. Et ſic
intelligatur exemplum de Suſana, & alia iura lo-
quentia de teſtium ſingularitate. aliquando dedu-
citur aliquod factum quòd non capit eſſentiam mo
mento temporis, aut in vno loco, prout eſt conſpi-
ratio, coniuratio, & tractatus, qui fiunt contra prin
cipem, & iſto caſu ſingularitas teſtium non infrin-
git probationem, quinimmo probant teſtes ſin-
gulares. allegat iura & rationes de quibus ibi per
eum.

Deci-

142 Decima & vltima ſit cóclusio teſtes † ſingulares
probant in quacunq; materia, ſi ſint magna nobili-
y tate & legalitate y præditi. ita ſingulariter vult Pau.
de Caſtro in l. admonendi. ff. de iureiur. cuius opi.
refert & ſequitur ibi dom. Ioan. Baptiſta de Sancto
Seuerino in 21. colum. quæ concluſio poteſt con-
firmari. Nam propter excellentiam perſonæ ple-
runque diſcedimus à regulis iuris communis. capi-
tulo de multa, in fine de præbend. & digni. l. ſed &
reprobari, in principio. ff. de excuſatione tutorum,
in verſiculo valde tamen diſciplinatos &c.

Iſta concluſio eſt multum notabilis, & literis au-
reis ſcribenda. & per eam limitatur ſingulariter ma-
teria ſingularitatis teſtium, ſed credo illam non eſſe
veram, contra quam ſic arguitur, Minus probant te-
ſtes ſingulares quàm vnus teſtis, ſed dictum vnius
teſtis quacunque dignitate præſulgeat, non probat,
ergo minus probabunt teſtes ſingulares licet ſint
nobiles & etiam multum legales. Maior probatur
ex no. per Bald. in l. de quibus, in penul. char. ff. de
legi. & in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & in cap. licet
ex quadam, de teſtib. in verbo & ſi dignitate præſi-
dali præſulgeat. quæ omnia tene cordi quia fre-
quentiſsimè agitantur.

143 Decimoquartò requiritur, † quod teſtes depo-
z nentes in indicio non ſint varij, z nec ſibi contra-
dicant. l. qui falſa. ff. de teſtib. l. eos, in fine & ibi
not. C. ad l. Cornel. de fal. cum vulgaribus. Nun-
quid autem dicta teſtium qui varia deponunt, ſint
interpretanda & ad cócordiam reducenda, ita quod
probent & euitent pœnam falſi? iſta materia eſt pul-
chra & ſubtilis, & in varijs locis tangitur & nun-
quam perfectè diſcutitur, ideo illam perſectè &
ordinanm examinabo. Et pro veritate huius nota-
bilis articuli aperienda facio nonnullas conclu-
ſiones.

144 Prima ſit concluſio, † ſi varietas deprehendatur
in vno & eodem teſte, tunc debet reduci ad concor-
diam ſi fieri poteſt, vt euitet pœnam falſi, ita cóclu-
dit Iac. Butr. in l. optimam. C. de contrah. empt. &
in l. quando de ætate. ff. de mino. do. Anto. in c. ex
literis, de ſponſal. & ibi do. Abb. Spec. in tit. de no-
to. crimi. §. fama, in fin. Imol. & do. Alex. in l. in-
ter ſtipulantem. §. ſi Stichum. ff. de verb. obl. Tyn-
darus in tract. de teſt. do. Ant. in c. cum tu, de teſti.
Bart. in l. 1. in princ. ff. de nou. oper. nuntia. in illa
quæſtione de illó qui dixit contractum fuiſſe cele-
bratum in hoc palatio. Et pro iſta concluſione fa-
cit vltra ſcribentes, nam ſi ſint plures teſtes varian-
tes concordantur, ne notentur periurio, præſumen-
do actus multiplicitatem. c. cum tu, de teſti. quæ re-
gulariter non præſumitur. ca. in præſentia, de pro-
batio. l. ſi. C. de reb. cred. no. in l. 2. C. de bon. poſſ.
ſecundum tab. ergo multo magis in caſu noſtro fie-
ri debet iſta concordia, in quo ceſſat iſtud incon-
ueniens. immo pro iſta concordia adeſt iuris præ-
ſumptio, quæ eſt vt non videatur quis incontinenti
ſe corrigere. l. nam ad ea, in prin. ff. de cond. & de-
mon. cum vulgaribus.

Fallit iſta conclu. quando eſt manifeſta contra-
rietas, quæ nó poteſt ſaluari, & ita intelligatur quod
voluit Bart. in l. eos. C. de fal. ſecũdum do. Anto. in
d. c. cum tu, & dom. Alex. in l. inter ſtipulantem, in
§. ſi Stichum, in 4. colum. de verb. obliga.

Secunda ſit concluſio, † dictum teſtis variantis 145
non debet reduci ad concordiam vt probet. ita vult
Iaco. But. in d. l. de ætate. ff. de mino. & idem ſentit
glo. in c. in noſtra, de teſtib. quam ponderat ibi do.
Anto. dum gl. illam ſequitur de pluribus teſtibus,
quorum fieri debet cócordia vt probent, ſecus ergo
eſt in vno teſte. argumento. l. prætor. ff. de iud. & l.
maritus. C. de procur. & iſta concluſio eſt de men-
te Imol. & do. Abb. ibi & Idem tenet Roma. in l. 2.
§. creditum. ff. ſi cert. pet. Tyndarus in præallegato
tractatu in c. pen. tamen do. Alexa. in d. l. inter ſti-
pulantem. §. ſi Stichum, dicit poſſe ſuſtineri quod
hoc caſu fiat concordia vt probet dictum ipſius te-
ſtis, quia non præſumitur ſe velle corrigere, vt in d.
l. nam ad ea. allegat etiam not. per Bartol. in l. ſcri-
pturæ. C. de fide inſtrum. & Iſtam opin. etiam te-
net Aret. in d. cap. cum tu, eò quia vnum & idem in-
ſtrumentum ad concordiam reducitur vt probet,
c. inter dilectos, verſic. cæterum, de fide inſtrumen.
ergo idem dicendum eſt in teſte. ſed ad illum text.
poſſet reſponderi, quòd illud eſt propter præſum-
ptionem quæ oritur ex inſtrumento. l. cum preci-
bus. C. de probation. item quia eſt præſumptio pro
tabellione, quia iurat à principio quod officium
ſuum legaliter, exercebit. c. ad audientiam. de præ-
ſcriptio. quæ ratio ceſſat in teſte. pro iſta tamen opi.
dom. Alexa. & Aret. faciunt no. per Bart. in d. l. de
ætate, in pen. col. ff. de mino. vbi inquit. teſtis † in- 146
terrogatus de ætate dicit quod Titius erat maior 25.
annis, poſtea Interrogatus quomodo ſcit, reſpon-
det ſe neſcire. per hoc non erit ſibi contrarius, quia
debet ſubaudiri, ſe neſcire aliter quàm ſuprà dixe-
rit, ideo probat. ſimiliter dixit † Alber. quem ibi ſe- 147
quitur domi. Alexa. in l. non erit. §. dato. ff. de iu-
reiuran. teſtes depoſuerunt quod Titius & Seius
fuerunt præſentes contractui, demum interrogati
an aliquis fuerit ibi præſens, reſpondent quod non,
ſaluatur eorum dictum, & intelligitur quod nulli
fuerunt præſentes exceptis ſupradictis. Accedat
quod voluit Baldus in l. final. §. idem. ff. de libe-
ra. lega. Prior tamen concluſio communiter ap-
probatur.

Quæ limitatur quãdo teſtis poteſt reduci ad con
cordiam per intellectam repetitionem eius quòd
primò dixerat ipſe teſtis. Et elicitur hæc limita. ex
dictis Bar. in l. Labeo. ff. de ſuppelle. lega. dum di-
cit quòd teſtis productus ad probandum commu-
nem vſum loquendi, dixit quòd tali tempore erat
talis communis vſus loquendi, & quòd ita audiuit
ab omnibus de his loquentibus &c. demum inter-
rogatus quomodo ſcit, reſpondet, quia ſic commu-
niter audiuit dicere, & non repetit dicto tempore
vel in dicta ciuitate, erítne contrarius? dicit Bart. ibi
quòd non, cum per intellectam repetitionem eius
quod primò dixerat ſaluari poſsit. Et ita per illud
dictum Bart. limitatur Tyndar. in d. tracta. c. vlt. &
ita intelligatur & procedat dictum Barto. in d. l. de
ætate, cum alijs ſupra allegatis contra communem
concluſionem.

Tertia ſit concluſio, † ſi vnus teſtis contradicit 148
alteri, tunc ſi reducantur ad cócordiam præſumen-
do actus multiplicationem non probant, quia qui-
libet remanet in ſuo dicto ſingularis. Exemplum
poni poteſt in c. cum tu, de teſti. & in c. periculosè,

de pœniten. diſtin. prima. & ita tenet Tyndar. in d.
tract. c. ſi. dom. Alex. in d. l. inter ſtipulantem. §. ſi
Stichum in quinta colum. de verbo. oblig. Et idem
tenet Federic. de Senis in conſil. 162. incip. Domine
Griphole. & in conſ. 220. incipien. Veritatis amica
149 ſimplicitas eſt. vbi dicit quòd † ſi vnus teſtis dicat
percuſsionem fuiſſe factã punctim, id eſt, per pun-
ctam, alter verò dictam percuſsionem dicat eſſe fa-
ctam ceſsim, id eſt, per tagium, iſti teſtes non pro-
bant, quia intelligendo quod voluerint deponere
de diuerſis percuſsionibus, redduntur ſingulares.
& ſic non probant vt dictum fuit ſupra in præce-
denti requiſito.

Fallit iſta cõcluſio. quando iſti teſtes poſſunt re-
duci ad concordiam non præſumendo multiplici-
tatem actus, quia dummodo non remaneant in di-
ctis ſuis ſingulares probant: & ad iſtum effectum re-
ducendi ſunt ad concordiam. & ita procedat quod
voluit Bar. in l. Gallus. §. ille caſus. in fin. ff. de lib.
& poſthum. qui dicit quod ſi vnus teſtis dicat con-
tractum eſſe factum in domo, & alter dicat iuxta
domũ: iſti teſtes probabunt, & exponitur in domo,
id eſt, iuxta domum. idẽ tenet Bart. in l. inſulam in
§. 1. ff. ſolu. matr. Ioan. de Imol. in l. inter ſtipulan-
tem. §. 1. ff. de verb. obl. & d. Alex. ibidẽ. d. Abb. in
c. cum tu. de teſti. d. Auguſt. de Arimi. in addi. ad
Ang. Are. in tract. maleficio. ſuper verbo ſalſario.
in additio. incip. tu autem in hac materia &c.

150 Quarta ſit concluſio, quando † plures teſtes con-
tradicunt pluribus, tunc non debet fieri concordia
vt probent, ſed vt euitent periurium: & hoc quan-
do ſunt diſpares numero. glo. eſt in cap. cùm con-
tingat. de offic. delega. & idem tenet Bartol. in l.
Gallus. §. ille caſus. in fin. ff. de lib. & poſthu. Bald.
in l. 1. in 5. colum. ff. de reb. cred. Bar. Fulg. & Pau.
de Caſt. in l. 2. §. creditum. ff. eodem titul. Bal. in §.
quibus. in 1. conſtit. C. & do. Auguſt. de Arimi. in
præallegata addit. Et pro iſta concluſione præce-
ptor meus in d. §. creditum, mouetur vrgenti ratio-
ne. Nam regula eſt, quòd fruſtra expectatur euen-
tus alicuius rei, quæ nullum debet operari effectum.
l. aliquando. ff. ad velleia. & in d. cap. cum contin-
gat. ſed reducere teſtes ad concordiam quando ex
vna parte ſunt plures numero & digniores, iſtud eſt
fruſtratorium, cùm ſtetur pluribus & dignioribus.
l. ob carmen. §. fin. ff. de teſtibus. c. in noſtra.
eod. tit. ergo &c.

Contrarium tamen tenet gloſſ. in d. cap. in no-
ſtra. quam ſequitur ibi d. Ant. & d. Alex. in l. inter
ſtipulantem in §. ſi Stichum. de verbor. oblig. & in
§. ſi teſtes. 4. quæſt. tertia. domi. Anto. & Abb. in d.
c. cum tu. per illum text. generaliter loquentem, &
in c. cum Ioannes Eremita. de fide inſtrumen. hanc
etiam opin. tenet Aret. in d. cap. cum tu. vbi ad hoc
ponderat text. in ca. licet cauſam. de proba. moue-
tur etiam pulchra ratione de qua ibi per eum. Et iſta
opi. magno iudicio ſe tuetur quia plurimi præſtan-
tiſsimi Doct. eam ſequuntur, quam etiam tenet Pet.
151 de Anch. conſ. 386. inci. licet pridie. vbi dicit † quod
ſi duo teſtes deponant quod tali die aliquis fuit ſa-
nus, & tres teſtes producti à parte aduerſa dicant il-
lum eadem die fuiſſe infirmum, iſti teſtes reducun-
tur ad concordiam vt probent, quòd in mane fuit
ſanus, ſed eadem die ſuperuenit infirmitas, quod
ſæpius contingit. Non obſt. fundamentum addu-
ctum per Dominum meum pro cõtraria opininne.
quia negatur quod fruſtratoria ſit iſta concordia,
quia præſumendo actus multiplicationem in iſtis
teſtibus qui ſunt diſpares numero bene probabunt:
vt in exemplo poſito per Anchar. in conſ. præalleg.

Quinta ſit concluſio † ſi vnus teſtis pluribus con- 152
tradicat, debet reduci ad concordiam non ſolùm vt
euitet falſum, ſed etiam vt probet ſemiplenè, ſi præ-
ſumi poteſt multiplicatio actus. Ita ſentit do. An-
to. in d. c. cùm tu. quem ſequitur ibi Aretin. motus,
quia qua ratione quando plures contradicunt plu-
ribus & ſunt pares hinc inde numero fit concordia
inter dictos teſtes, ita quòd vtrique probant plenè,
nec contradictio partis eneruat aliquid ex fide te-
ſtium, eadem ratione idem erit dicendum in proba-
tione ſemiplena, videlicet vt non diminuatur. ſub-
dit tamen ibi Aret. iſtud eſſe verũ ſine dubio, quan-
do vnus teſtis contradicit vni, ſecus quando plures
contradicunt vni vt ibi latius per eum, quem vi-
dete.

Sexta ſit concluſio † quando plures teſtes con- 153
tradicunt pluribus & ſunt pares numero, tunc redu-
cuntur ad concordiam non ſolùm vt euitent periu-
rium, ſed etiam vt probent, & ſic euitabunt pœnam
falſi: ita tenet domi. Abb. & Aretin. in d. c. cum tu.
Imol. & domi. Alexan. in l. inter ſtipulantem. in §.
ſi Stichum. de verborum obligatio. Alberic. in l.
ſed & ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiur.
& iſtud idem ſentit Bart. in l. Gallus. §. ille caſus. ff.
de liber. & poſthum. Et pro iſta concluſione eſt
tex. in d. cap. cum tu. Probatur etiam iſta concluſio
in l. Sempronius Proculo. ff. de lega. 2. vbi duo in-
ſtrumenta contraria reducuntur ad concordiam, vt
probent, quia in maiori ſumma ineſt minor. facit
etiam glo. not. in l. optimam. C. de contrahenda &
committenda ſtipulat. Non obſt. regula tradita in
cap. in præſentia, quia procedit quando verba pro-
lata à teſtibus ſunt dubia, & duplici modo poſſunt
intelligi: nam iſto caſu fit interpretatio contra pro-
ducentem, ſecus quando verba ſunt certa ſecũdum
proprium ſignificatum, nam tunc teſtes reducun-
tur ad concordiam vt probent. Exemplum poteſt
poni in c. cum tu. de teſti. & ita reſpondet do. Alex.
in d. §. ſi Stichum. in 6. colum. Et pro iſta conclu-
ſione facit quod no. decidit Rom. 4 in ſuo ſingul. 4
570. vbi dicit teſtes † aliqui deponunt homicidium 154
fuiſſe factum die lunæ. alij de alio die. iſti teſtes re-
ducuntur an concordiam hoc modo die lunæ ho-
micidum fuit factum verbaliter mandando homi-
cidium committi, & altera die manualiter. adducit
tex. in c. periculosè. de pœnit. diſtinct. 1. quod per-
petuò notate.

Septima ſit concluſio † quando teſtes ſunt con- 155
trarij & obſcuri iudex poteſt illos repetere vt de-
clarent dictum ſuũ. vt per Bar. in l. ſi quis intentio-
ne ambigua. ff. de iudicijs. & in l. repeti. ff. de quæ-
ſtionibus. & per glo. in cap. graue. 35. quæſtione 9.
Quinimmò voluit gloſſ. in cap. cum Ioannes Ere-
mita. de fide inſtrumentorum. in verbo à partibus,
quòd iudex poteſt repetere teſtes etiam poſt publi-
cationem, dummodo hoc faciat motu proprio. &
ſimilis glo. eſt in §. quia verò, in authentica de teſti.
quam Angel. ibi dicit ſingularem, & fortè verum
dicit

dicit quòd ſit ſingul. in iure ciuili. ſed de iure cano-
nico eſt conſocia in d. ca. cum Ioannes Eremita. de
fide inſtrumen. præallegata.

156 Octaua ſit concluſio: Teſtes varij † & contradi-
b centes reducuntur ad concordiam ijſdem modis
quibus leges a diſcordantes reducuntur ad concor-
diam, ſecundum do. Ant. in d. ca. cum tu. & ibi per
Aretin. d. Alexan. in d. l. inter ſtipulantem. in §. ſi
Stichum. de verborum obliga. In ſpecie tamen no-
tate aliquos caſus per quos teſtes reducuntur ad con
cordiam.

Primò igitur reducuntur ad cócordiam per ver-
borum improprietatem, impropriãtur enim verba
prolata à teſtibus vt probent. iſtud colligitur ex di-
ctis Barto. in l. Gallus in §. ille caſus. ff. de liberis &
poſthumis. pro quo etiam facit glo. in l. ſtipulatio
iſta. §. quoque. ff. de verborum obligatio. & quod
voluit Bart. in l. 1. C. de his qui ex public. ratio. li-
bro decimo. vbi dicit quòd ſi teſtis interrogatus ſu-
per commodato reſpondeat ſuper mutuo, eius di-
ctum eſt ſaluandum in commodato, & ſic mutuum
interpretatur pro commodato. ad idem faciunt no.
per Bartolum in l. prima de vſuſruct. lega. vbi di-
cit quòd teſtes deponentes vſumfructum fuiſſe re-
lictum in re quæ vſu conſumitur, ſaluantur per ver-
borum impropriationem. ideo relatiuum quis vel
qui, quod eſt relatiuum ſubſtantiæ l. Iulianus, in
princip. ff. de hæred. inſtit. non refert ſubſtantiam,
vt teſtes euitent falſum, iuxta illud: Mulier damna-
uit, quæ ſaluauit. ita dicit Bartol. in d. l. Iulianus. in
prin. exemplum poteſt poni: dixit teſtis, Sempro-
nius interfecit Titium, qui interfecit Gaium. iſte
teſtis non erit falſarius ſi probetur dictum Titium
non interfeciſſe Gaium. Ad idem faciunt, not. per
Bart. in l. prima in princip. ff. de noui operis nun-
ciatione, & in l. eius qui in prouincia. ff. ſi certũ pe-
tatur. dum ponit quæſtionem de inſtrumento, in
quo dicitur Titius olim Sempronij, & tamen eius
pater viuebat. Adduco etiam notata per Barto. in
lege ſi finita. §. ſi ante hoc. ff. de damno infecto. vbi
dicit quòd teſtes ſuſtinentur quorum quidam de-
poſuerunt filium inſtitutum in maiori parte & fi-
liam in minori, alij verò dixerunt eos æqualiter in-
ſtitutos. nam reducuntur ad concordiam, & verbũ
æqualiter exponetur, id eſt in eodem tempore, di-
uerſis tamen portionibus, licet de propria ſignifica-
tione aliud importet. l. interdum, in prin. ff. de hæ-
red. inſtituen.

Secundò reducuntur ad concordiam teſtes præ-
ſumendo actus multiplicationem, vt in caſu c. cum
tu. de teſtib. vbi ponitur exemplum. & per Petr.
de Anchar. in d. conſil. 388. de quo ſuperius feci
mentionem.

157 Fallit tamen † quando multiplicatio actus eſſet
poſsibilis, ſed non veriſimilis. exemplum, teſtes
deponunt quòd tali die contractus fuit celebratus
Mutinæ, alij teſtes dicunt quòd eadem die vnus ex
contrahentibus erat Bononiæ, licet enim iſti teſtes
neceſſariò ſibi adinuicem non contradicant, quia
non eſt tanta diſtantia locorum quin eadem die nó
poſsit quis eſſe in ambobus locis, quia tamen hoc
non eſt veriſimile, & vt plurimum contrarium con
tingit, ideo talis probatio redditur ſuſpecta nec eſt
perfecta, niſi aliter iuſtificetur: ita Bald. in ſimili
q. in l. ſcripturæ. C. de fide inſtrum. quem ſequitur
Aret. in d. c. cum tua, de teſti. in pen. colum.

Nona ſit conclu. ſi † teſtis productus in iudicio 158
primo dixerit ſe neſcire, demum interrogatus dixe-
rit ſe ſcire, probat iſte teſtis. Ita no. Ange. per illum
tex. in l. quidã tabulas. ff. de fur. Bar. & Ang. Imol.
Lud. Rom. & d. Alex. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipu-
latus. ff. de dam. inſe. & pro iſta conclu. facit tex. in
l. 2. ff. quis ordo in bo. poſ. ſerue. ibi, quoniam fieri
poteſt vt qui ab initio interrogauit, poſtea ſcire in-
cipiat, & idem probat tex. in c. 1. §. 1. vbi Bald. no. in
tit. quid ſit inueſt.

In contrarium tamen allegatur deciſio dom. de
Rota nu. 23. vbi dicunt, quod ſi teſtis iuratus & exa-
minatus ſuper certo articulo depoſuit vna vice &
dixerit ſe nihil ſcire de cõtentis in articulo, demum
rediens poſt triduum deponat cõtrarium eius quod
prius depoſuerat, non creditur vltimo eius dicto:
tum quia præſumitur ſubornatus, tum quia varius
in ſua depoſitione deponẽdo vnum prius, & poſtea
contrarium. pro concordia iſtarũ opin. conſiderari
poſſunt quinque caſus.

Primus caſus eſt quãdo iſte teſtis eſt vir multũ le-
galis & probatæ fidei, ita ꝙ veriſimiliter in eũ non
cadit timor ſubornatiõis, & iſto caſu indiſtinctè ſta-
bitur dicto ipſius teſtis. argumẽto eius quod voluit
Bal. in c. præterea, de teſti. cog. vbi dicit, † ꝙ publi- 159
catis atteſtationibus poſſunt recipi teſtes qui ſint le-
gales, & in quibus veriſimiliter ceſſat timor ſubor-
nationis, pro quo etiã poſſunt adduci multa ſimi-
lia de quibus per domi. meum in auth. de iud.

Secundus caſus eſt, quando teſtis qui prius dixit
ſe nihil ſcire, producitur in iudicio ſuper eodem ca-
pitulo ab eadem parte vel eius aduerſario, & hoc ca-
ſu ſi dicat ſe ſcire, non creditur ei quia præſumitur
ſubornatus. l. produci, ſecundum vnum intellectũ.
ff. de teſti. vbi habetur, quòd idem teſtis non poteſt
iterum produci ſuper eodem capitulo ab eo, qui a-
liàs in eadem inſtantia eum produxit, nec etiam ab
eius aduerſario, etiam ante aperturam atteſtatio-
num. pro quo etiam facit id quod nota. glo. 1. in l. ſi
quis teſtibus. C. de teſtibus. & in glo. in cap. cum
cauſam, in glo. vlt. de teſtib. † & in iſtis terminis po- 160
teſt procedere deciſio dominorum de Rota ſupe-
rius alleg.

Tertius caſus eſt, quando teſtis qui prius dixit ſe
neſcire proprio motu volens corrigere dictum ſuũ
vult deponere affirmatiuè, dicens ſe fuiſſe rememo-
ratum eorum quorum prius erat immemor, & tunc
eius dicto non ſtabitur, ſi illud fecerit ex interuallo
propter ſubornationis timorem, & quia ex inter-
uallo correctio non admittitur. c. præterea, de teſti.
cogen. & hoc etiam caſu verum dicunt do. de Rota
in præalleg. loco.

Quartus caſus eſt, quando teſtis qui depoſuit pri-
ma vice ſe nihil ſcire, non producitur ab aliqua par-
te, nec reuertitur motu proprio, ſed iudex ex offi-
cio ſuo ad eius informationem eum monet vt di-
cat veritatem ſuper contentis in capitulo, quia for-
tè pręſenſit eum eſſe rememoratum. & iſto caſu ſta-
ſtatur eius dicto, quia ceſſat timor ſubornationis
quando iudex proprio motu teſtem examinauit. &
iſtum caſum conſiderat Tyndarus in d. tractatu.
in cap. octauo, nihil tamen adducit pro confirma-

tione iſtius dicti,pro quo poterat adducere not. per
Bal. in l. ampliorem, in prin. C. de appella. vbi vult
quòd publicatis atteſtationibus poteſt iudex ex of-
ficio ſuo teſtes recipere ſuper eiſdem capitulis. ſed
aduertite quia licet iſto caſu ceſſet timor ſuborna-
tionis, tamen alia ratio ſuadet contrarium, ſcilicet
quia teſtis non poteſt ex interuallo dictum ſuum
corrigere. d. cap. præterea cum ibi nota. & ſufficit
161 †vnam rationem ex pluribus adeſſe, licet aliæ ceſ-
ſent. gloſſ. eſt in §. affinitatis, Inſtitut. de nuptijs.
& in l. liber. §. notanter. ff. de his qui notantur in-
famia. lege ſi non lex Aelia Sentia. ff. de hæredibus
inſtituendis.

Quintus & vltimus caſus eſt, quando teſtis pri-
mò dixit ſe nihil ſcire, demum incontinenti ante-
quam cum partibus loqueretur, dixit ſe ſcire, tunc
ſtatur dicto ipſius teſtis, quia ceſſat timor ſuborna-
tionis, & incontinenti poteſt corrigere dictum ſuú.
cap. præterea de teſtib. cogen. quod tamen eſt in-
telligendum dummodo teſtis exprimat ſe illud di-
cere animo corrigendi, vel cauſam nouæ ſcientiæ
allegaret, aliàs tanquam varius & vacillans nó pro-
baret. arg. eorum quæ not. Bartol. in l. eos, in tertio
contrario. ff. de falſis.

162 Decima ſit concluſio, † ſi teſtis prima vice dixe-
rit ſe dubitare, demum ſecunda vice dicat affirma-
tiuè, ſtatur eius ſecundo dicto, hæc concluſio pro-
batur per textum in l. ſed ſi quacunque. §. finali. ff.
ad legem Aquiliam, iuncta l. item quæritur. §. Iu-
lianus. ff. locati. nam ſuper caſu dicti. §. finalis, du-
bitat iuriſconſultus, & tamen in §. Iulianus, ſine ali-
qua dubitatione decidit illum caſum. nec propter
hoc iuriſconſul. dicitur varius ſecundum gloſſ. in
163 dicta l. ſi quacunque. §. final. & validum eſt † argu-
mentum de dicto iuriſconſulti, ad dictum teſtis,
vt nota. Bartol. in l. prima. ff. ſi certum petatur. &
procedit iſta concluſio quando dictus teſtis addu-
cit cauſam nouæ ſcientiæ aliàs tanquam vacillans &
varius non probaret per ea, quæ ſuprà diximus. Iſta
concluſio procedit etiam quando teſtis prima vice
depoſuit per verbum credo, demum deponit ſe-
cunda vice per verbum veritatis aſſertiuum, nam
probat eius dictum. glo. eſt ordinaria & commu-
niter approbata. in l. de tutela. C. de reſtit. in integ.
in 2. lectu. dum dicit quòd hodie poſſum vnum
credere, & cras aliud. facit tex. in l. peregrè, in prin.
ff. de acquir. poſſ. & no. per Iaco. de Aret. in l. 2. §.
quod obſeruari. C. de iureiuran. propter calum.
dan. quem ſequitur Bald. in cap. 1. in §. notandum,
de notis feud.

Fallit iſta concluſio in caſibus in quibus ſtatur
dicto teſtis deponentis de credulitate, quos ſuprà
commemoraui in duodecimo requiſito: nam tunc
non ſtaretur nec primo nec ſecundo dicto, quia
céſetur varius dictus teſtis: iuxta. d. l. eos, & ibi Bar.
& l. qui falſa. ff. de teſti. c. item qui falſo. 4. q. 3. glo.
fin. in c. cum cauſam quæ, de teſti. Spec. in tit. de te-
ſte in §. 1. verſi. quid ſi idem teſtis. & in §. poſtquam,
verſi. & ſi teſtes. vbi pulchrè loquitur in iſta mate-
ria. & idem dicendum eſt per omnia in teſte depo-
nente prima vice per verbum videtur, vel per ver-
bum iudicio meo, ita eſt, &c.

164 Vndecima ſit concluſio: Teſtis † varians in diuer-
ſa inſtantia non probat, ita ſentit Barto. in l. eos, in
princip. ff. de fal. vbi dicit talem teſtem de falſo eſſe
puniendum. & ita Bart. intelligit do. Anto. & alij.
in c. cum tua, de teſtibus. in iſta tamen concluſione
conſidero aliquos caſus.

Primus caſus eſt, quando cauſa eſt eadem, perſo-
næq; eædem ſunt litigantes, diuerſæ tamen inſtan-
tiæ, vt in caſu. l. fi. C. de teſtib. & in c. præſentata, eo.
tit. & iſto caſu teſtis varius punitur de falſo, nec pri-
mum nec ſecundum dictum eius valet. ita tenet do-
minus Anto. in d. c. cum in tua, & hanc ſententiam
videtur ſequi Bald. in l. geſta. in 2. colum. C. de re
iudi. & pro iſta opin. facit text. in c. præterea, de te-
ſtib. cogen. dum dicit ibi, quòd teſtimonia teſtium
non reprobantur ſi incontinenti ſe correxerunt, ſe-
cus ſi correctioni ſuæ ponont interuallum: & ſicin-
nuitur quòd iſto vltimo caſu in totum ruat teſti-
monium ipſorum teſtium. Præterea, ſicut per con-
tradictionem aliorum teſtium redditur dubia acto-
ris probatio, ita quòd pro èo non eſt ferenda ſenten-
tia. cap. inter dilectos, in fine. de fide inſtrumento-
rum. cap. in noſtra, de teſtib. idem erit ſi alia ratio-
ne dubia reddatur dicta probatio. præterea teſti nó
deponenti veriſimilia non creditur. l. tertia. §. fi-
nal. ff. de teſtibus, ergo multò minus creditur teſti
varianti.

Contrarium tamen tenet Inno. in c. præterea, de
teſtibus cog. vbi dicit quòd per ſecundum dictum
debilitatur primum, in totum tamen non tollitur.
& hanc opin. ſequitur do. Abbas in d. c. cum in tua.
quorum opinio non eſt tenenda.

Secundus caſus eſt, † quando diuerſæ ſunt cauſæ 165
& diuerſæ ſunt inſtãtiæ, & diuerſæ perſonæ litigan-
tes, & tunc teſtis varius in ſecundo iudicio punietur
pœna falſi, ſed tamen eius primum dictum nó ener-
uatur. l. eos, ſecũdum vnum intellectum. ff. de falſ.
& ita tenet Tyndar. in dicto tracta. in ſecundo li-
bro in tertia parte principali vbi latè proſequitur
iſtam materiam conſiderando aliquos caſus vt ibi
per eum.

Tertius caſus eſt, † quando teſtis dixit vnum in 166
iudicio quòd fuit nullum, poſtea iterum examina-
tus in ſecundo iudicio legitimè depoſuit contra-
rium, nam ſtabitur ſecundo dicto, nec corruet per
primum contrarium. glo. eſt no. in c. cùm cauſam,
in fin. de teſtib. quam ſequuntur domin. Abb. &
Aretin. in capit. per tuas, de probation. ſuper gloſſ.
in verbo infirmate. & idem tenet domi. Anto. in d.
c. cum in tua.

Quartus & vltimus caſus eſt, † quando teſtis exa- 167
minatus in iudicio ſummario, iterum productus in
iudicio plenario dicit contrarium, & ſic variat à pri-
mo dicto, nam tũc iſte teſtis facit fidem quoad im-
probandum id quod depoſuit in iudicio ſumma-
rio: ita voluit Innoc. in cap. veniens, el. 2. de teſtib.
quem ſequitur ibi domi. Anto. & ratio eſt, quia ex
primo dicto notorium eſt ipſos eſſe periuros, ideo
repelluntur à teſtimonio. c. teſtimonium, de teſtib.
in quo multum inſiſtit dom. Ant. & Franc. Aret. in
d. c. veniens, in pen. col. vbi ſimiliter inſiſtit & ſub-
tiliter arguit contra iſtam opi. quam tamen ample-
ctitur adducens hanc rationem. nam ex varietate &
contradictione redditur fides teſtis dubia, ideo ſi-
cut dubia probatio probantem non releuat, quan-
do oritur dubitatio ex obſcuritate ſermonis. c. in

præſen-

præſentia, de proba. ita quando redditur dubia ex vacillatione & contrarietate ipſius teſtis. & pro hoc facit text. in d. l. eos. ibi, cuius fides anceps vacillat. ff. de falſis.

168 Duodecima ſit concluſio, † ſi teſtis vnum dixit in iudicio, poſtea dicat contrarium extra indicium,
d primum dictum non tollitur d per ſecundum. c. ſicut, de teſtib. Bartolus in d. l. eos. ff. de falſis. quod procedit etiam ſi teſtis dicat contrarium conſtitutus in extremo mortis articulo, quo caſu præſumitur dicere veritatem. argumento. l. primæ in fin. C. ad l. Iul. repetundarum. & ita tenet Bart. in l. ſi quis in graui, in §. ſi quis. ff. ad Syllania. Bal. in authentica & ſi dicatur. C. de teſtibus. Paulus de Caſtro in lege Seia mancipia. ff. ad Velleianum. per illum textum Angel. in dicto. §. ſi quis Aret. in cap. ſicut, extra de teſtibus.

Decimoquintò requiritur, quòd teſtes viderint actum oculis corporeis de quo deponunt, quia non ſufficeret quod voces audiuerint & intellexerint illorum de quorum actu ipſi deponunt, ita notatur per ſcriben. in l. ſi vnus. C. de teſtamen. in quo tamen articulo breuiter pono aliquas notabiles concluſiones.

169 Prima ſit concluſio, † quando agitur de proban-
e do teſtamento, tunc oportet quòd teſtes viderint e teſtatorem diſponentem de ſuis bonis, nec ſufficeret quòd ipſum loquentem audiuiſſent. ita not. per Doct. in d. l. ſi vnus. C. de teſtamen. ideo quando teſtator conficit teſtamentum debet cortinam remouere de lecto, vt teſtes ipſum videant, aliàs teſtamentum eſſet nullum, vt not. in d. l. ſi vnus. & ratio eſt, quia de facili fraus committi poſſet ponendo aliquem in locũ teſtatoris, qui eius vocem poſſet fingere, qui teſtaretur de eius bonis, cum fortè teſtator eſſet mortuus: ideo ad obuiandum fraudibus & vt teſtimonium ſine labe procedat ſic eſt ſtatutum.

Fallit iſta concluſio in alia vltima voluntate puta in codicillis, in donatione cauſa mortis: ita limitat Mathæſil. in nota. ſuis nota. 25. vbi hoc probat ſimili. quia in teſtamento requiruntur teſtes rogati, ſed non in codicillis. l. fina. C. de iure codicil. & iſtã limitationem ſequitur domin. Alexand. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtamen. & eſt notabilis limitatio propter clauſulam codicillarem, quæ communiter conſueuit apponi in teſtamentis: quia ſi teſtes non viderint teſtatorem cortina lecti proſpectum impediente, valeret teſtamentum tanquam codicillus. ſed hanc limitationem non approbat domi. Iaſo. in dicta lege ſi non ſpeciali, per regulam traditam in l. ſecunda. ff. de legat. 1. & in l. diui, in §. primo. ff. de iure codicil. ad quod reſponderi poteſt, quòd illa regula procedit in illo qui ſimpliciter & omni caſu eſt inhabilis ad teſtamentum, quia nec talis poteſt facere codicillos, ſecus in illo qui poteſt teſtari dummodo teſtetur cum certa ſolennitate, quia licet non poſsit teſtari niſi ſeruata illa ſolennitate, poterit tamen facere codicillos. l. conficiuntur. §. primo. ff. de iure codicillorum. ex hac limitatione inſero quòd valet teſtamẽtum factum tempore peſtis, & ſi teſtes non viderint teſtatorem, quia cùm eodem tempore non audeant ſe lecto appropinquare propter aeris corruptionem poterit ipſe teſtator facere teſtamentum quòd valeat iure codicillorum appoſita clauſula codicillari, teſtibus ipſum non videntibus, vocem tamen ſnam audientibus, licet non poſsit facere teſtamẽtum quòd valeat vt teſtamentum ſi teſtes ipſum teſtatorem non videant vt dictum eſt.

Secunda ſit concluſio, † quando agitur de pro- 170
bando aliquem actum inter viuos, tunc non eſt neceſſe quòd teſtes viderint contrahentes, quinimmo ſufficit eorum voces audiuiſſe. & in iſtis terminis bene loquitur glo. in lege ſecunda. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia. arcenda ſecundum Bartol. vbi & idem tenent communiter canoniſtæ in cap. ex literis, extra de conſuetudine, & in cap. præterea, de teſtib. dominus Alexaod. in conſil. trigeſimoquarto. incipien. In caſu prædicto. in primo volumine.
Hinc † dixit Speculator in titul. de teſte. §. primo 171
verſicul. quid ergo ſi iuro. quod ſi vir & mulier erant in certo thalamo clauſi, & teſtes qui erant extra thalamum deponunt quòd audierunt quòd vir dixit deſponſo te in vxorem meam, & mulier reſpondeat ſum contenta, quòd probabunt iſti teſtes matrimonium, licet paries eſſet in medio, & ſic non viderunt ipſos contrahentes. dicit etiam Paul. de Caſtr. in dicta l. ſi non ſpeciali. pone erat quidam creditor infirmus, quia non poterat probare creditum ſunm aliquo modo iuſtè, iuſsit venire duos teſtes qui poſuerunt ſe in camera vicina, deinde iuſsit debitorem ad ſe accedere, & interrogauit an eſſet ſibi debitor in centum, qui videns nullos eſſe teſtes in dicta camera confeſſus eſt ſe eſſe debitorem in centum, poteritne probari debitum per illos teſtes? reſpondet Paulus quòd ſic, nam iſti teſtes qui vocem eius cognouerunt & viderunt ipſum egredi thalamum probant, non obſt. quod ipſum non viderint confitentẽ & iſta cautela eſt optima & perpetuò menti tenẽda, quia illa ſæpe poterunt vti creditores contra debitores.

Fallit tamen † hoc in teſtibus deponentibus ſu- 172
per matrimonio ad eiuſdem ſeparationem, quia paries medius facit, vt non plenè probent ſine alijs adminiculis. gloſſ. eſt ſingul. in capitulo præterea, de teſtibus, & ibi expreſsius Ioannes Andr. & Imola, & domin. Alexand. in dicta lege ſi non ſpeciali. Iſta limitatio confirmatur optimo ſimili: nam teſtibus iuramentum poteſt remitti à partibus. cap. tuis, de teſtibus & tamen quando teſtes producuntur ad matrimonium diſiungendum tunc non poſſunt partes expreſſo conſenſu eis remittere iuramentum: ita vult Speculator in titulo de teſte. §. finali verſicul. & nota quòd non valet teſtimonium. gloſſ. eſt nota. & ibi domin. Abba. & communiter Doctor. in dicto capitulo tuis, dixi etiam ſuprà in fine primi requiſiti iſtius ſeptimæ partis. facit etiam
aliud ſimile. Nam † confeſsio facta ſacerdoti in 173
ſoro pœnitentiæ nihil probat in ſoro iudicij, quia cenſetur facta tanquam Deo, quinimmo ſacerdos qui panderet confeſsionem eſſet puniendus. capitulo ſi ſacerdos, de officio ordinar. Bald. in lege archigerontes. C. de epiſcopali audientia facit optima glo. in capitulo ex pœnitentibus. quinquaginta diſtinctione & tamen confeſsio facta in ſoro pœnitentiæ probaret in ſoro iudiciali, quãdo ageretur de confirmando matrimonio, non autẽ de illo diſſol-

 uendo.

ita ſentit glo. in capitulo tua nos, in verſic. qualiter
conſtiterit, de ſponſa. quã reputat ſingularem Ro-
man. in dicta lege ſi non ſpeciali. ſicut ergo in iſtis
duobus caſibus illa probatio quæ aliàs conclude-
bat, & illud quod aliàs poterat fieri & ſufficiebat,
non ſufficit nec probat quando agitur de matrimo-
nio diſſoluendo, ita in prædicta limitatione teſtes
deponentes de eo quod ſenſerunt pariete medio nó
174 probant. notate etiam † gloſſ. in capitulo nihilo-
minus, tertia quæſtione nona, quę vult quòd ſi duo
teſtes viderint per quandam rimulam vnum fabri-
cantem falſam monetam, vel committentem adul-
f terium, dicti teſtes probant, *f* licet non potuerint
ſimul videre, ſed vnus poſt alterum, quia rimula
erat parua, & ſic deponétes de actu ſucceſsiuo pro-
175 bant. quod eſt menti tenendum. Notate etiam †
quòd teſtes deponentes aliquid factum tempore
noctis non probant, vt quia dicant quòd tali nocte
Titius occidit Sempronium, eò quia tempus noctis
eſt obſcurum, nec perſonæ delinquentium facili-
ter cognoſci poſſunt, niſi dicerent quòd illa nocte
lucebat Luna, vel quòd ibi erant lampades & lu-
mina, ex quorum ſplendore facilè quis cognoſci
g poterat: ita dicit Baldus poſt Oldra. *g* in dicta lege
ſi non ſpeciali. & in lege Arethuſa. ff. de ſtatu ho-
minum. & in capitulo primo. §. porro, in titul. quæ
fuit prima cauſa benefic. amittend. Angelus in lege
prima in § interdum. ff. ſi pars hæredi. petat. & in
conſilio centeſimo nonageſimoquarto incipien.
Viſis proceſsibus, in quarta columna. Angelus de
Aretio in tractatu malefic. in verſiculo compareat
dicti inquiſiti, ad finem, quem videte. notate vlti-
mò id quod decidit D. Cardinalis Florent. in capi-
h tulo cùm Ioannes Eremita, *h* de fide inſtrumento-
176 rum. vbi voluit, quòd quando agitur † de repro-
bando aliquo inſtruméto, vt quia teſtes adhibiti in
illo dicant ſe non interfuiſſe huiſmodi iſtrumento,
quòd eſt opus quòd ipſi dicant & probent quòd
ipſi ſunt illimet, qui ſunt deſcripti in ipſo inſtru-
mento, aliàs non probant, quia poſsibile eſt quòd
ſint alij qui vocentur eodem nomine & cognomi-
ne eorum, qui fuerunt teſtes adhibiti in dicto in-
ſtrumento, ideo non concluderet eorum depoſi-
tio. & iſtud reputat menti tenendum Dominus
Philippus Decius in capitulo auditis, in decima co-
lumna extra de præſcriptionib. quæ omnia notate,
& perpetuò cordi tenete, quia quotidiana, & ex his
remanet expedita iſta ſeptima pars.

Additiones D. Petri de Moncada Hiſpani.

a Teſtium. *Aduerte d. Ioan. ſolum circa examinatio-
nem teſtium attendit, de examinatore vllum verbum. pro
quo quid attendendum ſit circa eum. vide omnino per Spe-
cul. in titulo de teſte. § nunc tractandum. verſicu. circa exa-
minatorem: Quid autem circa perſonas teſtium examinan-
dorum attendendum ſit. vide in dicto §. verſic. viſo quæ cir-
ca examinatorem &c. Item ſcias quòd d. Ioan. omiſit hic
vnam particulam valde neceſſariam & vtilem, ſcilicet de
interrogatorijs, quæ ſolent fieri teſtibus examinandis & fiũt
ad petitionem partis contra quam teſtes producuntur, vt in
cap. præſentium. §. teſtes. de teſtib. libr. 6. & in cap. per tuas.
177 eodem titulo in antiquis. † & de his non eſt danda copia par-
ti teſtes producenti propter periculum ſubornationis & ne
inſtruat eos. & hoc tam de iure quàm de conſuetudine, ſe-
cundum glo. ſingul. in d. § teſtes. quam ibi not. Philip. Franc.
& Bald. in tractatu de teſti. in verſi. dic quòd ſi teſtes pro-
ducuntur. in ſecunda colum. immò dicunt Cardin. Panorm.
& Felin. in dicto cap. per tuas. quòd ſi iudex vellit dare co-
piam parti poſſet ab eo appellari quamuis Innocen. ibi aliter
ſenſerit. interrogatoria autem dantur ſuper articulis fir-
matis, tam de circunſtantijs quàm de cauſis, loco, tempore,
auditu, viſu, ſcientia, credulitate, fama, & rectitudine. &
de alijs. de quibus omnibus breuitatis cauſa ſola remiſſione
ero contentus. vide omnino Spec. in tit. de teſte. §. iam de in-
terrogatorijs. vbi ponit etiam formam conficiendi interro-
gatoria. vide etiam per gloſſ. in d. § teſtes, in verbo interro-
gatoria. & per Alber. Moder. in tractatu de teſti. in 16. fol. in
1. colum. & per Bald. in dicto ſuo tract. de teſti. in verſi. vidi-
mus ſupra de numero teſtium. quid autem ſi pars dedit in-
terrogatoria, & apparet teſtes non fuiſſe interrogatos de
omnibus interrogationib. factis & approbatis, vide Bal. in d.
verſ. dic quòd ſi teſtes &c. ſuper im alleg. in 2. colum. & de
omnibus prædictis proſequere vt in dictis locis. † Et inter alia 178
no. quòd iudex debet diligenter aduertere vt aſtutiã aduo-
catorum repellat volentium infringere dicta teſtium, qui
ſolent poſt omnia facere interrogari generaliter teſtem an
credat omnia quæ ſuprà dicta ſunt per eum que caſu ſi re-
ſpondeat quòd ſic, videtur credere de omnibus prædictis. &
eo caſu non valet dictum ſuum cum deponat de credulita-
te. Nam iudex debet repellere & reſcindere huiuſmodi in-
terrogaterium cum ſit captioſum & non ſit veriſimile quòd
incontinenti velit ſe corrigere teſtis iuxta l. nam ad ea. ff. de
conditio. & demonſtr. Item quia qui ſcit poteſt credere. vt
in cap. cum olim. de re iudic. ita not. Specul. & Ioan. Andr.
in dicto § iam de interrogaterijs. in fin. & idem Ioan. And.
& Anto. de Butrig. & Panormit. & Ioan. de Anan. in capit.
inquiſitionis. § final. de accuſa. vbi dicit Cardin. Floren. vi-
diſſe de facto obtineri quòd per talem reſponſionem teſtium
generaliter factam poſt depoſitiones non infirmatur te-
ſtimonium prius debito modo factum ſeu dictum. idem te-
net Panormit. & alij de quibus ibi per Felin. in capitul. quo-
tiens, de teſtib. in quarta column. & Alber. Modern. vbi ſu-
pra colum. tertia, & ſentiunt prædicti quòd dato quod iu-
dex huiuſmodi interrogaterium non cancellauerit, reſpon-
ſio facta per teſtem vt dictum eſt, non noceret depoſitioni re-
ctè factæ cùm illud credere capiatur pro ſcire, eadem ſcien-
tia quæ antea dixit. quæ omnia ſunt perpetuò cordi tenen-
da. Petrus de Moncada.
b Diſpenſare. *Adde eundem d. Ioan. in l. 1. § fin. in 3.
colum. ff. de verbo. oblig. & in l. nemo poteſt. de lega. 1. in 26.
colum. & dom. Hippo. de Marſil. in ſing. 214. incip. Ad va-
liditatem. facit quòd not. dom. Philip. Deci. in l. nec ex præ-
torio. ff. de regul. iur. in fin. poſſet tamen probabiliter dici
quòd ſi magna eſſet religio & fides teſtis ſeu teſtium iurare
debentium poſſet eis remitti iuſiurandum ſicut legimus fuiſ-
ſe obſeruatum in perſona Xenocratis peripatetici dum co-
ram iudicibus Atheníenſibus teſtimonium eſſet coactus dice-
re accedens ad aram vt ſecundum morem ciuitatis iuraret,
vniuerſi iudices conſurrexerunt proclamaruntq́; ne iuſiu-
randum diceret, eius ergo ſynceritati ac maieſtati cõceden-
dum exiſtimarunt quòd ſibimetipſis poſtmodum dicenda ſen
tentia loco remiſſuri non erant, vt refert Valer. Max. in 2. li.
c. vlt. in propoſito ergo tanta poſſet eſſe maieſtas, ſapiẽtia pa-
riter & ſanctitas alicuius perſonæ quòd ei poſſet remitti iuſiu-
randum. cogitabis, tamen nam iure cautum reperitur quod
nulli quantumcunq́; religioſo viro etiam Cardinali creda-
tur ſine iuramento vt ſuprà dictum eſt per d. Ioan. qui alleg.
text.*

text. in cap. cum olim. el. 1. de priuileg. & ibi Panorm. tamen
ille text. non probat hoc in Cardinalibus licet dicat in aſſer-
tionibus quorundam fratrum noſtrorum, vt ibi alias dixi. &
hoc per no. in cap. ad falſariorum. de crim. fal. teneas tamen
menti dictum Valerij, quamuis iuridicum non ſit. Petrus de
Moncada.

c Contrarium tenet. Adde Panormit. in c. cæterum,
de iur. calum. & iſta eſt communis opin. ſecundum Fel. in
c. de teſtibus. eod. tit. de teſti. & Alber. Moder. in tract. de te-
ſti. in 14. fol. col. 1. quamuis ipſe teneat contra omnes, dicens
quòd ſiue incontinenti ſiue ex interuallo iuret, valet depoſi-
179 tio. & ad quod dicit quòd † teſtis punitur de falſo etiam ſi
non iurauerit. adde Bald. in l. iurisiurandi in fin. C. de teſtib.
& Ioan. Andr. in regul. non eſt ſine culpa. de reg. iur. in mer-
cu. & Panorm. in c. tuis. de teſtib. & in c. de teſtibus. eod. tit.
Iaſo. in l. qui per ſalutem. in 2. colum. ff. de iureiurand. Nam
dato quòd teſtis nulliter deponat, ſi tamen deponit falſum.
punitur ſecundum Barto. in d. l. ſi quis legatum. & in l. do-
mus. C. de fal. & per Bald. in l. fi. in fi. C. ſi ex fal. inſtrum. &
per dom. Hipp. in l. 1. § præterea. ff. de ſica in 4. col. Petrus de
Moncada.

d Iurauit. Adde domi. Hipp. de Marſi. præceptorem me-
um in ſingul. 214. incip. Ad validitatem. & per dominum
Marcum Anto. Bauer. in tract. de viribus & virtu. iuramen-
ti in 19. colum. & 16. Pet. de Moncada.

e Feriata. Adde Panorm. in c. 1. in fi. de fer. quem omnino
videas, & Alber. Moder. in tracta. de teſti. in 13. fol. in 2. col.
quæ autem debeant interuenire in huiuſmodi iuramento,
180 vide per gloſſ. & Doct. in c. fraternitatis de teſtib. † An autem
teſtis cum iurat debeat tangere ſacra euangelia, vide text.
in c. hortamur. 3. q. 9. gloſſ. in clem. 1. de hæret. in verbo tacta.
& gloſſ. in c. vt circa. de elect. lib. 6. in verbo corporali. no. per
Ant. de But. Imo. & Fel. in c. tuis. de teſti. per Alex. in l. ait præ-
tor la. 1. §. pen. ff. de iur. per Felin. in d. c. fraternitatis, in pe.
col. an autem in dubio præſumatur tactura vide in dictis lo-
cis. Petrus de Moncada.

181 f Non valet. † Adde quòd non ſolùm eius dictum non
probat plenè verum quòd minus eſt, non facit indicium, ſe-
cundum Bar. in l. maritus. ff. de quæſt. & Panor. & Fel. in c.
2. hic alleg. & Fel. in c. cum dilectis. de accuſ. in 9. col. & Alb.
Moderu. in tract. de teſtib. fol. 13. col. 2. Nec obſt. quòd teſtis
qui non erat examinandus, examinatus facit indicium, vt
per Barto. in d. l. maritus. cum concord. de quibus ibi per do.
Hippo. quia iſtud procedit quando ordo iuris fuit in exami-
natione ſeruatus. ſed quando non fuit pars citata, ordo iu-
ris non fuit ſeruatus, quo caſu proceſſus eſt ipſo iure nullus, vt
eſt text. in l. prolatam. C. de ſent. & interlo. & in l. vt debi-
tum. ff. de hære. actio. & per Moder. latè in c. eccleſia ſancta
Mariæ, de conſtit. igitur nimirum ſi nõ facit indicium. Item
notabis quòd non ſolum pars eſt citanda quando teſtes pro-
ducuntur ad plenam probationem, ſed etiam quãdo produ-
cuntur ad probanda indicia ad torturam ſecundum Ang. de
Are. in tracta. maleſi. in verbo fama publica in 2. char. & do.
Hipp. de Marſi. in repe. l. de vnoquoq. ff. de re iudi. in 9. col.
& in l. 1. de quæſt. in prin. in 2. col. qui plures allegat concord.
Et dum dicit do. Ioan. quòd ſufficit vnica citatio. adde quòd
idem tenent Ioan. And. Ant. de But. & Pan. in c. conſuluit.
de offi. deleg. Bal. in l. ſi quando. C. de teſtib. & eſt communis
182 opi. ſecundum Fel. in d. c. 2. † An autem ſit neceſſaria citatio
partis quando iudex mittit ad domum teſtium, vide Panor.
in c. ſi qui teſtium. de teſti. Petrus de Moncada.

g Bart. Adde Alex. in l. 3. §. ait prætor in 5. col. ff. de dam.
infe. & do. Hippo. de Marſi. in ſingu. 24. incip. Clarum. eſt.
vbi ponit alium caſum. Pet. de Moncada.

h Inquiſitionis. Pro veritate huius fallen. vide no. per
Panor. in cap. 2 de teſtib. in 3. colum. & Ludo Rom. in ſingu.
366. qui refert dom. Hippo. in l. de vnoquoq. ff. de re iud. in
15. colum. Petrus de Moncada.

i Quintò. Adde Soci. in l. ſi quis arbitratu. de verb. obl.
in 15. colum. & do. Hippo. de Marſi. in l. de vnoquoque. ff. de
re iu. in 20. colum. & in rub. de prob. in 45. colum. cõtrarium
tamen tenet Panor. quem videas in cap. 2. de teſti. in quinta
colum. Petrus de Moncada.

k Fallentias. Adde Soci. in reg. 273 & d. Hip. de Marſi.
in repet. l. de vnoquoque. ff. de re iud. Petr. de Monc.

l Deponit. Intellige id eſt tempore quo iurat, quia tunc
videtur deponere, vt per Abb. in cap. ſignificauit, & in cap.
tuis, & in cap. venerabili, de teſtibus. & in cap. licet cauſam,
de probat. & per Bar. in l. ſi poſtulauerit. ff. de adult. & do.
Hippo. in ſing. 113. incip. Dictum teſtis. & Franc. Curt. in
tract. de teſtib. in 33. concluſi. & per dom. Io. in ſupra in 7. re-
quiſito in 3. fall. non autem intelligas quòd pars ſeu aduoca-
tus debeat ſeu poſſit eſſe præſens depoſitioni & exami-
nationi teſtium cum fiat ſecretè vt d. iuribus. Petrus de Mon-
cada.

m Vltrò. Et ratio eſt quia teſtis eſt citandus ſicut pars,
iuxta not. per Panorm. in c. 2. de teſti. & Alber. Moder. in
in tract. de teſti. in 12. fol. colum. 3. pro quo omnino vide Fe-
lin. in d. c. 2. in 8. colum. † not abis tamen quòd licet teſtis vl- 183
trò ſe offerens ſit ſuſpectus, nimo præſumitur inimicus, vt eſt
tex. in cap. cum P. Manconella, de accuſ. ſecundum intelle-
ctum Panor. vbi iſtud fallit in homine legaliſſimo, & perſona
fide digna, ita not. Bal. in addi. ad Spec. in tit. de teſte in fine
colu. in fine magna addi. quem etiam refert & ſequitur do.
Hipp. de Marſi. in l. 1. §. ſi. ff. de quæſtionib. in quarta colum.
& in l. vnius facinoru. § ſeruo qui vltro, in 1. colum. eo. titu.
vbi plura allegat. † an autem teſtis qui eſt citatus dicatur de- 184
ponere compulſus, & ſic inuitus, vide Bart. & Bal. in l. liber-
torum. C. de teſtibus. & Bal. in l. parentes, eo. titu. Petrus de
Moncada.

n Notario. Adde quod dixit Bal. in additio. ad Spec. in
tit. proxi. ſupra alleg. quòd non reperitur iure cautum quòd
notarius poſſit recipere iuramenta teſtium ſine commiſſione
iudicis, nec etiam inſtrumẽta ſeu confeſſiones partium, quia
dicit ipſe hic ſpectat ad iudicem, ſcribere verò ad notarium
alleg. no. in l. 2. & 3. C. de iure fiſ. lib. 10. & hoc maximè pro-
cedit in cauſis criminalibus, vt per gloſſ. in Clem. 1. de offic.
deleg. nota. Bal. in rubr. de controuer. inueſti. ſeu not. etiam
in auth. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtru. † & in tan- 185
tùm hoc eſt verum quod etiam ſi partes conſentirent nõ poſ-
ſet notarius ſine commiſſione iudicis recipere teſtium iura-
menta & dicta, vt not. tenet Bald. in titu. de pace conſtan. §.
hoc quod ad nos, in 5. col. in verſic. feci quod eſt not. & ſin-
gulare dictum. Tamen audi quia ipſum reprobat. Iaſ. in l. 1.
in fi. princ. ff. de ferijs. quia dicit ipſe ſi partes ex toto poſſunt
remittere iuramentum teſtibus multò fortius poſſunt con-
ſenſu ſuo facere vt iuramentum minus ſolenniter præſtitum
valeat, per regulam l. vnica in princip. C. de rei vxor. act. ibi,
multò magis etiam ſi inutilis &c. item † quia ſecundum 186
quòd no. Bar. in d. l. 1. partes poſſunt comprobare atteſtatio-
nes minus ſolenniter factas. & eum ſequuntur hi de quibus
ibi per Alex. & Iaſo. His non obſt. teneo opin. Bal. quia dico
quod aliud eſt quærere, an partes poſſint remittere iura-
mentum, quod eſt introductum principaliter in ſuum fauo-
rem, aliud eſt quærere an partes poſſint prorogare ſeu ſuo
conſenſu dare iuriſdictionem non habenti primo caſu verum
eſt quòd dicit Iaſo. ſecundo verò nequaquam, & iſte eſt
caſus noſter, & menti Bald. in d. §. hoc quod ad nos. nam

prout not at Alex.& Iaſ.poſt Lud. Roma. in d.l..1.de ferijs,
illud quod dicitur quòd partes poſſunt comprobare atteſta-
tiones minus ſolennes, eſt verum quando fuerunt recepta à
iudice competenti, ſecus ſi non à iudice competenti prout eſt
notarius,qui nullam penitus habet iuriſdictionem ſaltim in
actu, & contentioſam quamuis habitu & tunc voluntari-
am, de quo per glo. Bart. Bald. & Paul. de Caſt.in l.1.ff.de
iudi. & in l.rem non nouam C.eod tit. & per Bart.Bald. &
Alexan.in l.iubemus.§.ſanè. C. de ſacroſan. eccl. & priua-
torum conſenſus eum nō facit iudicem &c.in d.l. 1.ff. de iu-
dicijs, lege priuatorum. C. de iuriſdict. omnium iudic. c. ſi-
gnificaſti,de foro competen.& hoc ideo,quia iuriſdictio eſt
poteſtas de publico introducta, quam priuati conferre non
poſſunt.vnde cum ſit neceſſe quòd habeat iuriſdictionem,re-
cipiat iuramenta & dicta teſtium.iuribus de quibus ſuprà,
dato quod partes millies conſentiant, hoc non poterit nota-
rius. Ex his remanet opi.Bal. defenſata.iſta concluſio poſſet
limitari.vt per Barto.in l.admonendi,in 9.colum.verſi.quid
ſi dictum teſtiu.ff.de iureiuran.cum ibi not. Sed iuxta præ-
187 dicta quæritur, an † ſeu quod dicta teſtium ſunt redigenda
in ſcriptis aliàs non crederetur iudici nec notario dicentibus
teſtes ita depoſuiſſe, ſecundum Bald. poſt glo.in l prolatam.
C.de ſent.& interlo. omn.iud. & Felin.in c. quoniam con-
tra falſam.de proba.in pe. colu. modò pone quòd per id ſcri-
ptura continens dicta teſtium extant alij teſtes deponentes
ſe vidiſſe illos examinari ſolènniter, et referunt eorum dictū,
nunquid valeat iſtud teſtimonium? Dicas quod ſic,ita Bar.
in tractatu de teſtibus.in tertia colum. verſi.teſtis dixit ali-
qua verba eſſe &c.quem ſequitur Felin.in dicto capitu. quo-
niam contra falſam,in penultim colum.et pondera dum di-
xi perijt ſcriptura, quia ſi dicta teſtium non eſſent redacta
in ſcriptis, tunc non valeret teſtimonium illorum teſtium
referentium dicta illorum. ratio eſt, quia acta ſunt redigen-
da in ſcriptis de neceſſitate.& quod dicitur acta poſſunt pro-
bari per teſtes,vt ſenſit gloſſ in l. quotiens. §. fin. & ibi Do-
ctor. ff. de prob reſpondeo, eſt verum quando teſtes dicunt
hoc ita factum fuiſſe, & ita etiam ſcriptum. ita punctaliter
& propriè ad d.l.quotiens.§. fin.reſpondet Bartol.in l.ne in
arbitriu. C.de arbit. qui not. declarat. d. c. quoniam contra.
188 Nec † obſt. quòd teſtes ſint examinandi ſecretè præſenti-
bus iudice & notario ſolum, vt eſt text.in cap. venerabili. de
teſtibus.& in cap.quia propter,de electio. & in l.nullam. C.
de teſtib.immo ſi ſimul plures teſtes examinarentur, eorum
diſpoſitio non valeret, ſecundum Specul. in titul. de teſte.
§ nunc tractandum, in princip.in 4.colum. & gloſſ. Ant. de
Butr.& Panormit.in cap.cum cauſam,de teſtibus. Paul. de
Caſt.in l.minimè. ff.de legi.quia dico quod iſto caſu non plu
189 res examinantur inſimul, ſed vnuſquiſque de per ſe. † quòd
verò alia perſona honeſta adſint, hoc non eſt improbatum
à iure immo vtile, maximè in arduis, ſecundum Baldum. in
d.l.nullum poſt Innocen.& Hoſtien.in cap. Albericus,de te-
ſtibus.& Panormit.in d.c.cum cauſam, & in d.c.quia pro-
pter, in 10.colum. qui propriè ita reſpondet, & Feli in d.cap.
190 venerabili in fine. Hinc eſt † quòd in cauſa hæreſis de neceſ-
ſitate debent intereſſe duæ perſonæ religioſæ examinationi
teſtium ſimul cum iudice & notario. vt eſt text. in capitulo
vt officium, de hæret. libr.6.in §. 2. verum ergo erit dicere
teſtes fuiſſe ſecretè & ſigillatim examinatos alijs aſtanti-
bus per quos poterit fieri probatio.de qua ſuprà. Petrus de
Moncada.
191 o Produci. † An autem valeat conſuetudo diſponens
quòd atteſtationib. publicatis teſtes poßint produci, vide per
Io. Andr.in addi.ad Specul. in titul. de excep.§.dicti. verſi.
ſed nunquid & Imo.in cap. ſeries, de teſti.& Alber. Moder.
in tract.de teſtibus.in 15.fol.colum.1. Petrus de Moncada.
p Per teſtes. † Not.quòd ſtatutum prohibens fieri proba- 192
tionem per teſtes. non habet locum quando teſtes eſſent le-
galiſſimi,quia iſto caſu admittenda eſt pars ad probandum
debitum non obſt.ſtatuto de æquitate canonica,ne contingat
alium cum aliena iactura locupletari ita tenet Ant. de But.
& Feli.in c.2.de prob.qui dicunt hoc eſſe de mente Spe.in lo-
co de quo ibidem tenet domi. Hippo.de Marſil.in rub. C.de
prob.in 10 col item no.quòd dictum ſtatutum non ligat cleri-
cos,vt in dictis locis,& dom.Hippo.in repet.rubr. de fideiuſſ.
in 27.colu.& in ſingul.29.incip.Statuta laicorum.item not.
quod ſtante prædicto ſtatuto valebit probatio facta per teſtes
& inſtrumenta ſimul ſecundum Bald. & Moder.in l.certi
conditio.§.quoniam.ff.ſi cert.pet. & Alex. in l. ſi ita ſcri-
ptum.ff.de lib.& poſthu.in prin.an autem in terminis.d.ſta-
tuti ſi non habeo inſtrumentum, ſed ſolum teſtes, poßim illos
producere in iudicio non ad finem vt debiter condemnetur,
ſed vt per teſtes cogatur facere inſtrumentum, quo confecto
poßit condemnari.vide Salic.in l.ſi quis argentum.§.fin.C.
de dona.& Alexand.& Iaſ.in d.l.certi conditio. §. quoniā.
an autem dictum ſtatutum habeat locum in cauſis crimina-
libus, vide Ioan.de Ana.conſi.55. & pone exemplum prout
ibi,et per do.Hipp.in d.rubr.C.de proba.in 13.col.ſuper quo
cogita.Petrus de Moncada.
q L. Ampliorem. Adde Alex.in l. 4.§.hoc autem iu-
dicium. ff.de dam.infect.in 8. colum. vbi defendit Bald.ab
impugnationibus Roman.& iſtam doctr. Bal. ſequitur Ca-
po.in caute. 166. incip. Regulariter, & in caute. 253. incip.
Dubitari poteſt. & Paul. de Caſtr. in conſil. 369. incip. In
caſu de quo quæritur & plures alij de quibus per d.Hippo.in
l.1.§. ſi quis vltrò. ff.de quæſt.in 3.col.& in rub.C.de prob. in
13.colu.vide eundem.d. Io.infra in 7 conclu.14. requiſito in
iſta 7.parte.Petrus de Moncada.
r Matrimoniali. Intellige de matrimonio carnali,quia
in cauſa matrimonij ſpiritualis bene tranſit in rem iudica-
tam. vt eſt tex.in c.cum dilecti,in ſi.de elect gl.in c.1.de con-
ceſ.preben.not. Panorm.in c.cum Bertoldus, de re iudi. in 8.
col.& in c.cum olim,de do. & contu. in 3.col.& Feli. in d.c.
later,in 7.colu.quod intellige prout in d.locis. & tene menti
vnum quòd in cauſa matrimonij carnalis publicatis atteſta-
tionibus poſſunt alij teſtes pduci , eſt verū ſi primò producēs
iurat quòd dictos teſtes non ſubornauit aliàs nō admitteretur,
ita multum ſingulariter Bal.in c.iurauit, de prob. quod
dictum magnifacit ibi Feli.in 2.colu.dicens iſtud nunquam
exeat mētem tuam.& iſtud dictum inter ſua ſing.poſuit do.
Hipp.de Marſi.præcepter meus in ſingu.128. incip. Teſtes e-
tiam produci,vbi dicit quòd aduenientē caſu forte pauci ad-
uocati, vel procuratores animaduerterent.& ad id quod di-
cit de conſilio ſapientu &c.adde Alber. Moder.in tracta. de
teſti. in 16. fol in 1.colum.& do.Hippo.in l.1.§.ſi.in 17.colu.
ff. de quæſtionib. & ex prædictis ego infero, quod † cum ſen- 193
tentiæ Venetorum non tranſeant in rem iudicatam eò quòd
cum multotiens iudicent de facto ad beneplacitum, volunt
etiam poſſe retractare de facto cognita melius veritate ſecun
dum quod dicit Feli.in c. qualiter & quando, el. 1. in 10.col.
de accuſ.immo iuſtum eſt vt quòd factum fuit de facto re-
uocetur etiam de facto ſecundum gloſſ.in l. minor. ff. de eui.
cum concord. de quibus per do.Hipp.in ſingul.195 incip. Ne-
mo priuandus eſt. in ſi. quòd etiam publicatis atteſtationibus
poſſunt produci alij teſtes. tamen quia ipſi nō vtuntur legib.
imperialibus ſed ſecundum ſua ſtatuta , remitto me ad eo-
rum practicam. Pet. de Moncada.
ſ Et vltimo. Tu adde quòd fallit etiam iſta concluſi. in
cauſis criminalibus tex. eſt & ibi no. Bar.& do. Hip.in l.1. §.
fin.

fin. ff. de quæſtion. & idem dom. Hippp. in l. vnius. §. cogitatorum, eodem tit. not. Feli. poſt alios in c. cum clamor. de teſti. in 9. colum. cum concord. de quibus ibi. & rationem vide per eundem Feli. in ca. cum veniſſent, eo. tit. iſtud tamen limita. vt per Feli. in d. c. cum clamor. & per do. Hipp. in ſing. conſil. incip. Fauorabiliores. poſt Salic. in l. fi. in fin. col. C. de teſtib. Pet. de Moncada.

t Integra. *Adde Alex. in l. ſi inſulam, de verb. obl. in 15. col. & ibi do. Carol. Ruinum præceptorem meum in 10. col. in lib. meo latè per Feli. in c. licèt cauſam, hic alleg. in 10. colu. cum verſi. ſeq. Petr. de Moncada.*

u Terminum. *Adde no. per Alb. Mod. in tract. de teſti. in 14. ſol. in 2. col. & d. Hipp. de Marſi. in ſing. 283. incip. Lapſus termini. Pet. de Moncada.*

x Admittendi. *Tu pro vera intelligentia vide not. per Pan. & Fel. in c. cum dilectus, de fide inſtr. hic alleg. an autẽ concluſio habeat locum in cauſis criminalibus, & quibus modis concludatur in cauſa, ibidem & inter alios modos con-*
194 *cludendi not. † q ſi de conſenſu partium cauſa committitur conſilio ſapientu dicitur eſſe concluſum in cauſa, & corã eo ſolùm poſſunt fieri alleg. ſuper productis ſecundum Card. in c. paſtoralis, de cau. poſſ. & prop. per l. cùm à nobis & ibi not.*
195 *per Barto. & Bal. C. de dila. & † conſultor non poteſt nouas probationes recipere, ſed ſolùm ſemper producta conſulere, ſecundum Bar. in l. 1. §. 1. ff. de app. & ratio eſt ſecundũ Bal. in l. fi. ff. de fer. quia partes concludunt in cauſa quo caſu renunciant probationibus, meritò conſultor non poteſt recipere*
196 *probationes aliquas. an † autem concluſio ſit de ſubſtantia tam in cauſis plenarijs quàm ſummarijs, & tam in foro eccleſiaſtico quàm ſeculari, vide glo. in cle. ſæpe, de verb. ſig. in verbo concluſione, & ibi Card. et Imo an etiam prædicta habeant locum coram arbitro, vel arbitratore, vide Roma. in l. 1. ff. de arb. Pet. de Moncada.*

y Effectum. *Adde not. per Alex. Socin. & Iaſ. in l. qui Romæ. §. Seia. ff de ver. ob. in prin. & Fel. in c. capitulum ſanctæ crucis, de reſcr. in 15. col. & in c. 1. de excep. in pen. col. & d. Hipp. de Marſi. in ſing. 257. inci. Nemo audiendus eſt. Petrus de Moncada.*

z Producentem. *Ad iſtam regulam & infra dicenda, vide no. per Feli. in c. ſuper his, de accuſ. in 8. col. & do. Hip. de Marſil. in ſing. 267. inci. Dubia probatio & in rubr. C. de proba. in 73. col. Pet. de Moncada.*

a Opinione. *Adde do. Philip. Dec. in l. nec ex prætorio. ff. de reg. iur. in 2. col. cum concor. de quib. per Alex. in addi. ad Bar. in d. §. apud Labeonem. Pet. de Moncada.*

197 b Furioſum. † *Qualiter quis probetur furioſus, vide not. per Bar. cum concor. ibi in addi. in l. nitius. ff. de bo. poſſ. fur. infan. dela. et no. quòd ſi teſtes producti ad annullandum teſtamentum dicunt teſtatorem inſanum, & non potuiſſe teſtari, non probant, & hoc quando ſimpliciter dicant eũ inſanum, & ratio eſt, quia duplex eſt inſania: quædã non regulata ſecundum regulas iuris poſitiui, quædã carens iudicio recto: ita not. Domini. in c. concilia. 17. diſt. vt eſt tex. formalis de prima inſania. & eũ ſequitur. d. Hip. de Mar. in rub. C. de prob. in 73. col. quis autẽ dicatur demens & qualiter probetur demẽtia, vide per dom. in c. vni. de cle. ægr. lib. 6. §. ſi verò & in c. filij. de har. inno. Pet. de Moncada.*

c A teſte. *Adde qua pleuè not. Feli. in d. c. auditis, in 13. col. & in c. cum omnes, de conſti. in 18. colum. & in c. dilectus, el. 2. de ſimo. in 3. colum. & per Soci. in l. 2. §. creditum. ff. ſi certum peta. & in l. quidam. eo. titu. & d. Philip. Decium in l. contractus, in 6. colum. ff. de reg. iur. & do Hippol. de*
198 *Marſil. in ſing. 171. incip. Audiuiſti, † notabis tamen quòd & ſi indefinita prolata à teſte nõ æquipolleat vniuerſali, tamen indefinita prolata à iudice interrogante teſtem bene æquipollet vniuerſali. ſecundum Bald. & Feli. in c. cum cauſam, de teſti. in 2. col. Petr. de Moncada.*

d Sed in ſpecie. *Et not. † quòd ſi eſſent plures teſtes pro-* 199
bantes inimicitiam in genere, & duo probarent eam in ſpecie, magis crederetur duobus deponentibus in ſpecie, ita not. Nico. de Neap in l. turpia, hic alleg. quem ſequitur Alexan. in addi. ad Bar. in l. ob carmẽ. §. ſi teſtes. ff. de teſti. & Fran. Cur. in tract. de teſtib. in 7. conclu. cæteris paribus præferun-
tur deponentes in ſpecie, deponentibus in genere. † notabis ta- 200
men circa ſupradicta omnia quòd & ſi de iure probationes eo modo factæ non probarent, tamẽ ex commum vſu loquendi dictæ probationes coadiuuarent multùm, & excuſarent, ſecundum Matthæ. de Mathaſ. in not. ſuis no 102. quem per hoc propriè refert & ſequitur Fel. in c. ſuper his, de accuſ. in 5. col. Pet. de Moncada.

e Defenſionem. † *Sed qualiter probabitur feciſſe ad* 201
ſui defenſionem, dicas quòd eo ipſo quòd probo aliquem veniſſe contra me gladio euaginato, & ego occidi eum, eſt probata mea defenſio. ita tenet Bart. in l. ſed ſi quacunq;. in pri. per illum tex. ff. ad l. Aquiliam. & Io. de Anau in c. ſi perfodiens, de homi. idem dicas, ſi percutio te, dum es in actu percutiendi me, quia tunc dicit feciſſe ad mei defenſionem, vt per Bar. in l ſi ex plagis. §. tabernarius. poſt glo. ff. ad l. aquil. & ad prædicta omnia vide d. Hippo. de Marſi. in l. 1. in 5. col. ff. ad l. Cornel. de ſicar. cum pluribus concor. vbi etiam dicit quòd aggreſſus ſeu primò percuſſus ſemper præſumitur repercutere ad ſui defenſionem, non ad vindictam, ſecundum Bal. in l. 2. C. de ſicar. Pet. de Moncada.

f D. Alex. *Adde q eum ſequitur Fel. in c ex parte, el. 1. de reſcr. in 13. col. & Iaſ. in l. dedi, in prin. in 1. colu. ff de condi. cau. data. vbi eam commendat tanquã fortem in criminalibus. eum etiam ſequitur. d. Hipp. de Marſi. in conſi. 206. inci. Incertitudo, & in rub. C. de prob. in 74. col. Pet. de Monca.*

g Cogitabitis. *Aduerte, quia mihi videtur quòd contrarium do. Io. hic non vrgeat in propoſito ex duobus, primò quia ſi ad euitandam fornicationem præſumimus copulam ſubſecutam eſſe poſt ſponſalia, concurrunt duæ ſpecialitates circa idem pariter principales, vna quòd per copulam ſubſequentem ſpõſalia de futuro inducatur matrimoniũ præſumptum, vt in c. is qui de ſponſa. alia quòd copulam præceſſerint ſponſalia. quod eſt contra l. 1. C. de do. promi. & no. per Bart. in l. ſi is qui pro emp. in fi. ff. de vſucap. cum ambæ iſtæ ſpecialitates procedant ex eodem fonte. ſ. fauore matrimonij. Secundò, quia l. merito. ff. pro ſocio. procedit quando per præſumptionem iſtam nõ deliquerit, tractatur de eius fauore & abſolutione, ſecus ſi eſſet in ipſius odium et cõdemnationem: ita ſing. limitat d. gloſſ. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. ff. de iureiur. quam ſequuntur ibi Bar. Bal. Pau. de Caſt. Alex. & Iaſ. Sed ſi in caſu de quo per Panorm. in d. c. veniens, euitaremus delictum, & ſic fornicationem vt do. Ioan. vult, induceretur odium iſtius. ſ. quod propter euitandam fornicationem eſſet aſtrictus vinculo coniugali, quod non eſt verum vt per d. glo. & omnes, ergo opi. Panormit. erit vera, quam teneas menti ſic defenſatam. Petr. de Moncada.*

h Rationem. *Qualiter autem debeat teſtis reddere rationem ſui dicti, vide per Barto. in tract. de teſti. in 2. col. ver. teſtis cauſam ſui dicti. & de qua cauſa intelligatur, vide per Feli. in c. cum cauſam. infra alleg. poſt Ioan. And. in addi. ad Spec. in tit. de teſte in §. 1. ver. item quòd interrogatus non reddit cauſam &c. & Bal in l. ſolam. in penul. col. C. de te-*
ſtibus † quid autem ſi teſtis dixit ſcio quia ſcio, an probet, vi- 202
de Bartol. vbi ſuprà in verbo teſtis dixit aliqua. & quid ſi dixit aliqua vidiſſe, interrogatus de cauſa nullam reddit

vide

*vide ibidem. & quid ſi deponit per ſenſum viſus id quod non
poterat percipi niſi ſenſu auditus, & quid ſi habet deponere
per duos ſenſus, & non reddit rationē niſi per vnum, vide de
his omnibus per Alex. in l. 1. in pri. in fi. colu. ff. de verb. oblig.*
203 *& in conſi. 166. incip. Animaduerſis, in 4. colu. in 2. vol.† &
quid ſi iudex non interrogauit teſtem de ratione & cauſa
an teneatur parti ad intereſſe. vide Iac. Aegid. in trac. de te-
ſtib. in 4. col. ſuper quo tamen vide omnino Io. And. in addi.
ad Spe. in tit. de teſte. §. 1. ver. ſed quid ſi cauſam inſeruit ſed
malam, aliàs in 18. colu. vbi tracta quid in foro iudiciali, &
quid in pœnitentiali, & caue quia impreſſio mea eſt corru-
pta ne ſimiliter ſit et tua corrupta an autem ſtatu diſponens
quòd teſti reddenti malam rationem dicti ſui credatur, va-
leat? vide no. per Bal. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. in fi. vbi
concludit quod nō. & eum ſequitur Fel. in d. c. cum cauſam,
de teſti in 10. col. & do. Deci. in l. qua dubitationis. ff. de reg.
iur. in fi. col. Petrus de Moncada.*

i Presbyteri. *Adde Soci. in reg. 2. fall. 66. Pet. de Monc.*

k Intereſſe. *Adde Alex. in l. 1. in pri. ff. de no. oper. nunc.
in fi. colum. & do. Philip. Dec. in l. quatenus ff. de reg. iur. in
2. col. Petrus de Moncada.*

l Criminalibus. *Adde do. Hippo. de Marſil. in practica
cauſarum crimi. in 20. char. in 2. col. in libr. meo. vbi ſubdit,
quòd non ſolum iſtud eſt verum quando agitur de condem-
nando aliquem, ſed etiam quādo teſtes deponerēt ſuper in-
dicijs per qua eſſet deueniendum ad torturam. arg. l. qua de
tota. ff. de rei vendi. Petrus de Moncada.*

m C. 1. *Adde Soci. in reg. 2. 65. fall. & do. Hipp. de Mar-
ſil. in l. 1. § prætereà. in 12. col. ff. de quæſt. & Franc. Curt. in
tract. de teſti. in 19 conclu. Petrus de Moncada.*

n Dominum. *Adde Bar. in tract. de teſte. in 2. col. ver.
teſtis dixit aliquem eſſe &c. vbi dicit idem eſſe ſi teſtis dice-
ret aliquem eſſe iracundum vel ebrioſum &c. ſequitur Alb.
Mod in tract. de teſti. in 76. fol. col. 4. Alex. conſi. 152. incip.
Viſis diſputationibus in 4. col. in 2. volū. Franc. Cur. in trac.
de teſti. in 36. conclu. Petrus de Moncada.*

204 *o* Bald. *Adde† Franc. Cur. in trac. de teſti. in 26. conclu.
vbi dicit quod magis creditur paucis reddentibus rationē di-
cti ſui, quàm multis non reddentibus. idem tenet Feli. in c. in
noſtra. de teſti. in 3. col. Pet. de Moncada.*

205 *p* Negatiua. † *Adde Franc. Curt. in tracta. ſuo in 28. &
39. conclu. qualiter autem debeant deponere teſtes inducti
ad probandam negatiuam coarctatam, vide eundem in 27.
conclu. & an teſtis deponēs meram negatiuam coarctatam
loco & tempore ſit ſuſpectus de falſitate, vide omnino eundē
in 24. conclu. Pet. de Moncada.*

q Non probaret. *Adde Bar. in tract. de teſte, in 3. colu.
in ver. teſtis dixit aliqua &c. & pro his omnibus qua ſunt in
iſto 12. requiſito vide no. per Soc. in reg. 274. & Iaſ. in l. 1. ff.
de inſti. & iure. in 5. col. & Fel. in c. quotiens, de teſti. hic al-
le. & Fran. Cur. in tract. ſuo in 2. conclu. & do. Hipp. in ſing.
59. incip Tuſcis, & in ſing. 183. incip. Diffuſè & in l. vnius. §.*
206 *cogniturum. in 11. col. ff. de quæſt. † Quid autem ſi teſtis di-
ceret, Titius mutuauit centum Gaio niſi fallor, an probet, vide
per Bald. Ang. Pau. de Caſt. & Iaſ. in d. l. 1. de iuſti. & iur.
Fel. vbi ſupra. Pet. de Monc.*

r In confeſſione. *Adde Panor. in c. literas de iura. cal.
in fi. colum. qui dicit iſtud procedere in confeſſione facta de
facto proprio, ſecus ſi de alieno. idem tenet Soci. in loco ſupra
proxi. alleg. Petrus de Moncada.*

ſ Bald. *Adde Soci. in reg. 2. in 74. fall. Pet. de Mon.*

t *72. In aliquibus libris prout in meo non eſt iſtud conſi. in
1. vol. ſed in 2. nu. 319. iſtud idem tenet Alex. in conſi. 100. in-*
207 *fra allegato per do. Ioan. vbi dicit † quòd ſi probo per vnum
teſtem quòd Titius dixit quòd epiſcopus non credit in virgi-
nem, & per alium quòd ipſe dixit quòd perſonæ Trinitatis
non ſunt æquales, per hoc non erit probatum ipſum Titiū eſſe
hæreticum. alleg. Anto. de Butr. in c. cum oporteat. de accuſ.
& Salic. in l. teſtium. C. de teſtib. adde vltra eum Pannor. in
conſi. 42. incip. Ex multis agitatis. in 1. vol. quamuis contra-
rium tenuerit Iac. Butr. in l. Arriani. C. de hæret. vt ipſe re-
fert. pro quo vide omnino Feli in c. licet. ex quadam, de te-
ſti. in 6. col. Pet. de Moncada.*

u Duos teſtes. *Adde do Hippol. de Marſil. in l. 1. §. idem
Cornelio, & in §. pen. ff. de quæſtio. & in l. de minore. §. plu-
rium. in 6. col. & in l. vnius facinoris. §. teſtes. in 1. col. eodem
titulo. & in practica ſua cauſarum crim. fol. 17. in 2. col. vbi
hoc dictum magnifacit & dicit plures in hoc errare. Petrus
de Moncada.*

x Tempus. *Adde Panorm. & Felin. in cap. ex tenore
Innoc. de teſtib. & in c. cùm Ioannes, de fide inſtrumen. Et
not. quòd vbi tempus non eſt de ſubſtantia non ſolum valet
dictum teſtis dicentis ſe non recordari de die, ſed quòd plus
eſt etiam ſi non recordaretur de menſe vel anno, vt eſt text.
in dicto capitulo cùm Ioannes. de quo facit feſtum Bald. ibi.
nam prout dicit Specul. in dicto. §. iam de interrogatorijs.
ſupra per dominum Ioannem allegat. teſtis expreſſius tene-
retur recordari de loco & perſona quàm de tempore. limita
hoc ſecundum Ioan. And. ibi in addi. niſi omnes teſtes dice-
rent ſe non recordari de tempore, quia præſumeretur contra
eos. idem tenet Alb. Moder. in tracta. de teſtibus. in 16. fol.
colu 2. pro quo tamen vide omnino no. per Feli poſt. Hoſt. in
d. c. ex tenore. in 2. colum. † An autem quando tempus eſt de* 208
*ſubſtantia teſtis debeat deponere de qualitate temporis. pu-
tà vtrum eſſet dies vel nox. ſerenum vel nebuloſum, vide
Specul. vbi ſupra & not. 2. q. 8. §. libellorum. Petrus de Mon-
cada.*

y Et legalitate. *Adde do Hippo. de Marſi. in ſing. 114.
incip. Vulgatum & tritum. qui allegat Soci. Barb. & Fran.
Cur. idem tenentes. Pet. de Moncada.*

z Varij. † *Qui teſtes dicantur varij & qui contrarij. &* 209
*quando dicantur vacillare, vide per Alb. Moder. in tract de
teſtibus. in 16. char. in 3. colum. & per Ioan. Pet. de Ferra. in
ſua pract. in forma libelli oppo. contra teſtes in gloſſ. in verbo
ac etiam varij. cuius autem effectus ſit varietas in teſte vide
per dom. Hippo in ſing. 103. incip. Varietas. & circa materi-
am huius 14. requiſiti. & de varietate teſtis in eadem inſtan
tia, & quid quando cauſa correctionis, & quando in diuer-
ſa inſtantia, vide not. per Tynda. de Alſa. in tract. de teſtibus.
quaſi per totum primum librum dicti tractatus. Petrus de
Moncada.*

a Roma. *Adde Soci. in l. 2. §. creditū. in 2. col. ff. ſi cert.
pet. aduerte tamen. nam ego intelligo dictum Rom. quando
teſtes eſſent inducti ſimpliciter ad probandum homicidium.
arg. not. per Alex. in l. qua extrinſecus. Per. de Moncada.*

b Leges. *Adde Ang. de Are. in §. ſi minus, in fi. inſti. de
act. & Feli. in c. cum in hic alleg. in 6. colu. & Franc. Cur. in
tract. de teſti. in 56. conclu. Quibus autem modis concorden-
tur leges, vide no. per Spec. in tit. de diſpu. & alleg. in §. poſt
hoc autem. vbi plures modos ponit. Petrus de Moncada.*

c Vnum credere. *Not. Iſtud dictum ad excuſationem
Doct. qui contraria conſilia dant diuerſis temporibus dum-
tamen per verbum credo: ita no. Bald. in d. l. de tutela. in 2.
col. tamen iſta varietas erubeſcenda eſt ſecundum ipſum al-
leg. l. eos. in fin. C. de modo mu. facit text. in cle. vni. de re-
num. pro quo vide not. per Ange. in l. Labeo in fi. ff. de ſer. ru-
ſti præd. et omnino. do. Philip. Deci in l. nemo poteſt mutare.
ff. de reg. iur. cum concor. de quibus ibi per eum. & † & inter* 210

alia

*alia dicit quòd in conſulendo Doct. cauere debent à muta-
tione opinionis tanquàm ab igne, quia ob malignitatem in-
guarum talis mutatio acciperetur in malam partem ſecun-
dum Angel. in d.l. Labeo. Adde etiam do. Hipp. de Marſi. in
l. ex libero. in princ. ff. de quaſtio. ſed iuxta prædicta dubi-*
211 *tatur de not. & quotidiano dubio, † pone quòd Doctor fuit
conſultus in aliqua cauſa & conſuluit, deinde aſſumptus fuit
per aduerſarium illius pro quo conſuluit in aduocatum, an
poſſit patrocinari contra illum pro quo dedit conſilium. Spe.
in ti. de aduo. §. nunc tractemus, ver. ſed nunquid poſtquam,
concludit quod ſic, & dicit quòd ita obtentum fuit Ioan.
And. ibi in addi. dicit habere in quibuſdam ſcriptis quòd om
nes Doc. Bononien. in iſtam ſententiam concordarunt, et pro-
pter hoc dicit ipſe fortè auctor dixit, & ita obtinuit. tamen
dicit quòd nunquàm ipſe patrocinaretur contra illum pro
quo conſuluiſſet. Bald. verò in l. quos prohibet, in fi. ff. de po-
ſtulan. tenet opi. Spec. quæ eſt vera maximè vt euitetur ma-
litia quorundam qui ab aliquibus petunt conſilia, non vt illa
accipient, ſed vt illi poſtea parati alteri conſulere erubeſce-
ſcant. vides ergo quòd poſſum eſſe aduocatus contra illū pro
quo prius in eadem cauſa conſului. tamen quamuis hoc fieri
poſſit, fieri non debet, quia ſi iuſtè conſului, iuſtitiam impu-
gnare nō debeo, ſi verò erraui non debeo ſponte fateri erro-
rem meum, & illum iſto pacto corrigere, vt eſt tex. & ibi no.
Docto. in c. qualiter & quando, el. 1. de accuſa.. Petrus de
Moncada.*

d Non tollitur. *Adde Io. Pet. de Ferra. in ſua prac. Pa-
pien. in for. libe. quando contra teſtes opponatur, in gl. in ver-
bo ac etiam varij. Et intellige iſtam. q. procedere quando
ſententia fuit lata, ſi autem eſſet ferenda, tunc in tantū de-
traheretur dicto teſtis quòd non eſſet ferenda ſententia ſe-
cundum Ant. de But. in c. cum in tua de teſti qui alleg. Imo.
in c. præterea, el. 1. de teſtib. cog. & dicit Panor. in d.c. cum in*
212 *tua, in fi. verbū quòd † in tantum detrahitur primo dicto vt
non credatur teſti abſque tormentis, per not. in l. capite ff. de
adul. Iſtam opi. ſequitur Aret. in conſi. 71. incipit. diligenter
&c. quem refert Hippol. in ſing. 212. incip. communis omni-
um ſcribentium. & in l. eos. ff. de fal in 3. col. Imo. tamen ſub
dubio fertè in d.c. cum in ſua, dicit quod etiam quò ad ſentētī-
am ferendam non nocet parti: quia ex quo primum dictum
eſt iuratum, & coram iudice, præſumendum eſt pro illo, &
credendum eſt quòd tunc magis dixerit veritatem, tum pro-*
213 *pter reuerentiam ſacramenti, tum propter iudicis aucttori-
tatem & præſentiam, & alia de quibus ibi per eum. Sed †
quid ſi teſtis dixit vnum extra iudicium, demum in iudicio
dicit contrarium, an probet Bartol. in d.l. eos in 2. column.
tenet quòd non, immo dicit quòd puniendus eſt de falſo. &
ideo tradit ipſe cautelam vt qui dubitat de ſtabilitate te-
ſtis, faciat ipſum extra iudicium interrogare prius teſtibus
adhibitis & rogatis, quo caſu ſi dixerit poſtea contrarium
in iudicio non probabit. imo punietur de falſo. & eum ſequi-
tur Ant. de Butr. in d.c. cum in tua & Panorm. in c. inquiſi-
tionis. §. tertia, de accuſ. & in c. dilectus de capel. mona. & in
conſi. 52. incip. Ieſu Chriſti &c. in 1. volum. contrarium ta-
men tenuit gloſſ. in c. cum cauſa de teſtibus quæ eſt fin. & ibi
Ioan. de Imol. idem Bald. & Imol in d.c. cum in tua. & Pa-
norm. ſibi contrarius in c. per tuas de probat. & in cap. lite-
ras de præſump. Bald. & Salic. in l. nullum. C. de teſti. & plu-
res alij de quibus per Feli. in d.c. cum in tua, vbi dicit hanc
eſſe communem opini. & reſpondet ad contraria vt ibi per e-
um. & etiam communem atteſtatur do. Hippo. de Marſil. in
locis de quibus ſuprà. pro quo vide Tynda. in tract. de teſtib. in
9.q. 2. lib. qui conatur ſaluare opi. Bartol. in d.l. eos, ab omni-
bus improbatam. Et ex prædicta communi quæſtione no-
tab. † quòd teſtis qui coram partibus aſſeruit id quod intē-* 214
*dit teſtificari, non repellitur à teſtimonio propter hoc. ita
multum no. probat tex. in prealleg. c. dilectus, de capel. mon.
gloſſ. & ibi Phil. Peruſi poſt Goſſ. e. & Bald. in c. 1. de elect.
lib. 6. quæ eſt finalis. Et ad id quod dicit d. Io. de teſte conſti-
tuto in articulo mortis, adde Bal. in l. generaliter. in not. C.
de non num. pec. & Alex. in l. ſciendum. ff. de verb. obl. in 9.
colum. & in addi. ad Bart. in auth. ſed iam neceſſe. C. de
don. ante nup. & per Felin. in c. literas. de præſump. in 4. co-
lum. An autem huiuſmodi dictum ſit totaliter nullum, vel
faciat aliquam præſumptionem, vide per dom. Hipp. in repe.
rub. de fideiuſſ. in 8. colum. in fi. Et quod dictum eſt in teſte
quantum ad mortis articulum habet locum in iudice & in
tabellione, vt in prædictis locis not. quæ omnia teneas menti
quia quotidiana. Petr. de Monc.*

e Viderint. † *Sed nunquid eſt neceſſe quòd cognoſcant* 215
*eum & quid in contractibus inter viuos an ſit neceſſe quod
teſtes cognoſcant partes, & quid in notario. vide per Bartol.
in §. hinc nobis. in auth. de hæred. & fal. in 3. col. Io. And. in
addi. ad Specul. in titul. de teſte. §. 1. verſic. ſeptimus in pro-
batione. aliàs in 12. col. Bar. Bald. Alex. & alios in fi. in prin.
C. de iure delib. Panor. & Moder. poſt glo. ibi in c. cum cau-
ſam, de teſtibus Nellus de ſancto. Gem. in tractatu de teſtib.
in fi. verſi. quæro an teſtes &c. & Stepha. de Anſre. in tract.
de teſtib. reprob. in verbo idonei. in 1. colu. An † autem ſit ne-* 216
*ceſſe vt teſtes quos inſſarius producit contra aliquē ad pro-
bandum homicidium cognoſcant interficientem vel inter-
fectum. vide not. per Bal. in l. ſolam. C. de teſti. in pen. col. &
Flor. in l. ob carmen. §. fi. ff de teſti. et Feli. in d. cum cauſam.
in 12. colum. Petrus de Moncada.*

f Probant. *Adde Cy. in l. hac conſultiſſima. C de teſta.
Bar. in l. quærebatur. ff. de teſta. mi. & in l. ſi plures. ff. de in-
iur. Bal. in l. ad teſtium. C de teſtibus. in fi. colu. Iaſ. in l. ſi non
ſpeciali. in 2. colu. C. de teſtamen. Franc. Curan. tract. de te-
ſti. in 66. concluſi. Petrus de Moncada.*

g Poſt Oldr. *Adde Nellum de ſancto Gemi. in tract. de
teſti. in verbo teſtes magis idonei & Alex. in l. ante facta in §.
tempus. ff. de pœn. in addi. ad Bartol. & Feli. in c. ſicut de re
iudi. in 4. col. & in c. cum cauſam de teſtib. in 7. col. Petr. de
Moncada.*

h Eremita. *Tu vide ibi Feli. in 4. col. qui dicit quòd iſtud
dictum Card. procedit quando conſtaret plures eſſe homines
eiuſdem nominis, ſecus econtra. & per hoc alleg. Bald. vide
ibi vbi etiā quærit an ſtetur ſimplici aſſertioni ſeu dicto pro-
ducentis, quod teſtes illis nominibus nominantur prout in in-
ſtrumento. Petrus de Moncada.*

QVANDO ET QVOMODO CONTRA TESTES EXCIPIATVR, SIVE OPPONATVR.

SVMMARIVM.

1. *Excipi ſiue obijci contra teſtes regulariter non poteſt publicatis atteſtationibus. fall. tamen.*
2. *Periurus ſemel non admittitur ad probandum per iuramentum.*
3. *Exceptio ſiue reprobatio contra teſtes admittitur publicatis atteſtationibus, quando pars proteſtata exiſtit aduerſus teſtes productos.*
4. *Teſtium reprobatio fieri poteſt publicatis atteſtationibus licèt pars non fuerit proteſtata, ſi tamen iuret de calumnia. Item fall. & alio modo vt ibi.*
5. *Teſtium reprobatio ſi appareat ex dicto ipſorum non eſt opus quòd pars opponat, ſed iudex ex officio poteſt eos repellere.*

6 Teſtium

6 *Teſtium reprobatio vt ſit concludens, neceſſe eſt in ſpecie obiectus & crimina exprimere, & non in genere, dicendo quia infamis, aut fur, ſed debet exprimi infamia & furtum in ſpecie.*

7 *Teſtium reprobatio ſiue obiectus ſi à principio opponatur, poteſt nihilominus iudex teſtes recipere & examinare reſeruata facultate parti probãdi obiectus. fallit tamen tribus modis. vt nu. ſeq.*

8 *Excommunicatio, aut infamia ſi obijciatur contra teſtem, debet iudex ſtatim de tali exceptione cognoſcere, nec illum aliter prius examinare.*

9 *Inimicitia capitalis, ſi à principio opponatur contra teſtes, non debent aliter examinari, ſed prius de ipſa inimicitia videndum eſt.*

10 *Teſtis examinatus ſi interrogetur an ſit partis amicus aut coniunctus, ſi dixerit quòd non, & veritas ſit in contrarium, quòd propter hoc non punitur de falſo.*

11 *Teſtis approbatus à parte, quæ illum produxit, non poteſt deinde illũ reprobare in alio iudicio, ſi producatur contra eum.*

12 *Teſtis reddens cauſam ſcientiæ quia ſum vicinus, aut cõiunctus concludit, & eſt optima ratio, intellige tamen rectè, vt nu. ſeq.*

13 *Teſtis ſi interrogatus dixit ſe neſcire, ad probandũ contrarium quòd imo ſciuerit, optima eſt probatio, ſi probetur quòd eſt vicinus.*

14 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti, & ideo optima eſt ratio in teſte, quia coniunctus, intellige tamẽ ſuper his, quæ reſpiciunt iura ſanguinis.*

15 *Vicini aſſertioni an ſtetur dicentis quòd eſt vicinus, vel aliter debeat probari.*

16 *Probatio non dicitur vera, ſed præſumpta teſtium dicentium, ſcimus, quia vicini, aut coniuncti.*

17 *Sententia lata per dictum teſtium reddentium cauſam ſcientiæ, quia vicini, aut coniuncti, nunquàm tranſit in rem iudicatam.*

18 *Pœna mitiori eſt quis plectendus ex præſumpta probatione, quàm ex vera. intellige tamen rectè, vt nu. ſeq.*

19 *Pœna mitior non eſt imponẽda ex præſumpta probatione legis, ſed hominis.*

20 *Vicini qui dicantur, & an habitantes in domo conducta dicantur vicini.*

EXPEDITIS his, quæ ſunt neceſſaria ad validitatem depoſitionis teſtium, alia attingẽda ſunt in iſta octaua parte.

Et primò, quia multoties contingit quòd is cõtra quem teſtes producuntur, opponit contra perſonas ipſorum teſtium, vt quia dicit quòd non poſſunt eſſe teſtes in caſibus, de quibus ſuprà in 3. & 4. parte huius tractatus. vnde videndum eſt quando contra perſonas teſtium opponi poſſit & quomodo opponi debeat. in qua materia ponam nonnullas concluſiones no. & quotidianas.

Prima ſit igitur concluſio: Publicatis atteſtatio-
1 nibus † regulariter nihil poteſt obijci contra perſonas teſtium cap. præſentium, de teſtib. quod fallit, niſi de nouo ad notitiã partis peruenerit cauſa, propter quam teſtes contra ipſum productos reprobare velit. d. c. præſentium. & quòd illa cauſa de nouo ad eius notitiam deuenerit, probatur iuramento ipſius partis, iuxta ea quę habentur in capit. ſignificaſti, el. ſecundo de homic. & probatur in c. nulli, in fine. de electio. in 6. & in cap. tertio in fine de ſententia excommunic. & per gl. in cap. humanis. duodecima quæſtione 2. Notate tamen vnum, quòd † is 2
qui ſemel in periurium incidit, non admittitur ad probandum hoc per iuramentum. a caſus eſt ſingu- 4
laris in capit. paruuli. 22. quæſtione quinta. quẽ reputat ſingular. Roma. in l. admonẽdi, in quinta colum. ff. de iureiuran. & pro hoc facit tex. in cap. clericos, de vita & honeſtate clericorum.

Secunda ſit concluſio † ſi pars proteſtatur quòd 3
vult teſtes contra ipſum productos reprobare, tunc admittitur ad reprobandum etiam publicatis atteſtationibus dicto cap. præſentium, & iſta proteſtatio cum ſit declaratoria animi ipſius proteſtantis valet, etiam parte aduerſa non conſentiente, iuxta ea quæ not. Bar. in l. non ſolùm. in §. morte. ff. de noui ope. nunc. in prima ſpecie proteſtationis. & in l. Neſennius, in princ. ff. de neg. geſt.

Quod tamen fallit niſi pars proteſtetur iſto modo, proteſtor quòd mihi facultas ſit reprobandi teſtes etiam publicatis atteſtationibus. nam tunc hæc proteſtatio requiret partis conſenſum, ita modificãt do. Ant. & Abb. in d. c. præſentium, de teſti.

Tertia ſit concluſio, † publicatis atteſtationibus 4
poſſunt reprobari dummodo pars iuret de calumnia. dicto capitu. præſentium. notate tamen quòd quando dictum teſtis reprobatur propter odium eius vt quia eſt hæreticus, vel excommunicatus, vel infamis, indiſtinctè reprobatur etiam publicatis atteſtationibus abſque iuramento calumniæ ita notanter dicit Ioan. Andr. titulo de teſte. § ſæpe, circa principium in additionib. ad Specul. Bald. in lege ſi quis teſtibus. C. de teſtibus. Ratio eſt, quia quando teſtis repellitur à teſtificando propter eius odium non potuit habilitari ad ferendum teſtimonium ex tacito partis conſenſu, contra quam producitur: quia exceptioni in odium alicuius introductæ per partes renunciari non poteſt. gloſſ. eſt in l. tam & ſi. ff. ad Maced. & no. in c. ſi diligenti, de foro compet.

Quarta ſit concluſio † ſi ex dicto teſtis appareat 5
illum poſſe reprobari, non eſt opus quòd pars excipiat contra ipſum teſtem, eò quia iudex ex officio ſuo dictum eius poterit reprobare. verbi gratia teſtis examinatus contra vnum interrogatur an ſit eius inimicus, reſpondet quòd ſic, hoc caſu iudex poterit ex officio ſuo hunc teſtem repellere & reprobare. ita tenet Angel. in l. ſi pars iudicantium. ff. de inoffi. teſtamen. & in lege fin. de petit. hæred. huius dicti ratio eſt, nam ex quo ex actis iudicij cõſtat illum poſſe reprobari, hæc reprobatio cenſetur notoria, quia actu inducunt notorietatẽ. vt per glo. in cap. ſignificauerunt, de teſti. ſed iudex ex officio ſuo ſupplere poteſt circa ea quæ notoria ſunt, vt eſt glo. in l. 1. C. qui & aduer. quos. ergo &c.

Quinta ſit concluſio, † ſi cõtra teſtem obijciatur 6
aliqua inhabilitas, illa in ſpecie debet exprimi, nec ſatis eſt illam in genere obijcere, vt ſi dicatur quòd teſtis non poteſt teſtificari, eò quia eſt infamis, tunc debet exprimi cauſa ipſius infamiæ. Item ſi obijciatur quòd ſit fur, debet exprimi furtum in ſpecie, dicendo quia librum vel aliud ſubtraxit, vt probatur in c. præſentium. §. teſtes, de teſtibus. libro ſexto.

Sexta ſit concluſio, † à principio tempore quo 7
teſtes

teſtes producuntur, ſi pars excipiat contra perſo-
nas ipſorum, iudex nihilominus poteſt illos reci-
pere & examinare, reſeruata tamen facultate par-
ti probandi exceptionem oppoſitam contra te-
ſtem poſt publicatas atteſtationes. ita tenet Specu.
in tit. de teſte. §. 1. quem ſequitur Bald. in l. ſi quis
teſtibus. C. de teſti.

8 † Quod tamen fallit, quando obijciatur con-
tra teſtem exceptio excommunicationis, quia p-
pter periculum communionis ſtatim eſt proban-
da. c. pia, de exceptio. libr. 6.

Secundò fallit, quãdo obijcitùr teſti infamia,
ſecundum Io. And. in c. ex parte, de teſti.

9 † Tertiò fallit, quãdo teſti obijciatur capitalis
inimicitia, vt in Auth. ſi dicatur. & ibi Alberic. C.
de teſtibus.

10 Septima ſit concluſio, † ſi teſtis examinatus
interrogatur, an ſit affinis, coniunctus, vel ami-
cus partis, & reſpondeat quòd non, & veritas ſit
in contrarium, propter hoc non poteſt puniri pœ-
na falſi, quia non mentitur circa ea quæ concer-
nunt ſubſtantiam negocij, ſed circa alias qualita-
b tes. iſtud fuit no. d. Iacob. Butr. b quod multum
commendat Ange. ibi in l. Lucius. ff. de his qui
not. infam. & idem Ang. in conſil. 94. incip. viſis
proceſſibus. domi. meus in lege ſi quis nec cau-
ſam, in penultim. colum. ff. ſi certum petatur.

11 Octaua & vltima ſit concluſio. † Teſtis ap-
probatus à parte quæ produxit eum, non poteſt
reprobari in alio iudicio, ſi producatur contra
eum, quia ex quo ſemel producens approbauit
eius perſonam in ſuum fauorem, non poteſt il-
lam aſpernere, ſi poſtmodum contra eum produ-
catur in alio iudicio. l. ſi quis teſtibus. & ibi not.
C. de teſtibus. facit text. in l. cùm Papinianus. C.
de ſent. & interloc. omn. iud. iunctis ibi not.

Expeditis his quæ neceſſaria ſunt pro validi-
tate dictorum teſtium, nunc id quod ſupereſt de
iſta materia tractandum eſt per quæſtiones.

12 Primò igitur quæro, teſtis † productus in a-
liqua cauſa interrogatur quomodo ſcit, reſpon-
det ipſe, ſcio quia ſum vicinus, vel quia ſum con-
iunctus, an iſta ratio concludat, & ſic an dictus
teſtis probet? in qua quæſtione aliqui caſus pro
veritate poſſunt conſiderari.

Primus caſus eſt, quando teſtis deponit in
his quæ habẽt tractum ſucceſſiuum, vtputa quòd
vicinus habet talem domum, & iſto caſu vicinus
præſumitur ſcire facta vicini. & ſic concludit iſta
ratio, ſcio quia ſum vicinus. & ita procedat quod
voluit Bartol. in l. 1. ff. ſi certum petatur. & idem
13 Barto. in l. ſi cui. §. iſdem. ff. de accuſ. vbi † dicit
quòd ſi interrogatus teſtis dixit ſe neſcire, ad p-
bandum contrarium quòd immò ſciuerit, opti-
ma eſt probatio ſi probetur quòd eſt vicinus. fa-
cit gloſſ. in capit. 2. de tempor. ordi. & text. in l. 1.
in princip. ff. de flumini. in verbo, æſtimationem
circumcolentium. & text. in l. dominus horreo-
rũ. ff. loca. & gl. in c. paratus, in verbo, neſcire. 23.
q. 1. ad idẽ facit quod not. Bal. in l. fi. §. 1. C. de iure
delib. vbi dicit quòd ſatis eſt quòd notarius dicat,
præſentibus talibus vicinis, neque opus eſt ꝙ dicat
ꝙ contrahentes ab eis cognoſcãtur, quod alias re-
quiritur l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen.

Secundus caſus eſt, quando teſtis deponit
ſuper his quæ reſpiciunt ius ſanguinis, & proceſ-
ſum naturæ, tunc optima eſt ratio teſtis dicentis,
ſcio quia ſum coniunctus, † quia hoc caſu con- 14
iunctus præſumitur ſcire facta coniuncti. l. octa-
ui. ff. vnde cog. l. de ætate. C. de reſtitu. in integr.
Bar. in l. is poteſt, in 6. col. & in l. filium emancipa-
tum. ff. de acquiren. hæredi. & in l. qui duos. in 3.
col. ff. de reb. dub.

Tertius caſus eſt, ſi coniunctus vel vicinus de-
ponat ſuper his quæ non habent tractum ſucceſ-
ſiuum, & quæ nõ reſpiciunt ius ſanguinis, vel na-
turæ proceſſum, tunc ratio prædicta non conclu-
dit, quia hoc caſu coniunctus non præſumitur
ſcire facta coniuncti. l. quoniam ſororem, vbi
Bald. C. de iure deliber. Bar. in dict. l. qui duos,
in 3. colum. domi. Alexan. in l. Titius. §. Lucius.
ff. de liber. & poſthum. & in conſilio 50. incipien.
in cauſa & lite, in ver. item interrogatis, in quinto
volumine.

Notate tamen quòd in caſibus in quibus ratio
iſta concludit, videlicet ſciò quia ſum vicinus, o-
portet quòd cõſtet illum eſſe vicinum. c Et an ſte- c
tur † in hoc aſſertioni ipſius, notatur per Bald. in 15
c. 1. §. ſi inſtrumentum, in titu. de notis feudo. vbi
dicit quòd ſi teſtes producti in cauſa feudi, dicant
ſe eſſe pares curiæ, ſtatur aſſertioni eorũ, & vnus
teſtis alteri ſuffragatur ſuper iſta adminiculatiua
qualitate probanda.

† Notate & ſecundò, quòd in caſibus in quibus 16
valet teſtium depoſitio dicentium, ſcimus quia
vicini vel coniuncti, iſta non eſt vera probatio &
propria, ſed eſt probatio pręſumpta. ita ſentit Bar-
to. in d. l. 1. & ibi per Moder. Bald. in l. 1. in 5. col.
C. de ſer. fugit. & in l. conuenticulam. C. de epico-
pis & cleric. dixi ſuprà in ſeptima parte huius tra-
ctatus in decimo requiſito in fi. & ex hoc inſurgũt
duo effectus d. d

Primus effectus eſt, † nam ſententia lata per di- 17
cta huiuſmodi teſtium nunquam tranſit in rem
iudicatam, quin ſemper poſſit retractari per alios
teſtes melius deponentes. doctri. eſt do. Anton.
in capit. propoſuiſti, de probationibus. quem re-
fert & ſequitur Ludo. Roma. in conſil. 228. incip.
Pro plena diſtinctione, ad fi. & in l. cùm quidam.
§. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. Alex. in l. ſi ab
hoſtibus. §. fi. ff. ſol. mat. vbi dixit hoc eſſe ſingu-
lariſſimum.

Secundus effectus eſt, quia † ex præſumpta p- 18
batione quis mitius venit puniendus, & minor cõ-
demnatio fieri debet quàm ex vera probatione.
capit. afferte mihi gladinm. de præſumpt. vbi Do-
cto. ita notant. & eſt doctr. Innocen. in c. quia ve-
riſimile, eod. titu. iuncto c. quanto. & iſtum effe-
ctum ponit do. meus Iaſon in l. 1. ff. ſi certum peta.
in 5. col. qui non probatur iuribus per eum alle-
gatis, eò quia doctrina ſuperiùs allegata procedit,
quando quis venit condemnandus ex præſum-
ptione hominis, † ſecus ſi ex præſumptione legis, 19
qualis eſt iſta, de qua nos loquimur, quia tũc mi-
tior pœna nõ eſt imponenda. l. ſi qui adulte. C. de
adult. & in c. cum contumacia. de hær. lib. 6. & ita
declarat do. Abb. in capitu. accedens, de accuſ. Et
ex his remanet expedita iſta prima quæſtio.

ADDITIONES D. PETRI de Moncada Hiſpani.

a Iuramentum. *Adde Ioannem Andre. in addit. ad Speculat. in titu. de teſte. §. 5. verſi. item excipitur quòd eſt infamis. Alexan. & Iaſon in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis caut. Fel. in c. ad reprimendam. de offic. ordi. in 1. col. & in c. paſtoralis. de excep. in pe. col. pro quo vide plures doctr. ſimiles per do. Hipp. de Marſi. in ſing. 74. incip. tu habes regulam. Pet. de Moncada.*

b Iacob. Butr. *Vide quæ dixi infrà in fin. tract. in 8. q. Petr. de Moncada.*

20 c Vicinum. † *Qui autem dicantur vicini, & an habitantes in domo conducta dicantur vicini, & qui dicantur proximiores vicini. Vide de his omnibus per Bartol. in l. ſi tertius, in princip. ff. de aqua plu. arcen. & in l. fin. C. de his qui. vt indign. & ibi per Mod. & per Bar. in l. 1. §. hoc autem, in princip. & in l. 3. §. ſurdus. ff. ad Syllan. per Bald. in l. ſi vicinus. C. de nupt. & per Anto. de Butr. in cap. ſuper ſpecul. de priuile. & per Panormitan. & Felin. in c. quoſdam. de præſumpt. cum concord. de quibus ibi. & quæ dicantur loca vicina ibidem, quæ omnia teneas menti, quia ſæpè & ſæpiſſimè in ſtatutis fit mentio de vicinis. Et dum d. Ioan. allegando Bald. in titu. de no. feud. ſentit quòd ſtatur aſſertioni teſtis dicentis ſe vicinum iuncto dicto ſui conteſtis idem dicentis. intelligerem verum, quando cauſa eſſet leuis, ſecus ſi ardua, quia tunc aliter eſſet probanda vicinitas, maximè quando vicinitas eſſet fundamentum ſui dicti, & hoc ideo, quia vicinitas iſto caſu non probaretur niſi per vnum teſtem, cuius teſtimonium in præiudicialibus non facit fidem ſecundum do. Io, ſuprà in ſexta parte huius tract. in 2. fall. Petrus de Moncada.*

d Duo effectus. *Adde quòd iſtoſmet effectus ponit Fel. in c. literis, de præſumpt. vbi no. tractat quæſtionem, de qua hic per do. Io. quem omninò videas. Petrus de Moncada.*

TRACTATVS DE TESTIBVS D. IOANNIS CROTI, ADDITVS PER DOMINVM PETRVM DE MONCADA HISPANVM.

PARS NONA.

SVMMARIVM.

21 *Teſtimonium de auditu an & quando probet.*
Teſtimoniũ de auditu eſt contra ſeu præter regulas iuris, & formam, nec dicitur propriè teſtimonium.
Teſtis deponere debet de his quæ nouit, vidit, & interfuit.
Excedentia hominum memoriam, & quæ hominis vita capere nõ poteſt, per teſtimoniũ de auditu probantur.
Conſanguinitas, vel affinitas probantur per teſtimoniũ de auditu.
Teſtimonium de auditu facit indiciũ, & præſumptionẽ, quia transfert onus probandi in aduerſarium.
22 *Teſtis dicens ſe ſcire id quod deponit non per certam ſcientiam, ſed per auditum & famam, probat.*
23 *Teſtimoniũ de auditu vt validum ſit, quæ requirantur.*
24 *Iudicibus duob. ordinarijs diuerſas ſentẽtias proferẽtibus, ſentẽtia pro reo lata tenet, niſi in cauſa fauorabili.*
Intellectus ad l. duo ſunt iudices. ff. de re iudic.
Iudex in paritate teſtium, quibus debeat adhærere, & an ſit in illius arbitrio.
Teſtes duo tabelliones pro actore plus operantur, quàm duo non tabelliones pro reo.
Teſtium auctoritas an multitudinem ſuperat.
Teſtis clericus cæteris paribus præfertur laico.
25 *Teſtis ratione producentis efficitur dignior.*
26 *Teſtis vtrum poßit iurare per procuratorem.*
27 *Præſentandus epiſcopo, vel alteri habenti ius inſtituendi in beneficio, an ſit exhibendus ſenſibus corporeis, & ſic debeat corporaliter præſentari.*
28 *Teſtis an poßit deponere per ſcripturam.*
Mutus an in ciuilibus cauſis poßit eſſe teſtis.
29 *Confeßio pœnitentialis, & ſic peccatorum quæ fit pro remedio animæ, an in ſcriptis fieri poßit.*
30 *Teſtis ſi ſemel in vna cauſa depoſuit, & iterum in alia cauſa producatur ſuper eodem articulo, & dicit, dico prout dixi in alia cauſa, an probet eius dictum.*
31 *Exceptio falſi oppoſita contra teſtes, an impediat, & vitiet proceſſum ritè, & rectè factum.*
32 *Teſtes an neceſſarij ſint in actibus iudicialibus.*
33 *Teſtes an in actis qui fiunt in conſilijs publicis ſint neceſſarij.*
34 *Teſtis falſum deponens tam in cauſa criminali, quàm in ciuili, ſiue clericus ſit, ſiue laicus, qua pœna ſit puniendus. Et quid ſi depoſuit contra fiſcum. nu. 38.*
35 *Teſtis interrogatus, an ſit inimicus partis, reſpondens quòd non, cùm eſſet, an pœna falſi ſit puniendus.*
36 *Argumentum ab abſurdo validum eſt in iure.*
37 *Fiſcus, Princeps, & Reſpu. pari paſſu ambulant, & quaſi pro eodem reputantur.*
Animus magis quàm factum cõſideratur ad incurrendum pœnam l. Corneliæ de ſicarijs.
38 *Iudex competens ad puniendos teſtes falſos eſt ordinarius habens merum & mixtum imperium.*
39 *Quid autem in delegato?*
40 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis an poßit punire teſtes falſum coram eo deponentes.*
41 *Quid de arbitro?*
Teſtis ſemel repulſus à teſtimonio propter falſitatem, an efficiatur infamis, ita quòd in alia cauſa repellatur.
Statuta duo ſi ſint, quorum vnum dicit, vt teſtis poßit accuſari de falſo infra menſem tãtùm: aliud verò, quòd de falſitate quis poßit accuſari infra decem annos, an vigore iſtius vltimi ſtatuti teſtis poßit accuſari de falſo poſt menſem.
42 *Teſtis qui cum vero miſcuit falſum, an totũ eius dictum vitiet, vel partem tantùm.*
43 *Rex recognoſcens ſuperiorem, an poßit facere quòd capitula, in quibus teſtes verum dixerunt, non vitientur propter vnam falſitatem. Et quid in Papa.*

Rex Hiſpaniæ ſuperiorem non recognoſcit, & tantam poteſtatem habet in ſuo territorio, quantam Imperator in vniuerſo. Et poteſt facere, vt capitula, in quibus teſtis verum dixit, non vitientur propter vnam falſitatem. Et idem eſt de Rege Franciæ, & Rege Angliæ.

44 *Teſtis, qui depoſuit verum, et aſſignauit cauſam per ſenſum corporis, puta viſum, vel auditum, ſi quantum ad cauſam, ſuper qua deponit, conuincitur de falſo, an ſit puniendus, vt falſarius.*

45 *Inſtrumentum pro parte verum, & pro parte falſum, an totum vel pro parte tantùm vitietur remiſsiuè.*

46 *Statutum ſi diſponit quòd in certis cauſis, puta minorum, non admittantur teſtes, niſi ſint omni exceptione maiores, an probant ſimpliciter per teſtes, nō aliter probando eos omni exceptione maiores obtinere debeat.*

47 *Accuſans aliquem de homicidio, puta quòd ipſe occîdit Caium, an obtinere debeat, ſi probat quòd eum per aliū occîdi fecit, & quid ſi accuſaret aliquem de aſſaſsinamento in terminis, cap. 1. de homici. libr. 6. & non probaret aſſaſsinatum Chriſtianum, & qualiter probetur quis Chriſtianus remiſsiuè.*

Mandans aliquē occidi, an puniatur eadem pœna, qua & ipſemet faciens.

48 *Statutum diſponens quòd pro homicidio facto in territorio villæ, teneatur villa, non habet locū quando in territorio homo mortuus reperitur, quia potuit alibi eſſe occiſus, & ibi portatus.*

Teſtes producens iuris præſumptionem pro ſe habet.

49 *Qualitas aliqua vbicunque requiritur ad eſſentiam alicuius actus, illa eſt probanda ad hoc, vt actus plenè probetur.*

50 *Statutum ſemper debet taliter interpretari, vt aliquid addat iuri communi.*

51 *Exceptio contra teſtem oppoſita per partem quòd eſt infamis, ribaldus, criminoſus, &c. nō probata, an faciat eum teneri iniuriarum actione.*

Bonus quilibet præſumitur niſi contrarium probetur.

Proteſtatio, ſiue præcedens, ſiue ſubſequens contraria actui qui geritur proteſtantem, non releuat.

52 *Officium teſtis an ſit publicum, & neceſſarium, & qualiter hoc procedat.*

53 *Spoliatus à iudice an poſsit reſtitutionem in integrum petere.*

54 *Verba plura iniurioſa ſimul aduerſus vnum proferens, an teneatur pro vna iniuria tantùm, vel pro pluribus.*

55 *Statutum diſponens quòd qui blaſphemauerit Deum, puniatur in decem, & qui beatā & immaculatam Mariam virginem, in decem, & qui Sanctos, in decem, an comprehendat quoad omnes pœnas illum, qui vnico impetu omnes blaſphemauit.*

Denunciatio triplex facta, per creditorem debitori vno contextu verborum dicendo, ſolue, ſolue, ſolue, non habet vim, niſi vnius interpellationis, ſeu denunciationis.

Petens Apoſtolos, & dicens: Apoſtolos peto, & iterum peto, & cum inſtantia peto, non videtur inſtanter petere.

56 *Paſtori, ſeu caprario, an ſit credendum ſuper morte animalium, & an ſufficiat portare pelles ad ipſius excuſationem.*

57 *Teſtes ſi ſunt examinati ſuper percuſsione, vel vulnere facto inter duos rixantes, & dicunt quòd non viderunt quando fuit facta percuſsio, ſeu vulnus, ſed viderunt eos inuicem rixātes, & ſtatim ceſſata rixa viderunt vnum eſſe percuſſum, an probent illum vulneratum, & ex tali probatione reſultet indicium ſufficiens ad condemnationem.*

58 *Iudex vbicunque mouetur ad condemnandum, ex præſumptionibus violentis, vel ex indicijs indubitatis, nunquam debet imponere meram pœnam delicti, ſed minorem.*

59 *Notario an plus credatur, qui vno modo ſcripſit quàm teſtibus dicentibus alio modo depoſuiſſe.*

60 *Teſtibus an ſint expenſæ miniſtrandæ, & per quem.*

Expenſæ teſtium arbitrio iudicis ſunt taxandæ.

61 *Vectura equorum an ſint teſtibus taxandæ.*

62 *Et an in iſtis expenſis habeatur ratio expenſarum, quas domi teſtes facturi eſſent.*

63 *Et an debeantur ſimiliter notario, qui ex mandato iudicis vadit ad domum teſtium.*

Et quid, ſi ipſe iudex vadit, an expenſas habere debeat.

64 *Et quid, ſi pars conuenit cum teſte de certa ſumma pro die, & ſoluit pro 20. diebus, & teſtis fuit abſolutus intra decem, an reſiduum teneatur parti reſtituere.*

65 *Et quid, ſi teſtis in eundo, & redeundo paſſus eſt damnum.*

66 *Iudex ex officio recipiens teſtes, an expenſas de publico illis miniſtrare teneatur.*

Iudex mittens cauſam conſulendam Doctori, motu proprio cuius expenſis hoc faciat, et an hoc in dictis partibus poſsit.

67 *Iudex qui temerè, dolo, & lata culpa contra aliquem proceſsit inquirendo: tenetur in ſyndicatu ad omnes expenſas, & intereſſe illi inquiſito.*

SCIAS mi candide lector, quòd do. Ioan. Crotus de Monteferrato amplius ſuper iſto tractatu morte præuentus nō ſcripſit, & huic tractatui euenit illud quod tractatui Bar. ſimiliter de teſtibus quem morte præuentus non perfecit, vt refert Bald. in l. edita. C. de eden. in penultim. col. in repet. Patauina. & in l. de quibus. ff. de legi. & Alex. in addi. ad Barto. in l. qui teſtamento. §. & veteres. ff. de teſta. in addi. magna. & Felin. in c. cùm cauſam. de teſti. in 7. colum. tamē ne opus quodammodò remaneat imperfectū circa quæſtiones, pro communi omnium ſtudentium vtilitate, nonnullas hîc annotabo ſcitu dignas & neceſſarias in materia, ego Petrus de Moncada Hiſpanus Iuris Canonici & Ciuilis diſcipulus, ordinem tamen domini Ioannis reſpectu numeri ſequendo.

SECVNDO igitur quæro, vidiſti ſuprà in decimoquinto requiſito, quòd ad hoc vt dictum teſtis valeat, requiritur quòd ipſe oculis corporeis viderit actum, ſuper quo depoſuit. ſed nunc ego quæro, pone quòd non vidit actum, ſed audiuit, vtrum teſtimonium de auditu † ſit validum. Pro 21
cuius declaratione præſuppono quòd teſtimonium de auditu eſt contra ſeu præter regulas iuris & formam, nec dicitur propriè teſtimonium, ſecundum gloſſ. in l. in ſumma. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. debet enim teſtis deponere de his quæ nouit, vidit, & interfuit, vt in c. teſtes. 3. q. 9. & l. teſtium. C. de teſti. & intellige de auditu au-

ditus, ſcilicet de auditu alieno, quia vbi res perceptibilis auditu & teſtis audiuiſſet proprio ſenſu. vnde valeret eius teſtimoniũ de auditu, vt in c. 2. de conſue. & in c. tanquam, de teſti. not. per Pan. in c. licet ex quadam, de teſti. in 2. no. Imò dicit gloſ. in c. hoc videtur. 22. q. 5. quòd quando teſtis proprio ſenſu audit contrahentes non eſt teſtimoniũ
21 de auditu. quam declara vt per Specu. iuncta addi. in fi. de teſte. §. 1. verſi. item quòd non prohibet teſtimonium de viſu. ſequitur eam Panorm. in c. quoties, de teſti. in 3. col. iſtis ſic præſuppoſitis ſacio regulam quæ talis eſt. Teſtimonium de auditu regulariter non valet, vt not. in iuri. ſuprà alleg. & per Spec. in loco, & per Ant. de But. & Imo. & Are. cum concor. de quibus ibi per Fel. in c. tam literis, de teſti. Iſta regula fallit in aliquib. caſibus.

Et primò fallit in his quæ excednnt hominum memoriam, & quæ hominis vita capere non poteſt, vt ſi excedat tempus centum annorum. argumento l. fi. C. de ſacroſan. eccle. Ita no. Io. An. Hoſtien. Ant. de But. & Panor. in c. licet ex quadam, de teſti. Bar. in l. ſi arbiter. ff. de proba. Panor. in c. cùm cauſam. de probat. & per Areti. in d. c. tam literis, & per Alex. in cõſil. 331. incip. in hac cauſa & lite, in ſecundo volu. in fina. col. & in conſilio 116. incip. perſpectis. in 5. volu. in final. col. Et hoc eſt intelligendum, dummodò vltra teſtimonium de auditu concurrat ſama cum alijs adminiculis, vt per Ioannem An. Panormita. & Feli. in d. c. licet ex quadam.

Secundò fallit, cùm agitur de probanda conſanguinitate vel affinitate, vt eſt text. in d. c. licet ex quadam, quod qualiter procedat, & rationem ſpecialitatis vide ibidem per Docto. & in c. tua. de conſangui. & affini. & per Alexan. in conſilio 82. incip. in cauſa vertente. in 2. col. in primo volum. vbi dicit quòd iſto caſu oportet quòd perſonæ ſint graues, & habeant etiam alia requiſita, de quibus in d. c. licet ex quadam.

Tertiò fallit quoad faciendum iudicium & præſumptionem, nam licet plenè non probet, facit tamen talem præſumptionem quòd facit tranſire onus probandi in aduerſarium. Iſtud fuit mirabile dictum Archi. in c. hoc videtur. 22. q. 5. de quo exclamat Ludoui. Roma. in ſingu. 350. incip. teſtimonium de auditu. ſequitur eum Felin. in c. tam literis de teſti. in fin. col. & Fran. Curt. in ſuo tract. de teſti. in 31. conclu. Et teſtis de quo auditu faciat coniecturam ſeu præſumptioné tenet Paul. de Caſt. in conſilio 17. incip. in cauſa quæ vertitur Parmæ. in 11. col.

Quartò fallit in caſu, de quo per dominos de Rota in nouis deciſ. deciſio. 113. vbi dicunt quòd in poſſeſſorio ſufficit teſtimonium de audita parte, quòd poſsidens rem ſpoliatam, vtputa quòd ipſa pars ſe iactauerit de ſpolio ſacto, vel etiam abſque iactatione. argumento no. in capit. licet ex quadam. de teſti. & in c. quam ſit. de exceſsi. præla. quos refert & ſequitur Feli. in c. tam literis. de teſtib.

Quintò fallit in ꝓbando hæredé fraudaſſe hæreditatem. tex. eſt in §. ſi verò abſunt. in Auth. de hæredi. & falci. quem ad hoc allegat Archi. in d. c. hoc videtur. in 1. col. & Fel. in d. c. tam literis.

Sextò & vltimò fallit, quando teſtes interfuerunt examinationi teſtium receptorum ad perpetuam rei memoriã, quia eis creditur ſuper examinatione & etiam ſuper dicto, licet deponant de auditu. Ita no. Imo. & Anto. de But. in c. ſignificauit. de teſti. & dicit Imo. ibi, iſtum caſum eſſe ſingularem & mirabilem in quo admittitur teſtimonium de auditu propter iudicis auctoritatem ibi interuenientem. ſequitur Feli. in d. c. tam literis. pro quo vide quę dixi in apoſt. ad do. Io. ſuprà in 7. parte. in 4. requiſito.

Notabis † tamen quòd non vitiatur dictnm teſtis, ſi dicat ſe ſcire id qnod deponit, non per certam ſcientiam, ſed per auditum & ſamam. text. eſt & ibi no. Anto. de Butr. Imo. & Fel. in c. præterea, de teſti. Et ideo ſi teſtis dicat, ſcio pro certo talem eſſe filium Titij, licet vera ſcientia in eo de hoc nõ ſit, non tamen erit periurus, nec teſtimonium vitiabitur, quia intelligitur ſcio pro certo eo modo quo ſciri poteſt per auditum & ſamam. Ita no. Bal. in l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & Felin. in c. per tuas, de probatio. in fi. col. & in c. 1. in 1. not. poſt Abba. ibi de ſumma Trinita. & fide Catho. vbi plura circa hunc propoſitum accumulat, quem videas. 22

Notabis etiam ꝙ omni † caſu in quo teſtimonium de auditu valet, oportet quòd teſtes audiuerint ante litem motam, quia ſi poſtea non probarent ſecundum Archi. in c. conſanguineus. 25. q. 6. Roma. in ſing. ſuis ſo. 9. & 22. 23

Tertiò quæro. † Tu ſcis quòd duobus iudicibus ordinarijs diuerſas ſententias proferentibus tenet ſententia lata pro reo, niſi in cauſa libertatis, dotis matrimonij & teſtamenti. text eſt in c. fi. de ſen. & re iudi. & in l. inter pares. ff. eo. nunquid erit idem in teſtibus? dicas quòd ſic, quia idem fauor adhibebitur atteſtationibus, ſicut rei iudicatæ. & fauorabiliores atteſtationes præferẽtur. nec ab alijs elidentur. tex. eſt valde no. in l. lege Iulia petronia. ff. de manumiſſ. quem ad hoc allegauit Bal. in l. cùm magiſtratus, in fi. col. C. quando ꝓuoca. non eſt neceſſe, & in c. primo. §. promotiones, in titu. hic finitur lex Corra. & eum ſequitur Ale. in l. de die. 1. col. ff. qui ſatiſd. co. & Feli. in d. c. fi. de re iudi. in 2. col. & in c. in noſtra de teſti. in 1. col. & in c. ex literis. de proba. in not. & Fran. Cur. in tract. de teſti. in 21. conclu. 24

Et ſubdit eleganter Bald. in dicta l. cùm magiſtratus, quòd quando probationes ſunt omnino pares, eſt in poteſtate iudicis adhærere alteris, & alteris non, dummodò cauſam adhæſionis ſaciat actis apponere. & ita dicit quòd debet intelligi quod not. in l. duo ſunt indices. ff. de re iudicata. & ſi cauſa non exprimeretur retractaretur ſententia, quæ in dubio ferenda eſt pro reo? vt dictis iuribus. & in c. ex literis. de probationib. Idẽ ſi cauſa adhæſionis non eſſet ſufficiens. Dicit tamen Aret. in c. cùm tu. de teſtib. in fin. quòd iſtud de expreſſione cauſæ eſt vtile, quando iudex vult proferre ſententiam pro actore: ſecus ſi pro reo, quia abſq; expreſsione cauſæ hoc deſinit facere. Sed quid ſi non appareret quis eſſet actor vel reus, vt in caſu c. ex literis. de probationib. iuncto c. licet cauſam. tunc dicit Are. optima eſt cautela. Bal. ne videatur

par-

partem grauaſſe.pro quo vide Barto.& Ange.in l.
Lucius.ff.de infamibus.& Feli.in dict.c.in noſtra.
de teſtib.& Fran.Cur.in ſuo tract.de teſtib. in vi-
geſima concluſione.

Sed quæ eſſet iuſta cauſa adhæſionis, fortè poſ-
ſet dici illam iuſtam, quando diſparitas eſſet in te-
ſtibus reſpectu qualitatis, vtputa ſi duo teſtes tabel
liones eſſent pro actore, & duo non tabelliones
pro reo, quia præferuntur tabelliones.gloſſ.eſt in
Authenti.de hæredi & falci. in §. ſi verò abſunt,
in verbo, tabularijs. notat Baldus in Authentica.
ſed cùm teſtator.C.ad legem falcidiam.Fel. in di-
cto c.in noſtra.Franciſcus Curtius in ſuo tract.in
decimaſeptima concluſione. Nimirum ſi iſto ca-
ſu præferret iudex actorem reo, quaſi melius vi-
deatur probaſſe, quia tunc reo fauẽdum eſt quan-
do ſumus in dubio, vt in regula, cùm ſunt partiũ
iura obſcura, de regu.iuris, libro ſexto. Sed quan-
do adeſt qualitas, de qua ſuprà, non ſumus in caſu
dubio: ergo idem eſſet dicẽdum quando duo no-
biles eſſent pro actore: duo autem ruſtici pro reo,
quia præferuntur nobiles.textus eſt in lege tertia,
in principio. ff.de teſtibus. notat Franciſcus Curt.
in ſuo tractatu de teſtibus, in decimaſexta con-
cluſione.

Idem ſi duo Cardinales eſſent pro actore, &
duo ſimplices clerici pro reo ſecundum Bal.in l.
teſtium.C.de teſti.Idem eſſet ſi duo eſſent omni
exceptione maiores, alij verò ſuſpecti, quia præci-
puum eſt in teſte morum grauitas ſuper omnia a-
lia accidentia fidem faciẽs. ſecundum Bal. in l. in
bonæfidei.C.de reb.credi. Idem eſſet dicendum,
quando teſtes actoris eſſent ſeniores, quàm teſtes
rei, quia data paritate nobilitatis & honeſtatis prę-
feruntur ſeniores. gloſſ.eſt not. in l. cùm quid. ff.
ſi cert.peta.quam ſequuntur ibi Bart. & commu-
niter Moder.& Fran. Cur. in ſuo tracta. in 8.con-
cluſ.Idem eſſet dicendum quando duos teſtes ha-
bentes filios ſtarent pro actore, & duo nõ haben-
tes ꝓ reo, quia primi præferuntut ſecundum Bal.
in l.in albo.C.de decurio.lib. 10. & hoc ideo quia
videntur habere animum magis appenſatum.Iſtud
dictum refert & ſequitur Iaſ.in l.1.ff.ſol.matri.in
1.lectu.in 4.col.pro quo facit l.ſpurij.§.final.ff.de
decurio.ſuper quo tamẽ cogitabis, quia licet in ca-
ſu d.l.in albo præferantur habentes filios non ha-
bentibus.tamen illa prælatio non eſt niſi reſpectu
proponendi primo non vt vox habentis filios ſit
iſta de cauſa magis tenenda, prout eſſet in caſu no-
ſtro, in quo tractamus de effectu. Et ſi vis videre
plura in materia prælationis teſtium, vide per Fel.
in d.c.in materia teſti. remanet ergo ex prædictis
concluſio quòd diſparitas teſtium reſpectu quali-
tatis eſt iuſta cauſa adhæſionis. Or audi contra
prædictam conclu.facit gl. ſingu. & communiter
approbata in c.clerici.81.diſtin. quæ dicit quòd ſi
duo clerici probant me commiſiſſe fornicationẽ
in tali loco, & tali die.& duo laici probant quòd
illo die eram ſecum in alio loco. quòd præferun-
tur laici, quia ſtant pro.ecce ergo ibi eſt diſparitas
in qualitate inter teſtes actoris & rei, nam teſtes a-
ctoris ſunt clerici qui ſunt in dignitate conſtituti,
vt in c.denique.4.diſtinct.& cæteris paribus præ-
feruntur ſecundum Anton.de Butr. in c.2. de e-
lectio.& Franc.Cur.in tract.de teſti. in 10.conclu-
ſio.imò quod fortius eſt vbi pręſentia clericorum
deſideratur, & haberi nõ poteſt, ſuppletur per lai-
cos, dummodò perſonæ graues exiſtant, vt dicit
tex. in d.c.clerici, in fi.& tamen his nõ obſtantib.
præferuntur laici ipſis clericis eo ſolo quòd ſtant
pro reo: ergo in caſibus de quibus ſuprà dictũ eſt,
iudex adhærendo parti actoris iſta de cauſa, non
iuſtè videtur adhærere. Ideo dicebat Panormita.
in c.ex literis, de probationibus. quòd quãdo da-
tur modicus exceſſus in teſtibus, prout eſt in caſu
d.c.clerici.iudex nõ debet præponere teſtes acto-
ris, ſed debet velle potius errare in abſoluendo,
quàm errare in condemnando.argumento c.alle-
gant.26.q.7.His tamẽ non obſtantibus teneo præ-
dictam conclu. intellectam, prout infrà appare-
bit.& ad gl.in dicto c. clerici, reſpondeo, & dico
quòd ſi benè ponderetur d. glo. inter teſtes acto-
ris & rei non erat diſparitas: nam attenta perſona
rei quæ erat eccleſiaſtica, teſtes laici qui aliàs erãt
diſpares efficiuntur quodammodò pares ſecun-
dum Hoſtien.in cap.in noſtra. de teſtib. qui dicit
† quòd ratione producentis teſtes dicuntur di- 25
gniores.cùm ergo teſtes laici iſto caſu æquiparen-
tur teſtibus clericis, nimirum ſi ſententia fertur
ꝓ reo in dubio. Et hoc non ſolùm fit propter te-
ſtimonium laicorum tantùm ſtantium pro reo:
ſed quia concurrebat præſumptio continentiæ:
nam clerici licet non expreſsè, tacitè tamen pro-
pter receptionem ſacrorum ordinum vouent con
tinentiam, iuxta text. & ibi no. in c. cùm olim, de
cleri.coniuga.Item concurrebat grauitas iſtorum
laicorum, quæ ſola facit eos æquiparari clericis, vt
dicit text. in d.c.clerici. in fi.data ergo paritate cũ
iſto laicorum dictum ſit magis conſonum iuri
communi propter præſumptionem continentiæ
præferri debet dicto aliorum clericorum ſecun-
dum Innocen.in c.auditis, de præſcriptio. quem
refert & ſequitur Pan.in c.licet.de probatio.in 10.
not.vnde cùm ibi accuſaretur de fornicatione ni-
mirum ſi ad eam purgãdam iuncta iuris præſum-
ptione & pro reo præferuntur laici ipſis clericis,
quia plura concurrunt vt vides. Et quòd d. gl. lo-
quatur in clerico patet maniſeſtè ibi in finalibus
verbis.& per gloſſ.in c.in decima.18. q. 2. & iſtam
reſponſionem ad d.gloſſ. licet non ita clarè repe-
rio tenere Areti.in c.3.de proba. quem ibi ſequi-
tur Feli.in vlti.not.& in dicto c.in noſtra, in 1.co-
lum.vera ergo erit concluſio ſuprà poſita, dum-
modò diſparitas verè & realiter detur inter teſtes
vt dictum eſt, & paritas ſimiliter detur inter par-
tes.tene menti, quia habes gloſſ.in dicto c.clerici.
plenius quàm fortaſsis alibi declaratam.

Quartò, vtrum † teſtis poſsit iurare per pro- 26
curatorem? & videtur dicendum quòd ſic, dum-
modò procurator habuerit ſpeciale mandatum,
cùm ipſe teſtis iſto caſu videatur iurare iuxta not.
per Io. An.in c.fi.de iura.calum.libr.6.Præterea is
verè facit cuius nomine fit.text.eſt præ cæteris ad
hoc melior in iure in c.mulieres.de ſententia ex-
commu.ſed iura nil aliud requirunt quàm vt te-
ſtis verè iuret in cauſa, in qua deponit: ergo hoc
poterit per procuratorem.

Contrarium tamen eſt verum, quia vbi requi-

ritur pro ſorma iuramentum proprium, non ſuf-
ficit iurare per procuratorem, etiam habentẽ ſpe-
ciale mandatum, tex. eſt not. in c. licet ex quadam,
de teſti. & ita not. ibi Pet. & communiter Doct. ſe-
cundum Panor. ibi per illam literam proprio iu-
ramento. &c. Idem ꝓpriè & in terminis teoet Bar-
to. in l. ſed ſi vnius. §. ſeruus meus. in 2. colum. ff.
de iureiuran. Idem etiam tenet Barto. in l. qui bo-
na. §. ſi alieno, in fi. col. & ibi Alexan. ff. de damno
infecto. allegat l. 3. §. idem diuus. iuncta gl. in ver-
bo, teſtimonijs. ff. de teſti. Idem tenet Bal. in Ru-
bri. ff. de iureiuran. io 1. colum. & Roma. io ſingu.
ſuis ſingu. 8. & Archidia. in c. vt circa. de electi. lib.
6. & Feli. in dicto c. licet ex quadam. & dominus
Marchus Aoto.. Baueri. in tractatu de viri. & vir-
tu. iuramen. in 18. col. quamuis alleget in contra-
rium Ludo. Roma. in ſingu. 9. & nouiſsimè dom.
Hipp. de Marſ. præcep. meus in l. de minore. §. plu
rimum quoque. ff. de quæſt. in 1. col. Et. ratio eſt,
quia lex requirit quòd teſtes per ſe proprio iura-
mento & tactis ſacroſanctis euangelijs iurent, &
non per alium, vt in c. teſtes. 3. q. 9. quo caſu non
poteſt per alium iurare, quamuis haberet ſpeciale
mandatum, quia hoc fit ad maiorem terrorem, &
vt iudex ex trepidatiooe & vultu teſtis melius cõ-
prehendat veritatem, pro quo vide omninò Do.
in d. c. vt circa. Et ad allegata in contrarium faci-
lis eſt ſolu. quia procedunt & habẽt locum quan-
tum ad periurium & incurreodum peccatum, ſed
in caſu noſtro vltra hoc requiritur perſonalis pręſentia,
27 ꝓut in ſimili dicitur de præſentando † per
patronum qui corporaliter debet præſentari epiſ-
copo ſeu habenti ius inſtituendi, vt eſt gloſſ. oo-
tab. in Cle. dudum, de ſepul. in verbo præſenta-
ri. quæ dicit quòd ille dicitur præſens, qui præbe-
tur ſenſibus corporis. allegat l. 1. io prin. ff. de ver.
oblig. & illam gl. ſummè not. Panor. ibi io ſuis re-
collectis. & in c. ea noſcitur de his quæ fiunt à præ-
la. ſine conſenſu Capitu.

Sed nunquid quid quod dictum eſt de procu-
28 ratore habebit locum † in ſcriptura, ſcilicet vt va-
leat dictum teſtis qui ſuum teſtimoniũ in ſcriptis
miſit iudici. Pan. & Imo. in c. de teſtib. eod. titu. de
teſti. tenent quòd nõ per c. relatum. 5. q. 2. ibi nec
teſtimonium vllum per ſcripta poſſe proferre &c.
& c. teſtes. 3. quæſtione 9. idem tenet Bald. in Ru-
bri. de teſti. Anto. de But. in c. 1. in fi. de teſti. cog.
Specu. in tit. de teſte. §. nunc tractandum. verſicu.
quid de muto. & ibi Io. An. Panormi. in c. à nobis,
qui matrimoni. accuſa. poſſunt. & dixit Bald. in l.
in bonæfidei. C. de reb. credi. in 3. col. quod talis
teſtis nullo modo probat etiam ſi prius iuraſſet in
iudicio. ita etiam tenet Felio. in d. c. de teſti. in pe-
nulti. col. & dominus Hippo. de Marſi. in dicta l.
de minore ſuprà alleg. Et iſta eſt commuois coo-
cluſio quidquid dixit Bar. in l. Theopompus. ff.
de dote præleg. & Ant. de But. in d. c. de teſtib. iſta
coocluſio fallit in aliquibus caſibus.

Et primò fallit, quantum ad præſumptionem
faciendam, qoia illam operatur tale teſtimonium
ſecundum Hoſtien. Ant. de But. & Imo. in cùm in
eccleſijs, de maio. & obedien. facit dictum c. à no-
bis, qui matri. accu. poſſ.

Secundò fallit in muto & in non valentibus lo-
qui ex accidenti, qui ſciant tamen ſcribere ſecun-
dum Spec. io d. verſicu. quid de muto. & Anto. de
But. in c. cùm apud, de ſponſa. & Stepha. Aufre. in
tractatu de teſti. reproba. in verbo, malæ vitæ io 2.
col. & hoc in cauſis ciuilibus. quid autem io teſta-
mentis vide Io. Fab. in §. teſtes. Inſtit. de teſta. dixi
remiſsiuè ſuprà in addi. ſub nu. 21. ſuper qua limi-
ta. cogita quia Spec. in d. loco videtur vltimatim
recedere ab illa opi.

Tertiò fallit, niſi ageretur de probanda fama
alicuius extraiudicialiter, quia poterit probari per
teſtes deponẽtes per ſcripturam ſecundum gloſſ.
in dict. c. relatum. 5. q. 2. per c. extraneo, & c. horta-
mur. 91. diſtin.

Quartò fallit niſi eſſent teſtes qui haberent de-
ponere de peritia artis quia iſti poſſuot deponere
per ſcripturam. ita probat text. in l. prima, io fin.
cum l. ſeq. ff. ſi meſſor. fal. modo dixe. & ibi no-
tat Barto. Aduerte tameo, quia videtur quòd ille
tex. oon propriè loquatur in teſtibus, quia illi a-
grimeſſores ſunt electi à partibus, & potius ſunt
iudices quàm teſtes: vnde iurare non tenetur ſe-
cundum Anto. de But. in capitulo veoieos. el pri-
mo. de teſtib. ideo cogita.

Quintò & vltimò fallit, niſi teſtis vellet depo-
oere per ſcripturam ipſam legendo in præſentia
iudicis, quia tunc videtur ceſſare ratio. §. tormen-
ta. l. de minore. ff. de quæſtio. ſecundum Baldum
in l. iuriſiurandi. C. de teſtibus. in 2. colum. Pro
quo facit gloſſ. in c. quem pœnitet. de pœn. diſtin.
prima, † & in capitulo qualis. 30. quæſtione quinta. 29
quę dicit quòd quamuis abſens non poſsit coofite-
ri per ſcripturam peccata ſua, tamen ſi præſens ſit,
poteſt offerre & confiteri peccata in ſcriptis ipſi ſa
cerdoti. argumento §. ſed Calixtus. ſecuoda quæ-
ſtione octaua. vbi dicitur quòd quamuis per ſcri-
pturam nullus poſsit alium accuſare, ſed requiri-
tur ꝙ propria voce eum accuſet, tamen ſi accuſa-
tor præſens fuerit, & iudici literas ſuæ accuſatio-
nis ꝓpria voce legat, ſatisfacit, nec dicitur per ſcri-
pturam accuſare ſecundum Calixtum Papam. igi-
tur ita dicendum erit in propoſito ooſtro.

Contrarium tamen tenet Sali. in dicta l. iuriſ-
iurandi. & Areti. & Feli. in dicto capitulo de teſti-
bus. eodem titu. Et ratio eſt, quia teſtis taliter de-
ponendo, videtur dicere ſermonem præmedita-
tum, contra oot. in capitulo cùm cauſam, de teſti-
bus. & l. 3. §. idem diuus. ff. eodem titulo. & ibi Bar-
tol. & Doctores. & eſt iſta de cauſa teſtis ſuſpectus,
vt io dictis locis. & per Franciſc. Curt. in ſuo tract.
de teſtibus, in 14. concluſione. Item quia negari
non poteſt, quin melius diſcerni poſsit color vul-
tus & conſtantia teſtis. Si teſtificaretur propria vo-
ce abſq; ſcriptura quàm econtrà. Or audi, cogita-
bam iſtas opioiones cõcordare fœdere cuiuſdam
diſtinctionis, quæ talis eſt: Aut factum, ſuper quo
teſtis deponit, eſt valde inuolutum & implicitum
adeò quòd potius propter memoriæ fragilitatem
& inaduertentiam, quam dolo poſſet teſtis varia-
re, & iſto caſu procedat opinio. Bald. & hoc pro-
pter probabilem errorem, iuxta l. fin. & ibi Barto.
ff. de confeſſ. eò maximè, ſi teſtis eſt ſimplex per-
ſona & imperita, vt ſenſit gloſſ. in d. capitu. qualis,
dum vult quòd mulieri ſimplici permittatur pœ-
niten-

nitentia per ſcripturam. pro cuius gloſſ. declaratione vide Lancel. Galiau. in lege prima, in principio, in 17. colum. ff. de verborum obligatio. Et quòd opinio Bal. habeat locum iſto caſu tenet Areti. in dicto capitulo de teſtibus. Aut factum ſuper quo teſtis deponit nõ eſt inuolutum, nec implicitum & teſtis eſt perſona aliàs habilis ad omnia, & iſto caſu procedat opi. Salice. & ſequacium, quia ceſſat ratio, de qua ſuprà. tene menti.

Et in quantum ſuprà dixi, quòd teſtis qui deponit ſermonẽ præmeditatum dicitur ſuſpectus. limita iſtud non procedere in teſte bonæ famæ & opinionis, ſed in alijs. Ita not. limitat Bal. in tit. de pace conſtan. in §. fina. in principio. allegat nota. per Io. And. in capitulo nihil, de verborum ſigni. pro quo vide Fran. Cur. in ſuo tract. in 14. concluſione ſuprà allegata.

30 Quintò quæro. Teſtis † ſemel depoſuit in vna cauſa ſuper vno articulo, demùm proceditur iterum in alia cauſa ſuper eodem articulo, vtrum ſufficiat ſibi dicere, dico me tantũ ſcire quantum dixi in alia cauſa. Vel dico prout dixi in alia cauſa, an huiuſmodi teſtimonium valeat. iſta queſtio eſt nota. & quotidiana. Pro cuius deciſione debes ſcire quòd Bar. in l. eos. ff. de falſ. in penulti. colum. dicit iſtum punctum nõ reperiſſe tactum à Doct. tamen quòd ipſe putat eſſe in arbitrio iudicis admittere iſtam teſtificationem, ſi vult, ſicut aliàs teſtator teſtamẽtum quod antefecerat inualidum, poteſt confirmare ſine aliqua expreſsione verborum contentorum in primo teſtamento, vt l. prima. §. ſi filius familiàs. ff. de lega. 3. & lege quidam ex liberis. §. teſtamento. ff. de bono. poſſeſsio. ſecundum tabu. & l. quærebatur. ff. de teſtam. mili. Sed ſi iudex nollet admittere tale teſtimonium, quod poteſt ſi vult, fortè vt videat ipſe qua trepidatione, & qua conſtantia teſtis loquatur, vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſti. tunc dat conſilium ꝙ teſtis petat illas teſtificationes ſibi prius exhiberi, vt de dicenda veritate melius poſſet informari. argumen. l. ſi eùm exhibuiſſent. §. ante actorem. ff. de publi. & vectiga. & ibi notatis per eum. Dat etiam per alium conſilium, ꝙ teſtis ſemper in ſecundo teſtimonio dicat quòd ipſe dicit, prout nunc ſibi videtur, & ſi apparuerit aliter dixiſſe in alia cauſa ex nunc corrigit hoc ſecundum dictum, & reducit ad primum dictũ cum illo tunc melius recordaretur, iſtud vltimum cõſilium ꝓpriè quadrat quando teſtis ſimpliciter deponit, ſeu dixit dico, prout dixi in alia cauſa, quia illo tunc cadit benè illa proteſtatio: ſecus autẽ quando fecit ſibi exhiberi primas atteſtationes, quia tunc fruſtrà dico annectitur, cùm poſsit dicere, dico, prout hìc in iſtis atteſtationibus continetur: ſed quia hoc eſſet deponere per ſcripturam de quo ſuprà in proxima quæſt. Item, quia hoc depẽdet à poteſtate, & voluntate iudicis, nõ eſt inconueniẽs, imò vtile, cùm abundans cautela non noceat. l. teſtamentum. C. de teſtam. & ſic iſtud vltimum conſilium eſt vtile, & ſemper à teſtibus ſecundo loco deponentibus obſeruandum. Iſtam doctr. Bartò. ſequuntur Ant. de But. & Pan. in c. cùm in ſua. de teſt. in 2. col. & Bal. in l. geſta. in 2. col. C. de re iudi. & Sali. in l. iuriſiuran. C. de teſti. Paul. de Caſtr. in l. fi. in fi. C. de teſti. Alex. in l. aſſe toto. ff. de heredi. inſtituen. & idem Alex. cum concor. de quibus ibi per eum in l. legata inutiliter. in fin. princ. ff. de lega. 1. & Feli. in d. c. cum tua. in 2. colum. vbi atteſtatur iſtam eſſe communẽ opin. Contrarium tamen tenet idem Bal. in d. l. iuriſiurandi. in princip. cuius rationibus reſpondit Alex. in d. l. legata inutiliter. & Tindarus in tracta. de teſti. in 11. cap. 3. partis, vbi dicit quòd opin. Bart. quoad exhibitionem primæ depoſitionis eſt vera, quando teſtis eam petens eſt honeſta perſona: ſecus ſi ſuſpecta & malæ famæ, quia tunc nedum non eſt ei oſtendenda ſua depoſitio, ſed imò iudex debet cum eo alloqui, & conari eũ capere in verbis, ne ſua malitia ex dilatione data ad videndum primam depoſitionem habeat locum. Ita no. eleganter Az. in ſumma. C. de teſti. Idem tenet Bal. in l. fi. C. de teſti. in fin. colum. & Alex. ibi in addi. Remanet ergo concluſio firma, quòd valet dictum teſtis dicentis dico prout in alia cauſa dixi.

Circa iſtam concluſionẽ oriuntur duo dubia. Primum eſt, nunquid ſi dictum teſtis taliter deponentis non fuit in alio iudicio publicatum poſſit eidem oſtendi & videtur quòd non, cùm vſque ad publicationem dicta teſtium ſint ſecretè tenenda propter periculũ ſubornationis poſt didicita teſtificata, iuxta tex. & ibi no. in c. conſtitutus, de teſti. & per totũ. contrarium tamẽ eſt verum, quia dato ꝙ dictũ iſtius teſtis non ſit alijs publicatũ, tamẽ ſibimet non eſt ſecretũ, imò publicũ. & ſemper fuit publicũ. Sicut in ſimili dicimus de iudice inquirẽte, qui poſt didicita teſtificata poteſt teſtes de nouo recipere ſecundum Inn. in c. cùm clamor, de teſti. & Bar. in l 2. §. ſi publico. in 5. col. ff. ad l. Iul. de adulte. & per d. Io. ſuprà in ſexto requiſito in 2. fallen. prima conclu. & in nono requiſito in quarta fallen. primæ concluſi. & per Tindar. in dicto ſuo tractatu de teſtibus, in tertia parte. e. decimo. & ratio eſt, quia ceſſat timor ſubornationis, nec iudici vnquam iſti teſtes ſeu dicta eorum fuerunt ſecreta, ſed manifeſta, ita ergo dicendum in teſte. Ita no. tenet Bart. & hi de quibus ſuprà in d. l. eos. ff. de fal. Non obſt. quod dicebatur de timore ſubornationis &c. quia iſtud eſt verum reſpectu partis, non autem in teſte.

Secundum dubium eſt, ſi primum dictum fuit nullum propter defectum ſolennitatis, & ſi teſtis dicat in ſecunda examinatione: Dico per omnia prout dixi in alia cauſa, an valeat huiuſmodi atteſtatio? Bartolus in l. legata inutiliter. ff. de legat. primo, in princip. ſentit quòd ſic per illum textum poſtea dicit, hoc dico non determinando. Angelus ſecundum quod ibi referunt Modern. dicit quòd iſta quæſtio determinatur per Bart. in d. l. eos. Iaſon verò ibi dicit quod no. per Bart. in d. l. eos, differunt à not. in d. l. legata inutiliter, quia Barto. in d. l. eos, loquitur quando teſtis in prima cauſa depoſuit ſolẽniter & legitimè. deinde in alia cauſa ſuper eodẽ articulo ꝓductus dicit, dico prout dixi in alia cauſa, in lege verò legata inutiliter loquitur quando primum dictum fuit nullum. Et ſic nullitas primi dicti eſt quod facit dubitare Bar. per conſequẽs dicendum eſt quod no. per Bar. in d. l. eos, nõ determinando

hanc quæſtionem, ſubdit ipſe Iaſ. quò alij in iſto propoſito nihil tangunt excepto Areti. qui dicit ſecundum eum quòd tale dictum non valet, quia aut teſtis fuit primò examinatus extraiudicialiter & inutiliter, & tunc non eſt dubium quòd nó valet, quia deficit induſtria iudicis tunc examinantis & nunc interrogantis. qui debuit facere, vt nunc teſtis extensè deponeret dictum ſuum, iuxta nota. in lege tertia. §. idem diuus. ff. de teſti. aut fuit teſtis in iudicio examinatus & inutiliter, & adhuc idem. quia non poteſt præſumi pro induſtria iudicis, qui omiſit ſolennem & neceſſariam examinationé, iuxta text. & ibi no. in l. 3. §. quæri poteſt. ff. de ſuſp. tut. pro opi. tamen Bar. in d. l. legata inutiliter. adducit Iaſ. not. per Bal. in l. alia, in 2. col. C. de his qui. vt indi. vbi quærit Bal. pone ꝙ aliquis confitetur referendo ſuam confeſsionem ad ea quæ continentur in quodam inſtruméto, & illud inſtrumentum non eſt ſollenne, nunquid dicta confeſsio valeat, & præiudicet confitenti. refert Inn. tenere quòd ſic, quia licet inſtrumentum non ſit ſolenne, nec ſufficiens ad probandum, tamen conceſsio rata manet, etiam ſi nó fiat abſolutè, ſed per relationé ad aliud. & ſic ad inſtrumentum non ſolenne, quia adeſt in confeſsione nunc ſolennitas: ergo valebit. arg. l. 1. ff. de conſt. pecu. & eum ſequitur Bal. in loco præall. & ita reſidet Iaſ.

Audi & aduerte, dicam quid ſentio in iſto articulo. Deinde relinquam cogitationi & ſpeculationi tuæ. & in primis dum Iaſ. dicit quòd Bartol. in dict. l. eos, loquitur quando teſtis primò depoſuit ſolenniter & legitimè, dico quòd in meo libro circa ſolennitatem primi dicti nullum verbú, ſed ſimpliciter loquitur: ergo malè dicit Iaſ. niſi ſaluando velis dicere quòd attento ꝙ in l. legata inutiliter. dubitat quando primum dictú fuit nullum, an valeat ſecundum referens ſe ad primum. ſequitur neceſſariò dicendum quod in l. eos. loquitur de ſolenni, aliàs nec ibi determinaret, nec alibi dubitaret. Iſta conſequentia tamen non eſt bona, quia poteſt eſſe quòd tempore quo cómentauit. l. legata inutiliter. dubitaret, & tépore quo legeret. l. eos. latius cogitando eiſdé terminis retentis determinaret, igitur. Secundò circa dubiú ppoſitum dico ſi rectè percipio quòd ſolum dubitatur quando primum dictum fuit nullum ex defectu ſolennitatis non prouenientis ex facto teſtis, ſed iudicis, quo caſu diſtinguo.

Aut de primo dicto conſtat & conſtare poteſt ſiue per ſcripturá authenticam, ſiue per teſtes qui interfuerunt examinationi, vt in caſu de quo dixi ſuprà in addi. ad d. Ioan. in 7. parte, in 4. requiſito. & tunc nó video quare nó valeat huiuſmodi teſtimonium. Si in iſto ſecundo iudicio omnia ſolenniter proceſſerunt, non obſtante quòd in primo dictum ſuerit nullum, dummodò teſtis quoad ſe rectè depoſuerit, quia ſtant iſta ſimul quòd teſtis benè & optimè depoſuerit quoad ſe, & quòd eius dictum ſit nullum, ſicut dicimus ꝙ poteſt eſſe inſtrumentum falſum & negocium verum, vt in l. 2. C. ſi ex fal. inſtru. & iſto caſu teſtimonium ſumet vires à depoſitione ſecundo loco & ſolenniter facta, & ab illa ad quam refertur ſolum ſumit verba, & rectè intuenti hoc voluit Bar. ſentire in d. l. eos, in exemplo dato per eum de teſtatore, qui fecit teſtamentum inualidum, nam ad hoc vt ſit bona ſimilitudo, & per omnia, oportet dicere ꝙ Bar. in q. de teſte, loquitur quando primum dictú fuit inualidum, aliàs fruſtrà allegantur ll. de quibus per eum, cùm omnes loquantur in diſpoſitione inualida, quæ abſq; verborum expreſsione loquor de verbis diſpoſitiuis, poteſt confirmari, iuxta no. ibi per eum. & Bal. & Pau. de Caſtr. & tamen vult Bart. quòd ſit in arbitrio iudicis approbare huiuſmodi teſtimoniú, quomodo poſsibile eſt, ſi referretur ad primum dictum ſolenne eſſet, ꝙ validitas teſtimonij eſſet in arbitrio iudicis, ſalté quoad effectum, licet ſit reſpectu trepidationis, & cóſtantiæ &c. igitur relatio ad primum dictum habebit locum quoad verba ſi de his conſtare poteſt, nó quoad ſolennitaté. Et pondera dum dixi ꝙ Bar. in l. eos, ponendo exemplum de teſtamento inualido ſenſit ſimiliter de dicto teſtis inualido, quia credo ꝙ ita eum intellexit Ange. in d. l. legata inutiliter, dum in quæſtione ibi per Barto. poſita, dixit ꝙ decidebatur per Barto. in d. l. eos. Pro cófirmatione iſtius opinionis conſidero conſilium vltimum Barto. quem rectè ponderando, ſolùm verba & merum factum comprehendit, vt patet in illis verbis, ꝙ tunc melius recordabatur. & ita intelligendo benè facit doctri. Bal. in d. l. alia. C. de his quib. vt indig. & hæc verba, quando iudex approbaret teſtimonium teſtis dicentis, dico prout in alia cauſa dixi &c. quia iſto caſu teſtis videtur deponere de nouo, & poſtquam ſolenniter dato ꝙ primum ſit inualidum valet huiuſmodi dictum. Iſtud ſentit expreſsè Pau. de Caſt. in l. 1. §. ſed ſi filiusfa. ff. de lega. 3. in ver. aduerte in primo membro.

Aut de primo dicto nó conſtat, vel ſi conſtat nó authenticè, & tunc non eſt dubium ꝙ non valebit ſecundum dictum. Ad adducta per Aret. Reſpondeo primò dum dicit, quòd quando teſtis fuit extraiudicialiter &c. dico ꝙ non deficit iudicis induſtria. iſto caſu intelligo de iudice nunc examinantis, patet, quia interrogauit eum quamuis ergo ſit in poteſtate iudicis facere deponere extensè teſtem, nó tamen propter hoc erit obligatus præcisè & neceſſariò ad hoc, quia non quidquid iudicis poteſtati cómittitur, iuris neceſsitati ſubijcitur. l. nó quidquid. ff. de iudi. Præterea dato ꝙ parti cópeteret aliqua actio aduerſus iudicem non extensè interrogantem, non propter hoc dictum teſtis erit inualidum, agat ſi poteſt ad intereſſe contra iudicem. Non obſtat etiam dum dicit quòd aut fuit in iudicio examinatus &c. quia dico iſtud eſſe verum, quádo ex primo dicto ſolum velimus indirectè in iſto ſecundo iudicio, quo caſu eſſet neceſſe quòd eſſet validum & ſolenne, tamen non ſumus in iſtis terminis, quia ex primo dicto ſolum verba prout dixi capiuntur propter memoriæ fragilitatem: ergo. Et ex his vt puto reſponſum videtur rationibus Aretin. ſuper quibus omnibus tu latiùs cogitabis.

† Sextò quæro. Pone quòd plenè probaſti in vna cauſa intentionem tuam per teſtes, demùm his non cótentus ꝑduxiſti alios teſtes qui falsè depoſuerunt, an exceptio falſi oppoſita contra iſtos habeat

beat impedire & vitiare proceſſum ritè & rectè fa-
ctum. circa iſtam quæſtionem & ſequētem remiſ-
ſiuè procedam. Vide ergo pro hoc no. per Bal. in
l. *1*. C. de quæſtio. & per Salicet. in l. ſi docuerit. C.
ad legem Cornel. de fal. cum concordan. de qui-
bus ibi.

32 † Septimò quæro, vtrum in actis, qui fiunt in
iudicio, requirantur teſtes?

Breuiter gloſſ. in cap. quoniam contra falſam,
de probatio. tenet quòd non, ſed creditur ſcriptu-
ræ notarij ſimpliciter. allegat in argum. c. *1*. *30*. q. *1*.
& Auth. ad hoc. C. de fide inſtr. & illam ſequun-
tur Ant. de Bu. Bal. Imo. & Panor. per text. in l. in
donationibus. C. de dona. Idem tenet Spe. in titu.
de inſtr. editi. in §. reſtat videre, quibus inſtrumen
tis &c. in *6*. col. & ibi Io. An. & in d. c. quoniam. Et
quia circa iſtam quæſtionem variant DD. tu vide
per te plenè no. per DD. in d. c. quoniam contra
falſam, & Bar. poſt glo. in l. ſi. C. de re iudi. & Bal.
in d. l. in donationib. & Pan. in c. ad audientiam,
de præſcri. & in quibus actibus habeat locum no.
33 in d. locis. An autem in conſilijs † ſeu actis cele-
bratis in conſilijs & in inſtrumentis requirantur
teſtes? & dicas quòd non. quando iſta acta & in-
ſtrumenta fiunt publicè & coram populo. Ita te-
net Spe. in præalleg. §. reſtat. allegat in argum. tex.
in l. *1*. C. de his qui in eccleſ. manumi. & in l. om-
nium, in prin. C. de teſtam. Idem tenet Fran. Curt.
in ſuo tract. de teſti. in *63*. conclu.

Octauò quæro. Suprà & infrà in pluribus lo-
cis facta fuit mentio de teſte falſo, & quòd poteſt
34 puniri &c. nunc quæritur, qua † pœna ſit punien-
dus teſtis falſum deponens, & per quē iſta eſt not.
quæſtio, in qua aduertendum eſt, nam prout ſcis
per dicta iſtorum teſtium falsè deponētium fiunt
furta clandeſtinè, cùm dictis ipſorum debeat iu-
dex acquieſcere, ſi aliud nō probatur, & hoc ideo,
quia habet iudicare ſecundum allegata & probata,
iuxta l. illicitas. in §. veritas. & ibi not. ff. de offic.
præſi. de quo latius & not. per gloſſ. in c. *1*. de offi.
ordi. & per gloſſ. & ibi Panor. & Feli. multa ad hoc
allegan. in c. paſtoralis. §. quia verò. de offi. deleg.
ſicque fit quòd miſeri domini rebus ſuis ad di-
ctum iſtorum ſpoliantur, vt verbis Iuſtinia. vtar.
in l. vni. in prin. C. de vſucap. transfor. Imò quod
fortius eſt, multi vita priuantur, quamuis inno-
centes ſint, quod quàm iniquum ſit vnicuique pa
tet, cùm ſanctius ſit nocentem impunitum relin-
quere, quàm innocentem condemnare, vt eſt tex.
in l. abſentē. ff. de pœn. & dixit Iac. Aegi. in proœ.
ſui tractatus de teſtibus. quòd teſtes falſi iniqui &
peiores ſunt furibus, latronibus, abigeis & qui-
buſcunque crimino ſis, ideo contra ipſos ſeueriter
agendum eſt, iuxta ſententiam diui Hadriani. de
qua in l. diuus Hadrianus. ff. de re iudica.

Dico ergo circa primum, quòd aut teſtis falſus
eſt clericus, aut laicus. ſi clericus, & accuſatur dire-
ctè de falſo criminaliter, tunc diſtinguo, aut teſti-
monium dixit in cauſa ciuili & pecuniaria, aut in
criminali. primo caſu per tres annos ſeparatus à
diuino miniſterio detrudendus eſt in monaſte-
rium. ſecundo verò caſu eſt clericatus honore
denudandus, & legitimis pœnis ſubijciēdus. text.
eſt in §. presbyteri. *5*. quæſt. *6*. & in c. ſi epiſcopus. l.
diſtin. & in l. presbyteri. iuncta Auth. ibi poſita.
C. de epiſcopis & cleri. & hoc ſecnndnm illa iura
habet locum tantum in epiſcopis, presbyteris &
diaconibus. in cæteris verò clericis dicit text. in d.
Authentic. presbyteri. quòd ſunt iure communi
officio eccleſiaſtico depulſi ſine delectu cauſæ,
verberibus coercendi. & quamuis ſubdiaconus vi-
deatur ſecundum illa iura venire appellatione cæ
terorum clericorum, puto tamen quòd ſit in eo
gradu, in quo diaconus iuxta tex. in c. à multis, de
ætate & quali. Quidam tamen intelligunt illa iu-
ra, dum dicunt legitimis pœnis, ſcilicet de quibus
in d. c. epiſcopus. & ſic de pœnis canonicis. Alij ve
rò intelligunt de pœnis ciuilibus, vt per gl. in d. l.
presbyteri. & ita etiam tenet Archidi. poſt do.
Hiſpa. in d. §. presbyteri. ecce ergo pœnam clerici
falſum deponentis. notabis tamen quòd non ſo-
lùm punietur pœna, de qua ſuprà, ſed etiam tene-
bitur ad omne intereſſe perueniens ex ſua iniqua
depoſitione, per regulam qui occaſionem damni
dat &c. Ita no. tenet Panor. in c. ſicut per illum tex.
de teſti. erit ergo in poteſtate partis agere contra
teſtem de falſo ciuiliter in quantū læſus eſt ex ſuo
falſo teſtimonio, iuxta l. qui nomine. ff. de fal. vel
criminaliter ad pœnam corporalem, & quòd cle-
ricus ſit vt dictum eſt puniendus tenet Specul. in
titulo de teſte. §. primo, in verſic. ſed qualiter pu-
nitur clericus. & Io. An. in reg. non eſt ſine culpa,
de regulis iuris, lib. *6*. cum concordan. de quibus
ibi per eum. Idem tenet Panor. & Io. de Ana. in c.
1. de crimi. fal. & prædicta ſunt vera, quando de-
poſuit falſum ſuper negocio principali, ſuper quo
productus eſt: ſecus ſi ſuper acceſſorijs, † vt quia 35
interrogatus, an eſſet inimicus partis, dixit quòd
nō, cùm eſſet, quia iſto caſu punientur extraordi-
nariè de crimine ſtellionatus ſecundum Iac. Butr.
in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. quem refert &
ſequitur Nellus in ſuo tracta. de teſti. in verbo fal-
ſus. & Bar. in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. vbi etiam
Iaſ. in fi. col. qui valde extollit iſtud dictū, & dicit
eum not. in æternum ad practicam, & illum etiam
multum commendat Ange. in d. l. Lucius. & Feli.
in c. fraternitatis. de hæreti. in fi. col. & Franc. Curt.
in tracta. de teſti. in *5*. concl. quos omninò videas.
quia no. limitant iſtud ſingu. dictum, de quo me-
minit d. Io. Cro. ſuprà in *7*. concl. *8*. partis princi. &
d. Hipp. de Marſi. in l. *1*. §. *1*. ff. de ſicar. in *5*. col. & in
ſingu. *76*. incip. communis concluſio.

Secundo verò caſu principali, quando teſtis
falſus eſt laicus, & tunc ſimiliter diſtinguo. Aut
in cauſa ciuili. Aut criminali. Primo caſu punitur
pœna deportationis, ſi nobilis eſt & in dignitate
conſtitutus: ſi plebeius damnatur in metallum. &
hoc in homine libero. In ſeruo verò eſt vltimum
ſupplicium. tex. eſt in l. *1*. in §. fi. ff. de fal. & ibi per
Bar. & noniſsimè per d. Hip. de Mar. Secundo ve-
rò caſu teſtis dolosè falſum contra innocentē de-
poſuit in cauſa capitali & publica. tunc eſt punien-
dus eadē pœna, qua puniretur reus accuſatus ſi de-
lictum probatum eſſet. tex. eſt ſingu. in l. *1*. §. præ-
terea. ff. ad l. Corn. de ſicar. & ibi Bar. & Alex. Idē
tenet Bald. in l. presbyteri. C. de epiſcopis & cle-
ri. in *3*. col. verſi. extra &c. allegat gloſſ. in ſumma.
2. quæſt. *3*. tenet Bal. in titu. de pace iura. firman. in

§. in-

§.iniuria.& in l.data opera.C.qui accuſ. non poſ-
ſunt,in 10.col.& in c.ſicut,de teſti.& ibi etiam Fe-
lin.Idem tenet Io. de Ana. in c.1. de crimine fal.
& Nellus de ſancto Gemi. in ſuo tract. de teſti. in
verbo,falſus.Et audi,quia non ſolùm hoc eſt ve-
rum quando ad dictum teſtis falſi reus fuit furca
ſuſpenſus,ſed etiam ſi non ſit ſuſpenſus,dummo-
dò potuiſſet ſuſpendi,ſi falſitas probata non eſſet,
tex.vt in c.hæc imago.alius eſt c.ſatis.33.q.5. quá-
uis gloſſ.ibi aliter ſenſerit,contra quam tenet Ar-
chi.ibidem motus illa ratione, quòd pœna talio-
nis in teſte eſt de iure diuino.item eſt de iure po-
ſitiuo,vt in d.iurib.Ita etiá tenet Feli.in d.c.ſicut.

Contrarium tamen tenet Panorm.in c.de cri-
mi.fal.vbi dicit quòd tunc tenetur teſtis ſimilitu-
dine ſupplicij,quando executio fuit facta in cau-
ſa criminali,ita quòd non poteſt retractari. & ita
dicit ſe intelligere.not.2.q.3.in ſumma.& in d. c.
ſatis.

Ego verò teneo primam opinionem, pro qua
eſt text.iudicio meo clarus in d.c.ſatis. in fin.dum
dicit quòd ſi probaretur ius ſit occidi.eadem pœ-
na plecti iubetur,qua fuerat ſi verú eſſet ipſe ple-
ctendus.pondera illa verba ius ſit occidi, iuncto
verbo plectendus.quæ non ſonant executionem
factam,ſed fiendam,& ſolùm ille text.conſiderat
potentiam nó actum.ergo. Ad idem idem eſt tex.
in d.l.1.de ſicar.dum dicit quo quis publico iu-
dicio rei capitalis damnaretur, pondera ſimiliter
illud verbum,damnaretur,cuius ſenſus eſt deno-
tare nó ſolum executionem iam factam, quo ca-
ſu nullum aut modicum dubium eſſet, ſed etiam
potentiam & executionem. confirmatur ratione
quare eſt quòd punitur teſtis falſum deponens in
cauſa capitali pœna.l.Cor.de ſica.certè non alia de
cauſa,niſi quia doloſè voluit innocenté damnare,
vt patet in l.1.dum æquiparãtur ille qui falſum te-
ſtimonium ꝓtulit,& qui venenum necandi cauſa
fecit,dato ꝙ illud non dederit, ſi ergo ſolum pu-
niretur opere ſecuto, ſequeretur ꝙ pœna falſi nó
puniretur, quia dato ꝙ ſimiliter furca ſuſpenda-
tur, hoc fit propter homicidium iam ſecutum,
iuxta illud homicida quod fecit ſemper ſpectet,
vt l.nemo.C.de epiſcopali audien.ad idé eſt text.
in l.vni.C.de de rapt.virgi.in princ. ibi. & meritò
mortis damnantur ſupplicio, cùm nec ab homici-
dij crimine huiuſmodi raptores ſint vacui.Igitur
attento quòd plerunque,& vt plurimum propter
defectum probationum,iuxta l.duo ſunt Titij.ff.
de teſtam. tutel. innocentes ex falſo teſtimonio
damnantur,etiamſi executio non fuerit facta te-
nebitur teſtis. l. Corneliæ. & quòd in iſtis termi-
nis bona ſit argumentatio à ſolitis.tenet glo. in d.
l.vni.in verbo,vacui.

Sed nunquid in iſtis terminis fiet diſtinctio per-
ſonarum reſpectu pœnæ imponendæ. pone quòd
teſtes ſunt nobiles & magnates,accuſatus eſt vilis
perſona, itaque ſi eadem pœna eſſet puniendus
iſte nobilis,qua ille plebeius & vilis, eſſet decapi-
tandus.habitne locum iſto caſu pœna talionis, &
ſic pœna l.Cornel. de qua ſuprà. & videtur quòd
non,quia etiam in pœnis habetur diſtinctio per-
ſonarum, vt l.ſi.C.de accuſ.l.Pedius.ff.de incend.
rui.& nauſra.c.cùm quidam.& ibi not.de iureiu.
& ita pro prædicta tenuit Iac. de Raue. in l.athle-
tas.§.calumniator.ff. de his qui no.infa. Contra-
rium tamen tenet ibi Guil.qué refert & valde com
mendat Bal.ibi in 3.col. Nam vbi in lege vel ſta-
tuto cauetur quòd quis puniatur eadem pœna,nó
eſt illo tunc fienda diſtinctio ex qualitate perſo-
narum,quia puniendus eſt eadem pœna,quamuis
non eadem lege.tex.eſt.iuncta gloſſ.in l.ad Com
mentarienſem.C.de cuſto.reorum.& ibi etiá Bal.
idem tenet Bal.in l.2.in fin.C. de fid.inſtr.Sed in
caſu noſtro teſtis deponens teneri eadem pœna vt
patet in d.c.ſatis.dum dicit eadem pœna plecti iu-
betur,ergo &c.cogitabis nihilominus,quia textus
in dicta l.1.§.præterea,dicit eum teneri lege Cor-
nelia de ſicarijs,quæ tamen aliter punit nobilem,
& aliter plebeium,vt ſuprà dictum eſt.& prædicta
vera,quando teſtis accuſatur directè de falſo cri-
minaliter:ſecus ſi ciuiliter, vt dictum eſt in cleri-
co. Item ſecus ſi iudex ex offficio vult eum pu-
nire,quia túc extraordinariè puniet eum arbitrio
ſuo,iuxta l.nullum.C.de teſti. dummodò cauſa
non ſit finita, quia tunc amplius extraordinariè
non poſſet punire,ſed ordinariè.& ratio eſt, quia
cùm pœna veniat acceſſoriè ad cauſam principa-
lem, † & per ſententiam ſit finitum iudicis offi- 36
cium. tollitur etiam hæc poteſtas quæ veniebat
acceſſoriè.l.4.C.de depoſi. & c.cum appellationi-
bus.de ap.lib.6.& per Abb.in c.1.de cri.fal.

An autem teſtis ſemel punitus extraordinariè
poſsit iterum puniri ordinariè. vide no. per DD.
in d.l.nullum.C.de teſt.

Sed iuxta prædicta dubitatur de vna quæſt.Po-
ne † quòd in cauſa capitali de quibus in l.publi- 37
corum iudiciorum.ff.de publi.iudic. aliquis dixit
falſum teſtimonium contra fiſcum in fauoré rei
inquiſiti,an iſto caſu ſit puniendus pœna mortis,
prout dictum eſt in præcedenti. Iſtam quæſtioné
ponit do.Hipp.de Marſi.in d.l.1.§. præterea, in 2.
col. & arguit breuiter ad partes dicendo, ꝙ iuri
conſonum videtur, ꝙ puniatur pœna mortis, eò
quia teſtis punitur propter falſitatem, quæ ita có-
mittitur ſi dicat teſtimonium contra fiſcum, ſicut
cótra priuatum:imò magis deberet iſto caſu puni-
ri quàm alij,quia hîc offendit Rempub.& facit vt
iuſtitia non miniſtretur. in alio verò caſu ſolùm
priuatum offendit,igitur magis puniendus eſt.ar-
gumento Auth. multo magis.C. de ſacroſ. eccle.
Contrarium tamen ipſe credit verius, ꝙ imò non
puniatur pœna mortis,ſed de periurio tantùm.Ná
dicit ipſe,longa eſt differétia inter iſtos caſus,quia
ſi dicit cótra fiſcum nihil aufert ſibi realiter, ſed ſi
dicit cótra priuatum, aufert ſibi vitá: ergo nó de-
bet puniri pœna l.Cor.& iſtud dicit ipſe ꝓbatur
in iſta l.ſi rectè póderetur, in verſ.quo quis publi-
co iudicio damnaretur.& ſic extédit ſe ſolùm iſte
text.in caſu in quo quis condemnatur : ergo vide-
tur excludere alios caſus, vt l.cùm prętor.ff.de iu-
di.l.maritus.C.de procura.concludit ergo quòd
licet talis teſtis poſsit puniri pœna periurij, nó ta-
men pœna mortis. amplius ſuper hoc non dicit.

Sed audi, iſta opi. in ſe videtur vera, nó tamen
apertè probatur per rationes per dom. Hip.addu-
ctas, ideo pro eius confirmatione ego adduco in
primis tex.in d.l.1.de ſica.aliter inducédo, vel ſal-
tem

tem clarius & efficacius. dicit tex. quòd qui falſum
teſtimonium in capitali cauſa dixerit, quo quis
damnaretur. tenetur l. Cor. de ſicar. ponderadum
iſte text. dicit quo quis publico iudicio damnare-
tur: nam ſentit expreſsè quòd tunc tenetur teſtis
pœna illius l. quando ex dicto ſuo adeſt perſona
quę poſsit damnari, & quæ innocés ſit. & ita intel-
ligunt illũ text. omnes DD, de quibus ſuprà. actio
ergo finalis illius l. eſt executio quæ fienda erat
in perſonam innocentis, ſiue propter prædictam
executionem lex ita prouidet. & quòd intentio fi-
nalis illius l. ſit propter periculum mortis, quod
imminere poſſet, probatur per text. iuncta gloſſ.
in l. lege Cornelia. ff. ad l. Corne. de ſicar. in prin.
vbi dicitur lege Cornelia de ſicarijs tenetur, qui
cùm in magiſtratu eſſet quid eorum ſecerit con-
tra hominis necem quod legibus permiſſum non
ſit. gloſſ. 1. ibi exemplificat caſum illius l. vt in l.
1. §. 1. eo. titu. ſentit ergo expreſsè illa gl. ſimil. tex.
in verbo, contra hominis necem. quòd text. in d.
l. 1. §. 1. eo. titu. tunc habet locum, quando teſtifi-
catum ſuit contra illum, qui poterat damnari, &
cuius vita poterat periclitari. Sed quando fiſcus e-
git ſeu inquiſiuit contra aliquem, dato quòd teſtis
deponat contra eum ex huiuſmodi dicto inno-
cens non condemnatur, nec aliquis realiter puni-
tur: ergo nó debet habere locum diſpoſitio. d. l. 1.
quæ ſolùm conſiderauit mortem innocétis. iſtud
probatur ex duobus. Primò, quia illa diſpoſitio
eſt odioſa, & per cóſequens reſtringenda. c. odia,
cum ſimil. de regu. iur. l. 6. Secundò, quia cui non
conueniunt verba legis, nec legis diſpoſitio cóue-
nire debet, vt l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & ibi
per Bart. & Pau. de Caſt. ſed ſic eſt quòd verba le-
gis non conueniunt fiſco, cùm ipſe nó poſsit dam-
nari: ergo nec pœna. l. habebit locum in teſte. Có-
firmatur & ſecundò iſta opinio. optima ni fallor
ratione teſtis, ideo punitur pœna falſi, quia teſtifi-
cando & malè, obligauit ſe ad pœná talionis, quæ
vt dictum ſuit eſt de iure diuino & poſitiuo. & ſic
debet pati illam pœnam quam paſſurus erat ille,
contra quem teſtificauit. ſed fiſcus inquirens nul-
lam pœná paſſurus eſt, dato ꝙ probetur innocen-
tia inquiſiti, eò ꝙ ipſe ſe non obligat ad pœnam
talionis vti priuatus accuſans, vt eſt tex. & ibi not.
Bal. in l. qui crimen. C. qui accuſ. non poſ. vt in l.
ea quidem. C. de accuſa. ergo dicendum eſt ꝙ te-
ſtis falſus deponens contra fiſcum non ſit punien
dus pœna l. Corneliæ de ſicar. quia non militant
rationes iſto caſu, quæ militant quando deponit
contra priuatum inquiſitum ſeu accuſatum. Præ-
terea l. 1. de ſica. tunc habet locum, quádo reus ac-
cuſatur & periclitatur ꝓpter teſtimoniũ falſum,
vt clarè patet & ſup. dictũ eſt. Sed in caſu iſto reus
nó ſolú nó periclitatur imò liberatur: ergo quod
diſpoſitũ erat in cõdemnante nó debet habere lo-
cum in defendente, & quodammodò abſoluẽte,
cùm manifeſta diuerſitatis ratio adſit. Et dicit A-
lex. in conſi. 70. incip. viſo proceſſu inquiſitionis.
in 1. volu. in pe. col. ꝙ nunquam pœna falſi habet
locum, quando illud falſum alteri non potuiſſet
nocere, iuribus de quibus ibi per eum: ſed ita eſt
in caſu noſtro: igitur &c. Concluditur ergo quòd
opi. d. Hippo. confirmata, prout ſuprà, eſt vera.

Aduerte, mihi videtur ſaltem diſputatiuè ꝙ
contrarium ſit verius, in quo inquiſitus eſſet capi-
taliter puniendus, vt quia cóſtaret per aliquos te-
ſtes de crimine & per alios falſos de innocẽtia, qui
melius probarent, vel dato quòd eſſent pares ſta-
bant pro reo &c. Et per hoc conſidero aliqua. In
primis conſidero quòd plures ſunt cauſæ propter
quas abominatur falſitas in teſte, quibus de cauſis
multipliciter debet puniri, iuxta text. ibi not. in c.
cùm æterni tribunal. in fi. de re iudic. libr. 6. & per
Spec. in ti. de teſte, in §. 1. verſi. ité ꝙ corruptus fal-
ſum &c. Prima eſt Dei. Secunda iudicis. Tertia rei,
vt eſt tex. in c. 1. de cri. fal. vbi dicitur falſidicus te-
ſtis tribus perſonis eſt obnoxius, primum Deo,
cuius præſentiam contemnit, inde iudici, quem
mentiendo fallit. poſtremò innocenti, quem fal-
ſo teſtimonio lædit. & ꝙ quis ex vno delicto poſ-
ſit plures perſonas offendere, & omnibus teneri
ad ſatisfactionem. eſt tex. & ibi no. in c. parrochia-
nos, de ſent. exc. & in l. nunquam. ff. de priua. de-
lict. no. Panor. in d. c. 1. in 1. nota. Item conſidero
ꝙ in caſu d. l. 1. de ſicar. in teſte cóſideratur dolus,
& ꝙ cauſa ſit capitalis, tunc ſic licet in caſu, de quo
ſuprà, nihil fiſco auferatur, nec ipſe puniatur ex di
cto falſi teſtis, & ſic ceſſet periculum mortis, cui
lex voluit ꝓuidere: non tamen per hoc debet ceſ-
ſare diſpoſitio d. l. cùm ad ſuſtinédam diſpoſitio-
né ſufficiat vnam ex cauſis finalibus ſubſiſtere, li-
cet aliæ ceſſent, vt eſt tex. in §. affinitatis. Inſtit. de
emp. gloſſ. in l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg.
credi. no. Bar. in l. liberorum. in princip. ff. de his
qui no. infam. & in l. itá ſtipulatus la grande in 12.
oppo. ff. de verb. obl. & in l. 1. vbi latè per Alex. &
Mod. ff. ſolu. matri. in illa q. an mulier ſterilis ha-
beat priuilegia dotis &c. cùm ergo in caſu noſtro
non ſolùm ſubſit vna cauſa, ſed plures, & ſola vna
ceſſet, non eſt dicendum quòd teſtis euadat pœ-
nam l. Corneliæ de ſicar.

Præterea arguitur ab abſurdo, † quod validiſ- 36
ſimum eſt in iure. tex. eſt in c. quemadmodum. de
iureiu. & in c. 2. de homici. li. 6. & in l. fi. C. de tem.
in integ. reſti. & in l. nam abſurdum. ff. de bon. li-
ber. Sed ſi teſti falſum deponenti contra fiſcum in
cauſa capitali non imponeretur pœna, quæ aliàs
imponeretur ſi depoſuiſſet contra priuatum, ſe-
queretur maximum abſurdum, ſcilicet quòd fiſ-
cus qui repræſentat Rempublicam eſſet minoris
auctoritatis quàm priuatus, quod non eſt dicen-
dum. Cùm † Reſpublica, fiſcus, & princeps præ- 37
ſupponantur quaſi pro eodem, vt no. in l. pen. C.
de ſerui. ſugiti. & per Bal. in c. 1. de ſeud. march.
in 2. col. & tamen nullus diceret ꝙ Reſpublica, vel
princeps ſit minoris auctoritatis quàm priuatus,
imò maioris, vel ſaltem erunt pares, quod licebat
priuato licebit fiſco ſi voluerit agere, iuxta not.
per Bart. per illum text. poſt. Iacob. Butrig. in l.
non ſolùm. §. quanquam. ff. de iniur. cum iſto caſu
fiſcus ſuccedat in locum accuſatoris, ſecundum
Bar. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adul. & Alexan. cum
cócor. de quibus ibi in ver. 64. inc. viſo themate in
1. co. in 1. vol. Ité nullus diceret ꝙ ſi daretur caſus
ꝙ priuatus teſtificaretur contra ſuum principem
& falsè, quòd euitaret pœnam. l. Corneliæ de ſica.
arguendo à maioritate rationis: ergo fortius di-
co

co quòd non ſolùm tenebitur pœna. l. Corne. ſed etiam l. Iul. maieſtatis. patet, quia mediante ſuo falſo teſtimonio & iuraměto eripuit iſtum reum à manibus Reipubl. quo caſu incidit in pœnam. l. Iul. maieſtatis, vt eſt tex. in l. cuiuſq;, in prin. & ibi Bar. ff. ad l. Iul. maieſt. ergo quocunque ſe vertat teſtis falſus non euitabit mortem. Item ſi contraria opi. eſſet vera, ſequeretur maximum inconueniens, ſcilicet quòd regula. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. & c. vt famæ. de ſentent. excom. quę habet quòd expedit Reipublicæ, ne crimina remaneant impunita. & regula. c. ſicut dignum de homi. c. cùm quidem. de iureiuran. quæ habet quòd pœna debet eſſe commenſurabilis delicto, nõ eſſent verę, quia ſi delinquens falsè teſtificando contra fiſcum non punitur. l. Cornel. crimen remanet impunitum, & delicto non datur cõdigna pœna. igitur &c. nec video qua de cauſa teſtis iſto caſu debet euitare pœnam mortis, cùm non minus deliquerit quàm ſi depoſuiſſet contra priuatum, totum quod in eo fuit fecit, quamuis non ſequatur effectus ſuæ falſæ depoſitionis, qui ſequeretur ſi accuſans eſſet priuatus propter pœnam talionis, vt dictum eſt. Iſte ergo effectus, qui non cauſatur aliquo facto ſuo, nec ipſe minus falsè ſeu magis poterat deponere contra priuatum, nõ debet ei præſtare immunitatẽ, quoad euitandam pœnam mortis, quia quoad periurium nulli dubium: & hoc ne culpa ordinata ad illud ſit ſibi proficua. cõtra text. & ibi no. per Bar. & Moder. in l. 2. §. ſi. ff. ſi quis cautioni. & in l. ſi fideiuſſor. §. 1. & l. ſi verò. ff. qui ſatiſd. cog. eò maximè, quòd ad incurrendum in pœnam. l. Corn. de ſicar. magis conſideratur animus quàm cõſideretur factum, vt eſt tex. in l. 1. ff. de ſicari. no. Bar. in l. ſi in rixa. eo. ti. in 1. col. Sed in caſu iſto dempta executione reali in perſona fiſci, omnia ex parte teſtis interfuerũt: ergo. & iſta opi. videtur iuris rigore attento verior.

Soluni reſtat reſpondere rationibus pro contraria opin. adductis, quia prout dicit Bal. in conſ. ſchiſmatis, quod ponit in tit. ſi quis aliq. teſtar. ꝓhi. C. parum eſt aſſerere niſi reſpondeatur contrarijs. Non obſtat in primis dum dicitur quòd d. l. 1. ſolum habet locũ, quando adeſt perſona cuius vita periclitetur. Item quòd cauſa finalis illius. l. eſt propter executionem fiendam &c. quia reſpondeo ad primum quòd ideo lex illa poſuit exemplum de periculo vitæ, quia frequentius hoc accidit contra priuatum quàm contra fiſcum. & ll. ad ea quæ frequentius accidunt adaptantur. l. nam ad ea. ff. de legi. nec credendum eſt quòd ſi de iſto caſu fuiſſet Iureconſul. interrogatus quòd aliter reſpondiſſet: igitur dato quòd iſte caſus nõ ſit deciſus, quia veriſimile eſt, ita ſtatutum fuiſſe, ſi interrogatus fuiſſet Iureconſ. perinde ſeruandũ eſt, ac ſi ſtatutum foret. ſecundum gl. ſingu. in l. tale pactum. §. fin. in gloſſ. fin. ff. de pact. quam dixit ſing. Ang. Are. in §. hæres. Inſtit. de obliga. quæ ex quaſi contract. naſcun. & Iaſ. in d. l. tale pactum. cũ concor. de quibus ibi per eum. & Fel. in c. ſuper literis. de reſcri. in 6. col. Non obſt. quòd ratio finalis illius l. eſt executio. & c. quia dico quòd benè eſt vna ex rationibus finalibus illius l. non tamen eſt illa ratio ſola, & vnica in illa lege. patet, quia conſideratur dolus. Item quòd cauſa ſit capitalis & publica. & dicit gl. ibi in verbo publico. ꝙ illa duo ſunt neceſſaria ad hoc, vt illa l. habeat locum. aliàs haberet locũ. l. 1. de ſal. igitur dato ꝙ ceſſet illa ratio, non debet ceſſare diſpoſitio illius l. vt ſuprà ꝓbatum eſt. Nõ ob. ꝙ illa diſpoſitio ſit odioſa &c. quia dico quòd iſto caſu nõ extenditur, ſed ſolùm quod cõprehenſum erat declaratur, iuxta gl. no. in c. 1. de temporib. ordina. li. 6. Vel ſecundò & melius dico, quòd poſito ꝙ illa l. ſit odioſa, quia tamen concernit fauorem publicum, vt crimina puniantur: debet huiuſmodi l. vti fauorabilis extendi. iſta eſt ſingu. doctri. Bar. in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſi. lib. 11. & dom. Philip. Franch. & aliorum in c. odia, de re. iur. libr. 6. quam ſequitur Io. de Imol. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matrim. Alex. in l. cùm quidem. ff. de liber. & poſthu. Lud. Rom. in l. ſi quis in graui. §. vnum. ff. ad Sylle. Franc. Cur. in add. ad Ale. in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omnium iu. in 3. col. & ratio eſt ſecundum di. vbi ſuprà quia fauor publicus debet præferri vtilitatibus priuatorum. l. vtilitas. C. de primi. & in Authentic. de reſti. & ea quæ par. 11. men. §. quam ob rem. & in c. licet. de regul. & pondera quod Bart. in d. l. quemadmodum, ꝓriè loquitur in caſu noſtro, ſcilicet in criminibus puniẽdis. Sed ſic eſt quòd in caſu d. l. 1. tractatur de crimine falſi puniendo: ergo fauorabilis non odioſa erit. ſi fauorabilis quis dubitat iſto caſu etiam comprehenſum eſſe fiſcum: nullus ergo. Non obſt. dum dicitur cui verba. l. &c. quia dico quòd iſtud eſſet verum, quando ſciẽtia legum conſiſteret in verbis tantùm, prout ſcis ſcire leges non eſt ſcire verba earum. l. leges. ff. de legi. vnde dato quòd verba legis de fiſco non faciant mentionem: mens tamen benè eum comprehendit. & quòd comprehendat patet in iuribus ſuprà alleg. ergo non obſt. quòd nullam pœnam paſſurus eſt fiſcus, quia prout dixi illud non cauſatur aliquo facto teſtis, & ipſe fuit in culpa falsè deponẽdo, ergo puniatur. Nõ ob. vltima ratio, quia dico ꝙ attento ꝙ debet dicere veritatẽ pro vtraque parte in c. non ſanè. 14. q. 5. ſiue pro accuſato ſiue pro accuſante falſum deponat, poſtquam in cauſa capitali tenebitur pœna l. Cor. Nõ ob. doctr. Ale. quia negatur ꝙ iſtud falſum alteri nocere nõ potuiſſet ſaltẽ quia potẽtia, licet actu nõ noceat fiſco. cogitabis tamẽ. Et hęc diſputationis cauſa dicta ſint, nã cùm de vita hominis tractatur cautius eſt agendum, & ſtrictè ſunt iura interpretanda, vt l. addictos. C. de app. & gl. in c. veniens. el. 1. de teſt. & melius eſt iſto caſu errare in abſoluẽdo, q̃ in condemnando. arg. c. allegãt 26. q. 7. & hoc quoad pœnã mortis, quoad aliã verò pœnã iudicis arbitrio reſeruatã, non debet errare in abſoluendo, ne crimina remaneãt impunita, ſed debet teſtem taliter punire, vt eius exemplo alij perterriti ſimilia non committant.

Expedito 1. mẽbro quoad pœnã teſtis falſum deponẽtis, videndũ eſt, † per quẽ ſit iſta pœna inferẽ- 18
da. & ſic quis ſit iudex cõpetẽs. & videtur dicendũ ꝙ quilibet iudex corã quo teſtes falſum deponũt, eſt competens. ꝓbatur per text. in l. nullum. C. de teſti. ibi, data cunctis iudicibus poteſtate &c.

Breuiter ergo dicas, quòd quilibet iudex habẽs

merum

merum & mixtum imperium eſt competens, iuxta
no. in d. l. nullum, & per glo. in l. ſi his. C. de fal. &
ibi Bart. & Bald. & per Bartol. in l. ſi quis obrepſe-
rit. ff. de fal. in fin. qui allegat Innocen. in c. fin. de
pœn. & per Panorm. & Io. de Ana. in c. 1. de crimi.
fal. ſi vero eſt iudex habens iuriſdictionem in ciui-
li tantum, & tunc non punit ordinariè, imò remit-
tit ad ſuperiorē ſed extraordinariè ſic, vt in ṗdictis
locis not. & per Mod. in l. 2. ff. de iuriſd. om. iudi.
& in l. fi. ff. de in ius vocan. & hæc procedunt in or-
dinario.

39 † Quid autem in delegato tam à principe quam
ab inferiore? vide no. per Spe. in tit. de teſte. §. 1. in fi.
ſed quid de delegato. & ibi Io. An. & in §. de teſti-
um compulſione. verſic. ſed quis roget. & per Pan.
& Ioan. de Ana. in d. c. 1. de crimi. fal. & per Pau. de
Caſt. & Iaſo. in l. 2. §. 1. ff. de offic. eius cui man-
da. eſt iuriſd. & per Alexand. & Mod. in d. l. 2. de iu-
riſd. om. iud. & per Fely. & d. Deciū in c. prætereà,
de offi. deleg. cum concord. de quibus ibi per eos.

40 † Quid in inquiſitore hæreticæ prauitatis. an poſ-
ſit punire teſtem falſum? vide Card. & Io. de Imol.
in Cle. 1. in ver. duro. in 3. q. de hæreti.

41 Quid in arbitro & arbitratore? Spe. in † titul. de
teſte. §. 1. verſi. quid de arbitro. tenet quod non, ſed
debet eos mittere ad iudicem competētem: argu. l.
nullum. C. de teſti. Idem tenet Nellus in ſuo tracta.
de teſti. in verbo falſus. Idem tenet Ange. de Are. in
tracta. malefi. in verbo falſario, in ver. quæro teſtis
&c. allegat. l. fi. C. de teſti. & Ange. in repe. l. ſi va-
cantia. C. de bon. vacan. lib. 10. Idē tenet Hipp. de
Marſi. in l. 1. §. præterea. in antepen. col. ff. de ſicar.
Iſtud tamen intellige procedere et habere locum in
arbitris voluntariè à partibus electis, ſecus vero in
arbitris, propter iuris neceſſitatem additis: quia illi
bene poſſent punire extraordinariè. Ita tenet Ioan.
An. in addi. Spe. in d. verſi. quid de arbitro. allegat
no. per Gofr. & Hoſt. in c. ſuſpicionis de offi. dele.
Idem tenent Pano. & Fely. ibidem. & ille tex. clarè
probat hanc opi. & quòd dictum eſt in arbitris iuris
habet etiam locum in arbitris ſtatutarijs, id eſt, qui
ſecundum formā ſtatutorum ciuitatis in certis cau-
ſis ſunt eligendi, vt no. in locis de quibus ſuprà.

Sed dubitatur etiam iuxta prædicta an teſtis ſe-
mel repulſus à teſtimonio propter falſitatem effi-
ciatur infamis, ita & taliter quòd ſi in alia cauſa per
alium producatur poſſit repelli? de iſta quæſtione
vide no. per Bar. & alios in l. Lucius de his qui not.
Pau. de Ca. in l. 2. in fi. C. de fide inſtr. per Panor. in
c. 2. de ordi. cogni, in nota. & in 13. col. & in c. teſti-
monium, de teſti. & in c. 1. de excep. & in c. ſuborta.
de ſententia & re iudi. in gloſſ. pe.

Dubitatur etiam, pone quòd ſunt duo ſtatuta
in ciuitate, vnū quòd teſtis poſſit de falſo teſtimo-
nio accuſari intra menſem tantum, aliud eſt ſtatu-
tum ꝙ quis poſſit accuſari de falſitate infra 10. an-
nos. vtrum ex vigore illius ſtatuti generalis & vlti-
mi teſtis qui falſum teſtimonium dixit poſſit accu-
ſari de falſo poſt menſem. quæſtio eſt not. pro qua
vide Bar. in l. ſancio. ff. de pœnis iunctis concor. de
quibus ibi in addi. in 2. & 3. col. ex his remanet ex-
pedita iſta not. & quotidiana quæſtio.

42 † Nono quæro, pone ꝙ teſtis qui depoſuit in
cauſa tua miſcuit falſum cum vero, vt quia in pluri-
bus dixit verum, in aliquibus falſum. nunquid eius
dictum vicietur in totum vel pro parte tantum, iſta
quæſtio eſt not & multa eſſent in ea dicenda, ideo
remitto te ad no. per Bar. & Bal. & Doc. in l. ex fal-
ſis C. de tranſa. & per Spe. in ti. de teſte. §. 1. ver. item
quid ſi aliquid, & per Ange. Alex. & Mod. in l. 1. §.
ſi qui ſimpliciter. ff. de ver. ob. & per Inno. & Io. de
Ana. & Felyn. in c. fraternitatis de hæreti. & per do.
Hippo. de Marſi. in ſingu. 76. inci. communis con-
cluſio. cum concor. de quibus in dictis locis. & ma-
gis communis conclu. eſt ſecundum Bald. & Alex.
in d. l. ſi ex falſis. ꝙ vitietur dictum teſtis in totum
propter falſitatem vnius capituli, & hoc propter
iuramentum, quod eſt indiuiſibile. Nam quæ fiunt
ante perfectum actum, videntur fieri in perfectio-
ne actus. l. lecta. & ibi Bar. ff. ſi cert. pet. Iſtam com-
munem conclu. limi. vt per Alex. & Fely. in locis
de quibus ſupra.

Notabis tamen duo circa iſtam quæſtionem.
primum eſt, quòd rex † recognoſcens ſuperiorem 43
non poſſet facere quod capitula in quibus teſtis ve-
rum dixit, non vitientur propter vnam falſitatem.
& hoc ideo: quia non poteſt tollere legem ſuperio-
ris, ſecundum Oldra. in conſil. 36. incip. ad pri-
mam quæſtionem, ſecus vero in Papa & Imperato-
re in terris ſuis: quia non ligantur iure, nec aſtricti
ſunt legibus. c. propoſuit. de conceſſi. præben. l.
princeps. ff. de leg. Ita multum not. Io. de Ana. in d.
c. fraternitatis. dicit ipſe quòd per hoc non aufertur
ius quæſitum parti: quia talis reprobatio teſtis eſt in
odium producentis, & ipſius teſtis, non in fauorem
partis contra quam producitur, & ſic nullum ius ei
aufertur.

Ex prædictis infertur, quòd Rex Hiſpaniæ, qui
non recognoſcit ſuperiorem: vt per gloſſ. in c. Ha-
drianus. 63. di. & not. in c. per venerabilem. qui filij
ſint legi. cum habeat tantā poteſtatem in ſuo terri-
torio, quātam Imperator in vniuerſo, iuxta no. per
Pan. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitu. in 2. colu.
quòd poterit facere vt capitula in quibus teſtis ve-
rum dixit non vitientur propter vnam falſitatem.
Et idem eadem ratione dicendum eſt in rege Fran-
ciæ, & rege Angliç, cum non recognoſcant ſuperio-
rem: vt in dictis locis no. Secundo notabis ꝙ teſtis
† qui depoſuit verum, & aſſignauit cauſam per ſen- 44
ſum corporis, puta per viſum, vel tactum, ſi quan-
tum ad cauſam ſuper qua deponit conuincatur de
falſo: non propterea puniendus eſt de falſo tanquā
verè falſarius. ſecundum quòd conſuluit Petr. de
Ancha. in conſi. 20. incipient. viſa inquiſitione for-
mata, quamuis aliud ſenſerit Bal. in addi. ad Spec. in
titul. de execu. ſen. in addi. magna tamen pro dicto
conſi. allegatur dictū Bal. in c. 1. §. iniuria in 10. col.
de pace iuramento firmanda, vbi dixit teſtem nun-
quam puniri de falſo, niſi quando depoſuit contra
innocentem. Ita etiam tenet Fely. ꝙ ſecundum prę-
dicta conſuluit Regij in d. c. fraternitatis. in fi.

An † autem quod dictum eſt in teſtibus habeat 45
locum in inſtrumentis? vide quæ latius no. in d. lo-
cis. & per gloſſ. in c. ſi ad ſcripturas 9. diſt. & per Pa-
nor. in c. 3. in fi. de fide inſtrum. & in c. ex literis, de
pignori. & iſtam quæſtionem cum materia teneas
menti: quia dicit Alexan. in d. l. ſi ex falſis, quòd eſt
valde quotidiana.

inceſtu.§. idem Polioni.ff.de adul. & late per Pan.
&Fely.cum concor.de quib.ibi in c.afferte.de prę-
ſum.igitur ad hoc vt quis obtineat in caſu. d.ſtatu-
ti ad minus erit neceſſe facere poſitionem,quòd te-
ſtes ſunt omni exceptione maiores. cum ſola iuris
præſumptio non allegata non ſufficiat.& ex his eti-
am remanet reſponſum ſuo ſecundo argu.

Sed pone quòd lex vel ſtatutum non requirit a-
liquam qualitatem,actor tamen in ſuo libello nar-
rando factum ponit qualitatem, nunquid teneatur
neceſſe illam probare:vide no.per Pau.de Ca.Cum
concor.de quibus ibi per eum.& Iaſ.in d.l.ſi per a-
lium.§.docere. vbi cõcludunt ꝙ idem erit quod in
ſupra dicto caſu:alias ſuccũberet cum ad eam pro-
bandam ſe aſtrinxerit:& ideo cauti aduocati & pro-
curatores in fine libelli ſemper apponunt illã clau-
ſulam,ſcilicet non aſtringẽs ſe propterea ad aliquid
probãdum, niſi quatenus ſit neceſſarium ad victo-
riam cauſæ ſecundum Bar.in d.l.diuus.ff.de re iu-
di. in fi.colum.& in l.circa. iuncta glo. ff. de pro-
ba. & in l. propter litem. ff. de excu.tu. per Panor.
&Mod.in c.2.de reſcri.& in c.licet cauſam.de pro-
ba.in no.& in c.dilecti.de iudi.& prædicta no.tan-
quam vtilia.

Vndecimo quæro de alia quæſtione quotidiana.
Tu ſcis quòd quotidie teſtibus opponuntur crimi-
51 na & defectus &c. Pone † quòd produxiſti contra
me teſtes in aliqua cauſa, oppoſui eis quòd ſunt in-
fames,criminoſi, & ribaldi,non tamen probaui, v-
trum tenear actione iniuriarum?& videtur prima fa
cie dicendum ꝙ ſic:quia opponendo eis crimina &
non probando,apparet contumelia & animus iniu-
riandi,cum id non iure fiat. ſecundum quòd habe-
tur in l.1.& l.iniuriarum.*la grande*.ff.de iniur.cum
quilibet præſumatur bonus niſi probetur contrari-
um,vt diximus in quæſtione præcedenti:ergo.

Contrarium tamen tenent Guil. Bald. Angel.
Alex.& Moder.in l.fi.ff.quod quiſq; iur. Nam di-
cunt ipſi, ꝙ non videor facere iniuriam eis,cum al-
legem prædicta ad mei defenſionem: argumento l.
qui cum maior.§.ſi libertus el.1.ff.de bo.liber.& l.
libertus à patrono.ff.de in ius vocan.& l.fiſcus. la.
2.§.fina. ff. de iure fiſci.& l.nullo.C.de delato. li.
10.Subdunt tamen quòd tutius eſt quòd fiat cũ pro-
teſtatione, ꝙ non opponit animo iniuriandi. Ale-
xand. tamen ibi dicit quòd iſta proteſtatio ſi aliàs
non liceret opponere nihil operaretur. per not.per
Dy.& Bart.in l.ſi quis extraneus. per illum text.in
prin.ff.de acq.hæred. vbi dicunt quòd ſi dixero tu
mentiris ſaluo honore tuo.hæc proteſtatio non fa-
cit quin dicam tibi iniuriam inferre. Ita etiam Al-
be.de Roſa.in 2.parte ſtatu.in q.43.incip.ſed quid
ſi quis dicat.pondera rationem Bar.& Dy.dum di-
cunt quòd attenta iniuria præcedẽti declarat animũ
iniuriandi,licet dicat ſaluo honore tuo,eo:quia di-
cendo tu mentiris eſt grauis iniuria, & poteſt agi a-
ctione iniuriarũ.ſecundum Bar.in l.item apud La-
beonem.§.1.ff. de iniur.ex qua ratione videtur in-
ferri quòd ſi proteſtatio prȩcederet, deinde ſubſe-
querẽtur verba iniurioſa excuſaretur : vt ſi dicerem
ſaluo honore tuo mentiris. Ita ponderat rationem
Dy.& Bar.& Iaſ.poſt Ange.& Bertha.in l.fi.quod
quiſque iur. Quam tamen reprobat & bene duabus
rationibus. Primo per regulam quæ habet quòd in
his quȩ fiunt vno contextu nõ eſt dare nec prius nec
poſterius.l.nec enim. ff. de ſolu. iuncta doctrina
Bar.in ſimili in l.2.§.prius.de vulg.& pup. Secun-
do & fortius per regulam quæ habet quòd quoties
proteſtatio ſiue præcedens ſiue ſubſequens eſt con-
traria actui qui geritur,non releuat proteſtantem c.
cum M.Ferrarienſis.& ibi Doc.de conſtit.c.ſolici-
tudinem. de appell. ſed iniuria eſt contraria prote-
ſtationi:ergo ſiue præcedat ſiue ſubſequatur nõ re-
leuat.& hoc eſt quod voluit Bart. in d.l.ſi quis ex-
traneus. ꝙ verbũ iniurioſum declarat quod habuit
animnm iniuriandi, nõ obſtante proteſtatione cõ-
traria. Similiter ſi ego dico alicui tedet ꝙ fueris cõ-
demnatus de ſalſo, teneor actione iniuriarũ. ſecun-
dum Ange.in l.veſtem.ff.de iniur.& iſtam partem
quòd proteſtatio non releuet ab iniuria ſiue præce-
dat ſiue ſequatur, tenet Panor.in c.ea te.de iur.iura.
in 2.col.& in c.cum te.de re iudi.& Alex.in l. tur-
pia.ff.de leg.1.& ibi Iaſ.& idem Iaſ. in l. vt vim. ff.
de iuſti.& iur. in fi. & iſtam partem puto veriorem
quamuis Spe.in tit.de aduocat.§.iam tunc.in verſi.
hic tamen caueat.teneat ꝙ proteſtatio prȩcedens in
iſtis terminis multum operetur. cõcluditur ergo in
quȩſtione propoſita quòd quãuis ego dicam teſtes
eſſe criminoſos, ribaldos, & inſames,nõ propterea
teneor actione iniuriarum dũmodo ſint criminoſi
verè, vel ita reputentur.Ità intelligit deciſionẽ Gui-
liel.& aliorum Ale.in d.l.fi.argumento.l.eum qui
nocentem & ibi no.per Bart. ff.de iniur.& oportet
quòd ſint talia crimina oppoſita ꝙ expediat Rei-
publicæ ea ſcire,iuxta not.per Bart.in d. l.eum qui
nocentẽ.& per Abb.& Mod.in c. cum te.de re iud.
cum concor.da quibus ibi.aliàs dicit Alex.quia per
calumniam allegaui eos criminoſos,teneor iniuria-
rum. l.iniuriarum. *la grande*.§. ſi quis per iniuriam.
ff.de iniur.aliàs eſt.§.ſi quis de honoribus.verſi.er-
go ſi quis iniuriam.

Aduerte,iſte intellectus Alexan.ad dictam de-
ciſionẽ non multum placet:nam conſiderãdo men
tem iurium per Guil. & alios alleg.ideò excuſatur
pars:quia videtur reſpõdere prouocata. & quod ſit
verum patet in d. l. qui cum maior.§.ſi libertus ibi,
ignoſcendum eſt ei ſi volnit ſe vlciſci prouocatus.
igitur dato quòd aliàs non ſint criminoſi verè, nec
reputentur poſtquam ius ſuum defendẽdo reſpon-
dit, excuſandus eſt,nec tenebitur actione iniuriarũ.
probatur per tex.& ibi no. per Bar. in l.quȩ omnia
verſi.ſed ſi aduerſarius.ff.de procura. vbi ſi aliquis
dicit mihi verba iniurioſa,poſſum eis dicere tu men
tiris,nec teneor actione iniuriarũ:quia prouocatus.
ſed quando alias ſunt criminoſi licet nõ ſim prouo
catus,ſi talia ſunt crimina quòd expediat Reipubli-
cæ &c.tunc non teneor actione iniuriarum, vt dictũ
eſt, cogita tamen propter auctoritatem Alex.

Modo aduerte ſuper intellectu deciſio. Guili. 52
& aliorum.quia videtur mihi quòd non ſit vera.&
contra eam cõſidero quòd officium † teſtis eſt pub-
licum vt dixi ſupra.in addi.ad d.Io.in 2.q.pri.ter-
tertiæ partis principalis. tunc ſicis qui iure publico
vtitur non videtur iniurię faciendæ cauſa hoc face-
re quoniam iuris executio non habet iniuriam text.
eſt in l.iniuriarum.la grande.§.is qui iure.ff.de in-
iur.ſupra alleg.ſed teſtis licet ſit ꝓductus cõtra me,
iurat dicere veritatem pro me , ſicut contra eum

iuret dicere veritatem pro vtraq; parte: vt c. non ſa-
nè 14. q. 5. & dato quòd contra me deponat, hoc ſa-
cit vigore officij publici quòd habet: ergo non erit
verum aſſumptum Guil. & ſequacium quòd hoc
firmat ad ſui defenſionem & prouocatus: quia cum
non fuerit iniuria: non fuit prouocatio, cum pri-
uatio prȩſupponat habitum. l. decem. ff. verbo. ob-
lig. c. ad diſſoluendum. de deſponſa. impu. Secus
verò eſt in caſu. d. l. qui cum maior. §. ſi libertus.
cum ſimi. quia illa iura loquuntur in accuſatione,
nimirum ſi iuris conſultus ibi dicit ignoſcẽdum eſt
ei &c. quid dicẽdum ſi ſaluando deciſio. Guil. dico
quòd maior de qua ſupra quòd officium teſtis eſt
publicum eſt vera, ſecundario non principaliter,
nec tunc eſt publicum omnino, ſed quaſi publicũ.
Item teſtis non dicit teſtimonium ratione publici
officij quod habeat: vt no. Imo. in c. nihil de ele. in
fi. col. & Goſ. & alij de quib. ibi per Fely. in rub. de
teſti. cog. nam prout dicunt Doc. ibi, ſi officium te-
ſtis eſſet omnino publicum vt prȩſupponebatur, ſe-
queretur quòd mulier non poſsit eſſe teſtis: vt l. fœ-
minæ. ff. de reg. iur. & tamen poteſt eſſe, vt vidiſti
ſupra per d. Io. ergo. Non ob. dum dicitur quòd is
qui iure publico &c. quia ille tex. procedit in haben
te officium publicum principaliter & ſecundario.
patet quia loquitur in iudice, vt ibi per Bart. in quo
eſt præſumptio iuſtitiæ ratione cuius. l. ſtatuit vt
nemini cenſeatur facere iniuriam: vt c. bonæ. de e-
lectio. c. in præſentia. de renuncia. c. ſicut de re iu-
di. cum ſimi. Et ideo dixit glo. no. in c. prȩſentium
53 7. q. 1. quòd ſpoliatus† à iudice non poteſt petere re-
ſtitutioné in integrum vt c. notum 2. q. 1. Vnde hoc
quia non præſumitur facere violentiam: vt c. 23. q.
2. & l. 3. ff. quòd met. cauſa, & illam gloſſ. dixit ſin-
gu. ad hoc Panor. in c. cum cauſa de offi. delega. &
in c. dilectus, de reſcrip. & in c. ex inſinuatione. de
proc. & in c. conquerente. vbi bonus tex. ad hoc de
reſtitution. ſpolia. & in c. cum dilectus, de his quæ
vi metuſue cau. fiunt, non eſt ſic in teſte cuius offi-
cium eſt publicum quoad quid. Non ob. quòd di-
cat veritatem pro vtraque parte, quia prout ſcis con-
ſideratur quod principaliter agitur: vt l. ſi quis nec
cauſam. ff. ſi cert. peta. ſed in caſu iſto principaliter
teſtis producebatur contra me: ergo nimirum ſi vi-
deor prouocari ab eo, non obſtante quòd poſſet di-
cere pro me, & quòd in his attendatur principali-
ter perſona producentis. videbis infra in q. 15. vbi in
ſponſis fiendis attenditur perſona perducentis da-
to quòd pro vtraque parte teſtificetur: igitur vera
eſt deciſio Guil. & aſſumptum, ſuper quibus cogita
latius.
54 Iuxta prædicta quȩro† nunquid opponendo cri-
mina, infamiam, & alios defectus, & ſic ponendo
plura verba iniurioſa ſimul aduerſus teſtes caſu
quo ipſi poſsint agere contra me actione iniuria-
rum poſsint agere pro vna iniuria tantum vel pro
pluribus, cum plura verba iniurioſa prolata fuerint.
Albe. de Roſa. in 2. parte ſtatu. q. 39. incip. Octaua
quæſtio vbi plura ad hoc alle. tenet quòd puniatur
pro vna iniuria tantum. Idem dicit ipſe Albe. in ea-
dem ſecunda parte in q. 31. & 32. vbi cõcludit quòd
55 ſi ſtatuto †cauetur quòd qui blaſphemauerit Deum
puniatur in 10. & qui Beatam & immaculatam Vir-
ginem Mariam. in 10. & qui Sanctos in 10. & aliquis
vno impetu omnes maledixerit, quòd punietur in
decem tantum non in 30. Idem tenet d. Hippol. de
Marſi. in l. fi. ff. ad l. Corne. de ſicar. in 5. col. Vbi
adducit pro hoc gloſſ. not. in l. ſi conuenerit. ff. de
pig. acti. la prima quæ dicit quòd triplex denuntia-
tio facta per creditorẽ debitori vno contextu ver-
borum, dicendo ſolue, ſolue, ſolue, non habet vim
niſi vnius interpellationis ſeu denunciationis. Ad
idem gloſſ. in cap. ab eod. de appellatio. libr. 6. quæ
dicit quòd petens Apoſtolos, ſi dicat Apoſtolos
peto, & iterum peto, & cum inſtantia peto. quòd
non videtur inſtanter petere. Pro nunc amplius in
iſta quȩſtione non inſiſtam, ſed pro eius intelligen-
tia vide not. per Barto. in l. ſi gemina. ff. arbor. fur.
cæſa. & in l. nunquam. ff. de priua. deli. quem in
in iſto propoſito allegat Felyn. in c. cum te. de re
iud. in fi. colum. & vltra eum vide Bartol. in l. item
apud Labeonem. §. ſed quòd adijcit. ff. de iniur.
qui not. in iſto propoſito loquitur. Et ad intelle-
ctum ſimilium adductorum per d. Hipp. vide not.
per Felyn. in c. ex literis de conſti. in 7. colu. in fi. &
per Domi. & Phili. Fran. in d. c. ab eo.
Duodecimo quæro pone † quòd cura carnium 56
habendarum in abundantia eſt commiſſa aliquibus
de ciuitate, qui emerunt multa animalia in alieno
territorio, prout quotidie euenit, & conduxerunt
ea in territorio ſuo, paſtores quam plura ex illis ani-
malibus in itineribus & in paſcuis perempta & per-
dita retulerunt: & ſic in lib. rationis dicti officij ſcri
ptum eſt, qui ab illis rationes exigebant non adhi-
bebant eis fidem. dubitatur nunquid ſit ſtandum
teſtimonio illorum paſtorum ſuper deperdius ani-
malibus? Bart. in tractatu de teſte in verſi. cura. po-
nit iſtam quæſtionem Peruſij de facto contingen-
tem, & dicit ſe reſpondiſſe. quòd ſi cõmuniter ſic a-
liàs cõtigiſſet, vt ex tanto numero tot animalia alio
tempore perdidiſſent, & hoc probaretur: quia ve-
riſimile eſt etiam hoc eis eueniſſe: ſtandum eſt teſti-
monio paſtorum. Nam dicit ipſe ſi in hoc genere
cauſarum etiam de hominis morte per veriſimilia
receptum eſt probari: vt per eundem in tracta. qua-
liter mors probetur. & in eodem tracta. de teſte in
verſi. mortuum &c. multo fortius ita dicendum eſt
in paſtoribus de interitu animalium deponẽtibus:
quia ſicut duci militum ſuper morte militis credi-
tur, vt per eundem in dictis locis, & per gloſſ. & ibi
Panor. in c. in præſentia, de ſponſ. ſic & paſtori cre-
dendum eſt de morte animalium. Ita reſidet Bart.
ibi & dicit quòd iſta ſententia dum in facti contin-
gentia proferretur, ita æqua & iuſta viſa eſt, vt l. la-
ta ipſius ciuitatis ſic terminaretur.
Aduerte, iſta quȩſtio quotidie euenit non ſolum
in habentibus officium publicum, prout in caſu de
quo ſupra, ſed in habentibus priuatum. prout ſunt
ſimplices paſtores quibus per dominos mercede
conſtituta dantur animalia ad cuſtodiendum. Sed
dubitatur iuxta prȩdicta nunquid ad excuſationem
paſtoris ſufficiat ſolum probare intentionem ani-
malium, vel ſit neceſſe vltra intentum probare ca-
ſum fortuitum.
Dicas breuiter quòd vltra intentum opus eſt
probare caſum fortuitum quo ad excuſationem pa
ſtoris: vt no. in l. ſi paſcenda. C. de pac. & in l. ſi quis
domum §. Imperator. aliàs eſt in l. ſi quis fundum

ff. lo-

ff. locati. Et ideo dicit Bal. in l. cum ita. §. ſpecies. ff. de lega. 2. quòd ei qui tenetur ad cuſtodiam rei ratione publici vel priuati officij non ſufficit probare intentum, niſi etiam probetur caſus fortuitus. Et ex hoc inſert quòd paſtori vel caprario non ſufficit portare pellem animalium, quanquam per hoc cōſtet de interitu, niſi probet caſum fortuitum pu̇ta mortalitatem vel ſimile. & illud dictum ſequitur Alex. in conſi. 301. incip. in cauſa & lite vertente inter Ludo. in 2. col. in 2. volu. & Iaſ. in d. l. ſi paſcenda. in 2. col. & iſtud fuit de mente Bar. in d. ver. cura. dum ponderat communem contingentiam aliorum temporum, vt ex hoc probetur caſus fortuitus: quia quoad interitum tantum ſufficerent pelles animalium. Cuius autem periculo pereant animalia an domini an paſtoris? vide nota. in d. l. paſcenda. & per Saly. in l. 1. in fin. ff. pro ſo. cum concor. de quibus ibi.

57 Decimotertio quæro. Pone † quòd duo adinuicem rixam fecere, in qua vnus percuſſus euaſit, vulneratus agit contra alium de percuſsione, & ad probandam intentionem ſuam producit duos teſtes, qui deponunt quòd ipſi non viderunt Caium à Titio percuti: ſed viderunt eos adinuicem rixantes, & quòd ſtatim ceſſata rixa viderunt Caium percuſſum & vulneratum. Dubitatur nunquid dictum iſtorum teſtium probet contra Titium de percuſsione. Et videtur quòd non: quia prout ſcis dictum teſtis ad hoc vt valeat debet de neceſsitate concludere. c. in præſentia. de probat. & latius per d. Ioan. ſupra in 15. requiſi. 7. partis prin. Sed dictum iſtorum teſtium non cōcludit neceſſario. quia non probant Titium vulneratum à Caio: ergo. Item poteſt eſſe quòd ipſemet Caium ſeipſum vulneraſſet. vt multoties accidit. igitur ſi aliter non conſtat de percuſſione per Titium facta, non erit ad dictum iſtorum teſtium condemnandus.

Contrarium tenet Saly. in l. fi. C. de proba. vbi dicit quòd ex tali probatione reſultat indiciū ſufficiens ad condemnationem. Nam licet non probent vidiſſe percuſsionem à Titio datam: tamē quia probant quòd inconrinenti ceſſata rixa viderunt percuſsionem recentem, neceſſario ſaltim præſumptiuè ſequitur quòd Titius, quia cum eo rixam faciebat eum percuſsit. Iſtam opi. ſequitur Fran. Brunus in trac. de indi. & tor. in 5. car. in 3. col. & Sozi. in conſi. 54. incip. viſis teſtibus. in pe. col. in 3. vol. quos omnes refert, & ſequitur d. Hipp. de Marſil. in repe. rub. de probatio. in 47. colum. & in ſing. 288. incip. dixi tibi ſupra &c.

Aduerte. mihi videtur pro concordia iſtarum opin. ſic dicendum. Aut quærimus vtrum Titius vulnerans ſeu qui dicitur vulneraſſe ſit puniendus pœna à ſtatuto vel à iure impoſita vulnerāti vigore probationis factę per illos teſtes. & tunc dico ꝙ prima opi. eſt vera ſcilicet ꝙ non dicitur bene probatum neceſſario. & per conſequens Titius nō erit puniendus vera & mera pœna delicti, pro qua allego not. dictum Innoc. in c. quia veriſimile non eſt. de
58 præſum. vbi dicit † quòd vbi ſumus in caſu in quo ex præſumptionibus violentis, vel ex indicijs indubitatis poteſt deuenire ad ſententiam, tunc iudex nunquam debet imponere reo veram & meram pœnam delicti, ſed minorem. Iſta doctrina ſumitur ex tex. in c. afferte. eo. tit. quam magnifaciunt ibi Cardina. Ant. de Bu. Pano. Imo. & alij de quib. ibi per Fely. in 3. & 4. col. & per do. Ioan. ſupra in 1. q. huius tract. in fi. & per do. Hipp. in d. rub. de proba. in l. col. Aut quærimus vtrum propter probationem præſumptiue de vulnere factam iudex poſsit punire minori pœna quàm ſtatuta, & tunc procedit & habet locum opi. Saly. & ſequacium, cum iſta præſumptio quòd fuerit percuſſus à Titio non ſit iuris, ſed hominis, quia ſi eſſet iuris, tunc non eſt imponenda minor pœna, vt per do Ioan. vbi ſupra, quem videas: quia ponit not. intellectum ad dictam doctri. Inno. tene menti iſtam concordiam iuncto dicto Inno. nam ſępiſsime occurrit iſta quæſtio. & refert d. Hippo. in d. ſingu. 288. pluries vidiſſe in facti contingentia.

Decimoquarto quæro. pone quòd notarius ſolus examinauit teſtes, deinde ſcripta ſunt aliqua propter quæ iudex vult ex officio teſtes redarguere de falſo, teſtes dicunt aliter dixiſſe quàm notarius ſcripſerit, nunquid ſit credendnm potius inſtrumento notarij ſine teſtibus, & præſentia iudicis, quàm teſtibus negantibus. 59

Breuiter debes ſcire quod Spe. in tit. de teſte. §. 1. ver. ſed pone ecce iudex. &c. & in ti. de inſtr. edi. §. reſtat ver. quid ſi vnus. & in verſi. quid ſi atteſtationes in effectu. ſic videtur concludere quòd aut quęritur an credatur magis teſtibus quàm tabellioni quantum ad probandum in illa cauſa, in qua teſtes fuerūt producti: & tunc magis creditur notario defuncto, licet de iura magis eſſet credēdum teſtibus, iuxta no. in auth. de inſtrumentorum caute. & fi. §. ſi vero nominatur. aut quæritur quoad effectum puniendi criminaliter teſtes de falſo: & tunc nō creditur notario contra teſtes, nec econtra. cum in huiuſmodi cauſis probationes debeāt eſſe luce clariores. l. ſciant cuncti. C. de proba. canonizata. 2. q. 8. ſciant. Iſtam opi. tenuerunt omnes Doct. Bononien. in ſuo priuato examine, ſecundum quod refert ipſe Specu. in dictis locis. & eum ſequitur Io. An. & Pan. in c. cum cauſam. in fin. de teſti. & Ant. de But. & idem Panor. in c. ad audientiam de præſcri. & ibi Fely. & Lud. Rom. in l. 1. §. ſi. ff. de ver. ob. & Ioan. de Imo. in c. cum Ioannes. de fide inſtr. in 10. col. & Io. An. in reg. cum quid vna via. de reg. iur. lib. 6. in Mercuria. in 4. col. & Cardi. Floren. in Cle. 1. de hęreti. in §. verum. in 2. col. & in c. ſicut. de teſt. & Ale. in conſi. 70. inci. viſo ꝓceſſu inquiſitionis. in 2. col. in 1. volu. & in conſil. 207. inci. viſis proceſsibus. in 2. col. in 2. vo. & Franſci. Cur. in ſuo tracta. de teſti. in 42. conclu. & Nellus in ſuo tracta. de teſti. in fi. ver. quæro an teſtes &c. Iſtam conclu. intellige eo modo quo dictum eſt, quando notarius ſolus examinauit teſtes: ſecus ſi in examinatione aſtitiſſet iudex: quia tunc ſtabitur ſcripturę notarij etiam quò ad pœnā falſi. ex quo coadiuuatur teſtimonio alterius, quàm ſcribentis, iuxta l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. Ita no. Salyc. in l. ſi quis decurio. C. de fal. & Floria. de ſancto Petro in l. cum de ætate. ff. de prob. & Fely. in d. c. ad audientiam. & Franc. Cur. in d. 42. concluſione. ſuper quibus omnibus videas latius in dictis locis, & tene menti iſtam quęſtionem: quia per eam poteris replere burſam ſecundum Floria. in d. l. cum de ætate.

Quid autem ſi vnus ex teſtibus cõtradiceret ſcri-
pturæ notarij. vide no. per Bar. in l. 1. §. fi. ff. quem-
admo. teſtamen. aperian.

60 † Decimoquintò quæro. nunquid expenſæ ſint
finiendæ de teſtibus venientibus de longinquo pro
ferendo teſtimonio. iſta quæſtio eſt no. & neceſſa-
ria in iſta materia. ꝓ cuius vera reſolutione diſtin-
guo. Aut teſtes producuntur ab vtraque parte. Aut
ab vna tantum. Primo caſu dicendum eſt, quòd v-
traque pars teneatur contribuere in ſumptibus, qua-
tenus iudici æquũ viſum fuerit: argu. l. 4. §. in iudi-
cio. verſicu. ſed & ſi menſor. ff. fin. regundo. vbi di-
citur quòd ſi agitur finium regundorum, & menſor
fuit conductus ab vna parte tantũ, attento quòd ne-
gocium eſt commune, tenebitur & non conducens
in partem mercedis pro rata. Ad idem eſt tex. in l.
ex parte. in prin. ff. fa. erciſ. vbi dicitur quòd ſi heres
ex parte inſtitutus cauſam de totis bonis quam hæ-
redes omnes patiebãtur ob inultam defuncti mor-
tem ſuſceperit & obtinuerit, poteſt agere contra hæ-
redes portione ſumptuum pro rata, cum omnes tan
geret negocium, ita ergo dicendum eſt in propoſi-
to noſtro & ita per prædicta iura tenet Bald. in l.
eos. §. 1. C. de app. in fi. & Phyl. Fran. in c. ſtatutum.
§. pro ferendo teſtimonio. de reſcrip. libr. 6. & dicit
Bal. in d. loco quòd iſto caſu teſtes debent habere
pinguiores expenſas aliquantulum, cum plures ſint
contribuentes: arg. l. ſed & ſi lege. §. quid autem. ff.
de petit. hære.

Secundo verò caſu dicendum eſt quòd expenſæ
ſunt miniſtrandæ à producente tam in veniendo,
quàm ſtando, quã recedendo: vt eſt tex. in §. vectu-
ris. 4. q. 3. & in l. quoniam liberi. C. de teſti. & in d.
c. ſtatutum. §. pro ferendo teſtimonio. & in c. cum
non deceat. de electio. lib. 6. iuncto. c. 2. de iudi. eo.
lib. & per Spec. in tit. de teſte. §. qualiter. ver. teſtes
autem. & ibi Io. An. in addi. & per Abba. in c. 2. de
teſti. cogen. & per Alber. Mod. in ſuo tracta. de te-
ſti. in 14. ſol. col. 3. Sed audi: quia videtur quòd e-
tiam iſto caſu teneantur omnes contribuere in ſum
ptibus teſtium: nam attenta ratione de qua in præce-
denti membro, quòd negotium ambas partes tãgit,
idem eſt dicendum in caſu iſto, cum teſtis effectua-
liter teſtimonium tam pro producente, quam pro
eo contra quem productus eſt dicat, iuxta c. non ſa-
nè. 14. q. 5. ſed reſpondeo ꝙ in iſtis terminis atten-
ditur quòd principaliter agitur, iuxta. l. ſi quis nec
cauſam. ff. ſi cer. pe. ſed producens principaliter te-
ſtem pro ſe ꝓducit. igitur dato quòd etiã dicat con-
tra eum teſtimonium, non per hoc tenebitur in im-
penſis pars quę non produxit eũ, cũ teſtis hoc faciat
vigore ſui officij, non ex intentione producentis,
quæ in his ſolum attenditur: vt clarè patet in. d.
iuribus: ergo. Et dicit Io. An. in d. loco quòd ex-
penſæ ſunt teſtibus miniſtrandę antequam iter arri-
piant pro eundo, niſi producens velit per ſe vel per
ſuum miniſtrum illas exhibere. In contrarium tamẽ
facit ad id ꝙ dicitur de miniſtro text. in c. cum in-
ſtantia. in fi. de cenſi. vbi legati & nuncij apoſtolici
non coguntur recipere procurationẽ à miniſtris ec-
cleſiarum: ergo idem dicendum erit in caſu noſtro.
tamen huic cõtrario reſpõdet Ioan. An. in pręalleg.
loco, quòd ideo ibi legati & nũcij nõ coguntur re-
cipere ꝓcurationes: quia multi ſingulariter erãt obli-
gati & nimirum, cum particularis exactio multa
habeat incommoda: vt l. planè. ff. fa. erciſ. & ita re-
ſpondet gloſſ. etiam in d. ca. cum inſtantia.

Et ſcias quòd iſtæ expenſæ ſunt taxandæ iudicis
arbitrio, in primis antequam teſtis vocetur ad teſti-
monium, vt eſt tex. & ibi not. Phil. Fran. in d. c. ſta-
tutum. §. proferendo teſtimonio. non enim taxãdę
ſunt arbitrio teſtis, nec etiam eum producentis. ſed
boni viri, id eſt iudicis, cum boni viri appellatione
veniat iudex, vt eſt tex. in l. continuus. §. cum ita. et
ibi no. ff. de verb. ob. & in l. quòd ſi Epheſi. ff. de eo
quod cer. loco. & in l. vir bonus. ff. iudic. ſol. not.
per Abb. in c. conſultationibus. de off. dele. & in c.
Quintauallis. de iureiu. in 17. col. Sed quia circa iſtã
quæſtionẽ de aliquibus contingit dubitari, quæ cir-
ca eius materiam faciunt, per quęſtiones expediam.

† Primò igitur quæro. nunquid in iſtis expenſis 61
intelligantur etiam vecturæ equorum? pone quòd
aliquis ciuis vel honeſta perſona eſt neceſſarius in
teſtem, quem non decet ire pedeſter. vel eſt aliquis
ruſticus qui non vult venire pedeſter ſed equeſter,
nunquid procedens teneatur ſoluere ei vecturum
equi? Io. An. in loco præalleg. dicit quòd attenden-
da eſt conditio perſonæ. nam ſi nobilis eſt. vel aliàs
honeſta perſona nõ ſolita ire pedeſter, tenetur ſol-
uere vecturas equorum: ſecus verò eſt dicendum ſi
ſit ruſticus: quia non competit ſuę conditioni equi-
tare. alleg. gloſſ. no. iuncta tex. in l. idemq́;. §. idem
Labeo. ff. manda. & l. ſi inter fratres. §. ſi quis ex ſo-
cijs. ff. pro ſocio. & l. 1. §. ſi pupillus. in fi. ff. de tutel.
& ratio diſtra. Idem tenet Bal. in d. §. idem Labeo.
& in l. quoniam in prin. C. de teſt. & in d. l. eos. §. 1.
C. de appel. & Bar. in l. ſi ſeruus. la grande in princ.
ff. de leg. 1. & gloſſ. in c. epiſcopus. 10. q. 2. & Panor.
in d. c. cum inſtantiam. in ſecunda column. & pre-
dicta procedunt ſecundum Ioannem And. non ſo-
lum quando teſtes conduxerunt equos, ſed etiam ſi
proprios equitarunt quos locare ſolebant, vt facie-
bat Gotardus Bidus Papiæ quẽ allegat Alber. Mod.
in loco de quo ſupra alleg. in arg. l. ſi verò non. §. ſi
mihi. ff. manda. imò plus dicit quòd & ſi eos locare
non ſolebant, tenetur producens ad ſoluendam ve-
cturam: ex eo quòd ſi teſtes equos proprios non ha
berent teneretur producens ſoluere vecturas aliorũ
equorum. facit ſecundum eum ad hoc l. & in con-
traria. ff. de vſur.

Secundò quæro. nunquid in iſtis expenſis habe- 62
atur ratio expenſarum quas domi feciſſent pro vi-
ctu ſuo, ac etiam equorum, ad effectum vt tãto mi-
nus per producentem teſtibus detur? gl. no. in c. ſta-
tutum. §. inſuper. de reſcrip. libr. 6. in ver. modera-
tas tenuit ꝙ non licet aliud dicatur in victore litis:
vt in l. ſed & ſi. §. 1. ff. ad exhiben. & in l. ſed & ſi. §.
quod autẽ. el. 2. de peti. hær. & l. ſi res. ff. de rei ven.
& illam glo. ſequuntur ibi communiter Doc. ſecun
dum Phil Franc. & illã ſequũtur Ang. Imo. Raph.
Ludo. Ro. & Alex. in l. recuſare. §. ſi quis ab alio ff.
ad Treb. & Ang. in d. §. quod autẽ. & Pan. de Caſt.
in l. quoniam liberi. C. de teſtib. & Alber. Mod. in
d. ſuo tracta de teſti. fol. 14. col. 3. & hoc ne officiũ
teſtis ſit ſibi damnoſum. contra regu. c. peruenit. de
fideiuſ. & l. ſi ſeruus communis. §. quod verò. ff. de
ſur. quanuis Cy. Ang. & Saly. in d. l. quoniã liberi.
tenuerint contrarium per iura ſupra alleg. quibus.
reſpon-

reſpondet Alexan. in d. §. ſi quis ab alio, & Philip. Franc. in d. §. inſuper. in 2. colum.

63 †Tertiò quæro. nunquid in caſibus in quibus teſtes non producuntur corã iudice, ſed iudex mittit tabellionem ad eos recipiendos, vel ipſemet vadit prout exemplificari poteſt in c. ſi qui teſtium. de teſti. & in l. ad egregias. ff. de iureiur. cum ſi. teneatur producens miniſtrare expenſas iudici, vel tabellioni, quemadmodum tenebatur teſtibus venientibus &c. In qua quæſtione breuiter concludendum eſt, quòd ſic, text. eſt clarus & expeditus & ibi Gloſſ. in verbo producentis. in c. ſecundo de iud. lib. 6.

64 †Quartò quæro. pone quòd producens conuenit cum teſte de certa ſumma pro die & ſoluit pro x. diebus. demum fuit intra quinq; dies expeditus dictus teſtis, nunquid teneatur reſiduũ reſtituere producenti? Ioa. Andr. in loco de quo ſupra tenet quòd ſic. allega. pro hoc text. in l. creditor. §. ſi inter. 2. reſponſo. ff. manda. vbi dicitur quòd ſi inter ſocerum & maritum fuit factum pactũ vt maritus tanquam miniſter ſoceri alat vxorem ex vſuris dotis, ſi aliquid ei ſupereſt alimentis deductis, tenetur reſtituere ſocero: ſecus ſi tenebatur eam alere vt maritus: quia iſto caſu nõ tenetur reſtituere reſiduũ propter onera matrimonij &c. & ratio diuerſitatis eſt quia primo caſu agit vt miniſter qui nullum commodũ ſentire debet. Ad idẽ alleg. tex. in l. antepenult. §. 1. ff. de lega. 2. & l. pecuniæ ſortem. ff. de alimen. & cibari. legat. ſed ita eſt in caſu noſtro: quia teſtis agit vt miniſter: ergo tenebitur reſtituere reſiduum. Iſtã opi. ſequitur Paulus de Caſtr. in l. quoniam liberi. C. de teſti. quæ etiam mihi videtur vera. pro cuius confirmatione adduco optimum ſimile. Tu ſcis quòd pendente dilatione iudicis officium conquieſcit, ſaltẽ ſuper illo articulo ſuper quo eſt data dilatio. tex. eſt & ibi nota. Docto. in l. ſiue pars. C. de dilatio. & in c. ſignificante. de appellat. Modo pone quòd data eſt dilatio parti vnius menſis ad producendum teſtes vel inſtrumenta, intra quindecim dies produxit, nunquid iudicis officium cõquieſcat amplius, puta per totum menſem. Certè non: quia finita eſt cauſa dilationis, & nõ impulſiua, ſed finalis. Ita not Dy. in regu. decet. de regu. iur. lib. 6. in fi. colu. & Bart. in d. l. ſiue pars. & in l. à filia. §. alumno. ff. ad Trebel. & Panor. in d. c. ſignificante. & in c. potuit. de loca. & conduc. in no. & Ange. de Are. in §. ſi minus. Inſt. de actio. in 5. colum. dicendũ eſt in quæſtione noſtra. nam cum ceſſauerit cauſa finalis propter quam producens dabat teſti certam ſummam pro qualibet die, nimirum ſi reſiduum tenetur reſtituere producenti, cum illud cedat: & cedere debeat ad eius commodum, quemadmodũ cedit tempus iudici ad procedendum finita cauſa dilationis: argumento c. cum ceſſante. de appel.

65 Quintò quæro. pone quòd teſtis† inueniendo ſtando vel redeundo paſſus eſt aliquod damnum: vt quia amiſit equũ, vel veſtem &c. nunquid emendam iſtius damni poſsit petere à producente. Specu. in tit. de ſalar. in princip. ſentit quòd ſic. idem tenet Alberi. Moder. in tracta. de teſti. in 14. ſo. in 3. colum. contrarium tamen ſentit Io. And. in additio. ad Spec. in d. loco per text. in c. ſtatutum. §. inſuper de reſcrip. lib. 6. nam cum ibi ſolum de expenſis tractetur, non venient damna. iuxta tex. & ibi not. in c. in noſtra. de iniur. & per Bar in l. 1. ff. de alie. mutan. iudi. ca. fac. & per Archidia. in c. in primis. 2. quæſtione 1. & per Bal. Alexan. & Iaſo. in l. 1 §. hoc iudicium. in 2. colu. ff. ſi quis ius dicen. non obtem. & per Bal. in l. terminato. ff. de fructi. & lit. expen. & per Salyc. in l. non ignoret. eodem tit. & Ludou. Roma. in ſingu. 345. incipien. nunquid appellatione &c. & per Philip. Franch. in c. diſpendia. de reſcrip. lib. 6. in fin. princip. Vnde cum vnum conceſſerit reliquum prohibuiſſe cenſetur: argumento c. nonne. de præſumptio. Iſtam opin. tenet Bald. in l. ſi. in fine. C. de fructib. & lit. expen. & Philip. Fran. in d. cap. ſtatutum. §. pro ferendo teſtimonio. vbi dicit hoc eſſe menti tenendũ: nam multoties erratur in hoc. imo dicit quod ſi teſtis reciperet aliquid pro damno ſibi cõtingenti diceretur corruptus, ex quo reciperet contra iuris prohibitionem: & eius dictum non probaret: vt in c. 1. de teſtib. & l. 1. ff. de falſis. Aduerte quia Spec. & Ioan. And. in loco de quo ſupra non loquuntur ſpecificè in teſte, ſed in iudice, tamẽ ex ibi dictis poteſt ſumi argu. ad quæſtionem de teſte, & eos æquiparat Io. And. in c. ſtatutum. §. inſuper ſupra allegato. Bal. tamen & Philip. Franc. propriè loquuntur in teſte.

Cogitabam pro concordia dictarũ opin. ſic poſſe diſtingui. Aut producẽs voluit teſtes per loca periculoſa ducere, ita quod veriſimiliter producẽs, & quilibet alius diligẽtiſsimus poterat cogitare de caſu. & tunc dicendum eſt quòd teneatur teſtibus ad omnia damna & ad expenſas. iuxta Glo. & ibi not. in l. inter cauſas. §. non omnia. ff. manda. & per Bal. & Philippum Franc. in d. §. inſuper. in fi. colu. Aut non duxit teſtes per loca periculoſa, ſed per frequentata & communia: & tunc ſi caſu à latronibus fuit derrobat: vel aliud quid teſtibus cõtingit ſubdiſtinguo. Aut iſti teſtes procurarunt ſe produci in illa cauſa aut non. Primò damnum contigens tam in perſonis teſtium, quàm in equis &c. non eſt eis emendandum, ex eo quòd ipſi procurarunt vt producerentur. Sicut dicimus in procuratore qui procurauit ſibi mandatum: vt d. l. inter cauſas. §. non omnia, & in l. tua onera. ff. de excuſatio. tuto. ibi, non affectata &c.

Secundo vero caſu. Aut damnum eſt datum circa res neceſſarias ipſis teſtibus, ita quòd iſtæ res perierunt, non aliàs perituræ. niſi propter caſum contingentem, & tunc dicendum eſt quòd teneatur producens ad emendandum, per textum in l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſocio. Iſta diſtinctio probatur ex not. per Bartolum poſt Ioan. Faſioli de Piſis in l. ſi ſeruus communis. §. quòd vero. ff. de de ſur. in quæſtio. de ambaſciato remiſſo à ciuitate qui paſſus eſt damnum an ſit ei emendandum & diſtinguit prout ſupra, & eum ſequuntur ibi Alexan. in additio. & Felin. in cap. fin. de teſti. & Corſe. in ſuo reper. in litera A. verſiculo ambaſciatores. Igitur diſtinguendo prout ſupra vera erit opinio Spec. & Ioan. Andr.

Etſi diceres quid commune habet officium ambaſciatoris cum officio teſtis, ad hoc vt diſpoſita in vno habeant locum in alio? Reſpondeo & dico, quòd ſunt officia ſimilia. probatur officium leganonis, eſt neceſſarium ſecundum Bartolum in dicta l. ſi ſeruus, qui pro hoc allegat textum

in l. 1. §. 1. iuncta l. numerũ. §. legati. ff. de mune. &
hono. & in l. ſciendum. §. ſi accuſatio. & §. ordine.
ff. de legatio. & Glo. in l. ſi quis decurio. C. de decu.
lib. 10. in verbo cogatur. & iſtud officium non de-
bet eſſe legato damnoſum: l. poſt legatum. §. aduo-
catum. ff. de his quib. vt indign. & l. cum poſtulaſ-
ſem. ff. de damno infect. & dixi ſupra. ſed officium
teſtis eſt ſimiliter neceſſarium. vt no. Bart. & Bal. in
l. furti. §. 1. ff. de his qui not. infam. dixi ſupra in 11.
quęſtione, ergo diſpoſita in ambaſciatore habebunt
locum in teſte. cum in habentibus ſymbolum fa-
cilior ſit tranſitus: vt eſt in text. in c. quod in dubijs
de conſo. eccle. vel alta. & in l. in rem. §. item quæ-
cunque. ff. de rei vendi. no. Pan. in c. præſentata de
teſtib. in 2. colum. & in c. cum homines de decimis.
in 1. colum. Præterea quæ non differunt ratione, nõ
differũt iuris diſpoſitione. l. à Titio & ibi Bal. & alij
ff. de verb. obl. ſed ita eſt in caſu noſtro: ergo.

Retenta tamen iſta opin. pro vera notabis, quòd
non ſolum tenebitur producens ad damna teſtibus
contingentia in rebus: ſed etiam in perſonis. nam ſi
infirmarentur in itinere tenebitur eis neceſſaria mi-
niſtrare donec redire poſsint in patriam, iſtud pro-
batur ex nota. per Bart. in l. hi qui. §. tamdiu. ff. ex
quibus cauſis maio. vbi dicit quòd ſi ambaſciatores
infirmantur in ambaſciala: ciuitas debet eis neceſſa-
ria miniſtrare quouſque redire poſſunt. idem tenet
ibi Bald. & Ioan. de Ana. in ca. quâm ſit. de iudæis.
Iſtud etiam ſenſit Ioan. And. in additio. Spec. in tit.
de ſalar. in princi. ſupra alleg. dum vult quòd ſi iu-
dex propter infirmitatem ſibi contingentem mo-
ratus fuit, plus in vno loco: quòd illud eſt ſibi refi-
ciendum, intellige de iudice delegato non de ordi-
nario: quia iſte de iure non debet habere expenſas à
partibus, ſecundum Glo. quam ſequuntur Docto.
in d. c. ſtatutum. §. inſuper. de reſcrip. in verbo mo-
deratas. Super iſta diſtinctione quamuis æqua & iu-
ridica cogitabis. propter auctoritatem Bal. & Phi-
li. Franc.

66 Sextò & vltimò quæro. pone quod iudex † ex of-
ficio ſuo vult recipere teſtes, cuius expenſis eos pro-
ducet, an partiũ, vel de publico. iſta quæſtio eſt no.
pro cuius declaratione & reſolutione breuiter di-
ſtinguo. Aut ſumus in iudicio in quo ſunt partes: &
iudex vltra probationes partium pro ſua informa-
tione vult recipere alios teſtes, quòd etiam inuitis
partibus. iuxta not. in l. 2. & ibi Bal. C. de ſenten. &
pericul. recitan. & in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de re-
ſcrip. libr. 6. & tunc dico quòd iſti teſtes producen-
tur expenſis vtriuſq; partis cum negotium ſit com-
mune, & omnes tangat: argu. l. 4. §. in iudicio. verſ.
ſed & ſi menſor. ff. finium regun. & l. ex parte in
prin. ff. fam. erciſ. & l. generaliter. C. de iureiuran.
Ita multum not. tenet Bal. in l. verba in 2. col. C. ad
l. Iul. de adu. & Phili. Fran. in d. c. ſtatutum. §. inſu-
per. in 2. col. confirmatur ex no. per Ricar. Malum
& Bal. in d. l. 4. §. in iudicio. & Bart. & Alex. in l. ſi
poſtulauerit in fi. ff. de adul. cum concor. de quibus
ibi. vbi dicunt quòd ſi iudex committit cauſam con
ſulendam Doctori proprio motu, prout poteſt, vt
in d. l. 2. de ſen. & breui reci. hoc faciet expẽſis com-
munibus vtriuſq; partis. cum negotium ſit commu-
ne. Idem eſt ſi teſtes reciperet ad petitionem partiũ.
Secus ſi ad petitionem vnius tantum: quia tunc ex-
penſis illius tantum debet & teſtes recipere & conſi-
lium Doctoris quærere: vt l. cum ſæpe. C. de eroga.
mili. anno. lib. 12. & dictum fuit ſupra in princ. hu-
ius 15. quæſtionis & per prædictos in dictis locis.
Aut ſumus in iudicio in quo non ſunt partes, ſed iu-
dex procedit ex officio ſuo cõtra aliquem per viam
inquiſitionis miſit pro teſtibus, teſtes dicunt nolle
venire, niſi eis miniſtrentur expenſæ, nunquid iſto
caſu iudex poſsit iſtas expenſas deputare de publico.
Bal. in d. l. verba, dicit ſe credere quòd ſic: arg. text.
in l. cum nauarchorum. C. de naui. ſeu naucle. pub.
lib. 11. vbi dicitur quòd ſi aliquid eſt expediendum
per homines certæ regionis & caſu expedire nõ poſ-
ſit: debet per alios expediri expenſis publicis & nõ
eorum qui obligati erant. ſed in caſu noſtro teſtes
ordine regali attento erant expenſis partium pro-
ducendi: quòd caſu fieri non poteſt: ergo ſuccurra-
tur de publico: cum maior ratio videatur eſſe in iſto
caſu, cum illi qui obligati erant non adſint, ſicut nõ
adſunt in caſu d. l. cum nauarchorum & tamen ibi
ſuccurritur de publico. Confirmatur iſta opin. au-
ctoritate & ratione. Auctoritate ex no. per Guil. in
l. 1. ff. de iuſti. & iure. vbi dicit quòd rector ciuitatis
poteſt imminente neceſsitate & iuſta cauſa conſti-
tuere ſalarium de burſa fiſcali cuicunq;, qui cœperit
malefactorem. & eum ſequitur Bar. in d. l. cum na-
uarchorum. & Bal. & Pau. de Caſtr. in d. l. 1. intelli-
gendo tamen in rectore ſeu iudice qui habet admi-
niſtrationem bonorum communis: vt per eos ibi.
Ratione verò confirmatur. Nam ſi iudex non poſ-
ſet miniſtrare expenſas teſtibus neceſſarijs in cauſis
in quib. ipſe procedit ex officio, ſequeretur quòd
nunquam ipſe poſſet aliquem condemnare nec pu-
nire per viam inquiſitionis ſaltem per teſtes, teſtib.
nolentibus venire. cum nemo cogatur ſuis ſtipen-
dijs militare. C. cum ex offici. de præſcriptio. Sed
ſolum quando per accuſatores rei conuinceren-
tur teſtibus vel alijs argumentis. ſicq́ue fieret quòd
crimina remanerent impunita contra. c. vt famæ de
ſenten. excom. & l. ita vulneratus. ff. ad legem Aqui.
& daretur materia delinquendi contra. l. ſi operis.
C. de pœ. ibi ne ad maleficia quáquam temerè pro-
ſileat. igitur dicendum eſt iudicem poſſe de publi-
co miniſtrare expenſas teſtibus: eo maximè, quòd
ſi non iuſtè † ſed temerè, id eſt, dolo vel lata culpa 67
proceſsit ad inquiſitionem tenebitur in ſyndicatu
in expenſis & intereſſe parti contra quam proceſsit
iuxta no. per Bal. in l. ſeueriter. C. de excuſa. tuto.
& in rub. C. de pœna iudic. qui ma. iu. & in l. ſanci-
mus. C. de iud. in 13. q. & per do. Hipp. de Marſi. in
l. patre vel marito. ff. de quæſtio. in 4. col. Eadem
ratione & fortiori tenebitur Reipublicæ ad expen-
ſas & intereſſe proueniẽs ex teſtium receptione ini-
què & dolo facta.

Concludo ergo quòd iudex poteſt de publico
miniſtrare expenſas teſtibus neceſſarijs in cauſa in-
quiſitionis. Et hæc ſufficiant quoad iſtã 15. & no. q.
Multæ aliæ poſſent hic annecti cum materia ſit am-
pla. tamen amplius proſequi non poſſum ob gra-
uiſsimam corporis valitudinem. Coactus itaq; ope-
ri incepto non finem ſed quietem impono. Bono-
niæ XIII. Auguſti. Anno à natiuitate Domini.
M. D. XXII. Apud Sanctum Andream vulgo de
Galeria nuncupatum.

TRAC-

TRACTATVS DE TESTIBVS ET QVOT SVPER VNOQVOQVE FACTO EXAMINARI DEBEANT. PER D. PETRVM REBVFFVM L.V.D.

Des Teſmoings, & combien ſur vn faict peuuent eſtre examinez.

ARTICVLVS VNICVS.

ITem, que lon ne pourra en quelque matiere que ce ſoit, ſur vn meſme faict contenu es eſcriptures, & additions deſdictes parties produire, ne faire examiner que dix teſmoings pour le plus, & ne ſera comptee vne turbe, que pour vn teſmoings es cas, qu'on à accouſtumè examiner teſmoings en turbe, & les teſmoings, qui ſeront examines outre ledict nombre de dix ſeront reiectez, & n' aura lon regard à leurs dictz, & diſpoſitions: & auec ce ſara le commiſſaire, qui aurà examine plus de dix teſmoings ſur vn meſme faict mulctè à l'arbitrage du iuge, en l'auditoire du quel ſera rapportee ladicte enqueſte: & ſi eſdictes eſcriptures, & additions deſdictes parties, y auoit articles faiſans mentions d'un meſme faict, nous ordonnons que les commiſſaires qui feront leſdictes enqueſtes, accelerons les articles faiſant d'un meſme faict.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ne plus decem recipiãtur, ſuper eodem facto ſtatutum eſt.*
2 *Ratio edicti ne vltra decem teſtes recipiantur.*
3 *Conſentiente etiam parte, tollitur poteſtas recipiẽdi teſtes plus decem. Verbum, ne pourra, quid importet.*
4 *Verbis prohibitorijs non poſſunt partes renunciare, etiã cum iuramento. & nu. 5.*
6 *Laicus iudex indiſtinctè prohibetur examinare plus decem.*
7 *Generalia verba omnes comprehendunt.*
8 *Conſtitutio hæc in curijs eccleſiaſticis non ligat.*
9 *Dictio, quelque, quid ſignificet.*
10 *Iudex in criminalibus ad inueniendam innocentiam rei, poteſt vltra decem teſtes examinare, etiam poſt repetitos teſtes. & nu. 12.*
11 *Accuſatus poteſt alios teſtes producere vltra per iudicem receptos.*
13 *Tertius veniens de nouo, poteſt alios teſtes producere licet principalis decem produxerit.*
14 *Vnius facti appellatione, quid veniat. & nu. 15.*
16 *Mutuum per duos vel tres teſtes probatur.*
17 *Ratio cur plures teſtes producuntur.*
18 *Vnum factum, quando dicatur.*
19 *Teſtes citati eſſe debent, non verò ſpontaneè ſe ingerere.*
20 *Teſtibus ſine citatione ſe ingerentibus non creditur.*
21 *Teſtis voluntariè deponens præſumitur inimicus.*
22 *Homicidium proſequens, quando ſua non intereſt, illud feciſſe videtur.*
23 *Iudex ſuſpectus dicitur, quando operam ſuam ingerit.*
24 *Indefinita licẽtia producendi teſtes, cur redacta ad decem teſtes ſit. & numero 25. & 26.*
27 *Effrenata multitudo teſtium, quæ dicatur.*
28 *Teſtes decem tantum examinandi ſuper quolibet articulo. & nu. 29. 30. & 31.*
32 *Fœminæ repelluntur vltra decem à teſtimonio.*
33 *Denarius eſt numerus perfectus. & Deo ſacratus.*
34 *Turba vnius tantum vicem teſtis gerit.*
35 *Teſtimonia confuſa, ſecundum Bald. at magis tumultuaria dici poſſunt.*
Turbam, quot homines faciant.
36 *Caſus per turbam qui probandi.*
37 *Probatio vſq; ad tres turbas recipitur. & nu. 38.*
39 *Cœtus, collegium, coadunatio, quid importent.*
40 *Decem oues, aut quinq; porci, faciunt gregem.*
41 *Iudex an poſſit ex officio ampliare numerum decem teſtium.*
Iudex iuſtior lege eſſe non debet.
42 *Modus inſtruendi teſtes.*
43 *Inſtruere teſtes, an ſit licitum, vt aptè & apertè deponant. & nu. 44.*
44 *Teſtis dicens ſe inſtructum à parte, de licita inſtructione intelligitur.*
45 *Precibus, an liceat inducere teſtem.*
46 *Subornans teſtes qua pœna puniatur.*
47 *Teſtes qui excedunt numerum decem teſtium reijciuntur. & nu. 48. cum ſeq.*
49 *Teſtes meliores, priori loco producendi.*
50 *Teſtes imperfectè factum narrantes, & partium conuentionem, nihil probant. & nu. 51.*
52 *Teſtibus viris ſanctis et integri ſtatus multũ deferuntur.*
53 *Teſtes ſupernumerarij, nec vi literarum regiarum recipiuntur.*
54 *Reus quot teſtes producere poteſt, quot ſupernumerarios poteſt producere actor ex priuilegio.*
55 *Teſtes ſupernumerarij alios teſtes qui de numero ſunt non adiuuant.*
56 *Teſtibus quod non poteſt probari, poteſt tamen illis iuuari.*
57 *Teſtium numerus interdum ſupplet.*
58 *Commiſſarius recipiẽs teſtes ſupernumerarios punitur.*
59 *Vtile per inutile non vitiatur indiuiduis.*
Teſtiũ priorũ depoſitio, nõ vitiatur ob ſupernumerarios.
60 *Inquiſitor cogi poteſt ad audiendum decem teſtes ſuper quolibet facto.*
61 *Factum vnum pluries repetitũ non niſi vnius vicẽ tenet.*
62 *Teſtis iurans non deponere pro alio cogitur.*
63 *Minans teſtibus malã cauſam fouere præſumitur & eam perdere debet.*
64 *Depoſitio perlegenda eſt teſtibus.*
65 *Locus examinandi teſtes qualis eſſe debeat. & nu. 66.*
Teſtes in domo producentis examinari non debent.
67 *Feriatis diebus, an liceat teſtes examinare.*
68 *Secretè debent teſtes examinari.*
Dictum teſtis palam examinati, non valet.
69 *Extensè dicta cuiuſq; teſtis ſunt deſcribenda.*

GLOSSA I.

HVic articulo † conuenit ar- 1
ticulus 14. & 15. ſupra titu.
prox. videlicet ne vltra de-
cem teſtes ſuper vno facto
audiantur, quæ deciſio eli-
citur fortè ex c. cũ olim. 1.
de priuileg. ibi, presbytero
Card. diximus in manda-
tis, vt ſuper amiſsione, ac
teno-

tenore priuilegiorum teſtes reciperet, quos duceret
producendos, qui fideliter redegit in ſcriptis depo-
2 ſitiones decem teſtinm iuratorum &c. † Ratio eſt,
vt vitetur effrenata teſtium multitudo, vt inferius
dicam: & duo hic ſtatuit: vnum in ſenſu directo, videlicet, vt vltra decem teſtes non audiantur ſuper
vno facto: alterum in ſenſu contrario, vt decem teſtes audiri poſsint ſuper qnolibet facto, quia hic numerus videtur omnino ſufficiens, vt dicam infra in
glo. 5. & vt vitentur litis anfractus, & diſpendia. c.
diſpendia. de reſcrip. in 6.

3 † Item per hoc verbum non poterit, *ne pourra*, nõ
erit liberum commiſſario audire vltra decem teſtes,
etiam ſi partes conſentiant, quia hoc verbum, *ne pourra*, tollit poteſtatem tam partibus quâm inquiſitori ibi, *produire ne examiner*. Glo. in cap. 1. de regu.
iuris. in 6. Bart. in l. Gallus. in princip. ff. de libe. &
poſthu. c. 1. de cau. poſſ. ibi, nec nos contra partem
inauditam aliquid poſſumus definire, & adeo hæc
verba, *non pourra*, reſiſtunt actui, vt contra factum
ipſo iure nullũ ſit Bal. in l. de his. col. 1. ff. de tranſact. Tiraq. poſt tracta. de legib. connubial. in gl. 2.

4 † Etiam quando verba ſunt prohibitoria, partes
non poſſunt illis verbis renunciare: vt dicit glo. 1. in
fin. in l. 1. C. ne fideiuſ. dotium dentur, quam probat Alex. in l. ſi conſtante. §. quoties. col. 2. ff. ſolu.
matri. Bal. conſ. 285. pone ſtatutum. & Docto. in l.
5 paciſci. ff. de pact. † etiam cum iuramento non poſſent partes renunciare: vt docet Iaſ. in procem. Inſtit. de actio. nu. 22. Barba. conſ. 38. præclarè. col.
vlti. in 2. volumi.

En quelque matiere que ce ſoit.

GLOSSA II.

6 SIue agatur de re prophana † ſiue eccleſiaſtica, in
quibus caſibus iudex Regius cognoſcit, ſiue petitorio corã iudice laico ſuper re prophana actum
fuerit, ſiue poſſeſſorio, & hoc ſeruari dicit. Barber.
in viator. iuris, in pract. legum Regiar. in ver. productis igitur. & tam in curijs ſupremis, quam inferioribus, etiam coram iudicibus Baronum, vel aliorum dominorum hic tex. ſeruatur, cum hic genera-
7 liter ſtatutum ſit, & verba † generalia omnes comprehendant. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. l. à procura-
8 tore. C. manda. † In curijs tamen eccleſiaſticis hæc
conſtitutio non ligat, vt ſcripſi in procemi. harum
9 conſti. in primo Tomo. etiam † quia dictio, *quelque*,
quæ idem ſignificat, quod quęlibet, ęquipollet vniuerſali cap. vt circa. de electio. in 6. Alex. conſ. 115.
in 2. volum.

10 † In criminalibus tamen iudex ad inueniendam
innocentiam rei ex officio poterit etiã vltra decem
recipere, non verò ex parte accuſatoris. l. 1. §. ſi quis
vltro. ff. de quæſtio. Hippol. in conſ. 39. dominus.
facit l. fi. vbi Docto. ff. de ferijs. etiã poſt repetitos
11 teſtes, quod, *recoller*, dicunt, poterit † accuſatus producere alios teſtes eum alibi fuiſſe deponẽtes: vt iudicauit Senatus hoc anno 1551. die 24. Aprilis. licet
iſta repetitio, ſeu confrontatio æqnipolleat publicationi teſtium, tamen per indirectum poſt publicationem probare quis poteſt. c. ex tenore. & c. fraternitatis. vbi Docto. de teſtib.

12 † Idem quãdo ego ſemel petijſſem viginti ex centum mihi debitis, quæ obtinui, per l. quidam ff. ſi
cert. peta. ideo ſi reſiduum petam, potero probare
per alios teſtes, licet vltra decem, ſi in prima petitione produxerim decem, & eſt bona cautela: vt dicit
Mattheſi. not. 116. nota quòd ſi ex centum &c.

Tertius † tamẽ de nouo veniens poterit alios te- 13
ſtes producere, licet principalis decem produxerit:
vt docet Bar. & Imo. in l. ſi per luſorio. §. 1. de appellationib. & Docto. in cap. cum ſuper. de re iudicia.
non poterit tamen pro ſe hic tertius vltra decẽ producere, per iſtum tex. & vide quæ ſcripſi in tractatu
de areſtis & opponentibus contra ea infra.

Sur vn meſme faict. contenu es eſcriptures, & additions deſdictes parties.

GLOSSA III.

VNum factũ † hic non tantũ vocamns factum 14
principale, ſed & vnumquodq; factum quod
probari debet, ad obtinendũ ſuper facto principali,
vtpote mntuaui tibi centum aureos, ecce factũ principale: pono in articulo, qnod miſiſti talem nuncium ad rogandum me, vt ego illi nunciarem, ecce
aliud factum.

Item † illi promiſi, quòd tibi ſoli pecuniam præ- 15
ſtarem, ecce aliud factum. ad hæc ꝙ in domo Claudij mutuaui præſente Claudio, & ſic de alijs: ſuper
quolibet articulo, non potero andire vltra decem
teſtes. & non dicit quòd decem teneatur quis audire, ſed ſufficit probatio duorum vel † trium. l. vbi 16
ff. de teſtibus. † ſed plures ideo producantur, eo ꝙ 17
vnus vel alter poteſt reprobari, & poſtea imperfecta remaneret probatio, ob id vſque ad decem produci, & audiri poterunt ſuper qnolibet facto: vide
quando dicatur † vnum factum, in l. nunquam. plu- 18
ra. ff. de priua. delict. & in l. vulgari. de furt. & in l.
ſi familia. de iuriſd. omn. iudi. & in cap. fraternitatis. de teſtibus Clemen. 2. illo tit.

Produire.

GLOSSA IIII.

PRoducendi ergo teſtes à parte ſunt. l. produci. 19
cum l. ſeq. ff. de teſtib. alioqui ſi teſtes ſine productione, & citatione, ſe ingererent † eiſdem nõ cre- 20
deretur, tanquam ſuſpectis. l. quæ omnia. §. 1. ff. de
procur. Bart. in l. poſt legatum. §. his verò. ff. de his
quib. vt indig. † quia ſic voluntariè deponens præ- 21
ſumitur inimicus. C. cum P. de Monconella. vbi
Panor. de accuſa. Hippo. in l. vnius. §. ſeruo. not.
primo. de quæſtio. ff. vbi idem dicit in eo, † qui pro- 22
ſequitur homicidium, quando ſua non intereſt, vt
is videatur feciſſe illud, cum ſe ingerat, † Et iudex 23
dicitur ſuſpectus, quando ingerit operam ſuam. gl.
in c. paſtoralis. in verbo, plures, de reſcrip.

Ne faire examiner que dix teſmoings pour le plus.

GLOSSA V.

DE iure Digeſtorum † quot teſtes eſſent recipi- 24
endi, non erat expreſsè ſtatutum, nec prohibitum, ſed ex æquo ac bono iudices arbitrabantur,
& cum ſolum numerum teſtium, quem neceſſariũ
eſſe ſentiebant, patiebãtur, ne ſcilicet effrenata poteſtate ad vexãdos homines ſuperflua caterua teſtium
ꝓtraheretur. l. 1. in fi. ff. de teſtib. † Sed cõſtitutiones 25
Principũ ſtatuerunt teſtimonium duorũ, vel trium
in vno caſu ſufficere. Quid eſt enim ꝙ non abundè
intra præfinitum numerũ ſolers quæſitor inueniat,
l. quo-

l.quoties. C. de naufrag.libr. 11. Maſuer.in titul.de
26 teſtibus in §. item ad refrenandum. † & vt lites ab-
breuientur, & vitetur cõfuſio, & multiplicatio ſcri-
pturarum, & quare potius decem, quam vndecim,
vel alium numerum ſtatuit, quia hic numerus vi-
detur ſufficiens, etiam quia ſic volo, ſic jubeo, ſit
pro ratione voluntas. §. furtiuæ. de vſucap.in inſti.
& l.non omnium. ff. de legib.

27 De iure verò canonico † effrenata tantú teſtium
multitudo reijciebatur, vt quæ numerũ quadrage-
narium excedat. c. ſignificauerunt & ſequen. de te-
ſtib. de hac effrenata multitudine, loquitur Lodou.
Roma. in repetit. l. ſi vero. §. de viro. col. 42. fal-
len. 45. ff. ſolu. matr.

28 Hodie † vero hac lege Regia decem tantum teſtes
in Curijs ſecularib. ſuper vnoquoq; facto recipiun
tur & examinantur, per cap. cum olim de priuileg.
vnde ſi decẽ teſtes examinentur ſuper omnibus ar-
ticulis, alij præter hos examinare nõ poterũt, ſi ve-
rò pars velit ſuper quolibet articulo factũ continen
te, vt decẽ examinentur, ei liberũ erit per hunc tex.

29 Siue † articuli ſint ſpeciales, ſiue generales, etiam
tunc decem ſufficient: vt cenſuit Senatus, prout re-
fert Ioan. Gallus in quæſtio. per areſta. quæſt. 163.
areſto. 12. de primo impreſsis.

30 Itaq; † partes ſuper vnoquoq; articulo decẽ pro-
ducere non impedientur, & ſi non deponant ſuper
illo articulo, ſuper quo producti ſunt, tamen pote-
runt ſuper alio deponere, & valebit teſtimoniũ il-
31 lorum. & † ſi fortè teſtes quidam ſuper vno articulo
deponẽtes reprobati fuerint, alij aderunt, & coad-
iuuabunt depoſitionem aliorum. Ita habetur in ſty-
lo Parla. in tit. ſequitur ad viſamentum eorum &c.
§. item ſuper.

32 Intellige † ſiue examinentur viri, ſiue mulieres,
nam cum ipſe (extra teſtamẽtum, & quoſdam alios
caſus) teſtes eſſe poſsint. c. 3. de teſti. l. qui teſtamen-
to. §. mulier. ff. de teſta. l. ex eo. ff. de teſtib. ergo ſuf
ficiet vt decẽ examinentur, tum ad vitandum effre-
natum numerum, tum etiã quia hic numerus vide-
33 tur ſufficiens, quod † denarius numerus ſit Deo ſa-
cratus, cum ſit perfectus, vt ſcripſi in §. 1. in glo. de-
cem, de mand. apoſtolicis. in concor. Franciæ. Nec
quidem vndecim producere poterit ſuper vno, li-
cet non produxiſſet niſi duos, vel tres ſuper altero,
ne fiat fraus legi, & vt effrenatus vitetur numerus. l.
fraus. ff. de legib.

Et ne ſera comptee vne turbe, que peur vn teſmoings es cas, qu' on à accouſtume examiner teſmoings en turbe.

GLOSSA VI.

34 TOllit dubium, † ſi quis probet vnum articulũ
per turbam decem teſtium, vel vltra, an poſsit
alios producere? & reſpondet turbam pro vnico te-
ſte annumerandam, ſcilicet in caſibus, in quibus te-
ſtes in turba recipiuntur.

35 Budæ. hæc teſtimonia in turba omiſſa, confuſa
vocat, quæ forſan propriè magis tumultuaria, qua-
ſi in tumultu recepta dici poſſent. Turba autem eſt
decem ad minus. l. prætor. 2. §. turbam. ff. vi bono.
rapto. quamuis Decius in c. 1. de teſtib. dicat mino-
rem numerum ſufficere arbitrio iudicis.

36 Quæro qui ſint caſus conſueti per turbam pro-
bari? Reſponde conſuetudines, & vſus per turbam
probari ſolent, & non per teſtes ſigillatim de ſtylo.
Franciæ, ac modus vtendi. Ioan. Fab. in l. 2. in ver.
circa quintum. C. quæ ſit long. conſuetu. & in §. ſine
ſcripto de iure natura. in Inſt. & Boer. in §. 2. de con
ſue. mat. in conſue. Biturig. Manſuer. in tit. de pro-
ba. §. item conſuetudines. & In ſtylo Bituricen. vl-
tra triginta teſtes pro vna turba non ſolent adduci,
† & probatio recipitur vſq; ad tres turbas, & nõ am- 37
plius, vt eſt in titul. *des delaiz des productions des teſ-
meings articu.* 4. in dicto ſtylo.

Idem † in ſummarijs & tunc non requiritur alia 38
publicatio, vt docet Bald. in l. prolatam. C. de ſen-
ten. & Lanfranc. in cap. quoniam. in verb. teſtium.
col. 2. de proba. & in probãda nobilitate quoad no-
minationes & beneficia, ſcripſi in §. cum vero de
collat. in concordant. ſed ibi ſufficiunt quatuor
teſtes.

Cœtus † vel rixa duorum eſt. d. l. prætor. §. turbã. 39
collegium tres faciunt. l. Neratius. vbi ſcripſi. ff. de
verbo. ſignific. c. 1. de electio. vbi duo faciunt con-
gregationem, & quinque coadunationem. Albe. in
d. l. prætor. † Decem oues, aut quinq; porci faciunt 40
gregem. l. vlt. ff. de abig. ſi tamen ſint mille, & vl-
tra non deſinit eſſe grex. l. grege. ff. de lega. 1. & 2.

Et les teſmoings qui ſeront examinez outre ledict nombre de dix, ſeront reiectez.

GLOSSA VII.

SIue † ex officio recepti fuerint, ſiue ad partium 41
petitionem: quia hinc omnino prohibet in ciui-
libus, alioqui ſemper iudex vltra numerum hic ta-
xatum recipere poſſet, & ſic poſſet hanc legem elu-
dere, quod neutiquam ſieri debet. l. ſi prætor. ff. de
iudic. quia numerus hic taxatus videtur ſufficiens,
ideo non eſt per iudicem ampliandus, nec debet eſ-
ſe iuſtior lege, vt dicit Bal. in c. tranſlato. de conſti.
Hippol. conſ. 39.

Vnde † pars antequam producat teſtes, debet cum 42
eis loqui an, & quid de illa re ſciant, & legere coram
illis articulos, ſuper quibus ipſos producere velit,
& poſtea ſcribere ſuper quo articulo deponere po-
terunt, & dare iudici paruam ſcripturam continen-
tem, interrogetur talis teſtis ſuper 1.2.4.6.12. item
talis ſuper 3.5.7.8.10. &c. vt ſcribit epiſcopus Vau-
ren. in ſuo tracta. de ritu iud. tit. qualiter actor pro-
babit. & Paulus in l. 2. col. 2. C. de iureiuran. pro-
pter calum. dando. Spec. in titu. de aduoca. §. nunc
tractemus verſi. facto autem. & in ſtylo Parlamen-
ti. tit. pen. 1. partis. §. item præcaueat.

Et nota † quod licitum eſt inſtruere teſtes, vt aptè 43
& apertè deponant, dummodo non inducantur ad
mentiendum, vel vt à veritate diſcedant: & licet ta-
lis teſtis diceret ſe inſtructum à parte, † non autem 44
eo ſolo repelleretur tanquam ſubornatus, quia in-
telligitur de licita inſtructione. Bald. & Iacob. in l.
vlt. in fi. ff. de fer. & Bal. in l. fi. C. ſi ex ſal. inſtru. &
in c. licet. col. 6. de proba. melius eſt tamen vt non
dicat.

Precibus † etiã poteſt rogari teſtis, vt veritatẽ de- 45
ponat, nec per hoc dicitur ſe ingerere. Pano. & Dec.
in c. 1. de teſtib. & in c. cum in tua. de ſponſalibus.

Non † tamen licitum eſt teſtes ſubornare, & eos 46
à veritate deuiare, alioqui eadem pœna punitur
ſubornans, qua tenebatur is, qui falſum depoſuit.
l. om-

l.omnes.in prin.vbi glo.C.de hær.l.culpa.de ma-
leſi.Iaco.de Beluiſi.in practi.rubri.de cauſis crimi-
na. nu. 45. quod facit ad ordina. regiam.infra titu.
des faux tabellions,notaires,& teſmoings.

Et naura lon regard a leurs dictz & depoſitions.

GLOSSA VIII.

47 ERgo qui † ſupra numerum decem recipiuntur,
omnino eijciuntur, & pars poterit petere, vt
reijciantur,& ſi pars non peteret, tamen iudex non
debet eorum teſtimonia legere, per iſtum text. nec
quidam lecta teſtimonia huiuſmodi facerent iudi-
48 cium: † ideo nec ſolent legi in Curijs Franciæ, quæ
numerum decimum excedunt.& fruſtra legerentur
poſtquam nihil proſunt. Facit l.1.ff. de his quæ in
teſtamen.delen.

49 Imo † etiam ſi melius probarent quàm primi, re-
ijcientur, ideo pars cauta eſſe debet, vt priori loco,
50 meliores teſtes audiri curet, nempe † primi teſtes im-
perſectè ſactum narrantes, & partium conuentio-
nem, nihil probant,& tamen hi qui vltra numerum
ſunt, repelluntur. Gloſſ.in l.Lucius.ff. de his qui
not.infa.facit tex.in c.cum clamor.de teſtib.Iaſ.in
l.eleganter.ff.de condi.inde.Alex.conſi.94. Viſo
proceſſu,in 6.volu.

51 Etiam † ſi de nouo veniſſent ad notitiam produ-
centis, quamuis aliæ exceptiones ſint recipiendæ,
non tamen teſtes.c.paſtoralis.de exceptio.quia im-
putet ſibi, qui tot teſtes audire fecit,nihil ad rem fa-
cientes, per iſtum tex. dicentem non habendam ra-
tionem ad eos,qui auditi fuerint extra numerum.

52 Etiã † ſi viri ſancti eſſent,& integri ſtatus,quan-
uis aliàs multum iſtis deferatur.c. niſi de præben.c.
pe.de præſump.

53 Nec quidem † reciperentur per literas Regias,nec
comprobãdæ literæ eſſent,ſi eſſent impetratæ con-
tra hanc legem Regiam, alioqui quotidie ſic impe-
trarentur, & nulla lex Regia firma eſſet, cõtra l.le-
ges.C.de legib. vide tamen Berber.in viator.iuris.
in practi.leg.reg.verſ.ſexto examinatus.ibi,aduer-
54 te&c. † Si tamen vnus haberet priuilegium contra
hanc ordinationẽ,poterit aduerſarius ratione æqua-
litatis in iudicio ſeruãdæ tot producere teſtes,quot
alter habens priuilegium produxit.arg.c.1. de iudi.
in 6. & non debet licere actori,quod non licet reo,
per regu.iuris.& ita cenſuit Senatus anno 1508.die 9.
Decembris.

55 Imo † etiam iſti, qui ſunt vltra numerum præſti-
tutum non iuuabunt in aliquo alios teſtes,qui de
numero ſunt, ſi ſortè reprobati, vel aliâs inhabiles
fuerint, cum hic text.dicat eorum dicta reijcienda,
& eorum non habẽdam rationem, haberetur autem
ratio ad eos,ſi iuuarent, vt eſt gloſſ.in c. duobus. de
56 reſcrip.in 6. † vbi quod non poteſt teſtibus proba-
ri,poteſt tamen illis iuuari,ſed nõ in hoc caſu, cùm
hic ſit prohibitum, quanuis aliàs inhabiles iuuentur
per habiles.l.ſi quis.§.cogentur.verſ.ſed ſi omnes.
57 ff.de eden. † & numerus interdum ſuppleat.l.3.§.
eiuſdem in verb.numerus.ff.de teſtibus.

Et auec ce ſara le commiſſaire, qui aura examine plus de dix teſmoings ſur vn meſme faict, mulcte a l'arbitrage du iuge,en l'auditoire duquel ſera rapportee la dicte enqueſte.

GLOSSA IX.

MVlctari † ergo debet is, qui vltra decem te- 58
ſtes recepit, quia facit cõtra hanc legem Re-
giam hoc prohibentem, & omnis qui non fecerit le-
gem Regis, diligenter iudicium erit de eo.1.Eſdræ.
cap.7.ſcripſi in tracta.nominatio.quæſtio.19.quo-
modo puniatur non obediens Regi.

Et ſic † vtile per inutile non vitiatur in diuiduis, 59
quia numerus decem teſtium valebit, & teſtes vltra
iſtum numerum inutiles erunt. Gloſſ.in l.pecuniæ.
ff.de vſur. & Docto. in l. certi.§. quoniam.ſi cer-
tum peta. & in regul.vtile.de regul.iur.in 7.Iacob.
in l.tertia.§. lege Iulia. col.2.ff. de teſtib. Hippol.
in l.fina. numero 42.ff. de iuriſd. omn. iudic. vbi
multa adducit an ſententia lata per iudicem vltra
iuriſdictionem ſuam ſit in totum nulla.

Poterit † tamen cogi inquiſitor ad audiẽdum de- 60
cem teſtes ſuper quolibet facto, alioqui pars appel-
lare poterit à denegatione,cum ſit grauata, eò quòd
iſte text. hoc permittat : argumen.l.Pomponius.§.
ſi quis.ff.de procura. Specul.in titul.de teſte.§.re-
ſtat.in fin.

Et ſi eſdictes eſcritures,& additions deſdictes parties, y auoit articles faiſans mention d'un meſme faict, nous ordonnons qua les Commiſſaires qui feront leſdictes enqueſtres accolerent les articles faiſans mention d'un meſme faict.

GLOSSA X.

ET ſic † per iſtum textum ſi partes repetant vnũ, 61
& idem factũ in pluribus articulis, ſuper quo-
libet articulo non audientur decem teſtes, ſed om-
nes iſti coniungẽtur, & ſuper his omnibus idem ſa-
ctum habentibus decem tantum recipientur, & exa-
minabuntur teſtes, quia hi plures loco vnius haben-
tur,& idem factum eſt, nimirum ſuper quo non de-
bent niſi decem teſtes recipi, ſed poſſunt cogi vt de-
ponant, vt per totum tit.de teſtib.cogen.

Etiam † ſi quis iuraſſet non deponere pro aliquo, 62
poterit inuitus cogi, non obſtante iuramento, quod
eſt contra bonos mores. text.in l. ſecunda.§. ſi quis
in iudicio.ff. ſi quis cau. & in cap. peruenit.1.de te-
ſtib.cogen.& Felin.in cap. ſuper.col. vndecima de
reſcript.

Notandum † eſt, quòd ſi pars minetur teſtibus, 63
ne deponant malam præſumitur habere cauſam, &
eam perdere debet, quia ſubtrahit probationẽ An-
gel.in l.ſatis apertè.C.de proba. Hippo. in rub.de
proba.fol.24.col 2. in vltima ſpecie probatio. vi-
de tamen Felin. in c. cùm venerabilis. col.5.nu.21.
de excep.

Aduertere † debet commiſſarius, vt depoſitio- 64
nem completam legat teſtibus, alioqui non valebit
eorum depoſitio Glo.in l. fideicommiſſa. in prin-
cip.ff.de lega.3.Bald.in l.fin.C.plus va.quod agi.
& hoc fit, vt per relationem dictum eorum com-
pleatur,& error, ſi quis ſit, remoueatur,& vt teſtis.
addat,ſi quicquam omiſerit, vt dictum fuit arti.vlt.
titu.prox.

Dicet † quis, vbi nam ſit facienda teſtium exa- 65
minatio?Reſpon.in loco non ſuſpecto, ideoq; non
in domo producentis examinari debent,quia ab il-
la parte, in cuius vtilitatem examinantur, poſſent
ſubor-

ſubornari in ſua domo, vel depoſitiones, & dicta poſſent clam auſcultari, necnon ipſis teſtibus minari. Bal. in rub. de iud. col. 2. in 2. lectu.

66 Dicit † tamen Bart. poſſe examinari in quolibet loco honeſto, etiam in eccleſia. in l. 2. C. de ſacroſan. eccle. quòd intelligerem, quando alius locus honeſtus, aut opportunus non inueniretur, aliàs ſecus. argu. cap. 1. de ſer. & in l. fi. c. illo tit. & c. decet. de immu. eccle.

67 Etiam † quæro an examinatio poſsit fieri die feriata? Reſpon. ſic. ſed non receptio iuramenti. Glo. ſingu. in Clem. 1. de offic. delega. quam ſingu. no. Lanfranc. in repeti. cap. quoniam. in verb. teſtium, col. 2. de proba. hoc tamen non eſt ſecundum Lucam teſte Maſuer. in. in rubr. de teſtib. §. item teſtes. ſed hoc ſolitum eſt fieri, nec quidem reprehendendum, cum beati dicantur, qui faciunt iuſtitiam omni tempore. in Euangel.

Adde † quòd hæc examinatio ſecretè fieri de- 68
bet. l. nullū. C. de teſtib. vnde ſi iudex teſtem examinaret palam, non valeret eius dictum. Gloſſ. ſingu. in cap. quia propter. in verb. ſecretè. de elect. in 6. vel coram turba. Specul. in titul. de teſte. §. nunc tractandum. in princip. & verſic. ſed pone. Guido Papæ in ſtatuto, ſi quis. in verbo, teſtes. ſolio vigeſimooctauo. colum. quarta. niſi in caſibus à iure permiſsis.

Item † extenſè debet commiſſarius deſcribere 69
dictum teſtis, non verò per relationem ad alium, vt talis teſtis depoſuit ſicut primus, vel ſecundus. Bartolus & alij, in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. Guid. Papæ in ſtatuto, ſi quis. in verb. teſtes. tract. de reproba. teſtium. His nunc contentus, Deo gratias ago immenſas.

TRACTATVS DE REPROBATIONIBVS TESTIVM D. PETRI REBVFFI VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS.

DES REPROCHES DES TESmoings, contredictz, & ſaluations.

CHARLES VII. Article xcix.

ITem, & ordonnons que apres l'enqueſte deſdictes parties receue pour iuger, leſdictes parties ſeront tenues de bailler leurs reproches dedans huict iours apres ladicte reception, s'aucune en veulent bailler ſans eſperance d'auoir autre delay, ſi non que par noſtre dicte Cour pour grande & euidente cauſe y fuſt autrement poureu.

IDEM, Article. xxxiiij. touchant le ſtyle.

ITem, ordonnons que quand aucune enqueſte ſera receue par noſtre dicte Cour, les parties ſeront tenues de bailler lettres, & reproches dedans trois iours apres ladicte reception faicte, s'aucunes en veulent bailler, ſans eſperance d'auoir autre delay, ſinon que: par noſtre dicte Cour, par grand' & meure deliberation, comme dict eſt, y ſoit autrement poureu.

SVMMARIVM.

1 *Optimus teſtis quis dicatur.*
2 *Edictum de teſtibus prohibitorium eſt.*
3 *Teſtes reprobantur eo ipſo quòd iudex contra ipſos iudicat, vel eos repellit.*
4 *Reycienda quando ſint teſtimonia.*
5 *Proteſtatio in teſtimonijs, quid proſit.*
6 *Proteſtatio quando noceat.*
7 *Proteſtatio, quomodo fiendi.*
8 *Teſtes quouſq; reprobare ſit licitum. & num. 9.*
10 *Saluatio teſtium.*
11 *Reiectio teſtis etiam ex officio Curia auditi ſit.*
12 *Reprobatio teſtium, an locum obtineat in ſummarijs.*
13 *Receptionem atteſtationum an, & quando pars impedire poßit.*
14 *Teſtis non citatus ſe ingerens, ſuſpectus eſt.*
e5 *Receptio teſtium impeditur ex defectu citationis.*
16 *Apparitor ſi referat verbo ſe citaſſe partem, & teſtes, relatio non valet.*
17 *Teſtes ſecretè à iudice audiri debent.*
18 *Depoſitio teſtis ſe referens ad dictum alterius teſtis, an probet.*
19 *Iuramentum teſtis non niſi die aßignata praſtandum.*
20 *Depoſitio teſtis examinati ſine adiuncto & collega licet datus ſit, non probat.*
21 *Locus parit vitium in teſtimonijs.*
22 *Teſtis parte opponente auditur in domo partis aduerſa, fidem non facit.*
23 *Teſtimonium praſtitum in eccleſia, an vitietur.*
24 *Feriata die, an liceat examinare teſtem.*
25 *Reprobari & impediri poteſt receptio teſtis, ſi iudex non legit, vel legi fecit depoſitionem teſti.*
26 *Caſus in quibus impeditur atteſtationum receptio remiſsiuè.*
27 *Teſtificata à iudice criminali facta in ciuili nulla.*
28 *Obiectus teſtium, poſt concluſionem in cauſa non recipiuntur, niſi fuerit antea per partem proteſtatum, vel de nouo ad notitiam ſuam venerit. & nu. 29.*
80 *Iudex an teſtes nouiter repertos admittere poßit poſt concluſum in cauſa.*
31 *Inhabilitas teſtis obijcitur etiam poſt concluſum in cauſa. & nu. 32.*
32 *Teſtes vna cum inſtrumento, etiam poſt publicationem, admittuntur.*
33 *Teſtes non fuiſſe ſubornatos, quando iuretur.*
34 *Reprobationes in prima inſtantia oppoſita, an in cauſa appellationis probentur.*
35 *Reiectio teſtibus, reſtitutio datur ad probandum.*
36 *Conſideranda in probandis reprobatorijs teſtium.*
Probatio fruſtra fit, qua nihil prodeſt.
37 *Concluſio ex factis probatorijs, reſultare debet.*
Iudex non debet pati fieri ſuperuacuum proceſſum.
38 *Iudex qua debet conſiderare antequam admittat probationes ſuper reprobatorijs.*
39 *Teſtes ceſſant cùm eſt alia legitima probatio.*
Probatio qua non releuat, recipi non debet.

Iudex non inducit teſtes ad concordiam, quãdo alij teſtes ſufficiunt.
40 *Reprobatio ſuperuacua fugienda eſt.*
Actore non probante, reus etiam ſi nihil probauerit, abſolui debet.
41 *Iudex videre debet, an ex proceſſu obiectus teſtium reprobari poßint, & ſi poßint, nõ debet permittere, vt aliàs probentur.*
Rei demõnſtrata, fruſtra adijcitur demonſtratio.
42 *Articuli ſunt ſecernendi, ſuper quibus atteſtationes reprobatoriæ fiant.*
43 *Renunciare licet teſtibus reprobandis.*
44 *Iniuriarum non agunt teſtes malè reprobati, & numero 45.*
46 *Rumor excuſat reprobantem teſtem.*
Fama liberat à doli ſuſpicione, & à pœna.
47 *Pœna ledentis famam alterius.*
48 *Calumnioſè obiectum, quando dicatur. & numero 49. & 50.*
51 *Teſtes an puniantur ratione criminis obiecti, & probati. & nu. 52.*
53 *Infamem an in teſtem vocari poßit.*
54 *Iudex an ex officio poßit de conditione teſtis inquirere.*
55 *Contradicendi vnica dilatio.*
56 *Inſtrumentum, quomodo impugnetur.*
57 *Aduocatorum breuitas amanda.*
Filomenes, & Anaximenis hiſtoria.
58 *Charilli hiſtoria.*
59 *Iudicis animaduerſio in aduocatos battalogos.*
60 *Curiæ nomine ſimpliciter quæ veniat.*
61 *Areſta, & ſententia per curiam dicit, an valeant.*
62 *Contradicenda non ſunt dicta teſtium, ſed ipſa perſona reprobanda.*
63 *Dicta teſtium, quando impugnare liceat.*
64 *Opponi quomodo poßit contra dicta teſtium.*
Veriſimile quod non eſt, eſt falſitatis imago.
65 *Falſum deponentes perſonaliter citantur.*
66 *Obiectus in teſtes, idoneus eſſe debet, & concludens neceſſario, ſicut probatio.*
67 *Teſtis conditio inſpicitur tempore depoſitionis, & iuramenti.*

GLOSSA VNA.

ISTAM materiam abundè tractaui in alij meo tract. de reproba teſtium, & ſalua. ob id tantum hic proſequar text. harum ordinationum, ne repetam ea, quæ ſuſius ibidem ſcripſi.
1 †Sed quis dicatur optimus teſtis interrogatus, Demoſthenes ſic ſcribit, Optimus teſtis eſt, qui beneficijs non fuerit obſtrictus, ſed abſque in alios beneuolentia coram iudicibus loquitur. Iuriſperiti autem dicunt optimum teſtem eum, qui aliqua exceptione repelli nõ poteſt, & dicitur omni exceptione maior. Glo. in verb. maiores. in c. 1. de conſangui. Gloſſ. in §. item verborum in verbo, idoneos, de inuti. ſtip. in Inſt.

2 Sciendum † eſt quòd regulariter omnes ad teſtimonium admittuntur, niſi ſint à iure prohibiti. l. 1. ff. de teſtib Hoſt. in ſumma illius tit. in decret. vnde oportet, quòd repellantur à teſtimonio vel expreſsè, quando ſcilicet hoc à parte petitur, vt à teſtimonio repellantur, & tunc dicuntur reprobati. cap. teſtimonium. ibi, merito reprobatur. de teſtib. præſentium. §. teſtes. illo titu. in 6. l. Lucius ff. de his qui not. inſa.

Tacitè † reprobantur eo ipſo, quod iudex contra 3
ipſos iudicat, vel eos repellit. Gloſſ. in verb. reprobaſſe. c. ſuborta. de re iud.

Quando † iſta reprobatio teſtium obijcienda ſit? 4
Reſpon. pars in productione teſtium contra ipſum facta debet proteſtari, quod non conſentit & quod ſibi liceat reprobare tempore & loco text. in auth. ſi quis teſtibus. vbi Doct. C. de teſtib.

Et † proderit hæc proteſtatio, quia teſtis auditus 5
poterit reprobari, & poſtea nullam faciet fidem nec quidem indicium: alioqui cõtra, vt dicit Hip. ſing. 198. teſtis quia illa proteſtatio conſeruat ius, & habetur, ac ſi teſtis non fuiſſet auditus nec receptus. §. ſi vero dicatur, in auth. de teſtibus colla. 7. Are. in c. ex parte A. de teſtib.

Non † poterit tamen pars quæ proteſtata eſt de 6
reprobando illum eò quòd nititur eum impugnare, illius iuuari teſtimonio. reg. ex eo. de reg. iur. in 6. niſi in quinq; caſibus, quos ponit Felin. in c. præſentiũ. de teſtib. † ideo pars debet proteſtari, quòd 7
ſibi ſit licitum obijcere contra teſtes, ſi bonum ei videatur, & tunc teſtimonium poterit illi prodeſſe. Inno. in c. præſentium. de teſtib. & Maſue. in tit. de teſti. verſic. item ſi quis teſtetur & Io. de Graſsis. in tract. de ſubſtan. procur. verſ. in perſonis teſtium.

Et † ſic teſtes reprobari, & reijci debẽt vſq; ad re- 8
ceptionem atteſtationum ſed poſtea non. c. præſentium. de teſtib. in 6. Maſue. in titu. de proba. verſic. item de ſtylo. † quod eſt verum, ſi proteſtatio fuerit 9
facta tempore iuramenti teſtium, & reſeruatio fuerit etiam per commiſſarium facta de conſenſu partium ſecundum eum, & ſic coram cõmiſſarijs oportet tradere teſtium reprobationes, vel debet per ipſos commiſſarios reſeruari, quòd in fine teſtimoniorum dari poſsint, vt fuit dictum pro Dom. Pet. Bouchet contra mercatorem equorum, vnde Maſſiliæ non fuit receptus in curia ad reprobationem teſtium, eò quòd eos non reprobauerat coram commiſſarijs, vt eſt in quæſt. per areſta. per Ioan. Gall. q. 116. coram commiſſarijs &c.

Et † cum reprobatur à parte aduerſa, licet produ- 10
centi eos excuſare, ſeu, vt dicunt, ſaluare, teſte Guid. Papæ in deci. Delph. q. 500. actor. & in ſtatu. ſi quis. in verb. teſtes. col. 2. facit c. licet 2. de teſtib. & c. licet Hely. & c. per tuas. ſeq. de ſimo. & de hoc abundè ſcripſi in tracta. de reproba. & ſalua. teſtium.

Præterea † reiectio teſtium fieri poteſt etiam ſi 11
teſtes ex officio curiæ auditi ſint, & ſuper ſactis ſecretis extractis ex ordinatione curiæ. ſic ſuit concluſum in parua inquiſitionum camera, anno 1533. die 30. Maij.

Idem ſi teſtes auditi ſint ad perpetuam rei memoriam. c. fi. vt lite non conteſtata.

In † ſummarijs autem reprobationem non reci- 12
piendam ait Feli. in c. veniens. nu. 13. cum ſeq. de teſtib. ſed non ſeruatur paſſim in Gallia, in qua vbi præiudiciũ inſertur irreparabile, quamuis ſummatim tractandum ſit, admittentur tamen reprobationes, vt docet Imber. in Inſt. Foren. lib. 1. §. deinceps,

& in

& in §.ſeq. vbi dicit cum in retinendæ poſſeſsionis
interdicto de ſequeſtratione contenditur, & con-
tradicta, & contradictorum diſſolutiones procul
arcentur, vt pronunciatum eſt ſecundum eum in iu-
ridicis conuenti. Picta die 21. Octobris. 1531.
13 Nota† quòd receptionem teſtificationis pars ali-
quando impedit, tum primo quòd iurati teſtes non
fuerint, vt docet text. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib.
c. tuis, illo tit. & dixi tracta. ſuperiore.
14 Item non† citati. c. 2. de teſtib. & ſic ſe ingeſſerũt,
& qui ſe ingeſsit, ſuſpectus eſt. l. quæ omnia. §. 1. ff.
de procura.
15 Vel quòd † vocata non fuit pars ad vidẽdum iu-
rare, & recipere teſtes l. ſi quando. C. de teſtib. & ar-
16 ti. 12. ſupra tit. de inquiſitorib. dictum extitit. † & ſi
apparitor referat verbo ſe citaſſe, partem & teſtes nõ
valet relatio, & ex hoc vidi teſtificata impugnari,
quia in citatione teſtes requiruntur, de quibus non
apparet per nuntij relationem, vt dixi ſupra, tracta.
de cita. articu. 1.
17 Vel † auditi fuerunt teſtes in publico, non vnus
poſt alterum, & in ſecreto vt fieri debet. l. nullum.
C. de teſtib. Glo. in cap. quia propter. de electio. in
verb. ſecretæ. Guido Papæ in ſtatuto, ſi quis in verb.
teſtes. dixi in tit. proxi. in glo. vlt.
18 Seu † quia inquiſitor non ſcripſit niſi depoſitio-
nem primi teſtis, & in alijs ſcripſi, idem depoſuit
Titius ſicut præcedens, quia teſtis depoſitio cuiuſli-
bet extenſè debet ſcribi, teſte Guido. Papæ in ſtat. ſi
quis. in verb. teſtes. col. 7. & Ioan. Sanſon in ordi.
Turonen. ſal. 38.
19 Item † quòd die aſsignata non iurarunt teſtes, ſed
alia die, quod non valet. l. & poſt peremptorium.
ff. de iud. & cap. conſuluit. de off. deleg. vbi Doct.
20 Item † quod teſtes fuerunt examinati ſine adiun-
cto, & collega licet datus eſſet, quod nõ valet. Do-
cto. in c. præſentium. de teſtib.
21 Item † quòd teſtimonia fuerũt alibi facta, quam
vbi decretum erat per iudicem facienda eſſe, nam
dictum erat quòd teſtes Aureliæ reciperentur, &
audirentur, & tamen audiri ſunt Bleſis, aut in alio
loco.
22 Et † quòd parte opponente teſtes fuerunt auditi
in domo partis aduerſæ, tũc ratione ſuſpitionis im-
pedietur teſtimoniorum receptio. argu. l. apertiſsi-
mi. C. de indi. Iaſ. in l. certi condictio. §. quoniam.
col. pen. ff. ſi cert. peta.
23 Non† poterit tamen reprobari eo, ꝙ examinatio
facta eſt in eccleſia, ſi nõ ſit alius locus commodus.
Bar. & alij in l. 2. C. de ſacro. eccle. c. decet. de im-
mu. eccle. in 6. vel in alio loco non ſuſpecto. Bal. in
rub. de iud. col. 2. in 2. lectu. in decretalib.
24 Et poteſt † fieri hæc examinatio etiam die feriata
in honorem Dei, ſed non iuramenti receptio. Glo.
ſingu. in Clemen. vna de off. deleg. Lanfran. in re-
peti. c. quoniam contra. in verb. teſtium. colum. 2.
25 de probatio. † Tamen poterit etiam reprobari & im
pediri receptio, ſi commiſſarius non legit, vel legi
fecerit depoſitionem teſti. per Glo. in l. fideicom-
miſſa. §. 1. vbi addidi. ff. de lega. 3. & inferius dicam
26 † Alijs in multis caſibus impeditur atteſtationum
receptio, qui elici poſſunt ex ſpecul. in tit. de teſte.
alia hic non proſequar.
27 Opponi † etiam poteſt, ſi in cauſa ciuili iudex
crimnalis atteſtationes confecerit, & nullæ fuerunt
declaratæ à Senatu anno 1526. die 19. Aprilis, reſer-
uato intereſſe parti, quamuis confectæ fuiſſent de
partium conſenſu, & impetrata commiſsione gene-
rali. ad inquirendum. & hoc no. in l. ſolem. §. la-
trunculator. ff. de iud.

LOYS XII. Articu. XXXIII. des pub-
liees. M. D. XII.

ITen, auons ordonne, & ordonnons, qu'es ſieges de noſtre dict Royaume, eſquelz y a publication d'enqueſte, auant ladict publication les parties bailleront (ſi bon leur ſemble) leurs reproches de teſmoigs: apres laquelle publication n'y ſeront aucunement receuz.

GLOSSA VNA.

POſt publicationem † & concluſionem in cauſa 28
non recipiuntur obiectus teſtium, nec repro-
bari teſtes poſſunt, per iſtum text. in c. licet cauſam.
de proba. & in ca. præſentium. de teſtib. quia præſu-
mitur pars ex malitia opponere, poſtquam tandiu
diſtulit vt ibi.
Niſi fuerit † antea proteſtatus, vel de nouo vene- 29
rit ad ſuam notitiam, quod iuramento ſuo probari
poterit. d. c. præſentium. facit ca. paſtoralis. de ex- 30
cep. † ſi tamen iudex teſtes receperit, ſi pars iurauerit
de nouo teſtes veniſſe ad ſuam notitiam, & ſi poſsit
probari non de nouo veniſſe, non valebit depoſi-
tio, quia iuramentum intelligitur tacitè, ſi ita ſit. l.
ſi. ff. qui ſatiſda. cog. c. & ſi CHRISTVS. de iureiuran.
Paul. Caſtren. in l. ſi cum patruo. C. communia
vtriuſque iud. Hipp. ſingu. 297. teſtes. vel niſi fue-
rit impeditus per partem, vel iudicem opponere.
text. & ibi glo. in verb. iuramenta. in c. cum I. & A.
de re iud. † vel niſi illæ exceptiones omnino redde- 31
rent teſtem inhabilem, vtpote quòd teſtis eſt hære-
ticus, Iudæus, & aliæ ſimiles: quia iſtæ à parte remit-
ti non poſſunt exceptiones. Bal. & Saly. in l. ſi quis
teſtibus. col. vlt. C. de teſtib. † vel niſi teſtes fuerint 32
recepti abſente parte, quia tunc pars nõ videtur con-
ſentire, vt docet Felin. in d. c. præſentium. vbi alias
videre poteris limitationes, & teſtes cum iuramen-
to poterunt produci poſt publicationem. per tex. in
c. ſeries. de teſtib. ſecundum Roma. ſingu. 80. tu ha-
bes. quia tunc ceſſat timor ſubornationis.
Et in † quibus caſibus quis producere teſtes debet 33
poſt publicationem & dicicita teſtificata, iurare de-
bet, quòd teſtes non ſubornauit, aliàs admitti non
debet, vt dicit Bal. in c. iurauit. de proba. quem re-
fert Hippo. ſingu. 128. teſtes.
Si tamen † reprobationes fuerint in prima in- 34
ſtantia oppoſitæ, in appellationis iudicio probari
poterunt, idque conſuetudine iuri contraria apud
nos receptum eſt, teſte Guido. Papæ in deci. Del-
phy. q. 500. actor. & in ſtatu. ſi quis. in verb. teſtes.
col. 2. verſ. ſed pone.
Si verò † poſt didicita teſtificata appareat omnes 35
teſtes propter obiectus repellendos, tunc pars po-
terit reſtitui in integrum, vt per alios teſtes probet,
vt docet Io. And. in c. auditis. de in integrum reſti.
refert Guido Pap. in d. ſtatu. ſi quis in verb. teſtes.
col. 6. verſi. ſed quæro. quòd vix reciperetur in hac
patria, ſed iſte qui ſuccubuit, poterit appellare à ſen
tentia, & coram iudice appellationis probare, per l.

per hanc. C. de tempor. appel. ſed ſi non poſſet appellare, tunc reſtitutio peti poteſt, & ſic conciliandæ ſunt hæ diuerſæ ſententiæ.

LOVS XII. Article. xxxix. des publiees. M. D. XII.

ITem, auons inhibe & defendu, inhibons & deffendons a tous iuges de noſtre Royaume, d'appoincter les parties a informer, ſur les faicts des reproches ſans veoir leſdictes reproches auec les procez principaux, & de ne receuoir leſdictes parties en preuue deſdicts faicts. ſi non qu'ilz fuſſent concluans, & contre les teſmoings ſans leſquelz ne ſe pourroient decider leſdicts procez.

GLOSSA VNA.

36 ADuertendum eſt, † quòd non debet iudex facilè recipere partes ad probandum reprobatoria teſtium, niſi conſideret ſequentia. Primò, debet videre proceſſum principalem, & obiectus, ſeu reprobationes teſtium, & videre an poſſit proceſſus decidi ſine probatione obiectuum, & tunc non debet recipere partem ad probandum obiectus, quia fruſtra fieret probatio, quæ nihil prodeſſet. arg. l. 1. C. de theſau. lib. 9.

37 Secundò, † videat iudex an facta reprobatoria ſint admiſſibilia, vel non, quia non debet recipere facta, quæ non concludunt. ibi, *ſi non qu'ilz fuſſent concluans.* iudex enim non debet pati fieri ſuperuacuum proceſſum. l. litigatores. in fin. ff. de arbi. Iac. in l. non quemadmodum. ff. de iudic. vide Bal. in l. ſi defenſor. ff. de interrog. actio. & ſtylus Aurelian. vt contrarium ſtatuens, abuſiuus fuit declaratus à Senatu anno 1543. die 16. Iulij. quòd ſi iudex dubitet, poteſt eos admittere cum clauſula, ſi & inquantum de iure ſunt admittendi: vt docet glo. in c. cum contingat. de off. delega.

38 Tertiò † conſiderare iudex debet, ſi teſtes deponant alipuid ſuper principali, quòd neceſſario concludat, vt debent. ca. in præſentia. vbi Deci. 13. notab. de probatio. Vel an inſtrumenta producta deſeruiant propoſito, alioqui ſi non attingant, nó eſt neceſſe eos reprobare, vel ſi tangant quidem, ſed nó ſit plenè probatum: nec itidem operæpretium eſt ad reprobationes venire. c. præſentium. vbi Doct. de teſtib. in 6.

39 Quartò, † iudex debet proſpicere ſufficiensne ſit probatio & plena, ſine teſtibus reprobatis, & tunc non debet decernere teſtes reprobatorios eſſe audiendos, quia nihil prodeſſent, & nó debet recipi probatio, quæ non releuat. d. c. in præſentia. & l. neque natales. & l. ad probationem C. de proba. & iudex non inducit teſtes ad concordiam, quando alij teſtes ſufficiunt. Bar. & alij. in l. 2. §. fi. ff. ſi cert. peta. & Docto. in c. cum tu. de teſtib. dixi in tract. de reprobationib. teſtium. in verbo. concordia.

40 Quintò, † videat etiam iudex ſi actor plenè intentionem ſuam probauerit, quòd ſi non fecerit nó debent reprobari teſtes rei nec iudex hoc debet decernere, quia fruſtra: nam actore non probâte, reus etiam ſi nihil probauerit, abſolui debet. l. qui accuſare. C. de eden. Felin. in c. fi. de calumnia.

41 Sextò, † iudex videre debet, an ex proceſſu obiectus teſtium probari poſſint, & ſi poſſint, non debet permittere, vt aliàs probêtur, vt ſi teſtis interrogatus fuerit, an ſit conſanguineus. & reſpóderit ſe eſſe conſobrinum, & velle, ac affectare, vt eius conſanguineus vincat, non requiritur alia probatio in iſtum reprobatoria: nam rei demonſtratæ fruſtra adijcitur demonſtratio. l. 1. in final. ff. de dote prælegat.

Septimò, † iudex ſi videat partem eſſe admitten- 42
dam ad probandũ obiectus contra teſtes, debet præcidere & declarare articulos, ſuper quibus atteſtationes reprobatoriæ fient, ne in vanum, & ſuper factis non recipiendis teſtes audiantur, ne fortè incertitudo viriet depoſitionem. c. in præſentia de proba. Docto. in l. ſi quis intentione. ff. de iud.

Octauò, ſi † pars cuius teſtes reprobantur, habens 43
fortè inſtrumẽta, vel alios teſtes renuntiet illis, quos pars reprobare vult, audietur vt cenſuit Senatus pro procuratore Regio, & Abbate Montis Frigidi contra Conſules Burg. Narbonen. anno 25. vt habetur in ſtylo Parlamen. in §. item ſi pars. in titul. de commiſſa. in prima parte. Iſta ſunt notanda iudicibus, ne poſtea à Senatu condemnentur ratione reprobationis fruſtra emiſſæ, vt ſæpius vidi.

FRANCOYS Article xxxi. des publiees M. D. XXXIX.

QVe pour chaſcun faict de reproche calumnieuſemẽt propoſe, qui ne ſera verifie par la partie, y aura condemnation: c'eſt aſcauoir en noz Cours ſouueraines, de vingt liures Pariſis d'amende, mortiè a nous, & moytie a la partie, ou de plus grād' peine, pour la grandeur de la calumnie deſdicts propoſants, a l'arbitration de iuſtice: & en la moytie moins en noz iuſtices inferieures.

GLOSSA VNA.

DE Iure, † non agitur iniuriarum, licet óppo- 44
nens contra teſtes non probauerit ea, quæ oppoſuerat: quia pars hoc non fecit animo iniuriandi, ſed ſe defendendi. Bal. & Iaſ. in l. fin. ff. quod quiſque iur. Gloſſ. in verb. vtilitas. in l. quiſquis. C. de poſtula. Idq́ue de conſuetudine generali obſeruatur in Francia: vt teſtatur Boer. in conſil. vlti. poſito poſt conſuetud. Bitur. & Guido Pap. in ſtatuto, ſi quis. in verbo, communi æſtimatione. col. 15.
† maximè ſi quis proteſtatus fuerit ſe non animo in- 45
iuriandi opponere, vt fieri ſolet, teſte Maſuer. in ſua practi. titu. de iniur. ver. item ſi aliquis. & Iaſ. in l. non ſolum. §. morte. nume. 47. verſ. ſucceſsiuè, in iſta. ff. de noui operis nunnia. De Ripa in c. cum M. nu. 90. de conſtitu.

Vel niſi † probauerit ipſum, cui oppoſuerat tali 46
infamia notatum, & talem rumorem de eo increbuiſſe. Bart. & alij in l. vlti. ff. de hæred. inſtituen. Nam ſicut fama liberat à doli ſuſpicione, ita à pœna. l. miles § mulier. ibi, falſis rumoribus inducta. ff. de adulte. l. 2. ff. quis ordo in bono. poſſeſſ. ſerue. & hanc ſententiam ſequutos fuiſſe iudices in .. gnes habet compertiſsimum Imbert. in Inſt. Forenſ. lib. 1. §. deinceps.

Tamen † quia nemo debet famam alterius lædere, 47
nec labefactare & qui hoc facit (vt Adagio fertur) Cydi pœnam debet, & in conſcientia tenetur ad famæ reſtitutionem. Vnde iuſtè hic ſtatutum eſt, quòd ex quolibet facto iniurioſo calumniæ cauſa propoſito in Parlamento opponens condemnari

debet

debet ad viginti libras Pariſi. cuius pars dimidia fiſco, altera parti applicatur: In curijs verò inferioribus ad decem libras pro media (vt dictum fuit) di-
48 ſtribuendas, †& calumniç cauſa cenſetur obiectum, quando non eſt probatum, per iſtum tex. Ibi, *calumnieuſement propoſé*. Bart. in l. 1. in fin. prin. ff. ad Senatuſcon. Turp. vtpote, *qui ne ſera verifie par la partie*.

49 Malitioſè verò † cenſetur opponere, aſſerendo quod ignorauit, & probare non potuit. l. Iulianus. ff. de actio. emp. niſi fuerit deceptus, quia teſtes, qui ſuper hoc deponere debebãt, mortui ſunt. Glo. vlt. in c. 1. in fi. de electio. in 6. vel fuit decept⁹ falſo rumore perlato. l. miles. §. mulier. ff. de adult. vt dixi ſupra.

50 Imò † etiam ſi factũ ſit tam iniurioſum, & calumnioſum, poterit iudex ad grauiorem mulctam condemnare partem opponentem, vtpote ſi opponeret cõtra teſtem, ꝙ crimen leſę maieſtatis cõmiſiſſet, vel crimen hæreſis, vel aliud graue crimen, per iſtũ tex.

51 † Licet iudices, coram quibus per reprobationes crimina probantur, vel per confeſsionem teſtium non debeant punire teſtes ratione illius criminis, pœna ordinaria. c. cum dilectus. in fin. de ordi. cogni. nec efficiuntur infames ex illo crimine obiecto etiam probato, tamen eorum opinio grauatur, ſecundum Innoc. ibi. & Guido Papæ in ſtatu. ſi quis.
52 in verb. cõmuni æſtimatione. verſ. ſi obiectus. † tamen aliquando vidi remiſſos aliquos teſtes ad ſuos iudices pro criminibus obiectis, & probatis, & hoc inſtante procuratore, vt crimina puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil.

53 Imo † non poterit iudex repellere teſtem etiam infamem, ſi pars hoc non petat, & iſta eſt generalis conſuetudo Curiarum Franciæ, quia hoc iudicium non datur in Francia, niſi poſtulatum fuerit. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infecto.

54 Quanuis † de iure iudex poſsit de conditione teſtis ex officio inquirere, etiam ſi pars non opponat. Glo. in l. 1. §. ſi præſes. ff. de magiſtr. conuen. Gl. in l. 3. in verb. inimicitiæ. vbi Iaco. ff. de teſtib. Bal. & Angl. in l. quos prohibet. de poſtu. Glo. in c. quærendum. 2. q. 7. Corſet. in ſing. incip. teſtis. Fely. in c. iurauit in fi. de teſtib. Barb. conſ. 3. col. 1. in 2. volu. ſi tamen hoc faceret in Francia, conſtitueret ſe partem, quod cauere debet.

CHARLES VII. Article xxvi. touchant le ſtyle.

ITem ordonnons, que les parties feront tenues de bailler contredicts a l'encontre des lettres de leurs parties aduerſes, s'aucunes en veulent bailler, dedans huict iours, pro chaine ment venans, apres la production deſdictes lettres, & ſaluations, dedans huictions apres ens ſuyuans ſans eſperance d'auoir pour, ce faire aucun autre delay, et ſans ce qu'il ſoit beſoing de bailler doreſnauant, entre leſdicts termes, aucune requeſte, pour bailler contredicts, ou ſaluations, ou les en faire forclorre, & que doreſnauant ne ſeront baillez aucuns contredicts ou ſaluations, ſinon en proces appoincte en droict, ſur le principal, recreance ou prouiſion.

GLOSSA VNA.

55 INſtrumentis † productis pars contradicere, & ea reprobare & oppugnare poteſt, & pars producẽs ea ſaluare & excuſare, pro quo faciendo conceditur vna tantum dilatio, vt dicit iſte text. qui tamen exactè ſeruatur in Parlamentis.

Et hæc cõtradictio fit in proceſſu cõcluſo ad ius ſuper principali, vel ſuper recredentia, ſeu ꝓuiſione.

Qualiter † impugnari poſsit inſtrumentum, & contradici, abundè docet Spec. in tit. de inſtru. edi. in §. poſtremo. & Nepos de Monte Albano. in tra. cta. de exceptio. in verſ. exceptio. contra quamlibet ſcripturam, ibi quilibet videre poteſt, ne plura. 56

CHARLES VII. Article xxvii. touchant, le ſtyle.

ITem voulons & ordonnons eſtre enio inct par noſtre dicte Court, & deſmaintenant enioignons aux aduocats ſur leurſdicts ſermens, que doreſnauant ilz ſoyent briefz en leurs contredicts & ſaluations, ſans reiterer les raiſons contenues en leurs eſcriptures principales, ou plaidoyé, ne poſer aucunes friuoles allegations: car nous voulons, que ſi noſtre dicte Court, en iugeant les proces, y treuue doreſnauant la prolixitem, telle qu'ilz ont accouſtume de faire, elle en puniſſe ceux, qui le feront, de telle punition, que ce ſoit exemple à tous autres.

GLOSSA VNA.

PRæcipit † aduocatos (vt Græci dicũt) λακωνικῶς λέγειν, id eſt compẽdio dicere, & vt breues ſint in ſuis ſcriptis, & nihil repetant: nam legimus apud Philomenem, quendam Anaximenem, qui plus æquo prolixam habuiſſet orationem perpulchrè à Theocrito ſic fuiſſe redargutum, verborũ quidem flumen eſt, mentis verò gutta. & hos battalogos ſemper vſus forenſis propulit, qui vt cauſam iudicibus incertam, & obſcuram reddant, battalogia & multiloquio vtuntur, & hi aduocati, qui hac verboſitate nituntur, præſumuntur mali. nam argumento à contrario hæc inter ſe ſunt cognata, pauca loqui, & probum eſſe virum: vt docet Eraſ. in chiliad. 57
† vnde Charillus roganti, cur Licurgus tam paucas leges prodidiſſet, ait, pauci loquis nõ eſſe opus multis legibus. huc pertinet verſi. ille veluti prouerbialis apud Athenæum relatus τοὺς σωτοὺς δ᾽αὐτις πύσιν τάχιςα λέγωσι, hoc eſt, mox perſuadebis cordato, ſi bene dicas. & dicit Iuriſcon. in l. vna. ff. de offic. præfec. præto. breuiter commemorare neceſſe eſt: vnde officium boni aduocati eſt breuiter, & ſummarim loqui, dicit Are. conſ. 120. procedẽdo. 58
† Itaq; iudex poteſt indicere ſilentium aduocato verboſo, vel eum ſuſpendere ab officio, & quandoque ab officio aduocationis priuare. Glo. in l. ex ea. quam ibi not. ff. de poſtula. & Iaſ. in l. 1. ff. de offi. aſſeſ. gaudent enim breuitate Moderni. docet Glo. in l. 1. ff. quod met. cau. ſcripſi in interpretatio. l. vnic. in 2. not. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. 59

Etiam † no. ex hoc text. ibi. *noſtre Cour* quod ſimpliciter appellatione Curiæ, intelligitur ſuprema, quia omne analogum per ſe ſumptum ſtat in ſuo potentiori ſignificato. §. ſed ius quidem Inſtitu. de iur. natu. ſcripſi in Glo. ſummas. in proœ. Concor. vbi docui priuilegia curiarum ſupremarum. † & an valeant areſta, in quibus dicitur, curia dicit, *la Cour vous dict*, & valere non dubitat Guid. Papæ in deci. Delph. q. 451. quid contineatur dicens curiæ nomen eſſe indifferens, & comprehendere etiã quemcunq; ius reddentem in curia. arg. l. 2. in prin. ff. de 60 61

orig. iur. ideo valebit etiam ſententia per iudicem, ſi dicat, Curia cõdemnat talem ad decem &c. & hoc ſeruant præſertim Curiæ ſupremæ Regni.

FRANCOYS. Article. xxxvi. des publiees M. D. XXXIX.

QV'il n'y aura plus contredicts contre les dicts des teſmoings & defendons aux iuges de les receuoir & aux parties de les bailler ſur peine d'amende arbitraire.

GLOSSA VNA.

62 PRohibet ne † obiectus cõtra dicta teſtium dentur. idem ſupra articu. 2. *des reſponſes per credit*, ſtatutum fuit, quia iudex poteſt per ſe hoc conſiderare, & iſta ſunt iuris & diſcretioni iudicis relinquitur, vt habetur in ſtylo Bituricen. & hoc etiam ſtatutum eſt, vt citius lites finiantur, & ne partes ſumptibus & expenſis onerentur, cum ex officio iudex hoc facere poſsit, licet de iure ſecus. c. ſeries. de teſtib. ca. præſentium. illo titu. in 6. & Spec. conſulit, quòd potius quis opponat contra dicta, quàm perſonas: quia hæc oppoſita vix poſſunt excuſari. cap. cum tu. de teſtib. in tit. de teſte. §. ſæpe teſtes. &c.

63 Notandum † eſt quòd in caſu quo non poſſum reprobare teſtem, vt quia examinatus eſt etiam pro me, vt per Glo. in cap. conſtitutus de teſtib. tamen potero opponere contra dicta, per text. & ibi Salyc. in l. ſi quis teſtibus. col. 2. C. de teſtib. Dom. in cap. ſecundo. §. vltim. de confeſ. libr. 6. Decius conſi. 8. viſo puncto numer. octauo. quod non procedit in Francia cum non poſsit opponi contra teſtium dicta, tamen hæc ordinatio non ſeruatur in reſſortu Tholoſano.

Contra † dicta teſtium opponi poteſt, quòd ſunt falſa, contraria, vel varia. Bart. in l. eos. ff. de fal. l. ſcripturæ. C. de fide inſtru. vel obſcura. l. de ætate. §. nihil. ff. de interroga. actio. vel nõ ſunt veriſimilia. cap. quia veriſimile. de præſum. & quod non eſt veriſimile, eſt falſitatis imago. Bal. vbi quem refert etiam Felin. 64

Et ſi † prætendatur teſtes falſum depoſuiſſe, poſſunt citari perſonaliter ſub pœna confeſsi, vel conuicti, vel poteſt condemnari pars, ad cuius vtilitatem depoſuerunt ad eos præſentandum intra certum tempus, aliàs eorum depoſitionibus nulla adhibebitur fides: vt concluſit magna curia Neapol. prout refert Anto. Capit. in deciſio. Neapo. q. 60. in cauſa teſtium. 65

Et obiectus † in teſtes debet eſſe idoneus, & concludens neceſſariò, ſicut probatio. l. neq; natales. & l. ad probationem. C. de proba. ca. in præſentia illo tit. Doct. in c. præſentium. de teſtib. in 6. 66

Et † hoc inſpicietur tempore depoſitionis, & iuramenti. l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de Carbo. edi. Bald. in l. 2. C. de teſtib. l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. Albe. in tract. ſtatu. in 4. par. q. 71. Barba. conſ. 47. præclarè. col. 4. in 2. volu. Hipp. in l. 1. §. idem minimo. & §. ſeq. ff. de quæſtio. 67

Alia dicuntur in tract. meo de reprobationibus, & ſaluatio. teſtium, his nunc contentus finem faciam, Deo gratias agens.

TRACTATVS DE PVBLICATIONE ATTESTATIONVM.

De publication. d'enqueſter.

FRANCOYS Article. LXXXVI. de publiees. M. D. XXXIX.

QV'en matieres ciuiles, y aura par tout publication d'enqueſtes, excepte en noſtre Cour de Parlement et requeſtes de noſtredict Parlement à Paris, ou il n'y à accouſtume auoir publication d'enqueſtes, & iuſques à ce qu'autrement en ſoit ordonnè.

SVMMARIVM.

1 *Atteſtationes publicari debent.*
2 *Publicatio teſtium non fit in curijs ſupremis.*
3 *Omißio publicationis teſtium, an vitiet ſententiam.*
4 *Publicatio teſtium, quando fiat in curia Romana.*
5 *Appellatio à publicatione denegata.*
6 *Teſtes poſt publicationem non recipiuntur.*
7 *Teſtes vna cum inſtrumento, poſt publicationem admittuntur.*
8 *Minor reſtituitur, vt poſt publicationem probet.*
9 *Facta allegata in libello, & non probata, poſt publicationem probari poſſunt.*
10 *Teſtes de nouo reperti, poſſunt poſt publicationem produci.*
Emergentia de nouo, nouo indigent auxilio.
11 *Teſtimonia cui parti danda ſunt in publicatione.*
12 *Ordo proceſſus in curijs.*
13 *Articuli concordari debent.*
14 *Articuli afferendi ſunt, & quomodo.*
15 *Clauſula ſcripturarum, ſaluo iure reijcienda.*
16 *Ordo rogandi ſententias.*
17 *Sententia & areſtum, quomodo proferri debeant.*

GLOSSA VNA.

STATVIT † in omnibus Franciæ curijs editionem ſeu publicationem inquiſitionum eſſe faciendam, vt quiſque videre poſsit, quo iure munitus ſit, ne poſtea ſi condẽnatus fuerit, appellet. Hæc tamen publicatio nõ fit de ſtylo in Parlamen. Pariſi. nec in Camera ſupplicationum Pariſi. cuius ſtyli meminit Guid. Papæ deciſio. 586. quæritur. Et ita fuit † à curia ſtatutum anno 1276. vt habetur in ſtylo Parlame. areſto 288. ex quo areſto ſumpta eſt hæc ordinatio, quæ etiã hoc excipit, ibi, *excepte en noſtre Cour de parlament, & requeſtes*, etiam hic articulus nõ fuit in Parlamen. Tholoſano receptus, in quo nõ fit teſtimoniorum publicatio. nec in curijs ſupremis propter ſecuritatem teſtium, ne ipſi incurrant odiũ partium, contra quas depoſuerũt, & vt

vt facilius deponant, quod fortè non auderent, ſi partes illuſtres, aut alij magni domini ſcirent, aut videre poſſent illorum depoſitiones, teſte Ioan. Epiſcopo Vauren. in ſumma de ordi. iudic. rubr. qualiter fiat inqueſta in curia.

3 De iure † etiam omiſsio publicationis teſtium nõ vitiat ſententiam maximè ſi à parte non fuerit petita, quia non eſt de ſubſtantia iudicij: vt in c. cum Let A. de re iudi. & gloſſ. in c. fi. de hære. in 6. vt docet Bar. & ibi Alex. in addi. in l. prolatam. quidquid ibi glo. dicat. C. de ſenten. & interlo. omni. iudi. quem
4 ſequitur Anchar. cõſi. 53. omiſsio † publicationis & in curia Romana non fit publicatio vſque ad tertiam ſententiam: & pars poſsit producere in cauſa appellationis de nouo. l. per hanc. C. de tempo. appell. eò quòd non didicit teſtificata, quæ ſi didiciſſet prohiberetur producere ſuper eiſdem articulis, vel directo cõtrarijs. Clem. 2. de teſt. Bal. in c. vno. col. 2. ſi de inueſti. inter. domi. & vaſal. lis oriatur.

5 Tamen † cum per hanc legem præcipiatur publicatio, ſi iudex eam denegaret, partẽ grauaret, & ſic appellare poſſet, quia iudex facit contra hanc legẽ, ideo poſſet per ſuperiorem inſtigante parte mulctari. Inno. Bald. & alij in d. c. cùm I. & A. plenè ſcribit Geor. Nazthan, in repet. Clemen. ſępe. §. fi. col. 25. in 12. q. de verb. ſigni.

6 Poſt † iſtam publicationem, & didicita teſtificata non recipiuntur teſtes cauſa ſubornationis vitandę. c. fraternitatis de teſti. Clem. 2. illo titu. niſi in caſi-
7 bus ibidem traditis per Docto. † niſi teſtes cum inſtrumento producerentur, tunc ceſſat cauſa ſubornationis propter inſtrumentum: per tex. in c. ſeries. de teſti. quem extollit. Ludo. Roma. ſing. 80. tu habes. & Lanfran. in c. quoniam. in verbo, teſtium depoſitiones. col. 15. ver. aliud ſubiungo. de proba.

8 Minor † tamen reſtituitur. Bart. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de noui ope. nuntia. vt refert Mauri. in tract. de teſti. c. 166. & ſeq.

9 Item † facta allegata in libello & non probata, poſt publicationem probari poterunt impetrando literas Regias: vt cenſuit Senatus anno 1513. die 19. Iulij. facit quod ſcribit Capit. q. 157.

10 Etiam † poſt publicationem poſſunt produci teſtes de nouo reperti c. paſtoralis. de except. l. admonendi. ff. de iureiu. nã quæ de nouo emergunt, nouo indigẽt auxilio. l. de ętate. §. ex cauſa. ff. de interrog. actio. hoc nominatim docet Hippo. in l. 1. §. ſi quis vltro. nu. 17. ver. item etiam alio caſu. vbi etiã alios ſcribit caſus. ff. de quæſt. ſed in his literis Regijs opus eſt.

11 Tradunt † hæc teſtimonia per legẽda primo reo, deinde actori, vt quilibet videat ius ſuum, an ſit probatum, vel nõ, & an ius aduerſarij ſit eliſum. de quo vide per Lanfr. in repet. c. quoniam contra. in verbo, teſtium. de proba.

12 Notandus † eſt ordo curiarum, quem ponit Ioan. epiſcopus Vauren. in tracta. de ordi. iudi. in rubr. ſequitur epilogatio. vbi dicit ſequentia in proceſſu eſſe. Primo citatio, quam adiornamentum curiæ ſeculares vocant. de qua ſcripſi in titul. de cit. ſupra. Secundò fit verbalis petitio in breuibus cauſis. ſed in magnis libellus in ſcriptis offertur. auctent. offeratur. C. de lit. cõteſta. Tertiò, deliberãdi datur dilatio, an quis velit cedere, vel contendere d. auctentic. offeratur. & l. prima. ff. de eden. Quartò contra libellum opponitur exceptio, ſeu impugnatio. c. 1. de libe. obla. vbi Doct. Quintò, ſi exceptiones non obſtent, tenetur pars reſpondere iudici, coram quo cauſa agitatur. Sextò, libelli fit reſponſio, & ſic litis conteſtatio, per totum titulum de litis conteſta. Septimò, dantur articuli, ſeu poſitiones contra reum, ſi negauerit. cap. primo. de confeſ. in 6. ſi vero confeſſus fuerit ante litem conteſtatam, fit eidem præceptum de ſoluendo intra terminum arbitrio iudicis ſtatuendum. l. ſi debitori. ff. de iudic. vbi ſcripſi. Octauò, producuntur † articuli, 13
quos partes concordant, & conſentiunt: vt ſuperius habetur in rubr. *des articles accordes*, & poſtquam articuli apud grapherium ſunt conuenti, non recipietur quis ad proponendum facta reſponſiua eſſe impertinentia: vt cenſuit Senat. anno 1541. die 6. Februarij

Nonò, † aſſeruntur articuli cum iuramento per 14
actorem continere veritatem, & poſteà illis reus de credulitate reſpondebit, & hodie de veritate, vt dixi in tracta. *De reſponces par credit.* † & ſolet addi. in 15
fine ſcripturarũ hęc clauſula, *ſauf à reietter les faictz, que ſeront trouuez à ſes eſcrittures non faiſants à propos, et non correſpondans aux faictz des demandes & defenſes d'icelles parties.* & ſic in fi. poteſt vtraque pars petere, vt reijciantur capita articulorum ponentium facta impertinentia. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus vbi Docto. ff. de iureiur.

Decimò admittitur actor ad probandum dictos articulos. c. præſentium. de teſti. in 6.

Vndecimò, nominantur teſtes, & producuntur per actorem in iudicio, & inibi recipiuntur: vt ſcripſi in tract. de inquiſi. ſeu commiſſ. ſupra.

Duodecimò, iurant teſtes præſente, vel vocata parte, demum examinantur tam ſuper principali, quam interrogatorijs. l. iuriſiurandi. C. de teſti. ſuperius dictum fuit art. 12. de inquiſi.

Decimotertiò, reportantur atteſtationes, & recipiuntur, niſi à parte impugnentur, & quomodo impugnari poſsint. dixi art. 1. tracta. de reproba. teſti. ſupra.

Decimoquartò, reus dat ſuam defenſionem ad elidendam intentionem actoris: vt per totum tit. de except. & ſcripſi in tracta. meo except.

Decimoquintò, reprobãtur dicta teſtium, & ſaluantur per partes, ſeu adiuuantur, vt dixi in tracta. de proba. ſuperius.

Decimoſextò publicantur teſtimonia & teſtium dicta, vt in hoc tit. habetur.

Decimoſeptimò, producuntur inſtrumenta, & aliæ literæ quæ ad cauſam concludunt: vt ſuperius dictum fuit in tit. de partium product.

Decimooctauò, impugnãtur per partem illa inſtrumenta, & munimenta producta: vt ibi. ſcripſi.

Decimononò, ſaluantur dicta inſtrumenta per producentem, ac adiuuantur vt dictum fuit artic. 1. de part. product.

Vigeſimò, partes renuntiant probationibus, & concluditur in cauſa. c. paſtoralis. de cau. poſſ. c. cùm dilectus. de fid. inſt.

Vigeſimoprimò, ſacci viſitantur, & fit inuentarium de productis per ordinem alphabeti: vt infra de inuentar.

torquendus ſi quæſtio ſit, An ſeruus vel liber ſit.

39 *Indiciorum copia dari non debet teſti, vbi dubium ſit an varius, mendax, vel contrarius ſit, an non.*

40 *Torqueri non poteſt crimine notatus, ſi refriceretur in dubium, an torquendus ſit, vbi qualitas criminis non tangit cauſam, vbi vero tangit, tunc abſq; diſputatione eſt torquendus.*

41 *Teſtes torqueri non poſſunt, vbi plenè probant, licet qualitates adſint, quæ alias illos torqueri facerent.*

42 *Teſtes non debent torqueri, vbi aliqua bona ratio naturalis eos excuſat.*

43 *Torqueri quis non debet, vbi aliàs plene conſtat de delicto.*

MATERIAM teſtium tracta-
turus, quia frequens, & v-
tilis eſt. Primò eſt ſcien-
1 dum † non eſſe deuenien-
dum ad torturam teſtium,
de qua infrà. niſi prius præ
cedant indicia contra re-
um. Caſus eſt in l. 1. in pri.
ff. de quæſt. & ibi Bartol.
expreſsè circa fi. notat, &
dicit tenendum eſſe menti. & ſequitur Bru. in tract.
ſuo tor. char. 6. col. 3. verſi. dixit etiam Barto. quod
multùm notat contra eccleſiaſticos iudices in terris
eccleſiæ, qui etiam ſine indicijs contra reos imme-
diatè torquent teſtes. Eſt verum, quod ſi pro teſtib. ex-
aminandi iam confeſsi eſſent aliquod delictū: tunc
reperirentur caſus quibus poſſent interrogari cōtra
alios: de quibus caſibus dixi ſupra in hac materia 7.
q. pri. in ver. ſequēdo capita huius quæſt. principa-
2 lis. Secundo eſt ſciendum liberum † hominem non
torqueri, cum vt teſtis examinatur, niſi vacillet, vel
præſumatur ſcire id quòd negat, etiam quòd perſo-
na ſit vilis. Ita Bar. in l. ex libero. ff. de quæſt. Et cir-
3 ca regulam adde, † quod Bart. dum loquitur de depor-
tato, & vult vt non toqueatur ſentit liberum homi-
nem etiam crimine notatum non torqueri. Cōtra-
rium tamen probat text. in l. ob carmen. §. ſi ea rei
cōditio. ff. de teſti. qui vult, vt perſona crimine no-
tata vt admittatur ad perhibendum teſtimonium,
admitti ſolum debeat cum tortura. Quam conclu-
ſionem pro indubitata poſui ſupra. in 7. q. in prin.
ver. iuxta prædicta. tractando materiam ſocio cri-
minis, an faciat interdum indicium. Pro concordia
Aret. in cap. teſtimoniu col. 7. extra de teſt. dicit, quod
aliquæ perſonæ ſunt viles & inhoneſtæ ob qualita-
tem criminis, vt ſunt pugnantes ab beſtias, hiſtrio-
nes, ioculatores & ſimiles, & eis ſine tormentis non
creditur. Et de his loquitur d. §. ſi ea rei cōditio. Ali
quæ vero ſunt perſonæ, quæ quamuis ſint turpes
propter aliquod crimē, ſunt turpes ratione commu
nis ſtatus & eorum exercitij: & tunc vbi admittun-
tur ſine tortura admittuntur. & ita procedunt dicta
Bar. in l. ex libero hanc ſuam opi. fundat in l. diuus.
§. fi. ff. de quæſt. vbi eſt caſus clarus, Deportatū qui
pro teſte producitur, & qui eſt infamis infamia iu-
ris & facti, & non debere torqueri iuncta d. l. ob
carmen §. ſi ea rei condicio. qui tex. loquitur in are-
nario & ſimilibus. In cuntarium tamen eſt gloſſ. in
l. 3 §. lege Iulia. in ver. palàm. ff. de ritu nup. quæ vult.
vt turpes non admittantur ſine tormentis, & loqui-
tur generaliter: ſic etiam gl. in cap. per tuas in verb.
adminicula extra de ſimo. ſic Alex. in conſ. 11. col.
2. vol. 1. ver. quinimò. & Cæpo. conſ. 61. col. 2. ver.
præterea. & apertius Ale. in d. l. ex libero. vbi om-
ninò vide, quia expreſsè loquitur de infamibus &
iuris & facti infamia & de crimine notatis. & Fulg.
conſi. 173. colu. 1. qui loquitur in ſocio criminis: &
hæc eſt communis opi. quod per teipſum videre po-
tes ex authoritatibus Doctorum allegatis hic, & ſu-
pra. in 7. q. de ver. & alijs per eos citatis. Et ideo quo
tidie video ſub hoc fundamento poni ad torturam
ſocios criminis & infames, in caſibus, in quibus ad
teſtimonium admittuntur, concurrentibus tamen
ijs, quæ faciunt eos idoneos ad torturā, iuxta latè ſu
pra tradita in d. 7. q. & quod dicit tex. in cap. in fidei. de
hæretic. in 6. & tex. & gl. in d. c. per tuas de ſimo. ne
tortura ineptè inferretur, contra l. 1. C. de iur. cal. &
l. §. ſi quis dicatur. ff. de quæſt. vbi Bar. Et ideo vide
pro confirmatione Flo. in d. l. 3. §. lege Iulia. ſuper
dicta gl. in verbo. palam. qui expreſsè vult infamē
infamia facti conſtito tamen de facto admitti ſed
cum tormētis: Sic etiam Doctores, dum volunt in-
famem infamia iuris in ſubſidiū admitti, dicunt cū
tortura, vt per Iaſ. in l. 1. in prima lectura. C. de ſum.
Trin. col. penul. & vide omnino Bart. in d. l. 1. C. de
ſum. Trinit. col. 3 qui clarè tenet infamem infamia
iuris nullo caſu ſine tormētis admitti. & ad hoc ad-
ducunt text. in d. §. ſi ea rei conditio qui conuenit,
quia loquitur in infami infamia iuris. De infami au
tem infamia facti nō vult vt paſsim torqueatur, ſed
ita demum quando eſt valde vilis & ignotus. Et
conſequenter reſultat clara concluſio. quòd nō ſo-
lum arenarij & ſimile, qui ex illo exercitio ſunt in-
fames, torquentur, ſed etiam alij infames propter
condemnationem alicuius criminis, iuſta l. 1. ff. de
infa. Sic etiam alij crimine notati infames, infamia
facti torquentur.

Non obſtat tex. in l. diuus §. fi. quia noluit ille tex. aliud dicere. niſi hoc ſolum. quod cum talis deportatus non amiſerit libertatem, ſed ciuitatem tantū, de eo vti de ſeruo non eſt quæſtio habenda: quia ſuperius in eadem l. loquutus fuerat de quo. habenda à ſeruis. In cæteris igitur, id eſt, circunſcripta dubitatione, an vti ſeruus in quæſtionibus eſſet habendus, lex relinquit eum ſub lege loquente de alijs infamibus. Facit regula l. qui teſtimonio. in princi. ff. de teſtamen. & tex. in cap. 1. in fi. de ætat. & quali. Et quod ſit verum textum illum ita loqui apparet: quia ſimul dubitat de ſtatu liberis. Aduertendum tamen puto, quòd ſæpe imò quaſi ſemper, ſumus extra has diffi-cultates: quia prius negant, poſtea fatentur, vel aliter variant. quo caſu poſtea ſumus non in regula, in qua laboramus, ſed in fallentijs, de quibus modo dicemus.

Regulam igitur ſic declaratā, liberum hominem pro teſte examinatum non torqueri, limita. Primò, per ea quæ dicta ſunt, non procedere in eo, qui eſt crimine notatus: quod ſine dubio procedit in infami ex natura delicti: procedit etiam in infami propter condemnationem, vt demonſtraui: procedit etiā infami de facto, & crimine notato ſimpliciter, ſecundum magis communē opinionem, licet Bart. addat, ſi tamen ſit vilis admodum, in d. l. 1. C. de ſum. Trin. & fide Cathol. Procedit etiam nō ſolum in teſte,

in teſte, ſed etiam in accuſatore vt dicam in vndeci-
ma & vltima parte huius tractatus. Secundò limita
4 †vt non procedat, vbi teſtis vacillaret. d. l. ex libe-
ro in prin. Quæ limitatio procedit, etiam ſi ſit poſi-
tus in dignitate vel oobilitate vel alio officio ſecu-
lari. Ita Bar. in dicta. l. ex libero. qui dicit, ꝙ preſ-
byter etiam examioatus vt teſtis, & vacillãs torque-
ri non poteſt. allegat l. presbyteri. C. de epiſ. & cle.
vbi eſt caſus. Et loquitur Bar. in presbytero non in
5 clerico, de quo clerico eſt text. in d. l. qui † vult ita
torqueri, ſicut quem libet aliũ. & d. l. presbyteri eſt
canonizata. 6. q. vlt. in cap. presbyteri. *el primo*. Non
ſeruatur tamen hæc lex in eo, quòd prohibet preſ-
byteros vacillantes torqueri de iure canonico ſecun
dum glo. in eo. c. & communis eſt contra Bar. quòd
6 †clericus etiam presbyter torqueri nõ poteſt. vt di-
cit Abb. in c. cum io contemplatione. de reg. iur. &
loquitur Abb. non ſolum in presbyteris, qui de ſe-
ipſis interrogãtur, ſed etiam de ijs, qui vti teſtes cõ-
tra alios examinantur, vt patet in verſ. 5. iunctis ijs,
quæ dicit io verſ. & ex prædictis. & vide Sal. in d. l.
presbyteri qui dicit priuilegium presbyteri eſſe, vt
non de facili torqueatur, & ita loqui illam legẽ: ſed
ſi tamen contra eum militent magna indicia, po-
teſt torqueri. ca. 1. de depoſ. & hęc eſt optima con-
cordia, quę cõprobatur ex dicto Abb. in d. c. cũ in
contemplatione. dum vult tamen non torqueri, ni-
ſi fama præcedẽte, qnod ſequitur Alex. in l. fi. ff. de
quæſt. ad Bar. ſuper verbo, veniamus, dicens etiam
ita cõmuniter teneri in d. ca. 1. prout eſſe verũ con-
ſtat ex repertorio Hipp. in l. pen. col. fi. ff. de queſt.
etiam quòd adeſſent alia indicia. Et hęc adde ad ea
quæ dixi ſupra latè de hoc, & alijs in dignitate con-
ſtitutis in 6. q. pri. in ver. circa ſecundam, & ad Ma-
rian. Soci. in cap. qualiter. *el ſecundo*. in 11. arti. quęſt.
95. & vide etiam latè Put. in tractatu ſynd. char. 60.
col. 1. vbi tandem dicit clericos & presbyteros in ca-
ſibus à iure permiſsis torqueri ſecundum obſeruan-
tiam, addens ſe vidiſſe tales tortos pro veneno dato
conſanguineis. & quia corpora ſepulta exhumaue-
rant, & veſtibus, cum quibus fuerãt ſepulta, ſpolia-
uerant, ac annulis, vt per eum. Et nota omnino ſe-
cundum prędicta, ꝙ presbyter varius torquetur, ita
demum ſi etiam præcedat fama contra eum de quo
dubito: quia quod dicitur de fama, accõmodatur,
quãdo in ſe ipſum torquetur ſuſpectus alicuius cri-
minis, & ita loquitur tex. in c. 1. de depoſ. & Docto-
res ibi. ſed ſi examioatur vti teſtis, & ſit varius, ne-
ſcio quę fama in hoc caſu debeat præcedere. Arbi-
tror tamen fuiſſe mentem Doctorũ loqui generali-
ter: & ſic etiam ꝙ vti teſtis examinetur, vt patet in di
cto Sal. vbi ſuprà. Et dictũ Abb. quod allegatur, eſt
7 generale, †quòd non reperit clericos poſſe torqueri
niſi ſint inſames. Depoſitis vero in dignitate vide
latè ſuprà in d. 6. quęſtio. vbi plene dixi, & per Mo-
dernos in leg. Centurio. ff. de vul. & pup. & conclu
ſio eſt ibi oõ poſſe torqueri: ſed tamẽ Bar. in l. ex li-
bero. ſuprà allegat, videtur declarare hãc cõcluſio-
nem, vt nõ poſsint torqueri, quãdo examinãtur vti
rei, ſecus ſi vti teſtes: quia tunc vult vt nulla habita
ratione ad dignitatẽ ſi vacillãt, oon aũt ex alia cau-
ſa, torqueãtur, per l. nullũ. C. de teſti. & Bar. ſequi-
tur Brun. in ſuo tract. char. 76. colu. 2. & Hippo. in
ſuo repertorio in d. l. ex libero. reprobato tamen
Bar. in officiali, qui non poteſt conueniri, vt per e-
um Abb. not. in cap. cùm in contemplatione. vult
ſi bene vides ꝙ non torqueantur etiam vti teſtes, in
verſ. 5. iuncto verſ. ex prædictis. maximè ibi, dum
dicit, tantum dixi de liberis cõſtitutis in militia, vel
dignitate. Per quę verba clarè & apertè vult nõ tor
queri tales etiam vt teſtis, dato quòd variẽt. Et idem
apertè Io. And. & alij Canooiſtæ.

Nec obſtat tex. allegatus per Bar. in l. nullum. C.
de teſti. qui loqnitur quoad pœnam, à qua nulla di-
gnitas eum excuſare habet. & ita Bal. Saly. & com-
muniter Doctores illum tex. ibi intelligũt. Sal. in l.
fi. col. 2. C. de quęſt. tenet præciſè opinionẽ Bart. vt
vacillans torqueatur, non obſtãte dignitate aliqua,
non tamen alia ex cauſa loquendo in teſte, etiam ꝙ
conuinceretur de mendacio, ſicut propriè loquitur
Bar. & conſideratè admodũ videtur loqui. Alb. no.
in rubr. C. eo. ti. de quęſt. ſimpliciter vult, non tor-
queri, diſtinguendo poſteà in alijs non conſtitutis
in dignitate an vacillent vel non, ſicut faciunt Ca-
noniſtæ in d. c. cùm in contẽplatione. Idem tenet
Azo. in ſumma de quęſt. in pri. Idem Gand. in tit.
de quæſt. & tor. in 1. col. vbi vult, vt teſtis vacillans
torqueatur, poſtea excipit inter cæteros politos in
dignitate. & ideo dicat Bart. quidquid velit, & qui
illum inaduertenter ſequũtur maximè Saly. in d. l.
fi. Veritas, & communis opinio Doctorũ eſt, nullo
caſu poſſe torqueri perſonas in dignitate exiſteotes
ſiue vti rei, ſiue vti teſtes examinẽtur, vi niſi crimi-
nibus exceptis. &, vt dixi tex. per Bart. allegatus io
d. l. nullum. loquitur quo ad pœnam, & ideò in cę-
teris remanent leges illæſæ. Et hæc adde ad ea, quæ
ſupra dixi in d. 6. q. in verſi. circa ſecundum. Et per
hæc remanet inſulſa dubitatio Hip. in d. l. ex libe-
ro, qui conatur oſtendere contra Bar. officialẽ tor-
queri non poſſe in caſu variationis: nam propter di
gnitatem ſuam indiſtincte torqueri nõ poteſt. Nũc
poſtquàm explicitũ eſt, quid iuris ſit quoad crimi-
ne notatos, & conſtitutos in dignitate. videndũ eſt
etiam de alijs liberis hominib. †an, & quando dum 8
examinantur vti teſtes, ſint torquendi, & Bar. in d.
l. ex libero. concludit admitti ſine tortura, non ſo-
lum ſi ſint diuites, & bonę opinionis, ſed etiã ſi ſint
homines viles, licet vilibus nõ adhibeatur tanta fi-
des: Excipit tamẽ tres caſus, in quibus vult poſſe eos
torqueri. Primus eſt, ſi vacillant: Secundus ſi con-
uincantur de mendacio: & has duas fallẽtias ponit,
quando perſooæ ſunt diuites & honeſtæ, addit ter-
tiam, quando perſona eſt vilis videlicet, quando
ſpontè accedit ad dicendum teſtimonium, vt nota-
tur per eum, & cum Bar. clarè tenet Maria. Socin. in
c. qualiter, & quando. *el ſecundo*. in 11. ar. quæſ. 95. de
accu. vbi vide, & Sal. io d. l. fi. C. de quæſt. col. 2. &
alij cõmuniter, vbi ſupra. Et circa. tertiã vt ordine
retrogrado procedamus, dic quẽlibet, †qui vltro ſe 9
ingerit non citatus ad dicendum teſtimonium, fa-
cere ſe ſuſpectũ. vt ponit Iaſ. in l. prætor ait. *la prima*.
in 1. no. ff. de iureiu. ergo magis vilis perſona: & ita
hoc modo reſultat indicium quod requiritur etiam
ante torturam teſtis, iuxta dictum Bar. in l. 1. in pri.
circa fi. ff. de quæſ. Circa vero ſecundam, quando † 10
conuincitur de mẽdacio exemplũ eſt in eo, qui ne-
gatio terſuiſſe facto, & conuincitur, per tex. in leg.
vnius §. iudex. ff. de quæſt. Nam præſumitur cum
hoc

hoc ſuo mendacio velle occultare veritatem, & ita
poteſt torqueri, & ſufficit ſi conuincatur ab vno ſo-
lo in hoc caſu, ſi ſit dignus. Ita Bar. in d. §. iudex, de
quo mendacio (quod ſupra poſui inter indicia ad
torturam in 3. q. prin. col. 2.) ibi vide: quia diſtinxi
circa modum probandi illud, an, loquamur contra
reum, an cõtra teſtem & cum ratione, vt ibi latè. Et
adde, quòd ſæpe contingit hæc limitatio in illis de-
lictis, quæ committuntur à viris manu promptis:
etiam quòd committantur in platea ad præſentiam
populi, tamen cum maxima difficultate poteſt ha-
beri veritas, non audentibus hominibus veritatem
deponere ob metum illorum. Et ideo iudex vbi vi-
det & ſcit talem teſtem interfuiſſe, qui tamen negat
ſe aliquid vidiſſe, poteſt eum torquere, non poſſet
tamen torquere omnes, qui interfuerunt, ſed duos
vel tres, ſecundum Alex. poſt Bal. in d. l. ex libero.
Bru. & alios communiter, vbi ſupra.

11 Hinc eſt etiam, † quòd quando fit furtum vel ali-
ud maleficium in domo, quoniam qui in domo ha-
bitant, veriſimiliter fecerunt, vel ſaltē ſciunt à quo
factum fuerit, ipſis negantibus, poteſt aduerſus eos
iudex deuenire ad tormenta, vt traditur in l. domi-
nus horreorum. in pri. ff. loca. vt ibi per Bal. & Bar.
Put. in tract. ſuo, char. 84. col. 2. & idem quo ad eos,
qui dum frequentabāt, Alex. in 1. vol. conſ. 51. col.
5. & vide ad hæc Iaſ. in l. ſi quādo. C. vnde vi. 6. col.
8. circa fi. & intellige quemadmodum declarat Bal.
in d. l. dominus horreorum. & in l. 1. C. loc. & Iaſ.
in l. in actionibus. col. pe. ff. de in lit. iuran.

12 Circa primam, † quando teſtis vacillat pone ex-
emplum, non ſolū quando in iudicio vacillat, mo-
do vnum, modo aliud dicendo in eodem iudicio,
ſed etiam quando deuiat in iudicio ab eo, quod di-
xerat extra iudicium. Ita Ale. in conſ. 63. vol. 1. vbi
eſt videndum. & Cæpo. conſ. 61. col. 1. & 2. non di-
co. prout dicit Bar. quod hoc caſu puniatur de fal-
ſo, in l. eos. ad fi. ff. de falſ. ſed poſſe vti vacillantem
torqueri: nam reprobatur Bart. in d. l. eos. quia talis
nō poteſt de falſo puniri, vt per Doct. c. cùm in tua.
de teſt. Alex. conſi. 154. col. pen. in 5. volum. & per
Tin. vbi omnino vide in tracta. de teſtib. in 4. ca. &
per Dec. in c. per tuas. colu. fi. extra de prob. Et ad-
13 uertendum eſt, † quia non videtur ſufficere vacilla-
tio niſi etiam teſtis fateatur interfuiſſe. Ita gl. in leg.
vnius §. teſtes. ff. de quæſtio. Ioan. Andr. & Abb. in
c. cum in contemplatione, de reg. iur. & Alex. in d.
conſ. 63. de quo dubitari poſſet quia Bart. in d. l. ex
libero. ſimpliciter dicit vacillantem torqueri, & itē
quando conuincitur de mendacio, in hoc ſecundo
caſu intelligens tex. in l. vnius §. teſtes. ff. de quæſt.
per quem gl. ibi aſſerit id quod dixi. Sic etiam intel-
ligunt multi alij ſecuti. Bart. vbi ſuprà. propter quę
verba de facili vnuſquiſq; ita credere poſſet & opi-
nari hanc eſſe opi. communē. Nihilominus arbitror
veriorem opinionē eſſe gl. in d. §. teſtes, vt non ſuf-
ficiat ſimplex vacillatio, niſi etiā dicat de facto in-
terfuiſſe, moueor per tex. in d. §. teſtes. qui factus eſt
ad hoc. & quia Doct. cōmuniter in d. c. cum in con-
tēplatione. ita volunt. ſic etiā Doct. relati per Alex.
in d. conſ. 63. maximè Cy. in l. fin. C. de quæſt. qui
omnino videndus eſt & ipſemet Alex. in eo conſil.
Moueorq; etiam, quia non reperio gl. in d. §. teſtes.
eſſe ab aliquo reprobatā, ita vt nec Bar. ibi quicquā
pungat eam, imo reperio Alber. ibi clare dicentem,
quòd dicta duo requiruntur. & reuera non videtur
quòd aliqua ex parte debeat haberi in cōſideratio-
ne vacillatio, niſi ille interfuerit facto. quia eo caſu
poteſt examinari, quòd veritatem velit occultare,
non aūt quando non interfuit vt de ſe patet: & non
ſine ratione ego dixi. Et dicunt Doct. ꝙ ipſe hoc de-
beat teſtari: quia vbi alij hoc aſſerant, ipſo negante,
tunc ſine dubio eſt torquendus ratione mendacij,
ſecundum Bar. & communiter Doctores ſupra re-
latos, dantes etiam hunc ſenſum ad d. §. teſtes. qui
& ſi non multum conueniat, tamen in ſe verus eſt,
vt maximè patet ex his, quæ dixi ſupra in 3. q. prin.
in 2. col. loquendo de iudicio, quòd reſultat è men-
dacio, & paulò ante dictis. Item aduertendum eſt
prędicta procedere in cauſa criminali: † in cauſa ve- 14
ro ciuili teſtes etiam vacillantes non torquentur.
Ita probat tex. in l. diuus. in fin. ff. de quæſt. iuncto.
pri. tex. qui aliud vult quo ad ſeruos. & ita Bar. in d.
l. diuus. Si tamen eſſent viles, & vacillarent, poſſent
torqueri. Ita Cy. in l. fi. C. de quæſt. refert, & ſequi-
tur Iaſ. in l. imperiū. in 13. col. ver. ſed aduerte. ff. de
iuriſd. omn. iu. & ita de liberis teſtibus dixi.

De † ſeruis verò, an, & quando poſsint torqueri 15
tam contra extraneum, quàm dominum pręſentem
vel præteritū, vide Abb. & alios in d. c. cum in con-
templatione. de reg. iur. & Saly. in l. fin. col. 2. & in
l. interrogari. C. de quæſt. Ange. in 1. C. de quæſt.
& Albe. in eodē titul. in rubrica, & alibi ſæpe. nec
fit differentia, an ſimus in criminalibus, vel ciuili-
bus d. l. diuus. prin. quia genus eorum admodum
ſordidum eſt, vt dicit Ang. in d. l. 1. & Doctores vbi
ſupra. Verum quia vt vides liberi vacillantes & in
criminalibus & in ciuilibus torquentur. Vbi tamen
in ciuilibus ſint etiam viles, operæ pretium eſt ali-
qua dicere ad veram intelligentiā huius termini va-
cillationis, & an differat variatione, & cōtrarietate.
In quo breuiter differre: † quia teſtis dicitur varius, 16
cum nulla cauſa aſsignata dicit contrarium eius,
quod primo dixerat. cap. dilectus. extra de temp.
ordin. Contrarius vero eſt, cum dicit duo quæ ſi-
mul eſſe non poſſunt: vt ſi primo dixerat contractū
fuiſſe Romæ die tali celebratum. poſtea dicit ſed il-
lo die fuiſſe Narbonæ. Sed vacillans dicitur, qui ti-
mendo & dubitando variè loquitur. leg. eos. ff. de
falſ. & in l. 2. cum ſimilib. ff. de teſti. Et † teſtimoni- 17
um talis non ſolum nō valet, verum etiā ipſe puni-
tur. l. nullum. C. de teſti. Hanc declarationem tra-
dit Specu. in titu. de teſte. §. 1. verſi. item quòd teſtes
ſunt varij vt eſt vltra Spec. de vacillante gl. expreſ-
ſa in cap. ſi teſtes. §. in verbo, vacillante. 4. quæſt. 3.
quàm allegat & ſequitur Alb. in d. leg. ex libero &
vltra Spec. etiam expreſsè ita declarat Innoc. in cap.
præterea. in fi. de teſt. cog. qui dum loquitur de va-
cillante, & dicit illum eſſe, qui dubitando loquitur.
Subdens etiam item & qui variè loquitur, voluit ſi-
mul vtrunque iungere, ſicut facit Specu. & ſequitur
Specu. & Innocentium Bar. in d. l. eos. Et † quæ di- 18
cantur diuerſa teſtimonia, & quæ falſa, & quæ ad-
uerſa, & contraria, ponit idē Bar. in d. l. eos. col. pe.
vide etiam in tract. Clau. char. 51. & omnino. vide
Tind. tract. ſuo ſolenni de varietate teſtium in 13.
cha. col. 1. vbi ponit primo, ꝗ dicatur falſa teſtimo-
nia, & quę nō. & hoc in c. incip. trāſeamus. 2. in cap.
ſeq.

ſequ. quod incipit, varia. ponit quæ dicantur varia
aduerſa vel contraria. Ex quibus ſequitur dum Bar.
clarè vult in d.l.ex libero. & Abb. & Doctores in
19 d.c.cum in contemplatione.de reg. iur. vt teſtis † e-
tiam vilis non torqueatur, ſi ſit liber, niſi vacillet,
hoc procedere in ipſa vacillatione non autem quan
do ſimpliciter eſt contrarius, vel varius, & ideo etiã
l.nullum.C.de teſti.quæ vult teſtem poſſe torque-
ri.& puniri ſi falſitate non caret, intelligitur à Do-
ctorib.procedere in vacillante. vide ibi Cyn.& ali-
os,& ꝙ ſolum ſi vacillat teſtis, ſit torquendus, eti-
am ſentit Alexan. conſi.63. volum.1.nam in primis
facit regulam ꝙ teſtis vacilllans poteſt torqueri, po
ſteà oſtendit eum qui primo vnum dixit extra iudi-
cium. poſtea contrarium in iudicio eſſe in caſu va-
cillationis.& aliter non eſſe torquendum.

Contrarium tamen, ſcilicet vt teſtes varij & con-
trarij ſint torquendi ſentit Bart. in d.l.eos. verſi.&
ideo pro declaratione. & in l. 1.§. quæſtioni. ff. de
queſtio. & in l. ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. ff.
20 de adulterijs. Imo nihil videtur magis † notum quã
ſubijciatur tormentis teſtis varians, & qui ſibi ipſi
ſit contrarius, & tunc ſtatur vltimo dicto in tor-
mentis, ſecundum Bart. in locis proximè allegatis,
& Docto. in cap. cum in tua. extra : de teſtibus. ma-
ximè Fely. colum. penult.

21 Et ideo † dicimus quando quis in tortura vnum
aſſerit. poſteà repetitus dicit aliud, poſſe repeti tor-
turam, imo toties quoties ita variat, per dicta Bart.
in l. vnius §. reus. in fi. de quæſtioni. & melius & ma
gis ad rem in l. de minore. §. plurimum. col. 1. ff. de
quæſtionib. Angel. conſ. 32. & per Angel. Aret. in
gl. in verbo fama. in materia torturæ. in 9. quæſt. &
Put. in tract. ſyndic. in char. 91. col. fi. ver. viſo de re
petitione. vbi omnino vide. Ad confirmationem
primæ opinionis quod teſtis debeat vacillare, ad-
duco tex. in d.l.ex libero. & ꝙ aliter torqueri non
poſsit, tenet Soc. in conſi. 258. colum. 2. verſi. prete-
reà & Bal. in l. presbyteri col. 2. in prin. C. de epiſc.
& cleri. Bar. & Doctores in d.l.ex libero. & Abb.
& Doctores. in cap. cum in contemplatione. de re-
gul. iur. & puto eſſe veritatem ipſam: vt requiratur
vacillatio : quia lex ex libero, & Doctores ibi, & in
d.c.cum in contemplatione. non poſſunt euitari. &
& Bar. etiam ita vult in d. §. plurimũ, ſi bene vides.
Tamen Doctores quo ad hunc effectum torturę ha
bent pro vacillãte omnem qui variat, modo vnnm
modo contrariũ dicendo. Hoc elicio ex dictis Bar.
in d.l.eos. in d. verſ. & in d. §. quæſtioni. ac in d. §.
ſed & ſi negauerit. & ex dictis Doct. in d. c. cũ in tua.
& amplius hoc elicio ex dicto conſ. Ale. 63. in prin.
quia conſuluit quem dicit vacillantem ex eo ſolo
quò primo extra iudicium vnum dixit, poſtea in iu
dicio contrariũ. qui tamen non dicitur vacillans ſe-
cundum diffinitionem de qua ſupra. Imo licet etiã
non diceretur vacillans, ſed ſolũ varius, & contra-
rius tamẽ deberet torqueri, vt latè conſuluit, in ter-
minis Cæpol. cõſi. 61. col. 1. & 2. vbi omnino eſt vi-
dendum. & ita practicatur, & hæc non ſunt cõſide-
rata in repertorio. Hippo. in ſi. 303. qui & ſi ita clare
velit, tamen locutus eſt oculis clauſis. Et ad decla-
22 rationem prędictorum ſcias † quòd teſtis nõ dicitur
variare qui repetitus addit dicto ſuo, Deci. cõſi. 110.
col. 5. Nec etiam ille qui primo dixit quòd omnes,
poſteà quòd maior pars, Dec. ibidem, col. pen. cir-
ca princi. Et quid de eo qui primo aſſerit vnum vti
certus, poſtea in alia depoſitione dicat quòd non e-
rat bene certus, nec habebat bonam memoriam, vi-
de Fely. in cap. ſi autem. col. 2. in prin. de reſcrip. &
Pau. de Caſt. in leg. dolo. C. de dolo. & ibidẽ Alex.
ac Alex. omnino in l. 2. col. 3. ff. quod quiſq; iur. &
econtra quãdo quis primo dixit neſcire poſtea ſci-
re. Vide Bar. & Alexan. in l. qui bona. §. ſi quis ſti-
pulatus. ff. de dam. infec. & ibi in apoſtillis impreſ-
ſis, & quid in eo qui primo dixit ſcire, poſteà crede-
re. Are. conſi. 44. col. fi. Fely. & Are. in cap. quoti-
es. extra, de teſti. & Iaſ. in rubr. ff. de iureiur. & om-
nino vide Tinda. in d. trac. de varietate teſtiũ in di-
ctis ver. char. 13. vbi latè quando dicantur falſa te-
ſtimonia, varia & aduerſa, & quando non, ac etiam
char. 2. col. 3. ver. narrabam. vbi quærit quid quan-
do proximo dicit, Credo poſtea per verbum verita-
tis. & in verſi. ſeq. qui incipit frequentem. vbi quid
quando primo dixit mihi videtur, ſecundo per ver-
bum affirmatiuum. & verſi. ſequen. qui incipit poſt
hæc de teſte qui primo dicit dubitando poſtea affir-
mando, & ſequ. de teſte qni primo dicit neſcire po-
ſteà ſcire, ac ſequ. de eo qui dixit primo non recor-
dor, & ſecunda vice, ſcio vel recordor, & de alijs, vt
ibi eſt factus tractatus iſle ad hoc. & Doctor qui ſo
lemnis, vnde ad eum ſemper recurre in hac materia
variationis teſtium.

Non tamen eſt omittendũ, † teſtem non dici va- 23
rium ſi incontinenti ſe corrigat allegando iuſtam
cauſam erroris & correctionis, & ita iudici videa-
tur, vt per Bar. in d.l.eos. col. 2. ver. item oppono.
& refert & ſequitur Are. in c. per tuas. coln. 3. extra
de teſti. vbi declarat procedere in variatione non in
additione, & ſuppletione. Contra hoc dictum Bar.
adduco eundem Bar. in l. qui quid aſtringendæ. ff.
de verb. obliga. circa fi. verſi. fateor tamen vbi vult
ſimpliciter quòd in teſte licita ſit; variatio antequã
primum dictum habeatur pro perfecto. & ita Firm.
in verbo, teſtium repetitio. verſi. 9. & 10. vbi omni-
no vide quod eſt antequam teſtis fuerit à iudice di-
miſſus, vt dicit præfatus Firmian. poſt Bal. per eum
allegatum in l. lecta. ff. ſi cer. peta. Et ad hoc poſſet
allegari notabile dictum Bald. in l. fi. C. plus vale.
quod agi. vbi per illum tex. dicit † ꝙ poſtquam te- 24
ſtes depoſuerunt debet iterato eis legi eorum dictũ,
vt per lectionem depoſitio compleatur, & tollatur
error. & ſequitur Fely. in c. per tuas. col. penu. de te-
ſtibus. quam practicam obſeruari vidi à maximo
Doctore D. Hieronymo Caſtellioneo, vnde Bart.
in d l. eos. eſſet intelligendus poſt dimiſsionem an-
tequam cum parte eſſet locutus. Credo opinionem
Bar. in d.l.eos. eſſe veram ſimpliciter quòd & dnm
examinatur, & poſt ante dimiſsionem non ſit licita
variatio, niſi iuxta modum per eum traditum in d.
l.eos. Et ideo Inno. in ca. præterea de teſt. cog. dicit
† quòd quando teſtis in continenti ſe corrigit, non 25
ſtatur correctioni ſimpliciter, ſed debet iudex atten
dere modum correctionis, & refert & ſequitur. Fel.
ibi, colum. fi. in pri. & ſic loquitur, & in ipſo actu,
& poſt antequam fuerit dimiſſus, & vide omnino
Abb. in eo. cap. præterea. in vlti. notab. in verſi. di-
cit tamen multum notabiliter hic Innocen. vbi dicit
poſt Innoc. iudicem debere diligenter attendere
modum

modum & cauſam correctionis c.cùm dilecti, ex-
trà de accuſatio.& niſi cognoſcat eum poſſe pro-
babiliter ſecorrigere, incidit in ſuſpicioné & va-
cillationem.ff.de teſtib.l.in teſtib.& per d.c.cùm
dilecti.& cum hoc dicto conformi dicto Bart.in
d.l.eos.etiam Abb.ibi,& DD. volunt vt inconti-
26 nenti dicatur, † & quando nondum exiuit cóſpe-
ctum iudicis & antequam allocutus fuerit parté,
niſi aliud velit qualitas perſonæ & nemini dubiú
eſt ꝙ etiam incontinéti dicitur, imò multum ma-
gis dum teſtis examinatur atq; ita videtur præciſè
loqui tex.in d.c. præterea. ſi illum benè vides,&
omni caſu quo dicitur incontinenti volunt DD.
vt procedat dictum Innocentij & Bartoli in dicta
leg. eos.etiam latè ſequitur Tinda.in ſuo tractatu
char.2.verſiculo alteram exceptionem, vbi proſe-
quitur poſtea illud per 3.colum. nec Firmian.di-
cit contrarium,ſi benè vides, quamuis de eius au-
thoritate & dictis per modum repertorij parum
eſſet curandum.

Nec obſtat practica Bal.in d.leg. fi.C. plus va-
let quod agitur. quia conuenit cum declaratione
Barto.in d.l.eos.& dicam etiam infrà Rub.de op-
poſit.contra teſtes.

Non obſtat dictum Bart.in d. l. quidquid ad-
ſtringendæ. quia ſolum dicit quòd poteſt variare
in ipſo actu,ſed an etiam requiratur allegatio cor-
rectionis nullum verbum, & ideo debet cóueni-
re cum hoc alio dicto cómuniter approbato,& vi-
de omninò Are.in d.l.quidquid aſtringendæ,qui
col.2 diſputádo an Bar.ibi benè loquatur, inquit
communiter ſolet dici admitti correctioné,quo-
uſq; non tranſiuit tempus quo potuit loqui cum
parte, & tunc ſine dubio ſecundum communem
ſententiam debet allegari cauſa correctionis, aliàs
vti varius eſt puniendus.l.eos,cum ſimi.ff.de fal.
& de prædictis, an & quádo dicatur varius & poſ-
ſit teſtis ſe corrigere. Vide quę dicá in materia falſi
circa articulum, ꝙ falſitas debet cócludere & eſſe
inexcuſabilis,& in Rubri. de publica. proceſſ.cir-
27 ca fi.vbi latiſsimè. Item † non eſt varius, niſi quan-
do eſt varietas in facto principali, ſecus ſi ſit in
quibuſdam acceſſorijs. Bar.in d.l.eos. verſic. pro
huiuſmodi. Abb. poſt Innoc.in c. fraternitatis. de
hær.Iaſ.in l.1.§.1.in apoſtillis nouis. ff.de ope.no.
nun.& alibi ſæpè.& nó ſolùm procedit in teſte ſibi
ipſi cótrario ſicut loquitur Bart. ſed etiam in duo-
bus ſibi contrarijs. Dec.conſi.100.col.3. circa.fi. &
28 ſeq. Diminuitur † tamen teſti de fide. Deci.conſi.
105.col.6.qui allegat Bal.& Socin.& quando teſtis
29 eſt ſuſpectus, † quo caſu licet ſuper impertinenti-
bus eum interrogare, quinimò debet iudex eum
inuoluere, ſi poteſt, vt per Dec. in c.licet cauſam,
col.5.ver.octauò nota.extrà de prob.fides penitùs
tollitur. Alex.conſ.154.col.2.& in fi. vol.5.& So-
ci.conſi.98.circa fi.colum.1.loquitur tamen Bar-
tol.in d. l. eos. quoad puniendum de falſo, non
quoad torquendú, imò tales interrogationes fiunt
& admittuntur in teſtibus ſuſpectis, vt demùm via
torturæ veritas aperiatur, vnde vbi non ſumus in
30 teſte ſuſpecto,ſed tamen in eo † qui interrogatus
circa non eſſentialia variat, credo talem variatio-
nem non ſufficere ad torturam, quia Bar. in ead. l.
eos. dicit non eſſe varium & ſic ceſſat iudicium,
ſine quo torqueri non poteſt. Bar. in l. 1. ad finem
principij. ff. de quæſtioni.& dixi ſuprà, & clariùs
hoc vult Tind. in dicto ſuo tract. de varietate te-
ſtium.char.13.verſic. varia.col.3. in illa charta vbi
dicit talem varietatem minimè nocere debere te-
ſti, vel facere teſtem varium, adeò ꝙ iura de teſti-
bus varijs loquentia non habent locum hoc caſu,
& vide omninò in hac materia teſtis, † qui falſita- 31
tem admiſit in non ſubſtantialibus. Iaſ. in l.2.col.
6.C.de bon. poſſ.ſecun.tab. & ibi etiá habes quo-
modo puniatur talis & quando dicatur imperti-
nens,& nihil facere ad cauſam id ſuper quo ſalſi-
tatem interſerit, in quo vltimo concludit ſatis eſſe
quòd aliquo modo faciat ad cauſam. pro quo eſt
tex.in c.quoniam.& ibi Bal. no. & ſequitur Feli.
ibi col.1.extrà de teſtib. & ſubdit Iaſ.in d. l. 2. ad-
huc † nó dici varium ſi in modico eſt cótradictio. 32
Videtur tamé ſi teſtis iurauit dicere veritatem ſu-
per facto principali & appendicibus, quod tunc
aliud ſit & dubium mouet Iaſ. vbi ſup. qui etiam
ſentit ꝙ ſemper teſtis ita iuret & plus vltra nó ꝓ-
cedit, ſed ad hoc vide Bal. in Rub. de cont. inueſt.
col.1.& in l. ſi ex falſis, col.fi.C.de tranſac.& Are.
in c.in noſtra.de teſti.col.2.dicam in Rub. de op-
poſitionib. contra teſtes. In præſentia tamen mihi
cómunis videtur cú dictis Bar. in d.l. ꝙ † aut de- 33
ponit ſalſum in his quæ pertinent ad cauſam, aut
nó, vt ſup. retuli, & vltra Iaſ. in dictis locis etiam
idé ponit Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. idem Iul. col. fi.
ff. de iureiu. in verſ.& circa prædicta. in l. 1. in prin.
col. 10. ff. de off. eius.& Felin. in d. c. fraternitatis.
de hære. col. fi. in his locis apparebit hanc eſſe có-
munem opinionem & ita etiam obſeruatur. Non
tamen eſt omittenda cautio Barto. in d. l. eos. per
quam teſtis poteſt effugere hos inexplicabiles mo-
dos: † nam cùm iterum examinatur poteſt dicere, 34
dico ſicut aliàs depoſui,& ſi iudex nolit admitte-
re hanc reſponſioné, ſed velit, vt rem narret, po-
teſt dicere, Legatis mihi dictum meum & tunc iu-
dex debet legere.& ſubdit Barto. ꝙ tametſi iudex
ſibi legat dictum ſuum, tamen ad abundanté cau-
telam debet teſtis dicere, ꝙ ſi appareat ſe prius ali-
ter dixiſſe, ex núc corrigit dictú ſuum ſecundum,
& ſe refert ad primum cum eo tépore melius re-
cordaretur. & ſatis incontinenti dicitur, & cum
cauſa ſe corrigere, iuxta dicta ſup. facit ꝙ quando
me refero ad aliquam ſcripturá, ſi in referente ali-
quid reperitur quod non ſit in relato nó attendi-
tur, ſed tátùm conſideratur relatum & illud tan-
túdicitur dictum, vt per Deci. latam conf.63.col.
4.& in teſte eſt conſ. Alex.56.col.2.& vol.2.& ali-
bi vt in repertorio Hip. in d.l.eos.& de teſte vario
vide Alcia. in tractatu præſumptionum regul.2.
præſumptione 29.& præſumptione 31. Erat etiam
animus aliqua dicere ad declarationé vltimi dicti
Bartol. in d. l. eos. dum vult vt illa lex, eos. proce-
dat in eodem teſte, qui ſibijpſi contradicit, non
in diuerſis teſtibus ſibi inuicem contrariantibus,
qui ſunt redigendi ad concordiam, ſentiens cla-
rè teſtem ſibi contrarium non redigi ad concor-
diam, ſed puniri de ſalſo, ſed ne idem ſæpius re-
petam, te reijcio circa dictam materiá teſtium ad
Rubricá, de qua ſuprà ſæpè mentioné feci, vide ta-
men in præſentia Alex.& Iaſ. in l. duobus. §. fi. ff. de

35 iureiuran.qui dicunt, † quando teſtes hinc inde
ſunt contrarij neminem puniri de falſo, & infert
Iaſ. quòd teſtes inſtrumentarij vbi contradicunt
notario & inſtrumento, nec ipſi propter notariũ,
nec notarius ꝓpter teſtes poterũt puniri de falſo,
qui tamen loquuntur vbi pares contra pares, aliàs
in actu non reiterabili plures & digniores vincũt,
& victi remanent falſi. Ita loquitur Bal. in dict. §.
fin. & traditur in c. ex literis, de probat. & in c. licet
cauſam eodem titulo de probationib. & expreſsè
Aretin. in conſilio 13. char. 3. columna 2. & ita in-
tellige eundem Aretinum in conſil. 71. colum. pe-
nultim. dum audacter videtur velle in duobus ſi-
bi inuicem cõtradicentibus, vt vterq; puniatur de
falſo, & ita ſe habere communem opinionem lo-
quendo in eodem actu, ita vt concordare nõ poſ-
ſint, quia vel voluit dicere aliud quàm quòd neu-
tri credatur, & detur materia iudici intelligẽdi an
alter vel ambo dicant falſum vel malè loquitur.
36 Et dum Iaſ. etiam poſuit exemplnm † de teſtib. in-
ſtrumentarijs contra notarium. & de notario con
tra teſtes, ſomniauit, quia imò notarius punitur de
falſo, iuxta latè dicta in cap. cùm Ioannes. de fide
inſtrumento. & in leg. 2. §. ſi quis neget. ff. quem-
admod. teſtamen. aperian. & in leg. in exercendis.
C. de fide inſtrumen. De eodem teſte an poſsit fie-
ri concordia, ponit Fel. in c. cùm tu. in prima con-
cluſione. de teſtib. & dicam de omnibus in d. titu.
de oppoſitionibus contra teſtes, & de exemplo
ſomniato Iaſo. dicam in titu. de falſ. & ibi ample-
ctar falſi materiam non ſolùm notariorũ, ſed etiã
partis & teſtium inſtrumentariorum & aliorum
37 quorumcunque. Hic etiã cederet materia † quan-
do teſtis eſt varius & torquetur. cui dicto ſit ſtan-
dum, diſtinguendo tres caſus, quia aut ſumus in
eodẽ iudicio, aut in diuerſis, aut quis in iudicio di-
cit contrarium eius quod dixit extra iudicium vt
facit Bart. in d. l. eos. ſed dicam in materia teſtium
ſub dicta Rubrica de oppoſitionib. cõtra teſtes. &
ibi fortè dicam quid quando variauit quis ſæpius,
vt fecit notarius de Biumio in cauſa cuiuſdam fal-
ſitatis, qui vno die dixit vnum, alio die contrariũ,
& ſequenti reuerſus eſt ad primum dictum, & alio
die affirmauit ſecundũ ſic variando etiam in alijs
examinibus ſequentibus & cum tortura, an nulli
dicto credatur, ſiue ſtetur, attentis tot variationi-
bus & vacillationibus, an verò illi ſtetur dicto
quod videtur coadiuuatum aliqua veriſimilitudi-
ne, iuxta conſ. Soc. 253. & quę ponit Tind. in d. ſuo
tract. de dicto magis veriſimili. In præſentia tamẽ
vide in hac materia Fel. in c. cùm in tua. de teſtib.
vbi facit regulam cum fallentijs. & Aret. in c. ſicut
nobis. de teſtib. Dec. in conſ. 189. col. 3. & Tind. in
tract. ſuo, in 3. par. princ. char. 12. & ſequentib. vbi
reaſſumit dicta Bar. in l. eos.

Vltimò quæro quando teſtis qui vti vacillans
vel varius vel aliter ſuſpectus torqueri debet, vt
38 dixi, † An ſi petat copiam indiciorum ſibi ſit de-
cernenda antè, quàm torqueatur? Dic copiam in-
diciorum dari, vt diſputetur ſuper ea l. cuſtodias.
vbi glo. & Doctores. ff. de public. iudi. & ideo ſi
quis ſit torquendus, vbi ſeruus, & vbi ſit liber ſi
non ſit torquendus. iuxta l. ex libero. & l. diuus. ff.
de quæſtionib. prius hæc exceptio an ſit liber vel
ſeruus examinanda erit. d. l. cuſtodias. cũ ibi no-
tatis. & eſt tex. in d. l. ſi quis ne quæſtio. & in l. 1. §. ſi
quis dicatur. ff. de quæſtionib. Aret. in c. ex parte.
col. 6. extrà de teſtib. Sed † ſi eſt torquendus ex a- 39
liquo indicio quòd reſultet ex dictis, quæ cauſam
principalem tangant, iuxta dictum Bart. in l. 1. ad
finem principij. ff. de quæſtionib. quia ſit mẽdax,
iuxta l. vnius. §. teſtes. ff. de quæſtionibus. vel va-
cillans, iuxta l. ex libero. ff. de quæſt. ſiue varius,
vel contrarius, iuxta latè dicta ſuprà, & tunc licet
hoc ſit diſcutiendum, tamen ſolùm iudici hoc cõ-
mittitur abſque aduocatis. ita declarat Bar. in d. l.
vnius. §. teſtes. vbi omninò eſt vidẽdum, & ſequi-
tur Bru. in in tract. ſuo. char. 6. col. 3. & nemo quẽ
viderim contradicit. non video tamen quomodo
benè probetur intentio Bart. qui ad hoc allegat
textum in d. §. teſtes. l. is cui. eo. tit. §. ſi verò igno-
ti. in Authen. de teſtibus. & l. nullum. C. de teſtib.
quæ leges & aliæ ad idem, & ſi dicãt teſtem in ſuis
caſibus eſſe torquendum, non tamen illud dicunt
vbi ſit dubium ſuper indicio abſque diſputatione
commiſſo ſolum negocio iudici, & ideo videtur
quòd ſimus hoc caſu in teſte ſicuti in reo, & vtriq;
ſit danda copia iudiciorũ, iuxta notata in l. vnius.
§. cognitu rum. ff. de quæſtio. & in d. l. cuſtodias. &
quæ dicit Bar. in l. fi. ad finem. ff. de quæſtionibus.
Video tamen ſeruari opinionem Bartoli, quando
teſtis eſt varius. vel teſtes ſunt varij ſiue contra-
rij, & ſic indicium oritur ex dicto ſuomet. Non ta-
men ſemper quando eſt mendax ex dicto vel di-
ctis aliorum, quia tunc ſi petitur, datur copia, ve-
runtamen placet indiſtinctè opi. Bart. quæ eſt, vt
totum onus, an ſit mendax, vel non, an ſit varius,
vel non, ſiue vacillet relinquatur iudici, ne detur
materia differendo & diſputando palam & cum
aduocatis & cauſidicis inſtruendi teſtes, & verita-
tati nebulas offundendi, & ſatis hoc etiam colligi-
tur ex iuribus per Bar. allegatis, ſi illa diligenti o-
culo vides, & ex mille delictis nouemcentum, vbi
admitteretur hæc diſputatio, & daretur copia ſu-
ſpicionũ contra teſtes remanerent impunita, con-
tra l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. quæ lex, etſi eſt
vulgatiſsima: tamen ratio eius, quæ eſt, vt multa
pro communi vtilitate ſint recepta cõtra ſtrictum
ius, ſatis, imò plurimum facit. Ad hoc etiã accom-
modantur aliquæ rationes ad denegandam copiã
indiciorum adductæ per Alex. conſ. ſexageſimo-
quinto, volum. primo, & de copia indiciorũ dan-
da reo, vel non ante torturam dixi in quarta quæ-
ſtione principali ſuprà, & ſecundum prædicta, vbi
quis eſt torquẽdus, † quia crimine notatus ſit, aut 40
hæc qualitas nihil ad cauſam attinet, vtpura ſi di-
catur quòd eſt arenarius vel aliter infamis, & ſu-
per ea diſputandum eſt etiam aperto Marte vbi
de hoc dubitetur, aut tangit cauſam, quia ſit va-
rius, iuxta ea quæ dicit Cæp. in d. conſi. 61. col. 2. &
tunc ſecus, & ideo ſi fateatur ſe eſſe ſociũ criminis
abſq; alia diſputatione ſuper hoc erit torquẽdus,
vbi aliàs ſit in caſu iuxta dictum Salic. in l. fi. C. de
accuſationib. Vltimò tamen eſt ſciendum in hac
materia torturæ teſtium. † ꝙ etiam ſi adſint quali- 41
tates quæ aliàs faciant vt teſtes torqueãtur, nihilo-
minus vbi plenè probantur non ſunt torquendi,
ſed ſequendi. Bal. 5. vol. conſ. trecenteſimo octo-

geſimo-

42 ſimoquinto. Item † iudex debet à tortura abſtinere vbi aliqua bona ratio naturalis excuſat teſtem, Bald. primo volumine, conſilio *101.* col. *1.* in fi. & 48 etiam adde quòd † vbi plenè conſtat de delicto, non eſt procedendum ad torturam. Bart. conſil. *111.* col. *4.* in princip.

Titu. de publicatione proceſſus & teſtium.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio proceſſus an ſit neceſſaria ad hoc vt ſententia valeat.*
2 *Publicatio proceſſus an requiratur ante torturam, & quomodo non publicato proceſſu detur copia iudiciorũ.*
3 *Teſtes an poſſint recipi ad defenſionem, vel ad offenſionem poſt publicatum proceſſum?*
4 *Teſtes an poſſint recipi poſt publicatum proceſſum, fingendo, quòd iudex illos examinet ex officio ſuo?*
5 *Teſtes an poſſint publicato proceſſu examinari ſuper articulis directè contrarijs?*
6 *Teſtes partis aduerſæ an poſſint reprobari de falſo, ſaltem indirectè poſt publicatum proceſſum, quãdo etiam eum falſitate obijcitur corruptela?*
7 *Teſtium falſitas quomodo poſſit oſtendi publicato proceſſu, ſi agitur criminaliter ad puniendum, & non ad retractandam ſententiam.*
8 *Teſtes in cauſa criminali an poſſint examinari poſt concluſionem in cauſa?*
9 *Concluſio in cauſa an habeat locum in criminalibus?*
10 *Teſtium perſonas quando liceat poſt publicationem reprobare, ſi prius fuit proteſtatum.*
11 *Teſtis an poſſit repelli in cauſa appellationis ſi non fuit repulſus in prima cauſa.*
12 *Iudex an poſſit ex officio repellere teſtem inhabilem? & in tit. ſeq. nu. 64.*
13 *Teſtis, quem proteſtatus ſum me reprobaturum, non probat, ſi poſtea dicat aliquid pro me, & ibi etiam ponitur, quomodo tacitè videatur approbari perſona teſtis.*
14 *Teſtis productus per me in vna cauſa, an poſſit per me reprobari in alia?*
15 *Teſtis dictum an poſſit pro parte tantùm acceptari?*
16 *Teſtium dicta poſſunt reprobari ab ipſo me producente: & quæ ſit ratio.*
17 *Teſtibus per me productis an pars aduerſa poſſit vti me non vtente?*
18 *Teſtes producti an poſſint interrogari ad inſtantiam partis aduerſæ incontinenti vel ex interuallo?*
19 *Teſtis idem an poſſit ab eadem parte iterum produci ſuper alijs capitulis.*
20 *Teſtibus adhibitis ex conſenſu partium, an poſſit aliquid opponi?*
21 *Teſtis qui non debuit examinari, non facit fidem nec indicium dummodò iudex reſeruauerit exceptiones partium.*
22 *Teſtes examinati an iterum poſſint repeti ſuper eiſdem capitulis, ſaltem ex officio iudicis?*
23 *Iudex non interrogans teſtes vbi poſſet interrogare, an malè faciat, & an ab eo poſſit appellari?*
24 *Teſtis quomodo dicatur ambiguus ad hoc vt poſſit repeti.*
25 *Teſtis ſicut poteſt repeti ad declarandum, an etiam poſſit repeti, vt aliquid addat?*
26 *Teſtes poſſunt repeti etiam ad inſtantiam partis, & publicato proceſſu, quando non fuerunt interrogati ſuper omnibus capitulis vel interrogatorijs.*
27 *Teſtis an poſſit repeti inuitus?*
28 *Teſtis ſponte ſua an poſſit reuerti vt addat, velut ſi corrigat incontinenti vel ex interuallo?*
29 *Teſti an licitũ ſit variare antequam recedat à iudice?*
30 *Teſtis varians ante finitum examen an poſſit torqueri? Intellectus ad doctrinam Bar. in l. de minore. §. 1. col. 1. ff. de quæſtio.*
31 *Teſtibus examinatis debet legi depoſitio ſua, vt eam melius confirment, antequam recedant à iudice.*
32 *Teſtis an licitum ſit incontinenti ſe corrigere vel variare?*
33 *Teſtis an poſſit ex interuallo ſe corrigere? & nu. 36.*
34 *Teſtis an poſſit ex interuallo addere?*
35 *Teſtis qui prius depoſuit ſe tantùm ſcire &c. & poſtea deponit abſolutè verum eſſe, &c. an probet & quid è cõuerſo, ſi primò dixit ſe ſcire, poſtea neſcire?*
36 *Teſtis ex interuallo ſe corrigens an puniatur de falſo? & ſup. nu. 33.*
37 *Teſtis non punitur de falſo, vbi fieri poteſt, vt non adſit dolus.*
38 *Teſtibus examinatis & poſtea mortuis, ſi quis eorum depoſitionibus vſus fuerit non poteſt argui de falſo, quia falſitas oſtendi non poteſt, tum teſtes non poſſint amplius torqueri.*

DIXI ſuprà in vndecima & vltima parte torturæ, quòd ante torturam datur copia indiciorum, & deinde ſub Rubr. ſeq. de defenſionibus reorum, & defenſionũ impugnationibus, modum tradidi defenſionis & offenſionis, ad cuius pleniorem declarationem etiam ſubieci titulos ſingulares omnium ferè delictorum, breuiter eorum materiam pertractando. Aliud igitur non ſupereſt poſt factas defenſiones & offenſiones, & abſoluta vtrinque omnia teſtium examina, niſi vt † deueniam ad publicationem proceſſus, quæ neceſſaria 1
eſt ad hoc vt ſententia re ipſa valeat, licet ſine ea non ſit ipſo iure nulla. hæc eſt communis opinio, vt per Fel. in c. licet cauſam. de probat. col. *17.* verſi. fallit ſecundò. & latius in c. cum I. & A. col. *1.* & *2.* de re. iu. & Are. in c. cauſam quæ. col. *1.* de teſtib. Sed quęro, † an etiam iſta publicatio proceſſus re- 2
quiratur ante torturam? Bal. in l. milites. C. de q. tenet requiri. & ita Bru. char. *9.* col. fi. & ſeq. in ſuo tract. torturę. Et tex. ſecundum vnam lecturam in l. *2.* C. de eden. vt ibi per Bar. in *2.* lectura. Et practica eſt, ꝙ publicatur proceſſus, & datur copia indiciorum, aliter tolleretur rei defenſio, vt ibi per Bru. & reus poteſt elidere indicia, & reprobare contrarijs probationibus, vt per Bru. vbi ſuprà, & clarius cha. *8.* col. *1.* verſ. ſed licet. & dum dixi ſup. in *11.* parte torturæ & vltima, ꝙ etiam non publicato ꝓceſſu datur copia indiciorum intellexi ratione ſolennitatis, quæ fit in publicatione proceſſus iuxta gl. & no. in l. geſta. C. de re iud. quia ſine alia citatione partis datur ipſa copia. An † publica- 3
cato proceſſu etiam ſolenniter, vt tandem fit poſt ꝓbationẽ hinc inde factã, ſuper capitulis vtriuſq;

 par-

partis, poſsint examinari teſtes ad defenſionem,
& offenſionem. communis eſt ſententia quando
parte inſtante proceditur, ad defenſioné non poſ-
ſe examinari, vt per Areti. in c. cùm clamor. col. 2.
de teſtibus. tenetur tamen iudex ex officio, etiam
in caſu quoad inſtantiam partis proceditur, quæ-
rere defenſiones etiam per examen teſtium poſt
publicationem. Aretin. conſi. 147. col. 3. & ideo cō-
cludendum eſt, vt ad offenſionem non poſsit etiā
ex officio, vbi vt dixi, ſimus in caſu quo procedi-
tur ad inſtantiam partis. Are. in c. fraternitatis. c. 9.
ver. item in cauſa criminali. Bal. in l. presbyteri. co-
lum. 2. verſi. iuxta primam. C. de epiſco. & cler. &
conſi 276. in 1. vol. col. pen. circa finem. & ſequen-
ti ſecundum impreſsionem Brixienſem. Felin. in
d. c. cùm clamor. col. pen. verſ. ſecunda concluſio.
& Ang. Aret. vbi infrà. Et aduerte ꝙ articulū hunc
quoad teſtes examinandos ad defenſioné latè diſ-
putauit Are. in d. c. fraternitatis. & ibi tenuit ꝙ pu-
blicatio non obſtet parte inſtante, ſed vt dixi Are-
tinuſmet in c. cùm clamor. aliter tenet, dicens ꝙ
latè articulum diſputauit in d. c. fraternitatis. Sed
ꝙ communis eſt in contrarium & benè loquitur
quidquid dicat Felin. in d. c. cùm clamor. & Ange.
in glo. qui iudex dictum proceſſum publicauit. &
in gl. qui iudex ſtatuit terminū ad opponendum
contra proceſſum. col. 2. in fi. & pri. ſequen. & in
gl. comparēt dicti inquiſiti & negauerunt totum.
col. fin. & Salice. per eum non allegatus in l. fin. co
lum. penul. C. de quæſtionibus. Aduerte etiam
dum dixi, non eſſe teſtes etiam ex officio exami-
nandos ad offenſionem, vbi parte inſtante proce-
ditur: nam loquuntur DD. vbi pars eſt volunta-
ria, ſecus ſi neceſſaria. Item limitant hanc conclu-
ſionem, vt nō procedat quando iudex videt reum
ſuſpectum de concluſione. Cui aliam limitationé
addo quando videt partem eſſe negligentem. Bar.
in q. iudex maleficiorum. Bal. in d. l. presbyteri. &
in l. 2. C. de abolitionib. per Felin. & Are. in c. quia
Gu. de iudicijs. & procedit hæc limitatio ſiue ad
defenſioné, ſiue ad offenſioné agatur ſecundum
DD. ſup. & nota ꝙ Hoſt. & Abb. & alij communi-
ter in d. c. cùm clamor. vt volunt etiā ſi iudex ex
puro officio procedat, tamen vbi videt reus quòd
malitioſè procedit, poteſt appellare, ſed tamen li-
mita vt per Fel. in d. c. cùm clamor. col. fin. verſic.
& in prædictis. & an ſit idé ꝙ pars petat, & nomi-
net, vt illos iudex examinet, an tantummodò ſciat
quos voluerit iudex examinare, vide Pan. de Caſt.
facientem differentiam in conſi. 246. in 1. vol. vbi
4 dicit † ꝙ licet ſciat, nihilominus iudex ex officio
poteſt examinare, vbi aliàs veritas haberi nō poſ-
ſet, videtur tamen hoc pendere à captione. Bal. in
l. fi. in fin. principij. C. de appell. vbi dicit ſe dare
nouum modum per quem ſemper poterunt pro-
duci teſtes publicatis atteſtationibus, vt ſcilicet qui
hoc facere intendit iudici det nomina teſtium, &
ſe abſentem faciat, poſteaq; iudex ex officio illos
examinet, ſed hoc reprobat Roman. & poſt eum
Fel. qui eum refert in d. cap fraternitatis. col. 8. nec
curo de repertorio Hipp. in quo aliter tenet in l. 1.
§. final. col. 2. & ſequen. ff. de quæſtio. Vide igitur
5 † non poſſe ad defenſionem, minuſque ad offen-
ſionem examinari teſtes poſt publicationem te-
ſtium ſuper capitulis vtriuſq; partis. Sed an poſsint
examinari ſuper articulis directè contrarijs, & dic
idem per Clementinam ſecundam, vbi glo. nota-
bilis, in verbo, indirectè. de teſtib. & eſt commu-
nis Doctorum ſententia ibi, quę tamen non habet
locum quando articuli eſſent indirectè contrarij,
iuxta l. optimum. C. de cōtrah. & commit. ſtipul.
Eſt tamen aduertendum, quòd ſi pars cōtra quam
producta fuerant capitula ex inſpectione eorū po
tuit inſtrui ad contracapitulandum ante publica-
tionem, tunc ceſſaret hæc concluſio. ſed ſi inſtrui
nō potuit, & teſtis ſuper eis examinatus depoſuit
de loco & tempore quòd non erat expreſſum in
capitulis generaliter compoſitis, tunc cōcluſio mi
litaret. Ita communiter Doct. in d. Clem. 2. maxi-
mè Bar. qui d. Clemen. legit cum Rubr. illius titu.
& ita atteſtatur Mara. in cap. fraternitatis. de teſti-
bus. in 9. quæſtio. principali. Et † ſumus in mate- 6
ria vtrum falſitas teſtium diuerſæ partis poſsit o-
ſtendi, & concluſio eſt, vt directè nō poſsit: ſecus
autem indirectè, ſicut tamen dixi directè etiā po-
teſt oſtendi quando vltra falſitatem etiam obijci-
tur teſtes corruptos fuiſſe, † ex quo cenſetur no- 7
uum capitulum. Ita Maria. vbi ſup. in 8. q. in 1. limi-
tatione. & ponit etiam alias duas limitationes, &
hanc communem cum his & alijs limitationibus
ponit Feli. in c. licet cauſam, nu. 24. & ſeq. col. 13.
extrà de proba. Sed ſi obijciatur ſola falſitas, hoc
opus hic labor eſt, & Maria. circa dictam 8. quæſt.
mouet difficultaté & ſe reijcit ad c. cùm cauſam.
de probat. & c. cùm venerabilis. de except. eſt ma-
teria illorum capitulorum in quibus not. ꝙ etiam
ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, reuoca-
tur prætextu falſorum teſtium, & ideo Felin. in c.
cùm cauſam. tangit difficultatem in prima conclu
ſione, & oſtendit quòd ſola falſitas non ſufficit,
quando nō obijcitur corruptela, allegat Bar. Abb.
Imol. Paul. de Caſt. Anto. de But. & Ioan. And. &
ita dicit eſſe intelligendos. Spe. & Archi. qui ſimpli-
citer loquuntur, & ſuper quibus Deci. ſe fundans
in c. cùm cauſam. tenet eſſe ſpeciale in crimine fal-
ſitatis, vt timor ſubornationis nō habeatur in con
ſideratione, vt per eum, ſed dicit contra commu-
nem, vt etiā apparet ex dictis Alex. in 1. col. & Imo.
ibi in l. diuus. ff. de re iu. & incipit verſiculus Ale.
item fallit vbicunque. Fateor quòd ſi ageretur
criminaliter ad puniendum, & non ad retractan-
dam ſententiam, iuxta latè dicta per Alex. & Imol.
maximè col. 6. verſi. item aduerte. & dicta per Fel.
in d. c. licet cauſam. in 15. colum. vbi ponit modò
quibus poteſt agi protextu falſorum teſtium, ſi-
cut etiam fit in d. l. diuus. tunc publicatio non ob-
ſtaret, per ea quæ ponit Bart. in d. Authen. qui ſe-
mel. verſi. quæro an alia inſtantia. C. de proba. ſe-
cus ſi ageretur criminaliter, & incidenter ad reſciſ-
ſioné ſententiæ, iuxta no. per Imo. in d. col. 6. verſ.
item aduerte. quod tamen etiā non tranſit ſine du
bitatione per dicta Bart. in d. q. quæro an in alia in-
ſtantia. Itē ſi ageretur ſolùm contra teſtes vt puni-
rentur ceſſaret difficultas, quia res inter alios acta,
&c. ceſſaret etiam quando ex officio iudex proce-
deret, iuxta c. cùm clamor. & hoc eadé ratione, &
caſus clarus eſt ꝓ cōmuni, quando agitur ciuiliter
ad reſciſsioné ſentētiæ, dico clarius ſecundū DD.
com-

communiter, tamẽadhuc ego dubito propter ge-
neralia verba Rubricæ & legem.C. ſi ex falſis in-
ſtrumentis.& capitulorum,cùm cauſam,& cùm ve
nerabilis.& d.l.diuus,dicere autẽ, non loquuntur
ſupra dicta quando publicatus erat proceſſus eſt
merum ſomnium, quòd nunquam fuit in cõſide-
8 ratione legum. An † poſt concluſionem in cauſa
in criminalibus poſsint examinari teſtes, & acta
fieri, vide quomodo concludatur in cauſa. tex. in
c.cùm dilectus.de fid.inſtru.& Fel.ibi omninò,&
in effectu poſt concluſionẽ in cauſa non licet exa-
minare teſtes, imò eſt præcluſa omnis ꝓbatio etiã
per inſtrumenta.d.c.cùm dilectus. licet aliud ſit in
inſtrumentis de nouo repertis, vt per Iaſ. in repet.
d.l.admonendi.char.vlt.col.1.verſ.confirmo. iun-
cta char.7.col.3.verſicu.retenta.& non licet etiam
poſt concluſionem in cauſa examinare teſtes con
tra perſonas teſtium, imò nec poſt ſolam publica-
tionem teſtium, niſi ſecundum formam cap.præ-
ſentium. de teſtib. In Senatu tamen video facilè
concedi, vt cõtra perſonas poſsint examinari etiã
poſt emanatum peremptorium, cauſa quare etiam
contra perſonas de iure non poſsint examinari
teſtes,illa eſt,quia vt dixi concluſio in cauſa præ-
cludit omne genus probationis, vt latè per Feli.in
d. c. cùm dilectus. qui oſtendit adeò præcludi os
partibus per concluſionem in cauſa, vt quaſi æqui-
paretur ſententiæ, & magis hoc impedit ne quid
poſtea fiat quàm publicatio teſtium, vt patet in d.
c.cùm dilectus.& patet, quia limitationes nõ dan-
tur per Doctores quando eſt concluſum in cauſa
ad iterum examinandum, prout dantur quando
eſt publicatus proceſſus, vt in cap. cùm veniſſent,
per Doctores de teſtibus.& per Alexan.in l.iube-
mus.C. de iud. vbi vide col. 2. vſque ad finem.&
ibi concludit, ſicut ſuprà dixi, quòd quando con-
cluſum eſt in cauſa, præcluditur omnis via vlte-
9 riori ꝓbationi.Et ne erres, ſcias, † quòd in crimi-
nalibus non concluditur in cauſa, vt per Feli. in d
c.cùm dilectus col.2.Areti. in gl. qui iudex ſtatuit
terminum ad opponendum contra ꝓceſſum.col.
2.in fi.& ſeq.quia non poteſt reus renunciare de-
fenſionib.vt per DD. in d.c.& in l. iubemus.alle-
gata,& Mediolani ex conſuetudine non conclu-
ditur in cauſa etiam ciuili. Si igitur in criminali,
non concluditur in cauſa, nihil impedit quin poſ-
ſint teſtes examinari, etiam ſuper contrarijs capi-
tulis, niſi obſtet publicatio teſtiũ, quo caſu dicen-
dum eſt, vt ſuprà dixi. & minus impedit quo mi-
nus poſsint examinari teſtes contra perſonas te-
ſtium, niſi etiam obſtet publicatio, qua etiam non
attenta poſſunt examinari, ſecundum formam d.
c.præſentium, de teſtibus. Et circa dictum capitu-
10 lum, præſentium dicit † quòd ſi pars proteſtatur
contra perſonas teſtium ante publicationem, vi-
delicet quo tempore pars citatur ad vidẽdum iu-
rare teſtes, iuxta c.2. de teſtib. & l. ſi quando.C.
eodem. tunc non obſtante publicatione poteſt
probare contra eorum perſonas. vide Feli. ibi, qui
ponit ſex fallentias percurrendo & limitando di-
cta Saliceti in hac materia in l. ſi quis teſtib. C.de
teſtibus. vide etiam Aretin.in d. c. præſentium. Si-
gnorol. conſi.79. Et procedit etiam ꝙ pars contra
quam fuit productus teſtis, poſtea vellet allegare
teſtem corruptum, vt notabiliter per Feli. in c. li-
cet cauſam.de probationib.col.4. circa fin. & ſeq.
in 9.notab. vbi etiam vide col.14. & ſeq. verſi. ter-
tia concluſio. Et † an qui non oppoſuit contra te- 11
ſtem in prima cauſa, poſsit poſtea opponere in cau
ſa appellationis, vide Aretinum in c.ex parte.col.
9.& ſeq.de teſtibus.& in c.ſicut, eodem titu. col.
4.circa principium.Et vbi pars non fuit proteſta-
ta, an † iudex ipſe ex officio poſsit repellere teſtẽ 12
inhabilem, vide Salic.in d.l.ſi quis teſtibus.Fel.in
d.c.præſentium.colu.2.& in cap.intimauit.colum.
penul.circa finem & ſeq. extrà de teſtibus,& in c.
teſtimonium.eo.tit.col.2.& ibi Are.col.8. Ale. in
l.3.in prin.ff. de teſtib. col. 3.& 5.volu.conſi. 152.
col.5.circa prin.vbi ponit aliquos caſus, in quibus
poteſt opponi etiam ſine proteſtatione, & omni-
nò Angel.conſilio 295 colu.2.& in d.c.2. per Feli.
extrà de teſtibus.colu.8.circa fin. Et adde † quòd 13
facta dicta proteſtatione per me ſi tales teſtes po-
ſtea aliquid pro me deponerent non ſtaretur eis
ad mei fauorem, Aret. in d. c. præſentium. in vlti.
notab.& ibi Fel.col.2.& latius per Feli. in d.c.præ-
ſentium, col.pen. verſi. in glo.fi.vbi regulam po-
nit & fallentias circa hoc,& ibi per Aret. in vltim.
char.& per Fel. notabiliter in c. capitulum.de re-
ſcri.col.14. verſi. demùm, in fin.

Item adde ꝙ ſicut ego contra teſtem debeo ꝓ-
teſtari, aliter videor illum approbare.d.c.præſen-
tium. ita ſi egomet produco teſtem videor illum
approbare, nec poſſum poſtea improbare. d.l. ſi
quis teſtib.vbi per DD.maximè per Salic. Alexan.
conſi.66.colum.pen.vol.1. per Felin.in c. veniens.
el primo, de teſtib. col.fi. circa prin. Angel. in Auth.
at qui ſemel.col.2. de probat.

Et quid de iudice quem approbaui in iudicẽ,
an poſsim eum reprobare, ſi contra me in ead.cau-
ſa producatur in teſtem? vide Aret. in c. delicti. de
teſtib.col.pen.circa fin.& ſeq.

Et † ſi in vna cauſa produxi teſtem, & idem in 14
alia producatur per alterum contra me, an poſsim
eum reprobare? vide Sali. vbi ſup. col.3.Aretin.in
dict. cap. præſentium. columna quarta. & Felin.
ibi, colum.3.

Et quando produco teſtem, an poſsim allega-
re eius inſtabilitatem, vide omninò Bald. in cap.
cùm dilectum. colum. vltima, de conſuetudi.vbi
ponit practicam, qualiter quis poſsit dicto teſtis
ſe inrare pro parte,& pro parte non acceptare.

Et † an ex capite inimicitiæ poſsim teſtem re- 15
probare, vltra Salic. vbi ſuprà, & alios vide Bal.5.
vol.conſi.41.col.2. & circa fin. Et procedunt hæc
quoad perſonas teſtium. Sed † dictum eorum po- 16
teſt quidem reprobari ab ipſomet producẽte tan-
quam falſum, Salic. in d. l. ſi quis teſtibus.verſic.
quartò quæro.ad fin.& Ant. de But. in c. cùm ve-
nerabilis.col.5.verſi. oppono, extrà de except.&
ratio eſt, quia ꝓducens ſibi cõtra illud non potuit
prouideri. Ita Sal. & D. Anto. vbi ſuprà.Nec cen-
ſetur approbans perſonam teſtis approbare eius di
cta, ſiue teſtificanda per eum. Ita not. Salic.in d.l.
ſi quis teſtibus.col.2. Ang.vbi vide in Auth. at qui
ſemel.colum.2.C.de proba. Alexand.conſil.66.
colum.penulti.volum.primo,& Felin.in cap.ve-
niens.*el primo*.de teſtib.colum.fina.poſt princ.

17 Quid verò † ſi producens nõ velit vti dicto te-
ſtis, quem produxit, an poſsit altera pars illum ꝓ-
ducere. vide Felin. in c. de teſtibus. colum. ſi extrà
de teſtibus. & per Bal. in l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul.
Panormitan. in dict. cap. præſentium. in princip.
columna quarta, & ibi Felin. col. 3. & Areti. conſi.
141. circa medium.
18 Et an † teſte producto per vnam partem, poſsit
altera pars petere, vt interrogetur pro ſe ſuper eo-
dem capit. vel ſuper alio diuerſo, & quid ex inter-
lo, & quid etiam ſi talis pars contra quam ſit pro-
ductio, eſſet per lapſum terminum excluſa à pro-
ductione teſtium, vide Aret. in d. c. de teſtibus. in
vlt. char. & Fel. ibi col. fin.
19 Et an † idem teſtis poſsit ab eadẽ parte iterum
produci ſuper alijs capitulis. Signoro. tenet poſſe
conſi. 13. col. 2.
20 Et an † poſsit opponi teſtibus adhibitis in ali-
quo actu ex conſenſu partium, vide Felin. in c. ex-
hibita. colum. 3. de iudicijs. Cæpol. plenè caute-
là 294. Alexandrum notabiliter conſil. 70. volu. 1.
vbi limitat procedere quoad illos qui eos roga-
runt pro teſtibus. Idem Cæpo. conſi. vigeſimopri-
mo, col. 4.
Dixi de proteſtatione quæ iuuat partẽ vt poſ-
ſit poſt publicationem probare contra perſonas.
21 Addo autem † quia multi teſtes non debent exa-
minari, qui tamen examinantur, quòd reſeruatio
quam faceret iudex de non præiudicando exce-
ptionibus contra eos militantibus, operaretur
vt perinde eſſet, ac ſi nullum factum fuiſſet exa-
men. Aretin. in c. ex parte. colum. 6. de teſtib. Feli.
in c. cùm dilecti. de accuſa. col. 9. & in d. c. ex parte.
colum. antepenultima. vbi vide in fin. & ſic etiam
vbi dicti teſtes aliàs non facerent indicium quale-
quale, nec hoc caſu examinati illud facerẽt, & vi-
de etiam Feli. in c. hæc concluſio magis, ſub tit. ſe-
quen. de oppoſitio. contra teſtes. Sicut facta publi-
catione propter timorẽ ſubornationis noui teſtes
prohibentur produci. dict. c. fraternitatis. & Au-
22 thent. at qui ſemel. C. de probatio. ita teſtes † exa-
minati non repetuntur ſuper eiſdem capitulis. c.
per tuas. extrà de teſtibus cum glo. 1. Felin. ibi, in
verſi. ſecunda concluſio, vbi vide, eſt pulchra ma-
teria, & cõcluſio eſt hæc, quòd etiam vbi procedi-
tur inſtante parte, tamen iudex ex officio poteſt
iterum interrogare teſtem, quia fortè obſcurè de-
poſuit. Ita Fel. ibi, & gl. ibidem, quam vide, quia
bis hoc repetit, & gloſſ. in §. illud. in Authent. de
teſtibus, quam ſequitur Barto. in Authenti. at qui
ſemel. C. de probat. in fin. hanc gloſſ. ſequitur
Imol. in dict. cap. per tuas, ſæpius repetendo. & ita
etiam gloſſ. in capitu. cùm clamor. de teſtibus. &
ibi latius Felin. col. 1 qui poſt Docto. per eum al-
lega. clarè loquitur, & in criminalibus & ciuilibus
quando proceditur inter partes, & ita clarè Areti.
in d. c. per tuas. qui nunquam dubitat, niſi quan-
do eſt repetendus inſtante parte. Et aduerte ad gl.
in d. c. cùm clamor. dum dicit quòd iudex præci-
puè in illo text. in quo proceditur ex mero offi-
cio poteſt interrogare clarè idem volens quando
inſtante parte, & vide omninò illam gl. ponentem
rationem dubitandi & decidendi. & ita Maria. in
cap. fraternitatis. in vigeſimaquarta fallen. de te-
ſtibus. Et aduerte, † quia primò eſt quærendum 23
ad cognitionem prædictorum, an iudex ſi non fa-
ciat, malè dicatur facere, & poſsit appellari. vide
Felin. in dicto cap. pars tua. colum. fina. verſicu.
item in quantum. qui videtur dicere quòd malè
facit, & ſi appelletur quo ſupplet iudex ad quem,
loquitur tamen in dubitatione inſurgente ex a-
ctis. & vide Aretin. in dicto capit. cùm clamor. co-
lumna prima, in 2. notabil. vbi dicit quòd iudex
poteſt, & non cogitur, & ita communiter tenent
Docto. eſt verum quòd ſimpliciter loquitur non
tacta difficultate quomodo procedat ambiguitas.
Secundò aduerte † quomodo exemplum de- 24
tur quòd teſtis ſit ambiguus, de quo vide text. in
dicto capitu. cùm clamor. qui loquitur in tali am-
biguitate quæ nullo modo poſsit intelligi. & ita
no. Are. ibi, in d. 2. notab. & ita videntur plures Do
ctores tenere qui ſunt reprobati à Felin. & alijs per
eum allegatis in d. c. cùm clamor. colum. fin. verſi.
vltimò ſcias. vbi vide. ſufficit enim quælibet am-
biguitas, vt ibi & datur etiam exemplum quoad
aſsignandam rationem dicti ſui, quia hoc etiam
pertinet ad hanc declarationem gloſſ. in dict. §. il-
lud. & Bar. in l. repeti. in prin. ff. de quæſt. & Salic.
io Authen. at qui ſemel. C. de proba. colum. 5. Et
ſic vides † quòd ex officio ijdem repetuntur ad 25
declarandum. Sed an vt addant, vide Felin. in d.
c. cùm clamor. col. 2. poſt Lapum, & D. Anton. &
Aret. ibidem. col. 1. in 2. notab. An verò ad inſtan-
tiam partis iudex poſsit repetere, loquor ſemper
publicatis atteſtationibus, ſaltem ad declarãdum.
Dic communem eſſe vt non poſsit, & ſic minus ad
addendum corrigendum. Aretin. in d. c. per tuas.
in diuerſis locis ita atteſtatur. Vnus eſt caſus † in 26
quo ijdem teſtes poſſunt repeti ad inſtãtiam par-
tis publicatis teſtibus. quando non fuerunt inter-
rogati ſuper omnibus capitulis, vel ſuper interro-
gatorijs, & hoc etiam quòd ſub vi bonorum capi-
tula continerent plura, quia ſuper omnibus eſt in-
terrogandus, etiam quæ in virtute verborum
continerentur, vt in exemplo eius qui capi-
tulat præſcriptionem. Abb. in dict. c. per tuas. Et
aduerte, quia ſi fuit interrogatus atque ita reſpon-
derit, vt etiam fieri debuiſſet alia interrogatio, illa
non facta, non dicitur aliquid omiſſum, quia ſa-
tis eſt quòd ſuper omnibus capitulis, & capitulatis
fuerit interrogatus, eſt verum quòd ſi dubiè re-
ſpondit, tunc ſumus in alia materia, de qua ſuprà,
an repeti debeat ad declarandum dictum ſuum, &
minus adhuc diceretur omiſſum, ſi etiam iudex
vlterius interrogaſſet de cauſa ſcientiæ, & adhuc
aptè non reſpondiſſet, & adde quòd Tindar. in hac
materia, in ſuo dialogo. lib. 1. c. 9. col. 2. verſ. item
probatur qui fuit Doctor ſolennis & ſubtilis, vt
per Iaſo. in l. magiſtratibus. colum. 2. in fin. ff. &
per Deci. in cap. per tuas. colum. vltim. de proba-
tio. dicit † iudicem, qui infeſtaris, vt repetas te- 27
ſtem, debere eſſe contentum primo dicto, vt no.
gloſſ. in capit. literas. extrà de præſumption. nec
debere teſtem repetere eo nolente, niſi fortè di-
ctum eius ſit obſcurum, vel aliud præſentis no-
uiter perueniſſet ad eius notitiam ex meliori
forti recordatione, quibus caſibus poteſt iudex
teſtem repetere ex officio, vt ibi, quem vide.

Et aduerte, quia ſunt duæ materiæ ſeparatæ.
28 Prima † an iudex poſsit repetere dictum teſtis vt addat, vel declaret, & de hoc locuti ſumus. Secunda an poſsit ipſe teſtis reuerti, vt addat vel ſe corrigat, & hæc ſecunda materia traditur in c. præterea. de teſtib. cog. & dicit Bart. in d. l. repeti. qui attingit hunc vltimum articulum, quòd ſi teſtis reuertitur ſuo motu incontinenti, auditur, & poteſt ſeipſum corrigere, ſecus ſi ex interuallo. allegat d. c. præterea. & not. in d. §. quia verò. in Auth. de teſtib. dic vt ibi in d. c. præterea. & vide Bar. in l. eos. ff. de falſis. col. 2. vbi dicit, ꝙ teſtis ſe incontinenti poteſt corrigere quãdo iuſtam cauſam erroris allegat: aliàs vti varius punitur de falſo. & Aret. ſequitur Bart. præcisè & clarè in d. c. per tuas. de teſtib. col. 3. vbi ponit not. declarationẽ quam omninò vide ſi vis hæc intelligere. vide tamẽ Bar. in l. quidquid aſtringendæ. ff. de verb. oblig. circa fin. verſi. fateor tamen. vbi vult ſimpliciter quòd
29 in teſte licita ſit variatio † antequam primum dictum habeatur pro perfecto. & idem vult gloſſ. in d. c. præterea. vbi ait quòd dicitur incontinenti, quando quis nondum receſsit à iudice, & tunc admittitur variatio, nec eſt neceſſe dicere, Reuoco, ſed videtur intelligẽdus Bar. ſicut dicit nondum facto examine, & nondum perfecto, ſed illo facto etiam incontinenti non poteſt, niſi reuocet. & etiá cauſam allegat, & ita videtur diſtinguere, & declarare Firmian. in verſi. teſtium repetitio. in 9. cap.
30 & duobus ſequentibus, vbi omninò vide. Et † vbi nondum eſſet finitum examen, & variaret ſimpliciter abſque eo quod ipſe ſe videretur corrigere, adhuc credere eum debere torqueri, ad perſpiciendum in quo dicto vellet perſiſtere, & ita intelligere potes Bart. in l. de minore. §. 1. in 1. col. ff. de quæſt. Itẽ puniretur vti varius per d. l. eos. Et ideo
31 † non ſemel vidi ſolennes Iureconſultos ſtatim facto teſtis examine, ei depoſitionem quam fecerat legere, & eum interrogare an ita dixiſſet, quòd ſi aliquid ſe dixiſſe negaſſet vel aliud dicere voluiſſe affirmaſſet, dictum eius accommodabant, prout vltimo loco aſſeruerat, ſed vbi receſsiſſet ab eiſdem licẽtiam habuiſſet, & poſtea vellet ſe corrigere non admittebant, niſi reuocaret, & allegaret cauſam erroris ſui, & hanc practicam acceperunt à Bal. in l. ſi. C. plus vale. quod agi. vbi per illum text. dicit ibi, quòd poſtquam teſtis depoſuit debet iterum ei legi dictum ſuum, vt per lectionẽ compleatur & error ſi quis eſt in ſcribendo remoueatur, & refert, & ſequitur Fel. in c. per tuas. col. pen. de teſtibus. vide tamen omninò quæ allegat Alex. in d. l. quidquid aſtringẽdæ. col. vlti. vbi remiſsiuè loquitur in teſte. Itẽ vide Inn. in d. c. præ-
32 terea. de teſtibus cogen. qui dicit, quando † teſtis incontinenti ſe corrigit nõ ſtãri correctioni ſimpliciter, ſed benè iudicem attendere modum correctionis, & refert, ſequitur Fel. ibi, colum. vlti. in princip. & hoc dictum confirmat dictum Bart. in d. l. eos. imò videtur generalius loqui, vt licet nõdũ receſsiſſet à iudice, tamen adhuc reuocatio paſſim nõ admittatur, ſed attẽdi debeat quomodo loquatur, & quomodo reuocet, & hoc credo verius, quidquid ſentiat Firmian. quem ſuprà allegaui, & in effectu nõ credo differentiam eſſe, an nondũ ſit finitum examen, vel eo abſoluto incontinenti veniat, id eſt, antequam ſit allocutus partem ſecundũ communem interpretationẽ, vt atteſtatur Imol. in d. c. præterea. & ibi Felin. Nam omni caſu dicitur variatio, vbi non reuocat, & procedit lex, eos. Si verò reuocat debet audiri, ſed iudex debet aduertere ad cauſam reuocationis, vtrum ſit conſona, vel ne, & vbi minimum ſibi probabilis eſſe videatur erit varius, poterit puniri, & ita etiam latè, & notabiliter & ſubtiliter Tindar. in ſuo tractatu de teſtibus. char. 2. cap. 4. incip. Alteram exceptionem, vbi vult non licere teſti ſe corrigere niſi incontinẽti, allegando d. c. præterea. deinde ſe limitat, vt hoc etiam incontinenti non liceat, niſi iuſta cauſa erroris allegetur, & iudici etiam iuſta videatur ſecundum Bart. vbi ſuprà, & quòd iudex ſi vult repetere poteſt quandocunque, iuxta c. cùm clamor. & Docto. ibi, & ita etiam ſuprà declaraui, poſtea in fin. dicit notabiliter quòd vbi teſtis licitè ſe corrigit, non punitur de falſo, quia nõ meretur pœnam qui facit lege permittente. l. Gracchus. C. de adulte. vides igitur ꝙ tantum vult vt incontinenti ſit licita correctio, & quòd tamen debeat allegari cauſa erroris. Et † ideo, dum dicit inconti- 33
nenti debere fieri correctionem, loquitur etiam ante perfectum examen, niſi dicas quòd tunc non dicitur incontinenti fieri, ſed in ipſo actu, prout conſiderauit Bartol. in d. l. quidquid aſtringendę. & Firmian. vbi ſuprà, tamen plus placet, vt dixi alia opinio, & videtur meliori ratione fundata, & prædicta procedunt, vbi teſtis incontinenti corrigit, ſed ex interuallo non eſt licita propter timorem ſubornationis, vide tamẽ circa hoc plures declarationes & limitationes per Tindar. vbi ſup. & per Fel. & alios in d. c. præterea. Licita † tamen eſt 34
additio ex interuallo vbi vnum dictũ ſimul cum altero ſe habere poteſt, vt quia primò dixit neſcire, poſtea dicit ſcire, vel primò non recordari, poſtea recordari. Ita Bar. Ang. & Moder. communiter in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de damno infect. vbi vide omninò Alex. & Feli. & Doctores in d. c. præterea. & per Hippo. in d. l. ex libero. ff. de quęſtio. colum. penul. & melius quàm alibi per Tindar. in d. tracta. in 3. chart. c. 8. incip. recenſebam. col. prima & ſequen. Et † ibi etiam quando 35
primo loco dixit ſe tantum ſcire, vel tantum verum eſſe, an etiam eo caſu poſtea audiatur, ſi dicat aliquid aliud verum eſſe, & ſe melius recordari, & Doctores vbi ſup. in §. quis ſtipulatus. & in dict. c. præterea. loquuntur quoad probandum. quo caſu conſideratio debet eſſe, an loquutus fuerit, cum parte, vel non, vt per Doctores vbi ſuprà, ſed quoad puniendum de falſo, Dic eum non puniri, niſi primò dixiſſet, ſe tantum ſcire, vel tãtum verum eſſe, vt ibi per Tindar. col. vlti. verſic. eſt tractandum, vel niſi dixiſſet ſe neſcire id quod veriſimiliter ſcire debebat, & in quo non erat licita ignorantia, vt not. per Aret. in conſil. 71. col. ſecunda. cuius dictum in dicto conſil. maximè attenditur in practica. Et verum eſt, quòd qui addit niſi aliter appareat contrarietas non dicitur falſus, vt per Deci. conſi. 110. col. 5. vbi allegat gloſſ.

Et quid econtrà, quando primò teſtis dicit ſcire, poſtea neſcire, vide Areti. in c. cùm cauſa. de re-

 ſtib.

ſtib. col. 2. vbi diſputat præcedentem articulum,
quãdo incipit à negatiua, poſtea annectit etiã húc,
& in eo allegat Bar. & Bal. vt per eum, quos tamen
intellige in dubio vbi aliquo modo poteſt fieri
cócordia, ſed vbi eſt no. cõtrarietas, tunc teſtis pu-
nitur vti ſalſus per id quod voluit Bald. in §. quib.
in prima conſt. C. & ita propriè loquitur, Bar. alle-
gatus per Are. in d. l. de ætate. col. 5. & vide etiam
de hoc vlti. Iaſ. in l. ait prætor. *la prima.* §. iurari. col.
pen. & vlti. ff. de iureiur. & Alex. in l. ſtipulatio ha
bere licere. §. hæc quoq;. col. 2. ff. de verb. obli. &
vide omninò Bal. in l. 1. col. pen. C. de confeſs. vbi
tenet, vt non ſit periurus, qui primò dicit crede-
re, poſtea non credere, de quo etiam latiſsimè per
Tinda. in 2. char. col. 3. c. 5. narrabam. & c. 6. & ſeq.
36 vbi ponit ſimilem quæſtionem. Quod autem ſu-
prà dictum eſt, vt teſtis † ex interuallo non poſsit
ſe corrigere intelligas quoad hoc, vt ſecundum di
ctum nó tollat primum: quia ſtatur primo, ſed ta-
men illud debilitat, vt per Fel. in d. c. pręterea. qui
dicit ꝙ ex tali dicto nó poteſt iurari in ſupplemé-
tum probationis, ſed tamen non punitur de ſalſo
vti varius. Et licet prima facie Alex. videatur vel-
le, vt imò puniatur in l. qui bona. §. ſi quis ſtipula-
tus. ff. de dam. infect. tamen expreſsè illud nó aſ-
firmat, nec etiam Bar. in d. l. eos. in 2. oppoſitione
37 hoc dicit, licet reſpiciendo ad pauca, ita velle vi-
deatur. eſt verú † quòd pręſumitur ſubornatus.
d. c. præterea. & ibi DD. tamen non ſequitur, ergo
falſus. nam fieri poteſt, vt non doloſè ſe corrigat,
igitur non eſt ſalſus. Bal. in c. 1. §. notandú. de not.
feu. Ale. in l. quid tamé. §. ſi arbiter. ff. de arbitris.
nec ſalſitas eſt niſi concludens. gl. & DD. in l. iu-
38 riſgen. §. quòd ferè. ff. de pact. poſſet † fortè talis
teſtis torqueri, & ideo his diebus proximè præte-
ritis cùm teſtis, qui ita arguebatur eſſe mortuus, &
vexaretur ꝓducens ratione vſus, dicebã malè ve-
xari, quia nó conſtabat teſté eſſe falſum, nec cóſta-
re poterat, cú torqueri non poſſet, & ſecundú prę‑
dicta intelligo Tind. in 4. c. in fi. qui aliter ſentit.

Tit. de oppoſitionibus contra teſtes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis in eadem depoſitione contrarius an probet, maximè in tortura, vbi etiam diſtinguitur, an teſtis ſolùm deponat contra tertium, an verò etiam contra ſeipſum?*
2 *Teſtis varius an puniatur de falſo?*
3 *Teſtis deponens contrarium eius quod dixit extra iudicium an probet, & an puniatur de falſo, & an poſſit torqueri?*
4 *Teſtis dictum extraiudiciale an probet, ſi deponens ſit conſtitutus in articulo mortis, & quid de illis qui in patibulo morituri reuocant quæ dixerunt?*
5 *Teſtis dicens vno modo in iudicio, & aliud in alio quomodo probet, & an puniatur de falſo?*
6 *Teſtis dictum in vna cauſa facit fidem contra eundemmet in alia.*
7 *Teſtis contrarietas non nocet parti ſi ſit talis qui nõ debuit examinari.*
8 *Teſtis qui ſemel depoſuit poteſt petere vt ſibi legatur dictum ſuum, & ad illud ſe referre.*
9 *Teſtes plures ſi ſint contrarij qui ex eis præferantur. & nu. 10. & 13.*
10 *Teſtis vnus ſi cõtradicat alteri, vel plures pluribus quomodo fiat concordia, vel quomodo præferantur, & numer. 11.*
C. cùm in. de teſti. quomodo procedat.
11 *Teſtes inuicem contrarij an puniantur de falſo, ſi poſſunt aliquo modo cõcordes eſſe, & an probẽt ſi ſine maxima difficultate non poteſt fieri concordia?*
12 *Teſtium contrariorum in criminalibus an fiat cõcordia, vt probent?*
13 *Teſtes plures ſi contradicant æquè pluribus vel paucioribus quomodo poſſit fieri concordia, vt euitetur periurium & falſitas, & quid ſi non poteſt fieri concordia & ſup. nu. 9. & 10.*
14 *Teſtes digniores vincunt alios in probatione, non autem vt minus digni puniantur de falſo.*
15 *Teſtes plures pares numero, & cæteris qualitatibus ſi inuicem contradicant non probant.*
16 *Teſtes eiuſdem qualitatis ſi inuicem contradicant, an poſſint inquiri & torqueri.*
17 *Teſtis vnus ſi ſit contrarius alteri an vterque puniatur de falſo veluti teſtes producti contra Suſannam.*
18 *Teſtis qui in tortura perſeuerauit in eius dicto & poſtea adhuc variat, an ſit etiam audiendus.*
19 *Teſtis infamis vel ſocius criminis, vel periurus vel bannitus vel detentus tempore examinis quomodo repellatur.*
20 *Teſtis an poſſit deponere de his, quæ vidit dum eſſet minor.*
21 *Teſtis qui depoſuit ſpe impunitatis ſibi promiſſa, an probet?*
22 *Teſtis in vno falſus an reprobetur in omnibus, præſertim cùm dixit falſum in non attinentibus.*
23 *Teſtis dictum nihil valet, quando notarius illud nõ ſcripſit, ſed retulit ſe ad dictum alterius teſtis.*
24 *Teſtes deponentes per eundem ſermonem an probent?*
25 *Teſtis qui nimis apertè deponit in fauorem vnius partis, vel præcipitanter, vel nimium citò, vel nimium tardè, an probet?*
26 *Teſtes an poſſint examinari à notario maximè quando ſunt examinandi extra territorium?*
27 *Notarius an poſſit eſſe rogatus de mãdato ſibi facto per iudicem, vt poſſit recipere teſtes?*
28 *Teſtes non publicati an probent?*
29 *Teſtes non citati ſed qui à ſeipſis, vel ad petitionẽ partis ſe obtulerunt an probent?*
30 *Teſtis an præſumatur citatus vel productus à parte?*
31 *Teſtes an poſſint inſtrui à parte? & nu. 50.*
32 *Teſtes quomodo & quando poſſint examinari ad æternam rei memoriam.*
33 *Teſtes deponentes extra terminum an probent, & quid ſi iurauerunt in termino?*
34 *Teſtes examinati parte non citata an probent etiam in cauſis in quibus omittitur ſolennitas iuris?*
35 *Statutum vel conſuetudo vt in examine teſtium pars non citetur, an valeat?*
36 *Teſtis an poſſit examinari parte non citata vbi proceditur per informationes?*
37 *Teſtis iurare debet etiam præſente parte quæ eos produxit.*
38 *Teſtis non rogatus an probet, ſcilicet in caſibus quibus de iure debet rogari?*
39 *Teſtes ſingulares an probent, & an in dubio præſumantur eſſe conteſtes, & an dicantur ſingulares, ſi viderunt per rimulam vnus poſt alium? & nu. 70. & ſeq.*

40 Te-

40 *Teſtis non deponens de loco & tempore an probet, & quomodo probetur tempus?*

41 *Teſtis deponens ſuper inquiſitione contenta in ea vera eſſe, non videtur deponere de loco & tempore, & quomodo hoc & ſimilia intelligantur.*

42 *Teſtis de auditu an probet, & quomodo debeat deponere?*

43 *Teſtis de credulitate an probet, & quid ſi deponat per verbum, videtur, & per verbum, pro certo credere?*

44 *Statutum vt credatur teſti deponenti de credulitate an valeat, & an teſtis de credulitate poßit puniri pœna falſi vel alia?*

45 *Teſtis non benè concludens non probat.*

46 *Teſtis dicens alium fuiſſe præſentem nõ probat illius ſcientiam.*

47 *Teſtes an probent ſi dicant ſe vidiſſe in ijs quæ cõſiſtunt in guſtu vel auditu?*

48 *Teſtis an probet ſi dicat ſe vidiſſe, cùm tamen eſſet de nocte?*

49 *Teſtis an probet ſi deponat ſuper eo quòd iurauerat non reualere?*

50 *Teſtis inſtructus à parte an probet maximè ſi pars dedit ei ſchedulam? & ſup. nu. 31.*

51 *Teſtis periurus, homicida & infamis an probet, & an princeps poßit cõcedere, vt ei credatur, & an teſtis cui obijcitur crimen poßit aſſumere defenſionem?*

52 *Teſtis inimicus an probet?*

53 *Teſtis ſocius criminis an probet, maximè quando tale crimen poteſt aliquo modo iuſtificari?*

54 *Teſtis qui laborat eodẽ morbo repellitur. Et ibi fit mentio de ſtatuto Mediolani ſuper dicto ſocij criminis.*

55 *Teſtis agnatus nõ probat quoad iniuriam factam agnato. Et ibi remißiuè ponitur de aduocato, procuratore et ſolicitatore.*

56 *Iniuria facta vni de agnatione cenſetur facta alijs & an illi poßint eſſe teſtes.*

57 *Teſtis qui tractat de ſe exonerando probat, ſi ſit ex ijs qui ſolent aliquid portare: puta vinum vel frumentum, & viuunt ea arte.*

58 *Proxeneta an probet maximè contra officialem? & nume. 128.*

59 *Probationes contra officialem debẽt eſſe euidentes, niſi fortè aufugiat.*

60 *Teſtis ex vniuerſitate an probet, & an ſtatutum Mediolani ſuper hoc diſponens poßit allegari in criminalibus?*

61 *Teſtes parentes vel liberi no probant, & quid ſi ſint ſpirituales, vel ſi ſit par cauſa propẽſa voluntatis, & quid in filio emancipato & in ſpurio, & in priuigno, vitrico, compatre, ſocero, nuru, genero, viro & vxore. Et de fratre. nu. 65. & nu. 109.*

62 *Affinitas tranſuerſalis an repellat teſtem, & an affinis probet in cauſa criminali, & frater pro fratre, & an qualitas repellens teſtem ſit probata eo ipſo quod teſtis eam fatetur?*

63 *Teſtis non tenetur reſpondere interrogationi, per quam detegatur ſua turpitudo.*

64 *Teſti dicenti ſe inimicum an eſſe credatur?*

65 *Teſtis an poßit repelli parte non opponente? Et ſup. in titu. præced.*

66 *Teſtimonium dicere multi ſunt qui non poſſunt cogi.*

67 *Teſtis non cogitur contra ſeipſum deponere.*

68 *Teſtes an præſumantur inuiti depoſuiſſe?*

69 *Teſtis qui eſt ſubditus an probet? & nu. 99.*

70 *Teſtis vnicus an probet, & an princeps poßit hoc concedere?*

71 *Teſtis vnicus an probet ſi deponat de eo quod ipſemet fecit.*

72 *Teſtis vnicus probat homicidium fuiſſe factum ad ſui defenſionem quando probatio accuſatoris non eſt contraria.*

73 *Teſtis an teneatur reddere rationem dicti ſui, & quomodo dicatur ſufficiens ratio?*

74 *Iuriſdictio quomodo probetur per teſtes.*

75 *Teſtis dicta referenda ſunt ad factum & non ad ius.*

76 *Teſtis an probet ſi dicat ſe vidiſſe mutuari pecuniam, ſed non recordari quanta fuerit?*

77 *Teſtis quomodo probet tenorem ſentẽtiæ vel inſtrumenti?*

78 *Teſtis dicens aliquem poſſediſſe, ſciente aduerſario, debet reddere rationem etiam non interrogatus.*

79 *Teſtis ratio ſatis eſt ſi concludat à veriſimili, vel à communiter accidentibus.*

80 *Teſtis deponens homicidium fuiſſe factum ad ſui defenſionem, quomodo probet.*

81 *Teſtis examinatus à iudice incompetenti, vel teſtis non iuratus an probet?*

82 *Teſtis an debeat iurare in cauſa qua remittitur omnis ſolennitas iuris?*

83 *Teſtis debet iurare ſuper ſcriptura, & an poßit iurare ſuper reliquijs ſanctorum, vel alio modo?*

84 *Teſtis an præſumatur iuraſſe, ſi in actu dicatur talis teſtis iuratus.*

85 *Teſtis an poßit ſe referre ad illud quod dixit in alia cauſa?*

86 *Teſtis qui iterum examinatur an debet iterum iurare?*

87 *Teſtis an poßit deponere per procuratorem?*

88 *Teſtes plures debent examinari ſinguli ſeparatim.*

89 *Teſtis non iuratus ſi deponat falſum quomodo puniatur.*

90 *Teſtis quomodo probet ſuper negatiua.*

91 *Teſtis laicus an ſit idoneus contra clericum?*

92 *Teſtes qui ſunt religioſi, an probent, ſi non habuerunt conſenſum ſui ſuperioris?*

93 *Teſtes domeſtici quomodo probent, & qui dicantur domeſtici. & in tit. ſeq. nu. 4.*

94 *Teſtes deponentes non veriſimilia non probant, quia ſunt ſuſpecti de falſo.*

95 *Teſtis dicens non recordari id, quod veriſimiliter recordatur punitur de falſo.*

96 *Veriſimilia quæ non ſint.*

97 *Teſtes in cauſa matrimoniali debẽt eſſe omni exceptione maiores.*

98 *Teſtis qui non debuit examinari ſi pars vult, vt nihil omninò probet, debet prius contra eum proteſtari.*

99 *Teſtis ſubditus an ſit pro domino idoneus teſtis?*

100 *Teſtis pro domino an poßit eſſe vaſallus ſuus?*

101 *Teſtes an ſint idonei parentes & liberi in cauſa matrimoniali?*

102 *Teſtis amicus an ſit idoneus teſtis pro amico?*

103 *Teſtibus an credatur eſt in arbitrio iudicis.*

104 *Teſtes qui non ſint idonei.*

105 *Teſtis an poßit eſſe affinis pro affine. & ſup. num. 62.*

106 *Teſtis an poßit eſſe filius pro patre, & econtra, & quid in alijs deſcendentibus.*

107 *Teſtis an poßit eſſe vxor pro viro, et an familiaris, & domeſticus?*

108 *Teſtis an poßit eſſe filius naturalis pro patre?*

109 Teſtis an poßit eſſe tranſuerſalis pro alio tranſuerſali,& præſertim frater pro fratre? & ſup.nume.62.
110 Teſtis conſanguineus vſque ad quem gradum non poßit eſſe teſtis.
111 Teſtis an poßit compelli, vt pro fratre ad defenſionem deponat.
112 Teſtis poteſt eſſe frater contra fratrem ſi velit.
113 Vſurarius quomodo probetur.
114 Teſtis an poßit eſſe tutor pro pupillo, vel prælatus pro ſua eccleſia?
115 Teſtis an poßit eſſe famulus tutoris?
116 Teſtis poteſt eſſe pro monaſterio ſuo famulus abbatis vel antiquus colonus.
117 Teſtis an poßit eſſe procurator vel aduocatus, etiam in cauſa appellationis,& qui deſijt eſſe?
118 Teſtis an poßit eſſe officialis qui deſijt eſſe officialis?
119 Teſtis an poßit eſſe ſolicitator cauſæ?
120 Teſtis non eſt idoneus quando ei poteſt aſcribi laus vel vituperium.& ſup.nu.58.
121 Teſtis an poßit eſſe qui fuit iudex,et arbiter in ea cauſa?
122 Teſtes an poßint eſſe relator & inſtructor?
123 Teſtis an poßit eſſe creditor?
124 Teſtis an poßit eſſe qui habet commodum in conſequentians?
125 Teſtis ſi interrogatus reſpondit ſe non habere commodum intelligitur principaliter.
126 Teſtis qui in cauſa vniuerſitatis reſpondit ſe non habere commodum,quomodo intelligatur.
127 Teſtis quomodo dicatur habere commodum.
128 Teſtes an ſint idonei ſideiubentes deponentes ſe tantùm dediſſe tutori.
129 Teſtis an ſit idoneus proxeneta?
130 Proxeneta quis ſit.
131 Teſtes an poßint eſſe negociorum geſtores, & famuli?
132 Teſtibus ſunt ſoluenda impenſa quas fecerunt eundo,et redeundo & ſtando, & quid de operibus quas amiſerunt?
133 Teſtibus an ſit ſoluendum quod amiſerunt, ſi in itineribus ſpoliarentur?
134 Teſtes vbi mittuntur ad examinandũ ſolui debet merces notario & iudici.
135 Teſtis producens ſi eſt pauper,an ſibi per partem vel iudicem ſint adminiſtranda expenſa?
136 Teſtis poteſt interrogari an ſit liber vel ſeruus vel inimicus?
137 Teſtis ſuſpectus poteſt interrogari etiam de his quæ ad rem non pertinent.
138 Teſtes de falſo ſuſpecti ſunt interrogandi diligenter de omnibus circumſtantijs.
139 Teſtis falſus tenetur de falſo, & etiam de omni delicto inde ſecuto.
140 Teſtis cuius depoſitio fecit, vt quis indebitè morte afficeretur,vel abſolueretur,tenetur de homicidio.
141 Teſtes in factis arduis debent examinari coram honeſtis perſonis.
142 Teſtem falſum coram delegato deponentem, an delegatus ipſe poßit punire?
143 Teſtem clericum qui ſit falſus an iudex ſecularis coram quo depoſuit,poßit punire?
144 Teſtis ſuperior ſi deponat coram inferiore falſum, an ab eo poßit puniri?
145 Teſtis vacillatio quomodo per notarium ſit ſcribenda.
146 Teſtis ſi nolit dicere veritatem niſi data pecunia an liceat illi dare ad hoc vt dicat?
147 Iudici dans pecuniam, vt ferat ſententiam, an benè & licitè det?
148 Pœnam meretur, qui rem facit non malo animo,ſi ſit mali exempli.
149 Teſtis qui aſſerit coram amicis ſuis ſe falſum dixiſſe, an poßit pecunia induci ad illud propalandum?
150 Teſtis ſi pecuniam accipit vt non deponat, qua pœna teneatur.
151 Teſtis qui pecuniam accipit, vt verum dicat, an comprehendatur in ſtatuto puniente falſum teſtem vel producentem falſum teſtem.
152 Teſtibus duobus fide dignis magis creditur, quàm mille ſceleſtis.

PVBLICATO proceſſu diſcutiendum eſt, an teſtes patiãtur aliquam exceptionem & repellantur, vt omnes ſciunt & ponit Angel. Aretin. in glo.qui iudex ſtatuti terminum ad opponẽdum cõtra ꝓceſſum, vbi poſt materiam publicationis proceſſus, ſubdit de maculis repellentibus ipſos teſtes. Et quia principaliter conſideratur varietas
teſtium, ideo ſcias quòd teſtis, † qui in eadem de- 1
poſitione dicit contraria non probat. l. qui falſa, vel varia. ff. de teſtib. col. pen. & ponit tres fallentias, quarum prima eſt, quãdo ſecundum dictum in tormentis depoſuiſſet, quia DD. concludunt ꝙ illud attẽditur: ergo probat. Secunda eſt, quando primum dictum protuliſſet colore iracundiæ. Tertiò verò quando ſecundum, animo corrigendi primum, iuxta c. præterea, de teſti. nã dummodò probet, vel in primo dicto vel in ſecundo verè dicitur regulam locum nõ habere. Et quantum ad tertiam quomodo ſcilicet intelligatur c. præterea, vide quę dixi latiſsimè in præcedenti Rub. & quæ poſui etiam in materia torturæ teſtium. Quo verò ad primam, vt ſtetur ſecundo dicto, quòd teſtis depoſuiſſet in tormentis vltra Bart. in l. eos. ff. de falſ. eſt etiam doctrina Bart. in l. ſi poſtulauerit. §. ſed & ſi negauerit. ff. de adulter. & vide Ang. in l. fi. C. de quæſt. col. 1. & 2. & Soci. plenè & conſideratè admodum loquentem in conſ. 253. col. 2. vbi tamen dicit eſſe conſiderandum an tempore depoſitionis factæ per teſtẽ in tormentis fuerit citata pars, & an primum fuerit magis veriſimile, vel tortura ſit legitimè data, vt etiam per Ang. in d. l. fi. & circa illud ꝙ citari pars debeat, Dic nõ ſeruari ex conſuetudine. Eſt etiam conſiderandũ, an teſtis ſolùm deponat vti teſtis contra tertium, an etiã in ſe vti pars, & in alium vti teſtis, quia hoc caſu magis creditur primo dicto ſine tormentis. Bar. in l. 1. §. quæſtioni. ff. de quæſt. Aret. conſil. 61. col. 1. ad fi. & in c. cùm in tua. col. 5. de teſtib. & Deci. cõſ. 189. Rarò tamẽ obtinere potui vt hæc declaratio à iudicibus admitteretur quòd aliquando euenit, quia ad lucrum attentiores erant, aliquando etiam propter eorum nimiam ignorantiam.

Debet etiam conſiderare iudex, an teſtis poſt publicationem vel ante dicat contrarium eius, quod à principio depoſuiſſet, quia ſi nõdũ publicato

cato proceſſu hoc eueniat, procedit regula ſupra-
dicta. ſi verò poſt publicationem, tunc magis ſta-
tur primo dicto propter timorem ſubornationis.
Ita Bar. in d. §. ſed & ſi negauerit. Tamen ceſſaret
iſta ſuſpicio, vbi teſtis nullo modo potuiſſet loqui
cum parte, quod tamen his temporibus difficilli-
mum eſſet ſcire propter facilem corruptionẽ cu-
ſtodum carcerum. Circa autem ſecundam fallen-
tiam quando primum dictum protuliſſet calore
iracundiæ, quoniam hoc pendet à regula. l. quod
calore. ff. de reg. iur. vide ibi Dec. & Fel. in c. ſicut
ex literis, in 1. col. & ſeq. de iureiu. & in c. cum te.
col. 4. de re iud. & per Iaſ. in l. ſi filiam tuam. col. 2.
& ſeq. C. de inoff. teſta.

Et aduerte quia locutus ſum de varietate quo-
ad credendum vel nõ credendum, ſed quoad fal-
2 ſum, an † teſtis varius de falſo puniatur, regula eſt
eum puniri debere l. eos. ff. de falſis. & d. l. qui fal-
ſa & varia. & Feli. in d. c. cùm in tua. in pen. col. in
d. verſi. prima concluſio. & Tindar. in ſuo tracta.
in 1. char. col. 3. col. 2. incip. omnis. vbi cum non-
nullis ſequentibus ponit plures fallentias, quæ
etiam tendunt ad præcedentem regulam quoad
3 credulitatem. Teſtis † etiam, qui deponit contra-
rium eius quod dixerat extra iudicium probat, &
attenditur dictum in iudicio. Feli. in d. c. cùm in
tua. in verſic. tertia concluſio. & in verſicu. quarta
cõcluſio. vbi dicit quòd quamuis primum dictum
ſit extra iudicium, nihilominus communis eſt, vt
præualeat ſecundum, & ipſi credatur. Non tamen
negari poteſt quin diminuatur de fide, vt per DD.
in d. c. Alexan. conſi. 81. colum. 3. col. antepenul.
& Are. in conſi. 71. vbi dicit quòd omnes Doct. in
c. cùm cauſam. de teſtib. tenent quòd debilitatur
fides, & non punitur de falſo, ſecundũ magis com
munem opinionẽ quidquid dicat Bar. in d. l. eos.
vt per Fel. in d. c. cùm in tua. & Dec. in c. per tuas.
de probat. col. penul. in fi. & ſeq. qui ponit tamen
quatuor caſus in quibus defendit Bar. non tamen
allegat Felin. in c. fraternitatis. col. 7. de teſtibus.
Abb. in c. cùm eccleſia Sutrina. de cau. poſſ. & pro-
prieta. col. 2. nec Areti. in d. conſilio 71. col. 4. ver.
ſed eſt dubium de fratre. nec Bar. conſil. 89. vbi
vide, nec Alexan. in d. conſi. 81. volum. 3. col. ante-
pen. licet tamen nõ poſsit puniri de falſo: torque-
ri tamen poteſt, vt per Alex. conſil. 63. in 1. volu.
& hoc operatur vacillatio, vt dixi ſuprà in materia
torturæ teſtium. In reliquis vide Tindar. in dicto
ſuo dialogo. char. 5. col. 3. & lib. 2. cap. 1. verſicu.
variantium. vbi hanc materiam diuidit in plures
partes, & plura capitula conſiderandò omnia, vt
etiam facit in materia de qua proximè diximus:
nam per ſeptem chart. loquitur quando dictum
extraiudiciale eſt contrarium dicto in iudicio, &
dum Doctores vbi ſuprà volunt, vt quando di-
ctum extraiudiciale eſt cum iuramento, qui tunc
reperitur inter duo iuramenta contraria, punia-
tur de falſo, quæ opinio fuit Ant. de But. & Abb.
in d. c. cùm in tua. de teſtib. & Alexa. conſi. 154. col.
penult. 1. volu.

4 Dic quòd ita vidi ſeruari. Et † adeò verum eſt
non ſtari dicto extra iudicium, vt ſi etiam conſti-
tutus eſſet in articulo mortis non ſtaretur, vt per
Fel. vbi ſuprà. de quo dixi in materia torturæ te-
ſtium, vbi etiam poſui de illis qui in patibulo re-
uocant, quæ dixerunt, & ibi feci mentionẽ de ſta-
tuto Mediolani circa hoc diſponente, & poſui etiã
an magis credatur conſtituto in articulo mortis,
quàm ſi eius periculum non immineret, de quo
etiam in reperto. Hippo. in l. 1. §. preterea. col. 2. ff.
de quæſtio.

Teſtis † ſi variat in vno iudicio ab eo quod in a- 5
lio dixerat, ſecundum dictum non valet, ſed pri-
mum. Ita latè Fel. in d. c. cùm in tua. verſi. ſecunda
concluſio, vbi tamẽ vult, vt quoad eum puniatur
de falſo, quod vltimum explicitè dixit Bar. in d. l.
eos. verſ. aut ꝓfert varia, & hoc eſt quod etiam di-
xit idem Bart. in d. l. eos. in 1. oppoſi. dicens, quòd
tertium reſponſum illius legis loquitur quando
variat inter diuerſas perſonas in diuerſis cauſis, ſeu
inſtantijs. Quod notabile iudicat, quia licet † acta 6
facta in vna cauſa non faciant fidem in alia inter di
uerſas perſonas, vt not. in l. is apud quem. C. de e-
den. tamẽ dicta vnius teſtis in vna cauſa faciunt fi-
dem cõtra eundemmet teſtem deponentẽ in alia,
quod ſecundum eum tenet Inno. in c. veniens. de
teſti. & ſequitur Alex. in d. l. is apud quem. col. 7.
& in d. l. eos. debilitatur tamẽ quoad ꝓbationem
primum dictum, vt per Fel. in d. c. cùm in tua. vbi
vide, & per Dec. latè conſ. 189. col. 3. vbi dicit hanc
eſſe cõmunem. In qua materia vide latiſsimè Tin.
char. 12. col. 1. in 3. part. verſi. & ſequens eſt. & vide
Bal. 1. vol. conſ. 101. col. 2. qui dicit ꝙ quando teſtis
deponit contraria in diuerſis depoſitionibus pre-
ſumitur quòd in ſecunda fuerit ſubornatus. vide
etiam c. ſicut nobis. de teſtib. & Are. ibi. Cætera in
hac materia varietatis teſtium vide ſuprà in tit. de
tortura teſtiũ. Et † quando teſtis non debuit exa- 7
minari, hoc caſu contrarietas nocet parti. Bar. con
ſil. 92. col. pen. & Tind. vbi ſuprà. Et † ad effugien- 8
das difficultates contrarietatis, teſtes in ſecundo
examine dicere debent, Dico prout aliàs dixi. & ſi
iudex velit vt loquãtur, ſubdant ipſi, Legatis mihi
dictum meum, & iudex tenebitur legere. Ita Bart.
in d. l. eos. verſic. quæro pro declaratione. de quo
per Fel. in c. inter cæteras. col. 2. de re iudi. & in re-
perto. Hippo. in l. ex libero. ff. de quæſt. in princ.
col. 2. & ſeq. ſubdit Bart. quòd etiamſi iudex legat
dictum, tamen ad cautelam teſtis debet addere ꝙ
ſi apparet ſe aliter hoc loco dixiſſe, ſe redigit ad
primum dictum quo tempore melius recordaba-
tur. vide etiam de hoc Alex. in d. l. eos.

Non eſt tamen omittendum vnum, quod dicit
Bar. in d. l. eos. in fi. videlicet † quòd procedit d. l. 9
vbi eſt contrarietas in dicto vniuſmet teſtis; ſecus
ſi inter plures, quia tunc procedit l. ob carmẽ. cum
materia. ff. de teſtib. vt ſi ſint aliqui digniores præ-
ferantur alijs, quibus contradicunt, etiam ſi pau-
ciores ſint, vbi verò ſint æquales in dignitate vel
vnus non ſit dignior altero prǣferantur plures, &
data omniũ paritate, quia omnes ſint ǣquales quo-
ad omnia præferantur teſtes rei, ita habetur ibi, &
per gloſſ. in c. in noſtra. de teſtib. Et præferuntur
teſtes rei etiam minus digni data paritate numeri,
tantus eſt fauor ipſius rei, vt per Fel. in cap. cùm P.
Mancouella. in fi. de acc. & ibi Abb. licet Abb. vi-
deatur ſentire contrarium in d. c. in noſtra. dixi
ſuprà, de defen. reor. & c. vbi vide. ſic declara &
ſup-

ſupple Bart. in d. l. eos. Item declara Bart. hoc mo-
10 do † vnus cõtradicit alteri, vel plures pluribus, vt
fiat concordia ſi fieri poteſt & ita procedit c. cùm
tu, cum materia. de teſt. ſed ſi eſt tanta diſcordia,
vt non poſsint ſimul conuenire, tunc procedit
quod ſuprà dictum eſt, vt ſtetur dignioribus, vel
pluribus, & ita Felin. declarat in d. c. in noſtra. in
1. colum. in prin. in verſi. conſiſtit. & Bart. met. in
d. l. eos, in fi. & hæc concordia etiam fit in vnomet
teſte, vbi fieri poteſt, quidquid dicat Bar. in dict. l.
eos, qui præſupponit non ita fieri in vnomet te-
ſte, imò eum non ſolùm non probare, verùm etiã
puniri de falſo & veritas eſt contra Bar. vt per Fel.
in d. c. cùm tu, col. 1. verſi. prima concluſ. vbi con-
cludit quòd etiam vt probet, fit cõcordia in dicto
vniuſmet teſtis vario, tamen Bar. in d. l. eos, in fin.
defendi poteſt, voluit enim dicere quòd in pluri-
bus, ſi poteſt fieri concordia fit & ſi non poteſt ſta-
tur dignioribus, ſecus autem in vnomet teſte qui
dixerit varia & contraria, quia ſi concordia fieri
non poſsit, omninò punietur de falſo, quod in
pluribus non euenit, ꝓpter materiam d. l. ob car-
men. & c. in noſtra. aliter Bart. dixiſſet rem nimis
mirabilem, & cõtra id quod ipſemet tenet in plu-
ribus locis, vt in l. 1. in prin. ff. de oper. no. nun. &
alibi ſæpè. & licet Alex. in d. l. 1. dicat ſe putare ve-
11 riorem opi. vt puniatur de falſo, tamen † oſtendit
communẽ eſſe in contrarium, quia fit concordia,
ſi fieri poteſt quo caſu nõ punitur de falſo & hæc
concordia non tamen fit, vt teſtis probet ſecun-
dum communẽ opi. de qua per Ale. vbi vide con-
ſi. 20. vol. 4. col. 2. verſ. nec iſtis obſtat, & clarè ap-
paret etiam per Ale. vbi locus eſt optimus in l. in-
ter ſtipulantẽ. §. 1. col. 3. ver. potes ſic concludere,
ff. de ver. obl. quidquid ipſe. col. ſeq. dicat, & hanc
communẽ ita declaro, vt quoties ſine maxima dif-
ficultate fieri non poſsit iſta concordia, non fiat,
niſi vt euitetur falſum, ſed vbi nõ fieret ſumma cũ
difficultate, etiã toleraretur, vt ꝓbaret, quia in ef-
fectu non dicitur cõtrarietas, & ita ꝓcedunt quæ
notabiliter circa hunc articulum dicit Feli. in d. c.
cùm tu. col. 1. verſ. prima concluſio. & adducta in
contrarium per Ale. vbi ſup. & ita ꝓcedit Ale. con
ſil 133. col. 2. in prin. vol. 1. vbi vide & conſ. 105. vol.
2. col. 4. verſ. nec obſtat & ita latè, & ſolenniter A-
ret. vbi vide in d. c. cùm tu, vbi tandem poſt hanc
opi. dicit, fatendum tamen eſt in arbitrio iudicis
eſſe quanta fides ſit adhibenda huic teſti, & etiam
vtrum omninò ſit adhibenda, qui iudex debebit
conſiderare non ſolùm qualitatem perſonæ, ſed
etiã communem vſum loquendi, & vtrum diffi-
culter an facilè contrarietas poſsit ad concordiam
redigi & vtrum teſtis incontinenti ſibi contradi-
cat, an verò poſt plura capitula, quo caſu veriſimi-
lior eſſet contradictio ſecundum eum, quæ verba
ſunt notanda & in hoc etiã Feli. ibi eum ſequitur,
12 & ita tenet. Et † an ea quæ dicta ſunt circa hanc cõ-
cordiam vt ꝓbent teſtes procedant etiã in materia
noſtra criminali. vide omninò Fel. in d. c. cùm tu.
col. pen. ver. ſed pulchrè dubita vltra alios. ſic igi-
tur vides, quid iuris ſit quando vnus teſtis ſibimet
eſt contrarius & quando vnus alteri contradicit,
13 vel plures pluribus. Circa quod aduerte, † ꝙ aut
plures contradicunt pluribus, ſeu paucioribus,
aut æqualibus. primo caſu plures vincunt paucio-
res, vt dixi, tamen ſi fieri poteſt concordia ea fit, vt
euitetur periurium pauciorum, nõ vt ꝓbent, quia
vt probent non ſit etiam neceſſarium, vt de ſe pa-
tet & fuit oſtenderatum. Iaſon in l. 1. §. creditum.
ff. ſi certum pet. & Feli. in d. c. cùm tu. col. 2. verſi.
tertia concluſio. & per Alexan. in d. §. 1. ſit tamen
hæc concordia, ſi fieri poteſt & ſi nõ poteſt, ac ma-
nifeſta adſit contrarietas inter eos, plures vincunt
panciores de periurio & falſitate, & quotidie vi-
deo puniri eos de falſo, & qui vellet dicere con-
trarium ſine iudicio loqueretur. & ita voluit glo.
ſi eam benè vides in c. cùm contingat. in 1. gl. ad fi-
nem de offic. delegat. & Bal. in 1. conſti. C. in qui-
bus. col. 2. vbi vide. & glo. in c. nihilominus. 3. q. 9.
& Aretin. in conſil. 13. col. 10. per Bal. conſil. 101.
vol. 1. col. 1. ſecundum impreſsionẽ moderniorẽ.
Fateor quidẽ ſi ſint pares licet aliqui ſint dignio-
res, quòd † digniores vincunt alios, quoad ꝓban- 14
dum, non autem vt alij minus digni teneantur de
falſo, & ita voluit dicere Bar. in d. l. eos, in fi. & Ale.
conſi. 176. col. vlt. vol. 2. aliàs nemo puniretur de
falſo, ſi plures nõ vincerent pauciores. & vide om-
ninò Tindar. in fi. dialogi ſui char. vlt. verſicu. eſt
quoque nouiſsimè. vbi commentaria ſcribit ſuper
dictis Barto. in dict. l. eos. & non diſcrepat ab hac
mea opinione, & refert mentem Bart. in d. verſic.
fina. vt loquatur quoad concordiam faciendam,
ſentiens cum vno teſte non fieri, ſecus autem cùm
non cõcordatur pluribus, & ideo ſequitur prout
ſup. dixi, vt ſi talis ſit contrarietas, cuius non poſ-
ſit fieri concordia puniatur de falſo conuictus. &
ita etiam intellige Ang. in glo. in verbo, falſario.
col. vlt. verſic. quid ſi ſunt plures teſtes. & Cæpol.
conſi. 61. col. 1. & 2. & licet ita res ſe habeat, vt plu-
res vincant pauciores etiam de falſo, tamen peſſi-
mè ſe gerunt iudices maleficiorum, qui delato ad
eos examine teſtium in cauſa ciuili examinatorũ
inuicem contrariorum, alia diſcuſsione non facta
falſitatis pauciorum, faciunt tam partem produ-
centem quàm teſtes detineri, nã reſpectu produ-
cẽtis prius debet conſtare de delicto, & ſic de falſi-
tate ipſorum teſtium, iuxta dicta ſup. in 1. Rub. de
delicto. & vbi obijceretur vſus falſi inſtrumenti
ſatis eſſet quòd alius fuiſſet condemnatus de fal-
ſo propter illud inſtrumentum. l. ſi vteris. C. de
fid. Inſt. vbi ſententia lata contra vnum quod in-
ſtrumentum ſit falſum, facit vt illo vtens poſsit ac-
cuſari & deinde ex indicijs & probationibus con-
uinci. Et quomodo in hoc caſu ſit deueniendum
ad cognitionem falſitatis teſtium dicam infrà. re-
ſpectu verò ipſorum teſtium non eſt illicò iudi-
candum pauciores eſſe falſos, ſed indicijs & alijs
probationibus ſunt conuincendi. & debet iudex
dicta eorum benè rimari, vt ſi fieri poſsit concor-
dia fiat, quoad hoc ne dicantur falſi, iuxta nota. in
d. c. cùm tu. & vbi ſuprà. Et vbi ex lectura eorum
quæ depoſita ſint comprehendat fieri non poſſe
illos iterum coram ſe habeat & examinet & præ-
ſentibus contradicentibus interroget. & ſi omni-
bus factis ſe tueantur ſiue tueri poſsint, dic vt ſu-
prà: ſin minus, quia ſint directè contrarij ad vlte-
riora contra eos deueniat. quo facto contra pro-
ducentem poterit etiam procedere tam de falſo, ſi
ſint

ſint examinati ſuper capitulo falſo, & tali vt neceſſe ſit dicere ꝙ ſcienter illos examinari fecerit, iuxta ea quæ dixi ſup. in tit. de falſis verſic. tetigi ſuprà, vel de vſu, data ſcientia, iuxta ea quæ dixi in eo. titu. de falſis, verſ. ſcias etiam. & ad hæc vide omninò nota. per Bar. in l. Lucius. ff. de inſami. & ſatis cognoſcere potes ex his quæ per me ſup. dicta ſunt, quàm incautè faciant iudices qui pręcipitanter ſimul omnes capiunt, & etiam ſeparatim, ſine conſideratione prædictorum. Secundo verò caſu
15 quando † plures, puta duo cõtradicunt alijs duobus, & ſic æqualiter, tunc ſtatur dignioribus, vt dictum eſt, vel habentibus alias qualitates, de quibus in d. c. in noſtra. vbi verò quoad omnia ſint æquales, vna ꝓbatio vincit aliã, & neutri creditur, loquor vbi concordes eſſe nõ poſſunt, & idẽ quando vnus contradicit alteri tantùm, & nõ poteſt fieri concordia: nam tunc etiam neutri creditur. hoc ꝓbo per ea quæ dicit Bar. in d. l. de minore. §. plurimum. col. 6. verſic. quæro quid ſi. ff. de quæſt. & traditur in c. ex literis. de ꝓba. & in c. licet cauſam. in fi. eo. tit. & per Areti. in d. conſil. 13. col. 10. & ita Bal. in l. duob. §. fi. vbi vide Ale. & Iaſ. ff. de iureiu.
16 poſſent † tamen fortè omnes inquiri, vt per Iaſ. vbi poſt Bal. Item propter incertitudinem, licet plures non poſſent condemnari. poſſunt tamen torqueri. Ang. in verbo, fama publica, verſicu. quid autem ſi ſint quinque. Nam certum eſt alterum eorum commiſiſſe delictum, & ideo omnes torquentur, & loquitur etiam in pluribus quàm ſint duo, & per Sali. in l. fin. in vlt. col. verſic. quæro an ſufficiat, C. de quæſt. dixi ſuprà in materia torturæ. Et quod dixi dari materiã iudici contra vtrunque inquirendi, ſequitur Alexan. conſi. 34. col. 4. verſi. vt probatur ex his. vol. 3.

17 Sed aduerte. quia imò videtur, vt quando † vnus teſtis eſt contrarius alteri, vterque puniatur de falſo, ſicut fuit factũ quoad duos ſenes qui teſtificati ſunt contra Suſannam, quorum alter dicebat ſub ficu commiſſum adulterium, alter ſub alia arbore, & vterque fuit condemnatus de falſo. Et ita Areti. videtur tenere in conſil. 71. colum. 5. qui ſubdit, & quamuis hoc poſſet eſſe dubitabile quia par ꝓbatio videtur ſe confundere, iuxta tradita per Bar. in d. l. de minore. §. tormenta. tamen communis doctrina omniũ videtur eſſe, vt dixi, ſed intellige Are. vt voluerit dicere quòd ad hoc, ne alicui credatur, non autem vt vterque de falſo puniatur, & ita etiam loquitur Alexand. adducens idem exemplum Suſannæ in conſi. 142. col. 1. in fi. volum. 2. vbi vide, & glo. in l. teſtium. C. de teſti. & Bald. 3. volumi. conſil. 25. in fin. & eodem volum. conſil. 150. circa finem. Etſi Aretin. aliter intellexit, malè loquutus eſt, quia Doctores tenent contrarium. Benè faciunt quę ponit Alexan. conſilio 15. in 1. volum. & Feli. in cap. ſignificaſti. col. 3. de homici. Quinimò dũ ſuprà dixi, quòd omnes fortè poſſunt inquiri, tutius eſt intelligere Doctores, prout in tali caſu video obſeruari, quòd datur materia iudici ad inquirendum veritatem, vt deinde deueniatur ad iuris remedia, videlicet capturam, inquiſitionem & alia. Dixi ſuprà quòd
18 teſtis varius punitur de falſo, ſed † ſi variauit in tortura, requiritur perſeuerãtia, iuxta dicta Tindar. in charta prima. verſicu. dicebam. c. 3. & c. ſequenti, in fine, quia tunc confeſsio ratificata ſpontanea dicitur, iuxta notata in l. ſi quis ex aliena. §. Celſ. de acquir. hære. aliter autem non punitur de falſo.

Quid modò, ſi poſt perſeuerantiam, iterum variet & dicat verum non eſſe quod dixit tormentis, & quod ratificauit, prout fecit quidã notarius de Biumio, de quo ſup. in materia torturę teſtium, feci mentionẽ. Hoc caſu, quia plenè dicitur probatum contra teſtem, debet ei dari terminus ad ſe defendendum, & ſi oſtendat ita eſſe, ſicut nouiſſimè dixit, fortè iuuatur: quia falſitas non dicitur quæ iuuatur primordio veritatis. l. cùm filius. §. hæres meus. vbi Bar. ff. de legat. 2. aliàs condemnatur, iuxta tradita per Bal. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credit.

Obijcitur etiam teſti, ꝙ eſt infamis, † vel ſocius criminis, vel periurus, vel bannitus, & quòd erat detentus tempore examinis, vel quòd licet ſit inhabilis, & in caſu, in quo aliàs potuerit examinari, tamen non fuit tortus, de quibus omnibus vide infrà nu. 51. & ſup. in tit. de inquiſitione, vbi etiam dixi, quòd non creditur teſti, quando non fuit interrogatus ſuper generalibus, & de ſocio criminis etiam latè dixi in titul. de indicijs, & conſideratio. &c. verſi. ſequendo capita Rubricæ, vbi etiam in ſpecie poſui, an mandatarius ſit idoneus teſtis contra mandatum, & quòd vtcunque ſit, tortura requiritur quoad crimine notatos. ibi etiam habes, an credatur teſti dicenti ſe fuiſſe inſtigatum vel corruptum ab aliquo & de teſtibus inhabilibus, qui non debuerunt examinari, iuxta materiam. l. maritus. ff. de quæſtionib. vide etiam ibi in verſic. eſſet hic etiam quærendum vbi & de infamibus & domeſticis & minoribus, mulieribus & inimicis & de ſocio itineris ibi etiam vide ante dictum verſi. eſſet hic etiam quærendum. 19

An † autem maior poſsit teſtificari de his quæ vidit in pupillari ætate, vide Feli. in c. cùm nobis. col. 4. circa fin. de præſcri. & in c. auditis, in 3. col. & ſeq. de præſcri. & eſt materia, vtrum inſpiciatur tempus depoſitionis, an aliud, de qua Bart. & Doctores in l. 1. §. ſi ſeruus. ff. de quæſt. vbi Hippo. colum. 4. & in l. 1. §. idem Numio in fine ff. de quæſtio. vbi in ſpecie de maiore, &c. 20

Opponi etiam poteſt teſti, quod † quidquid dixit, ab eo factum eſt promiſſa ſibi impunitate, & eſt caſus quotidianus, quia teſtis debet dicere ſyncerè, & non ſpe alicuius emolumenti, cap. quoties de teſtib. l. ſi quis. in fi. C. de teſtib. & l. 1. §. 1. & ibi gl. in fortioribus terminis in verbo, aduocationẽ. ff. de falſis. & probat tex. in l. non omnes. §. fi. ff. de re mili. vbi tex. loquitur in caſu, in quo quis detegendo ſocium criminis conſequitur veniam, & tamen vult vt id, quod dicit, probare debeat. Et, vt fructuoſa ſit hæc concluſio, dic eam procedere, vbi ſumus in fallentijs à regula, ꝙ ſocius criminis non eſt idoneus teſtis. Cæterùm ſi ſimus in regula, res non habet dubitationem, loquor tamen vbi teſtis etiam ſeipſum accuſat, & minus dubitationis habet, ſi ſeipſum obtulit, ſicut in d. §. fi. & dicã paulò infrà de eo, qui ſe offert ſpontè. Iſte enim, qui teſtificatur facta ſibi promiſsione impunitatis, 21

corruptus dicitur, & nó creditur ei, vt dixi, & per Sali. in l. ſi quis teſtibus. col. pen. verſ. quæro quintò, vbi ponit, quando prece corruptus fuit, & quando poſsit allegari iſta corruptela. vide Sali. vbi ſuprà, col. fin. & Feli. in c. licet cauſam. de probat. columu. 4. & ſeq. in nono notabili, & col. 17. & ſeq. verſi. tertia concluſio.

22 Item † opponitur contra teſtem, quòd ex quo dixit falſum in vna re, dicitur falſus in omnibus, & ſic nihil ei creditur, iuxta notata per Felin. in c. fraternitatis, de hær. col. vlt. verſi. tertia concluſio. vbi ponit regulam & quatuor fallentias, & vltima eſt, quando dixit falſum in non attinentibus ad rem, vel ſuper aliquo incidenti, puta, ſuper generalibus, de qua fallentia latè dixi ſuprà in titu. de falſ. quando teſtis dixit falſum ſuper generalibus.

23 Etiam opponitur, † quòd dictum teſtis nihil valet, quia notarius retulit ſe ad dictum alterius dicendo, Deponit ſicut dixit præcedens Iaſ. in l. 1. in fi. C. ſi aduer. lib. Benedictus conſil. 114. Iaſ. in l. ſi pœnæ cauſa. §. ſi putem. ff. de condict. indeb. & vide infrà num. 84.

24 Item opponitur contra teſtes, quòd † loquuntur per vnum eundemq́; præmeditatum ſermoné, l. 3. §. ideo. ff. de teſtib. vbi Bar. dicit quòd ideo facias, vt dictum eorum ſit ſcriptum diuerſis verbis, ſed ſit idem in effectu, de quo vide per Iaſonem in l. 2. C. de ſecundis tabul. Felin. in capit. ex tenore. in 2. colum. in tertio notabili, de teſtib. & in cap. cùm cauſam. in 13. colum. in verſ. 2. limita. eod. ti. & in c. cùm in tua. in ſecunda col. de teſtib. & vide omninò Curtium in tractatu ſuo teſtium, in 14. concluſione, vbi limitat non procedere in teſtibus bonæ famæ. & adſunt infinita conſilia Alexan. & aliorum circa hoc, quæ cóſulto à me prætermittuntur.

25 Item opponitur, † quòd teſtis eſt nimium animoſus, quia loquitur audacter ad omnem ſatisfactionem partis, & quòd ideo eſt ſuſpectus. Socin. conſi. 129. col. 4. circa fi. Dec. conſil. 100. chart. pen. colum. 11. ad fin. Barba. conſi. 47. primo volu. col. 12. Card. conſi. 119. colum. 1. vbi de teſte præcipitanter reſpondente, & per Felin. in cap. cùm cauſam. colum. 12. in fin. de teſtibus. vbi quando teſtis nimium citò reſpondet, vel nimium tardè, & per Alexan. in l. 2. 1. in princ. ff. de falſis. ad finem primæ apoſtillæ in verſicu. & adde.

26 Item opponitur contra teſtes, † quòd fuerunt examinati non à iudice, ſed à notario, iuxta l. iudices. & authent. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtru. & in effectu in criminalibus hæc eſt concluſio, vt iudex à ſeipſo debeat examinare, non autem hoc alij committere, dicta authent. apud eloquentiſsimum. Hanc regulam ponit Felin. in c. cùm cauſam. de teſtibus. colum. antepenulti. & limitat varijs modis, & inter cæteros quando teſtes eſſent in alieno territorio. quia tunc ſcribuntur literæ ſubſidiales ad hoc iudici illius territorij, & licet iudex cauſæ non examinet eo caſu, tamen ſatis eſt, vt examen fiat per alium iudicem, qui etiã debet ponere vacillationes, trepidationes & vultus qualitatem. Et circa hoc vltimum vide Fel. in cap. quoniam contra. de probatio. chart. penult. col. 3. verſi. 5. quæro. & col. ſequen. ad quem locum reijcit, & Bal. in l. presbyteri. C. de epiſco. & cleri. & Barto. principaliter in l. de minore. §. plurimum. col. 1. & ſeq. ff. de quæſt. vbi Hippol. amplè in ſuo repertorio de hac materia. & dicit Bal. in dict. authent. quòd conſuetudo ſic obſeruat, & ita Oria. in dict. ca. quoniam contra, in verbo, teſtium, colum. 3. non fit tamen indiſtinctè commiſsio hæc iudici alterius territorij, ſed habenti merum & mixtum imperium. Bald. in c. 1. de teſtibus cogen. & Fel. ibi in quo tamen ſtandum eſſet conſuetudini. l. 3. §. fi. ff. de teſtib. & per Bal. & Feli. in dicto c. 1. Si tamen ipſe iudex eſſem, conarer pro viribus per literas ſubſidiales, vel ex authoritate Senatus, vbi eſſemus ſub eodé Principe, vt teſtes ad me venirent. Et ita monet Oria. vbi ſuprà, & hæc vbi teſtes ſunt extra iuriſdictioné. In iuriſdictione verò ipſe iudex debet examinare, niſi tamé eſſet multùm honorabilis, & teſtes non tenerentur, vel nó poſſent venire, iuxta c. 2. de iudic. in 6. Sic eſt ex mente DD. vt per Felin, in d. c. cauſam quæ. & Salic. in d. authent. apud eloquentiſsimum. & Abb. in d. c. cauſam quæ. & Angel. de Aret. in d. gl. qui iudex ſtatuit terminum ad opponendum contra proceſſum. col. 2. & ſic non ex cauſa ſimpliciter, vt in ciuilibus intra iuriſdictioné fit commiſsio notario, vt volunt DD. vbi ſuprà, ſed ex cauſa neceſſaria. & vide etiam de hac materia Iaſ. in l. ad egregias. in ſecunda colum. in ſecunda limitatione. ff. de iureiuran. Et quid in cauſis matrimonialibus, vide Lap. alleg. 46. Et quid quando de crimine agitur ciuiliter vide Felin. & Aret. in c. 3. circa prin. de teſtib. Bal. 1. vol. conſ. 196. & 4. volu. conſ. 481. col. 3. & pen. in fin. & Gemin. in d. c. 2.

Et † an notarius poſsit eſſe rogatus de mandato, quod ſibi facit iudex vt recipiat teſtes, vide Fel. in cap. primo de teſtib. col. antepenul. & ſeq. & vide omninò circa principale, an iudex poſsit committere examen teſtium Feli. in cap. licet cauſam. colum. 3. de probationib. in quinto notab. vbi ponit an idem ſit recipere teſtes & examinare, & an commiſſa receptione intelligatur cómiſſum examen, & an commiſſo examine ſuper cauſa principali intelligatur etiam commiſſum ſuper capitulis reprobatorijs teſtium. 27

Ex prædictis vide quantum erretur ad officiú capitanei iuſtitiæ, apud quod fiunt commiſsiones quotidie notarijs ad examinandum teſtes. etiam intra iuriſdictionem ciuitatis Mediolani. quantumcunq; capitaneus habeat iuriſdictioné in toto dominio, imò nec iudicib. deberet facere tales cómiſsiones, intra iuriſdictioné, ſecundú prædicta loquor circúſcripta obſeruãtia & cóſuetudine.

Item † opponitur contra teſtes, ꝙ non fuerunt publicati, & ita ꝙ non probant l. ſolam. C. de teſtib. Are. in c. per tuas. de teſtib. col. fin. vbi etiam quid ſi teſtes ſint mortui. & dixi ſup. in Rub. præceden. de publicatione proceſſus. 28

Ité † ꝙ teſtes nó fuerunt citati, ſed ſeipſos obtulerút. Sal. in l. ſi quãdo. col. vlt. C. de teſtib. & vbi teſtis nó eſt omninò integer, ſi ſe prorſus offert, efficitur omninò nó integer. Are. in l. qui teſtaméto. §. quicunq;. col. pe. ff. de teſta. & quãdo teſtis ſeipſum obtulit, vide Fel. in c. 2. de teſti. col. 7. & Aret. in c. veniens. *el ſecundo*. de teſti. & ibi Fel. col. penul. 29

Item

30 Item quod † pars ipſos obtulit ſine citatione iudicis. Sali. in l. teſtium. col. fi. C. de teſtib. & in hac materia vide Feli. in c. 2. de teſti. col. 8. & ſeq. & ibi an præſumatur citatus vel productus à parte. de quo etiam per Are. in c. 1. de teſti. & Feli. in c. tuis. ad fi. de teſtib. Et adde quæ dicit Are. in c. conſtitutis. *el primo*. in 3. notab. de teſtib.

31 Item † ꝙ pars teſtes introduxit, in quo vide Fel. in c. præterea. de teſtib. cog. & Bal. in c. fi. in 3. col. de appel. & dicam latius infrà in alia oppoſitione, nume. 50.

32 Item † ꝙ teſtes ſunt examinati ad æternam rei memoriam ſine iuſta cauſa, propter quam ita examinarentur. DD. maximè Sal. in l. ſed ſi quis. C. de teſtib. vbi ponit quæ ſint iuſtæ cauſæ. Ale. 2. volu. conſi. 201. col. pen. & fi. Et in quibus caſibus poſsit fieri hoc examẽ, tam ratione actoris, quàm rei, vide Feli. in c. ſignificauit, de teſtib. ver. prima concluſio. & de hac materia vide etiam per Are. ibi, & in c. Albericus, col. 4. de teſtib. in quibus locis habes quomodo debeat fieri citatio. Et an citato authore fiat præiudicium ſucceſſori ſingulari, ponit Areti. in d. c. ſignificaſti. col. 6. & 8. Et an quando fuit factum tale examen citato aduerſario, & contumace, poſsit fieri oppoſitio contra perſonas teſtium. vide Fel. ibid. col. 2. vbi etiam ponit, an tales teſtes debuerint publicari. Et an talis publicatio obſit, ſicut in alia materia, vide Aretin. in c. fraternitatis. de teſtib. col. 11. circa fi. & col. 7. circa fi. & ſeq. Et in hoc dominio habemus decretum dans formam quando teſtes examinandi ſunt ad æternam rei memoriam.

33 Item opponitur, ꝙ † teſtes depoſuerunt extra terminũ. c. præſentium. §. teſtes. de teſti. in 6. & per Are. in c. quoniam contra, de probat. col. 8. & 10. & in c. fraternitatis. col. 14. de teſtib. Fel. in c. licet cauſam. de probat. in 4. chart. col. 1. & 2. vbi ponit, an ſufficiat teſtes iurare in termino, de quo etiam ibi per Are. col. 11. & ſeq. & per Arc. & Fel. in c. ſignificauit. col. 4. de teſtib. in 4. notab.

34 Item ꝙ † teſtes ſunt examinati non citata parte. l. ſi quãdo. C. de teſtib. & c. 2. de teſtib. quod ꝓcedit etiam ſi teſtes examinarentur extraordinariè. Fel. in c. ſignificauit. col. 2. in vlt. not. & ibi Aret. in 3. notab. de teſtib. & vbi citatio remittitur, debet tamen actus poſtea intimari parti. Feli. in c. dilecti. col. 2. circa fin. de iudicijs & vbi cauſa committitur omni iuris ſolennitate omiſſa, debet tamẽ citari pars, nec poſſet omitti etiam per principem. Abb. 2. vol. conſ. 46. & caſus, in quibus requiritur, & in quibus non, vide per Fel. & Aret. d. c. 2. Et va-

35 let ſtatutum † vel cõſuetudo, vt in examine teſtiũ nõ citetur pars. Alex. conſi. 65. col. pen. & fin. vol. 1. & vnum caſum, in quo non requiritur, ponit Alex. conſi. 130. volu. 1. vbi eſt talis teſtis, cuius dicto debet neceſſariò ſtari, alium ponit Fel. in c. quoniã frequenter, vt lite non conteſt. nume. 7. & ſeq. vbi actor propter potentiam aduerſarij non auderet eum conuenire, in quo vide etiam Fel. in d. c. 2. in 6. limit. An tamen tales teſtes faciant indicium, vide Feli. in c. 2. Et ad declarationem dicti teſtis nõ requiritur citatio. Rom. conſi. 482. col. fi.

Quid ſi mandatur iudici, vt ſe inſtruat, an requiratur in aſſumenda informatione? vide Maria. in tract. de priuileg. Rubricà de officiali dominorum, concluſione 3.

Et adde, † quòd nõ ſolùm debet citari pars ad videndum iurare teſtes, ſed etiam debet eſſe præſens pars producens. Signo. conſi. 249. col. 2. 36

Et † de citatione ad quoſcunque actus ſingulis diebus & horis, quæ fit per iudices maleficiorum reis facto examine vide Fel. in c. licet cauſam. col. 15. in fin. de probationib. & in d. c. 2. 37

Opponitur etiam, † quòd teſtes non ſunt rogati iuxta textum in l. rogati. C. de teſtib. in quo vide Alex. in 3. volu. conſi. 33. colum. 2. & 4. in princ. & 6. & ſeq. Alex. in l. hac conſultiſsima. in fi. principij. C. de teſtamen. 38

Et an teſtes ſuper matrimonio deponentes debeant eſſe rogati, vide Aret. notabiliter conſil. 13. colum. 4. & 5.

Item † quòd teſtes non ſunt conteſtes, ſed ſingulares, atq; ita non probant l. qui ſententiam. C. de pœ. cum mille vulg. præſumuntur tamen conteſtes in dubio, vt per Iaſ. in l. 2. C. de ſe. tab. colu. 5. & de materia teſtium ſingularium vide Caccialup. Iaſ. & alios in l. admonendi. ff. de iureiurand. & Doctores in c. licet cauſam. de proba. 39

Et an ſint conteſtes, ſi deponant, quòd omnes viderunt per rimulam, vnus poſt alium, & ſic de ſimilibus quæſtionibus, vide Areti. in c. præterea. de teſtib. colum. 2. & ſeq. & Bal. in l. teſtium. col. fi. C. de teſtib. & Doctores in d. l. admonendi. & vide quæ dicã infrà de teſtibus ſingularibus. nume. 70.

Item opponitur, quòd non deponunt † de loco & tempore, iuxta notata per gloſſ. & Doctores in d. l. teſtium. Et non attenditur varietas temporis, vbi tempus non eſt ex ſubſtantia. Imol. conſil. 102. col. 2. Et an & quando teſtis debeat deponere de loco vel tempore, vide Feli. in c. cùm cauſam. *el primo*. extrà de teſtib. & in c. ex tenore eo. titu. Et probat teſtis de tempore, ſi dicat ſibi ita videri. Alexand. 5. volu. conſi. 54. col. pe. & conſi. 149. col. 2. volu. 1. & quid ſi vtatur verbo, forſitan. vide D. Anton. in conſil. 45. col. 2. Ange. conſil. 3. col. 2. & conſi. 25. col. 3. 40

Qualis probatio requiratur ad ꝓbandum tempus, vide Bal. 4. volum. conſil. 181. & ſeq. & dicunt omnes, quòd tempus difficile retinetur in memoria, & ponit Sal. in d. l. teſtium. & Feli. in d. c. cùm cauſam. colum. 13. de teſtib. vbi ſic limitat, niſi ſit dies inſignis. & ideo Bal. in l. cum te. C. de probationibus, dicit quòd tempus probatur per coniecturas. Et an veritas in tempore reddat teſtimonia minus idonea, vide Alexand. conſil. 73. co. 2. in primo volumine.

Et † licet in inquiſitione contineatur locus & tempus, & teſtes ſuper ea examinati dicant contenta in inquiſitione eſſe vera, tamen non videntur probare de loco & tempore, niſi expreſsè de eis verba faciant, Bar. in l. 1. ff. de aleatorib. Et hoc in criminalibus, non in ciuilibus, vt per Alexan. conſil. 100. col. 3. in fin. volumi. 1. & dixi ſuprà in materia inquiſitionis. & ponit Fel. in dict. cap. cùm cauſam. col. 12. de teſtib. vbi dicit, quòd ſi teſtis deponendo expreſsit locum & tempus, & interrogatus de cauſa ſcientiæ, illam reddidit ſine loco & tempore, probat, quia repetere ſubintelligitur. ibi 41

etiam habes, quòd magis tenetur deponere de loco quàm de tépore, quia hoc minus retinetur memoriæ, quàm illud.

42 Item opponitur, quòd † teſtes deponunt de auditu, iuxta gl. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. limita tamen, vt per Alexan. conſi. 87. in hac cauſa, in 2. volum. Item declara, quòd teſtis de auditu ſaltem facit indicium, quo transfertur onus probandi in aduerſarium. Alexan. conſi. 77. in cauſa accuſationis. in 1. volu. Item declara, vt quando admittitur debeat dicere ſe audiuiſſe ante litem motam. Roman. ſingulari 860. eſt bonus text. in c. licet ex quadam. de teſtibus. vbi Aretin. in tertio notab. Alex. in 2. volu. conſ. 75. col. ſi. Item declara, ꝙ licet admittatur, interdum tamen eſt debilis probatio, & ideo facile proſternitur. Commé. conſil. 77. vide in hac materia Feli. in c. tam literis. de teſtib. & Doctores in l. 2. ff. ſi cert. pet. vide Socin. conſi. 295. colum. prima, vbi dicit quòd teſtis de auditu & credulitate facit præſumptionem, iuxta id, quod dixi poſt Alexan. conſi. 77. Et an teneatur deponere à quibus audiuit, vide Aretin. conſi. 73. in vltima chart. & in dicto cap. licet ex quadam. colum. 5. & conſilio 103. col. 2. & Alexan. conſi. 82. volumine primo, colum. 2. vbi ponit quando teſtes de auditu dicantur conteſtes, & de eo, qui dicit audiuiſſe tenui pariete aut cortina intermedia, vide Feli. in cap. præterea. colum. fi. de teſtib. Are. in cap. cùm cauſam. vel prin. de teſtib. colum. pen. & fi. Et adde, quòd nunquam probat teſtis de auditu, niſi adijciat ſe ita credere. Bened. conſil. 156. col. 2. Corn. conſi. 62. vol. 1. col. 8. & ſeq. vbi an idé ſit ſi deponunt de fama.

43 Item opponitur, † quòd deponunt de credulitate, in quo vide Alex. in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. Soci. not. conſil. 146. col. 4. vbi dicit valere talem depoſitionem in materia, quæ ſenſu corporis percipi, & expreſsè cognoſci non poſsit, & vide Cæp. conſil. 32. col. 6. & ſeq. Corn. 1. vol. conſi. 162. col. 3. plenè, & not. per Iaſ. in Rubr. ff. de iureiur. & per Soc. conſi. 143.

Item opponitur, quòd teſtis deponit per verbum, videtur, vel iudicio ſuo, in quo vide not. Alexan. conſi. 74. col. 2 & plenè conſ. 109. col. 2. & ſeq. & pulchrius in vlt. char. d. conſi. in 1. volu. & in 2. conſi. 10. col. penul. & conſi. 24. col. 6. in fi. & ſeq. & conſi. 166. col. 5. Aret. conſi. 64. col. 3.

Item opponitur, ꝙ dixerunt teſtes ſe ꝓ certo credere. Alex. 4. vol. conſ. 80. Et ꝙ ſi dicat teſtis ſe illud credere, quod prius affirmauerat, an deſtruatur eius dictum, vide not. Areti. conſi. 44. col. fin.

Et ad prædicta omnia videlicet quando teſtis deponit de auditu, de credulitate, de iudicio ſuo, & vt ſup. vide Aret. & Feli. in c. quoties. de teſtib. Corn. 1. volu. in d. conſil. 162. col. 3. & probat teſtis de credulitate, ad defenſionem Alex. conſi. 79. circa fin. & conſi. 109. col. antepenult. vol. 1. Fel. in d. c. quoties, col. pen.

44 Et † non valet ſtatutum, vt credatur teſti tantùm de credulitate deponenti. Ale. in l. ſi non ſpeciali. col. 2. in prin. in fi. C. de teſta.

Et an teſtis de credulitate poſſet de falſo puniri, vel alia pœna, vide Felin. in cap. propoſuiſti, colum. 4. in fin. de probation.

Item opponitur, † ꝙ teſtis nó benè concludit. 45
c. in præſentia. de proba. l. non hoc. C. vnde leg. &
† ideo non attenditur dictum teſtis deponentis a- 46
lium fuiſſe præſentem, quia non concludit eius ſcientiam, vt per Alex. in primo volu. conſi. 5. col. pen. & 2. volu. conſi. 178. colum. prima, & alibi ſæpè. & per Felin. in cap. cùm cauſam. *el primo*, de teſtib. colum. 8. verſi. ſecundò declara. & in prælud. Decretal. colum. 6. & ſequen. & in c. ſuper eo. de teſtib. cog. col. 2. Aliter eſt, quando teſtis loquitur de ſua præſentia, vt per Doctores vbi ſuprà, & per Aretin. conſi. 83. colu. 6. & licet non dicat teſtis ſe fuiſſe præſentem, nec vidiſſe, ſi tamen aliquid aſſerat fuiſſe factum, vel dictum, intelligitur tacitè eum fuiſſe præſentem, & oritur probatio per ſenſum corporis ipſius teſtis. Felin. in cap. tertio loco. colum. 11. de probat. & in d. capit. cùm cauſam. *el primo*, de teſtib. col. 9. verſi. 2. not. & verſi. 3. nòt. vbi limitat.

Et † an teſtis probet, ſi dicat ſe vidiſſe ea quæ 47
in guſtu, vel anhelitu conſiſtant? Feli. in d. c. cùm cauſam. col. 6. & Are. ibi col. 7. & Feli. in c. pen. in 5. notab. de probat.

Et ſi teſtis dicat, quòd talis erat præſens, & ille neget, an ſint contrarij, vide Alexand. conſi. 70. col. 7. conſil. 73. col. 2. in primo volu. & in 3. conſil. 34. col. 3.

Item opponitur, quòd † teſtes dixerunt ſe vi- 48
diſſe, cùm tamen eſſet de nocte, in quo vide Felin. not. in c. ſicut. de re iudi. colum. 4. circa fin. & ſeq. verſ. ſecunda declaratio. & in c. cùm cauſam. *el primo*, de teſtib. col. 7. verſ. & propter.

Item opponitur, quòd † nó eſt credendum te- 49
ſti, quia iurauerat illud non reuelare. Sali. in l. nullum. col. pen. C. de teſti. Fel. in c. intimauit. de teſtib. col. 3. Aretin. in capit. conſtitutis. *el primo*. col. fin. de teſti. & Fel. in c. fin. de teſtibus cog. col. 3. in prin. & iurat teſtis dictum ſuum nó reuelare, donec publicabitur. Fel. in c. fraternitatis. col. pen. de teſtib. & Florian. in l. qui falſa. ff. de teſtib.

Opponitur etiã, † quòd fuit primò inſtructus 50
à parte, de quo vide Fel. in cap. præterea. colu. fin. de teſtib. cogen. & ibi habes, quòd teſtis, qui fuit inſtructus ad veritatem dicendam, data ſibi ſchedula inſtruente ob hoc, alio non conſtito, ſubornatus non dicitur. Et quid ſi variaret circa ipſam ſchedulam, vide Fel. in c. licet cauſam. char. 5. col. fin. in fi. de proba. Orian. in cap. quoniam contra. de proba. in verbo, teſtium, col. 5. & Bal. in l. fin. col. pen. C. ſi ex falſ. inſtrumen. vide ſup. verſicu. item quòd pars. num. 31.

Etiam opponitur, quòd in præſentia partis primò dixit illud, quod erat dicturus in iudicio, verùm hæc oppoſitio non obſtat, vt per Feli. in c. fin. col. 2. de teſtib. cog.

Item opponitur, ꝙ † teſtis eſt periurus, homici- 51
da & infamis. cap. teſtimonium. de teſtib. Fel. in c. ex parte. colum. 2. notabili quinto, extrà de teſtib. Aret. & Felin. in cap. ſicut nobis. de teſtibus. Bart. in l. teſtium. §. lege Iulia. & ibi Alexand. de teſtib. cap. quoniam contra. col. 76. de probatiõ. Feli. c. 2. col. pen. de excep. Iaſ. in l. cunctos populos, in prima & ſecunda lectura. C. de ſumma Trinit. & fide Catholi. Barba. conſil. 8. col. 1. vol. 2. & dixi ſuprà

in materia inquiſitionis,& hoc eod.tit. nume. *19*.
An papa vel Imperator poſsint cócedere, vt cre-
datur periuro, ver crimine notato, vide Feli. in d.
c.teſtimoniũ.col.*7*.& ſeq.Et an teſtis cui obijcitur
nota criminis, poſsit ipſe aſſumere defenſionem,
& probare ſe falſo inſimulatum fuiſſe. vide ibi,
col.fin.

Et adde, quòd cùm exceptio contra teſtes ſit o-
dioſa, lapſo termino, excipiens nó auditur etiam
ex iuſta cauſa, vt per Aretin. in c.penult. de teſtib.
col.*11*.

52 Opponitur † etiam, quòd eſt inimicus, dixi ſu-
prà in materia inquiſitionis, & non creditur teſti
inimico in aliquo crimine. Bart. in l.in quæſtioni-
bus. ff.ad l.Iul.maieſt.tex. eſt in c.per tuas.de ſimo.
vbi Feli.& Feder.conſi.*252*.circa fin. vbi loquitur
in crimine hæreſis. Et de hac materia, an & quan-
do teſtis inimicus repellatur, vide Felin. in c.quo-
ties. de teſtib.col.*2*. & in capit. cùm ſuper, de offic.
de leg.col.*1*. & *2*.& in cap. cùm oporteat, col. *4*.&
ſeq.de accuſa.& in c.cum I.& A.col. *4*. de teſti. &
alibi ſæpè per DD.& in repertorio Hippo. in l. *1*.§.
præterea. ff.de quæſtio.

53 Item opponitur, † quòd eſt ſocius criminis,&
quòd ideo non probat. l. quoniam liberi. cum ſi-
milib.C.de teſtib. de quo etiam dixi in materia in-
quiſitionis, & torturæ.

Et vbi quis fatetur aliquid, quod prima fronte
crimen eſt, tamen aliquo modo poteſt iure factũ
demonſtrari talis omninò nó repellitur, ſed ei di-
minuitur de fide. Aret. in c.cùm à nobis. de teſtib.
col.*6*.& ibi Fel.col.pen.

54 Et † adde, ꝙ ſicut repellitur ſocius criminis,
ita etiam ille qui eodé morbo laborat quo is, pro
quo dicturus eſt teſtimonium.c. perſona vbi Fel.
in prin. de teſtibus. Addo etiam, quòd Mediolani
habemus ſtatutum in criminalibus dans modum
qualiter poſtea ſuper dicto ſocij criminis poſsint
ꝓcedi, quod ſtatutũ nó fuit factum iudicio meo,
vt ſeruata illa forma omnis ſocius criminis admit-
teretur, & propterea ſemper video diſputari, an ſi-
mus in ſallentijs, iuxta l.fin. C. de accuſat. ſed tan-
tummodò vt nihil penitùs operetur dictum ſocij
criminis, niſi perſeueret modo vbi tradito.

55 Opponitur etiam, quòd † teſtis tractat de com-
modo ſuo, & quaſi in caſu proprio teſtificatur, &
ad ſui vtilitatem, iuxta l. omnibus. cum ibi nota-
tis. C.de teſtib. vide Iaſ.in l.quoties.col.fin. de iu-
di. Fel.in c.inſuper. de teſtib.col.penult.& fin. Et
quid de ipſius cauſæ ſtudioſo, vide Iaſ. in l. ne in
arbitris. C.de arbitr. in fine.

Et quid de deponentibus contra vſurarium,
affirmantibus ſe accepiſſe ſub vſuris, præſertim ſi
dicant, quòd non intendunt conſequi aliquod
commodum, vide Felin.in c. veniens. *el primo*. col.
pen.& in c.perſonas. de teſtib.

Et quid de habente ſimilem cauſam. Areti. di-
ſtinguit conſi.*82*.col.*3*.& ponit Fel.c.perſonas, de
teſtibus.

56 Et quid † quoties iniuria eſt facta vni de agna-
tione, quo caſu cenſetur alijs facta, an illi poſsint
eſſe teſtes? Dic non poſſe, vt per Alex.*2*.vol.conſi.
24.col.*8*.

Et quòd ſocius itineris non ſit teſtis idoneus,
quando reuocauit ad animũ iniuriam factam ſo-
cio, dixi ſup. in materia inquiſitionis & ponit Cæ-
po. conſi. *22*.col. *4*.& Sal.& Bal. in l. quoniã libe-
ri. C.de teſtib. & vide Dec.conſi.*10*.col.pen. verſi.
poſtremò. & vide omninò Areti. in dicto c. inſu-
per, columna *6*.& ſequent. Aretin. in capit. cùm à
nobis. eodem titul.colum.penultim.in fin.& ſeq.
& in dicta l.in omnibus. & in locis ſuprà allegatis
reperies quid iuris ſit, quoad aduocatum, cauſidi-
cum, ſolicitatorem, iudicem vel arbitrum, relato-
rem, & inſtructorem quando etiam deſierunt eſ-
ſe tales. Item quid de proxeneta, & negociorum
geſtoribus, & famulis, de quibus omnibus etiam
aliquid dicam infrà, hoc eodem titul. & quomo-
do qnis dicatur percidere commodum, vide in di-
ctis locis, & ſi vis vt credatur ijs, de quorum com-
modo tractatur, vide Barto. in l. deferre. ff. de iu-
re fiſci, & Felin. in capitulo perſonas. extrà de te-
ſtibus. Et nota † quòd quamuis non credatur te- 57
ſti, qui tractat de ſe exonerando, tamen hoc non
procedit quoad illos qui dicerent ſeportaſſe ali-
quod vinum, vel frumenta ſibi data à me, quãdo
ſoliti eſſent viuere ex hac arte portitoris, ſiue ba-
iuli, vt per Pract. Papienſ. in forma oppoſitionis
cõtra teſtes poſt publicationem, in gl. in facto eo-
rum. col. vlt. verſi. deinde quæro. & hanc deciſio-
nem DD. collegij noſtri ſemper in ore habent.

Et † an credatur proxenetæ ſiue teſti, qui de- 58
ponat iudicem corrupiſſe, & ad eum pecunias de-
tuliſſe videtur nullam eſſe fidem adhibẽdam, quia
proxeneta, vt apparet in locis ſup. allegatis, & quia
tractat de ſe exonerando, & quia eſt ſocius crimi-
nis, & maximè, † quia probationes contra officia- 59
lem debent eſſe euidentes. Bald. in l.obſeruare.§.
proficiſci.columm.*5*. in *10*.quæſt. ff. de offic. pro-
conſulis & leg. & ratio eſt, quia præſumitur pro
iudice, vt per Bald. ibi, & ideo non mirum, ſi re-
quiritur probatio euidens. l.fin. & ibi notatur. ff.
quod met.cau.& Bar.in l.ſciendum.col.pen. ff.de
verb.oblig. Sequitur Paris de Put. in tractatu ſuo
char.*80*.colum. *2*. circa fin. Aliud dicerem, ſi ſu-
geret officialis, & ita intelligo Angelum in tracta.
ſuo paruo ſyndicatus, quia ſic loqnitur id quod
allegat, & ita per Iaſ.in l.admonendi, char. *18*. col.
2.ff.de iureiurand.& vide no. Homod. circa hoc
in tract.ſuo, char.*12*.col.*2*. verſicu.negata, & colu.
ſeq. ad quem te reijcio. Sis tamen memor hæc de-
licta, quæ corrumpendo iudicem committuntur,
occultè fieri, hinc eſt, quòd conceditur venia ali-
cui, quia ea in lucem proferat. Bart. not.in l.qui ea
mente, col.vlt. verſic. vlt. ff. de furtis. de hoc tamẽ
vide Dec.conſ.*189*.& tex.in c.ſicut nobis. de teſti-
bus. in fi.& quoad quæſtionẽ, an credatur illi, qui
dixit pecunias ad iudicem detuliſſe, nó recedas ab
opinione Homodei, vbi ſup.

Item opponi poteſt † quòd teſtis eſt ex vniuer- 60
ſitate. in hoc vide Fel. in c.tertio loco.colum.*2*. de
probat.& in repertorio Hippol.l.*1*.§.ſeruus muni-
cipum. ff. de quæſtionibus. & Felin. in c. inſuper.
maximè col.*4*.de teſtib.& Curt. in tra. ſuo teſtiũ,
in tertia cõcluſione. Iaſ. in l. patrem adoptiuum.
col.pen.& vlti. ff. de in ius voc. & quia hoc genus
probationis ſæpè diſcutitur in proceſsibus turba-
tæ poſſeſsionis, quando communitates inuicem

litigant ſuper poſſeſsione montium, vel vicana-
lium, quia dicunt habere ius paſculandi, & eſſe in
poſſeſsione. Ideo dixi ſuprà aliqua notãda de hac
probatione in tit. de plur. viol. loquẽdo de crimi-
ne turbatæ poſſeſsionis. Et Mediolani habemus
ſtatutum an credatur teſti de vniuerſitate, quod
quamuis ſit poſitum in vol. ſtatutorum ciuilium.
tamen poteſt allegari ad cauſas criminales Bart. in
l. inter accuſatorem. col. *2.* verſi. quæro vtrum. ff.
de publ. iud. & Aret. conſi. *109*.

61 Item opponitur, † quòd teſtes ſunt parentes,
vel liberi, iuxta l. parẽtes. C. de teſti. & vide quan-
do pater teſtificatur pro filio, vel econtrà. Floria.
in l. teſtis idoneus. ff. de teſtib.

Et adde, quod qui leuauit aliquẽ è ſacro fon-
te, teſtis eſt idoneus pro leuato. Florian. vbi ſuprà.
Bal. & Salic. in d. l. parentes, vbi vide de multis a-
lijs. Et vbi eſt par cauſa ſtudij & ꝓpenſæ volunta-
tis, parentes & affines ſunt idonei teſtes. Floria. vbi
ſuprà, & Aretin. in c. ſuper eo. *el ſecundo*. col. pen.
de teſtibus, & vide Floria. vbi ſuprà, an pater poſsit
eſſe teſtis pro filio emãcipato, & quid in filio ſpu-
rio pro patre, & an priuignus ꝓ vitrico. vide Bal.
5. volumi. conſil. *352.* in fin. & quidem in compa-
tre, ſocero, & nuru. Feli. in c. in literis. ad finem, de
teſtibus. Angel. conſil. *128.* vbi etiam quid in viro
pro vxore, & de genero vide Anch. conſil. *63.* co-
lum. *3.*

62 Et adde, ꝙ affinitas † tranſuerſales non repel-
lit ſed diminuit de fide eorum. Ang. conſi. *194.* co-
lum. *2.* & ſeq. vbi etiam quid ſi interrogatus neget
ſe affinem. Et adde quòd affinis non repellitur in
cauſa ciuili etiam deſcendente ex crimine, dum-
modò ſit tale, quod non inſerat iniuriam teſti ꝓ-
ducto Alex. in *2.* vol. conſi. *110.* ante fin. An etiam
frater pro fratre poſsit eſſe teſtis, vide Aretin. in d.
cap. ſuper eo. *el ſecundo*. de teſtib. colum. penultim.
& quando eſt rogatus à partibus, vel à teſtatore.
Alexand. conſi. *70.* col. *2.* vol. *1.* Cæpol. conſi. *21.* co-
lum. *4.* & vide regulam & fallentias de fratre pro
alio fratre deponente, per Fel. in d. c. in literis. de
teſtib. col. vlti.

Et adde quòd vbi conſanguineus vel alius nõ
integer ſe offert, omninò repellitur. Areti. in c. ve-
niens. *el ſecundo*. de teſtib. col. fi.

Et adde quod vbi conſanguineus vel alius non
integer ſe offert omninò repellitur. Aret. in c. ve-
niens. *el ſecundo*. de teſtib. colum. fi. in c. cùm in tua.
colum. *2.* eodem.

Item adde quoad qualitatẽ repellentem ipſum
teſtem ſatis eſſe, ſi teſtis eam fateatur. Bart. in l. de-
cem. ff. de verbo. oblig. & Sali. in Auth. ſi dicatur,
in fi. C. de teſtib. qui diſputat, & tandem dicit hanc
eſſe communem practicam, vt interrogentur te-
ſtes ſi ſint amici vel inimici, ſi coniuncti, diuites
vel pauperes. & ponit Feli. in cap. cùm cauſam. cir-
63 ca fi. de teſtib. vbi tamen dicit, † quòd non tenen-
tur reſpondere interrogationi, per quam ſua tur-
pitudo detegatur, puta, an infames ſint, vel excom
municati, de quo per Alexandrum & Iaſo. in l. ſi
duo patroni. §. idem Iulianus. col. fin. ff. de iureiu.
& vide text. principalẽ in materia in c. inquiſitio-
nis. §. tertiæ dubitationis. de accuſat. vbi quærit
64 text. an credatur † teſti dicenti ſe inimicum eius
contra quem ꝓducitur, dicit credendum eſſe niſi
dicat in fraudem. & vltra alios Doctores, vbi vide
Marian. qui cõſiderat tres caſus. Primus eſt, quan-
do ante iuramentum illud dicit, & tunc iudex de-
bet eum repellere, niſi in fraudem id aſſerat, vbi
tamen cõcludat de capit. inimicitia, in quo vltimo
aliter ibi tenet Aret. Secundus, quando poſt iura-
mentum, & tunc non creditur, ſiue in fraudem ſi-
ue non: quia ſi verum dicit eſt inimicus ſi falſum,
periurus. Tertius caſus eſt, quãdo poſt depoſitio-
nem illud aſſerit, puta ſuper generalibus vel aliter,
& tunc aut incontinenti id facit, & creditur, aut
ex interuallo, & nõ creditur, ſed ſtatur primo di-
cto, quod perpetuò not.

Et an requiratur † oppoſitio partis ad hoc, vt 65
repellantur, vide Are. in l. qui teſtamento. §. quæ-
cunque. colum. *3.* verſi. *5.* de teſtamen. & quando
non interrogatur, ſed vltrò dicit ſe infamem vel
inimicum. vide Iaſ. in d. §. idem Iulianus. col. fin.
vbi tenet nihil valere.

Et de materia principali an frater ꝓ fratre poſ-
ſit eſſe teſtis. vide regulam & fallentias, quas po-
nit Iaſ. in repe. l. admonendi. ff. de iureiur. char. *18.*
in *3.* & *4.* col. & vide ad hæc latè & notabiliter Fel.
in c. cùm oporteat, de accuſ. col. *2.* & ſeq. & in c. li-
teris. col. *2.* & ſeq. de præſumptio. & ſuppletur di-
ctum talis per alium integrum, vt in dictis locis.
Ad defenſionem tamen admittuntur prædicti etiã
fratres. Are. in c. de cæterò. col. pen. verſus fin. de
teſtib. & ibi Fel. col. pen. in d. c. literis. col. *4.* Alex.
conſi. *5.* vol. *3.* & conſi. *93.* col. *3.* in volu. *1.* & con-
ſil. *24.* col. *14.* in *2.* & conſi. *110.* ante fin. in *2.* & alibi
ſæpè per DD. vide tamen Cæp. col. *4.* in conſil. *21.*
vbi dicit, quòd diminuitur eis de fide. & vide quæ
dicam infrà hoc eod. tit. nu. *109.* & ſeq.

Et quia ſunt † multæ perſonæ, quæ inuitæ non 66
coguntur dicere teſtimonium, iuxta l. lege Iul. ff.
de teſtib. De hoc vide DD. maximè Salice. in d. l.
parentes, in repertorio Hipp. in l. diuus. col. *3.* ff.
de quæſtio. & in l. de minore. §. tormenta. ff. eod.
col. fi. & Felin. in c. *1.* col. *2.* de teſti. cogen. & quan-
do dicatur teſtis deponere inuitus, vide Sali. in d.
l. parentes. & Felin. in c. delictorum. circa mediũ,
de teſtibus cogendis. Et ſi non cogitur inuitus de-
ponere contra alium, † multò minus cogetur con 67
tra ſeipſum. Bald. conſi. *227.* volu. *5.* in ſubſidium
tamen coguntur in caſu d. l. lege Iulia. vt per Are.
conſi. *143.* col. *12.* Iaſ. in d. l. cunctos populos. in re-
pet. Paduana, col. fin. & per Bal. Nouel. in tract. de
dote, in *9.* parte, ſpeciali *11.* Et † vtrum præſuman- 68
tur inuiti depoſuiſſe, an volentes, vide Bar. in Au-
then. presbyteros. in fi. C. de epiſc. & cleri. contra
quem tenet Florian. d. lege Iulia. & vide Felin. in
c. delictorum. circa medium. de teſtib. cog. & in c.
1. & *2.* col. *3.* de teſtib.

Item opponitur teſti, † ꝙ eſt ſubditus, de quo 69
vide Salic. in l. eos teſtes. C. de teſti. Mart. in tracta.
de princ. titu. *1.* conclu. *400.* vbi dicit, quòd ex con-
ſuetudine poteſt eſſe teſtis pro domino, vide Feli.
omninò in c. accedens. *el primo* vt lite nõ conteſt.
col. *3.* & Are. col. *2.* & Felin. col. *2.* in c. in literis. de
teſtib. vbi diſtinguunt, & de hoc dicã infrà latius
nume. *99.*

Poteſt etiam opponi, † ꝙ eſt vnicus teſtis, quia 70
vox

vox vnius vox nullius.l.iuriſiur.C.de teſtib. vide tamen multas ſallentias per Fel.in c.veniens.*el primo*.de teſtib.col.pen.& fi.& in c.licet vniuerſis.in fi.de teſtib. Et Papa non poſſet concedere, vt vnico crederetur.Fel.in c.conſtitutus.col.8.de reſcri. Tamen contrarium tenet Fel.in d.c.veniens.circa fi.& Are.& Fel.in c.cùm à vobis. de teſtib. & vide omninò Are.in c.nuper.col.2.de teſti.& ibi Fel.& Soc.in conſi.266.col.2.Partes tamen poſſunt conuenire, vt vni credatur. Are. in c. propoſuiſti. de probat.col.3.& ſeq.& c.quoniam contra. col.5.de probat.& in c.nuper eo.tit.& Soc.vbi ſup. col.12.

Et quando tractatur de periculo animę,an vni credatur, vide Imol.conſi.91.col.3.Et quãdo nulli ſit principaliter præiudicium, ſed commodum alicui,vt in probando clericatu, vide Iaſ. in l. reſcripta.col.3.in princ.C.de preci.Imp.offer.Et an credatur ſoli pœnitentiario in ijs, quæ ſpectãt officiũ, vide Cald. in titu. de teſtib.conſi. 2. Et adde quòd ſtatutum poteſt diſponere, vt ſtetur extraiudiciali informationi teſtium. Roman. conſi. 20. & Fel.in c.2.in 3.col.de prob.

71 Scias tamen, quòd † ſi vnicus teſtis deponat de facto proprio non interueniente ſua ipſius vtilitate, facit plenam probationem.Ita Dec.poſt Pau. de Caſtr.conſi.56.colum.2.& idem vult etiam Salice.vt per Alex.l.2.§.ſi abiens.col.3.ff.ſi ex noxa. cau.agat.vbi tamen Alex.tenet oppoſitum, & dicit Iaſ.in lectura l.admonendi.num.94. & ſeq.de iureiu.quòd DD.allegati per Alexan. vbi ſuprà, contra hanc opinionem Caſtren. non loquuntur in indiuiduo, & ꝗ ſolus Alex. reprehendit Pau. de Caſtr. dicit tamen quòd ipſe nunquam voluit conſulere pro opinione Caſtren.cõtra quam mouetur aliquibus rationibus. Ego pariter teneo cõtra Caſtren. per Deciſionẽ Bal. in l. ſeruos. C. de teſti.qui vult allegãdo iura, ſuper quibus eſt fundata hæc opinio, vt talis teſtis faciat indicium ad torturam,& non efficacem,& quòd nullus eſt teſtis,qui ſufficiat ad condemnationem.& hanc deciſionem refert & ſequitur Feli. in c. cùm dilecti. col.pen.de accuſ.& Brun. in tracta.torturæ,char. 2.col.1.& 2. & ideo Dec. conſi. 83. in cauſa accuſationis.col. 5. dicit quòd talis teſtis eſt maioris fidei,quàm ſi de facto proprio non deponerent, & ita oſtendunt iura Bal.in d.l.ſeruos.vide etiam de hoc articulo Iaſ. in l. cùm filius.in pri. col. pen.& vlt.de verbo.ob. vbi limitar.

72 Non omitto etiam quòd vnicus † teſtis probat reum feciſſe ad ſui defenſionem, quãdo probatio accuſatoris non eſt contraria, ſed ſimul ſe habere poteſt,& ideo ſolus etiam probat vulneratum deceſsiſſe ex malo regimine. Anch.conſi. 185. col. fi. & dixi ſup. in tit.de defenſio.rcorum,& defenſio. in pugna.nu. 3.& nu.10.

73 Item opponitur,quòd † teſtes nõ reddunt cauſam eorum quæ dixerunt,quia ratio teſtis eſt illa, quæ ampliat vel reſtringit dictum ſuum. Alex. 2. vol.conſi.20.colum.pen.& conſi.24.col.10.& conſil.84.colum.fi.& quinto vol.conſi. 120. colum. 3. Bal.4. vol.conſi. 218.in princ.Soc.conſi.42 col.fi. Et adde,quòd licet teſtis nõ teneatur reddere rationem dicti ſui, niſi interrogatus,tamen plus creditur teſti rationem reddenti , quàm ſi illam non aſsignet. Bal. in l.presbyteri.col.fi. C. de epiſco.& cleri. Alexan. in 2. vol.conſi.56.colum.5.circa fi. & conſi.147.circa primam colum. Feli.in c.cùm cauſam.col.2 extrà eod.& multa ad rem in hac materia vide per Bald. in d.l.presbyteri.

Et quid ſi teſtis interrogatus de cauſa, vel de alia recuſat reſpondere, an probet, vide Geminia. in c.2.in prin.de teſtib.in 6.col.pen.

Item quid ſi teſtis reſpondet ſe neſcire, puta, interrogatus, quid ſit poſſeſsio vel aſpectus, vide Bar. in l.de ætate.ff.de minorib. col. 8. Felin. in c. cùm, in col.2.de teſtib. Alex. in l. ſtipulatio.§. hoc quoque.ff.de verb.obli.Alex.conſi.136.col.10.circa fin.conſi.141.colum.8. in fi. volu. 1.& 2. volum. conſi. 45.col.pen.& 4.vol.conſi.115.colum. 2. Feli.in c.cùm contingat.de reſcript.col. 4. verſi. tertia concluſio. Alex. 5.vol.conſi.150.col.6.& conſil.159.circa fin.

Item adde, quòd quando iudex procedit ſuper inquiſitione,debet interrogare teſtem de cauſa ſcientiæ, aliàs dictum eius nõ probat. Bal. 3.vol. conſi. 77. verſus fin.

Item adde, quòd ad defenſionẽ valet dictum teſtis, etiam ſi non interrogatus nullam aſsignet rationem, vel aſsignet veriſimilem. Bald. 3. volu. conſi.287.poſt princ.& not.Corn.1.vol.conſi.162. col. 2.& ſequen.Sali.in l.teſtium.col.7. in fi. C. de teſtib.& in l.ſolam.col.fin.C.de teſtib.Cor.1.vol. conſi.204.col.5.

Et adde etiam, quòd ex regula, teſtis non tenetur reddere rationem dicti ſui, niſi ſit interrogatus, vt per Felin. qui ponit regulam & ſallentias in c.cùm cauſam.extrà de teſtib col.1.& 2. vbi etiã declarat,& quando dicatur teſtis eſſe interrogatus de ratione & quãdo dicatur eam dediſſe. Et quid iuris ſit, ſi teſtis interrogatus eam non reddat. Et quid ſi iudex omittat interrogare maximè quando pars dedit ſua interrogatoria, & ibi etiam vide Are.col. 4.& Fel.in c.per tuas. eo. tit.col. 2. & ſeq. vbi etiam Aretin. colum. 5. & vide omninò Iaſ.in l.cùm hi.§. vult igitur. ff. de tranſact. vbi plene,& Orian. in c. quoniam contra. de probat.in verbo, teſtium.col.3.q.13.Et de teſte, qui interrogatus nõ reddit rationem dicti ſui, vide Bal. 4. volu. conſi. 228. circa prin.& vide Bal.4. vol.conſi. 181. Quando deponit circa ea, quæ in intellectu conſiſtunr, vide etiam Alex.in 2.volum.conſi. 147. volum. 2. & Fel.in d.c.cùm cauſam. & Bal.not.in 4. vol.conſil.164 circa fi.Socin.conſi.143.col. 2. & vide etiam in hac materia Alexandrum conſ.136.col.6.vbi dicit, quòd teſtis non probat aſſerens rem eſſe feudalem, niſi reddat rationem etiam non interrogatus,& vide etiam Ale.in 3.vol.conſil.2.col.2.& 5. vol.conſi.28.col.6.

Et quando deponit circa ea, quę ſunt iuris, quo caſu videtur aſſumere officium iudicis, vide Bart. in l.1.C.de vſur.& ibi Sali.col.3.& ſeq.& Cæpol. conſi.32.col.6.Corn.1.vol.conſi.204.col.3.

Et quando quid conſiſtit in intellectu, ſed facilè percipi poteſt, valet dictum teſtis etiam ſine ratione, vt per Socin.conſi.143.colum.3. verſus finem.& conſil. 172. colum. 2. & vide etiam Bald. 5. volu.conſi.20.col.fin.

Et quando deponit teſtis de ijs, quæ in intel-

lectu conſiſtunt,& in iure, vide Are.conſi.38.col.
pen.Fel.in d.c.cùm cauſam.el primo.col.3.Bal.con
ſil.323.circa fi.& conſi.45.vol.4.Socin. conſi.42.
col.2.& conſi.143.col.2.

Et qualiter intelligitur depoſitio teſtis dicen-
tis quem promiſiſſe, & quid ſi dicat tali præſente
& acceptãte,an ꝓbetur ſtipulatio, vide not. Anch.
tenentem non probari conſi.332.col.penul. Alex.
in l.ſciendum.ff.de verb.obli.col.4. Fel.in c.ſicut
de re iud.col. fin. & egregiè Soci.conſi.253.col.3.
circa fin.& ſequen.

Et quando teſtis vult probare ſtipulationem,
quam rationẽ debeat aſsignare, vide Alex. 2. vol.
conſi.10.col.antepen.Felin.in c.cùm contingat.de
reſcri.col.4.Soci.conſi.253.col.4.

74 Et quando † teſtis deponit ſuper iuriſdictio-
ne, vide Bald.conſi.286.col.2.circa fin.Corn.1. vo
lu.conſi.222.col.3.& dicit Bal.in d.conſi. 20. vol.
5.quòd teſtis, qui habet ſcientiam iuris & facti, ꝓ-
bat etiam ea, quæ iuris ſunt.

75 Et † adde etiam, ꝙ in dubio verba teſtis ſunt re-
ferenda ad factum,& non ad ius, vt no. Soci.conſ.
146.col.1.Et quando ratio teſtis eſt eadem cum di-
cto,quod non valeat, tenet Bar.in l. fi.ff. de offic.
Cæſ.Bal.in l.non omnium.C. de legib. & conſil.
136.col.7.& Soci.d.conſi.42.col.2.

76 Et † quando teſtis dicit, Vidi mutuari Titio
pecuniam, ſi non recordatur quanta fuerit, an ꝓ-
bet, vide Bart.in l.admonendi.ff.de iureiur.chart.
pen. verſic.quæro quid ſi teſtis deficiat,& not. Fel.
in c.cùm clamor.de teſtib. poſt prin. & pendet ab
intellectu gl.in l.Lucius.ff. de his qui not. infam.
quando teſtis nõ perfectè ſcit factum, & aliquan-
do dixi ſup.& vide repetentes in d.l.admonendi.
77 maximè Caccialup. Et † ad probandum tenorem
ſententiæ, debet teſtis dicere, quòd audiuit illam
legi,publicari. Alex.in 3. vol.conſi.70.col. 4. Aret.
in c.Alberi.de teſtib.col.1.

Et an ſit bona ratio teſtis loquentis de inſtru-
mento, ſi dicat, Scio, quia illud legi, vide Felin.in
prælud. Decret.col.6.& ſeq.& ibi etiam, an ſit bo-
na ratio, Scio, quia præſens eram.

Et ad probandum quem furioſum an ſit red-
denda ratio, vide Alex.2.vol.conſi.84.col.8.& ſe-
quen. Alex.in l.furioſum. circa fin.C. qui teſt.fac.
non poſ.Soc.Fel. vbi ſup.& alios.

78 Et † ſi teſtis dicat quem poſſediſſe ſciente ad-
uerſario, debet reddere rationem etiam nõ inter-
rogatus. Bald. in Rubr. de contro. inueſt. colum.
pen.pariter ſi dicat quem poſſediſſe nomine alte-
rius. Cor.1.volum. conſi. 62.colum.fin.& eodem
modo ſi dicat quid factum ſine licentia alterius,
Corn.1.volumine conſilio 89. columna penulti-
ma. Et pariter etiam ſi dicat quem feciſſe aliquid
nomine alterius Cor. 1. vol.conſi.179. col. 2. in fi-
ne. Et in probanda negligentia & diligentia, ne-
ceſſarium eſt, vt reddatur ratio,& Aret.conſil.38.
col.fi. Aret.in d.c. cùm cauſam. col. 6. Alex. in l.
pretia rerum.ff.ad l.Fal.col.pen. Bal.5.vol. conſil.
98.Cor.1.vol.conſi.286.col. 2. Sed aduerte, quòd
licet ſimus in caſu in quo teſtis teneatur reddere
rationẽ etiam non interrogatus, tamẽ hoc non ꝓ-
cedet, ſi ita deponat, vt veriſimile ſit, quod per eũ
dicitur facilè ſibi cognitum eſſe. Ita not.Feli. in c.
tertio loco.col.2.de proba. & ibi Aretin. col. 2.&
Fel.in d.c.cùm cauſam.colum.4.& ibi Aret. col.
6.& not.Corn.1.vol.conſi.162.col.2.& conſi.204.
colum.3.Et ſit bona ratio, Scio, quia vicinus. vide
latè Fel.in c.literis. de præſumptio. Alex. in l.1. in
princ.col.11.& ſeq.ff. ſi cert.peta. vbi multa ſcribit
de ratione teſtium. Et † adde ſatis eſſe, vt ratio 79
teſtis concludat à veriſimili, vel à cnmmuniter ac-
cidentibus.Socin.conſi.86.col.4. Et de teſte depo-
nente ſuper dominio, vide Corn.1. vol. conſ. 110.
colum.2.& Paul.de Caſt.in l.ſolùm.circa fi.C.de
teſtib. Et quid de eo, qui deponit ſuper præſcri-
ptione, vide Alexan.in d. c. conſ.136.col.9.& Do-
ctores, vbi ſuprà. Et quid de teſte, qui vult de-
ponere de ſimulatione contractus, vel quòd quis
fideiuſſerit, vide Alexandr.5.volu.conſi.28. col.
5.in fi.& ſeq. Et quid de teſte deponente cõtra in-
ſtrumentum, vide Fel.in d.c.tertio loco. col. 3. in
fi.& ibi Are.col.3.& in d.c.cùm cauſam.col.7.

Item adde, quòd aliquando teſtis tenetur red-
dere rationem rationis. Bal.5.vol.conſi.69.col.2.
Adde etiam quòd ſi teſtis deponat de fama ſuffi-
cit ratio, quia vicinus. Are-conſi.103.col.8.

Item adde quòd ſi res poteſt percipi per dupli-
cem ſenſum, teſtis tenetur reddere rationẽ etiam
non interrogatus, vt ſciat iudex de quo ſenſu de-
ponat. Areti.in c.licet ex quadam.extrà eod.titu.
col.4.in 10.no.

Quid † ſi teſtis deponat aliquem cõmiſiſſe ho- 80
cidium ad ſui defenſionẽ, & reddat rationẽ, quia
vidit, an probet. Bart.dicit probare, conſi.110. Idẽ
tenet Cor.1.vol.conſi.304. col.3.

Poteſt etiam opponi, quòd teſtis † fuit exami- 81
natus à iudice incompetente. Pau.de Caſtr. conſi.
50.col.4.& conſi.74.col.4.

Item quòd non iurauit l.iuriſiurandi.C.de te-
ſtib.quod limita vt per Barto.in l. admonendi.ff.
de iureiur.in pen.char.verſi.quid ſi reperiuntur.
Et caſus in quibus creditur teſti non iurato, vide
per Fel.in c.tuis.extrà eo.tit.de teſtib.colum.2.&
ibi an tacitè poſsit remitti iuramentum teſtium, &
vide etiam Aret. col. 2. Et an requiratur conſen-
ſus iudicis, vide ibi,& per Areti.in c.nuper.eo.tit.
de teſtib.col.1.in fin.& ſequen. Item vide an ſit de
ſubſtantia iuramentum, per Felin. in d.c.tuis, in 3.
not.& Aret.in d.c.nuper.

Et † an ille, cui eſt remiſſa omnis ſolennitas 82
iuris, poſsit credere teſti non iurato, vide Imo.Ro-
man.& Bar.in l.filiusfamil.ff.de dona.Fel.in c.di-
lecti.de iud.col.fin. Ancha. in Clemen.ſæpè, de
verb.ſig.col.pen. Felin. in c.1.de conſtit.col.20.&
ſeq. Are.in c.2.de teſt.col.13. poſt med. Felin.in d.
c.& Aret. in d.c.nuper.Roman.conſi.20. Et vide
etiam, an iuramentum poſsit remitti per partes,
Felin.in c. cùm dilecti.de reſcript.col. 12. poſt me-
dium.& ibi col.9.dicit, quòd ſi depoſitio præce-
deret iuramentum, non valeret.

Et an Papa vel Imperator poſsit concedere vt
credatur teſti non iurato, vide Felin. qui tenet nõ
poſſe, in cap.conſtitutis.de reſcript.col.8.poſt me-
dium.Et an perſonis ſummæ dignitatis credatur
ſine iuramento, vt ſunt Cardinales, vide Alex. in
2.volumi.conſil.178.circa tertiam colum. Felin.in
dict.cap.tuis.in 1.notabili.

Et ad-

83 Et adde, † quòd teſtis debet iurare ſuper Euan
gelijs,& tangere manu,non pede, nec cubito, & iu-
rare ſeipſum, non alium, & ſi iuraret nuda voce
ſine tactu dictum eſſet nullum. Feli.in c. fraterni-
tatis,col.pen.de teſti. Et an poſsit iurare ſuper re-
liquijs ſanctorum, vel ſuper anima, non tangen-
do ſcripturas. vide latè Are.in d.c.tuis.col.6. & ſe-
quen.& ibi Felin.col.3.& Are.in d.c.nuper.col.2.
vbi ſubdit quòd eſt ſpeciale in epiſcopo, vt nó te-
neatur tangere ſcripturam, quando iurat, & vide
Abb.2.vol.conſi.68.circa prin.quando quis iurat
nuda voce ſine tactu. Et ſi teſtis primò dicit po-
ſtea iurat, non valet depoſitio, vt per Felin. in c.
fraternitatis.col.1.& ibi Areti.col. 2. & in c.de te-
ſtib.extrà de teſtib.col.5.& ibi Fel.col.3.Iaſ.in re-
petitione l.admonendi.char. 24. de iureiuran.Et
ſi iudex examinauit teſtem ſine iuramento cùm
eſſet requiſitus,vt ei iuramentum deferret, quali-
ter ſuccurratur producenti, vide Aret. in dicto c.
tuis.col.7.in fin.& ibi Fel.col.fin.

84 Et ſi in † actis dicatur talis teſtis iuratus,an prę-
ſumatur eum ſolenniter iuraſſe, vide Feli. in d.c.
fraternitatis.col.fi.Alex.in l.ſciendum.ff.de ver-
borum oblig.col.17.circa princ. Aretin. latè in di-
cto c.tuis, col. 3. & ſequent. vbi etiam Felin.col.
pen.Florian.in l.lege Iulia.ff. de pact. Aret. in d.c.
nuper,col.2.de teſtib. extra.

Et an teſtis poſsit iurare per procuratorem, vi-
de Aretin. in c.licet ex quadam.colum.5.in fin. &
ſeq. in 8.notabili.& ibidem latius Fel.col.1.& 2.de
teſtibus.

An teſtis poſsit dare depoſitioné ſuam in ſcri-
ptis, vide Aretin.in d.c.de teſtib. extrà eod. col.6.
& ibi Fel.col.pen. vbi limitat.

85 Et † an teſtis, qui in alia cauſa deponit ſuper
eodem articulo poſsit dicere, Depono prout aliàs
dixi, vide Aretin.in cap. cùm in tua. extrà eo. co-
lum.3.& ſequ.& ibi Felin. colum. 1.& 2. vbi limi-
tat. Alexand.conſi.133.col.6.& 2.volum.conſi.56.
colum.3.Paul.conſi.207.col.1.& 2.Cnr.1. volumi.
conſil.56. colum. 2. & poſt princ. & 3. poſt med.&
colum. fin.

86 An † autem ille, qui iterum examinatur, de-
beat denuò iurare, vide Areti. in dicto cap. frater-
nitatis,col.2.Felin. in dicto cap. per tuas, circa fin.
vbi diſtinguit. Angel.in §.quia verò, in auth. de te-
ſtib colum.7.circa medium.Felin. in c. præſentata.
col.2.de teſtib.& in c.præterea. de teſtib. cog. col.
1.in fi.& ſeq.

Et an teſtis ſimpliciter iurando intelligatur iu-
rare, quoad articulos productos tantùm, an etiam
quoad vniuerſam cauſam, vide Fel.in d.c.de teſtib.
eod.tit.de teſtib.col.3.& fi. Aret. in c. per tuas.in 2.
notab.de teſtib.& vide omninò Hippn.in l.de mi-
nore.§. plurimum.ff. de quæſtio.

87 An † teſtis poſsit deponere per procuratorem
vel ſcripturam, & an valeat dictú teſtis ſe referen-
tis ad aliam ſuam depoſitioné, vide Sali. in d.l.iu-
riſiuran. ver.ſed iuxta hoc. circa fin.Cæpo.cautela
251.qui allegat Ang. in l. legata inutiliter. ff.de leg.
1.facit quod not.Alex.conſi.45.co.4.circa fi.& vi-
de ad hæc Socin.conſi.149.col.pen.

Quid ſi teſtis dicat, Depono quoad omnia,
quemadmodum fecit talis, vide Fel.in c. cùm tua.
colum.2.extrà eod.vbi etiam habes, quid ſi nota-
rius ſcripto extensè dicto vnius teſtis ſubdat po-
ſtea, Talis dixit vt primus, de quo ſuprà dixi ver-
ſicu.etiam opponitur, quod dictum.nu.23.

Nec valerent depoſitiones plurium teſtium,
qui ſimul & ſemel examinarétur, ſed † debet qui- 88
libet examinari ſeorſum ab alijs. Areti.in 3.not.&
Fel.circa fin.in c.venerabili.de teſtib.

Et † ſi teſtis depoſuit falſum non iuratus qua- 89
liter puniatur, vide Bal.& Sali.circa fi.in d.l.iuriſ.
iurandi. Aretin. in c.tuis.col.5.extrà eo Felin.in c.
de teſtib.col.pen.Orian.in c. quoniam contra. de
proba.in verbn, teſtium, col. 16. & Felin. in c.1.de
præſump.& Iaſ.in l.qui per ſalutem.col.2.ff. de iu-
reiur.& dixi ſuprà in tit.de falſis.

Opponitur etiam, † quòd teſtes deponunt ſu- 90
per negatiua, & quòd magis creditur duobus affir
mantibus, quàm mille negantibus, per gloſſ. in l.
diem proferre.§.ſi plures. ff.de arbitr. quę gl. quo-
modo intelligatur, dixi abundè ſup. de defenſio-
nibus reor.&c. verſi. vidimus quomodo.

Opponitur quoque, ꝙ teſtes deponunt me-
ram negatiuam non coarctatam loco & tempore,
& ideo non ſolùm non probant, quia talis negati-
ua probari nó poteſt, verùm etiã puniuntur de fal-
ſo. In qua materia vide vbi ſuprà in dicto verſi. vi-
dimus quomodo. & ibi latè dixi de materia teſtiũ
deponentium ſuper negatiua, maximè in hac ma-
teria criminali.

Item opponitur, quòd teſtes non ſufficiunt ad
condemnandum, quia in criminalibus probatio-
nes ad condemnandum debent eſſe luce meridia-
na clariores. l.ſciant cuncti. C.de prob. circa quam
materiam vide quæ latiſsimè dixi ſuprà ſub Rub.
de conuincti.& hæret.& de crimine læſæ maieſt.
vide etiam quæ probationes ſufficiant ad aſſaſsina-
mentum ſuprà tit. de mandato ad homicidium.

Item opponitur, quòd confeſsio quam fecit
reus, non eſt efficax, quia metu torturæ illatæ, vel
inferendæ, vel errore facta eſt, vt latiſsimè ſuprà
dixi ſub Rub. de confeſsis.

Item opponitur, quòd laicus † non eſt idoneus
teſtis contra clericum propter generalem inimi- 91
citiam, quæ inter eos intercedit, iuxta c. laicus.2.q.
7.Ita Abb. in cap. de cæterò. de teſtibus. vbi vide.
An tamen faciat indicium Alexand. in l. maritus.
ff. de quæſt. dicit facere, & ſentit ad torturam &
Abb. in dict.c. hoc expreſsè tenet. & licet Aretin.
impugnet, nihilominus Fel.ſuſtinet, ex cuius ver-
bis tamen, dum rationem Areti. deſtruit, ſatis ap-
paret eum non eſſe omni exceptione maiorem, ſi
benè vides. Quod etiam patet, quia ſaltem militae
illa inimicitia generalis, quam dixi, & hoc oſten-
dit Alex.in d.l.maritus. dum dicit, negari tamen
non poteſt, quin faciat aliquod indicium. & vide
etiam Alex.in conſi.64.volu.1.col.penul. Neſcio
tamẽ quomodo ſuſtineretur hoc in practica quo-
ad me non curarem vt magis clericus eſſet, quàm
laicus.

De iure verò quid ecõtrà in clerico contra laicũ
deponente, vide in d.c.de cæterò. Et veritas eſt, ꝙ
in cauſa ſanguinis non admittitur, etiam ꝙ aliter
veritas haberi non poſſet, & fieret proteſtatio,
quam ſolent facere, iuxta c.2.de homicid.in 6.

Idemq;

Idemq; in criminali iudicio, vbi aliter agere-
tur ad vindictam, etiam cum dicta proteſtatione.
Ita Fel.col.2.ibi & hæc videtur veritas, vt nõ ſit dif
ſerentia, an ad vindictam citra pœnam ſanguinis
agatur, an ad ſanguinem, vt per Doctores, maximè
Peruſi.in dicto cap.2. de homicid. in 6. vbi tamen
poſſunt clerici eſſe teſtes, intelligitur ex ꝓuiden-
tia epiſcopi, qui vel eos examinet, vel faciat exa-
minari, & eorum dicta tradat iudici ſeculari. cap.
quanquam.& ibi Arch.declarat.14.q.2. poteſt etiã
dare licentiam iudici cauſæ ſecularis, vt illos exa-
minet, vt per Archidiac. vbi ſuprà, qui ſecundum
hoc vltimum intelligit text.in capit.teſtimonium
11.quæſtio. 1. & in cap. nullus ex eccleſiaſtico. 22.
quæſt.5.& ibi eſt gloſſ.expreſſa. Et hanc practicam
video quotidie obſeruari, dum eueniente caſu
clerico ſit præceptum à ſuo iudice eccleſiaſtico, vt
deponat corã tali laico, & forma iurãdi manu po-
ſita ſupra pectus tollitur in dicto capit. nullus. &
vide omninò Abbat. in hac materia.in capit. 1. de
iuramen.calum.colum.antepenult. & etiam in ca.
cùm nuncius.colum. 2.de teſtib. vbi vide Felin. &
Aretin.ne arbitreris tamen, vt eccleſiaſticus poſsit
dare licentiam iudici laico, vt cogat clericum ad
teſtificandum. c. ſi diligenti, de foro competen.
Felin.& Aretin.in dicto cap.cùm nuncius. & hoc
vbi nolit clericus ſpontè teſtificari, ſed ſi ſpontè
velit, dictum eius valet. Abb. & communiter Do-
ctores in dicto cap.cùm nuncius. vbi tamen dubi-
tant de religioſo. Et vide etiam ad prædicta Ale.
in conſilio 65.colum.2.in 2. volu. & de religioſo
dicam nume.ſeq.

Et quia ſunt multi, qui non deberent exami-
nari, & tamen examinati faciunt indicium, iuxta
materiam d.l.ſi maritus. Adde, quòd hoc non ꝓ-
cedit, vbi à principio fuit oppoſitum à parte, vt nõ
deberet fieri examen talium teſtium. Aretin.in c.
ex parte Adæ.in ſ. charta. de teſtibus. Felin.in c.
dilecti.in penultima col. de accuſationib. & Hip-
pol.in l.1.§.diuus Antoninus.colum.2.ff.de quæ-
ſtionibus.& dixi ſuprà.

92 Item opponitur, † quòd religioſi ſunt, & de-
poſuere ſine conſenſu eorum ſuperioris, de quo
vide Abbat.& apoſtil.ad eum, & Doctores, vbi ſu-
prà, vltra quos vide etiam in primis gloſſ. in au-
then. de monach. in §. cogitandum vbi tenet, ꝙ
monachus poteſt eſſe teſtis. Sed Abb.in c. cùm nũ-
cius.tenet religioſos & clericos ſeculares ſine licen
tia ſuperioris coram iudice ſeculari non debere
teſtificari, tamen eorũ dicta tenere, & ibi vide Are.
& Fel.qui hanc opinionem, vt valeat ſine licen-
tia, tenent quoad clericum ſecularem, non autem
quoad religioſum, qui non habet velle aut nolle.
Et dicit ibi Aretin. quòd communiter ſeruaretur
hæc opinio in clerico ſeculari, & de religioſo alle-
gat in terminis Bald.in l.quoniam liberi.C.de te-
ſtibus. in princ. Et hanc opinionem, quòd reli-
gioſi dictum ſine licentia ſuperioris non valeat,
ponit latè Soci. & tenet conſilio 17. colum.vlti-
ma.in 1.volumi. vbi allegat Bald.vbi ſuprà, & Bar-
tol.& Specul.& reſpondet ad glo. in dict. §. cogi-
tandum. vt ꝓcedat in teſtibus adhibitis in inſtru-
mentis. Et ad confirmationem vide Cardi. conſi-
lio 97. vbi ita conſuluit in teſtamento. Et hoc ego
habui in facto, in teſtamẽto facto vltra montes in
quo erant deſcripti ſeptem teſtes, omnes ordinis
minoris, & refert & ſequitur Felin. in dict.c. cùm
nuncius.

Item etiã opponitur, † ꝙ ſunt domeſtici, iuxta 93
l.etiam.C.de teſtib. & qui dicantur domeſtici, po
nit notabiliter Aret.col.1.& 2.Felin.col.2.in c.in
literis.de teſti. vbi etiam plenè per eos habes, quan
do repellantur, & admittantur, & per Alex.conſi.
5.col.5.& conſ.93.col.4.verſi.fallit quoad deſen-
ſam.volu.1.Item fallit in ijs, quæ non poſſunt fa-
cilè ſciri, niſi ab eis, quia etiam hoc caſu præferun-
tur alijs. Franc. Aret.conſil.13.colum.11.& conſil.
61.col.1.vbi omninò vide, & ꝙ de ijs, quæ fiunt in
domo, magis credatur domeſticis, imò nõ creda-
tur alijs, niſi in ſubſidium, tenet Aret. in 3. nota-
bili, & Fel.in 2.c.quoties.de teſti. Aret in d.c.cùm
nuncius. eo. tit.col.3.& Are.in d.c.in literis, eod.
tit.col.4.& ibi Fel.col.3.& ad prædicta vide Feli.
etiam in c.inſuper.col.2.circa fi.de teſtib. Et quid
quando proceditur per inquiſitionẽ vide Cuma.
conſi.27.de quo etiam Fulg.conſi.188. vide etiam
Aret.ad prædictam materiam. in c. cùm in tua. de
teſti.col.2.circa fi.& Imol.conſi.37.col.6. in prin.
& omninò Soci.conſi.17.col.1.& 2.vbi diſtinguit,
& vide etiam qui dicantur domeſtici. Alex.conſi.
32.& conſi.78.colum.3.& in 2.volum.conſil. 24.
col.14.& 4.vol.conſi.89.col.fi.& conſi.112.col.6.
Fel.in c.inſuper.col.fi.de teſtib. & in c. inſinuan-
te.de offi.deleg.col.2.vbi etiã qui dicantur fami-
liares.& vide Alex.5.volum.conſi.150.col.6. poſt
prin. Et an ſint idonei teſtes, vide Bald. conſil. 10.
col.1.in fi.& ſequen.& de familiaribus, an poſsint
eſſe teſtes, vide Fel.in d.c.in literis.& Roma. con-
ſil.420.circa med. Quid verò ſi tempore depoſi-
tionis non eſt amplius domeſticus? vide Areti.in
d.c.in literis.col.pen.& fin.& ibi Felin.col.4.ver-
ſic.fallit quintò. Alexan.conſi.5.col.6.& conſil.93.
col.5.vol.1.& attenditur in teſte conditio tempo-
ris quo teſtificatur. Mod.in l.1.C. de teſtam. Et an
vir & vxor dicantur domeſtici ad hoc vt repellan
tur, vide Felin.in dicto cap.in literis.col. 4. verſic.
fallit quartò.& ibi Aret.col.antepen.in fi. Alex.5.
vol.conſi.156.col.4.in princ.& Anchar. conſi.247.
col.2.Soci.d.conſi.17. colum. penultim.

Teſtes † etiam deponentes nõ veriſimilia, non 94
probant, quinimò ſunt de falſo ſuſpecti. Ita Abb.
in c.quia veriſimile. de præſumpt. Dec.conſi.614.
in fin.conſi.595.num.8.conſil.94.col.2. verſicu.2.
in dictis teſtium.& conſil.315 num.8. Aretin. in c.
tertio loco, extrà de probatio.col.3.& Felin.in di-
cto c.quia veriſimile, colum.2.quæ cõcluſio adeò
vera eſt, vt etiam teſtis † dicens non recordari id 95
quod veriſimiliter recordetur de falſo puniatur.
Bald.in l.presbyteri. in 4.notab.C.de epiſc.& cle-
ri.& Iaſ. in l.præſcriptione.col.3. C. ſi contra ius
vel vtil.pub. quod vltimum multò magis proce-
deret ſi circa alia quę meminiſſe minus deberet te-
ſtificaretur. Et † non veriſimilia ſunt ea, quæ de- 96
uiant à naturali curſu, vt ꝙ puer ſit aptus ad coe-
undum.c.2.de frig.& malefi. Itẽ nõ veriſimilia ſunt
ea quæ deuiant à iure communi, vt per Felin.in ca.
licet cauſam.verſic. nota decimò. de probat. poſt
Innocen.in c.auditis.de præſcript. vt quando quis
depo-

depnnit impuberem cum Berta rem habuiſſe quia
præſumptio impotentiæ eſt in eod.c. 2. & Gemin.
in conſil. 24. col. 3. Non veriſimile etiam illud eſt
quando deponerent teſtes vidiſſe aliquem oſtio
thalami aperto coire cum muliere, cùm ſoleat fie-
ri ita in abſcondito, vt etiam publicę meretrices &
lenones clauſo oſtio & feneſtris non patiantur
ſe videri.

Et quia hæc exempla non veriſimilitudinis
tangunt cauſas matrimoniales. Ideo dic multò mi
97 nus iſtis teſtibus eſſe credendum quando † depo-
nerent in cauſa matrimoniali, in qua teſtes debent
carere omni ſuſpicione, ſicut in criminalibus, &
ideo etiam debent eſſe omni exceptione maiores.
Alexander conſilio 145. quando abundè volumi.
2. & Deci. latiſsimè vbi omninò eſt videndum in
conſilio 133. columna 2. num. 3. & 4. & in illo con
ſilio pertractantur ſingulæ qualitates repellentes
teſtes, de quibus ibi, & primò quòd affines & con-
ſanguinei repellantur. Item domeſtici & alij mul-
ti. Aduertendo ſemper, prout & ipſe dicit quòd
98 † fiat proteſtatin antequam examinetur, vt non
examinetur ob vitia quæ patiuntur, quia tūc per-
inde eſt, ac ſi non eſſent examinati, ex quo exami-
nari non debuerunt, vt etiam dixi ſuprà. Et ſi tales
99 teſtes † qui non veriſimilia deponerent ſubiecti
eſſent ratione iuriſdictionis, pauperesque & nihil
habentes abſq; dubio tolleretur omnis fides, quia
licet ſit communis opinio, vt ſubditus poſsit teſti-
ficari pro rege & principe ſuo in l. eos teſtes. C. de
teſtib. vt etiam apparet ex dictis & Felin. & Aret.
in c ex literis. extra de teſtib. Alex. conſ. 88. col. 4.
volum. 5. & hoc atteſtatur Floria. in l. idonei. ff. de
teſt. & alibi ſæpè per Docto. Tamen eſt aduerten-
dum ꝙ cu῀ in illa qualitate paupertatis omnis tol-
litur fides. ita Rom. conſil. 382. col. 2. & dicit Bal.
conſi. 420. circa fin. vol. 1. quod eſt repetitum in 3.
vol. conſi. 468. & 5. volu. conſi. 445. arbitrarium eſſe
iudici an ſubditi ſint idonei teſtes, quia ſi ſint bo-
næ famæ, & veriſimilia deponant, maximè, ſi di-
ctum eorum corroboretur alijs teſtibus tunc cre-
ditur. ſi verò ipſi ſolùm deponerent, & malè au-
dirent, vel appareret contra eos alia ſuſpicio non
crederetur, & dum dicunt DD. conſiderari quali-
tatem domini, an ſit eius naturæ, vt debuerit me-
tum inſerre ſubditis, vt per Fel. & Are. & alios vbi
ſup. etiā in hoc verſatur arbitriū iudicis ex mente
DD. & expreſsè ita tenet Roma. in d. conſi. 382. Et
eſt aduertendum ꝙ quæſtio in d. l. eos teſtes. for-
matur in rege, vel domino vnius prouinciæ con-
cludēdo illa potiſsima ratione teſtes eſſe idoneos,
quia aliàs non poſſent probare factum de quo age-
retur, & ideo ſi dominus alicuius villæ vel muni-
cipij vellet ꝓbare per ſubditos ſuos factum in alia
iuriſdictinne, vt eſt caſus, qui nunc occurrit in ci-
uitate ampliſsima Mediolani, & in domo vbi cō-
plures ſerui habitabant. & conuerſabantur infini-
ti nobiles, atq; aliæ perſonæ, nihil cōmune haben-
tes cum dnmino, ſine dubio talibus ſubiectis non
crederetur ex mente omnium, & ſi quiſpiā in hoc
dubitaret eſſet ſine iudicio. ad quod etiam addu-
co ſimile, nam illi de domo ſunt idonei teſtes in
ijs, quæ fiunt in domo, nnn in ijs de quibus alij
poſſunt eſſe magis edocti, vt in locis vulgaribus.

Additur in caſu qui hoc tempore contigit, ma-
trem domini quæ eſt ipſius tutrix & gubernatrix
depoſuiſſe etiam pro filio, quæ qualitas facit, vt ſit
veriſimile eam omni via induxiſſe ſuos ſubditos,
vt cum ea conforme teſtimonium perhibērent.

Et † an vaſallus pro domino ſit teſtis idoneus? 100
vide Bald. in conſil. 420. colum. penul. in fi. & ſeq.
3. vol. conſil 468. col. 2. poſt med. Horian. in d. l.
idonei. Bal. in l. libertorum. vbi eſt vidēdum. C.
de teſt. omninò Dec. in c. inſuper. in fi. de teſtib. Et
quia dixi ſubditum eſſe teſtem idoneum pro do-
mino, intellige quoad hoc, vt tamen repellatur,
non autē quin ſit ſuſpectus, & quin ei diminuatur
de fide, quia non euitat ſuſpicionē timoris, vel a-
moris, vt per Alber. in l. idonei. de teſtib. & hanc
eandem concluſionē facit Cor. cōſ. 123. col. fi. vol.
1. Parentes & liberi † an in cauſa matrimonij ſint 101
idonei teſtes, vide Are. in c. ſuper eo. *el ſecundo*, de
teſtib. col. 5. & conſi. 13. col. 7. & ſeq. & col. 14. & ſe-
quen. & Fel. in d. c. ſuper en. col. 4.

Opponitur quoque, & ſæpenumero contra te-
ſtem † quòd eſt amicus producentis, in qua dubi- 102
tatione Sal. in d. l. eos teſtes. C. de teſtib. dicit hoc
eſſe arbitrarium iudici qui debet conſiderare qua-
litates perſonarum, & cauſas amicitiæ, & an iuſtis
legibus regatur vel ne, ita limitando. l. ſciendum.
ff. de vſu. quæ probat eum admitti, in quo vide A-
retin. conſil. 71. col. 5. in fin. vbi dicit amicum nnn
eſſe omni exceptione maiorē. Alex. 5. volu. con-
ſilio 88. columna 4. & conſilio 154. col. penul. poſt
prin. conſil. 156. col. 6. volu. 1. Roman. conſil. 420.
col. 2. Alex. conſ. 78. col. 3. vol. 1. Fel. in c. quoties.
cnl. 2. de teſtib. Bal. 1. volu. conſil. 444. in fi. & cō-
muniter dicitur, ſi ſit magna amicitia repelli te-
ſtem, aliàs ſi ſit parua detrahi de fide. Ita Alexan.
in l. teſtium. col. 5. ff. de teſtib. vbi vide atq; ideo
res conſiſtit in arbitrio iudicis, ſicut ſuprà dictum
eſt. verùm tamen eſt ꝙ Bal. in d. l. eos. dicit quam-
uis ſit arbitrarium iudici, tamen iudicem deberi
arbitrari amicitiam nō repellere teſtem. quod di-
ctum refert & ſequitur Alex. in conſi. 88. col. 4. ta-
men poſtea venit in hanc ſententiam, vt ſi eſſet ta-
lis amicitia quę veriſimiliter induceret corruptelā
nō admitteretur, & ideo in effectu tenet opi. Sali.
in d. l. eos quæ eſt cōmunis. vt per Alex. in d. l. te-
ſtium. qui dicit id quod proximè dixi nolens a-
liud dicere quàm hoc ipſum, de quo etiā vide Fel.
in c. cùm oporteat. colum. 3. in princ. de accuſat. &
quæ dicam infrà in verſic. affinis. Et iuxta hoc ar-
bitrium † dico regulam eſſe vt relinquatur arbi- 103
trio iudicis, vtrum eredatur tali teſti vel teſtib. d.
l. teſtium. §. ideo. & ibi Bar. & DD. not. circa quod
vide omninò Deci. conſil. 94. in caſu ad me tranſ-
miſſo. colum. 1. in fin. Io. Baptiſtam de ſancto Seue-
rino in l. admonendi. col. 29. ff. de iureiur. & om-
ninò Bar. in l. Lucius. ff. de infami.

Et † ſi vis videre pulchrum locum vbi enume- 104
rantur cōplures in quibus contigit dubitari an ſint
idonei teſtes, vide Alex. in d. l. teſtium. vbi ſup. Et
dum quærit de colono vel mercenario, vide Salic.
in l. quoniam liberi. col. penul. & fin. C. de teſtib.
Are. conſi 12. col. 10. & ſeq. Soci. conſil. 228. col. 3.
& concluſio videtnr, vt ſit idoneus, niſi ex eo ꝙ
teſtificatus eſt, ſit percepturus commodum.

Affi-

105 Affinis poteſt eſſe teſtis † pro affine, quia non
reperitur prohibitum, eſt tamen ſuſpectus, & ei di
minnitur de fide. Alex. conſi. 18. col. 2. volu. 1. vbi
loquitur de vxore fratris mei. & Ale. conſi. 13. vo-
lum. 1. col. pen. & conſil. 122. col. 2. verſicu. nec ob-
ſtat. vol. 2. vbi loquitur de marito ſororis meæ. nã
leuis macula facit vt teſtes non ſint omninò inte-
gri. Ale. conſi. 32. vol. 1. Facit gl. in §. cogitandum
in auth. de monachis, quæ vult, vt licet monachus
poſsit teſtificari pro monacho, tamen ei diminua-
tur de fide tanquam amico, innuendo amicitiam
etiam nõ magnam diminuere de fide, licet Bar. in
l. admonendi. col. 6. in fi. & prin. ſeq. dicat debere
eſſe magna amicitia coniunctum. Dixi de amico
paulò ſuprà, & hanc quæſtionem an affinis poſsit
teſtificari, ponit latè Iaſ. in d. l. admonẽdi. char. 18.
col. 18. Ad idem ꝙ affinis non afferat plenam ꝓba-
tionem, vide Ang. conſ. 261. vnde ex prædictis ap-
paret Iaſ. in d. l. admonendi. non benè dixiſſe affi-
nes eſſe ſuſpectos quando ſunt aſcendentes, vel
deſcendentes, ſecus ſi ſint tranſuerſales, nec Ang.
quem allegat Iaſ. in d. conſi. 169. col. 2. dicit id ad
quod allegatur à Iaſ. Dicit quidem affinitatem re-
pellere aſcendentes ꝓ deſcendentib. quod admit-
to, quia ſocer habetur pro patre, & gener pro fi-
lio. gl. in l. teſtis. ff. de teſti. ſed alios affines fateor
non repelli, tamen diminuitur eis de fide, & ꝙ ſo-
cer pro genere non poſsit eſſe teſtis, hoc dicit Bar.
in l. qui teſtamento. §. quæcunque. verſi. quæro an
ſocer. de teſta. & prędicta clarè procedunt in ciui-
li, & ita loquitur Iaſ. vbi ſuprà.

Sed quid in criminali cauſa, an affinis poſsit eſ-
ſe teſtis pro alio affine ètiam collaterali, dic non
poſſe. 3. quæſt. 9. c. abſens. el *ſecundo*. & probatur ibi
quemlibet ſuſpectum repelli in cauſa criminali,
hoc etiam patet in c. accuſatores. 3. q. 5. & ita Areti.
in d. §. quæcunque col. 3. verſic. 5. ad præmiſſa. Et
Specul. in tit. de teſte. §. 1. verſi. ſed nunquid frater.
vbi allegat d. c. abſens. nec dicas hoc ꝓcedere tan-
tùm in aſcendentibus & deſcendẽtibus, quia hoc
modo non eſſet differentia inter cauſam ciuilem,
& criminalem. Item iura prædicta ſe fundant ſu-
per ſuſpicione quæ cadit etiã in collateralẽ, vt vi-
des, & ita Alexan. conſil. 24. col. 6. verſic. non ab-
ſtat quòd ipſemet. vol. 2. & hæc confirmant mul-
tum quæ dicit Alex. in l. lex Cornelia. in princ. ff.
de iniur. & Iaſ. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi præto-
ri. ff. de oper. no. nunci. col. 8. & ſeq. maximè illud
quod dicit Bal. in l. 1. C. ſi qua præd. pot. quando
iniuria facta vni ex familia cenſetur facta omni-
bus, & ob hoc Alex. in d. l. lex Cornelia. infert ad
materiam teſtium, non eſt ergo mirum ſi affinis
etiam collateralis in criminalibus repellitur à te-
ſtificando, & vide etiam Ale. in d. §. quæcunque. in
apoſtil. quæ incip. quid in fratre. dum allegat Gu-
liel. Cun. Et hoc ꝙ affinis in criminali nihil pro-
bet, dicit Ale. cõſi. 179. col. 2. volũ. 2. verſ. 3. allegat
d. c. abſens. & vide tam quoad ciuile quàm criminale
iudicium. Orian. in c. quoniam cõtra. de proba. in
verbo, teſtem char. 4. col. 2. verſ. capio itaque.

106 Et † an filius poſsit eſſe teſtis ꝓ patre, & ecõtrà,
& quid de alijs aſcẽdentib. & deſcẽdentib. vide In-
ſti. de grad. in prin. per DD. Are. in d. §. quæcunq;.
Doct. in d. c. de literis. de teſtib. vbi Felin.

Et † an vxor ꝓ viro. An † familiaris ſeu dome- 107
ſticus, & an filij naturales & ſpurij poſsint eſſe te- 108
ſtes pro patre dixi ſup. nu. 60. verſi. item opponitur
quòd teſtes ſunt parentes, & ponit Felin. in c. cùm
oporteat. de accuſa. Oria. in d. c. quoniam contra.
de probat. in verbo, teſtium. in 4. char. 2. col. in fi.
& ſequent. vbi omninò vide, an parentes pro libe-
ris & econtrà poſsint eſſe teſtes, & ibi etiam habes
† quid de tranſuerſalibus, in quibus tranſuerſali- 109
bus, dic quòd frater pro fratre poteſt eſſe teſtis in
ciuilibus. Glo. eſt ordina. in l. parentes, quam qui-
libet allegat C. de teſt. & licet illa gloſſa loquatur
an contra fratrem, tamen eſt idem, ac ſi diceret an
pro fratre, & Doctores allegantes illam volunt
hanc conſequentiam, poſſe eſſe contra fratrem:
ergo & pro fratre. quæ conſequentia patet, quia te-
ſtis iurat dicere veritatem pro vtraque parte. 5. q.
9. cap. hortamur. & ideo ſi adducitur contra fra-
trem, poterit etiam deponere pro eo, vnde in cri-
minali cauſa ſicut non poteſt cogi contra fratrem:
ergo nec pro fratre. Azo in ſumma de teſtibus co-
lum. 4. vbi vide, hanc regulam vt frater admitta-
tur, licet ei diminuatur de fide. facit Iaſ. in d. l. ad-
monendi. 18. char. 3. col. & eam limitat, vide eum
omninò, & Imo. in d. §. quæcunque. ad fin. qui di-
cit eſſe arbitrarium iudici dare quam fidem velit
conſiderata qualitate cauſæ & perſonæ, quod idẽ
dicit Abb. in c. literis. col. 2. de præſumptionibus.
Si ergò admittitur frater pro fratre multo magis a-
lij conſanguinei. Sed an frater cogatur teſtificari
contra fratrem in cauſa cinili, videtur non poſſe
cogi, vt eſt gloſſ. in l. lege Iulia. ff. de teſtibus. quæ
illam legem etiam intelligit in ciuili Spec. mouet
hanc quæſtionem, in tit. de teſte. §. teſtium. verſic.
ſed nunquid. vbi vide, & videtur velle vt ponit
cogi. Abb. tenet contra eum in d. cap. literas. cum
Abb. tenet Bart. in d §. quæcunque. idem Alexan.
conſil. 18. volum. 1. columna ſecunda. in fin. & lo-
quitur Barto. in dicto §. quæcunque in ciuilibus.
& ſi non cogitur in cauſa ciuili contra fratrem de-
ponere: ergo nec pro eo, conſequentiam facit Az.
vbi ſuprà, ſicuti dixi. Et hoc tenet Porc. & DD.
Inſtitut. de de grad. in princ. & ideo datur conſi-
lium, vt pereos.

Sed an omnes illæ perſonæ, deqnibus in d. l.
Iulia. & quas clarius recenſet Az. vbi ſuprà, collu.
3. & text. 4. quæſtio. 3. cap. ſi teſtes. §. ſi lege Iulia. ſi
velint poſsint eſſe teſtes pro alijs ibi enumeratis,
in hoc dic vt per Bartol. in dicto §. quæcunque. &
Alexand. in dicto conſilio 18. volum. 1. col. 2. dixi
quid iuris ſit in ciuilibus.

Modò quæro quid in criminalibus? Et non eſt
dubium perſonas de quibus in d. l. lege Iulia. non
poſſe cogi cõtra illos, de quibus ibi. Nec etiã poſſe
ſi velint quia iniuria facta vni &c. ſic Bartol. in d.
§. quæcunque. & in d. l. lex Cornelia. Alexan. con
ſil. 24. col. 6. 2. volu. conſ. 115. in 1. col. vol. 4. Fel. in
dicto cap. literas. de præſumptionib. Barba. conſi.
20. col. 14. volumi. 2. Socin. conſi. 228. colum. fin. in
prin. Aret. in c. de cæterò. ad finem de teſtibus. Ale.
conſi. 70. colum. 3. volum. 1. conſi. 5. volum. 1. col. 3.
vbi omninò vide, & conſil. 122. volumine primo,
conſil. 212. volum. 2.

Sed vſque ad † quem gradum non admit- 110
titur

titur conſanguineus pro conſanguineo? Bart. in d.
§. quæcunque. dicit vſque ad gradum, de quo in d. l.
lege Iul. & ſic vſq; ad ſextum gradum. Abb. in d. c.
literas. col. 2. dicit attendi qualitatem propenſæ vo
luntatis ſecundum conſuetudinem patriæ, quę opi-
nio placet, conueniunt tamen inter ſe Bart. & Abb.
in hoc vt repellantur vſque ad ſecundum gradum
incluſiue, & hoc tenent omnes in locis ſuprà allega-
tis. Hinc tamen concluſionem negatiuam, vt non
poſsint eſſe teſtes in criminalibus, limita, vt latè per
Fel. in d. c. cum oporteat. colum. 3. verſicul. modo
aduerte. & colum. ſequ. in defectum tamen alio-
rum duo fratres contra alium accuſatum à fratre, &
multò magis duo conſanguinei facerent indicium
ad torturam. Abb. in d. c. literas. colum. 4. verſi. in
ſecundo caſu. quod ego non obſeruarem niſi ma-
ximè mihi probata eſſet qualitas eorum. Vides re-
pelli quando volentes dicunt teſtimonium, ſunt e-
tiam caſus in quibus non repelluntur, vt quando ad
defenſionem fratris teſtificantur, vt per Fely. vbi
ſupra.
111 Sed † an iſtis caſibus poſsint compelli? Abb. te-
net poſſe in d. c. literas. quia lex Iulia loquitur con-
tra fratrem, ſed errat per conſequentiam quam ſu-
prà feci. poſt Azo. & pro Azo. eſt opin. Spec. quam
allegat Abb. in practica, tamen eſſet opinio dura,
quia vbi iudex videret eum eſſe idoneum teſtem,
112 illum cogeret. Et ex hac ratione infero, † quòd fra-
ter qui poteſt eſſe teſtis pro fratre ad defenſionem,
etiam poteſt eſſe ad offenſionem volens, & ita Abb.
in d. c. literas. verſic. aut quæritur nunquid volens.
Quod tamen limitat niſi ſe offeret contra fratrem:
quia tunc eſſet ſuſpectus. & circa conſeqnentiam,
quam feci quòd teſtis debet iurare & deponere pro
vtraque parte, eſt text. & ibi Abb. not. in c. 2. de te-
ſtibus. colum. 2. & gloſſ. clara in Auth. ſed iudex.
C. de epiſc. & cleri. Bald. in auth. presbyteri. C. de
epiſc. & cler. Oria. vbi ſupra. col. 1. & vide de fratre
regu. & fallentias, etiam per Felin. in c. in literis. de
teſtibus.
113 Vſurarius † quomodo probetur, vide Alex. con-
ſi. 72. col. 7. volum. 1. conſil. 173. in 2. volu. circa 6.
col. Fely. in ca. veniens. de teſtibus. *el primo.* còlum.
pen. circa med. & in c. perſonas. eo. titu. Bal. 5. vol.
conſi. 361. circa fin. Ana. in ca. cum in diœceſi. col.
2. de vſu. & Fulgoſ. conſilio. 134. col. 2. poſt med.
114 An † tutor poſsit eſſe teſtis pro pupillo, vel præ-
latus pro ſua eccleſia, vide Roman. conſi. 420. poſt
med. Bart. in l. qui teſtamento in princ. ff. de teſta-
115 men. Et † quid de famulo turoris. Bald. tenet poſſe
teſtificari conſilio 444. circa fi. Et de prælato vide
Aret. in c. inſuper. col. 1. & ſeq. de teſtib. & ibi etiam
Fely. qui loquitur etiam de canonico in cauſa ſuæ
præbendæ. & Floria. in l. idonei. ff. de teſtibus. Ad-
116 do † famulum Abbatis, vel antiquũ colonum poſ-
ſe eſſe teſtem pro monaſterio. Bal. 1. vol. cõſil. 444.
circa finem.
117 An † procurator vel aduocatus poſsit eſſe teſtis,
vide Salyc. in l. omnibus. C. de teſtibus. colum. 4.
cui adde quòd nec in cauſa appellationis poteſt eſſe
teſtis. Alexan. 2. volum. conſi. 133. col. 3. poteſt ta-
men eſſe ſi tempore depoſitionis non erat licet fa-
ctus poſtea fuerit. Roman. conſil. 186. circa fin. Et
quid de eo qui deſijt eſſe. Bal. 3. vol. conſi. 152. cir-
caſi. Et † de eo, qui deſijt eſſe aduocatus. vide Saly- 118
cet. in d. l. omnibus, & de eo qui deſijt eſſe officia-
lis, vide Cuman. conſil. 69. circa med. & vide ſupra
num. 54.
De † ſolicitatore cauſæ. vide Alexa. conſilio. 119
78. colum. 5. volum. 15. volum. conſil. 153. colum.
3. & conſi. ſequen. col. prima conſilio 64. in 3. vo-
lumin. colum. penult. Imol. conſilio. 135. colum.
fin. Roman. latè conſi. 420. Ang. conſilio. 233. co-
lum. 2. & ſeq.
Quando † poteſt aſſcribi laus vel vituperium te- 120
ſti ratione eius de quo deponit, non eſt idoneus.
Alexan. 2. volu. conſil. 85. colum. penul. & 3. vo-
lum. conſi. 70. colum. pen. Et ad prædicta vide Are-
tin. in ca. inſuper de teſtibus. colum. 6. & ſeque. Fe-
ly. in cap. cum à nobis. colum. pen. in fin. & ſequ.
eodem titul. Et vterque ponit, † an iudex vel arbi- 121
ter qui iudicauit, poſsit eſſe teſtis in ea cauſa. Et † an 122
REGVLA IX.

AFfinis pro affine poteſt teſtis eſſe idoneus & debet admitti, prout per gloſſ. 3.q.5.cap.1. *Alex.conſ.13.conſ.18.volu.1.& conſ.121.vol.2. Bart.& Dd. in l.qui teſtamento.§.per contrarium.ff. de teſta.* not. Albe Mal.in ſuo tract. de teſt.in 1.par.in 8.col. vbi dicit quòd glo.illa eſt communiter à Doctoribus approbata, & idcirco tenenda communis opin.quicquid in contrarium nonnulli dixerint.

Sed fallit primò, quia ei non plenè creditur attento proximo gradu affinitatis, vt videtur ſentire Imo.in c.cum canonicus, de off.deleg.& not.Alb. Mal.vbi ſupra in 8.col.

Secundò fallit in ſocero pro genero vel econtra, quia non debent admitti, vt not.glo. in l.idoneus. ff.de teſt.& in l.parentes.C.de teſt.vbi per Doct.

Tertiò fallit, quia pro vxore fratris quis non poteſt dicere teſtimonium, ſicut nec pro fratre, quia idem ius videtur eſſe.ita not.Guil.de Cun.in l.eorum.§.1.ff.de poſtul.allegat not.in l.1.ff. de poſtu. & l.aduerſus, de crimine expil. hæred. ſecus ſi frater eſſet mortuus, vt per Guil. vbi ſupra. idem not. ibi Ange.

An omnes de genere repellantur à teſtificando, dic quòd omnes.& intelliguntur de genere, qui dolore & iniuria illius afficiuntur & triſtantur. l.1.& 2.ff.de lib.can. & quoad hoc filius naturalis etiam de genere dicitur, vt not. Ant. de But.in ſuo repertorio in dictione teſt.in 34.col.

REGVLA X.

VXor non poteſt eſſe teſtis pro viro neque econtra, vt not.Cyn.Bart.Salic. & Docto.in l.etiam.C.de teſt.

Idem dicendum in concubina, quæ ob affectionem non differt ab vxore. vt l.item in legato.§.parui.ff.de verbo.ſigni. Idem dicendum de ſponſa vt teſtificari non poſsit pro ſponſo propter affectionem, argu.l. quod ſeruus.ff de cond.ob cau.& ita not.Salic. tam in lect. quàm in recollect.in d.l.etiam.& Albe.Mal.in ſuo tracta. de teſt.in 1.part.in 9.col.

Sed fallit primò in illis caſibus de quibus ſupra in præcedentibus regulis à maioritate rationis arguendo.

Secundò fallit, quia attentis circunſtantijs iudex poteſt admittere ad teſtificandum virum vel vxorem, vt quia vxor non timeat virum, quia nó ſit talis, qui ſoleat terrorem incutere vxori. Idem in marito de quo per Abba.in c.in literis,in fi.de teſt.allegat Cy.in l. 2.C.de teſt.& Spec.in tit.de teſte.§.1.

Fallit in tribus caſibus per Iaſon.in l.ſed & ſi quis.ff.ſi quis caut.num.2.

REGVLA XI.

DOmeſtico teſti ſeu familiari non creditur, vt no.in l.etiam.C.de teſt. in c. in literis. extra. eo.tit.de teſt. *Bart.in l. 2.C.de teſtib. Doctor. in l.parentes.C de teſt.Lanfran.in tract.de teſtib.nu.53. Alb.in eodem tract. in 1.parte,num.2.Marſi.ſing.31.2.C.de teſtib.l.final. §.fin.C.de his qui ad eccleſiam.* & primò teſtis domeſticus dicitur ſicut eſt vxor & vir vt ſup.proximè dixi.

Secundò dicitur, ſeruus, colonus, aſcriptitius, libertus, familiaris, & de his omnibus habetur in l.fi. §.ſanè.C.de his qui ad eccl.conf.

Tertiò mercenarius ſi habitat cum eo à quo mercede recipit. vt eſt text.in l. reſpiciendum.§. furta domeſtica. ff.de pœn.

Quartò omnis qui habitat in eadem domo dicitur domeſticus.vt per Bart.in d.§. furta domeſtica. vt eſt filius, ſeruientes & capiferi, de qno per gloſſ. Inſti. de teſtam.§.teſtes.idem Sali.in l.etiam.C.de teſtib. & illæ omnes perſonæ ad quas peruentura eſt hæreditas dicuntur domeſticæ. ita not. Bald.in c.1. in 2.col.in tit. qualiter vaſallus debeat iurare fidel. vbi allegat Petrum de Ceruot.ad hoc.

Familiares autem dicuntur primò vt ſunt ſerui vel filij, vt eſt glo.in d.l.fi.§.ſanè.

Secũdò dicuntur familiares generaliter domeſtici.i.qui habitant in eadem domo, vt no. Alb.Mal. in d.ſuo tracta.de teſt.in 2.par.in 11.col.allegat.3. q.2.c.in ſumma.& no.in c.in literis.extra.de teſt.

Prædicta igitur regula fallit primò in teſtibus inſtrumentarijs qui per notarios inſtrumentis deſcribuntur, quia valet dictum eorum cum a partibus videantur approbati, vt no.Sali.in d.l.etiam in fi.

Secundò fallit, quia familiares honeſti & bonæ famæ recipiũtur in teſtes, quia valet eorum dictum, vtputà ſi ſint familiares Epiſcoporum, Abbatum, et ſimilium dominorum, vt no.Sal.& Bal.in d.l.etiã. C.de teſt.& idem tenet Albe.Mal.in ſuo tracta.de teſt.in 1.par.in 11.col.& idem Ant.de But.in d.c.in literis, dicens tamen quod iſtud eſt arbitrarium quã fidem faciat.quod no.

Tertiò fallit, quia dñs vel is cui debetur reuerẽtia ſiue obediẽtia ſi ꝓducatur ꝓ ſubiecto ſiue ſubdito, valet eius dictũ attenta tamen qualitate perſonæ, vt not.Salic.in d.l.etiam, in lectura & in recollect.

Quartò fallit, q̃a ſi eſt quęſtio inter familiares ſeu domeſticos teſtes, domeſtici ſunt idonei teſtes & valet eorũ dictũ.not Sal.in d.l.etiã.& ratio poteſt eſſe, q̃a vna præſumptio tollit aliã, quia nó eſt veriſimile ꝙ magis pro vno dicat quàm pro alio. idem not. Cardin.in cap.in literis.extra de teſt.

Quintò fallit ſi vna pars produceret in teſtẽ domeſticum illius partis aduerſæ, & diceret ſeu deponeret pro domeſtico ſuo contra partẽ producẽtem ſtaretur eius dicto pro domeſtico: ita not.Sali.in d.l.etiam.idem not.Ant.de But.in ſuo repertor.in d. teſt.in 27.col.idem Pau.de Caſtr.in d.l.etiam.in lectura & recollect.& vide Ang.in l.ſciendum.ff.de vſur.vbi ponit de famulo.

Sextò fallit quando quis nó eſſet domeſticus tempore teſtificationis, licet per prius fuiſſet, quia dictũ eius valet, vt not.Sali.in d.l.etiam.in fi.C.de teſt.

Septimò fallit q̃n familiaris non habitaret in domo, vel niſi reciperet ſalariũ à dño domus, & ita no. Alber.Mal.in ſuo tract.de teſt. in 10.& 11.col.allegat Cardin.in cap.in inſinuante de offic.deleg.

Octauò fallit quando quis ſtaret pro expenſis in domo alicuius, nam iſti videntur idonei teſtes.ita Albe.loco citato in 12.col.allegat Io. Andr. in addit.Spec.in tit.de teſt.verſ.nunquid ergo domeſtici ad teſtificandum. vt per Bal.in cap. vaſallus.col. 1.in fine, ſi de feudo fuerit controuerſia.

Nonò fallit, quia in factis antiquis & fama longæua

grauа admittuntur domeſtici ad teſtificandum, vt per Bal. in d. c. vaſallus. col. 1. in fine.

Decimò fallit, quia quæ domi fiũt, poſſunt probari per teſtes domeſticos. & ita not. Feder. de Sen. conſ. 114. allegat c. veniens, el. 2. de teſtib. idem tractat Bart. expreſsè in l. quoties. C. de naufr. libr. 11. Spe. in tit. de teſte. §. 1. verſ. quid ſi teſtis. & Alb. vbi ſupra. col. 21. vide Bal. in l. ſcimus. §. licentia. de iu. deli. & quod no. in l. 2. C. quãdo & quib. quar. pars deb. lib. 10. & in auth. de monachis. §. cogitandum. & vide Ang. l. ſciendum. ff. de vſur. vbi tenet quod maſſariæ & ſuppellectilia poſſunt probari per illos de domo, verum fornicatio occulta nõ poteſt probari per famulos viri & vxoris ad dirimendũ tamen matrimonium, vt eſt tex. & ibi not. Abb. Sic. in c. literis. in 1. col. de teſt. vbi limitat iſtam materiam.

Vndecimò fallit, quia negotiorum geſtor etiam cum ſalario ſi habitat ſeorſum à domino extra domum ſcilicet poteſt adhiberi teſtis, & valet eius dictum: ita not. Card. in c. in literis. extra de teſt. allegat Cy. in d. l. etiam.

Duodecimò fallit quando poneretur ad torturam & perſeueraret, quia eius dictum reintegratur & efficitur validum, vt videtur tenere Alb. Mal. in ſimili in ſuo tract. de teſt.

Decimotertiò fallit, quando ille contra quẽ producitur teſtis domeſticus non ignorabat illum eſſe talem & tacuit, quia valet eius dictum quia videtur dictũ eius approbaſſe ex quo ſciebat ipſum domeſticum, ſecus ſi ignoraſſet ipſum domeſticum, vt per Specu. in tit. de teſte. §. 1. verſic. quid ſi teſtis. & Albe. d. tract. col. 18.

Decimoquartò fallit, quia clericus admittitur in teſtem in cauſa eccleſiæ ſuæ c. 1. 14. q. 1. & in c. ſuper eo, eo. tit.

Decimoquintò fallit in probatione conſanguinitatis. 33. q. 6. c. 1. ſiue ad dirimendum matrimoniũ contractum ſiue contrahendum. c. veſtra, qui matrimonium accuſ. poſſ. licet hoc limitatur per Doc. in d. c. veſtra.

Decimoſextò fallit qñ canonici accuſant prælatum ſuũ de aliquo crimine, qa teſtis domeſticus eſt idoneus, vt per Alb. Mal. in 20. col. & ibi ponit etiã alium caſum in quo valet dictum teſtis domeſtici.

Decimoſeptimò fallit, quia quando veritas aliter apparere non poteſt, tunc admittitur teſtis domeſticus, per l. cõſenſu. C. de repu. c. veniens. extra de reſcri. quod declara & limita vt per Alb. vbi ſup.

Decimooctauò fallit, quia teſtis domeſticus admittitur in crimine læſæ maieſtatis, in crimine plagij & aliàs, vt per Ang. in l. conſenſu. C. de repud.

Decimononò fallit, quia domeſtici teſtes cũ tormentis faciunt plenam fidem, vt per Alb. Mal. vbi ſupra in 21. col. idem quando non eſſet vehemens præſumptio contra eos, ſecundum eundẽ ibidem.

Vigeſimò fallit, quãdo domeſticus receſsiſſet de domo, nam videtur ipſum admittendum eſſe, vt teſtificetur, prout tradit Card. in c. inſinuãte. extra de off. dele. & vide etiã q̃ no. infrà proximè in ſeq. reg.

Vigeſimoprimo fallit, quia ſi admittitur ad teſtificandum domeſticus, tunc valet dictum ipſius, vt not. plenè Alber. Mal. in ſuo tract. de teſt. 2. par.

Vigeſimoſecundo fallit, quia ad probandam innocentiam de crimine familiares & concubiculares ſunt idonei teſtes, vt in terminis not. Spec. in tit. de inquiſit. §. 1. verſi. ſed nunquid. facit quod not. Io. And. in add. Specu. in tit. de teſt. §. 1. verſi. quid ſi olim fuit.

Vigeſimotertio fallit, quia licet duo domeſtici non ſufficiunt, tamen tres ſeu maior numerus ſufficeret, & suppleret defectum qualitatis teſtiũ. per no. per Iac. But. in l. 3. poſt prin. ff. de teſt. & ibi gl. & Io. And. in addi. Spec. in tit. de not. crimine. §. fama, in additione incip. allegat. & Ioa. de Imol. in l. qui teſtamento. in 1. col. ff. de teſta. & expreſsè firmat Nico. de Neap. in l. excuſatur. in prin. in 2. col. ff. de excuſ. tut. facit quod no. Bald. in l. ſi quis ex §. 1. ff. de eden.

Vigeſimoquarto fallit, quando non fuiſſet oppoſitum contra teſtes de domeſticitate. de quo vide in quodlibeto ſtellæ. 102.

Vigeſimoquinto fallit in familia poteſtatis, quę poteſt pro eo in ſyndicatu teſtificari. de quo vide Bal. in l. obſeruare. §. 1. ff. de off. proconſ. & Leg. & Ant. de Bu. in ſuo repertorio in d. teſt. in 12. col.

Vigeſimoſexto fallit, quia licet omnes domeſtici quibus imperari poteſt ratione patrię vel dominicæ poteſtatis repellantur indiſtinctè à teſtificando, tamen familiares qui non ſunt ſub dicta poteſtate vt conſanguinei, coloni, aſcriptitij & mercenarij non repelluntur, ſed eis creditur prout iudici videbitur attentis circunſtantijs. ita Abb. Sic. in cap. in literis. in 2. col. de teſt. ſecundum glo. ibi.

Vigeſimoſeptimo fallit, quia vnus de vniuerſitate licet videatur familiaris vel domeſticus, nihilominus teſtificatur pro ipſa vniuerſitate, non autem pro aliquo ſingulari illius vniuerſitatis. & ita not. Abb. in c. in literis, de teſt. in 2. col. ſecundum glo.

Vigeſimooctauo fallit in feudis vbi domeſtici vtriuſq; partis admittuntur, vt eſt tex. in c. 1. §. 1. ſi de inueſti. inter domi. & vaſall. lis ori.

Vigeſimonono fallit, quia domeſticus ipſius teſtis admittitur ad teſtificandum, ſecus in domeſtico partis. de quo per Bal. in l. qui teſtam. §. quæcunq;. ff. de teſtib. & Inno. in c. inſinuante, de off. deleg.

Ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 13. per Tob. in §. ſed cum aliquis. Inſtit. de teſtam.

Fallit in 32. caſib. vt per Diaz. regu. 547. Ampliatur et & limitatur in 18. caſib per Ant. Gab. lib. 1 de teſti. concl. 10. Fallit in 8. caſib. vt per Marſil. in l. 1. §. ad quæſtionem. ff. de quæſtio. & in l. de minore. § tormenta, nume. 8. ff. de quæſtio. Fallit in 26. caſib. vt per Lancil. in tract. de prætore, in tit. de teſtib. in c. perſonas teſtium. num. 41.

REGVLA XII.

DOMESTICI ſeu familiares quibus caſibus non poſsint teſtificari. & qui ſint domeſtici, ſerui, coloni, aſcriptitij & famuli. Et dic primò q̃ omnes cùm ſint domeſtici, non poſſunt eſſe teſtes, vt per Alb. Mal. in ſuo trac. in 1. par. in 9. col. allegat l. fin. §. 1. C. de his qui ad eccle. confug. & vide Baldum & alios in l. etiam. C. de teſtib.

Secundo quia vir & vxor videlicet alter pro altero non poſſunt eſſe teſtes quia ſunt domeſtici, vt per glo. in l. pridem. C. de quæſtio. & glo. & Sali. in l. etiam. C. de teſtib. & idem tenet Alb.

Tertio omnis cui poteſt imperari ratione patriæ, dominicæ ue poteſtatis, non dicitur eſſe idoneus teſtis, nec debet admitti ad teſtificandum, ſecundum Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſi. ſed nunquid. not. Alb. limitando tamen iſtud in d. loco vbi ſupra.

Quinto

Quartò, quia familiaris qui recipit ſalarium non debet admitti ad teſtificandum. argum. l. reſpiciendum. §. furta. ff. de pœnis. & ita not. Alber. Mal. vbi ſuprà.

Quintò, clientulus, mercenarius, colonus, aſcriptitius non admittuntur ad teſtificandum, quia dicuntur teſtes domeſtici, vt per Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſ. item excipitur. & Alb. vbi ſupra.

Sextò ſi aliquis non fuit domeſticus ante, ſed tempore iuramenti ſit, nõ valet eius dictum, vt Salicet. in l. etiam. C. de teſt. ſecus econtra vt ibi per eum. & dixi etiam ſuprà.

Septimò teſtis dicitur domeſticus quando eius dictum recipitur ab illis de domo, & ideo non valet, vt not. Salic. in glo. in l. ſolam. in prima col. C. de teſt.

Octauò dic quòd omnis ille ad quem peruentura eſt hæreditas, dicitur domeſticus ſecundum Petrum de Ceruot. refert Bal. in tit. qualitèr deb. vaſ. iur. fidel. c. 1.

Nonò, quia famuli & mercenarij habitantes in domo vel non habitantes, ſed frequentantes domum, vt ſunt laboratores poſſeſsionũ dicuntur domeſtici, & ideo non admittuntur ad teſtificandum, vt not. Pau. de Caſt. in l. etiam. in prin. de teſt.

REGVLA XIII.

FAMVLO non creditur nec debet admitti teſtis pro domino, vt videtur glo. Inſti. de teſtam. §. in teſtibus.

Fallit primò ſi famulus nõ reperiretur nunc habitare cum domino. Abb. in c. in literis, in fi. de teſt. & Sali. in recollect. in l. etiã. C. eo. tit. & Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 18. col. & Ang. in l. ſciẽdum. ff. de vſur. qui tradunt cautelã vt expellatur de domo tunc quãdo dominus eum vult producere, quo caſu valebit eius dictum, niſi hoc feciſſet in fraudẽ, & hoc conſtaret, quo caſu valeret eius dictũ, vt not. Ang. & Cy. in l. etiam. C. de teſt. vbi idem per Pau. de Caſt. niſi remaneret aliqua reuerentia obligationis erga dominum, ſicut eſt de emancipato ſiue liberto erga patronum. ita no. Bart. in l. 1. §. idem. ff. de quæſtionib. vbi vide, & ibi appoſtillaui. vel niſi ob crimen fuiſſet reiectus, vt per Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 18. col. vel niſi expelleretur pendente iudicio, quia hoc præſumitur factum in fraudem. ita Alb. vbi ſupra.

Secundò fallit, niſi appareat quòd famulus ſit receſſurus cum domino ad partes ſuas, cum quo tamen de præſenti non habitat, vt not. Sali. in l. etiam C. de teſt. & ibi per Bal.

Tertiò fallit quando famuli eſſent bonæ conditionis & famæ, quia dictum eorum valeret & deberet admitti, ſecundum quod not. Inno. in c. in literis. de teſt. licet Ange. aliquantulum titubet in d. l. etiam. C. de teſt. ſecus ſi eſſent vilis conditionis, vt famuli ſcholarium vel berroarij, quia eorũ dictum non valet, vt per Bal. in l. etiam. C. de teſti.

Quartò fallit, quando famulus fuiſſet poſitus ad torturam & perſeueraſſet in eius dicto, quia dictum eius videtur conualidum. arg. l. conſenſu. C. de repud. & per Alb. in d. tract. col. 18.

Quintò fallit, quia famuli repulſi ab epiſcopo propter talia crimina propter quæ non debuiſſent eſſe familiares epiſcopi non poſſunt admitti contra epiſcopum: ita no. Ant. de But. in c. cùm oporteat, & in c. nulli epiſcoporum, de accuſa. & Alber. Mal. in ſuo tractatu in 2. par. in 18. col.

Sextò fallit, qui non ſunt in poteſtate domini, vt ſerui admittuntur ad teſtificandum, ſecus ſi eſſent in poteſtate, tamen iudex arbitrabitur quanta ei ſit fides adhibenda, vt no. gloſſ. & ibi Abb. Sic in c. literis. in 2. col. de teſtib.

Septimò, an capifer an capiſter vel famulus poſſit eſſe teſtis inter duos dominos. not. Card. in clemen. 1. de teſt. in vlt. col.

REGVLA XIIII.

COLONVS aut aſcriptitius ſi producatur teſtis pro domino repellitur in totum, ita tenet Alber. Mal. in ſuo tractatu de teſt. in 1. par. in 16. par. vbi allegat Albe. de Roſ. in l. etiam. C. de teſt. qui dicit hoc communiter ſeruari, licet Specu. dicat admittendum, ſed minor fides adhibeatur, vt per eundem Alber. vbi ſuprâ. ſed prædicta fallunt, primò vt poteſt colligi pluribus modis per ea, quæ not. ſuprà in regulis præcedentibus.

Secundò fallit, quia ſi dictus colonus & aſcriptitius admittuntur ad teſtificandum, pro domino, nõ minor fides eis adhibetur. ſecundum Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſic. item excipitur. & Alb. Mal. vbi ſupra. idem Abb. Sic in c. in literis, in 2. col. in prin. de teſt. vide Salic. in l. quoniam. C. de teſtib.

Ampliatur idem procedere in mercenario, glo. quæ communiter approbatur per DD. in c. in literis, de offi. deleg. refert Lanfr. num. 64.

REGVLA XV.

MERCENARIVS non admittitur teſtis pro domino licet Specu. dixerit quòd admittatur, ſed minor fides adhibeatur, vt per glo. in ſumma. 3. q. 5. & per hoc vide quod not. Alber. Mal. in ſuo tract. de teſti. in 1. par. in 16. col.

Sed fallit primò prout clarè colligitur ex his quæ dicta ſunt ſuprà in præcedentibus.

Secundò fallit: quia mercenarius admittitur ad teſtificandum, ſed iudex arbitratur quanta ſit ei fides adhibenda, de quo per glo. & Abb. Sicul. in ca. in literis, in 2. col. de teſt.

REGVLA XVI.

BERROARIVS admittitur in teſtem pro poteſtate ſiue officiali in ſyndicatu. Bald. in l. etiam, ver. ſed quid econtrà. C. de teſtib. vbi Sali. quoque, & Alber. Malumb. d. ſuo tract. in 4. par. col. 16.

Fallit primò quando Berroarius eſſet nimis vilis ita ꝙ propter vilitatem aliàs repelleretur, quia tunc non poteſt eſſe teſtis. ita Bald. in d. l. etiam, & Ange. in l. ſciendum. ff. de vſur. quos refert Alber. vbi ſuprà. *Lanfran. nu. 63. de teſtibus.*

Fallit ſecũdò, niſi Berroarius habitaret cum poteſtate, nec receſsiſſet à domo, quia tunc nõ admitteretur in teſtem in ſyndicatu, nam adhuc duraret familiaritas. Secus verò ſi receſsiſſet à domo, quia tunc reciperetur, vt per Bal. & Alber. in dictis locis. Vbi etiam quòd admittitur contra poteſtatem: tamen ſi dixerit partim contra eum, partim pro eo, quòd non poſſet diuidi fides teſtimonij.

Tertiò fallit, quia poteſtas inquirens contra aliquem producere poteſt Berroarium ſuum contra illum, ſaltem vt inditi & illum de maleficio vt poſſit illum ponere ad torturam arg. illorum quæ not. in l. de minore. §. tormenta. & in l. maritus. ff. de quæſt. & not. per Alb. Malumb. vbi ſupra in 9. col. de quo etiam vide per Anto. de But. in ſuo repertorio in dictione ſeu verb. teſtis in 3. col.

REGVLA XVII.

VASALLVS non admittitur ad teſtificandum pro domino vt tradit Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſ. nunquid vaſallus vbi diſtinguit, de quo etiam per Alber. Malumb. in ſuo tract. de teſtib. in 1. parte in 14. col.

Fallit tamen ſecundum eum primò quãdo quæſtio ſeu lis non eſſet mota ſuper re, quam habet vaſallus in feudũ ſeu in emphyteoſim, quia poſſet teſtificari, aliàs non, vt per Alberic. in l. idonei. ff. de teſtib. & per Butr. in c. inſuper. eo. tit.

Secundò fallit quando vaſallus non præſtitiſſet iuramentum fidelitatis, vt Spec. in tit. de teſt. verſic. nonnunquam, vt per Alber. Mal. vbi ſuprà.

Tertiò fallit quando vaſallus litigaret cum domino, quia alius vaſallus poterit pro alio vaſallo contra dictũ teſtificari, ita not. Alber. Malumb. vbi ſupra, allegat Bal. in l. libertorum. C. de teſtib.

REGVLA XVIII.

SVBDITVS alicuius domini non admittitur ad teſtificandum pro domino vt per Alberi. Malumb. in ſuo tracta. de teſtib. in prima parte in decimaſeptima col.

Fallit primò in cauſa Abbatis, quia poterit ipſe producere monachos ſuos, vt per Alber. vbi ſuprà, allegat Spec. in tit. de teſt. ver. quid contra.

Secundò fallit in ſubdito cui non poteſt imponi maximus terror ad libitum dominorum, vt eſt ille qui ſoluit cenſum, quia poſſet teſtificari, aliàs ſecus, & ita not. Bal. in l. 4. C. de teſtib.

Tertiò fallit quando non eſſet cauſa iuriſdictionis vel communis ciuitatis, quia poteſt eſſe teſtis, aliàs non, vt per Alber. vbi ſuprà, allegat Docto. in l. eos. C. de teſtib. & in l. idonei. ff. eo. tit. Idem Specu. & Ioan. Andr. in tit. de teſt. §. 1. verſi. nunquid. & ver. ſed nunquid vaſallus, & Anto. de Butr. in c. in literis. de teſtib.

REGVLA XIX.

CLIENTVLVS vel mercenarius nõ admittitur ad teſtificandum pro domino ſeu patrono ſuo, vt per Spec. in titu. de teſt. in verſi. Item excipitur, & Alber. citato tract. in 11. colum.

REGVLA XX.

LIBERTVS non rectè adhibetur teſtis, quia videtur perſona domeſtica ſeu familiaris, & videtur probari in l. lege Iulia. ff. de teſtib.

Sed fallit primò, quia contra patronũ licet nõ cogatur teſtificari, tamẽ ſi vult, poteſt, vt Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 2. parte in 4. & 5. col. in prin. & maximè quãdo patronus non cõtradiceret, ſed contrarium tenet glo. & Sali. in l. libertorum. C. de teſt.

Secundò fallit in teſtamento ad pias cauſas, quia libertus poteſt teſtificari contra patronum, vt not. Bal. in l. pen. C. de ſacroſan. eccle. in pen. col.

REGVLA XXI.

AMICVS non admittitur teſtis pro amico, vt l. 3. ff. de teſt.

Fallit primò quando eſſet amicus leui amicitia, ſecus ſi eſſet magna, quia in ſecundo caſu non admitteretur, ſed primò ſic, vt per Spe. in tit. de teſt. §. 1. circa prin. *Felin. in c. 1. & c. quoties de teſtib. Alex. conſ. 78. nu. 7. vol. 1. Iaſ in l. admonendi, nu. 179. ff. de iureiurand. vbi dicit, quòd non facit ſemiplenam probationem, Nellus in tract. de teſtib. nu. 5. Alexan. conſ. 154 nume. 4. vol. 5. Crau. conſi. 281.*

Secũdò fallit, quia amicus reputatur idoneus teſtis, & valet eius dictum quando deponit ſuper facto, quod nõ attingit amicitiæ commodũ vel damnum, prout poteſt poni exemplum ſi deponit ſuper re vendita quando amicus vendens non tenebatur de euictione. Ita Alber. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 12. col. allegat Alber. in d. l. 3. & idem Alb. Mal. vbi ſupra in 19. col.

Tertiò fallit quia multum amicus pro amico admittitur ad teſtificandum, tamen minor fides ei adhibetur, vt per Iac. de Bel. in auth. de monachis. §. cogitandi. & not. Ang. in l. ſciendum. ff. de vſuris. vide Abb. Sic. in c. quoties. in 2. col. de teſt. vbi dicit quòd charitatiua amicitia nullo modo repellit nec minuit fidem teſti, ſed carnalis ſic.

Quartò fallit, quia eſt in arbitrio iudicis, an admittat teſtem ad teſtificandum vel non, & ita not. Sal. ſecundum Pet. in l. eos. C. de teſtib.

Quintò fallit quãdo non fuiſſet oppoſitum nec proteſtatum à principio, vt not. glo. & Doct. in l. ſi quis teſtib. C. de teſtib & ibi Sal. in 6. col.

Fallit etiam ſi ſunt tres teſtes magna amicitia coniuncti, quare numerus ſupplet, glo. in l. ſciendum, de vſu. Bald. conſ. 50. col. 2. glo. in l. 3. ver. numerus. ff. de teſtib.

Fallit item ad probandam innocentiam, glo. in d. l. ſciẽdum, Bal. conſ. 50. vol. 2. Nouellus in trac. ad defenſam.

REGVLA XXII.

CONTRAHENS amicitiam cum inimico meo nõ repellitur à teſtificãdo, vt not. Sali. in l. ſi quis teſtib. in 6. colum. C. de teſti.

Fallit primò quando eſſet ſubditus illius qui inimicatur illi contra quem producitur, quia tunc videtur quòd repellatur, vt not. Sali. vbi ſupra, allegat. l. liberi. de inoff. teſt.

Secundò fallit, quando aliquid aliud adijcietur huic amicitię, putà affinitas in tali gradu, quo ipſum repelleret, vt not. Salic. ſupra alleg. l. etiã. C. de teſt.

Tertiò fallit, quando efficeretur ita amicus ſingularis, ita vt de eo poſsit ſuſpicari: & ita not. Sali. in d. l. ſi quis teſtib. in 6. colum. C. de teſtib.

REGVLA XXIII.

INIMICVS contra inimicum non admittitur ad teſtificandum. l. 3. ff. de teſti. & in auth. ſi dicatur. C. eod.

Inimicitia quomodo probetur vide 1. Reg. 409.

Fallit, primò quando inimicitia non procederet ex cauſa criminali, quo caſu teſtis admitteretur etiã inimicus, ſecus ſi ex cauſa criminali, licet minor fides adhibeatur, vt not. Alber. Mal. in 9. col. in ſuo tract. de teſt. alleg. glo. in d. l. 3.

Secundò fallit quando cauſa magnæ quantitatis ſiue partis bonorum etiam ciuilis verteretur, quia

ex hoc teſtis redditur inhabilis, vt not. Bart. in d. l. 3. ff. de teſti. & ſenſit Alb. vbi ſupra. Idem Bal. in d. l. 3. in prin. & glo. in §. ſi verò quis in verbo quæſtionis, in auth. de teſt. & Bart. in auth. minores. C. qui dare tut. poſſ. & glo. in authen. vt hi qui oblig. in § 1. & ſeq.

Tertiò fallit ſi inimicus fuiſſet recõciliatus quo caſu poſſet teſtificari. Iudex tamen debet arbitrari ſuper hoc & quantitatem inimicitiarum & modum reconciliationis, vt per Alber. vbi ſupra in 9. col. allegat Archi. in q. 2. ſecus ſi teſtificatus fuiſſet ante reconciliationem, quia licet ſequuta fuerit poſtea reconciliatio, dictum eius non valet, vt per Butr. in in c. cum oporteat, de accuſ.

Quartò fallit, quia ſi dubitatur an ſit inimicitia magna vel parua quæ habet repellere teſtes, ſtatur iudicis arbitrio, qui habet hoc determinare, vt not. glo. in auth. vt hi qui oblig. §. ſed & ſi quis. & Bart. in auth. minoris. C. qui dare tut. poſſ. & Inno. in c. cum oporteat. de accuſat. & Bal. in auth. ſi dicatur. C. de teſt. & not. in ſpecie glo. 3. q. 5. in c. accuſatoribus. in glo. quæ incipit arg. & moderni & Ioan. de Imol. in cap. 1. de iudicijs.

Quintò fallit quando aliquis poſt litem motam vel quæ ſperabatur moueri, dederit cauſam inimicitiæ, vt quia vnicum teſtem percuſsit alapa ne poſsit teſtificari, nam tunc videtur admittendus, tamẽ hoc eſt arbitrarium vt not. Salic. in auth. ſi dicatur in 4. col. C. de teſt. alleg. Bar. in l. 1. §. ſi quis latrones. ff. de quæſtionibus. vide Bald. in l. ſed & ſi quis. §. 1. ff. ſi quis caut. & ibi D. Ioan. Bap. qui allegat in contrarium ibidem Ange. & Pau. de Caſtr. ſi culpa non fuerit ordinata ad illum caſum.

Sextò fallit quando pars habuiſſet notas cauſas inimicitiæ veteris & non oppoſuiſſet, vel ſcit inimicum produci in teſtem & nõ opponit, quia eius perſonam videtur approbaſſe, ita not. Salic. in l. ſi quis teſtib. in 5. & 6. colu. C. de teſt. vbi omnino vide.

Septimò fallit, quia leuis inimicitia non repellit teſtem à teſtificando, licet minor fides adhibeatur. Ita not. Sali. in d. l. ſi quis teſtibus. in 6. col. in prin. C. de teſtib. ſecus ſi eſſet capitalis vel grauis inimicitia, vt per Inno. in c. cum oporteat, de accuſa.

Octauò fallit, quia licet quis contraxerit amicitiam cum inimico meo, quòd nihilominus non repellitur à teſtificando, licet minor fides adhibeatur, ita not. Salic. in l. ſi quis, in 6. col. C. de teſt. vbi hoc limitat pluribus modis.

Nonò fallit in eo qui eſt inimicus propter odiũ publicum, eo quo odimus peccatores, ſed non propter odium priuatum familiare ſeu carnale, de quo per Abb. in c. quotiens, in 1. colum. de teſtib.

Ampliatur in 3. caſibus, vt per Marſil. in l. 1. §. præterea. ff. de q. nu. 1. Ampliatur in 7. caſibus & limitatur in 3. per Lancel. in tract. de off. præt. de teſti. c. circa perſonas. num. 65.

REGVLA XXIIII.

QVAE ſint cauſæ & quot & ex quibus teſtis repellatur à teſtificando propter inimicitiam, dic quòd ſunt multæ.

Primò quando quis ſpoliauit me rebus meis, vt vt no. Alber. in auth. ſi dicatur. C. de teſtib.

Secundò ſi ſpoliauerit aliquẽ bona fama, quæ eſt res precioſa. 9. q. 4. c. fama. l. infamia. C. de decur.

Tertiò ſi ſubditus ſpoliat ſuperiorem ſubtrahendo ſe ab eius beneuolentia, etiam lite pendent. vt in cap. olim. de accuſ.

Quartò dicitur inimicus capitalis ille, qui ſe copulauit cum alio inimico meo & cohabitat cum eo. c. cum oporteat, de accuſa. limita tamen vt per Alb. & Cyn. in d. auth. ſi dicatur. C. de teſt.

Quintò quando quis teſtificatus eſt contra me in cauſa criminali ita videtur tenuiſſe glo. & Innoc. in c. meminimus. & c. cum P. de accuſa. quod limita vt per glo. in cap. fraternitatis. de teſt. vide quod not. Abb. Sic. in c. præterea, in 2. col. de teſt. cog. & per Alber. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 12. col.

Sextò dicitur quando eſt ſuſpicio de inimicitia, quia eſt iuſta cauſa repellendi teſtes à teſtificando, vt Bald. in auth. ſi dicatur. C. de teſt. & not. Alber. in d. tracta. colum. 21. & in loco præallegato ponit prædicta.

REGVLA XXV.

INimicus quibus caſibus non teſtificatur contra inimicum vide ſupra in q. incipien. quæ ſint cauſæ, dic etiam quod inimicus non poteſt eſſe teſtis in illis caſibus vbi aliàs inhabiles admittuntur, & maximè circa ea crimina, de quibus alibi dixi. & ita no. Alber. vbi ſupra col. 29.

Secundò habet locum quando etiam de crimine agitur ciuiliter contra aliquem dummodo inferatur aliqua afflictio perſonæ ex illa accuſatione intentata, vtputa infamia, quia talis cauſa facit quòd inimicus ſeu odioſus repellitur à teſtificando, & ita not. Salic. in d. authen. ſi dicatur. C. de teſt. in tertia col.

Tertiò habet locum quando inferretur lis de ſtatu ſeu de omnibus bonis vel maiori parte ipſorum, quia inferens litem tanquam odioſus repellitur à teſtificando, vt per eundem Salic. in d. auth. ſi dicatur in 3. col. C. de teſt.

Quartò habet locum in olim inimico, quia olim inimicus, hodie præſumitur inimicus, niſi ſigna reconciliationis appareant, vt per Innoc. in cap. cum oporteat. de accuſ. & not. Sali. vbi ſupra in 4. col.

Quintò habet locum etiam in inimico reconciliato de proximo, quia adhuc de rancore ſuſpicari poteſt, qui ſtatim non præſumitur remiſſus, & ita not. Innoc. in d. c. cum oporteat. & Salic. vbi ſuprà in auth. ſi dicatur in 4. col.

Sextò habet locum, quia nedum inimicus repellitur à teſtimonio, ſed etiam ſuſpectus de graui inimicitia poteſt repelli, vt no. Sali. in d. auth. ſi dicatur, in 4. col.

Septimò quia eſt in arbitrio iudicis an repellatur teſtis propter inimicitiam attenta eius grauitate, vt not. Salic. in d. authen. ſi dicatur, in quarta col. C. de teſtib.

Octauò habet locum in eo qui factus eſt inimicus ſiue ante litem motam ſiue poſt, niſi ille contra quem producitur, dederit cauſam inimicitiæ, fortè dando vnam alapam prædicto teſti, tamen hoc eſt arbitrarium, vt not. Salic. in d. authen. ſi dicatur, in 4. colum.

Nonò habet locum in inimico producto in teſtẽ in abſentia partis aduerſæ & cõtumacis, quia ex poſt facto poterit opponi de inimicitia, ita not. Salic. in l. ſi quis teſt. in 5. col. C. de teſtib. & in d. auth. ſi dicatur in 4. col.

Decimò inimicus tempore lati teſtimonij, ſi tempore publicationis eſt amicus, non valet eius dictum, vt per Bart. in l. athletas. §. amplius. ff. de excuſ. tuto.

Vndecimò non ereditur teſti inimico etiam deponenti in articulo mortis per Bald. in titu. de pac. conſtan. in verbo vaſalli.

REGVLA XXVI.

INimicus ſi eſt reconciliatus cum inimico ſuo & ſecum fecit pacem, tunc poterit eſſe teſtis contra eum, vt per Bal. in authen. ſi dicatur. C. de teſt.

Sed hoc fallit primò quando amicitia & concordia fuerit facta à recenti, quo caſu inimicus reconciliatus non dicitur idoneus teſtis, vt in cap. accuſatores. 3. q. 5.

Secundò fallit quando reconciliatio fuiſſet ſequuta poſt depoſitionem ipſius teſtis, quia non reconualidat dictum ſuum niſi præceſſerit, vt per Anto. de Butr. in cap. cum oporteat, de accuſat. & Inan. And. in addit. Specu. in tit. de teſt. §. porro. in princip.

Tertiò fallit ſecundum Archid. quia iudex poteſt inquirere quales præceſſerint inimicitiæ & qualis fuerit reconciliatio, quia ſecundum qualitatem inimicitiarum, & actum reconciliationis teſtem admittet, ſeu repellet. prædicta habes per Albe. in ſæpe citato tract. in 1. par. col. 10.

REGVLA XXVII.

CRiminoſus repellitur à teſtificando, vt in ca. teſtimonium, de teſt.

Fallit primò in crimine ſimoniæ, quia propter acerbitatem huius criminis admittitur teſtis aliàs inhabilis ad teſtificandum ſuper hoc crimine, vt c. licet Hely. de ſimonia.

Secundò fallit in crimine hæreſis, vt in cap. vrgentis, de hæreticis.

Tertiò fallit in crimine ſacrilegij. 22. q. 4. cap. hi qui. & l. ſi quis, de epiſcopis & clericis.

Quartò fallit in crimine fraudatæ annonæ, vt in c. licet Hely. de ſimo. & in c. ſi quis presbyterorum, de rebus eccleſiæ non alien.

Quintò fallit in cauſa dilapidationis ſi bona eccleſiæ fuerint dilapidata. Nam his caſibus teſtis aliàs inhabilis admitteretur, vt in d. c. licet Hely. & in c. ſi quis presbyterorum.

Sextò fallit in crimine fraudati cēſus, quod committitur quando quis pecuniam publicam depoſitam ſubtrahit, quns omnes caſus ponit Specu. in tit. de accuſ. §. 1. circa finem, quem ſequitur Inan. And. Abb. & But. in c. fi. de teſt. & Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 1. par. col. 24.

Septimò fallit quando eriminoſus producitur contra criminoſum, vt per glo. in l. 3. §. leg. Iulia. & l. quoniam, de teſtibus. & per Alber. Malumb. vbi ſupra.

Octauò fallit, quia ante ſententiam criminoſus non repellitur à teſtimnnio de iure ciuili, ſecus de iure canonico, ſecundum quoſdam, licet Alber. Mal. hoc non ſequatur in prima parte ſui tractatus in ver. 32. & 33. vbi dicit quòd aecuſatus de crimine vel ſuſpectus de crimine vt quia ſit poſitus in vinculis non poteſt teſtificari. vide aliter per Abb. Sicu. in cap. ſuper eo, de teſt. ſufficit aut de iure canonico quòd teſtis ſit conuinctus vel confeſſus de crimine vt repellatur, in capitul. teſtimonium, extra de teſti.

Nonò fallit ſi teſtis eſt criminoſus tempore depoſitionis & hoc ſit notorium. Nam teſtis examinabitur, licet poſtea reſeruetur eius diſputatio, ſecus ſi eſſet notoriū, quia ſtatim repelleretur, ſecundum Archid. licet aliqui hoc reprobent, dicentes quod teſtis non debet eſſe criminoſus nec tempore iuramenti nec tempore depoſitionis, & ita per Alb. Mal. in dicto ſuo tract. in 1. par. col. 36. & 37. de hoc vide per Abb. Sic. in c. teſtimonium. in 5. col. in fin. de teſtib.

Decimò fallit, quia ſi pars ſciuit teſtem criminoſum vel tempore iuramenti vel depoſitionis, & non oppoſiiit, amplius non poterit opponere, vt in authen. ſi dicatur. C. de teſti. licet in effectu hanc fallen. non ſequatur Alb. Mal. in dicta col. 37.

Vndecimò fallit quādo criminoſus fuiſſet emendatus de crimine, quo caſu nnn præſumitur poſtea in eo perſeuerare. & quis probet hanc emendationē ſeu perſeuerantiam criminis vide plenè per Alber. vbi ſupra colum. 37. & ſeq. & vide quod nnt. Abb. Sicul. in capitulo teſtimo. in penul. colum. extra de teſtib.

Dundecimo fallit, quia in atrocioribus admittuntur teſtes aliàs inhabiles ad teſtificandum, vt no. Antn. de Butri. in ſuo repertorio in dict. teſtis. in 24. col. allegat Guido. de Suza. C. de precibus imp. offer. l. 1.

Decimntertiò fallit vbi non fuiſſet oppoſitum cōtra teſtem de crimine, nam poſt examinationem non poteſt ſibi amplius opponi, vt nnt. Pet. de Ancha. in c. teſtimonium. de teſti. & Cy. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſt. quod fallit pluribus modis, vt infrà latius dicturus ſum.

Decimoquarto fallit, quia eriminoſus peracta pœnitentia admittitur ad teſtificandum in ciuilibus, ſecus in criminalibus, vt not. Ioan. And. in ſuo tracta. de teſt. in 1. colum. allegat 6. quæſtio. 3. cap. per crimen.

Decimoquinto fallit in ſimplici criminoſo, putà homicida, quia poteſt admitti de iure ciuili, quia particeps delicti admittitur in alia cauſa, tamen homicida computatur inter viles perſonas & ideo non videtur admittendus ſine tormentis. Ita nnt. Sali. in auth. ſi dicatur, in 4. eol. C. de teſtib.

Decimoſexto fallit, quia ſi teſti obijcitur de crimine in genere propter hoc non repellitur à teſtificando, & ideo debet obijci in ſpecie cum adiectione loei & temporis, vt in cap. præſentium. de teſt. lib. 6. & ita not. Sali. in d. authen. ſi dicatur. in tertia colum.

Decimoſeptimo fallit quando Chriſtianus teſtificatur eontra Iudæum, quia non poteſt excipere contra ipſum de crimine, diſtingue tamen vt per Abb. Sic. in c. Iudæi. de teſt.

REGVLA XXVIII.

CRiminoſus quibus caſibus repellatur à teſtificando. Dic primò ſi ſit perſeuerans in delicto, vt in c. teſtimonium de teſt.

Secundo ſi fuerit de crimine famoſo damnatus, vt 9. quæſt. tertia. c. ob crimen. & l. ob carmen. ff. de teſtib.

Tertiò ſi fuerit publico iudicio damnatus. vt l. *3.* §. lege Iulia. ff. de teſtib.

Quartò ſi reperiatur eſſe in delictis de quibus inſrà, in verbo infamis & de his per Alber. Mal. in ſuo tractatu in *22.* colum.

Quintò ſi teſtis dicat ſe eſſe criminoſum ad hoc vt euitet dicere teſtimonium, quia ei non creditur, vt per Innoc. in c. inquiſitio, de accuſa. & no. Alb. vbi ſuprà col. *36.*

Sextò ſi teſtis eſt criminoſus tempore depoſitionis licet non tempore iuramenti. verum de hoc intellige ſanè vt not. Arch. in c. conſtitutus. *3.* q. *5.* & Alb. citato loco, videlicet quando crimen erat notorium tempore depoſitionis, aliàs ſecus.

REGVLA XXIX.

INſamis infamia iuris repellitur à teſtificando, vt in cap. teſtimonium. de teſt. & l. *3.* §. lege Iulia. ff. de teſtib.

Fallit primò vbi alij teſtes haberi non poſſunt, tunc etiam admittentur infames ſed cum tormentis vt per Bar. in l. *1.* C. de ſum. Tri.

Secundò fallit in crimine læſæ maieſtatis, vt l. nullus. C. ad l. Iul. maieſta. & l. famoſi. ff. eo. tit.

Tertiò fallit in hæreticis ſecundum glo. in d. l. nullus. & in d. c. teſtimonium. licet aliter Bar. in d. l. *1.* C. de ſum. Trini.

Quartò fallit, quando infamis producetur contra infamem, vt in d. §. lege Iul. per glo. & glo. in d. c. teſtimonium. de teſtib.

Quintò fallit in caſibus quos not. ſuprà in proxima regula. hæc Alber. Mal. in ſuo tracta. de teſt. in prima par. col. *23.*

Sextò fallit, quia ſi tempore depoſitionis nō erat infamis, licet poſtea effectus fuerit infamis, nō propterea annullatur dictū teſtis, vt per Alber. vbi ſuprâ col. *29.* & habetur per Ioa. And. in addi. ad Spe. in tit. de teſt. verſ. excipitur. in fi. & Bart. in l. ad teſtium. §. *1.* ff. de teſtib.

Septimò fallit quando infamis fuit adhibitus, vt eſſet teſtis in aliquo actu & reputabatur tunc ipſum non eſſe infamē, certè poterit eſſe teſtis, vt per Bart. in l. *1.* C. de teſt. licet Bald. ibi teneat contra, de quo vide Alber. Mal. in d. ſuo tracta. in *1.* par. col. *18.* & vide pleniſsimè per eundem Alb. ibid. col. *63.*

Octauò fallit, quia ſi infamia præcedit aſſumptionem alicuius officij de qua appareat, tunc per talem aſſumptionem videtur diſpenſatum ſuper infamia per ſuperiorem, qui cōtulit dictum officium ſciens de dicta infamia, ſecus ſi fuiſſet occulta, quia non videtur diſpenſatum, & ideo priore caſu poterit teſtificari ſecundo caſu non, vt not. glo. in c. pręterea, de teſt. cug. & Alb. Mal. vbi ſuprà in *63.* col. in fin. vbi concludit idem eſſe quando infamia ſuperueniret præcedente officio & princeps toleraret ipſum permanere in dicto officio.

Nonò fallit, quia ſi ſunt tres inter quos eſt vnus infamis, non poteſt opponi infamia illi, cum alij duo probant ſufficienter, vt per Bald. in l. ſi quis ex argētarijs. §. exigitur. ff. de eden. & ibi per Ang. & in conſi. ſuo. i. & Bal. in l. præſcriptione, in *19.* col. C. ſi contra ius vel vtil. pub.

Decmò fallit, quia quando teſtes ſunt rogati ab vtraque parte, non poteſt eis opponi infamia vel vilitas, vt per Bal. in c. in nomine domini, in *1.* col. de teſtib. allegat glo. ſing. in authen. de teſtib. §. & licet. ſuper verbo ſupplicijs, licet cōtrarium teneat idem Bal. in c. præſentium. in fi. eo. tit. de teſtib.

Vndecimò fallit, quia ſi condemnatus appellauit & interim tulit teſtimónium licet poſtea deſeruerit appellationem, valet nihilominus eius dictū, vt per Baldum in cap. ſuper eo. de teſtib. vide Ant. de Butr. in ſimili in *12.* col. in dictione teſtis in ſuo repertorio.

Duodecimò fallit, quia infamis poteſt eſſe teſtis ad ſolennizandum contractum, vt per Innoc. in c. pia, de excep. libr. *6.* & in c. ex literis, de tranſact. & not. Ant. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſtis, in *24.* col.

Decimotertiò fallit, quia infamis admittitur ad teſtificandum in teſtamento ad pias cauſas cum tormentis aliàs non. vt per Bal. in repet. l. *1.* in antepen. col. C. de ſacroſan. eccl.

REGVLA XXX.

INſamis quibus caſibus repellatur à teſtificando quando eſt infamis infamia iuris.

Dic primò ſi teſtis dicat ſe infamem vt euitet dicere teſtimonium, quia ei non creditur, ſed repellitur, veluti crudelis ſuæ famæ, vt ſupra dictum eſt in *28.* reg.

Secundò habet locum, quia iudex ex officio poteſt repellere infamem à teſtificando, vt per Bal. in l. quos prohibet. ff. de poſtul.

Tertiò, quia infra tempora appellandi ſi non appellauit non poteſt deponere. arg. not. per Ang. in l. furti. de his qui not. infam. & ibi per Baldum in *4.* col.

Quartò quando infamis depoſuit & poſt reſtitutus eſt, vel ſi eſt infamis tempore depoſitionis, & non iuramenti, non valet eius dictum, per Bald. in c. ſuper eo. de teſtib.

Quintò, quia infamis etiam peracta pœnitentia non poteſt eſſe teſtis, vt not. Anto. de But. in ſuo repertorio in dictione teſtis in *3.* col.

Sextò, quia licet infamis admittatur ad probandum crimen læſæ maieſtatis, tamen non debet admitti ad probanda adminicula vel circunſerentia, vtputa matrimonium, licet Salic. in hoc vltimo teneat contrarium, de quo per eundem Salic. in auth. ſi dicatur, in *4.* col. in fi. C. de teſtib. allegat Bart. in l. in quæſtionibus. ff. ad leg. Iul. maieſt.

REGVLA XXXI.

INſamis infamia facti repellitur à teſtificando & eius dictum nullam fidem facit, vt eſt gloſſ. in l. Caſsius. ff. de ſenatoribus.

Fallit primò in ciuilibus quia talis teſtis admittitur, licet plenè ei non credatur, vt per Bar. in l. *1.* C. de ſum. Trinit.

Secundò fallit, vbi infamia facti ſurgeret non à delicto, ſed ab alia cauſa, tunc non repellitur, vt per Anto. de But. in c. teſtimonium. de teſt.

Tertiò fallit in cauſis criminalibus quia ad faciendum indicia, & ad formandum inquiſitionem contra aliquem teſtis infamis infamia facti facit fidem, vt per Bald. in l. *1.* C. de ſumma Trinit. & Alber. vbi ſupra.

Quarto fallit, quia infamis infamia facti ſi etiam repe-

reperiatur vilis perſona vltra dictam infamiam admittitur cum tormentis & 'dictum eius valeret, vt per Bar. in l. 1. C. de ſum. Trini. vbi ſupra col. 15.

Quintò fallit, quia in cauſis minimis admittitur ad teſtificandum infamis infamia facti, ſed in cauſis grauioribus etiam ciuilibus nullo modo admittitur, vt not. Abb. Sic. in ca. teſtimonium. in 7. & 8. col. de teſtib. alleg. Bal. in l. 1. C. de ſumma Trinit. & fid. catho. licet idem Abb. poſtea ſentiat contrarium, quod etiam in criminalibus admittatur in c. fi. in 1. col. de teſtib.

Sextò fallit, quia dictum infamis poteſt ſuppleri & reintegrari per alium teſtem idoneum deponentem ſuper eadem re, de quo alibi dixi.

Fallit in ciuilib. vt infamis infamia facti in ciuilibus admittatur, licet ei diminuatur, de fide, gl. in l. 3. §. duæ autem. ff. de carbo. edict. Fallit in 3. caſibus, vt per Iaſon. in l. cunctos populos. C. de ſumma trinitate, num. 67. Fallit in 3. caſib. vt per Soc. regul. 415. Fallit vt per Baptiſt. à Villa. concl. 29. in litera I. & quomodo efficiatur infamis, declarat Viuius in ver. infamia.

REGVLA XXXII.

EXiſtens in peccato mortali non admittitur ad teſtificandum, vt per gloſſ. in l. fin. C. de infamib. de quo plenè per Alb. Mal. in ſuo trac. de teſt. in 1. par. col. 27.

Fallit primò quando eſſet ſequuta pœnitentia vt per Albe. vbi ſupra, allegat Spec. in titu. de teſt. §. 1. ver. Item. & Lauren. in cap. qualiter & quando el. 2. de accuſat. & qualiter probetur pœnitentia ſeu emendatio, vide Doct. in c. teſtimonium. de teſtib. & glo. ibid. & per Alb. allegato loco.

Secundò fallit, quia de iure ciuili exiſtens in peccato mortali poteſt teſtificari & ſic criminoſus ante ſequutam tamen condemnationē, ſecus ſi poſt quia non poterit. De iure autem canonico teſtis exiſtens in peccato mortali non teſtificatur, & ita not. Abb. Sic. in d. c. teſtimonium. in 4. & 5. col.

Tertiò fallit quia ille qui eſt leuis opinionis, vt quia dicat quotidie mendacia, quæ tamen non lædunt quenquam admittitur ad teſtificandum, licet minor fides ei adhibeatur vt no. Abb. Sic. in d. c. teſtimonium. in 5. col. alleg. not. per Doct. in c. licet de proba.

Quartò fallit quando cauſa ſe ſubtrahendi à teſtimonio quis dicit falſum, vt quòd ſit inimicus, nam nihilominus eius dictum valebit, vt not. Abb. Sic. in d. c. teſtimonium. in 5. col. de teſtib. allegat c. inquiſitionis. de accuſat.

Quintò fallit quando peccatū mortale eſſet momentaneum, quia per hoc teſtis non repelleretur, ſecus ſi daretur in eo perſeuerantia, & ita not. Abb. Sic. in d. c. teſtimonium, in 4. col.

REGVLA XXXIII.

VSurarius repellitur à teſtificando, quia infamis, vt l. improbum. C. ex quibus cauſis infa. irro. & quia in peccato mortali, ad quod vide Ioan. de Amel. in ſuo tract. de teſt. qui allegat tex. 2. q. 7. teſt. & 3. q. 2. infames, & c. ſi duobus. de appel.

Fallit primò ſi iſte confeſſus eſſet peccata ſua & de his ſumpſiſſet pœnitentiam, vt per Io. de Amelia vbi ſupra, & qualiter probatur emendatio vide Alber. in d. tracta. in 1. par. col. 37. & ſeq.

REGVLA XXXIIII.

PEriurus quibus caſibus repellatur à teſtificādo. Dic primò quando quis venit contra iuramentum, de quo eſt dubium an ſit licitum vel ne, nam teſtis repellitur ac ſi veniret contra iuramentū licitum, vt in c. per venerabilem. §. pen. de elect.

Secundò repellitur etiā quando quis veniret contra illicitū iuramentum, quo caſu ſi pœnitentia non ſit ſequuta, non valet dictum teſtis. Ita Alb. Mal. not. prædicta in ſuo tract. de teſt. in 1. par. col. 29. & qualiter probetur emendatio, vide eundem ibid. col. 37.

Tertiò repellitur periurus ſiue ſit infamis ſiue nō, & ita not. Sali. in auth. ſi dicatur. C. de teſt. in 5. col. idem not. Abb. Sic. in c. teſtimonium. in 10. col. de teſt.

Quartò repellitur quis à teſtificādo quando deponit ſuper aliquo facto, & dicat ſe præſtitiſſe iuramentum quod teneret in ſecreto, quia periurus eſt, de quo per Sali. in l. nullum, in 3. col. C. de teſt. allegat Io. And. in c. literas, extra de præſump.

Quintò repellitur quia periurus in vna cauſa ſi ſit conuictus, non poterit amplius eſſe teſtis in alia. Ita not. Abb. Sic. in c. ex parte, in 3. col. de teſtib.

REGVLA XXXV.

PEriurus repellitur à teſtificando, vt per Albe. vbi ſupra in 7. char. & in c. teſtimoniū. de teſti. *vbi Felin. num. 19.*

Fallit primò quando quis veniret contra illicitum iuramentum & egiſſet pœnitentiam, nam hoc caſu poteſt eſſe teſtis, ſecus ſi pœnitentiam non egiſſet, quia videtur eſſe in peccato mortali & per conſequēs eſt infamis infamia canonica, ita videtur concludere Alb. Mal. vbi ſupra, alleg. Arch. 22. q. 2. c. 2. & in c. & ſi Chriſtus, de iureiur. & Hoſt. in c. teſtimonium. de teſtib.

Secundò fallit quando Papa diſpenſaſſet periurium admittendum fore, quia valeret eius depoſitio. Spec. titu. de teſt. §. 1. verſ. ſed quæro. per Doct. in cap. cum te, de re iud. & in c. per venerabilem, qui filij ſint leg. ſecus ſi non fuiſſet ſequuta diſpenſatio, etiam ſi fuiſſet emendatus, vt per Ange. in l. Lucius. ff. de his qui not. infamia.

Tertiò fallit in illis caſibus in quibus in effectu non eſt periurus, licet videatur periurus, vt ſi promiſi tibi ſoluere centum ad paſcha cum iuramento, & non ſoluam in termino, nam ſi poſtea elapſo termino ſoluam, non ero periurus, vt per Ant. de But. in c. teſtimonium, de teſti. & glo. in cap. apud miſericordiam. 32. q. 1. & de caſibus prædictis non nihil infra dicam.

Quartò fallit quoniam vellet teſtificari contra alium, non contra illum contra quem iurauit, quia poſſet vt per Alber. Malumb. vbi ſuprà in 29. col. in 1. parte.

Quintò fallit quando periurus non repellitur, ſi veniret contra illicitum iuramentum, ſequuta pœnitentia. nam iſto caſu poſſet teſtificari, ſecus ſi contra licitum. Ita Alb. Malumb. vbi ſuprà, quod non alleg. cap. conſtitutus el. 2. & cap. intimauit, extra de teſtib.

Sextò fallit quando periurus non eſſet infamis, quia tunc videretur poſſe teſtificari, de quo per Bar. & Ange. in d. l. Lucius. pro quo etiā facit quod not.

Alb. Malumb. in ſuo tract. vbi ſuprà licet vbi ponit quando periurus efficitur infamis. ibi Alb. Mal. teneat contrarium in prædicto caſu quod non admittitur.

Septimò fallit quando primò depoſuit cum iuramento & poſtea contrarium cum iuramento depoſuit ſuper eodem facto, nam ſtaretur ſecundo dicto, ſecus ſi ſuper alio facto, vt not. Tyndarus in ſuo opere in *28. 29. 30.* col. vbi latè materiam tractat, & plures caſus attingit.

Octauò fallit, quando aliquis iurauit tenere aliquod factum in ſecreto, & poſtea de eo deponit tanquam teſtis, nam valet dictum eius ſi in eo facto erat coniuratio aduerſus principem vel Rempublicam aliàs ſecus, & ita not. Salic. in l. nullum. in *3.* col. C. de teſtib.

Nonò fallit quando iuramentum fuiſſet temerarium, vt quia iuraſſet ſe non teſtificaturum cõtra aliquem, cùm tale iuramentum non obliget & poterit teſtificari, vt per Abb. in cap. intimauit. in *2.* col. de teſt. Idem Abb. in c. teſtimonium. in *7.* colum. de teſtib.

Decimò fallit quando quis iuraſſet tenere aliquid ſecretum, nam hoc non obſtante poterit compelli ad teſtificandum nec poterit opponi de periurio per alium cum ipſe fuerit cauſa huius mali, vt not. Abb. Sic. in d. c. intimauit. in *2.* & *3.* col. vbi tamen limitat prædicta ſecus fore in alio opponente. Item non procederet quando in delicto perſeueraret, aliàs ſecus. vide Abb. in c. conſtitutus. el. *1.* extra de teſtib.

Ampliatur & fallit per Lancil. in tractatu de pretore c. circa perſonas nu. 36. & poteſt Pontifex diſpenſare vt periurus non repellatur à teſtimonio. Fallit vt per Felin. in d. c. teſtimonium nu. 20.

REGVLA XXXVI.

EXcommunicatus repellitur à teſtimonio, vt in c. veniens el. *2.* extra de teſt. & *3.* q. *1.* cap. conſpiratores. & Alb. Mal. in ſuo tract.

Fallit primò, quia in cõtractibus poteſt eſſe teſtis & adhiberi, ſecus in indicijs, ita Bal. in l. *1.* C. de teſt.

Secundò fallit, quia ſi quis eſt excommunicatus ſub conditione, & ea pendente tulit teſtimonium, ſi poſtea conditio exiſtat, talis conditio non retrotrahitur, & ſic valet eius dictum. Ita Bal. in c. requiſiuiſti. in *2.* col. extra de appel. allegat not. in l. furti. §. *1.* ff. de infamib.

Tertiò fallit quando excommunicatus produceretur contra excommunicatum, quo caſu poteſt eſſe teſtis, vt eſt glo. in l. *3.* §. lege Iulia. ff. de teſt. licet Alb. Malumb. hoc reprobet in *1.* part. ſui tracta. in *23.* colum. allegans Spec. & glo. in contrarium in cap. teſtimonium. de teſt. & Bart. in l. cum mulier. ff. ſol. matr.

Quartò fallit quãdo fuiſſet abſolutus ab excommunicatione, & per conſequens fuiſſet emendatus, quod qualiter probetur, vide eundem Alb. vbi ſupra col. *37.* & ſeq.

Quintò fallit, & erit cautela quòd excommunicatus abſoluatur ad tempus ita quod donec & quouſque dixerit teſtimonium, ſit abſolutus, poſtquam autem dixerit illud reincidat in excommunicationem, & hoc quidem propter defectum teſtium fieri poteſt, vt plenè not. Abb. Sic. in c. veniens. in *9.* colum. de teſt. vbi etiam hoc limitat.

REGVLA XXXVII.

ABſolutus ab excommunicatione poteſt eſſe teſtis, vt latè per Innoc. in c. teſtimonium. de teſt. & Alber. dicto tract. col. *30.*

Sed fallit primò quando ſententia excommunicationis eſſet lata propter crimen quod irrogat infamiam, nam licet ſit ſequuta abſolutio non propterea poteſt eſſe teſtis, ſecus ſi illud crimen non irrogaret infamiam, vt per Inno. in ca. teſtimonium, & Alber. vbi ſuprà.

Secundò fallit quando quis fuiſſet excommunicatus propter furtum vel aliud delictum infamatorium, nam ſi illud confiteatur, licet poſtea abſoluatur, non propterea poterit teſtificari. l. *1.* ff. de his qui not. infa. & Alber. ibid. col. *32.*

Tertiò fallit quando quis eſſet accuſatus de crimine & eſſet excommunicatus, quia in iudicio non comparuit, nam propter accuſationẽ criminis redditur inhabilis ad teſtificandum licet poſtea abſoluatur, ſecus ſi eſſet excommunicatus ex contumacia etiam præcedente inquiſitione, quia abſolutus poterit teſtificari. c. fi. de teſti. & Albe. vbi ſupra. in *54.* col.

Quartò fallit quãdo in excommunicatione fuiſſet expreſſum delictum quod haberet repellere à teſtificando, & pars non appellauit infra decennium, & fuerit abſens tempore ſententiæ excommmunicationis, quia abſolutus non poterit teſtificari, niſi doceat de iniuſtitia ſententiæ, aliàs ſecus. Ita plenè not. Abb. Sic. in c. teſtimonium. in *11.* col. extra de teſt.

Fallit in 4. caſib. vt per Portium lib. 4. reg. 15. Fallit in 3. caſibus vt per Felin. in c. veniens nu. 38. & in c. teſtimonium de teſtib. Fallit in 4. caſib. vt per Lancil. in tract. de off. Prato. in tit. de teſtib. in c. circa perſonas nu. 37.

REGVLA XXXVIII.

FAlſario teſti non creditur, vt l. nullum. C. de teſt. & in cap. licet, de probat.

Fallit quando teſtis deponit falſum de eo quod eſt de præſenti, non autem de futuro, quia cum non tendat ad præiudicium ſeu obligationem tertij ex hoc teſtis non efficitur infamis, & propterea crederem ipſum non repellendum, vt per glo. in l. Lucius. §. quæro. ff. de his qui not. infam. & Alber. Mal. in ſuo tract. in *1.* part. in *28.* col.

REGVLA XXXIX.

ADulter non poteſt eſſe teſtis & maximè quando eſt condemnatus de adulterio, vt l. ſcio quidem. ff. de teſt.

REGVLA XL.

SImoniacus non poteſt eſſe teſtis vt per Cyn. & Bar. in l. *1.* C. de ſum. Trinit.

Sed hoc fallit in ſimoniaco occulto, quia eius dictum valet quoad temporalia, ſecus quoad ſpiritualia. Ita not. Bald. in l. Barbarius. ff. de officio præt. allegat Innocen. in cap. *3.* de reſtitut. ſpol. & ponit Ant. de Butr. in ſuo repertorio in dictis teſtis in *12.* colum.

REGVLA XLI.

MEretrici teſti non creditur. Ita Anto. de Butri. in ſuo repertorio in dictione teſtis in *22.* colum. allegat l. palam. §. non eſt. ff. de ritu nupt.

REGV-

REGVLA XLII.

APoſtata repellitur à teſtificando, vt no. Ant. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſtis. in *24.* col. allegat l. is qui. C. de apoſtat.

REGVLA XLIII.

PRoditor non poteſt eſſe teſtis. Ita no. Bal. in c. licet vniuerſis. extra de teſt.

REGVLA XLIIII.

INfidelis repellitur à teſtificando, vt no. Inno. de reprobat. teſtib. in *5.* colum. fallit tamen hoc vbi alia probatio deficit, quia tunc admittitur ad teſtificandum, vt no. Ant. de But. in ſuo repertorio in *20.* col. allegat. l. ſerui. ff. de teſt.

REGVLA XLV.

HAEreticus non poteſt eſſe teſtis, ita Anto. de But. in repertorio in dictione teſtis colu. *24.* quia eſt infamis l. *1.* C. de ſumma Trini. & idem no. Alb. Malumb. in ſuo tract. in *1.* part. in *23.* col. allegat Bar. & Cy. in d. l. *1.* & gl. & Doct. in c. teſtimonium. de teſt. & *2.* q. *7.* in c. ſi hæreticos.

REGVLA XLVI.

IVdæus non poteſt eſſe teſtis. not. Alb. Malumb. in ſuo trac. de teſt. in *24.* col. in *1.* part. no. in c. Iudei. de teſt. tamen Chriſtianus poteſt eſſe teſtis contra Indæum & alium infidelem de quo in d. c. Iudæi. vide ibi.

Primò fallit, quia Iudæus poteſt eſſe teſtis quando teſtificatur inter ipſos Iudæos, & vbi nó tractatur de præiudicio Chriſtiani, aliàs ſecus. vt nota. Card. in Clem. *1.* in *4.* col. de teſt. allegat Spec. in ti. de teſt. *1.* verſi. Item quòd eſt iudæus.

Secundò fallit, quia iudex contra Iudeum pro Chriſtiano poteſt eſſe teſtis, vt *2.* q. *7.* c. ſi hæreticus. & ſentit gloſſ. in l. quoniam multi. C. de hæreticis.

Tertiò fallit quando Chriſtianus hoc vellet & conſentiret, vt per gl. & Raph. in dicta. l. quoniam, ſunt tamen de hoc opiniones.

Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 8. per Lancil. in trac. de off. prætor in tit. de teſt. cap. circa perſonas, num. 34.

REGVLA XLVII.

COrruptus pecunia vel alio modo quibus caſibus non poſsit eſſe teſtis. Dic quòd teſtis eo ipſo quòd accepit pecuniam præſumitur corruptus & de falſo punitur, vt no. Abb. Sic in c. *2.* colum. de teſti.

Corruptus pecunia aut promiſsione vt dicat teſtimonium non poteſt eſſe teſtis. *L. ſi quis l. eos. C. e. c. licet de probat: c. 1. de teſtib.* de hoc per Spec. in tit. de teſte. §. *1.* verſi. item opponitur. Alb. Malumb. in ſuo tract. de teſt. in *1.* part. in *35.* colum.

Fallit primò, quia ſi quis fuiſſet corruptus dicere teſtimonium in aliqua cauſa & poſtea producatur in alia, talis corruptio non poteſt ſibi opponi poſt ſententiam, ſed ante ſic. ſecundum Innoc. in cap. licet de probat. licet hoc reprobet Alb. Mal. ſecundũ Bar. in loco vbi ſupra in *36.* col. vbi concludit ſufficere probari ſolam corruptelã etiam poſt ſententiam, licet aliter non probetur. vide quod not. Sali. in l. ſi quis teſtib. C. de teſt.

Secundò fallit ſi produceretur per aduerſarium in cuius præiudicium pecuniam accepit, quia ei creditur, vt not. Bald. in c. *1.* ſi de inueſt. inter dominum & vaſal.

Tertiò fallit, quia licitè datur pecunia teſti pro expenſis veniendi, ſtandi & redeundi, vt in c. ſtatutum. in fin. de reſcriptis. libr. *6.* & l. quoniam liberi. C. de teſtib. Secus ſi acciperet pecuniam cauſa teſtificandi. Et ita not. Abb. Sic. in c. *1.* in *1.* & *2.* colum. de teſtib.

Ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 4. à Lancil. in tract. de offi. Prætor in tract. de teſtib. verſ. corruptus.

REGVLA XLVIII.

SI inſtructus fuerit teſtis à parte vel ab aduocato non valet eius dictum vt per Alb. Mal. in dicto ſuo tract. in prima parte in *35.* col. Spec. in tit. de teſt. §. *1.* verſi. Item opponitur.

Fallit primò ſi pars inſtruxit teſtem vt plenè & apertè dicat veritatem, quia nihilominus valet eius dictum, vt in repertorio Bal. in *2.* colum. in dictione teſtis. de quo per Bal. in l. fin. C. ſi ex fal. inſtru. & an dicatur inſtructus & ſubornatus quando profert teſtis eadem verba, vide in dicto repertorio in *2.* colum.

Secundò fallit quia teſtes poſſunt inſtrui à parte vel aduocatis de modo teſtificãdi vt non deficiet in redditione cauſæ, & de his quæ conſiſtunt in iure, vt quid ſit fama &c. Ita no. Bald. & Paul. de Caſt. in l. cum & iudices. C. de iuram. cal.

REGVLA XLIX.

SI precibus fuerit inductus teſtis ad teſtificãdum non valet eius dictum. vide per Alb. Mal. in d. tract. in *35.* col. in *1.* part. & Spec in titul. de teſt. §. *1.* ver. item opponitur. Idem notat Sali. in l. ſi quis teſtib. in *9.* col. C. de teſt.

Fallit primò quia licitè poſſum rogare & deprecari aliquem vt perhibeat & dicat teſtimonium veritatis, & ideo valebit eius atteſtatio. Ita nota. Abb. Sic. in c. *1.* col. *1.* de teſt. poſt Hoſt. & But.

REGVLA L.

DAtiarius non poteſt eſſe teſtis, quia excommunicatus. de quo vide conſilium quod habes in quodlibeto crucis char. *161.*

REGVLA LI.

QVi non poteſt accusare, nó poteſt teſtificari, vt not. Gentilis in dictione accuſatio. allegat l. qui cum maior. §. *1.* ff. de bon. liber.

REGVLA LII.

REprobatur teſtis ſi pecuniam recepit, vt veritatem dicat. Ita no. Sali. in l. ſi quis teſtibus. in vlt. col. C. de teſtib. & iſte talis teſtis de falſo tenetur, vt dicam infrà.

REGVLA LIII.

BAnnitus poteſt eſſe teſtis, vt Bal. in cap. ſuper eod. de teſt. pro quo vide Bart. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui not. infam. & in l. infamem. ff. de publ. iudic. vbi videtur limitare.

Bannitus à teſtimonio repellitur Ia. in l. 1. §. ſublata, ff. ad Trebel Cranet. conſ. 309. & conſ. 220.

Fallit ſi eſt reſtitutus, Marſil. in praxi crim. §. aggredior, num. 94.

REGVLA LIIII.

IN facto proprio vel in cauſa propria deponenti non datur fides, vt *4.* q. *3.* c. Ité nihil. & l. omnib. C. de teſt.

Fallit primò in quæſtione de nuptijs, extra de teſt. cap. in nomine domini el. *1.*

Secundò ſallit in clerico percuſſo coram multis, vt extra de teſt.cog. c.peruenit. ;

Tertiò ſallit vbi defertur iuramentum actori in ſupplementum probationis, vt l.admonendi. ff. de iureiura. hæc Ioan. And. in ſuo tract. de teſtibus. in 5. c, in fi.

Quartò fallit, quia de facto proprio quo ad alios bene probat, ſed non quò ad ſe. Ant. de Bnt. in c. cum cauſam. extra de teſtib. & gloſſ. in c. Romana. de teſti. in 6.

Quintò fallit, quia vbi alij teſtes non reperiuntur admittitur quis ad teſtificandum in facto proprio, vt per gloſſ. & ibi Ant. de Butr. in c. dilecti. in 7. colu. de elect. & ibi alia ponit circa hanc materiam. vide etiam eundem Anto. in cap. cum olim. de dolo & contuma.

Sextò fallit in iudicio agitato per pupillum contra tutorẽ, quia laboratores poſſunt dicere & teſtificari ſe reſpondiſſe de fructibus ipſi tutori & eis creditur, vt per Bar. in conſi. 16. incip. cũ prædicta examinarem, circa fin.

Septimò ſallit, quia videtur quòd procurator ad negotia teſtificans ſaltem faciat ſemiplenam probationem, vt videtur notare Bartolus in l. admonendi, in verſicul. circa ſecundum ſcilicet librum rationum. ibi, vel ipſe de mandato ſuo. ff. de iureiur. quod not.

Octauò fallit, quia ſtatur dicto alicuins de facto proprio quando quæritur de eius conſcientia, vt not. in rub. ff. de acq. hæred. & l. cum falſum. ff. eo. tit. & l. ſi non ſit. ff. de aur. & arg. leg.

Nonò fallit quando quæritur de qualitate ſoli ſibi nnta, vt ſi dubitetur an quis ſit maſculus vel fœmina, quia hermaphroditꝰ & dubitatur in quo plus incaleſcat, nã ſtabitur eius dicto in hoc facto proprio, vt no. Guiliel. de Cun. & ibi per Bal. in l. cum quęritur. ff. de ſtatu hominum.

Decimò ſallit, quia creditur nuntio ſeu baroerio de ſacto, id eſt, de citatione ſacta per ipſum, & ſimili mndo de militibus denuntiantibus maleficia; de quo vide Anton. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſtis in 12. colum. & Bartolus in l. prima. §. 1. ff. de officio pręfect. vrb. vide quod not. in apoſtilla ſuper Bartol. in l. prima. ff. in ius voc. vt eant aut ſatiſd.

Vndecimò vbi ad ſolennitatem alicuius actus requiritur numerus & præſentia certorum teſtinm, vbi nunquam repelluntur vt inhabiles illi ad quns in conſequentiam tantum poteſt commodum pertinere, & ideo valebit inſtrumẽtum de quietatione facta vni ex correis ſi alter correus in ipſa tanquam teſtis interuenit. & ita no. Ang. in l. qui teſtamento. ff. de teſt.

Ampliatur in 4. caſibus. & limitatur in 5. per Lancil. in tract. de præte. in tract. de teſtib. c. perſenas teſtium, nu. 74.

Fallit in 3. caſib. vt per Sec. reg. 422.

REGVLA LV.

IN facto proprio vel in cauſa propria quibus caſibus non credatur teſti.

Dic primò vbicunque teſtis tractat de ſe exonerando ſeu liberando, nam talis nunquam eſt idoneus. & ita in effectu cnncludit Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 42. col. allegat Bart. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iur. fiſ.

Secundò non creditur in aliquo de his quatuor modis ſcilicet ratione vtilitatis, iuris rei, ratione iuris inſtantiæ & iuris officij. Nam his quatuor modis res dicitur propria. ita Bald. in l. dictantibus. C. de teſt. quem ſequitur Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 1. parte in 55. col. in prin.

REGVLA LVI.

COnſimilis cauſa ſacit quem repelli à teſtificando, idem in crimine conſimili. vt in c. perſonas. de teſtibus. & 4. q. 3. c. liberi teſtes. & l. quoniam. C. eodem ritu. facit. c. quoniam. extra de iudicijs. idem videtur tenuiſſe Specul. in titul. de teſtibus. §. primo. verſicul. item quòd habet. & idem Imol. in dicto cap. perſonas. & Feder. de Sen. in conſil. 61. & Anton. de Butr. & Docto. in cap. 1. de iudic.

Sed hoc fallit primò quando teſtis qui habet cõſimilem cauſam non prætenderet aliquod intereſſe ſeu commodum, ſeu haberet & ſentiret quo caſu eſſet idnneus teſtis, ſecus ſi verteretur aliquod commodum ſeu intereſſe ſuum. Ita not. Ant. de Butr. in d. cap. per tuas.

Secundò fallit quando deciſio cauſæ conſimilis haberet inferre aliquid ad cauſam teſtis, quo caſu non poſſet eſſe teſtis, tamen ſuper boc iudex debet arbitrari ſecundum Ioan. And. de bis vide Alb. Malumb. in d. tract. de teſtibus. in 1. parte colum. 38. & 39.

Tertiò fallit, quia videtur quòd talis habens conſimilem canſam ſit admittendus ad teſtificandum, tamẽ iudex ex varijs circũſtantijs arbitrabitur quanta ei ſit fides adhibenda. & ita Abb. Sic. in c. per tuas. in fin. de teſt. arguens in ſimili de legatario qui admittitur ad teſtificandum.

REGVLA LVII.

COnſimilem cauſam habens quibus repellatur à teſtificando.

Dic primò quòd repellitur in illis caſibus in quibus iudex repelleretur, ſi vt priuatus haberet conſimilem cauſam, vt no. Ioan. And. in c. per tuas, de teſti.

Secundò repellitur ſi ſit quęſtio an ſit certa conſuetudo in locn & producitur in teſtem, qui habet cauſam, in qua illam conſuetudinẽ allegat, vt Abb. in d. c. per tuas. col. 2.

Tertiò repellitur, vt quia producitur quis ad teſtificandum quòd Titius fuit publicus vſurarius, & ille idem qui producitur in cauſa alterius prætendit illum fuiſſe publicum vſurarinm, vt Abb. in d. c. per tuas. in 2. col.

REGVLA LVIII.

ADuocatus non dicitur eſſe idoneus teſtis tam in cauſa principali quàm in cauſa appellationis. l. fina. ff. de teſt. & c. romana. eo. tit. lib. 6. *Salicet. in l. omnibus. C. de teſtibus. Lanfran. de teſt. nu. 66.*

Fallit hoc primò quando aduocatus prius depoſuiſſet dictum ſuum quàm fuiſſet acceptus aduocatus. Nam ſi prius depoſuit, poterit eſſe aduocatus & valebit dictum ſuũ, ſecus ſi poſt depoſuerit vel deponere vellet. Ita not. Specu. in titu. de teſt. §. 1. ver. Item quòd eſt aduocatus. Idem Imo. in c. cum à nobis. de teſt.

Secundò fallit etiam ſi conuentum fuerit cum aduo-

aduocato de ſalario, licet nondum cœpit patrocinari, quo caſu poterit teſtificari & erit idoneus teſtis, ſecus ſi cœperit & iſta fuit opin. Guid. de Suza. pro qua allegat dictã l. fi. licet Spec. & glo. Io. And. aliter vbi ſupra, & glo. in d. l. fi.

Tertiò fallit, quando aduocatus produceretur de voluntate vtriuſq; partis. quo caſu etiam ſi præſtiterit patrocinium valebit eius dictum. arg. nota. in c. 1. eo. ti. lib. 6. imo poſſet cogi ſi pro ea parte cõtra quam in teſtẽ producitur, eſſet aduocatus, ſecundum Spec. vbi ſupra.

Quartò fallit, quia in alia inſtantia aduocatus poſſet produci ad teſtificandum, quia in illa nõ habet affectionem vt per Alb. Mal. in ſuo tract. in 40. col. in 1. part. alleg. Specul. vbi ſuprà verſi. Quid ſi aduocatus.

Quintò fallit, quia in ſubſidium deficientibus omnibus alijs probationibus aduocatus admitteretur ad teſtificandũ, vt ſi aliqua ſint ſecreta dicta coram partibus & ipſo aduocato, & ita nota. Anto. de Butr. in d. cap. cum à nobis. & Ioan. Ant. in addit. Spec. verſi. Item quòd fuit. licet Imol. teneat contrarium vbi ſupra.

Sextò fallit, quia quò ad informationem & præſumptionem faciendam poſſet examinari aduocatus ſecundum Imo. vbi ſupra.

Septimò fallit, quia ſi aduocatus accepit pecuniam ab vna partium vt aliam non foueat, nihilominus poterit eſſe teſtis & ita not. Spec. eo. titu. verſic. quid ſi receptum. licèt Alber. contra vbi ſupra quo loco.

Octauò fallit, quia aduocatũ aduerſarij poſſum cogere ad teſtificandum, vt not. Ant. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſtis in 27. colu. allegat not. per Cyn. & Iac. Butr. in l. etiam. C. de teſt. & idem not. Bal. in l. mandatis. in prin. ff. de teſtib.

Nonò fallit quia aduocatus, bene poſſet eſſe teſtis in inſtrumento, quia hoc eſt de voluntate partium, vt in c. ex literis, extra de tranſac. & ita no. Bal. in d. l. mandatis. ff. de teſt. vbi etiam dicit quòd poteſt inſtruere teſtem ad teſtificandum veritatem bona fide, non autẽ vt falſum dicat. Idem tenet. Card. in c. inſuper. circa fi. extra de teſti. dicens quòd cogitur teſtificari contra partem ſuam in his quæ ſcit vt priuatus, ſed in his quæ ſcit, vt aduocat⁹ quia pars ſibi reuelauit, nõ cogitur teſtificari. Sic nec ſacerdos, aliàs incideritin crimen falſi, nec excuſaretur ſi iudex hoc mandaret. & hæc omnia idem Cardi. in d. c. inſuper.

REGVLA LIX.

IVdex delegatus remouetur ab officio iudicandi, vt teſtificetur, cum hoc ſit munus magis neceſſarium quàm officium iudicandi. de quo eſt tex. in c. dilecto. de teſt.

Quod habet locum primò ſi pars vltra iudicem etiam haberet duos teſtes, ſecus ſi haberet pluret. & ita not. gloſſ. in d. c. dilecto. & Abba. Sic. in 2. colum.

Secundò habet locũ vt talis delegatus remoueatur & teſtificetur etiam quando quis haberet plures teſtes vltra tres vel quatuor & aduerſarius impetraſſet fraudulenter in iudicem, qui debebat produci in teſtem per partem eius aduerſam, & ita etiam nota. gloſſ. & Abb. Sic. vbi ſupra in d. c. dilecto.

Tertiò habet locum in cauſa criminali, quia quilibet ob defectum teſtium poteſt cogi ad teſtificandum, vt eſt in caſu iſto, & ita no. Abb. Sic. in d. c. dilecto. in 2. col.

Quartò habet locũ quando prædictus iudex ſciret aliquid ſuper cauſa in qua deberet produci, aliàs autem ſi iuraret ſe neſcire aliquid in dicta cauſa, nõ remouetur ab officio iudicandi, & ita no. Inno. in d. c. dilecto. vbi per Abb. Sic. in 2. col.

Quintò habet locum quia remouetur ab officio iudicandi & à dicta delegatione quando conſtat ꝙ ſciat aliquid de dicta cauſa & quòd eſt neceſſarius, & ideo ſuper his fit aliqualis cognitio antequam remoueatur, aliter autem poſſet & ita no. Abb. vbi ſupra in d. c. dilecto. in 2. col.

Sextò habet locum quando iudex delegatus antequàm peteretur remoueri ob munus teſtificandi commiſit in totum cauſam ſuam alteri, nam poterit eſſe teſtis. & ita tenuit Hoſt. vbi ſupra & Ioan. And. vbi per Abb. Sic. licet Inno. contra. ſed Abb. ibi diſtinguit aut antequã cognoſceret, commiſit in totum cauſam & poteſt eſſe teſtis, aut non in totum, quia aliquid ſibi reſeruauit & de rigore iuris nõ poteſt eſſe teſtis, ſecus de æquitate.

Septimò habet locum nedum quando ſunt dati plures iudices delegati vt vnus remoueatur pro teſtificando, ſed etiam quando eſſet datus vnus tantũ, quia in defectum poteſt compelli ad teſtificandum, vt not. idem Abb. Sic in d. c. dilecto. in vltima col. in fi. de teſtib.

REGVLA LX.

IVdex in cauſa ſuper qua cognouit, quibus caſibus non admittatur.

Dic primò quòd non poteſt eſſe teſtis in ea inſtantia in qua tunc eſt iudex, ne ſit teſtis & iudex, vt per Abb. in c. cũm à nobis. in 3. col. de teſtib.

Secundò repellitur quando vellet deponere in alia inſtantia putà in cauſa appellationis & ſuper ea haberet iudicare, aliàs ſecus. Ita Abb. vbi ſuprà in 3. colum.

Tertiò repellitur, quia ſi vult teſtificari ſuper negotio principali ſuper quo iudicauit, non poteſt, vt per Abb. vbi ſuprà, etiam ſi coram iudice appellationis vel alio vellet deponere propter affectionem quam prȩſumitur habere pro ſententia ſua manutenenda.

Quartò repellitur quando teſtificari vellet de actis geſtis coram ſe quando in eo caſu poſſet aſcribi dedecus vel laus vel vituperium ipſi, aliàs his ceſſantibus poſſet, vt per Abb. vbi ſupra in 4. colum. vbi dicit quòd etiam in primo caſu in ſubſidium admitteretur.

Quintò repellitur iudex quando vellet teſtificari de geſtis per ſe, niſi deponeret contra ſe, quo caſu ei creditur quando per eius teſtimonium non efficeretur criminoſus, ita quòd poſſet repelli à teſtimonio, vt putà quia detegeret negligentiam ſuam, aliàs autem non admitteretur, vel non admittitur quando laus vel vituperium poſſet ei aſcribi, vt ſupra, aliàs ſecus & ita not. Abb. vbi ſupra in d. cap. cum à nobis. in 3. & 4. colum.

Sextò non poteſt eſſe teſtis vt faciat plenam fidẽ ſolus, caſu quo poſſet teſtificari, ſed opus eſt quòd ſint

ſint alij, de quo vide Abb. in c. quoniam contra. in 20. col. de probat.

REGVLA LXI.

IVdex non poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua interuenit cognoſcendo ſeu iudicando, vt 2. q. 6. c. ſtatuendum. & per Docto. in l. ne in arbitris. C. de arbitr.

Fallit primò vbi veritas aliter apparere non poſſet, quia tunc iudex remouebitur ab officio iudicandi propter neceſsitatem officij teſtificãdi, debet tamen interuenire aliqua cauſæ cognitio circa hoc, & lis etiam non debet eſſe conteſtata, nam aliàs nõ poſſet remoueri, & ita nota. Alb. Malumb. in ſuo tract. de teſt. in 44. col. allegat Anto. in cap. dilecto. de teſt.

Secundò fallit, quia coram delegato cui iudex commiſit vices ſuas poterit idẽ examinari & deponere dictum ſuum, vt ſentit gl. in d. cap. dilecto.

Tertiò fallit, quia ſi ordinarius petat ab alio ordinario, vt deponat dictum ſuum de eo quod ſuit actum ſeu dictum coram eo tenebitur deponere, & adhoc poterit iudex compelli, vt not. eadem gloſſ. in d. cap. dilecto. quam ſequuntur Hoſt. & Anto. de Butr.

Quartò fallit quia licet corã ſe iudex non poſsit teſtificari, tamen corã alio vt in cauſa appellationis quando expirauit officium ſuum ſeu cognitio ſua, poterit teſtificari circa ea quæ reſpiciunt ordinem iudicij, ſeu proceſſum, non autem ſuper his quæ reſpiciunt terminum & deciſionem litis ſeu inſtantiam ipſius cauſæ, vt l. ob carmen. §. illud. ff. de teſti. & in c. cum dilecti. de accuſ. & 2. queſt. 6. c. ſtatuendum. licet Alber. Malumb. in dicto ſuo tract. 44. col. in 1. parte contrarium teneat.

Quintò fallit, quia ſi petitur reſtitutio in integrũ aduerſus ſententiam iudicis idem iudex admittitur ad teſtificandum ex quo non arguitur iniquitas iudicis in reſtitutione ſicut fit in appellatione. Ita tenet Bal. in l. ne in arbitris. C. de arbi. vbi tamẽ diſtinguit. & not. Alb. vbi ſuprà.

Sextò fallit, quia iudex coram alio iudice poteſt teſtificari, vt declararet animum ſuum, quod euenit quando in ſentẽtia ſunt verba ambigua quę poſſunt trahi ad plures effectus. Nam ſuper hoc iudex poteſt teſtificari, non tamen ſtabitur dicto vnius iudicis tantum, ſed ſi eſſent plures & concordarentur in teſtificando, bene facerent tunc fidẽ, vt per Bal. in d. l. ne in arbitris. licèt Alb. Mal. vbi ſupra teneat etiam ſtandum eſſe dicto vnius iudicis.

Septimò fallit, qui finito officio iudicis de actis quę fiunt ab alijs coram ſe creditur ipſi iudici, non autem creditur iudici de his actis quę ipſe fecit, niſi quantum ad informationem & præſumptionem, & iſta poteſt eſſe finalis concluſio prædictorum, & videtur concludere Io. de Imol. & ex mente Doct. in c. cum à nobis. de teſt.

Octauò fallit quando iudex admitteretur ad teſtificandum contra factum ſuum, quia tunc non eſſet præſumptio ſuſpicionis etiam in actis geſtis à ſe, per Imol. in d. c. cum à nobis.

Nonò fallit, quia iudex ordinarius pendente iudicio poteſt admitti ad teſtificandum ſuper his quæ geſta ſunt ab alijs, non à ſe, & ſibi credetur adhibito alio teſte, ſecus ſi eſſet delegatus, quia deberet remoueri, vt per Cy. in l. ne in arbitris. C. de arbitris. & Alb. vbi ſuprà licet hoc vltimum videatur contra omnes Doct.

Decimò fallit quãdo iudex depoſuiſſet in aliqua cauſa antequàm eligeretur iudex, quia dictũ ſuum nihilominus valebit, ſecus ſi poſt. de quo vide per Imo. in c. cum à nobis. de teſti. & Alb. citato loco.

Vndecimò, quia iudex qui fecit denuntiationem euangelicam poterit eſſe teſtis circa ipſam probandam, vt not. Abb. Sic. in c. in omni. in 3. col. de teſt. vbi etiam per Io. And.

Duodecimò fallit, quia cautela eſt, quando quis vult producere iudicem ordinarium in teſtẽ quòd faciat ipſum alteri cauſam committere, & coram illo delegato produceret ipſum in teſtem, nam hoc poteſt fieri in defectum aliorum teſtium, vt nota. Abb. Sic. in d. c. dilecto. in 4. col. de teſti.

Decimotertiò fallit, quia Epiſcopus nedum coram iudice cui commiſit vniuerſitatem cauſarũ poteſt eſſe teſtis, ſed etiam poteſt teſtificari coram ſuo Vicario & corã quolibet alio delegato, ita no. Abb. Sic. in d. c. dilecto. in 4. & 5. col. quod not.

Decimoquartò, quia in parua cauſa vbi nulla requiritur ſcriptura ſtatur ſimplici informationi & iudicis religioni ſicuti creditur relationi nuntij de citatione vel ſimilibus, & ita not. Abb. Sic. in c. quoniam. in 1. col. de teſt. allegat not. in auth. niſi breuiores. C. de ſent. ex peric. recit.

Decimoquintò fallit quando induceretur de voluntate partium, vt in c. Romana. de foro compet.

Decimoſextò poteſt examinari ſuper ſano & cõuenienti intellectu verborum ab eo probatorum, vt l. ab executore. ff. de appel.

Fallit in 11. caſib. vt per Lancil. in tracta. de offi. præto. in titul. de teſtib. cap. circa perſonas, nu. 63.

Fallit in 5. caſib. vt ꝑ Soc. reg. 199. Ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 9. per Fel. in c. cùm à nobis, de teſtib. nu. 7.

REGVLA LXII.

PRocurator non poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua interuenit, vt per gloſſ. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fiſc. & Cyn. in l. omnibus. C. de teſtib.

Fallit primò ſi finitũ eſſet officium procurationis, nam poteſt eſſe teſtis. Ita refert Specu. quoſdam tenere in tit. de teſt. §. 1. ver. Itẽ quòd fuit in eadem cauſa.

Secundò fallit quando procurator eſſet ſolùm inſtitutus & non exerceret officium procurationis, quo caſu poſſet eſſe teſtis, ſecus ſi exerceret dictum officium, & ita no. Inno. in c. inſuper. de teſt. idem ibi per Abb. Sic. in 6. col.

Tertiò fallit quando quis eſſet procurator ad vnum articulum cauſæ, quia in alijs articulis nõ prohiberetur eſſe teſtis & in cauſa appellationis, ſecus ſi eſſet procurator ad totam cauſam & effectus dominus litis, tunc nõ poteſt eſſe teſtis etiam in cauſa appellationis. arg. l. ita demum. C. de procu. & ita in effecto tenet Io. And. in c. Romana. de teſt. in 6. & Bal. in d. l. omnibus.

Quartò fallit, quia ꝓcurator poteſt eſſe teſtis in alia inſtantia q̃ in ea in qua eſt procurator, dũmodo commodnm ſeu incommodũ ad eum non ſpectet. Ita no. Alb. Mal. in ſuo tract. de teſti. in 1. par. in 22. col.

col.allegat Bart.in l.deferre. §. idem decreuerunt. ff.de iur.fiſ.

Quintò fallit quando produceretur de conſenſu vtriuſque partis, vel produceretur contra eum cuius fuit procurator, nam licet vertatur aliquod commodum ipſius procuratoris, nihilominus dicitur eſſe teſtis idoneus, ita not. Alb. vbi ſupra, alleg. Bart. in d. §. idem decreuerunt, quem vide, & Imol. in d.c. inſuper.

Sextò fallit vbi laus vel vituperium non poteſt aſcribi ipſi procuratori, nam finito officio procurator erit idoneus teſtis, ſecus ſi poſſet aſcribi laus vel vituperium, quia etiam finito officio nedū durante, nō diceretur idoneus teſtis. & ita no. Ant. de Bu. in d.c. inſuper. alleg. Io. And. in addit. Specul. in ver. ſed pone.

Septimò fallit, quia procurator aliqualem præſumptionem ſeu informationem poteſt eſſe teſtis, non tamen ad plenam probationē, vt ſuprà. & per Alber. citato loco, & Doct. Ind. l. deferre. §. idem decreuerunt.

Octauò fallit, quia licet repellatur procurator ſeu ſolicitator cauſæ, non tamē repelletur ſocius ſolicitatoris, qui nullatenus ſolicitauit, ita concludit Alb. Mal. vbi ſupra ſecundum dominos de Rota deciſ. 148. arg. etiam. l. nam ſocius. ff. pro ſoc. & 81. diſt. c. eligitur.

Nonò fallit, quia procurator in vna cauſa non prohibetur eſſe teſtis in alia, in qua ipſe non procurauit, & ideo procurator in cauſa poſſeſſionis non prohibetur eſſe teſtis in cauſa proprietatis, vt nota. Ant. de But. in c. cum à nobis. de teſt. prædicta omnia no. Alb. vbi ſupra, & idem not. Abb. Sic. ſecundum Inno. in c. inſuper. in 6. col. de teſt.

Decimò fallit, quia iudex debet inſpicere terminos litis: ſi enim præſumatur nullam affectionē habere ad litem debet ipſum procuratorem admittere. Ita no. Abb. Sic. in c. inſuper. in 6. col. de teſt. ſecundum Io. And.

Vndecimò fallit, quia ſi cōſtituuntur duo procuratores ab aliquo vnus valet in aliquibus negocijs, alius in alijs, & vnus poterit eſſe teſtis vbi alius eſt procurator. Ita Abb. Sic. vbi ſupra in 5. col.

Duodecimò fallit, quia procurator conſtitutus nedum ſi nō cœperit cauſam agere, ſed etiam ſi cœpit & poſtea renūtiauerit, poterit eſſe teſtis niſi poſſet ipſam iterum reſumere. Ita Abb. Sicu. ſecundum Innocen. & Ioan. And. in d.c. inſuper. in 6. colum. de teſti.

Decimotertiò fallit, quia vſque ad litem conteſtatam poteſt renuntiare officio procuratoris & teſtificari, poſt verò litis conteſt. non poteſt, quia cenſetur reuocatus ad hunc finem vt teſtificetur, vt per Abb. & alios alleg. cap.

REGVLA LXIII.

PRocurator extraiudicialis non poteſt eſſe teſtis in cauſis ſpectantibus ad ipſum vt procuratorem. de quo vide per Iacob. de Amelia in ſuo tract. de teſt. in 11. c.

Fallit primò, quia in negocio quod non geſſit, poterit eſſe teſtis procurator, licet in alio habeat mandatum, vt Sali. in l. omnibus, in quarta colum. C. de teſtib. vbi tenet quòd parte inuita poteſt teſtificari.

Secundò fallit, quia in negotio quod geſſit poteſt eſſe teſtis vtraque parte volente ad inſtar proxenetæ, vt in auth. de teſti. §. quoniam. & not. gloſſ. in c. romana de teſti. in 6.

Tertiò fallit, quia in eo quod geſſit, ſi producatur à parte aduerſa cuius mandato non geſſit, quod tunc poterit teſtificari, vt not. gloſſ. in l. 2. in fin. C. de teſtib. facit quod not. in authen. ſed iudex. C. de epiſc. & cler.

Quartò fallit, quia in negocio quod geſſit admittitur procurator ad teſtificandum, quando non conſequitur aliquod cōmodum nec liberationem vllam ex ſua teſtificatione, vt quia ego volens mutuare tibi 10. ducat. illos in præſentia Titij mei procuratoris mutuaui, quam pecuniam ipſe numerauit, nam iſto caſu poterit eſſe teſtis, quia ego videor numeraſſe, & ita no. Sal. in dicta l. omnibus. in 3. & 4. colum. C. de teſtibus.

Quintò fallit quādo ex dicto ſuo remaneret obligatus ex mandato, vt quia ego volens probare me poſſediſſe certum fundum produco procuratorem ſeu geſtorem negotiorum meorum qui atteſtatur me poſſediſſe & fructus percepiſſe, & interrogatus de cauſa ſcientiæ reſpondit, quia ipſe erat procurator meus ad locus ad locū & percipiendum fructus, & quòd locauit & fructus percepit, quos mihi tradidit certè iſte procurator ſatis probat, quia ſe non exonerat obligatione, ſecus ſi vellem probare per procuratorem meum quòd ipſe portauit & numerauit pecuniam Gaio de mandato meo, quia teſtificando quòd ipſe tradidiſſet Gaio ſe liberaret à mandato, & non valet eius teſtimonium, & ita not. Sal. prædicta omnia in l. omnibus in 3. & 4. col. C. de teſt. ſic intelligendo Bar. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iur. fiſ.

Sextò fallit quia ſi procurator producatur in teſtem ab eo pro quo geſſit, poteſt in ſubſidium pro eo teſtificari, licet ex eo laudem vel vituperium vel damnum ſentire videatur, aliàs niſi in ſubſidiū non poſſet. Ita Ant. de But. in cap. inſuper. de teſt. quem ibi refert Abb. in 6. col.

Septimò fallit in his qui conſueuerunt portare aliquas res vt ſunt portatores vini vel molendinarij vel ſimiles, qui conſueuerunt portare frumentum & farinam & vinum, quia cum ſint ad hoc deputati, & ſe ita exercent, poterūt produci in teſtes & eis creditur, & ita vidi aliàs conſultum, & pro hoc vide Raph. in d. l. deferre. §. idem decreuerunt, quia ita limitat Bart.

Octauò fallit, probo me dediſſe centum Titio vt illos tibi portaret, ſed Titius dicit recepiſſe centum ſeu frumentum vel aliud & illud tibi conſignaſſe, quia tunc eſt teſtis idoneus & creditur ei, quia eodē momento ſe facit creditorem & debitorē, ſicut creditur reſpondenti poſitioni connexæ in totum, vt not. Raph. in d. §. idem decreuerunt.

REGVLA LXIIII.

NOtarius in cauſa in qua interuenit ſcribendo repellitur à teſtificando, vt per Ioan. And. & alios in cap. quoniam. de probat.

Fallit primò, quia notarius actorem poteſt in alia inſtantia produci eo caſu quo fortè non apparet ſcriptura, ita not. Alber. Mal. in ſuo tract. in 1. parte col. 45.

Secun-

Secundò ſallit, quia ſuper proceſſu in alia inſtantia creditur dicto vicarij ſeu notarij vt per Io. And. in d.c. quoniam contra falſam. de probat. & Alb. vbi ſupra.

Tertiò ſallit, quia in cauſis leuibus notarius poteſt ſcribere dictum teſtis, & examinare tanquam iudex & ei credetur, & ita not. Bal. in c. cum à nobis. in 2. col. extra de teſti. alleg. not. in l. iubemus. C. de ſacr. eccle. vide etiam not. per Barto. in auth. niſi breuiores. C. de ſententijs ex peri. recit.

REGVLA LXV.

ASSESSOR non poteſt eſſe teſtis, vt not. Abb. in cap. cum à nobis. in 3. col. de teſt.

REGVLA LXVI.

ARBITER non poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua interuenit cognoſcendo vt arbiter, ita concluditur per Doct. in l. ne in arbitris. C. de arbitris.

Sed fallit hoc in his caſibus qui poſiti ſunt ſupra in regula de iudice, ita Alb. d. tract. char. *12.* & ideo recurre ad nota. vt ſupra proximè. & vide omnino quæ not. D. Lanſran. de Orian. in ſuo tract. de arbitris in *23.* char. qui in effectu videtur referre omnes fall. quas poſui ſupra in proxi. reg.

REGVLA LXVII.

ARBITRATOR non poteſt eſſe teſtis in cauſa in qua ipſe interuenit cognoſcendo ſeu decidendo. Ita Bartolus. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoc.

Fallit primò quãdo eſſet ſibi data poteſtas à partibus procedendi de iure & de ſacto cum ſcriptura & ſine ſcriptura, nam ſtabitur eius ſimplici informationi ſeu relationi, & ita not. Alb. alleg. loco, & adducit Bar. in auth. niſi breuiores. C. de ſententijs ex peric. recit. quem ſequitur Paul. de Caſt. ibi & l. ne in arbitris. circa fi. C. de arbit. licet Ant. de But. teneat contra in c. quintauallis. in pe. char. ad fi. *2.* col. de iureiu. ſed concord. vt per Lud. Ro. in l. ſciendum. in *34.* col. de verb. oblig.

REGVLA LXVIII.

VENDITOR non poteſt eſſe teſtis in lite mota ſuper re vendita ſeu empta, vt eſt gloſſ. in l. nullus. C. de teſtib. & Cyn. in l. omnibus. C. eod. titulo.

Fallit primò quando venditor non teneretur de euictione in lite mota ſuper re vendita nec etiam ad pretij reſtitutionem, ſecus ſi teneretur de euictione vel ad pretij reſtitutionem, quia tunc non eſſet idoneus teſtis. gloſſ. eſt in d. l. nullus. quam ſequitur Arch. in c. nullus. *4.* q. *4.* Idem Specul. in titulo. de teſt. §. *1.* verſi. quid de venditore. Idem Bal. & Sal. in d. l. omnibus. licet Cy. teneat contrarium ibi, & Io. And. in addit. ad Specul. vbi ſupra in ver. quòd de venditore. & But. & Inno. in c. inſuper. eo. tit.

Secundò fallit quando venditor admitteretur ex voluntate vtriuſque partis quo caſu valet eius dictum. arg. §. fi. in auth. de teſtib. & no. Alb. Mal. in ſuo tract. de teſti. in *1.* part. in *49.* col. vbi prædicta omnia ponit.

Tertiò fallit quia conſilium eſt ſecundum aliquos vt venditor vel ſimiles cedant ſua iura alteri, quo caſu poterit poſtea teſtificari. de quo per Anto. de But. & Imol. in c. inſuper de teſti. & ponit Alb. d. tract. col. *49.*

Quartò fallit, quia venditor in quæſtione futura poteſt teſtificari pro emptore, vt no. Ant. de Bu. in ſuo repertorio in d. teſt. in *15.* col. allegat Bar. in l. eos. & ibi glo. ff. finium reg.

Quintò fallit quando venditor haberet parem affectionem ad litigãtes, quo caſu poteſt eſſe teſtis, vt no. Sal. ſecundum Pet. in l. omnibus. in *1.* col. C. de teſt. alleg. l. pen. §. de illo. ff. de ritu nup.

Sextò fallit quando venditor teſtificaretur ſuper his quæ non reſpiciunt perfectionem contractus, ſed ſuper his quę ante contractũ potuiſſent euenire, nam hoc caſu nõ prohibetur teſtificari, vt not. per Sali. in d. l. omnibus. in *2.* col. C. de teſtib.

Septimò ſallit, quia vbi nõ teneretur de euictione videtur quòd poſsit eſſe teſtis attenta eius conditione & qualitate & quantitate cauſæ, & ita videtur notare Abb. Sic. in c. inſuper in *8.* col. extra de teſti. dicens hoc eſſe arbitrariũ propter affectionem quã venditor habet.

Ampliatur per Lancilottum de offi. prætoris tit. circa perſonas nu. 50.

REGVLA LXIX.

DONANS non teſtificatur ſuper re donata, vt per Cyn. in l. omnibus. C. de teſt. per But. & Doct. in cap. inſuper. eod. tit. *Lanf. nu. 88. Alb. nu. 21. par. 1. Alex. conſ. 2. vol. 1.*

Fallit primò quando donans non teneretur de euictione, quod eſt quando donatio incœpit à traditione non à promiſsione. Ita tenet Specul. in titu. de teſt. §. *1.* ver. ſed pone. & Ant. de But. in d. c. inſuper, de teſt. & Io. And. in addit. ad Spe. vbi ſupra in ver. quid de venditore. §. *1.* & in ver. ſed pone. licet Alb. Mal. teneat contrarium in d. ſuo tract. in *1. par.* col. *5.*

Secundò fallit, quia ſuper his qnæ ſunt extrinſeca à contractu donationis & non reſpiciunt perfectionem ipſius poterit donator eſſe teſtis, aliàs ſecus, hoc tenet Sali. in l. omnibus. in *2.* colum. C. de teſtibus.

Tertiò fallit generaliter vbi donans non poteſt aliquod intereſſe prætendere, nam hoc caſu erit arbitrarium iudici attenta qualitate perſonæ & quantitate cauſæ, ita not. Abb. Sic in d. c. Inſuper. in vlt. colum.

Amplia. in duob. caſib. vt per Lancil. de offi. prætor. de teſti. c. circa perſonas nu. 53.

REGVLA LXX.

EMPHYTEOTA vel dominus non poteſt eſſe teſtis in re emphytheotica vt per Alb. Mal. in ſuo tract. in *14.* col. in *1.* parte. & Ant. de But. in c. inſuper de teſt.

Sed hoc fallit primò quando non verſaretur lis ſuper re emphyteotica, quia cum nullum conſideratur intereſſe, poterit emphyteota eſſe teſtis pro domino. Ita nota. Alb. Malumb. & Ant. de Butr. vbi ſupra.

REGVLA LXXI.

VASALLVS vel dominus non poteſt eſſe teſtia in rè ſeudali, vt per Alber. d. tract. colum. *50.* vt videas. Guid. de Suza. in l. etiam. C. de teſt.

Fallit hoc quando ceſſaret ſuſpicio, vt quia dominus nõ ſit potens ita quòd vaſallus ipſum timeat, aliàs ſecus. ita not. Abb. Sic in c. inſuper. in vlt. col. de teſt.

de teſt. dicens hoc arbitrarium. alleg. Io. Andre.. in Spec. in tit. de teſt. §. 1. ver. ſed nunquid vaſallus

REGVLA LXXII.

CEDENS nõ poteſt eſſe teſtis in re ceſſa, vt per Bal. in l. omnibus. & ibi per DD. C. de teſt.

Sed fallit primò vbi ceſsio inciperet à traditione, ſecus ſi à promiſsione, quo caſu tunc cedens non tenetur de euictione, & ſic poterit eſſe teſtis in cauſa ceſsionarij, vt per Spec. in titu. de teſt. §. 1. ver. ſed pone. quem ſequitur ibi Io. And.

Secundò fallit, & eſt conſilium, ſiue cautela ꝙ ſi non habeas niſi vnum teſtem per quem poſsis probare ꝙ cedas iura tua alteri & poſtea poteris teſtificari in cauſa ceſsionarij, & hoc cõſilium ponit Spe. in ti. de procu. §. fi. ad fi. & in ti. de teſt. §. 1. ver. ſed pone. niſi dicta ceſsio fuiſſet facta in fraudem, quo caſu non ꝓdeſſet d. ceſsio vt per Io. An. in addi. ad Spe. vbi ſup. in ver. ſed pone, & ver. quid de venditore. & per Ant. de Bu. & alios in c. inſuper. extrà de teſtib.

Tertiò fallit quando cedẽs tranſtulit omnia iura in ceſsionariũ, ſecus ſi non abdicauit totum ius ab eo, quia non poſſet ex quo aliquid remanet in perſona cedentis. Ita not. Bal. ſecundum aliquos in l. omnibus. C. de teſt. licet non videatur ſequi.

Quartò fallit, quando ceſsio fuiſſet facta ex titulo donationis ſeu alio titulo lucratiuo, quo caſu poteſt teſtificari, ſecus titulo oneroſo, & cedens tenetur de euictione vt per Spe. in ti. de ꝓcu. in §. fi. ad fin. & ita in effectu concludit Alb. d. tract. de teſti. char. 18. Bar. & Bal. in l. hæredi. §. nos autem. ff. de pact.

Quintò fallit, quia cedens ad petitionem eius contra quem in cauſa eſt ceſsio, cogitur teſtificari, licet non ad petitionẽ ceſsionarij, vt no. Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 24. col. allegat Guido de Suz. in l. ſi procurator. aliàs in l. qui ſtipendia. C. de procurat.

Sextò fallit quãdo aduerſarius non cõtradiceret ceſsionario, ſed cõſentit ꝙ producat cedentem in teſtem, quia hoc caſu valebit eius teſtificatio aliàs non, vt not. Sal. in l. omnib. in 2. col. C. de teſt.

Septimò fallit, quando cedens non poteſt prætendere aliquod intereſſe, quo caſu erit arbitrariũ iudici, vt ipſum admitteret, attenta qualitate & cõditione perſonæ & quantitate cauſæ, & ſic ſi videbitur, aliàs non. ita no. Abb. Sic. in c. inſuper. in vltima col. de teſt.

Octauò an filij cedentis poſsint teſtificari pro ceſsionario ponit Bal. poſt Spec. in addit. Specu. in tit. de teſte in 2. colum. in prin.

Nonò an ſufficiat ceſsionario teſtimoniũ cedentis cum vno teſte, vide Bal. in addit. Spe. in titu. de procur. in fin. allegat Guil. in l. ſi tibi. de pact.

Ampliatur & limitatur per Lanci. in trac. de offi. præt. in ti. de teſti. de perſo. teſt. verſ. cedens. nu. 54.

REGVLA LXXIII.

FIDEIVSSOR nõ poteſt eſſe teſtis ſuper actione ſeu cauſa in qua fideiuſsit, vt per Io. An. in ti. de teſte. §. 1. ver. quid de fideiuſſore in additionib. ad Spe. *Fel. in c. inſuper de teſti. Hanc communẽ eſſe teſtatur Step. Auſr. de reprob. teſtib. nu. 45. Lanſ. nu. 8.*

Sed hoc fallit primò vbi debitor eſt ſoluendo, quia fideiuſſor poterit eſſe teſtis pro eo, ꝓ quo fideiuſsit, ſecus ſi nõ eſſet ſoluendo, quia nõ admitteretur. ita not. Spec. in tit. de teſt. §. 1. ver. quid de fideiuſſore. licet But. in c. inſuper. de teſte. & Io. And. vbi ſuprà teneant contrà.

Secundò fallit, quia pro ſequendo beneficio excuſsionis fideiuſſor pro alio fideiuſſore poteſt eſſe teſtis licet in inſtrumento quilibet ſe obligauerit, niſi eſſet color quæſitus. Ita Bal. in l. dictantibus. C. de teſt. prædicta ponit Alber. in ſæpè citato tract. in 1. par. col. 51.

Tertiò fallit, vt infrà in ſequen. regul. in 1. fallen. quod modò dicam.

REGVLA LXXIIII.

FIDEICOMMISSARIVS poteſt eſſe teſtis ſi eſt particularis. quod limita prout dicam infrà in legatario. ſi autem eſt vniuerſalis tunc nõ poteſt eſſe teſtis, quia habetur loco hæredis, qui non poteſt eſſe teſtis, de quo Bal. in l. dictantib. C. de teſt.

SEGVLA LXXV.

CORREVS non poteſt eſſe teſtis in cauſa correi cùm ad ipſum ſpectet commodum &c.

Fallit primò quia vbicunque ad ſolennitatem actus numerus & præſentia certorum teſtium requiritur, ibi nunquam repelluntur velut inhabiles illi ad quos per conſequentiam tantùm poteſt commodum pertinere, ideo ſi vni correorum debendi ſit facta quietatio per publicũ inſtrumentum in quo vt teſtis interuenit alter correus, non erit nullum inſtrumentum, dummodò habeat cõteſtem, quinimò ſi tres vel quatuor correi fuiſſent teſtes & non alij ſubſtentaretur inſtrumẽtum, ſecus vbi principaliter ad teſtem pertinet commodum, quia inter partem & teſtem debet eſſe diſtinctio perſonalis, & ita not. tradit Ang. in l. qui teſtamento. in prin. ff. de teſt.

Secundò quid ſi duo ſint obligati in eodem inſtrumento an vnus poſsit ꝓ alio teſtificari, hanc q. mouet Bal. in l. inuiti. ff. de teſt. & allegat Cyn. in l. dictantibus. C. de teſt.

REGVLA LXXVI.

ADHAERENS non poteſt eſſe teſtis, quod habet locum finita adhæſione, & hoc eſt propter affectionem quam habet ad ipſam cauſam, vt Inno. & Ant. de But. in c. inſuper. de teſt. ita Alber. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 1. par. in 5. col. Idem Abb. Sicu. in c. inſuper. in vlt. col. extrà de teſt. allegat dominos de Rota concluſi. 373. & 159. & 381.

REGVLA LXXVII.

SOLLICITATOR in cauſa non poteſt eſſe teſtis, & ita not. Abb. Sic. in c. inſuper. in vlti. col. extrà de teſtib. allegat dominos de Rota in concluſ. 373. & 159. Idem dicit Bened. in d. c. inſuper. vide ſuprà proximè vbi idem. vide apoſtillam in l. deferre. ff. de iure fiſ.

REGVLA LXXVIII.

TVTOR non poteſt eſſe teſtis in cauſa pupilli, per text. in l. fi. ff. de teſt. & idem glo. & Bar. in l. qui teſtamento. ff. de teſtamen.

Fallit primò, quia tutor poteſt eſſe teſtis quoad actum ſolennizandum vt valeat, vt per glo. & Bar. vbi ſuprà.

Secundò fallit, quia quoad iudicium fundandum ſi alius loco tutoris interueniat in iudicio ipſe tutor poterit eſſe teſtis, ſecus ſi ipſe tutor ſo-

lus interueniat. vt d.l.fi. ita Alber. Mal. in ſuo tractа. de teſt. in 51. & 52. col. in 1. parte.

Tertiò, quia tutor poteſt eſſe teſtis quando eſt datus actor ipſi pupillo à iudice, ſecus ſi eſſet datus ab ipſo tutore, quia idē tutor nō admitteretur pro teſte. Ita no. in ſim. per Inn. in c. inſuper. teſt.

Quartò fallit quando eſſet datus curator liti periculo ipſius pupilli, & non periculo ipſius tutoris, quia tunc tutor poteſt teſtificari, ſecus ſi eſſet datus periculo ipſius tutoris. Ita prædicta Alber. Mal. ſecundum Bald. in quæſtione de actore in 1. parte ſui tractatus in 52. col.

Fallit vt per Lancil. in tract. de pratore. in tit. de teſtibus. c. circa, num. 58. fallit in famulo tutoris, qui poteſt teſtificari pro pupillo. Bal. conſi. 444. volu. 1. Boſſ. in tit. de oppo. contra teſtes, num. 115.

REGVLA LXXIX.

ACTOR in cauſis ſui officij ſeu actoriæ non poteſt teſtificari, vt l. final. de teſtib. & per Alber. vbi ſuprà.

Oeconomus ſeu adminiſtrator bonorum eccleſiæ non poteſt eſſe teſtis, vt per Inn. de reprobatio. teſt. in 5. col. Io. Monach. & Archi. in cap. fin. de teſtib. lib. 6. vbi Ioan. And. in Nouel. & Domin. de ſan. Gemin.

REGVLA LXXX.

NEGOCIORVM geſtor non poteſt eſſe teſtis in cauſa quam geſsit ſeu adminiſtrauit, vt per Innoc. de reprobat. teſt. in 5. colum. & Iac. de Amel. de teſt. in 11. c.

Fallit quando nullum commodum vel liberationem conſequitur ex ſua teſtificatione, ita not. Sali. in l. omnibus. in vlt. col. C. de teſt.

REGVLA LXXXI.

EXECVTOR non poteſt eſſe teſtis quando de facto ſuo venit conſulendus, vt per Abb. in c. cùm à nobis, in 3. col. de teſt.

REGVLA LXXXII.

SYNDICVS communis vel collegij non poteſt eſſe teſtis in cauſis collegij vel communis adminiſtratis per ipſum, vt not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſtis in 20. col. allegat Bar. & Iac. But. in l. idonei. ff. de teſt.

REGVLA LXXXIII.

CVRATOR non poteſt eſſe teſtis in cauſis adulti, furioſi ſeu prodigi &c. vt per Innoc. de reprobat. teſt. in 5. col. facit tex. in fi. ff. de teſtib. & quod tradit Alb. Mal. tract. de teſt. in 1. par. col. 38. ver. notandum.

REGVLA LXXXIIII.

LEGATARIVS poteſt eſſe teſtis in re ſibi legata, vt not. in l. qui teſtamento. §. 1. ff. de teſt.

Fallit primò quando verſaretur quæſtio inter hæredem & legatarium de legato, quia tunc legatarius non poſſet eſſe teſtis, ſecus ſi vertatur quæſtio inter alios, qui contendunt inter ſe de hæreditate, quia tunc legatarius poterit eſſe teſtis, vt not. Spe. in ti. de teſt. §. 1. ver. quid de legatario.

Secundò fallit, quia ſi in omnē euentum legatarius eſt habiturus legatum, tunc ipſe erit legitimus teſtis, ſecus ſi eſſet habiturus legatū in ſolum euentum victoriæ cauſæ, quia licet admittitur ad teſtificandū nō ꝓpterea dicitur eſſe teſtis integer. Ita tenet Io. An. in addi. Spe. vbi ſup. §. 1. verſi. item quòd eſt. idem Anto. de Butr. & Vincen. in c. 3. de teſt. licet Alber. contrà in loco ſuperius citato.

Tertiò fallit, quia ſi legatarius interrogatur an talis fecerit teſtamentum, & tunc erit idoneus teſtis, ſecus ſi interrogetur an ſit legatum, quia non valebit dictum ſuum. Ita not. Bar. in d. l. qui teſtamento. in prin.

Quartò fallit, quia legatarius vnus poteſt eſſe teſtis pro alio legatario, quando cauſa ſui legati nō habet dependentiam à cauſa legatarij pro quo vult teſtificari, ſecus ſi haberet dependētiam, quia tunc non poſſet, ita concludunt DD. ſuprà alleg. & Alber. dicto loco.

Quintò fallit, quia in cauſa propria etiam admittitur legatarius quando alij conteſtes in ipſo teſtamento inuenirentur & deponerent, nam tunc ipſe poſſet teſtificari illa conſideratione quoniam legatum poteſt dari in codicil. in quibus ſufficiūt quinque teſtes. l. fin. C. de codicil. & ideo propter multitudinem teſtium, & quia de neceſsitate non exiguntur tot teſtes admittitur legatarius in cauſa propria, & ita effectualiter dicit Albe. Mal. vbi ſuprà, vbi etiam omnia prædicta ponit.

Sextò fallit, quia legatarius indiſtinctè debet admitti ad teſtificandum, tamen ei plena fides nō adhibetur propter cōmodum quod ſentit, & iſta fuit opi. Simonis Vicentini quam refert Abb. Sic. licet eam ſimpliciter non ſequatur in c. inſuper. in 7. col. de teſt. ſimiliter Io. An. in addi. Spe. in ti. de teſt. §. 1. ver. item quòd eſt talis, limitat dictā opin. Vincentij, quam opinionem non ſequitur in totum prædictus Abb. vbi ſuprà dixi.

Septimò fallit quando teſtamentum non capit eſſentiam ex dictis teſtium totaliter, vt eſt in teſtamento in ſcriptis, quia tunc legatarij poterunt eſſe teſtes, ſecus ſi caperet eſſentiam ex eorum dictis, vt quia ſcriptura non ſit facta, & tunc nō poterunt eſſe teſtes, quia ſunt ſuſpecti, & iſta fuit opi. Abb. Sic. in d. c. inſuper. in 8. col. de teſtib. qui reprobat omnes præcedentes opiniones.

Fallit in 2. caſib. vt per Fel. in c. inſuper. de teſtib. nume. 17.

REGVLA LXXXV.

PROXENETA non poteſt eſſe teſtis, vt per Bar. in l. deferre. §. idem decreuerunt. ff. de iure fiſ. & gl. in auth. de fid. inſtr. §. in his. & gl. & ibi Io. An. & Inn. in c. 1. de teſtib. in 6.

Fallit primò, quando ambæ partes conſentirent & eum producerent, nam non ſolùm facit fidem, ſed etiam cogitur teſtificari, vbi alias nō poſſet vt not. Ang. in auth. de teſti. §. quoniam verò. & Bal. in l. omnibus. ver. ſed dubitare. C. de teſt. & habetur per Alber. allegato loco. col. 55.

Secundò fallit, quando volens ꝓduceretur ab vna parte quo caſu ꝓbat, ſecus ſi inuitus produceretur, quia tunc nō probaret. Ita no. Bal. in l. omnib. C. de teſt. licet Io. An. vbi ſup. teneat indiſtinctè proxenetā ſiue habuit ſalarium ſiue nō, admittendum nō eſſe propter affectionē ad cōtractum, prædicta omnia ponit Alb. vbi ſup. & vide Sali. ad prædicta in d. l. omnib. in 3. col. vbi prædicta not. & de materia an proxeneta poſsit eſſe teſtis. vide in auth. de teſt. §. quoniam. & per Bar. in l. deferre. in princ. de iure fiſ. & Bald. in d. l. omnib. C. de teſt. & Sal. in l. fi. ff. de teſt. vbi tenet ꝙ ſic, ſed non

cogitur inuitus teſtificare, ſecus ſi ambæ partis vellent, & vide per Cyn. in l. fi. C. de ſalſ. & per gloſſ. not. in c. Romana. de teſt. in 6.

Fallit vt per Lancil. in tract. de prato in tit. de teſtib. c. circa perſonas. nu. 62. Fallit in 6. caſib. vt per Port. libr. 1. ſuarum concluſio. regula 21.

REGVLA LXXXVI.

SOcius pro ſocio in cauſis criminalibus nõ admittitur ad teſtificandum, vt l. quoniam. C. de teſt. & Spec. in tit. de teſt. §. 1. ver. Item quòd eſt ſocius criminis.

Sed hoc ſallit primò in crimine ſimoniæ, quo caſu ſi agatur ciuiliter & ſocius & particeps criminis non ſit inimicus, poterit eſſe teſtis, ſecus ſi agatur criminaliter. Ita Innocen. in c. veniens. de teſt.

Secundò ſallit, quia licet ſocius criminis nõ ſit interrogandus de conſocio criminis regulariter, tamen ſi confitetur de conſocio videtur ſacere indicium contra eum concurrente aliqua inſamia, de quo vide per Doctores in cap. 1. de conſeſ. vide tamen quod not. Bar. in l. repeti. ff. de quæſtionib.

Tertiò ſallit, quia ſi conſtat aliquem occiſum in vna domo & vnus de pluribus accuſetur, certè alij poterunt produci in teſtes tam in ciuili cauſá, quàm in criminali, niſi accuſaretur teſtis de eodẽ crimine vel conſtaret per calumniam hoc ſuiſſe emiſſum, vt per Bal. in Authent. ſi dicatur. C. de teſt. & prædicta ponit Alber. Malum. in dicto ſuo tracta. in prima part. in 56. & 57. col.

Quartò ſallit, vbi ſocius nõ participauit emolumentum, ſed tantum ſuit mediator, vt extrà de ſimonia. c. quamuis. & ita not. Ioan. Andre. in ſuo tracta. de teſt. in 1. colum. idem Sali. in l. quoniam. in 2. colum. C. de teſt.

Quintò ſallit in cauſa latrocinij, vt l. diuus. la 2. de cuſt. reo. & l. in prouinciarum. C. de ſerijs.

Sextò ſallit in maleficis, vt l. fin. C. de malefi.

Septimò ſallit in crimine ſalſæ monetæ, vt l. 1. C. de falſa monet.

Octauò fallit in crimine læſæ maieſtatis, vt l. quiſquis. C. ad l. Iul. mai. & in c. 1. extrà de procur.

Nonò ſallit in crimine ſacrilegij. 2. quæſt. 1. in primis, 17. quæſt. 4. qui autem.

Decimò fallit in crimine conſpirationis & coniurationis, vt in c. fin. in fin. de teſtib. cogen.

REGVLA LXXXVII.

SOcius pro ſocio in cauſa criminali non recipiur, quod habet locum etiam ſi nõ eſſet ſocius eiuſdem criminis numero, ſed eſſet ei connexum crimen, vt eſt lenociniũ cum adulterio, & ita not Sali. in l. quoniam. in 2. colum. C. de teſtib.

REGVLA LXXXVIII.

COnſocius in cauſa ciuili non poteſt eſſe teſtis, vt in l. quoniam. C. de teſt.

Fallit primò vbi nõ eſſet ſocietas omnium bonorum, ſed particularis, & deſenſiones eſſent diuiſæ inter ſocios, quia tunc valet dictũ ſocij, ſecus ſi eſſet ſocietas omnium bonorum vel eadem cauſa defenſionis, vt habetur per Docto. in d. l. quoniam. & Alber. dicto ſuo tract. col. 4.

Secundò fallit, quando in re illa ſuper qua debet examinari conſocius non adeſſet eadem cauſa deſenſionis, ſed eſſent diuerſæ deſenſiones, quo caſu ſocius poſſet examinari in cauſa ſocij. Ita no. Cy. in d. l. quoniã. & Alb. ſequitur vbi ſup. Socius poteſt examinari ꝓ alio conſocio in alia re ſeu negociatione, vt per Ang. in l. ſi duo rei. ff. ſi quis cau. & per Bal. & alios in d. l. omnib. C. de teſt. & vide Cyn. & Bald. in l. ſi filium. C. de libe. cau. vide Io. Andre. in ſuo tract. de teſt. in 1. col.

Tertiò ſallit, quando eſſet ſocietas incidens quia vnus ſocius poteſt ab alio ꝓduci quando eſſet quæſtio de alia parte ſocij, & non eſſet eadẽ cauſa defenſionis, vt no. Sal. in d. l. quoniã. in vlt. col.

Quartò fallit, quando ſocius producitur cõtra ſocium à parte aduerſa, tunc poteſt etiam teſtificari pro ſocio cùm pro vtraque parte debeat dicere veritatem, vt in auth. ſed iudex. C. de epiſ. & cler.

Quintò ſallit, quia colonus parciarius poteſt ꝓ domino teſtificari quantumcunque dicat quòd dimidietatem ſructuum ei portauerit, & aliam ſibi retinuit, vt no. Sal. in d. l. quoniam. in fi. C. de teſt.

Sextò ſallit, quando eſſet ſocietas talis quæ non faceret ſocios ſimul habitare vel cauſare maximã ſamiliaritatẽ inter eos, quia tũc poterit teſtificari, aliàs ſecus, quia iudex poterit arbitrari, an ſit admittendus vel non attenta qualitate amicitiæ vel cauſæ ſi ſit ciuilis vel criminalis. & ita dicit Abb. Sic. in c. inſuper. in vltima colum. extrà de teſtib.

REGVLA LXXXIX.

PRælatus in cauſa ſuæ eccleſiæ non poteſt eſſe teſtis, vt not. Innocen. in cap. inſuper, de teſt.

Primò ſallit, quãdo vicedominus ſeu ꝓcurator ꝑlati ageret in iudicio, quo caſu ꝑlatus poterit eſſe teſtis indiſtinctè, & ideo conſiliũ eſt ꝙ prælatus conſtituat procuratorem ad hoc vt poſsit teſtificari, vt eſt tex. in d. c. inſuper. licet Io. And. aliter ibi diſtinguat. ſed primam opinionem approbat Alb. Mal. in ſuo tract. de teſtib. in 1. parte in 58. col.

Secundò fallit, quia prælatus poteſt eſſe teſtis in cauſa quæ nõ ſpectat ad mẽſam ſuam. Ita no. Io. And. cõcordando Inno. cum Hoſt. in d. c. inſuper. quod not. *in c. præſentiũ. vbi DD. de teſtib. in 6. Bar. in l. qui teſtamẽto. in fi. ff. de teſta. Fel. in c. inſuper. nu. 9. de teſt.* vide quæ not. Innocen. de reprobat. teſt. col. 4.

Tertiò fallit, quãdo eccleſia haberet œconomũ generalẽ conſtitutũ authoritate epiſcopi, vel ageret ipſe epiſcopus tanquam generalis adminiſtrator, quia ipſe prælatus poterit eſſe teſtis, ſecus ſi prælatus conſtituiſſet vnum procuratorem, quia non poſsit eſſe teſtis. ita not. Abb. Sicu. in cap. inſuper. in 4. col. de teſt limitando. ſic Ioan. And.

Fallit item hoc in famulo Abbatis vel antiquo colono. Bald. conſi. 444. vol. 1. Regulam huic contrariam ponit Soci. in 7. caſibus, regula 409. quem vide.

REGVLA XC.

PRælatus in cauſa ſuæ eccleſiæ quibus caſibus repellatur à teſtificando.

Dic primò quando prælatus agitaret cauſam ipſam pro ſe, quia non poteſt eſſe teſtis, vt not. & probatur in c. inſuper. de teſt.

Secundò, quando prelatus agitaret cauſam mẽſæ ſuæ per œconomum vel procuratorem, vt not. Innocen. Ioan. Andre. & Imol. in d. c. inſuper.

Tertiò, quando prælatus ſolus in cauſa eccleſiæ cõſtituiſſet procuratorem vel ſyndicum, qui agitauit dictam cauſam, quia in ipſa tanquàm legitimus defenſor nõ poſſet teſtificari, vt not. Inn. in c.

præſentium.de teſt.in 6.& Arch. 4. q. 2.c.1. & Anto.de But.in c.inſuper.de teſt.

Quartò repellitur prælatus eccleſiæ ſeu capellę noncollegiatæ, quia talis non poteſt in teſtem adduci, vt voluit Io.An.in addi.Spe.in tit.de teſt.§.1. ver.ſed pone.& prædicta omnia ponit D. Bened. Capra in d.c.inſuper.

REGVLA XCI.

CLericus nõ eſt idoneus teſtis.de quo per But. & DD.in c.cùm nuncius.de teſt.

Sed fallit primò, quando deponeret cum licentia ſui ſuperioris vt epiſcopi, ſecus ſi ſine licentia, quia non valeret dictum ipſius.vt per Ant.de Bu. in d.c.cùm nuncius.

Secundò fallit, quia volẽtes poſſunt teſtificari, nõ autẽ poſſunt inuiti cõpelli, nec debẽt cogi niſi in ſubſidiũ, & ideo conſilium eſt, ꝙ nõ adhibeantur in inſtrumẽtis, vt per Bu.in d.c.cùm nuncius.

Tertiò fallit, quia tales teſtes debent examinari à iudice eccleſiaſtico, non autem à ſeculari, vt per But.in d.c.nuncius.

Quartò fallit, quia clericus debet examinari in eccleſia vel ſaltẽ in ea iurare, aliàs dictum eius nõ valet, vt no.in c.1.dę iuramen.cal. in 6. & 6. q. 1.c. teſtimoniũ.& prædicta omnia ponit Alber. Mal. in ſuo tract.teſt.in 1.par.in 68.col.

Quintò fallit, quia clericus poteſt teſtificari cõtra laicum, de licentia tamen etiã in cauſa criminali, dummodò non agatur ad pœnam ſanguinis. Ita no. Abb.Sic.in c.de teſtib. in 1.col.de teſtib.

Clericus non admittitur contra laicum in cauſa ſanguinis, & criminaliter. c.teſtium. vbi glo.2.q.1. Abb. Felin. & DD.in c.de caterò. de teſt.

Fallit in 7.caſib. vt per Lancil.in tract.de prætor. in tit. de teſtib.c.circa perſonas.num.77.

REGVLA XCII.

CLericus in aliquibus caſibus non cogitur teſtificari cõtra eccleſiam. Primò, quando poſſunt alij teſtes haberi, vt not. DD. in c.cùm nuncius.& ibi Abb.in 1.col.extrà de teſt.

Secundò nõ compellitur, quando eſt libertus eccleſiæ, vt no.Inn.in d. c.cùm nuncius.& ibi per Abb.in 1.col.

Tertiò non compellitur, quando clericus fuit ſollicitator ſeu procurator in cauſa, quia ſicut pro eccleſia non admitteretur, ſic nec etiam contra eccleſiam non debet compelli ad teſtificandum, vt not.idẽ Abb.in d.c.cùm nuncius.in 2.col.de teſt.

Quartò, quia clericus non compellitur teſtificari in ſecularibus negotijs in ſubſidium vbi veritas aliter non poſſet haberi.Ita not. Abb. Sic.in d. c.cùm nuncius.in 2.col.

Quintò fallit, quia non compellitur dicere teſtimonium quandõ ſibi aliquid dictum eſt in pœnitentia, quia non debet illud reuelare, vt in cap. dilectus.de exceſſ.prælat.quod habet locũ quando tanquam miniſtro Dei & in confeſſione ſiue pœnitentia fuerit dictum, ſecus ſi aliter vt euenire ſolet, tunc enim non tenet locum Dei. & ita not. Abb.Sic.in c.intimauit.in 3.col. extrà de teſt.

REGVLA XCIII.

CAnonicus regularis poteſt eſſe teſtis, vt not. An.de Bu.in ſuo repertorio in dict. teſtis in 28.col.alleg.not.in Auth.ſi dicatur.C.de teſt.

REGVLA XCIIII.

MOnachus non poteſt eſſe teſtis, vt tenet Alber.Malumb.in ſuo tract.in 12. colum.in 1. part.& not.in l.eos.C. de teſt. per Doct. & not.4. q.3.ver.idonei.

Fallit primò, quando eſſet cauſa abbatis propria, quia ſuper illa monachi poſſent examinari. Ita not. per DD.in locis infrà citandis.

Secundò fallit, quia ſi monachus eſt ſub obedientia ſui abbatis vel ſuperioris certè ipſe poterit teſtificari accepta tamẽ licentia à ſuo ſuperiore, aliàs ſecus, & idem in quolibet alio religioſo, vt tenet Alb.d.ſuo tract.col.67. alleg. Albe. de Roſ.in Auth.ſi dicatur.C.de teſt.& Spe.in tit. de teſt.ver. 1.ver.item excipitur quòd eſt monachus. Idẽ Bal. in addi.Spe.in tit.de teſt.in 1.col.

Tertiò fallit in cauſa ſui monaſterij, quia poteſt cõpelli dicere teſtimoniũ, vt no. Inn. de reproba. teſt.col. 4.vide quod no.Iac. de Bel.in alleg.auth. de monachis.§.cogitandum. & ibi glo. & Ant.de But.in repertorio.col.2.in fi.in dict.teſt.

Quartò fallit, quia monachus in teſtamento ad pias cauſas poteſt eſſe teſtis, vt not. Bald.in l.1. in pen.col.C.de ſacroſan.eccleſ.in repet.allegat. auth.de monachis.

REGVLA XCV.

COnuerſus poteſt eſſe teſtis vt per Anton. de But.in ſuo repertorio in dict.teſt. in 28.col. alleg.no.in auth.ſi dicatur.C.de teſt.vbi idem Sal. in 3.col.vide Abb.Sic.in c.tuis quæſtionibus. col. 1.de teſt.vbi ponit de conuerſis, monachis & profeſſis & oblatis quod poſſunt eſſe teſtes in cauſa ſui monaſterij.

REGVLA XCVI.

FRatres minores vel prædicatores nõ ſunt idonei teſtes, de quo vide not.in auth.ſi dicatur. C.de teſt.

Fallit primò, quia cũ licentia ſuorũ ſuperiorum, fratres minores vel prædicatores poſſunt teſtificari, & valent eorũ dicta, ſecus ſi teſtificarentur ſine authoritate ſui ſuperioris.Ita no.Spe.in ti.de teſt. §.1.verſ.quid de monacho.& ibi idem tenet Ioan. And.in addi.Idem Alber.de Roſ.in Rub.C.de teſtib.nec nõ Alb.Mal.in ſuo tract.de teſt.in 1. part. in 68.col.vbi dicit ꝙ propter religionẽ maior fides debet eis adhiberi, & vide Iac.de reprob.teſt.in 4. col.& quod no.Inn.de reprob.teſt.in 4.col.vide etiã quod not. Bal.in c.nuper.de teſt.& D.Signor. in conſi. incip. factum ſic ſe habet: vbi tenet, omnes religioſos poſſe eſſe teſtes, vide inſuper Iac. de Amelia in ſuo tract.in 1.col.in 4.c.

Secundò fallit, quia in cauſa ſui ordinis & extra in alia cauſa poſſunt eſſe teſtes, dummodò iurent ſicut alij teſtes, aliàs eorũ dictũ non valet, & ita ꝓbatur in c.nuper.& ibi Abb.Sic.extrà de teſtibus.

Tertiò fallit in teſtamento ad pias cauſas, quia fratres minores poterunt teſtificari, & ita no.Bald. in l.1.in pen.col.in repet.C.de ſacroſan.eccle.

REGVLA XCVII.

CLericus non cogitur dicere teſtimonium, vt in c.quanquam.14.q.2.& not.glo.in c.ſuper eo.de teſtib.cogen.

Fallit primò, vbi aliter veritas fieri non poteſt, quia in ciuilibus coguntur teſtificari tam per iudi-

cem

cem ſecularem quam eccleſiaſticum & contra eccleſiam, vt not. Alb.Mal. in ſuo tract. de teſt. in *2.* part. in *8.* & *9.* col. & vide ibi magnam diſtinctioẽ in criminalibus. & not. Inn. & DD. in c. cùm nuncius. extrà de teſt. vbi per Abb. plenè in *4.* col.

Secunò fallit, quia quando clericus producitur ab eccleſia in ſui fauorẽ tenetur etiam cõtra eccleſiam teſtificari, quia teſtis debet deponere ꝓ vtraque parte, vt per gl. in c. fraternitatis. de teſt. & ita no. Abb. in c. cùm nuncius. in *1.* col. extrà de teſt.

Tertiò fallit, quia licet clericus in criminalibus nõ cogatur teſtificari, ſi amore partis ſe ſubtrahat, tamen ſecus eſt quando timore partis aduerſæ ſe ſubtrahit, aut malitioſè per partem aduerſam ſubtrahitur à teſtificãdo. Ita no. Abb. Sic. in c. ſuper eo. per tex. ibi. & Inn. de. teſt. co. vbi dicit præſumendũ eſſe in dubio ꝙ teſtis intelligatur ſe ſubtrahere à teſtificãdo propter timorẽ quãdo requiſitus ſeu citatus nõ vult teſtificari. Ita Abb. in d. c. ſuper eo.

Quartò fallit, quia ſi oritur cõtentio inter teſtẽ & producentẽ, quia producens dicat ſe aliter probare non poſſe veritatem niſi per ipſum teſtem, & teſtis dicat ꝙ imò poteſt, in re dubia probatio incumbit teſti qui excipit. de quo vide per Abb. Sic. in c. ſuper eo. in fi. de teſt.

Quintò fallit quando aliquis per iuramentum aſtrinxiſſet teſtẽ ne teſtificaretur cõtra eum vel taceret veritatẽ. nam hoc caſu prædictus teſtis etiam clericus nedũ ſuper iſta fraude ſeu malitia, ſed etiã principali cauſa etiã criminali cogetur teſtificari, prius tamẽ ꝓbata per eũ dicta fraude ſeu malitia. & ita not. Abb. Sic. in c. peruenit. el. *1.* de teſtib. cog.

Sextò fallit, quando fuiſſet illata iniuria clerico per laicum. nam tunc clericus cogeretur ad teſtificandum in dicta cauſa tanquam ſi eſſet res eccleſiaſtica. & ita not. Abb. Sic. ſecundum quoſdam in c. peruenit. el. *2.* de teſt. cog.

Septimò fallit, quando teſtis ſe ſubtrahit odio vel gratia ne teſtificetur, quo caſu etiam ſi ſit clericus cõpelli poteſt ad teſtificandum. de quo per Abb. in c. cæterũ. & in c. peruenit. & c. *1.* de teſt. co.

Octauò fallit, quando delictũ aliquod cõmittitur lite pendente, nam tunc poteſt cõpelli ad teſtificandum, & hoc ſit fauore iudicum, ne eorum iuriſdictio eludatur, ſecundum vnum intell. & ibi hoc not. Abb. Sic in c. ſuper his. de teſt. cog.

Nonò fallit, quãdo indignus crearetur epiſcopus, vt probatur in d. c. ſuper his. ſecundum alium intellectum. & ibi Abb. Sic. vide Alb. Malumb. in ſuo tract. de teſt. in *1.* parte.

REGVLA XCVIII.

LAicus non poteſt eſſe teſtis in cauſa criminali contra clericum, vt in c. veniens. el. *1.* de teſt. & *2.* q. *6.* c. laicos. & per Alb. Mal. in ſuo tract. in *1.* part. in *63.* col. Idem probatur in c. de cæterò. de teſt. vbi plenè per DD.

Sed hoc fallit primò, quando delictum fuiſſet commiſſum per clericum in loco vbi non eſt dare copiam clericorum, vt in villa, vbi ſolum eſſet vnus clericus, nam tunc laici admittuntur ad probandum in defectum aliorum teſtium, cùm inhabiles in defectum probationum ſoleant admitti. & ita no. Abb. Sic. in d. c. de cæterò. in *1.* col.

Secundò fallit, quando delictum clerici eſt notorium, quia tunc laici poſſunt admitti ad teſtificandum contra clericum. Ita not. Abb. vbi ſuprà allegat. c. cùm dilecti. de purg. cano.

Tertiò fallit, quia licet laici non admittantur, vt faciant plenam probationem, tamen admittuntur ad faciendum indicium, vt clericus poſſit torqueri, ita not. Abb. vbi ſup. alleg. Inno. in c. quoniam. de teſt.

Quartò fallit, quãdo ageretur de crimine ciuiliter cõtra clericũ vt ad priuationem beneficij, vel per viã inquiſitionis ſeu denunciationis, quia tũc laicus poſſet eſſe teſtis, ſecus ſi criminaliter ageretur. & ita no. Abb. in d. c. de cæterò. in *2.* col. de teſt.

Quintò fallit in criminibus exceptis, vt per gl. in d. c. de cæterò. & ibi per Abb. in *2.* col.

Fallit in 4. caſib. vt per Soci. reg. 500. Fallit vt per Viuium in ſuis conclu. in ver. teſtificari. Fallit in 7. caſib. vt per Fel. in c. de cæterò. de teſtib.

REGVLA XCIX.

VNus de vniuerſitate ſeu collegio nõ poteſt eſſe teſtis in cauſis ſuæ vniuerſitatis ſeu collegij. vide circa hoc quod not. Sal. in §. vniuerſis. *Nell. de teſt. nu. 13. Alb. nu. 36.*

Fallit primò, quia de his quæ aguntur in capitulo vel vniuerſitate non diſtincta, quilibet de vniuerſitate admittitur, ꝓut eſt in electionibus, quę fiunt per vniuerſitatẽ, & idẽ generaliter in omnibus alijs quæ in ſola vniuerſitate expediuntur, vt no. in c. veniẽs. de teſt. & c. tertio loco. de ꝓbat. & c. dilecti. de elect. & l. cõſenſu. C. de repud. & DD. vbi ſuprà.

Secũdò fallit, quia in his, quę ſpectãt vniuerſitatẽ tanquã vniuerſitatẽ vel collegium quilibet de vniuerſitate vel collegio poterit teſtificari, etiã ſuper his quę agũtur extra vniuerſitatẽ vel collegiũ, ſecus aũt in his quę ſpectãt ad vniuerſitatẽ tanquã ad ſingulos de vniuerſitate, & vnuſquiſque ſentit cõmodum aut incommodũ, vt ſunt paſcua vel nemora in quib. quilibet de vniuerſitate, paſcit animalia, accipit ligna liberè, & ita cõcludunt omnes DD. vbi ſup. contrariũ tamen tenet Abb. Sic. in c. inſuper. in *2.* & *3.* col. ext. de teſt. vbi dicit eos admittẽdos tamẽ minor fides eis adhibetur. adde ꝙ etiam ſi aliquis nõ eſſet de vniuerſitate & cõmunitate & cõmodum ſentiret vt ſup. nõ poſſet eſſe teſtis, per Bal. in l. *2.* ff. quod cuiuſq; vniuer. no. adde ꝙ pro cõmuni opinione, ꝙ non poſſit eſſe teſtis, quando ſentit commodum, tenet Bald. in addit. Spec. in *1.* col. tit. de teſt.

Tertiò fallit, quia ſecundũ quoſdã in cauſa vniuerſitatis, quę ſpectat ad eã vniuerſitatẽ teſtis eſſet idoneus & omni exceptione maior, quãdo deponeret ſuper rebus pertinentibus ad vniuerſitatẽ eccleſiaſticã, tamen ſecus ſi ad vniuerſitatẽ ſecularẽ, quia ei non adhiberetur plena fides, cùm vniuerſitas ſecularis plus iuris habeat in ſuis rebus, q̃ vniuerſitas eccleſiaſtica. & ita no. Arch. vbi ſup. ſecundũ quoſdã. *14.* q. *2.* ſumma, de quo per Ant. de But. & Imol. in c. cùm nuncius. de teſt. vbi Imo. limita dictũ Arch. ſecundũ Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in *1.* par. *59.* col. & dicit ſtandũ eſſe opi. DD. vbi ſup. in iudicãdo, & prędicta omnia habent locũ in cauſa ciuili vbi teſtes prędicti poſſunt examinari tam pro vniuerſitate quàm contra vniuerſitatem.

Quartò fallit, quia etiam in cauſa ciuili ſi cómunitas ſiue vniuerſitas eſſet magna poſſet vnus de vniuerſitate quoad ea quæ reſpiciunt cómodum vniuerſitatis, non tamen ſingulorū teſtis adhiberi, ſecus ſi eſſet vniuerſitas adeò parua, vt illi de vniuerſitate reputarentur domeſtici inter ſe, quo caſu vnus de vniuerſitate vt ſuprà non poſsit eſſe teſtis in cauſa ciuili. ita videtur tenere Io. Andre. in addit. Specu. in titu. de teſt. ver. nunquid in cauſa collegij, quem videtur ſequi Alb. vbi ſuprà.

Quintò fallit, quia in cauſa criminali ſi vnus de vniuerſitate accuſat alium de eadem vniuerſitate ſeu collegio poterit eſſe teſtis. Ita no. Spec. in tit. de teſt. quem refert Alb. vbi ſuprà.

Sextò fallit, quia in cauſa criminali ſi vnus de vniuerſitate accuſat extraneum tūc in ſubſidium admittuntur de vniuerſitate, niſi eſſet adeò parua vniuerſitas, vt reputarentur omnes domeſtici, vt per Io. And. in addit. vbi ſuprà.

Septimò fallit, quia vnus de aliqua vniuerſitate admittitur ad teſtificandum cōtra alium de eadem vniuerſitate, niſi iudicis officio repellatur, vt per Alb. Mal. vbi ſup. ſecundum Spec. ab eo citatum.

Octauò fallit, quia vnus canonicus poteſt admitti ꝓ alio canonico ad teſtificandū, vt eſt gl. *14.* q. *2.* c. ſuper, niſi ſimul habitent, vt per Ant. de Bu. in c. cùm nuncius. de teſt. & prædicta omnia ponit Alb. Mal. in d. ſuo tract. in *1.* part. in *58. 59.* & *60.* col.

Nonò fallit, quia ſi prælatus accuſetur ab alio de vniuerſitatete de aliquo crimine poterit alius de dicta vniuerſitate ferre teſtimoniū ſuper eo, ſecus ſi accuſaretur extraneus, quia nō poſſet eſſe teſtis is qui eſſet de vniuerſitate accuſatoris, vt not. Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in *10.* col. allegat extrà de accuſ. ex parte tua. vide Abb. Sic. in cap. inſuper. in *3.* & *4.* col. de teſt.

Decimò fallit, quia ſi inter duo collegia eſt quæſtio, etiam fratres de vno collegio proprio admittuntur & compelluntur ad teſtificandum contra proprium collegium. *12.* q. *2.* qui manumittitur. de epiſ. & cler. auth. ſed iudex. & ita not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in *10.* col.

Vndecimò fallit, quia ſi ſpectaret cōmodum ad aliquos de vniuerſitate tanquam ſingulos certè poſſunt teſtificari, licet minor fides eis adhibeatur, vt not. Abb. Sicu. in d. c. inſuper. in *2.* & *3.* col. ſecundum Arch. & alios quos allegat.

Duodecimò fallit, quando ꝓduceretur à parte aduerſa contra vniuerſitatem. Ita tenet Alb. vbi ſup. & Spec. in tit. de teſt. §. *1.* verſic. ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis, quod videtur probari ex eo quod adminiſtrator admittitur in his quæ adminiſtrauit, partibus volentibus. Idem in proxeneta & in ſocio vt per Salice. in l. quoniam. C. de teſt. idem in procuratore. per Bar. in l. deſerre. §. idem decreuerunt. de iur. fiſ.

Fallit vt per Vinū in ſuu cōclu. ver. teſtes de collegio. Fallit in 8. caſib vt per Fel. in c. inſuper. de teſtib. nu. 4. Fallit in 6. caſib. vt per Marſil. in l. 1. § ſeruum municipij. ff. de queſtion.

Fallit vt per Damaſ. reg. 44. Fallit in 8. caſib. vt per Lancel in tracta de prat. in titu. de teſtib. in cap. perſonas teſtium. nume. 55.

REGVLA C.

CONſors nō poteſt eſſe teſtis, vt no. Iac. de Amelia. in ſuo tract. de teſt. in *13.* c. Idem Salic. in l. omnibus. in *2.* colum. de teſt.

REGVLA CI.

HAbentes rem communem in quæſtione & cauſa ſuper illa propoſita poſſunt ſibi inuicem teſtimonium reddere, vt per Iac. Bu. l. omnibus. C. de teſt. & no. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in *28.* col.

Fallit hoc primò, quando eſt quæſtio ſuper re indiuiſibili, vt in ſeruitute, quia vnus non poteſt eſſe teſtis pro alio, vt not. Salice. in l. omnibus. in *2.* col. C. de teſt. alleg. not. in l. qui in aliena. §. fin. ff. de negoc. geſt

Secundò fallit, quando eſſet quæſtio de tota re etiam diuiſibili. alleg. l. *2.* de conſort. eius lit.

Tertiò fallit, quādo ſuper parte rei cōtenditur cū alio cōſorte. quia ſi ille qui eſt conſors eſt pars iudicij, tunc nō poterit teſtificari. & ita no. Salice. prædicta in l. omnibus. C. de teſt. Et nota vnum ꝙ hęc ratio cōmunionis, & ſocietatis attenditur etiā in itinere, adeò vt pro ſocio itineris cui facta eſt iniuria, alter ſocius nō poſsit teſtificari. Ita not. gl. ſing. in l. apud Labeonem. §. tenetur. ff. de iniur. & ita conſuluit Argentinus filius Raynerij, qui qui dicit ꝙ ita vidit obſeruari. *Iunge reg. 86. & 88.*

Ampliatur & limitatur per Lancill. in tract. de pratore. c. circa perſonas, nu. 49.

REGVLA CII.

DEbitor vel creditor non poteſt eſſe teſtis, vt per Inn. de reprobat. teſt. in *5.* col. allegat l. ab executore. §. alio. ff. de appel. & l. *1.* §. ſed ſi ab alio. ff. quan. app. ſit, & hoc in cauſa pignoris. *Pract. Papien. in for. opp. contra teſt. in verb. in facto. nu. 12. Alb. 5. nu. 4. parte 4.*

Sed fallit primò, quia debitor cōuentus à priore creditore ad probandum exceptionē ſuam vel ſolutionem vel ſimilem ſi producat in teſtes creditores priores debent admitti. Ita notat Iaco. Bu. in l. ſi quis quodam. ff. ſi quis caut.

Secundò fallit, quia debitores penſionarij & officiales poſſunt eſſe teſtes, & ideo non interrogandi in interrogatorijs ſecundnm Alb. Mal. de teſt. in *2.* col. in *4.* parte.

Tertiò fallit, quia creditor poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui debitoris cū alio agitata, quia illa cauſa ad eum principaliter non ſpectat, licet ſi debitor vincat, poſsit habere commodum. Ita no. Iac. Bu. in l. nō ſolùm. §. quæritur. ff. de procurat.

REGVLA CIII.

DEnunciator non poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua denunciauit, vt per DD. in l. ea quidem. C. de accu. per Alber. Mal. in ſuo tract. de teſtib. in *1.* part. in *36.* col.

Fallit primò, quia quoad correctionem peccati poteſt eſſa teſtis, ſecus quoad alia iudicialia, quæ principaliter aguntur. ita not. Alb. vbi ſuprà, de quo vide etiā per Ab. Sic. in c. in omni. ext. de teſt.

Secundò fallit, quia denunciatori creditur de facto ſibi commiſſo, puta, ſi dicat ſe citaſſe aliquem, vel aliquid ſeciſſe ex mandato iudicis. Ita Abb. Sicu. in c. præterea. in *3.* colum. de teſtib. cog. allegat Cyn. in l. ea quidem. C. de accuſat.

Ter.

Tertiò fallit, quando denunciaret maleficia leuia, vt quia denunciat ſe inueniſſe ludentes vel portantes arma aut ſimilia, quo caſu creditur ei ſoli. de quo per Bar. in l. Diuus. ff. de cuſt. reo.

Quartò fallit, quia ſi ſunt plures officiales qui denunciant prædicta leuia crimina, creditur eis, ſecus ſi eſſet vnus ſolus, quia nō videtur ei credendum vt ſequatur condemnat. pœnæ. & ita temperat Bar. Do. Abb. Sic. in d. c. præterea. in 3. & 4. col. allegat glo. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui no. infam. vide quod not. infrà in ſeq. regula.

Quintò fallit, vbi ſuper denunciatione iudex procedet per inquiſitionem, quia ſuper dicta inquiſitione denunciator poſſet examinari. & ita not. Bar. in l. Diuus. de cuſto. reo. quē refert Abb. Sicu. in dict. c. præterea. in 4. col. de teſtib. cog. licet eum nō ſequatur niſi in leuibus criminibus, vt ſuprà dixi.

Sextò fallit ratione peccati detegendi, vt quia alleg. impedimentum matrimonij quo caſu quis poteſt eſſe denunciator, & teſtis in d. caſu. & ita no. Abb. Sic. in c. iurauit. in 1. col. de teſt.

REGVLA CIIII.

ACcuſator non poteſt eſſe teſtis, vt l. diui. ff. de accuſa. & in cap. præterea. de teſt. cog.

Fallit primò in officiali, vt in cōmilitone poteſtatis, qui denunciat & accuſat leuia delicta, & ſibi creditur, & idē in ſimilib. officialibus vt no. Ab. Sic. in c. in omni. in 2. col. de teſt. allegat Bart. in l. Diuus. ff. de cuſt. reo. vide etiā per Bar. in l. 1. §. 1. ff. de off. præf. vrb. & quod not. apoſtil. in l. 1. in ius voc. vt eant. & vide ſup. proximè in præced. reg.

Secundò fallit, quia cōtra prædonē vel furē poteſt præſtare iuramentū damnū paſſus, ad ꝓbandū valorē vel æſtimationē ſeu rerū ablatarum quantitatē, & ſic hoc caſu accuſator & qui damnū paſſus eſt, admittitur in teſtē quoad valorē rerum furto ſubtractarū, ipſarumq́; quantitatē, vt dixi, & plenam fidē facit in ciuilib. & ita no. Bar. & ibi dominus meus in l. fi. ff. de in lit. iur. quod no. tu iudex maleficiorum vt poſsis iudicare fures & latrones.

Accuſator & denunciator pariter repellitur, Specu in §. 1. de teſtib. ver. item, quod ipſe teſtu eſt accuſator. c. forus. §. in omni. de verb ſig. Fel. in c. licet. nu. 6. de ſimo. Lanfr. in tract. de teſtib. nu. 118.

REGVLA CV.

QVibus caſibus accuſatus poſsit eſſe teſtis.

Dic primò, quando eſſet accuſatus cum alijs de aliquo crimine, & conſtaret quòd per calumniā fuiſſet accuſatus, ne teſtificaretur. Ita not. Bal. & DD. in auth. ſi dicatur. C. de teſt. & dixi etiā ſuprà. & Bal. in l. 1. §. ſi ſeruus. ff. de quæſtionibus.

Secundò poteſt teſtificari & recipi eius dictum reſeruata fide ipſius teſtis in euentum finitæ accuſationis. & ita not. Abb. Sic. in c. fi. in 2. col. de teſt. allegat c. ex parte. de teſt.

Tertiò poteſt teſtificari talis accuſatus ſi iudex reſeruet exceptionem contra ipſum tempore ferendæ ſententiæ, quia valebit eius teſtimonium ſi ſi tempore diffinitiuæ reperiatur abſolutus. ita not. Abb. Sicu. in dict. c. fin. in 2. col. de teſt. per illum text.

Quartò, quia accuſatus addmittitur ad teſtificandum in cauſa ciuili vel criminali quando ciuiliter ageretur, ſecus ſi ageretur criminaliter. & ita not. per gloſſ. & Abb. in d. c. fin. in 2. col.

Quintò fallit in exceptis criminibus, de quibus vide quæ ſuperius adnotaui. & per gloſſ. & DD. in d. c. fin. de teſt.

Sextò fallit, quia iudex poteſt pręfigere terminum accuſanti, infra quem probet ſuam accuſationem, qua non probata admittet illum accuſatum ad teſtificandum, de quo per Abb. in d. c. fin. in 2. col. vbi dicit ꝙ in dubio prædictus non præſumitur malitioſè accuſatus, niſi aliter conſtet.

Septimò fallit, vbi non cauſaretur infamia ipſi accuſato, ſecus ſi cauſaretur infamia, quod ſemper contingit contra inquiſitos, contra quos proceditur infamia præcedente. ita Abb. Sicu. in d. c. fi. in 2. col. de teſt. ſecundum Ioan. And. quem allegat.

Octauò fallit in denunciato, vbi non præcederet infamia, vt in denunciatione euangelica, vel alia, ſecus ſi cauſaretur infamia ex dicta denunciatione, vtputa iudiciali. ita no. Abb. Sic. ſecundum Ioan. And. in d. c. fin. in 2. col. de teſt.

REGVLA CVI.

QVibus caſibus accuſatus nō poſsit eſſe teſtis.

Dic primò quòd regulariter non poteſt eſſe teſtis, vt no. in auth. ſi dicatur. C. de teſt. *c. ſuper eo. & c. teſtimonium. de teſtib.*

Secundò etiā non poſſet eſſe quando viget ſtatutum vel lis quę requireret teſtes omni exceptione maiores, nam hoc caſu accuſatus de crimine capitali nō poteſt teſtificari, vt no. Ab. in c. fi. de teſt.

Tertiò non poteſt eſſe teſtis ille contra quem inquiritur de crimine. vt not. Abb. Sicu. & Ioan. And. in c. fi. de teſt.

Fallit ſecundum leges, nam oportet, quod ſit per ſententiam condemnatus. l. 3. §. item lege Iulia. ff. de teſtib. Nepos de Monte Alba. in tract. de teſtib. num. 58.

REGVLA CVII.

INhabilis regulariter non admittitur ad teſtificandum, vt de ſe patet.

Fallit primò, ſi partes conſentiant, quia tunc admitteretur, eſt tamen in arbitrio iudicis quam fidem ſibi adhibeat, vt not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict teſt. in 27. col. alleg. Cyn. in l. parentibus. C. de teſt.

Secundò fallit, quia in atrocibus admittuntur aliàs inhabiles ad teſtificandum in ſubſidium, vt not. Ant. de But. vbi ſup. in 24. col. allegat Guid. de Suz. in l. fi. C. de precib. Imper. offer.

Tertiò fallit, quia teſtes inhabiles tempore quo actus fit, ſi rogentur à parte efficiuntur habiles, & poterunt contra eam produci ad teſtificandum. glo. eſt ſingularis ſecundum Pau. de Caſt. in auth. de teſt. §. hoc licet. & eſt glo. fin.

Quartò fallit, quia ſi teſtis eſt idoneus tempore quo deponit dictum ſuum, & tempore publicationis dicti ſui reperiatur non idoneus & inhabilis, valet nihilominus eius dictum. glo. eſt not. in l. ad teſtium. §. conditiones. ff. de teſt.

Quintò fallit, quia eius dictum poteſt reintegrari per alium idoneum deponentem ſuper eadem re, vt dicam infrà.

RGGVLA CVIII.

QVibus caſibus teſtis inhabilis non probat.

Dic primò ꝙ licet iudex admittat ipſum ad teſtificandum, tamen ei fides non eſt adhibenda, vt no. Ant. de Bu. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 31. col. allegat Guid. de Suz. in l. parentes. C. de teſt.

Secundò, ꝙ ſi teſtis iurat tẽpore quo eſt inhabilis nõ valet eius dictũ, ſi poſtea deponat cùm ſit habilis. Ita no. Ant. de But. vbi ſup. allegat Guid. de Suz. in l. iur. iuran. c. de teſt. Idẽ no. Sal. in l. ſeruos. eo. tit. & vide Bal. in l. 1. C. eo. & in c. fi. quot teſtes ſunt neceſſarij.

REGVLA CIX.

QVibus verbis debeat teſtis vti, quando vult teſtificari. Dic primò ꝙ debet loqui ſecundum paternam linguam vel maternam vocem, vt in auth. de nuptijs. §. dicimus. & no. Ant. de But. in ſuo repertorio. in dict. teſt. in 4. col.

Secundò debet loqui per verba facti, nõ iuris, vt not. infrà.

Tertiò teſtis debet loqui extenſè declarando factum non breuiter. Vnus notarius nõ debet dictum teſtis breuiatum ſcribere, vt infrà dicam.

Quartò teſtis debet vti ſermone vſitato in teſtificãdo nõ antiquo, vt ff. de ori. iur. l. 2 §. poſt hęc. & no. Ant. de Bu. in ſuo alphab. in 7. col. in dict. teſt.

Quintò, quia teſtis debet loqui ſecundum idioma inter quos teſtificatur, de quo vide infrà quæ dicturus ſum.

Sextò, quia teſtis debet plenè narrare factum, aliàs non probat vt infrà etiam dicam.

Septimò, quia licet teſtis in dicto ſuo apponat aliud extra propriam rem, propter hoc non vitiatur eius dictum, vt per Ant. de Bu. in ſuo repertorio in 10. col. allegat gl. in l. 2. ff. de ſtat. hom.

Octauò, quia non exigitur à teſtib. vt formaliter exprimant verba dummodò exprimant ſenſum l. fi. C. de precib. Imper. offer. & ita not. Ant. de But. vbi ſuprà in 24. col.

Nonò, licet teſtis faciat aliquam interpoſitionem impertinentem, non vitiatur eius dictum. text. eſt in l. iuſta cauſa. ff. de manu. vind. & not. But. in ſuo reper. in dict. teſt. col. 25.

Decimò, quia teſtis teſtificando debet loqui vulgaribus verbis, quia illa eſt apertiſsima loquutio. l. libertatis. ff. de fidei. liber. & not. Ant. de Bu. vbi ſuprà in 34. col.

Vndecimò teſtis nõ debet eſſe verboſus, ſed purè, ſimpliciter, & ſine malitia debet dictum ſuum deponere, vt not. Bart. in ſuo tract. teſt. in 2. col.

Duodecimò dictũ teſtis aliquando debet ſcribi in vulgari ſermone, de quo per Bart. in l. ſi quis. de teſt. mil. & in l. 1. ff. de excuſ. tuto. & in l. de quibus. ff. de legibus.

Aſſcriptitius poteſt eſſe teſtis, vt not. Salice. in auth. ſi dicatur in 3. col. C. de teſt. allegat. l. iubemus. & auth. aſſcriptitios. C. de epiſcop. & cleri. & vide quæ no. ſup.

REGVLA CX.

STatuliber nõ poteſt eſſe teſtis, quia interim eſt ſeruus, vt l. ſtatuliberi. ff. de ſtatuliber. & not. Sali. in auth. ſi dicatur. in 3. col. C. de teſt.

REGVLA CXI.

SEruus nõ admittitur ad teſtificãdum. l. qui teſtamento. §. ſeruus. ff. de teſtam. & l. quoniam. & auth. ſi dicatur. C. de teſt. & 3. q. 6. c. nulli.

Fallit primò, quia ſecundum quoſdam admittitur ſeruus ad teſtificandum in ſubſidium vbi nõ ſunt aliæ probationes, vt no. Spec. & ibi. Io. And. in tit. de teſt. §. 1. verſi. item quod eſt ſeruus.

Secundò fallit, quia in quibuſdam criminibus exceptis admittitur ſeruus ad teſtificandum ſicut etiam inſamatus de crimine. 2. q. 1. c. in primis.

Tertiò fallit, quia ſeruus admittitur cũ tormẽtis & alijs præſumptionibus. 2. q. 3. ver. ſerui.

Quartò. quia in quibuſdã caſibus ſeruus admittitur contra dominum ad teſtificandum, vt not. in l. quicunque. C. de ſeruis fug.

Quintò fallit, quia ſi ſeruus tempore quo denit communiter à maiori parte habebatur pro libero, dictum eius valebit, vt not. Specu. in titu. de teſt. §. 1. ver. item quòd eſt ſernus. & not. in l. 1. per DD. C. de teſtam.

Sextò fallit, quia ſi quis æſtimabitur liber tempore quo fuit adhibitus in inſtrumento vel teſtamento, & poſtea detecta ſit eius ſeruitus, certè illud tempus quo nõ apparebat ſeruus, operabitur, vt teſtamentum ſeu inſtrumẽtum non poſsit impugnari reſpectu tamẽ ſolennitatis, ſecus ſi reſpectu falſitatis, vt no. DD. in d. l. 1. C. de teſt.

Septimò fallit, quia ſecundum quoſdam in caſu prædicto etiam detecta ſeruitute poteſt ſeruus examinari, quia mutatur eius conditio abſque ſuo defectu, ſecus ſi cum ſuo defectu, vt propter infamiam. & ita not. Bar. in l. 1. §. duæ cauſæ. ff. ad carbon. licet Alber. Mal. contrà in dicto ſuo tract. de teſt. in 6. col.

Octauò fallit, quia ſi aliquis ſit ſeruus ſub conditione, verbi gratia, ſi nauis ex Aſia venerit, vendo me tibi, vel ſi fuerit probatũ vendidiſſe, pronuncio te ſeruum, certè poterit teſtificari cõditione ſupradicta pendente, vt not. Bal. in ſimili in l. 1. C. de hæredi. inſtit. & not. Alb. Mal. vbi ſuprà in 64. col. iunge reg. 243.

Fallit in 4. caſib. vt per Lancil. in tract. de pretore, cap. circa, in titu. de teſtib. num. 68.

REGVLA CXII.

REpellitur teſtis ratione minoris ætatis, quia minor 14. annis in ciuili, in criminali verò ſi ſit minor 20. annis, vt l. inuiti. & l. teſtimonium. ff. de teſt.

Fallit primò, quia pubes poteſt teſtificari de his quæ vidit dum impubes erat, vt per glo. in l. 2. §. lege Iulia. ff. de teſt. not. in l. notionẽ. §. inſtrumentorum. ff. de verborum ſig. & vide Bald. in c. cùm à nobis. de teſt. & per eundem in addit. Spec. in titu. de teſt. in 1. col.

Secundò fallit, quia licet minor non poſsit eſſe teſtis, tamẽ poteſt ſumi informatio ab eo circa delicta vt per eam aliqualiter malefactor indicetur, vt per glo. & Bal. in tit. de pace tenenda. §. ſi duo. & vide eundem Bal. in l. neque natales. C. de probatio. & Lud. in l. 1. §. impubes. ff. ad Syllan. & Fed. in conſ. 181. aliàs 11. vide not. Bar. in l. 2. ad fi. de appel. reci. vide etiã per Bal. in addi. Specu. in titu. de teſt. in 1. col. vbi dicit ꝙ facit ſemiplenum indiciũ.

Tertiò fallit, quando res aliter ſciri non poteſt, & iudex eum recipit ex officio ſuo, nam etiã in criminalibus minor examinatus facit fidem, ſecus ſi eſſet examinatus ad inſtantiam partis, quia fidem nõ faceret, vt no. Alb. de Roſ. in l. teſtimonium. ff. de teſt. quod not.

Quar-

Quartò fallit in crimine læſæ maieſtatis, quia pupillus cogitur ad teſtificandum, & poteſt etiam torqueri, ſi opus eſt. vt l. de minore. in princ. ff. de quæſtionibus. & maximè ſi eſt proximus pubertati & doli capax. l. fina. ff. de liberali cauſa. & faciet hoc caſu indicium, vt per gloſ. in d. l. inuiti. quam ſequuntur ibi DD.

Quintò fallit, quia pupillus poteſt admitti ad teſtificandũ, ſi dominus dicatur occiſus à familia. l. quoniam. C. de teſt. l. 2. §. impuberes. ff. ad ſyllanianum.

Sextò fallit, quia minor proximus pubertati poteſt teſtificari de his quæ vidit & cognouit in ætate pupillari, ſecus ſi non intellexiſſet, & ita dicit Archid. 32. diſt. c. relatum. aſſerens iſtam fuiſſe opinionem Laurentij, de quo etiam ſuprà dixi. & vide per Alber. Malumb. in ſuo tract. de teſtib. in 1. part. in 65. & 66. col. vide Innocen. de reprobat. teſt. in 4. colum.

Septimò fallit, quia licet impubes aliquã faciat fidẽ, tamen nõ eſt idoneus teſtis in teſtamento ad pias cauſas. Bar. in l. 1. in antepe. col. de ſacroſ. eccl.

REGVLA CXIII.

PAuper non eſt idoneus teſtis, & non tanta ei fides adhibetur quanta diuiti, quoniam facilè poteſt corrumpi. l. teſtium. in princ. ff. de teſt. & l. Spadonem. §. ſi. ff. de excuſ. tuto. & in auth. de teſt. §. ſancimus.

Fallit primò, quando pauper eſſet fidelis & legalis perſona, vt no. Iaco. de Amelia in tract. de teſtib. ad quod vide tex. Inſti. de ſuſpect. tut. in §. fi. & in auth. de teſt. §. ſi quis. & l. cùm hi. §. ſed etiam perſonarum. ff. de tranſact.

Secundò fallit, quando ille qui teſtificatur habet tantum in bonis, quantum eſt id ſuper quo teſtificatur, nam eius dictum valet. glo. eſt not. in §. ſi verò abſens. in auth. de hæred. & ſal. de quo vide per D. Lanfran. in l. ſi conſtante. ff. in 1. char. & ibi per Lud. Rom. ff. ſolut. matrim.

Tertiò fallit, quia in cauſa ciuili facilius admittitur teſtis pauper, ſed in cauſa criminali habent ꝓ valde ſuſpecto ſecundum Alb. in tract. de teſt. in 1. part. col. 67. allegantem Specu. in titu. de teſt. §. 1. ver. item quòd eſt pauper. vbi dicit talem teſtem non admitti in cauſa criminali, niſi cum tormentis.

Quartò fallit, quia ſi pauper habet aliquid in bonis & nõ ſit malę vitæ, ſed legalis perſona, videtur ꝗ ſit admittendus, vt not. Alber. Mal. vbi ſuprà. & idem Abb. in c. cùm cauſam. in 7. col. de teſt.

Quintò fallit, quia ſi requiritur idoneitas in aliquo nedum circa fidẽ, ſed etiã circa bona, vt eſt in fideiuſſore vel ex ꝓmiſſore vel in tutela, tunc pauper repellitur, ſecus ſi circa fidem ſolùm vt eſt in teſte, tamẽ hoc caſu minor fides adhibetur pauperi quàm diuiti niſi diues eſſet malæ famæ. & ita concludit Alb. de Roſ. in l. 3. ff. de teſt.

Sextò fallit, quia hoc tandem eſt arbitrarium, nam iudex poteſt arbitrari pauperem eſſe idoneum vel non ex qualitate paupertatis vel fidei & famę ipſius pauperis, vel pro quantitate cauſæ. Ita cõcludit Alber. Malumb. in loco ſuperius allegato, vbi prædicta ponit latius. de quo vide plenè per Abb. Sicu. in c. ſi quis teſtium. extrà de teſt.

REGVLA CXIIII.

QVi non habet intellectũ vt furioſus & ſtultus non poteſt teſtificari, vt 3. q. 2. c. 3. & ita tenet Spe. tit. de teſt. §. 1. ver. item quod furioſus.

Quod ampliatur primò locum etiam habere in perſona indiſcreta, vt per Alb. in ſuo tract. de teſt. col. 68. argum. 3. q. 8. c. iudices. & l. qui furore. de ſtat. homin.

Item ampliatur in frenetico, vt in c. cùm dilectus. extrà de ſucc. ab int. & ibi per Inn. & in furioſo & mente capto, vt no. Iac. de Ame. in 6. c. de teſt.

Primò fallit, quando haberent dilucida interualla, quia eo tempore poſſunt eſſe teſtes, vt per Spec. vbi ſup. & not. Alber. d. ſuo tract. col. 68.

Secundò fallit, quia quis poteſt teſtificari de his quæ vidit eo tempore quo erat in furore cùm ſit ſanæ mẽtis, ſecus ſi eſſet in furore & vellet perhibere teſtimonium de his quæ vidit tempore ſanæ mentis, quia tunc non poſſet, vt per Specu. vbi ſup. ver. ſed nunquid pubes.

REGVLA CXV.

SEnex nõ poteſt eſſe teſtis, vt per Bal. in l. ſenectus. C. de don. & hoc ꝓpter lapſum memorię.

Fallit primò, quando eſſet minor 80. annis, quia poteſt eſſe teſtis, ſecus ſi eſſet maior, quia non poſſet, vt per Bal. extrà de teſt. c. ſi qui teſtium. & videtur velle Alber. in ſuo primo alphabeto in litera ſenex. & Bal. in d. l. ſenectus. facit quod not. idẽ Bal. in l. inuiti. ff. de teſtib.

REGVLA CXVI.

ILle cui bonis interdictum eſt, nõ poteſt eſſe teſtis, vt not. per Bal. in l. is cui bonis. ff. de teſt. & per Alber. Mal. in ſuo tract. in 1. part. in 69. col.

REGVLA CXVII.

EBrius non poteſt eſſe teſtis, quia tunc nõ habet intellectũ. de quo per Abb. in c. 1. de teſt.

Fallit primò, & hoc ęſt cõſilium ad hoc, vt poſſit examinari, vt ipſe vadat ieiunus ad iudicem, & quòd benè digerat vinum, quia tunc poterit examinari, de quo per Abb. in d. c. 1. & Ang. in repertorio ſuper Inno. in litera Habetis iuſtam cauſam litigandi. & ita not. inno. in c. 1. extrà de teſt.

REGVLA CXVIII.

CAecus non poteſt eſſe teſtis. de quo per Spec. §. in ver. ſed nunquid cæcus.

Sed hoc fallit primò, quia de his quæ vidit antequam fieret cæcus, poteſt teſtificari, non poſt. vt per Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 1. part. in 69. col. qui allegat Spec. vbi ſuprà.

Secundò fallit, quia poteſt teſtificari, ſi habuit per prius notas voces contrahentiũ, & fecerint aliquem contractũ ſeu ſtipulationẽ, ſecus ſi non haberet notas, tamen hoc relinquitur arbitrio iudicis, quia poſſet faciliter cæcus falli in dictis vocibus. & ita concludit Alber. Mal. ſecundum Spe. vbi ſup. vide quod not. Cyn. in l. teſtium. C. de teſt.

Tertiò fallit, quia in his quæ principaliter requirunt auditum admittitur teſtis cæcus, & idem in alijs ſenſibus præterquam in viſu, vt not. gloſſ. in auth. de hæred. & fal. §. ſi verò abſunt.

Quartò fallit, quando aſſerit ſe habere notam perſonam per vocẽ, de qua teſtificatur, quia tunc valet eius dictum, ſecus ſi hoc nõ aſſerat, quia non valet, & ita not. Sal. in l. teſt. col. 6. C. de teſt.

Quin-

Quintò fallit, quia ſecundum aliquos nó facit plenam probationem nec ſufficientem cæcus, vt not. Ang. in l. ſi nó ſpeciali. C. de teſt. quem ſequitur Abb. Sicu. in c. cùm cauſam. in 5. col. de teſt. etiam vbi haberet notas voces contrahentiũ, cùm de facili poſsit decipi.

REGVLA CXIX.

TEſtis debet eſſe ieiunus, aliàs dictũ eius non valeret, vt in c. 1. de teſt. & ieiunus dicitur perfecta digeſtione, vt per glo. in c. 1. de teſt. & in c. ſi conſtiterit, de accuſat.

Sed hoc fallit primò in locis vbi homines ſunt ſobrij & cõtinentes à vino & potu, quia tales poſſunt quandocunq; examinari, ſecus vbi eſſent homines indiſcreti & multum incontinentes. Ita no. Ioan. And. in d. c. 1. de teſtib.

Secundò fallit, quando conſuetudo eſſet in cõtrarium, quia poſſet quandocunque examinari, vt vt not. Abb. Sic. in d. c. 1. de teſt. ibi ponit prędicta.

REGVLA CXX.

TEſti leuis opinionis non creditur, vt in c. in omnib. 2. q. 5. & teſtis leuis opinionis dicitur qui quotidie mentitur, licet nullũ non lædat, vel qui facilè omnibus credit, vt no. gl. in d. c. omnib. & no. prædicta Abb. Sicu. in c. licet. in 2. col. in fin. de probat.

Secundò dicitur leuis ille, & ꝓbatur, quando iudex refert ſeu ponit in actis, ꝙ teſtis ſit leuis opinionis, nam in ſimilibus iudici datur fides, vt no. Abb. Sicu. in d. c. licet. in 12. col. de teſt. allegat ad hoc Inn. in c. quoniam. eo. titu. Idem quando hoc conſtaret per teſtes reprobatorios vt ibidem.

REGVLA CXXI.

VIlis perſona ignota vel obſcura partib. non eſt idoneus teſtis, de quo per Spec. in titu. de teſt. §. 1. ver. Item quòd eſt artiſex. DD. in l. 3. ff. de teſtib. & per Alb. in dicto ſuo tract. colum. 69.

Primò fallit, quia admittitur ad teſtificandum, licet aliàs non poſſet vbi veritas aliter haberi non poſſet. de quo vide per DD. vbi ſuprà. & text. in l. ob carmen. § ſi ea. ff. de teſtib.

Secundò fallit, quia heri viliſsimus, ſi hodie eſt factus magnus prælatus poterit de præteritis teſtificari, vt per Bal. in c. in nomine domini. in 1. col. de teſt.

Tertiò fallit, quia ſi dictũ teſtis humilis & deplorati cõfirmatur & coadiuuatur ab alio fide digno dictum eius valebit & reintegrabitur, vt not. Ang. in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. ff. de edẽdo.

REGVLA CXXII.

VEriſimilia nõ dicenti non creditur, & ideo contra tales teſtes veriſimilia nõ dicentes aliàs deponentes eſt præſumptio falſitatis, & fidem non faciunt, vt probatur in l. 3. §. ſi teſtes. ff. de teſt.

Sed hoc fallit vbi eſſet teſtis talis conditionis de quo non eſt veriſimile quòd debeat deierare, vel ſi habeat aliquam præſumptionem ſecum, famam vel quid ſimile, & ita not. Abb. Sicu. in cap. quia veriſimile. in fin. extrà de præſumpt.

REGVLA CXXIII.

TEſtis gratioſus non eſt idoneus ad teſtificandum, vt per Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 1. part. in 6. col. qui allegat Spec. in titu. de teſt. §. 1. ver. item quod eſt gratioſus, & cap. ſimiliter. 3. q. 5.

REGVLA CXXIIII.

MVlieres non ſunt idonei teſtes in teſtamento, vt l. hac conſultiſsima. C. de teſtibus. & Authen. rogati. C. de teſtib.

Fallit primò in teſtamẽto imperfecto inter ſolos liberos quia valet eius teſtimoniũ, vt per Doct. in d. l. hac cõſultiſsima. & gl. in Auth. ſed & ſi quis. D. de teſt. limita vt per apoſtillam in l. fin. C. fami. hercifc. vbi Bart. tenet quando ſint legitimi.

Secundò fallit, quia in codicillis poteſt eſſe teſtis, licet codicilli videantur eſſe pars teſtamenti, & dependere ab eo, vt eſt gl. ordi. in l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſt. & glo. in l. fi. C. de codicil. & Bar. l. qui teſtamẽto. §. nec furioſus. ff. de teſti. ſecus ſi in teſtamento eſſet adiecta clauſula codicillaris, quia operatur vt valeat eius dictum, de quo per Ang. in l. quærebatur. ff. de teſt. milit.

Tertiò fallit in teſtamento milit. & in acie, vbi teſtes nõ debent eſſe rogati, quia tunc videtur remiſſa ſolennitas iuris ciuilis & remanet ſola ſolennitas iure gentium, per quam non videtur mulier ꝓhibita eſſe teſtis. ad quod vide quod no. in l. milites. C. de teſtamẽto mili. & in l. 2. per Bar. ff. eo. ti.

Quartò fallit fortè in teſtamento vbi ſunt relicta legata ad pias cauſas, vbi teſtes non debent eſſe rogati, de quo per Bar. in l. 1. antepe. col. C. de ſacroſan. eccleſ. & per Bal. in d. l. 1. in pen. col. quod ſequitur Abbas in c. relatum. de teſt.

Fallit in 4. caſib. vt per Pet. Duen. regn. 313. Fallit in 3. caſib vt per Fel in c. quoniam. de teſtib. num. 3.

Fallit in 4. caſib. vt per Deci. in l. fœmina. ff. de regul. iur.

Fallit in 4. caſib. vt per Soc. reg. 419. Fallit in 5. caſib. vt per Pet. Duen. regu. 314. Fallit vt per Viuium in ver. teſtis eſſe nõ poteſt mulier. Fallit in multis caſib. vt per Lancil. in tract. de off. prato. in tit. de teſtib. num. 75.

REGVLA CXXV.

MVlier non poteſt eſſe teſtis in criminalibus de iure canonico. 33. q. 5. c. mulieres. & c. forus. §. teſtes. de verbo. ſig.

Fallit primò, quia de iure ciuili mulier poteſt eſſe teſtis, niſi ſit damnata de adulterio, ſecus de iure canonico, vt l. ex eo. ff. de teſt. & l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſt.

Secundò fallit, quando de crimine agitur ciuiliter, quia tunc mulièr poteſt eſſe teſtis, vt in cap. quoniam. extrà de teſt. & ibi hoc not. Card. dicẽs, quòd fuit opin. Iac. de Aren. vt etiam de iure ciuili nõ ſit teſtis idonea niſi in ſubſidium, allegat Io. Andre. in addit. Specu. in titu. de teſt. §. 1. ver. Item quòd eſt mulier. & ver. ſequen. vide Innocen. de reprob. teſt. in 4. col. & vide Iac. de Amelia in ſuo tract. in 4. col. prædicta omnia not. Abb. Sicu. in c. quoniam. extrà de teſtib. dicens quòd communis opinio eſt quòd mulier de iure ciuili in criminalibus admittatur, ſecus de iure canonico, niſi ciuiliter agatur de crimine.

Tertiò fallit, quia in matrimonio poterit eſſe teſtis, vbi agitur de magno præiudicio, de quo per Abb. in cap. ſuper eo. de teſt. tam in contrahendo quàm in diſſoluendo.

Ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 5. à Petr. Duen. regn. 315.

Fallit in 4. caſib. ſecundum Soc. reg. 419. Fallit vt per Deci. in l. fœmina. ff. de regul. iur.

REGVLA CXXV.

TESTIS qui vltrò ſe offert ad teſtificandum nõ eſt idoneus ſed ſuſpectus, vt per Bar. in l. vxori. §. 1. ff. de falſis. vide Bart. in l. qui omnia. ff. de procur. & in l. poſt legatum. ff. de his quib. vt indig. & Iac. de Beluiſ. in authen. de teſt. §. ſi non ignoti, & Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 14. col, idem Sal. in l. quoniam. in 1. col. C. de teſt. vide Bal. in c. 1. in 3. char. quæ fuit pri. cau. ben. & eundem in auth. presbyt. C. de epiſ. & cle. vide aliquid per Abb. in c. 1. in 1. col. extrà de teſt. allegat dominos de Rota q. 360.

Fallit primò, quia ſi teſtis ſe offert ad iurandum abſq; mandato iudicis ꝓpter hoc nõ vitiatur eius dictum, vt no. Bal. in c. & ſi Chriſtus. in 3. col. extrà de iureiu. aliter videtur notare Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 17. col. allegat l. videamus. §. deſerre. ff. de in litem iurando.

Secundò fallit, quando teſtis ſe offerret cũ parte producente ipſum non citatum & reſpondendo iudici aut ſe excuſando diceret ꝙ venit ad ipſum iudicem, quia pars ſibi dixit, hoc caſu poteſt admitti licet non careat aliquali ſuſpicione, ſecus ſi diceret, ego veni cum iſto vt vobis dicerem veritatem, quia iudex tunc ipſum debet repellere. Ita no. Sal. in d. l. teſtium. in vlt. col. C. de teſt.

Fallit tertiò, quia ſi iudex admittit aliquem in teſtem non interrogans aliquid de prædictis, nec ſi fuerit citatus vel non, nam valet eius atteſtatio, & deferendo ei iuramentũ tacitè videtur ipſum admonere. Ita not. Sal. vbi ſup. in d. l. teſtium, in fin. C. de teſt.

Quartò fallit, quando quis cõparet pro intereſſe ſuo ad peccatum remouẽdum, vt quia allegat impedimentũ matrimonij, nam tunc ceſſat ſuſpicio falſi, etiamſi ſe ſponte offerat. ita no. Abb. Sicu. in c. iurauit. in 1. col. de teſtib. per illum tex.

Quintò fallit, quando eſſent citati vel à parte producti, vt per Spe. in tit. de teſt. §. qualiter. verſ. iudex autem. & Guil. de monte Lau. in Clem. ne Romani. de elect. per Bart. in l. poſt legatum. §. his verò. de his quibus vt indig. per Bald. in l. ſi quando. C. de teſt. & dominos de Rota deciſ. 362. incip. Item fuit dub. & per Inn. in c. 1. de teſtib.

Sextò adde quòd ſi teſtis qui nõ eſt citatus venit ſponte ad dictũ perhibendũ, cenſetur & reputatur ſuſpectus, & eius dicto non ſtatur. per Bart. in d. l. poſt legatũ. §. his verò. & Iac. de Bel. in auth. de teſtib. tamẽ in nonnullis locis videtur hoc non ſeruari, maximè Florentiæ vbi nunquam coguntur teſtes per iudicẽ nec citantur, ſed ipſę partes ducũt eos & ſæpè corruptos & cum multis blanditijs. hęc Pau. de Caſt. in l. quæ omnia, in princ. de procura.

REGVLA CXXVII.

TESTIS ſi non eſt citatus & examinetur non valet eius dictum. l. ſi quando. C. de teſt. l. inuiti. ff. eod. tit. & in c. 1. eod. titu.

Fallit primò vt plenè no. & diſtinguit Bar. in l. poſt legatum. §. his verò. ff. de his quib. vt indig & vide vt in apoſt.

Secundò fallit, quia licet nõ appareat de admonitione vel citatione, tamẽ videtur præſumendũ ꝙ interuenerit, vt no. in repertorio Bal. in 4. col. de quo vide Bar. in l. ſi quis ita. ff. de reb. dub.

Tertiò adde ꝙ citatio debet eſſe peremptoria, nec eſt vna citatio ſufficiens niſi ſit peremptoria, vt no. Sal. in l. ſi quando. in 3. col. C. de teſt.

Quartò habet locũ prędicta citatio etiã circa ꝓductionẽ inſtrumentorũ, quia nõ valeret niſi pars citaretur, vt no. Sal. in l. teſtium. in 6. col. C. de teſt.

REGVLA CXXVIII.

NON admittitur teſtis qui non ſit notus parti & iudici, vt not. in c. cùm cauſam. de teſt. & ibi per Abb. in 7. colum. & Guil. in l. 3. ff. de teſt. & Ioan. Andre. in addit. Specu. in titu. de teſt. §. 1. ver. teſtimonium.

Fallit primò in teſte qui deſcribitur in inſtrumento, quia eorum notitia non eſt neceſſaria, ſecus ſi viua voce deponeret, de quo vide Abb. Sicu. ubi ſup. in 7. col.

Secundò fallit, quia ſi id ſuper quo teſtis deponit, recipit effectũ ex facto vtriuſq; partis, quia tũc eſt neceſſe ꝙ vtramq; partem cognoſcat, vt ſi volo probare me poſſediſſe rem ſuper qua inquietor, vel me poſſediſſe ſeu emiſſe vel quid ſimile, & hęc duo voluit glo. in d. l. 3. §. 1. dicens, ꝙ in perſonali actione teſtis debet cognoſcere vtranq; perſonã, niſi in perſonali incideret quæſtio ætatis, aliàs autem in reali ſufficit alterum cognoſcere, qui prætendit rem ſuam. & ita no. Abb. Sic. prædicta in c. cùm tamen, in 6. col. de teſt.

Tertiò fallit in cauſa criminali, vt ſi actor petat à reo 10. corbes frumenti, & quanto plus valuerit frumẽtum ipſum à tempore moræ. ſuper tali æſtimatione poſſunt teſtes depqnere partibus ignotis. & idem not. per Abb. in d. c. cùm cauſam, in 8. col. allegat Io. An. ſic dicentem vbi ſup.

Quartò fallit in teſtibus deſcriptis in inuentario, vt ibi.

REGVLA CXXIX.

TESTIS ſi deponat dictum ſuum per procuratorem, non valet ſecundum Petr. & Abb. in c. licet ex quadam, in §. teſtis. ibi proprio iuramento extrà de teſt.

Fallit, quia poteſt teſtis iurare per procuratorem de dicendo veritatem, vt per Arch. in c. vt circa. de elect. lib. 5. ſuper verbo proprium, & dominos de Rota in ſuis deciſionib. per c. ſi. de iureiur. licet glo. contrà in d. c. vt circa.

SEGVLA CXXX.

CARCERATVS non eſt habilis teſtis ad teſtificandum, nec facit fidem, vt no. per Alber. per illum tex. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſt. & vide Ang. in l. qui à latronibus. ff. de teſta. *Alb. in tract. teſtiũ. §. ſupereſt, parte 1. nu. 17. Lanf. nu. 113. de teſt.*

Fallit primò, nam ad hoc vt poſsit teſtificari carceratus de his quæ vidit in carceribus, remedium eſt, ꝙ liberetur ab eis, nam poterit poſtea teſtificari de his quæ vidit tempore, quo erat incarceratus, ſicut domeſticus poteſt deponere de his quæ vidit tempore domeſticitatis, dummodò non ſit domeſticus tempore depoſitionis, ita not Alber. Mal. in ſuo tract. in 1. part. in 18. col.

Secundò fallit, quia dicti teſtes faciũt indicia, vt quis poſsit poni ad torturam. ita Alber. vbi ſupra.

Tertiò fallit, quia teſtis quem epiſcopus incarcerauit pro iuriſdictione ſua poteſt admitti ꝓ ipſo epiſcopo, quia nõ reperitur lege ꝓhibitũ maximè in cau-

in cauſa ciuili. Ita not. Alb. Mal. vbi ſuprà ſecundum Io. And. in addit. & A oto. de Butr. in c. cùm oporteat. de accuſat.

Quartò fallit, quia ſi carceratus non eſt ſuſpectus de crimine, vt quia propter illud non fuit poſitus in carceribus, ſed ob aliam cauſam tunc ipſe poterit eſſe teſtis & examinari, ſecus ſi eſſet ſuſpectus de crimine, quia non poſſet: ita Alber. Malumb. in d. loco.

Quintò fallit, quia in teſtamento ad pias cauſas admittitur carceratus & hoc cum tormẽtis, tortus autem dicitur competenter territus. l. nouiſſimè. §. 1. ff. quod falſ. tutor. au. & ita Bal. in repet. l. 1. C. de ſacroſan. eccle.

Fallit quoq; ſi detineretur propter crimẽ quod per ſententiam nõ infamaret Step. Auf. in tract. de teſtib. rep. nu. 5.

REGVLA CXXXI.

Testis ſemel productus non poteſt ſecundò produci, vt l. produci. ff. de teſt. & 4. q. 3. criminali. vide in alphabeto Bal. in dict. teſt. 105. colum.

Sed hoc fallit primò, quia ſi nõ eſſent atteſtationes publicatę in vna cauſa in eadẽ poſſet per aliam partẽ examinari. Ita not. glo. in ead. l. produci. & Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 1. part. in 12. col.

Secundò fallit, quia ſi ſe non obtulit ſpontè ad teſtificandum in cauſa criminali vel ciuili ſed fuit compulſus per iudicem ad teſtificandum contra aliquem, quòd tunc poteſt contra eundem in alia cauſa examinari. Ita not. Alb. Mal. vbi ſup. ſecundum Hoſt. & Ant. de But.

Tertiò fallit ſecundum eundem Alber. vbi ſuprà quando non malè & iniuſtè teſtificatus fuiſſet cõtra vnum in aliqua cauſa quia in alia poſſet teſtificari, ſecus ſi malè & iniquè teſtificatus fuiſſet, vt ibi per eundem.

Quartò fallit quando productio teſtium fuiſſet nulla, nam non impeditur quin poſſit ipſos teſtes producere ne anguſtetur facultas probandi. ita Alber. vbi ſuprà per glo. in c. cùm cauſam, de teſt. & Bal. in l. per hanc. C. de tempor. appel.

Quintò fallit vbi teſtis vellet incõtinenti corrigere dictum ſuum, ſecus ſi ex interuallo, vt in c. præterea. de teſtib. cog.

Sextò fallit, quando iudex ex officio repetit teſtem vt declaret dictum ſuum, nam hoc caſu poteſt, ſed ad inſtantiam partis nõ poteſt poſt publicatas atteſtationes, vt in cap. cùm clamor. & c. cùm cauſam. & c. per tuam. de teſt.

Septimò fallit quando atteſtationes eſſent amiſſæ, vt in c. fraternitatis. de teſt.

Octauò fallit quando depoſuiſſet teſtis in iudicio ſummario, nam poterit ſuper iudicio plenario produci, vt c. veniens. el 2. de teſt.

Decimò fallit quando vtraque pars conſentiret, quia poſſet iterum repeti & examinari, vt per Io. And. in c. fraternitatis. & c. cùm cauſam. de teſt.

Vndecimò fallit quando teſtis non fuiſſet interrogatus ſuper omnibus quo caſu poſſet iterum repeti, vt in d. cap. cùm cauſam. & not. in cap. 1. de præſcrip. & in c. per tuas. de teſt. prædicta vide per Alber. Mal. in ſuo opere in 4. parte 3. & 4. colum. idem Pau. de Caſt. & Ang. in l. 2. §. fi. de eden. vbi dicunt quòd teſtes non plenè examinati poſſunt iterum per iudicem reexaminari.

Duodecimò fallit, quia ſi teſtis depoſuit contra vnum poterit per illum met produci in alia lite, non ſuper eodem articulo ſed ſuper diuerſo. Ita not. Sal. in l. ſi quis teſt. in 6. colum. C. de teſt. qui ſic intelligit. d. l. produci. quod not.

Tertiodecimò fallit in caſu l. fi. C. de teſt. & ibi vide Sali. in 1. colum.

Quartodecimò fallit, quia licet teſtis ex interuallo nõ admittitur ad corrigendum dictũ ſuum, ita ꝙ non repetatur ſuper eiſdem capitulis, tamen ſi vult addere, non tamen corrigere poteſt. & ita not. Abb. Sic. in c. per tuas. el 2. in 2. col. de teſt.

Quintodecimò fallit, quando iudex dolo vel negligentia omiſit interrogare teſtem ſuper aliquibus pertinentibus ad cauſam vel ad capitulum, nam pars poterit petere etiam poſt publicationẽ proceſſus, vt teſtis iterũ repetatur & examinetur ſuper omiſſis, vt puta cùm agebatur de probanda præſcriptione, iudex omiſit interrogare de titulo, bona fide, continua poſſeſſione, nam ſuper iſtis poterit iterum examinari. & ita not. Abb. Sic. ſecundum Inn. in c. per tuas. el 2. extrà de teſt.

REGVLA CXXXII.

Testis inteſtabilis. i. qui nõ poteſt facere teſtamentum non poteſt adhiberi ad teſtificandum, vt l. cum lege. ff. de teſt. Idem not. Albe. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 1. part. in 16. cõl.

REGVLA CXXXIII.

Testes deſcripti in inſtrumento non debent de neceſſitate partes cognoſcere, vt not. Ioan. Andre. in addit. Specu. in titu. de teſt. §. fin. verſic. teſtimonium.

Sed primò fallit in inuentario vbi requiritur quòd ſint noti. C. de iur. delibe. in l. fina. §. in authen. de hæred. & fal. §. ſi verò.

Secundò fallit in inſtrumento in ſcriptis confecto à literarum imperito, quia teſtes debent eſſe noti. & hoc quando notarius non interueniſſet, ſecus ſi in dicto inſtrumento notarius interueniſſet, quia non eſſet neceſſarium ipſos fuiſſe notos, vt in auth. de inſtru. caut. §. ex his. verùm oportet ſaltem vnum ex teſtamento in ſcriptis cognoſcere contrahentes. & ita not. Abb. Sicu. in c. cùm cauſam. in 7. & 8. col. de teſt.

Tertiò fallit, quia ſaltem teſtes debent cognoſcere partes tempore quo fit contractus & inſtrumentum, licet non requiratur quòd per prius fuerint teſtes noti contrahentibus, de quo vide in c. cùm cauſam. in 7. col. de teſt.

REGVLA CXXXIIII.

Testes debent ſingulariter examinari de per ſe, non autem omnes ſimul ne alterum inſtruant & ſic per eundem ſermonem præmeditatum loquantur.

Vidi tamen aliquando contrarium obſeruatum, quòd multi ruſtici ſimul fuerunt interrogati & omnes ſimul reſponderunt certo modo, & de his vide in Spec. de teſt. §. nunc tractandum, in prin. per vnam col. vbi ponit an hoc fieri poſſit. Hæc Paul. de Caſt. in l. cùm lex. ff. de legib. in fin.

REGVLA CXXXV.

Qui nõ habet manus, vt quia ſint ſibi inciſę vel alio modo eis caret, nõ poteſt eſſe teſtis, cũ iurare nõ poſſit, nã oportet ꝙ tangat cũ manibus ſcripturam.

ram. ita not. Bald. in c. cum cauſam. in 10. col. extra de teſt.

REGVLA CXXXVI.

QVomodo & qualiter iudex examinare debet teſtem. Dic primò ꝙ habet perſcrutari veritatem & aduertere quo vultu, quaue trepidatione ſeu conſtantia teſtis loquatur. vt l. 3. verſi. tu magis ſcire potes. ff. de teſt. not. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionib. & faciet ſcribere an variet vel vacillet vt notabo infrà.

Secundò debet iuramentum deferre vt ſimiliter ditam inferius, vbi de forma iuramenti.

Tertiò poſtquàm teſtis depoſuit dictum ſuum iudex debet iterato ei legere ſeu legi facere dictum ſuum, vt intelligat teſtis ſi errauerit, vt per Bal. in l. fin. C. plus valere quod agitur. & per eundem in l. qui falſa. ff. de teſtib.

Quartò iudex debet admonere teſtes & percipere eis quòd non reuelent nec notificent parti quod teſtificati ſunt, vt no. Sali. in ſuis recollectis. in l. qui falſa. ff. de teſt. in fin.

Quintò iudex debet à ſeipſo diligenter inquirere conditionem teſtis, vt per Bartol. not. in l. 1. §. ſi præſes. de magiſt. conuen.

Sextò ſi iudex videt teſtem pallere vel tremere, debet mandare notario quòd hoc ſcribat vt per Innoc. in c. quoniam contra falſam. extra de proba. & & not. Bal. in l. 3 ff. de teſtib.

Septimò iudex debet interrogare teſtem de rationibus & de ſenſibus quia teſtes debent deponere per vnum ex quinque ſenſibus corporis, & non ſolum de cauſis ſcientiæ ſed de crudelitate & de fama, vt per Baldum in cap. cum cauſam. In 2. colum. de teſtibus.

Nota quòd in arbitrio iudicis eſt ſequi dicta teſtium vel non ſequi, pro quo facit quòd habetur in l. 3. infra de teſtibus. vbi dicitur tu magis ſcire potes. nam probationes multum dependent ab arbitrio iudicis, vt etiam no. Bal. & ibi Bar. in l. ſi quando. C. vnde vi. & Bal. in l. non hoc. C. vnde cogna. & ita Paul. de Caſt. in l. ob hæc. §. Lucius. ff. de infamibus.

REGVLA CXXXVII.

QVid veniat ſeu cótineatur appellatione probationis vide Bal. in l. 1. C. de proba. & in l. ea quidem. C. de accuſat. & gloſſ. in l. Lucius. ff. de cond. & demonſt. & Bal. in l. id quod pauperibus, in 11. q. de epiſ. & cler. & dic primò quòd non venit propriè confeſſio appellatione probationis, quia non eſt probatio, ſed probationis releuamen, quod nota. propter ſtatuta, quæ debent propriè intelligi, & ita not. Abb. Sic in rub. in fin. de proba. & Bald. in l. 1. C. de proba. & Io. And. in c. bonæ. in 2. col. de elect.

Secundò non venit iuramentum, vt per Bald. in d. l. 1. & Io. And. in d. c. bonæ. & hoc, quia non eſt probatio ſed releuatio ab onere probandi. & ita no. Bald. in l. fi. ff. ſi cert. pet. & in c. 1. §. ſacramenta. de conſuetu. recti feudi. & in c. 1. ſi de feud. fue. controuer. & idem in l. bonæfidei. C. de reb. cred. & glo. in c. cupientes. §. quod ſi per 20. de elect. in 6. & ideo non comprehendetur in ſtatuto faciente mentionem de probatione, vt per Doc. vbi ſupra. idem in ſententia faciente mentionem de probatione vt per Doct. vbi ſupra. de quo per Bar. in l. ait prætor. §. ſi iudex. in fi. ff. de iud. facit quod not. Bald. in d. l. in bonædei.

Tertiò licet ſtatutum dicat ſufficere qualẽcunq; probationem, intelligitur tamen de legitima, & ita not. Genn l. in ſuo repert. in dictione probatio. col. 1. alleg. glo. & ibi Bal. in l. 1. C. de fide inſtru. & Bar. in l. 3. de fide inſtr. & iure haſtæ fiſ. lib. 10. Tu tamen vide gloſſ. in l. 3. C. de probat. vbi quòd ſi lex facit mentionem de probatione, recurrimus ad qualitatem cauſæ ſi debeat eſſe plena vel ſemiplena, & vtrum ſit magni præiudicij, vel parui. Idẽ Bal. in l. hæc ſententia. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate. & in l. peremptorias. C. ſententiam reſcin. non poſſe.

Quartò in ſententia ſi dicatur eſt probatum, & teſtes non reddiderint cauſam dicti ſui, eo caſu quo non tenentur, valet ſententia, vt per Bal. in d. l. hęc ſentent. in fi.

REGVLA CXXXVIII.

REprobantur teſtes propter effrenatam multitudinem multorum productorum, quia non debent eſſe quadraginta in qualibet cauſa, vt per Innocen. de reprobat. teſt. in 15. colum. allegat 26. quæſtio. 30. pauci multa debent. 45. diſtinct. diſciplina. & eſt in arbitrio iudicis refrenare multitudinem teſtium attenta qualitate cauſę & perſonarum, vt not. Abb. Sic in c. cum cauſam. in 1. col. in fin. de teſtib.

REGVLA CXXXIX.

TEſtis iuratus & examinatus in die feriato non probat nec valet aliquid eius dictũ iuxta regu. l. 1. C. de ferijs.

Fallit hoc primò quia teſtis examinatus ſi tẽpore congruo iurauerit, valet eius dictum, vt not. Doct. in l. eadem. ff. de ferijs. & no. in l. 1. C. de offi. deleg.

Secundò fallit, quia in probanda ætate etiã teſtes poſſunt iurare & examinari in diebus feſtiuis in honorem Dei, vt no. Bal. in d. l. eadem. ff. de ferijs.

Tertiò fallit quia vbi æſtimanda eſſet aliqua iniuria atrox, vel quòd aliquis ſit mortuus vel remanſura cicatrix, poſſunt medici, & obſtatrices tonuocari dicto tempore feriato, & examinari & dari ſibi iuramentum, & valebit, vt per Bald. & Angel. in dicta l. eadem, tamen reprobantur hermaphroditi, vt not. Inno. de reproba. teſt. in 16. col. & not. in l. repetundarum. ff. de teſt.

REGVLA CXL.

TEſtis productus à poteſtate ſeu magnate reprobatur, quia præſumitur corrupt⁹ vel quod per metum teſtificetur, de quo per Genn lẽ in dict. teſt. in 7. col. allegat Bal. in l. nolumus. C. de teſt.

REGVLA CXLI.

QValiter compellantur & quibus pœnis teſtes ad teſtificandum.

Dic primò quòd per pœnæ impoſitionem, ſeu mulctam vt l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.

Secundò captis pignoribus poteſt compelli teſtis ad teſtificandum, arg. inſti. de ſanſd. tut. §. fi. & l. ſi quis à liberis. §. fi. ff. de liberis agnoſcen.

Tertiò poteſt exbanniri ſecundum conſuetudĩnem ciuitatis, quæ tenenda & ſeruanda eſt, vt l. obſeruare ff. de offi. præconſul.

Quartò poteſt examinari per iudicem eccleſiaſticum, vt prædicta omnia no. Iac. de Amelia in ſuo tract. de teſt. cap. 64.

Quintò iudex eccleſiaſticus poteſt compellere teſtes laicos ad teſtificandum coram eo ſub pœna excommunicationis & excommunicare eos ſi non veniunt, vt no. Abb. in cap. tam literis. in 1. col. de teſt. de quo etiam in cap. 1. de teſt. cog.

Sextò iudex eccleſiaſticus quando citat clericos ad teſtificãdum, prius debet admonere eos ſub pœna ſuſpenſionis, & hoc eſt de honeſtate, non neceſſarium, ſed ſi volunt venire debet poſtea citare, vt veniant ſub pœna excommunicationis, vt per Abb. Sic. in cap. cum ſuper. de teſti. cog. in 1. colum. per illum text.

REGVLA CXLII.

QValiter intelligatur quod teſtes inuiti dicãt teſtimonium, dic quando allegant priuilegium & ſe excuſant, ſecus ſi non allegarent, quia videntur conſentire, vt not. Sali. in l. parentes. C. de teſt.

REGVLA CXLIII.

TEſtis à principio nõ debet compelli per iudicem ad teſtificandum, vel imponi ſibi pœna, ſeu moneri prius eos debet vt in c. 1. de teſt. cog.

Fallit primò quando eſſet neceſſarium teſtimonium illius qui citatur ad teſtificandum, vt quia res aliter probari non poſſit nam tunc iudex poteſt citare vt veniat ad teſtificandum ſub excommunicationis pœna. Ita Abb. in c. 1. in 1. col. de teſt. cog.

Secundò fallit, quãdo iudex eſſet remotus à partibus quo caſu cum de facili iudicium iudicis non poſſit geminari, poterit teſtis ſub cenſura eccleſiaſtica citari, vt per eundem Abb. vbi ſupra in 1. colu. alleg. c. 2. de teſt. cog.

REGVLA CXLIIII.

TEſtis regulariter poteſt compelli ad teſtificandum vt infra declaratum eſt, & ita no. Iac. de Amelia in ſuo tract. de teſt. in 14. col.

Fallit primò in pluribus perſonis & caſibus poſitis infrà vbi latius dicam.

Secundò fallit, quia hodie de conſuetudine Romanæ eccleſiæ vbi de crimine agitur, quis non compellitur ad teſtificandum vt not. Iac. de Amelia in ſuo tract. de teſt. col. 64.

Tertiò fallit, quia non poteſt compellere hominem extra ſuam iuriſdictionem venire ad teſtificandum in cauſa ciuili, ſecus in cauſa criminali. & quid ſit hoc caſu agendum, vide Iac. de Amelia ibid. 63. 64. 65. col. & in l. nullus. C. de teſt.

Quartò fallit, quia teſtis non iuratus non cogitur teſtificari, vt per Bal. in c. de teſtib. in 2. colum. de teſt.

REGVLA CXLV.

QVæ perſonæ ſint quæ compelluntur dicere teſtimonium. Dic primò quòd compellitur dicere teſtimonium etiam is qui iurauit ſe non teſtificaturum pro alio, quia illud iuramentum eſt temerarium, licet aliqui dicant abſolutionem prius eſſe impetrandam. de quo [illegible] de per Alber. Mal. in ſuo tract. de teſti. in 2. part[illegible] 10. col. vbi ponit etiam an valeat eius dictum ad ſemiplenam probationem & ad iuramenti delationem.

Secundò compellitur dicere teſtimonium is qui eſt ſubiectus iuriſditioni iudicis, & etiam ſi non eſt ſubiectus dummodo compareat coram eo: ita not. Alber. vbi ſuprà.

Tertiò licet forenſis vel non ſubiectus non poſſit compelli ad teſtificandum, nihilominus per indirectum compellitur, videlicet quòd iudex ſcribat literas alteri iudici, qui habet illum ſub iuriſdictione ſua, vt illum examinet quo caſu in effectu teſtificabitur, & hoc tam in ciuili quam in criminali, vt per Alber. Mal. vbi ſuprà.

Quartò quia delegatus Papæ poteſt cogere quemlibet ad teſtificandum, etiam ſi hoc non ſit expreſſum in literis delegationis ſuæ, vt nota. Alber. in d. ſuo tract. vbi ſuprà.

Quintò licet arbiter non poſſit cogere teſtes ad teſtificandum, tamen poteſt implorare brachium iudicis ordinarij vt compellat illum ad teſtificandum pignoribus captis vel multa indicta, vt per Alb. vbi ſuprà.

Sextò compellitur quis teſtificari contra propriam ciuitatem. Ita not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. col. 10.

Septimò, quia teſtes qui aliàs non coguntur teſtificari, ſi veritas aliter haberi non poteſt, cogũtur ad teſtificandum. Ita no. Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 25. colum. allegat Guid. de Suza in l. pen. C. de hereticis. Idem Io. And. in ſuo tract. de teſt. circa. fi. Sed Sal. contra in l. ſi quando. C. de teſt. in 2. col. contra Sal. eſt Abb. Sic. in c. 1. in 3. col. de teſt. cog.

Octauò quia baroerius cogitur teſtificari contra poteſtatem ſuam, vt not. Sal. in l. teſtium. C. de teſt. & maximè tempore ſyndicatus & poſtquam de domo eius diſceſsit. contrariũ no. Bal. in l. 2. de exc. tu.

Nonò quia priuilegiatus qui non cogitur dicere teſtimonium poteſt compelli ad teſtificandũ quando paſſus eſt ſe deſcribi in inſtrumento. gloſſ. eſt not. & eam tenet Sal. in recollectis in l. inuitis. ff. de teſtibus.

Decimò fallit, quia quando aliquis eſt ſemel teſtificatus contra aliquem, nõ cogitur amplius contra eum teſtificari, ne plures inimicitias incurrat ſeu contrarietatem. de quo per Abb. Sic. in c. præterea. in 1. col. de teſt. cog.

Vndecimò fallit, quando delictum committitur lite pendente vnde propter fauorem iudicij ne eorum iuriſdictio elidatur poteſt cogi clericus ad teſtificandum. de quo per Abb. Sicul. & ibi ponit aliàs fallent. in capit. ſuper his. de teſt. cog.

REGVLA CXLVI.

REprobantur qui dixerunt inuiti teſtimonium vbi aliàs cogi non poſſunt, & maximè pater contra filium, l. parentes. C. de teſt.

Fallit primò in caſibus no. ſupra in præcedentib.

Fallit ſecundò in caſibus qui nota. infrà vbi clericus compellitur ad teſtificandum.

Tertiò fallit, quia perſonæ priuilegiatæ compelluntur in cauſa ciuili deficientibus alijs probationibus, vt in cap. 1. de teſt. cog. per Doct.

Quartò fallit, quia priuilegiati compelluntur in cauſa criminali quando agitur directè de crimine ſiue ciuiliter ſiue criminaliter, etiam in vtroque foro, niſi eſſet cauſa ſanguinis, in qua clerici vel

vel qui volunt clericari non compelluntur ad teſtificandum. Ita concludit Abb. Sic. ſecundum Doct. in c. pen. in 4. col. de teſt. cog.

Quintò fallit, quia quando excipitur de crimine, etiam perſonæ priuilegiatæ compelluntur dicere teſtimoniũ vbi ſequeretur aliqua punitio, vel maximum partis præiudicium verteretur, aliàs ſecus, & ita not. Abb. Sic. concluſiue ſecundum Doct. in d. c. pen. in 4. col. licet poſtea de ſe aliter diſtinguat In 1. col. dic vt ibi per eum.

REGVLA CXLVII.

FIlius contra patrem non admittur ad teſtificandum vt l. parentes. C. de teſti.

Fallit primò quando filius eſt contentus teſtificari contra patrem, nec pater eius contradicit, quia hoc caſu valeret dictum ipſius, vt ibi per Docto. & per Alber. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 2. part. in 15. col. in prin.

REGVLA CXLVIII.

FRater inuitus contra fratrem non cogitur dicere teſtimonium tam in criminali quam in ciuili vt nota. in l. lege Iulia. ff. de teſtibus. & iſta eſt communis opi. Doct. licèt gloſſ. ſit in contrarium. 3. quæſtio. 2. §. 1. cap. 1. & ibi Archid. & Spec. in titu. de teſt. §. licet. in fin. & §. de teſtib. verſi. ſi ſeruum.

Fallit primò quando eſſe teſtis inſtrumentarius, quia tunc videtur approbatus à partibus, & ideo cogitur dicere teſtimonium, vt not. Alb. Mal. ſecundum Bal. in ſuo tracta. de teſti. in 1. parte in 6. col. & alter Alber. in l. parentes. C. de teſt. idemq; etiam Bal. in d. l. parentes.

Secundò fallit, quãdo teſtis eſſet rogatus à teſtatore vel à iudice in iudicio, in his caſibus in ciuili frater compellitur contra fratrem teſtificari, vt no. Bald. in d. l. parentes. de quo gloſſ. in auth. de teſt. §. licet. in fi.

Tertiò fallit, in quibuſdam criminibus exceptis vt hæreſis, vel ſimoniæ, vt in c. literas. de præſump. & in c. ſi audiſis. 23. q. 8. prædicta ponit Alb. Mal. in 2. parte ſui tractatus in 1. & 2. col.

Quartò fallit, quando veritas aliter haberi non poſſet, quia tunc cogeretur ad teſtificandum, vt no. Abb. Sic. in c. literas. in 3. col. de præſump. & tradit Alber. d. ſuo tracta. in 2. par. colum. 6. & 7. *Iunge reg. 251. 252.*

Ampliatur in duobus caſib. & limitatur in 5. per Petrum Duen. reg. 384.

REGVLA CXLIX.

VXor non cogitur dicere teſtimonium contra maritum vel econtra. Idem in ſponſa & concubina per text. in l. item legat. §. parui. ff. de verbo. ſign. de quo vide Alb. Malum. in 1. parte ſui tract. in 9. col. & eundem in 2. parte ſui tracta. in 5. colum.

Fallit primò quando veritas aliter apparere non poſſet, vt ponit Abb. in cap. in literis. in fi. de teſt. & Alber. vbi ſupra in 2. par. colum. 67.

REGVLA CL.

AGnati vel cognati non coguntur dicere teſtimonium, vt l. lege Iulia. ff. de teſt.

Fallit primò, quia poſt quartum gradum poſſunt compelli, non ante vt d. l. lege Iulia.

Secundò fallit, quia volentes admittuntur prædicti agnati, non tamen poſſunt cõpelli, vt per Alb. Mal. vbi prædicta not. in ſuo tract. de teſt. in 2. parte in 4. col.

Tertiò fallit quando veritas aliter apparere non poteſt, nam ipſi coguntur ad teſtificandum, vt not. Alb. Mal. in dicto tract. in 2. parte. in 5. & 6. col.

REGVLA CLI.

PRoxeneta non compellitur teſtificari, vt nota. glo. in c. 1. de teſti. in 6. & not. Sal. in l. omnib. C. de teſt. & etiam in l. ſi quando. in 2. col. C. eo. tit. & vide d. Ant. in. c. cum dilecti, de elect.

REGVLA CLII.

MVlier prægnans non cogitur teſtificari, ſi eſt propinqua partui, quia eſt timor ne pereat in via, vide Guil. in l. Imperator. ff. de ſtatu ho. qui allegat l. ſed & ſi quis. ff. ſi quis caut. & not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 10. colum. vide Doct. in l. non exigimus. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caut. Et quid de muliere non prægnante, vide Bal. in l. inuiti. ff. de teſtibus.

REGVLA CLIII.

ILle qui non poteſt comparere ſine dedecore ſuo, puta qui habeat faciem inciſam non compellitur dicere teſtimonium per Baldum. in l. inuiti. C. de teſtib.

REGVLA CLIIII.

EPiſcopus non cogitur teſtificari. l. nec honore. C. de epiſ. & cler. & no. Abb. Sicu. in cap. cum nuncius in fi. de teſt.

Fallit quia in ſubſidium poteſt compelli per ſuum ſuperiorem ad teſtificandum, vbi aliter veritas ſciri non poſſet vt per Abb. Sic. in d. c. cum nuncius. in fin.

REGVLA CLV.

DOctor non cogitur ad teſtificandum, vt l. ſi. & ibi not. C. de profeſ. & medic.

REGVLA CLVI.

SEnes non coguntur venire ad teſtificandum videlicet quando impleuerunt annos 70. Ita Io. de Amelia in ſuo tract. de teſt. in c. 55. allegat l. inuiti. ff. de teſt. & l. 3. ff. de iure immunit.

Fallit primò duobus modis vt patet in ſequenti regula de quibus vide Alb. Malumb. in ſuo tract. de teſt. in 2. parte in 6. colum.

Secundò fallit, quia de iure canonico ratione peccati tenetur teſtificari, ſecus de iure ciuili. Ita no. Abb. in c. ſi quis teſt. in 2. col. de teſtibus. vbi etiam per gloſſ.

Senes ſi cogantur ad teſtificandum quibus caſibus non non valeat dictum eorum, vide Bald. in l. inuiti. ff. de teſt.

REGVLA CLVII.

VAlitudinarij non coguntur dicere teſtimonium. l. inuiti. ff. de teſt.

Fallit primò ſi mitteretur ad domum eorum & ibi examinarentur, vt per Ioan. de Amelia vbi ſupra allegat. l. ad perſonas. ff. de iureiuran.

Fallit ſecundò ſi aliter veritas apparere non poteſt niſi examinentur nam tunc coguntur teſtificari, vt not. Alber. Mal. in ſuo tracta. de teſtibus. in 2. par. in 5. colum. & maximè quando iudex mitteret ſeu iret ad examinandum eos in domo ſua.

Tertiò fallit in cauſa criminali, quia nedũ prędicti coguntur teſtificari, ſed etiam poſſunt compelli

vt deponant coram iudice, & ad ipſum deferantur, vt idem Alber. Malumb. vbi ſuprà.

Valetudinarij ſi cogantur dicere teſtimonium quibus caſibus non valeant eorum dicta, vide Bal. in l. inuiti. ff. de teſt. vbi ponit rationem.

REGVLA CLVIII.

Libertus non cogitur dicere teſtimonium contra patronum vt l. libertorum. C. de teſt.

Quod primò habet locum & ampliatur, etiã patrono volente, quia etiam non poterit eſſe teſtis, vt no. glo. & Sal. in d. l. libertorum.

Secundò habet locũ quia contra hęredem patroni etiam extraneum non cogitur ad teſtificandũ, vt not. idem Sal. in dicta l. libertorum. vbi & per glo.

REGVLA CLIX.

Vaſallus non cogitur teſtificari contra dominum, & maximè in cauſa criminali, vt nota. in titulo. de conſuetudine recti feudi. §. ſimiliter. vbi per Iaco. de Bel. & not. Sal. in l. libertorum. C. de teſt.

Fallit primò in cauſa feudali, quia per vaſallos qui appellantur pares curiæ probatur inueſtitura feudi, vt in titu. quid ſit inueſt. c. 1. & in tit. de contr. feudi. c. 1.

Secundò fallit in alijs cauſis ciuilibus paruis, ſecus ſi magnis, vt not. Sal. ſecundum quoſdam in d. l. libertorum. C. de teſt.

REGVLA CLX.

Exiſtens in magiſtratu vel abſens rei publicæ cauſa, non coguntur venire ad teſtificandum, per Ioan. de Amelia in ſuo tract. de teſti. in c. 55. allegat. l. inuiti. ff. de teſt.

Sed hoc fallit vbi veritas aliter intelligi non poſſet, quia tunc coguntur teſtificari, vt per Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 2. par. in 6. col. & de hoc ſępe in ſuperioribus dixi, & ſtatim dicam.

REGVLA CLXI.

Conducentes annonam ad exercitum non cogũtur venire ad teſtificandũ, per Io. de Amelia in ſuo tract. de teſt. in c. 55. allegantem. l. inuiti. ff. de teſt.

REGVLA CLXII.

Qvando veritas aliter ſciri non poteſt, teſtis etiam priuilegiatus cogitur ad teſtificandum, & ipſi teſti probatio incũbit quod veritas ſuper ea realiter ſciri poteſt. Ita not. Io. And. in c. ſuper eo. de teſt. cog.

Sed hoc fallit primò in criminalibus, quia actor oportet probare contra priuilegium teſtis, ſecus in ciuili. Ita not. Ant. de But. in d. cap. ſuper eo, quem ſequitur ibi Abb. Sic loquendo de clerico.

Secundò fallit, quia iudex poſſet deferre iuramentum ipſi teſti an res poſsit per alios probari, & ſic releuare ipſum teſtem ab onere probandi. Ita concludit Abb. Sicu. d. c. ſuper eo. allegat tex. & ibi not. in c. dilecto. de teſt.

Tertiò fallit, quia iudex poteſt ſe ſummariè informare ſuper hoc, & per conſequens ipſum teſtem releuare, vt nota. idem Abb. in dict. cap. ſuper eo, in fin.

REGVLA CLXIII.

Qvando cognoſcatur ꝙ teſtis deponat inuitus. Dic primò quando teſtis eſt citatus, & allegat exceptionem ſuam quod non debet cogi ad teſtificandum, nam ſi compellatur eo non obſtante tunc dicitur inuitus teſtificari. Ita nota. Alber. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 2. par. in. 10. col. in prin. allegat Bal. l. libertorum. C. de teſti.

Secundo modo dic quod teſtis deponit inuitus ſeu deponere intelligitur, quando notarius nõ ſcripſit in actis quod volens depoſuit, nam aliàs in dubio præſumitur quod inuitus depoſuerit. Ita nota. Bartol. in authen. presbyteros. C. de epiſco. & cler. vt idem ſequitur ibi Paul. de Caſt. licet Bald. tenuerit contrarium. in l. Deo nobis. C. de epiſc. & cler. & vide quod idem nota. in l. 2. C. de liberis eorumque lib.

Tertiò dic quod per ſolam citationem non videtur teſtis inuitus deponere, ſed quando allegaret priuilegium ſuum & non audiretur, vt not. Sal. in l. libertorum. C. de teſt. de hoc etiã vide per eundem Sal. in l. ſi quando. in 2. col. C. eo. tit.

REGVLA CLXIIII.

Qvando teſtis examinatur, debet pars citari ad videndum eum examinari, aliàs dictum eius non valeret, vt in cap. in nomine Domini. de teſt. & l. ſi quando. C. eod. tit.

Fallit primò vbi iudex admonuiſſet partem quòd deberet intereſſe, quia talis admonitio habet vim citationis, & per conſequens valebit examinatio & dictum teſtis, vt eſt gloſſ. & ibi not. in l. ceſſante. C. quomodo & quando iud. & not. in c. 2. de confeſſ. in 6. niſi pars fuiſſet impedita iuſto impedimento quod venire non potuiſſet, quo caſu non valeret examinatio vt Alber. Mal. prædicta omnia not. in ſuo tract. de teſt. in 3. parte in 1. col.

Secundò fallit, quia ſi quis conſtituit procuratorẽ in cauſa ſua, ſeu is fuerit effectus dominus litis per conteſtationem, nihilominus ſi citetur ad vidẽdum examinari teſtes. & non procurator, valebunt dicta teſtium, vt in effectu tenet Alber. vbi ſupra allegat Bar. & Ang. in l. ſi à furioſo. ff. de re iudic. & Bal. in l. 1. C. de ſenten. & interl. & idem dicendum eſt cõtra quando citatur procurator & non dominus, vt ibi per eundem Alber.

Tertiò fallit, quia ſi notarius ſcriberet in actis præſentiam partis aduerſæ quando teſtes examinantur, quia tunc valeret receptio teſtium & examinatio. Ita not. per Alb. Malum. vbi ſupra allegat Bal. in dicta l. 1. C. de ſenten. licet de citatione aliter non appareat. Vide Barto. in l. Theopompus. de dot. præleg.

Quartò fallit quando iudex certioraret partem præſentem de dicta examinatione, quo caſu perinde cenſetur ac ſi fuiſſet citata vt not. Alb vbi ſupra, allegat Bald. in d. l. 1. C. de ſenten. & interl.

Fallit quintò, quia quãdo eſt aſsignatus terminus ad probandũ aliquid conſilium eſt quod in eo apponitur ꝙ pars aduerſa admoneatur ꝙ adſit ſingulis diebus & horis ad vidẽdum iurare teſtes, quo caſu non erit neceſſarium, quod infra illum terminũ pars aliter citetur, vt Alb. Mal. ind. ſuo tract. in 3. parte in 5. col. & per Sal. in l. ſi quando. in 4. col. in prin. C. de teſt. & per hunc modum tolluntur dubitationes Docto. in d. l. ſi quando. & in l. qui ante calendas. de verbor. obl.

Sextò fallit, quando fuiſſet facta generalis citatio ad totam cauſam, quę poteſt permitti in prin. cauſę.

quo

quo caſu poſſunt iurare teſtes abſq; alia ſpeciali citatione, ſecundum gloſſ. in auth. atqui ſemel. C. quomodo & quando iud. & in l. & poſt edictum. ff. de iudic. & hoc in ſpecie not. Innoc. in c. conſuluit. de offi. deleg.

Septimò fallit quando pars citãda habitat de longinquo. quia tunc conſilium eſt, ꝙ cogatur eligere domicilium in loco iudicij, vbi facilius poſsit citari quo caſu poteſt aſtringi, ſecundũ Ang. in l. qui ante calen. de verbo. obl. & prædicta ponit Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 3. parte in 5. & 6. col.

Fallit octauò, quia quando iudex compellit aliquem teſtem ad oſtendendum perſonã delinquentis ſeu nominãdum ipſam, nam non requiritur partis citatio, necnon vbi iudex procederet inquirẽdo contra aliquem, quia tunc etiam non requireretur partis citatio, vt not. Bald. in l. quæſitum. §. 1. ff. de cond. ob turp. cauſam.

Nonò fallit, quia vbi iudex procedit ex mero officio ſuo, vtputà recipiendo informationem de notorio ſiue de ſama, aut de infamia, nam in camera ſua & ſecretis poteſt examinare teſtes parte non citata, vt not. Baldus. in cap. cum inter vos, de conſuetudine. & in d. l. quæſitum. & prædicta Alber. Malumb. in dicto ſuo tractat. in 3. part. in 6. & 7. colum.

Decimò fallit, quando partes dediſſent licentiam iudici vt reciperet iuramenta teſtium in earum abſentia, quo caſu non erit amplins neceſſaria citatio. Ita not. Sal. in l. ſi quando in 4. col. C. de teſti. vbi dicit iudices ſolere, vti hoc remedio, & tradit Abb. c. in nomine Domini, col. 6. de teſtib. allegat. Bar. in l. Theopompus. ff. de dote præleg.

Vndecimò fallit, quia vnica citatio ſufficiet, nec opus eſt alijs peremptorijs, vt qūidam voluere, & ita not Sali. in d. l. ſi quando. in 3. col. C. de teſt.

Duodecimò fallit, quia in vltima die termini dati ad probandum pars non debet citari, quia dies illa interpellat, ita ait not. Io. And. in cle. quanuis. de appel. & not. Sal. in d. l. ſi quando. in 3. col. ſecus ſi in alijs diebus termini, vt ibi per Sal.

Decimotertiò fallit, quia ſi ſunt conſtituti duo procuratores inſolidum ab aliquo ita quod melior non ſit occupantis conditio, & alter ſit conteſtatus litem, alter autẽ fuit citatus ad videndum iurare teſtes, ſufficit ſi pars producens teſtes ei non contradixerit. Ita not. Sal. in l. teſtium, in 6. col. C. de teſt. allegat Io. And. in cap. in nomine Domini. in nouella de teſt.

Decimoquartò fallit, quia vbi pupillus cum tutoris authoritate conteſtatus eſt litem, ſi tutor citetur ad videndum teſtes iurare ſufficit, vt not. Sal. in d. l. teſtium, in 6. col.

Decimoquintò fallit, quia ſi filius cum authoritate patris citatur ad productionem teſtium, ita demum valet, ſi pater eſt authoratus in ſignum legitimæ adminiſtrationis, ſecus ſi in ſignum repudiationis vſufructus, vt not. Sal. ſecundum Bal. in d. l. teſtium. in col. 6. C. de teſt.

Decimoſextò fallit, vbi agitur de informatione perſonæ an ſit habilis ad dignitatem, & hoc extraiudicialiter, aliàs ſecus, & ita not. Abb. Sic. in c. in nomine Domini in 4. col. extra de teſti. alleg. Innoc. in c. fi. de tranſl. prætorum.

Decimoſeptimò fallit, vbi factum eſt notorium, & iudex ad ſui inſtructionem recipit teſtes, vt not. Butr. in d. cap. in nomine Dnmini, quod tamen ibi intelligit Abb. Sicu. ſecundum not. per Innoc. in c. tua. in fi. de cohab. cler. & mul. & per gloſſ. in c. ad noſtram, el. 3. de inreiuran.

Decimooctauò fallit, quando iudex procedit contra aliquem per viam inquiſitionis, quia non eſt neceſſe quod inquiſitus citetur ad videndum teſtes iurare, vt not. Anto. de Butr. in d. c. in nomine Domini. & Ioan. And. in c. qualiter & quando. §. non debet. de accuſ. licet Abb. Sic. contrarinm teneat in d. c. in nomine Domini. in 4. colum. allegat pro ſe Barto. in l. fin. ff. de quæſtionib. & dicit quod practica eſt vt citetur inquiſitus, vt etiam not. Io. And. in d. §. non debet.

Decimononò fallit, quando aliquis timet mouere quæſtionem alicui propter eius potẽtiam, nam ad inſtantiã timentis poteſt iudex clandeſtinè examinare teſtes ad perpetuam rei memoriam, etiam in cauſa ciuili, vt no. Abb. Sic. in c. in nomine Domini, in 5. col. de teſt. allegat. Hoſt. in c. quoniam. vt lite non conteſt.

Vigeſimò fallit, quando teſtator in ſuo teſtamento iuſsit ſtare dicto alicuius, nam ille poteſt examinari parte non citata, vt not. Bal. in c. cum inter vos, de conſuetudine, & d. c. quoniam. vt lite non conteſt. & d. l. quæſitum. prædicta omnia ponit Alb. d. ſuo tract. in 3. par. col. 6. & 7.

REGVLA CLXV.

REquiritur etiam citatio partis ad dandns ſeu porrigendos articulos, & ita tenẽt domini de Rota conclu. xc. & ſequitur Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 3. par. in 1. colu.

Fallit primò quando proceſsiſſet generalis citatio ad totam cauſam & ad omnes actus iudiciarios, quo caſu poſſunt porrigi articuli ipſi iudici abſque alia citatione partis, & ita tenet Alber. Mal. vbi ſupra, allegat Dominos de Rota d. quęſtio. xc. & hoc ponit etiam Abb. Sic. in c. in nomine Domini. in 7. & 8. col. extra de teſt. vbi etiã per Ant. de But. & ibi etiam Abb. limitat prædicta.

Secundò fallit, quia parte citata ad dandos dictos articulos auditis exceptionibus partis aduerſæ, ſi iudex eos admittit poſt modum, etiam parte non citata, nihilominus valent eorum dicta, niſi pars appellauerit: ita not. Abb. vbi ſupra, licet Ant. de But. ibi ſenniat contrarium. Sed illud aduertendum, ſi iudex recipiat dictum teſtis vtraq; parte abſente dictum eius non valet, vt eſt glo. in l. ſi quando. C. de teſt. & not. in l. iuriſiurandi. C. eo. tit. vide in repertorio Bal. in 1. colum.

Tertiò fallit, quia vbi pars non eſt citata, nihilominus teſtis ſacit quale quale indicium, vt per Bart. in l. hæreditarias. C. de crimine expil. hæred. licet Abb. Sic. contra in d. c. in nomine Domini, in 7. colum. de teſtib. allegat Bartol. in l. maritus. ff. de quæſtionib.

Quarto fallit, quia ſi iudex mittit vel vadit ad examinandam mulierem ad eius domũ non eſt neceſſe quod citet partem, cum ſit inhoneſtum quod pars vadat ad videndum ipſam. ita Anto. de But. in c. ſi qui teſtinm. de teſtib. licet ibi Abb. in 1. col. non videatur hoc ſequi.

Quintò fallit vbi cauſa poteſt ex actis decidi, tenet dictũ teſtis parte non citata, vt per Hoſt. & Dominicum de ſancto. Ge. in c. 1. de homici. lib. 6.

Sextò fallit, quando periculum eſſet in mora, vt quia debitor fugeret, vel eſſet ſuſpectus de fuga, quia poſſunt teſtes examinari ipſo non citato, vt not. Domi. in d. c. 1. de teſtib. allegat Barto. in l. ait prætor. §. ſi de vxore. ff. de his qui in frau. cred. & circa hoc vide quod not. dicit Ioan. Bap. in l. ſed ſi hoc. §. prætor ait. ff. de in ius voc. qui allegat ibi Bald. & Iac. Butr. Bal. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. & Bald. in l. ſi quis curial. C. de epiſ. & cler.

REGVLA CLXVI.

QVibus caſibus nõ valeat dictum teſtis. quando recipitur partibus abſentibus, dic primò quod non valet ſi notarius ſcribat: Iſti ſunt teſtes recepti, & non appareat de præſentia partium, vt not. Iac. de Amelia in ſuo tracta. de teſtibus. in vltimo cap.

Secundo non valeret ſi notarius ſcriberet, teſtes recepti ſunt ſuper petitionibus, intentionibus & actis, ſi aliud non apparet de pręſentia partium. & ita not. Iac. de Amelia vbi ſupra.

REGVLA CLXVII.

TEſtis eſt citandus ad hoc vt eius dictum valeat. l. ſi quando. C. de teſt. vt per Spec. tit. de teſti. §. qualiter. ver. ſed iudex. & iſtud videtur ſeruari de conſuetudine, licet aliqui teneant hoc non eſſe neceſſarium, vt per Bal. in c. 1. §. porro, quibus modis. feud. amit. & Ant. de Butr. in c. 2. de teſt. & Alb. in l. ſed honore. C. de epiſco. & cler. & Laur. in cle. ne Romani. de elect.

Sed fallit primò, quia ſi iudex defert iuramentũ teſti, eo ipſo videtur illum admonere, quę admonitio habet vim citationis, vt l. ceſsãte. C. quomodo & quãdo iud. & videtur notare Bal. in d. c. 1. §. porro.

Secũdò fallit, quãdo teſtis deponeret in pręſentia partis & iudicis, quæ pars nihil opponeret, nam ex hoc præſumitur citatus, vt per Ant. de Butr. in c. 2. de teſtib. ſecundum Dominos de Rota in quæſtio. 44. & idem Abb. Sic. in c. in nomine Domini, in 7. col. de teſt.

Tertiò fallit, quando pars ipſum teſtem produxit coram iudice, vt examinaretur, nã licet non fuerit citatus nihilominus poteſt admitti ad teſtificandum, licet non omni ſuſpicione careat. Ita. not. Sal. in l. teſt. in vlt. col. C. de teſt. vbi ponit prædicta & limitat ea more ſuo diſtinguendo.

Quartò fallit, quia quando teſtis repetitur vt declaret dictum ſuum, non eſt amplius neceſſaria citatio partis aduerſę, quia non tenetur amplius iurare, cum ſemel iurauerit, vt no. Bal. & Paul. de Caſt. in auth. hoc ſacramentum. C. de iure calum.

Quintò fallit, quia valet dictum teſtis licet citatus non ſit, ſed ſponte comparuit, ſi aliàs eſt fide dignus, quia citatio teſtis non eſt de ordine iudiciorum, nec requiritur ſi teſtis eſt pręſens. glo. in l. poſt legatum. §. his vero. ff. de his quibus vt indig. & ita not. Bald. in additio. Specu. in titu. de teſti. in vlti. colum. in fin.

Fallit in multis caſib. vt per Fel. in c. in nomine. de teſtib. num. 22.

Teſtis ſi non fuerit iuratus non probat nec valet eius dictum. vt l. iuriſiurandi. C. de teſtib. quæ eſt canonizata.

Fallit primò, quando iuramentum fuiſſet remiſſum per partes, nam hoc caſu dictum teſtis valeret ſine iuramento, vt in cap. per tuas. de teſt. niſi in cauſa matrimoniali, vt per Alber. Mal. in ſuo tracta. de teſt. in 3. par. in 5. col.

Secundò fallit in epiſcopo, quia ſibi proponũtur ſancta Euangelia, non tamen tangit ea, vt not. in authen. ſed iudex. C. de epiſ. & cler. dic quod tamen iurat licet non tangat Euangelia, vt in c. fi. de iureiur. & ibi per Abb. Sic. & in c. nuper. in 1. col. in fin. de teſt. & dicam infrà.

Tertiò fallit quando partes remitterent teſti iuramentum, & hoc in cauſa ciuili, ſecus criminali & ardua, quia non videtur poſſe remitti, vt no. Inno. de reprobat. teſt. in 4. colum. & Iacob. de Amelia in 10. cap. Adde tamen quod dicta teſtium inualida non poſſunt partes per pactum ſuum vel conſenſum validare, vt not. Bal. in ſuo repertorio in dict. teſtes in 8. colum.

Quartò fallit in obſtetricibus, vt not. Sal. in l. iuriſiurandi. in 1. colum. C. de teſt. allegat l. 1. ff. de ventr. inſpic. vide plenè per Abb. limitantem prædicta in c. tuis quæſtionib. de teſt.

Quintò fallit vbi teſtis deponit ſuper notorio, quia ſtatur eius dicto ſimplici ſine ſacramento, vt per Hoſt. & Ioan. And. in c. cum olim. el. 3. de reſti. ſpol.

Sextò fallit, vbi teſtis declarat dictum ſuum, ſecus ſi emendet, vel mutat. arg. not. per Docto. & ibi Bal. in l. hæredes palam. §. 1. ff. de teſtam. & ita not. Gentil. in reper. in verb. teſt. in 15. colum.

Septimò fallit, quãdo teſtis aſſumitur pro informatione habenda ab ipſo, quia tunc nõ exigitur iuramentum, vt not. idem Gentil. vbi ſupra.

Octauò fallit, quia Epiſcopus non tangit ſcripturam quando examinatur vt teſtis, & Cardinales ſolent ponere manum ad pectus abſq; eo quod tangant librum vel videant, & ſufficit, & ita nota. Paul. de Caſt. in auth. ſed iudex, de epiſ. & cle. & dixi ſupra in 2. fall. Et not. quod iuramentum poteſt à partibus remitti ipſi teſti, & ideo ſi hoc caſu teſtis deponat ſine iuramento, valet eius dictum, vt not. & probatur per text. in c. tuis quæſtionibus. de teſt. quia non eſt de ſolemnitate formali ſeu ſubſtantiali ipſius teſtimonij, imo principaliter eſt indictum fauore priuato, ſcilicet partium, nõ publico, vt not. Abb. Sic. in d. c. tuis quæſtionibus, in 1. col.

Sed fallit hoc primò, quia non valet hæc remiſſio facta per partes niſi iudicis authoritas interueniat ſuper hac remiſsione, & ita not. glo. & Doct. in d. c. tuis quæſtionibus, de teſt. licet ibi Abb. Sic. teneat contrarium in 1. & 2. col. allegat. no. in l. ſi cõuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud.

Secundò fallit, quia oportet quod conſenſus vtriuſq; partis interueniat circa hanc remiſsionem faciendam, aliàs autem cõſenſus vnius partis tantum non ſufficeret, cum dicere debeat veritatem pro vtraque parte. & ita not. Abb. & Io. And. in d. c. tuis quæſtionib. in 2. col.

Tertiò fallit in cauſa, quę non dependet à libera partiũ voluntate, vt in cauſa matrimoniali, quando

agitur

agitur de diſſolnendo matrimonio, cum hoc non conſiſtat in voluntate partium, ſecus ſi de contrahendo, quia fauori ſuo quis poteſt renunciare: & ita not. Abb.Sic.& Io.And. vbi ſuprà in d.c.tuis.in 2. colum.

Quartò fallit, quia ſi non apparet iuramentum remiſſum nec præſtitum, in dubio non præſumitur quòd ſit remiſſum à partibus: ita Abb.Sic.in d.cap. tuis.in fi.allegat Bar.in l.ſciendum.ff.de verb.obl. & in l.Theopompus.ff.de dot.præleg.

REGVLA CLXVIII.

QVæ ſit forma iuramenti in teſte ipſo & quæ ſub ea comprehendantur.

Dic primò quòd debet iurare ſe dicere omnem veritatem quam nouerat de re illa. 3. q.8. cap.hortamur.

Secundò, quòd nulla interſertur falſitas.2.q.4. dicet teſtimnnium.14.q.5.c.ſi ſanè, etiam ſi ſolum producatur ab vna parte, per Bald.in addit.Spec.in tit.de teſt.in 3,col.

Tertiò ꝙ non pretio, amore vel odio, vel proprio commodo dicet teſtimonium, & ita not.Io. And.in ſuo tract.de teſtib.in 2.colum. pro quo vide qund not. Iacob.de Amelia de teſt.col.5.

Quartò dic quòd de forma iuramenti ſunt iſta pauca verba. Ego iuro dicere veritatem. Alia verò ſunt de ſpecificatione formæ & non ſunt neceſſaria, vt not.Sali. ſecundum Doct. in l.iuriſiurandi.in 1. col.C.de teſt.

Quintò adde ꝙ teſtis iurans dicere veritatem bona fide, non timore vel prece, ſeu metu vel pretio, vel aliqua humana grana, & ita not.Sali.in l.ſi quis teſt.in 1.colum.in fi.C.de teſt.

Sextò teſtis debet quinque iurare & ſextum addit Ioan.And. ſcilicet quod tenebit ſecretum dictũ ſuum vſque ad publicationem. & ita not. Ioan. And.& glo.& ibi Abb.Sic.in c.fraternitatis, in fin. de teſt.

Septimò teſtis iurare debet hoc modo videlicet dicere verum & plenariam veritatem pro vtraque parte de his ſuper quibus eſt productus & de quibus erit interrogatus: & ita no. Bal.in auth.presbyt.C. de epiſ.& cler.

Octauò etiam ſi producatur ſuper vno capitulo debet deferri iuramentum ſuper tota cauſa, per Bal. in addit.Spec.in tit.de teſt.in 3.col.

REGVLA CLXIX.

TEſtis qui primò depoſuit poſtea iurauit nihil probat vt l.iuriſiurandi, & ibi not.Doct.C.de teſt.& not.in c.de teſtib. extra de teſt.

Fallit primò, quando poſt iuramentum iteratò illud idẽ deponat, vel ſub breuitate repetat eius dictum, vt not.Ioan.And.in d.c.de teſtib.& not.Sali.in d.l.iuriſiurandi.in 1.col.

Secundò fallit, quando teſtis incontinenti poſt iurauit, quia valet eius teſtificatio, cum ſit informata à iuramento, vt not.Bal.& Sali.vbi ſupra in d.l. iuriſiurãdi. Secus ſi ex interuallo iurauit. Idem Gaſpar Cal.in d.cap.de teſt. vt ibi refert Abb.Sic.licet eum reprobet.

Tertiò fallit, quia dictum teſtis valet, quando eſt delatum iuramentum poſt, ſi teſtis eſt bonæ conditionis & famæ, aliàs non, vt videtur tenere Archid. 4.q.3.iurandi, & vt not. Bald.in ſuo repertorio in dict.teſt.in 8.col.

Quartò fallit, quia etiam ex interuallo ſi fuerit iuratum conualidatur dictum teſtis ſi inſra terminum ad probandum iurauerit, ſecus ſi poſt, & ita no. Alb.Mal.in ſuo tracta. de teſt. in 3.part. in 13.col. vide Sali.in d.l.iuriſiurandi.

Quintò fallit, quando iuramentum à principio remiſſum eſt à partibus ipſi teſti, quo caſu ſi deponat non iuratus, & poſtea iuret, valebit dictũ ipſius teſtis, ſecus ſi non fuiſſet remiſſum, quia nullatenus valeret dictum teſtis, licet poſtea iuret, & ita not. Abb.Sic.in d.c. de teſt. in 3.col. de teſt. quia eſt de ſubſtantia ſecundum eum.

Sextò fallit, quando pars aduerſa non petijſſet quod prius iuraret, quia tunc valebit dictum teſtis, ſecus ſi petijſſet, & vt per prius iuraret.ita Gaſpar Cald.in d.cap.de teſtib. prout refert ibi Abb. licet eum non ſequatur.

REGVLA CLXX.

TEſtis ſi fuerit iuratus prnbat, & valet eius dictum, vt l.iuriſiurandi.C.de teſt. quæ eſt canonizata 4.q.3.cap.iuriſiurandi.

Fallit primò quando iuramentum fuiſſet delatũ die ſeriata ipſi teſti, quo caſu dictum eius non valeret, & eſt glo.in clem.1.de off.deleg.

Secundò ſallit, quando iuraret teſtis non tactis ſcripturis, quo caſu non valeret eius dictum, vt in clem.1. ſuper verbo tactis, de hæreticis. nec ſufficit ꝙ tangat ſcripturam cum pectore aut cubito, ſed debet tãgere cum manibus, vt not. in c.circa.de elect. lib.6.in verbo corporaliter.& not.Abb.in cap.fraternitatis.in fi.de teſt.

Tertiò fallit, quando quis iuraſſet ſub iſta forma: Iuro per iſta ſacra Dei euangelia, & in illa ſcriptura quam tangit, non ſint ſcripta euangelia, quo caſu eius dictum poſtea nõ valeret, cum dictio iſta reſeratur ad ſcripturam, quæ non conrinet euangelia, & ſic ad ſalſam cauſam, & ita ſennit Bart.à contrario ſenſu in authen ſacramẽta puberum.C.ſi aduerſus vendit.

Quartò fallit, quãdo notarius in actis ſcripſiſſet, talis teſtis iuratus depoſuit, nam non preſumitur iuramentum interueniſſe niſi dicatur talis teſtis iuratus coram iudice & in præſentia talis partis contra quam producebatur. pro quo vide quod not. Ant. de But.& Ioan.de Imol.in d.c.ſraternitatis.de teſt. & Bar.in l.Theopompus.ff.de dote præleg.& Docto.in l.ſciendum.ff. de verb.obl.& Sal.in l.iuriſiurandi.C.de teſt. Cautius tamen hodie faciunt notarij, quia conficiunt ſcripturam ſpecialem de iuramento.

Quinto fallit, quando teſtis iuratus deponeret extra articulum, quo caſu dictum eius, non tenet in his quæ deponit extra articulum, vt per Bartol. & Docto. in l.ſi duo patroni.§. idem Iulian.ff. de iureiur.

Sexto fallit, quando fuiſſet præſtitum iuramentum ante dictum teſtis, ſecus ſi eſſet præſtitum poſt quia non valeret, vt not.glo.in l.iuriſiur.C.de teſt. vide Alb.Mal. diſtinguentem in dicto ſuo tract.in 3.parte.in 15.col.ſecũdum Alber.de Roſ.licet cnntrarium poſtea teneat.

Septimo fallit, quia ſi teſtis iurauit die iuridico,

& depoſuit die feriata, non valet eius dictum ſecundum Guid. de Suzat. ſed communis opin. Doct. eſt in contrarium, vt tradit Specu. in tit. de ferijs. §. ſequitur. ver. quid ſi. & Alb. Roſ. in d. l. iuriſiurandi. & Ang. in l. damni. §. Sabinus. ff. de damno infec. et glo. in clem. *1.* de offi. deleg. & Bal. in l. ſi quando. C. de teſt. & Alber. Mal. loco ſupra citato.

Octauò fallit, quia non valet dictum teſtis iurati deponentis poſt terminum, quando pars fuit in negligentia non faciendo ipſum examinare, quod in dubio præſumitur, vt not. in repertorio Bald. in dict. teſt. *3.* col.

Nonò fallit, quando teſtis obtuliſſet vltro ſe ad iurandum, vt not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. *17.* col. allegat tex. in l. videamus. §. deferre. ff. de iureiur.

Decimò fallit ſi teſtis iurauit & iuramentum nō ſit delatum à iudice, quia non valet eius dictum, vt not. Iac. Butr. in d. l. videamus. §. deferre. ff. de iureiur. & not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in *17.* col.

Vndecimò fallit, quando teſtis iurauit in cauſa principali, & poſtea examinatur in cauſa appellationis ſuper nouo articulo, quia non probat, niſi de nouo iuret, vt not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in *30.* col. allegat glo. in l. fi. C. de teſti.

Duodecimò fallit, quia teſtes debent iurare & eorum dicta recipi poſt litem conteſtatam, non ante, vt in cap. quoniam frequenter. extra vt lite non conteſt. & not. Ioan. Andr. in ſuo tract. de teſt. in *3.* colum.

Decimotertiò fallit, quia ſi teſtis iuratus vocetur, vt declaret dictum ſuum, non tenetur amplius iurare. Ita not. Bal. & Paul. de Caſtr. in authen. hoc ſacramentum. C. de iuramen. calum. vide in alphabeto tuo in not. *140.*

Decimoquartò fallit, quia teſtis qui depoſuit coram arbitro, ſi repetatur coram iudice ſuper eiſdem capitulis, non videtur quod amplius iurare debeat, vt not. Aegidius in c. præſentata. de teſt. & Gofr. licet ibi teneat contrarium Abb. Sic. allegat glo. in l. fi. C. de teſt.

Decimoquintò fallit, etiam in clerico qui prohibetur iurare coram iudice ſeculari ſine licentia ſuorum epiſcoporum. *2.* q. *5.* c. ſacramentum, & *22.* q. vlt. c. pen. in fin. & per Innoc. in c. *1.* de iuramen. calum. & ita ſeruatur de conſuetudine, vt not. Pau. de Caſt. in l. cū clericis. §. memorati. C. de epiſ. & cle.

Decimoſextò fallit, quando iuramentum non fuiſſet datum parte aduerſaria præſente ſed abſente, licet examinatio fiat & valeat parte abſente, per Pau. de Caſt. in l. legis virtus, de legibus. Alber. not. in l. ſi quando. C. de teſt. & in auth. de teſt. §. quia. & in l. *2.* in prin. de iur. calum. & Bart. in l. cuſtodias, de pub. iud.

Fallit in 2. caſibus, tractat. concluſi. 195. Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 10. à Port. libr. 1. regul. 34. & ſingularitas verſatur circa decem, concluſio. 195.

REGVLA CLXXI.

TEſtis productus & examinatus ante litis conteſtationem non probat, vt extra vt lite non conteſt. per totum. & in auth. de teſt. §. pen.

Fallit hoc primò quando dubitatur de morte teſtium, quia tunc poſſunt examinari ante lit. cōteſt. vt not. Ioan. Andr. in ſuo tract. de teſt. in *3.* col. allegat. c. quoniam frequenter, extra vt lit. nō conteſt.

Secundò fallit, quando dubitatur de abſentia teſtis diutina, quia ſimiliter examinatur ante litis conteſt. tamen pars eſt citanda ſi commodè poteſt citari, de quo per Io. And. vbi ſupra.

Tertiò officio iudicis mercenario poſſunt recipi teſtes lite nondum conteſta. ſecus ex nobili, ſi tendat ad condemnationem vel æquipollens. Ita not. Bal. ſecundum Spe. in tit. de teſt. in *2.* col. in addit.

Quartò fallit, quia teſtes ex parte rei non requirunt litem eſſe conteſtatam, ſecus ex parte actoris, niſi periculum ſit in mora. Ita Bald. in l. curent. ff. de teſt.

Fallit in 51. caſib. vt per Lancil. in tracta. de off. præt. in titu. de teſtib. c. dicta teſtium, num. 48.

Fallit in 13. caſibus, vt per Soc. reg. 242.

Fallit in 2. caſib. vt per Sebaſt. Sapiam in l. de ætate. ff. de mino. num. 23.

Fallit vt per Felinum in cap. ſignificaſti. de teſtib. Fallit vt per Damaſ. reg. 145.

REGVLA CLXXII.

TEſtis nō productus per partem ſi examinetur per iudicem, nō valet eius dictum, vt no. Bal. in auth. presbyteri. C. de epiſ. & cler. not. etiam in l. ſi quando. C. de teſt.

Fallit primò in cauſa criminali quando proceeditur per viam inquiſitionis, quia etiam poſt publicationem proceſſus iudex ex mero officio poteſt examinare, per Inno. in c. cum clamor, extra de teſt. ſecus autem in cauſa ciuili, vbi iudex ex mero officio non procedit, iuxta not. in c. ad noſtram, de iureiur. & ita not. Bal. in d. auth. presbyteri. in *2.* col. C. de epiſc. & cler. poſt Bart. in diſput. incip. Iudex maleficiorum.

Secundò fallit in cauſa criminali, vbi proceditur per viam accuſationis, quia ante aperturam poteſt ex officio examinare, poſt autem non poteſt, vt per Bal. in d. auth. presbyteri.

REGVLA CLXXIII.

TEſtis examinatus ſine articulis, non videtur ꝙ probet, facit pro hoc ca. per tuas, el. *2.* extra de teſt. & quod ibi not. Abb. Sed tamen quia articuli ſiue capitula non ſunt de ſubſtantia probationis, nam teſtes poſſunt examinari ſuper libello, licet articuli non ſint formati ideo valeret teſtium depoſitio, qui non ſuper articulis, ſed libello, ſeu petitione fuerūt examinati. Fiunt autem articuli vt clarius deponant teſtes & facilius poſsint examinari. ita Archid. in cap. præſentium, de teſt. & ſentit Spe. in §. nunc videndum, in titul. de teſt. Idem Abb. in d. c. per tuas. in *5.* colum. vbi dicit articulos hodie dari, tamen non eſt neceſſe de iure cum ſuper petitione poſsint examinari.

Fallit, quia licet teſtes ſint examinati minus ſolemniter, tamen de partiū voluntate poſſunt conualidari, vt not. Bal. in c. cū cauſam, in vlt. col. de teſt.

REGVLA CLXXIIII.

TEſtes examinati cum articulis probāt, de quo in cap. per tuas. el. *2.* & ibi not. extra de teſt.

Fallit primò quando ſuper alijs articulis nō productis teſtificarent, vt not. Innocen. de reprobat. teſt. in *14.* colum.

Secun-

Secundò fallit, quādo teſtes deponerent extra articulum, quia non valerent eorum dicta. l. ſi duo patroni, & ibi not. ff. de iureiur. & not. Inno. vbi ſuprà. Sed quæro nunquid ſi capitula ſint ineptè formata & teſtes ſuper eis examinati ſunt, an valeant dicta eorum. Paul. de Caſtr. in l. 1. in fi. de off. aſſeſ. tangit, & ſe remittit ad Spec. in titu. de teſt. §. 1. ver. quid ſi capitula. plenè traditur per Cano. in c. examinata. extra de iudi. & Bal. dicit non valere in addit. Spec. in tit. de teſt. in 1. col.

REGVLA CLXXV.

POteſt obijci quòd ſit renunciatum productioni teſtium, & propterea non poteſt examinari, ſeu examinatio ipſius non valebit, & ita tenuit Spec. in §. ſatis vtiliter, ver. quid ſi publicatis. & Innocen. in cap. conſtitutus el. 2. de teſt. & ita tenent communiter canoniſtæ etiam ſi non ſint publicatæ atteſtationes.

Fallit primò, qa ſi eſt renunciatū teſtibus in aliquo ſpeciali articulo, nihilominus iudex præſtito iuramento à parte petente ꝙ hoc malitioſè non facit, poterit admittere & examinare teſtes ſuper eodem articulo ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur. & ita in effectu prædicta omnia ponit Alber. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 3. par. in 19. & 20. col. allegat ad hoc vltimum vt per Bald. in auth. iubemus. C. de iud.

Secundò fallit, quia renunciatio facta in cauſa principali non extenditur ad cauſam appellationis, quin ſuper nouis articulis poſſint teſtes produci, & ita not. Abb. Sic. in c. fraternitatis, in 1. col. de teſt.

Tertio fallit, quia in eadem inſtantia nō obſtante dicta renunciatione poterunt teſtes produci ſuper nouis capitulis ſcilicet pertinentibus, & ita not. Abb. Sic. in d. c. fraternitatis. in 1. col. de teſt. de quo vide plenè per eundem in c. cauſam, el. 2. extra de teſt. in 1. col. vbi diſputat, an debeat intelligi ſuper capitulis nouis dependentibus tamē à primis, an ſuper his ſuper quibus non fuerint adhuc teſtificati. Idem tenet in c. cum veniſſent, in vlt. col. de teſt.

Quartò fallit, quia licet renunciet quis productioni teſtium ſuper certis capitulis nihilominus ſuper eiſdem poterit teſtes examinare in cauſa appellationis, vt not. Abb. Sic. in d. c. cum veniſſet. in vlt. colum. licet Inno. ibi contra.

Quintò fallit, nam renunciatio productionis teſtium ſi eſt generalis, non extenditur ad cauſam appellationis, niſi ſuper libello & tota cauſa fuerint teſtes producti per rationem, quam notabiliter aſſignat Abb. Sicu. in dicto cap. cum veniſſent. in fin. de quo per eundem Abba. in cap. fraternitatis. de teſt.

Sextò fallit in minore & eccleſia, nam propter beneficium reſtitutionis poterit nō obſtante renunciatione teſtes producere, vt not. Abb. Sicu. in d. c. cum veniſſent. In vlt. colum.

Septimò fallit, quia ſi vna pars renunciaſſet productioni teſtium, nihilominus alia pars poterit eos producere. Vnde cauti aduocati non patiuntur alteram partem renunciare niſi ambæ renuncient, vt not. Abb. Sicul. in cap. de teſtibus. in tertia colum. de teſt.

REGVLA CLXXVI.

PVblicatis atteſtationibus non poſſunt teſtes ꝓduci, nec eorum dicta valent. Ita tenet Spec. in tit. de teſt. § ſatis. ver. quod ſi publicatis.

Fallit primò, quando publicatio fuiſſet facta inuita vel inſcia parte & nondum didicerit teſtificata, nam tunc poterit fieri examinatio, etiam poſt publicationem teſtium, niſi tempore publicationis fuiſſet timor de peremptione inſtantiæ, quia non poſſet. Si autē fuiſſet facta publicatio vtraq; parte conſentiente, tunc etiam non poſſent examinari teſtes. & ita in effectu not. Ioan. Andr. in cap. conſtitutus. de teſt. de quo etiam per Alb. Mal. in 3. parte. in 20. col.

Secundò fallit, quia ſuper capitulis etiam directò contrarijs quando cum teſtibus producitur inſtrumētum coadiuuans probationem teſtium tunc poterit fieri examinatio etiam publicatis teſtib. vt per Anto. de But. in c. ſeries. de teſt. facit quod not. Butrig. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. ſi certum pet.

Tertiò fallit vbi eſſet conſuetudo quòd publicatis atteſtationibus poſſint teſtes produci, quia tūc valebit examinatio poſt publicationem. Ita tenet Ioan. Andr. in titul. de exceptionibus. in verſi. ſed nunquid.

Quartò fallit, quando publicatio teſtium fuiſſet nulla, vt quia parte non citata fuerit facta, nam poſt dictam publicationem poterūt teſtes examinari niſi pars didiciſſet teſtificata. Ita not. Bald. in auth. qui ſemel. C. de probat.

Fallit in 18. caſib. vt per Pariſi. in c. fraternitatis, de teſtibus, nu. 25. fallit in 15. vt 369. reg. infra fallit in 3. caſibus, vt per Purp. in l. is apud. C. de edendo, nume. 76.
Fallit in 47. caſibus, vt per Lancil. in tract. de prato. in titu. de teſtib. c. dicta teſtium, numer. 47. ver. aliam parum diſſimilem.

REGVLA CLXXVII.

IN cauſa appellationis non poſſunt teſtes produci ſuper eiſdem capitulis vel directo contrarijs. Et hoc de iure canonicó, vt not. in cap. fraternitatis. de teſt.

Sed fallit primò, quia ſuper capitulis qui deſcendunt ex primis poſſunt teſtes produci, quia cenſentur noui. & ita tenent quidam in dicto cap. fraternitatis, intelligētes hoc modo l. per hanc. C. de temporib. appellat.

Secundò fallit, quia ſuper eiſdem articulis poſſunt produci teſtes noui, non autem teſtes iam producti, & ita not. Hoſt. in d. cap. fraternitatis, intelligendo hoc modo l. per hanc. C. de temporib. appel. licet hoc non teneat Alb. Mal.

Tertiò fallit, quia de iure ciuili in cauſa appellationis poſſunt produci teſtes ſuper eiſdem capitulis vel directò contrarijs, & ita tenuit Accurſ. gloſſator in d. l. per hanc. & ibi idem Bald. & hoc veriſſimum, licet Imol. aliter in dicto cap. fraternitatis.

Quartò fallit, quando capitula non eſſent directò contraria ſed indirectò, quo caſu etiam de iure canonico poſſent teſtes produci, & ita not. Bal. in d. l. per hanc. dicens prædicta capitula eſſe noua.

Quintò fallit, quia ſuper capitulis directò contrarijs poſſum teſtes producere quando habent teſti-

teſtificari in fauorem matrimonij confirmandi, ſecus ſi contra. & ita not. Abb. Sic. in c. iurauit. in 3. & 4. col. de teſt. allegat Docto. in c. ſeries. de teſt. quod habet locum quando quis vellet probare in eadem inſtantia publicatis teſtibus vt ibi per Abb. & Ioan. Andr.

Sextò fallit, quia quando allegaretur impedimentum perpetuum contra matrimonium, etiam publicatis teſtib. poſſunt teſtes produci ſuper capitulis eiſdem, vel directò cõrarijs, vt not. Abb. Sic. in d. c. iurauit. in 4. col. alleg. Ioan. And. & Anto. de But. in d. c. ſeries. de teſt.

Septimò fallit, quia ſuper prædictis quando adducuntur teſtes ſuper eiſdem capitulis directò contrarijs debet iudex præmittere aliquam cauſæ cognitionem circa corruptionem teſtium, vel ſi faciat cauſa vexandi aduerſarium ſeu illudendi iudicium, & ita not. Abb. vbi ſupra in d. c. iurauit, in 4. col. allegat Inno. in c. tenor. de re iud.

REGVLA CLXXVIII.

Opponitur contra teſtes qnod ſint varij. Sed quis dicatur varius, vide Io. And. in c. præterea. de teſt. & ponit Alber. Mal. in ſuo opere in 4. part. col. 4. & ideo non creditur eis.

Fallit primò, quia ſi teſtis dicat ſe dubitare, poſtea reſpondet certitudinaliter, propter hoc non dicitur varius, vt per glo. in l. quemadmodum. §. fin. ff. ad l. Aquil.

Secundò fallit, quia ſi teſtis dixit vnum, poſtea confeſſus eſt aliud eſſe, non præiudicat ei pro quo teſtis eſt productus. Ita not. Ant. de But. in ſuo reper torio in dict. teſt. col. 32.

Tertiò fallit, quia ſi iudex dicat notario, ſcribe quomodo iſte teſtis vacillat, & notarius ſcribat, propter hoc non probatur vacillaſſe, quia notarius ſic ſcribere non debet, ſed debet ſcribere quomodo iudex dicit ꝙ teſtis vacillat. nam officium notarij eſt ſcribere, non cognoſcere vel iudicare, tamen ſi adderet, & ita mihi videtur, plus authoritatis adhibetur, vt no. Sali. in l. nullum. in 2. col. C. de teſt. allegat Innocen. in c. quoniam contra, de probat. aliter videtur dicere Abb. Sic. in d. c. quoniam contra. in 24. colum. vbi dicit quòd iudex poteſt compellere notarium ad ſcribendum qualiter teſtis vacillat, licet ipſe notarius nõ viderit ſeu audierit cum ad prędicta non potuerit eſſe ita intentus ſicut iudex, tamen magis probaretur ſi notarius diceret, & ita mihi videtur.

Fallit in 3. caſib. vt per Feli. in c. cùm tua. de teſti. Ampliatur idem procedere in vacillante. fallit tamen hæc ampliatio in 2. caſib. vbi declarat quis dicatur vacillans.

REGVLA CLXXIX.

Opponitur quòd teſtis ſit vacillans, quis autem dicatur vacillans.

Vide per Bar. in l. eos. de falſis. & per Spec. in tit. de teſt. §. 1. verſ. item quod teſtis, & ponit Alb. Mal. in ſuo opere in 4. part. in 4. col. Et adde ꝙ licet teſtis dicat aliqua impertinentia, tamen ſi ad rem de qua agitur pertineat, nõ dicitur vacillãs, vt per But. in repertorio in 2 col. allegat gloſſ. in l. iam dubitari. ff. de hæred. inſt. quod not. pro limitatione prima.

Secundò fallit, quia licet teſtis vacillans non ſit recipiendus, tamen ad aliqualem fidem recipi poteſt, vt not. But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 18. col. allegat l. 1. ff. de teſt. & ibi ponit quando teſtis dicatur vacillare.

Tertiò fallit licet clericus vacillet teſtificando, tamen non poteſt poni ad torturam, propterea videtur quod maior fides adhibeatur quàm laico, vt per Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 23. col.

Quartò fallit in teſte qui alias falſum non depoſuit, nam licet vacillet non propterea repellitur à teſtificando, ſecus ſi aliàs falſum teſtificatus eſſet, & ita not. Sali. in ſuis recollect. in l. 1. ff. de teſt.

Quintò fallit, quia ſi teſtis vacillet, debet iudex ſcribi facere, ſecundum ſuã ſanam exiſtimationem quanta fides ei adhibenda ſit, & debet hoc facere teſte audiente, non autem parte, & ita not. Abb. Sic. in c. quoniam contra falſam, in 23. col. de probatio. ſecundum Innoc.

Sextò fallit quãdo iudex ex interuallo poſt eius teſtificationem faceret ſcribere eius vacillationem abſente dicto teſte, quia nõ valeret, ſecus ſi eo præſente, vel ſtatim poſt eius diſceſſum antequam ad alia diuertat vel examinet alios, quia tunc valeret, & ita not. Abb. Sic. in d. c. quoniam contra falſam. in 24. col.

REGVLA CLXXX.

Teſtes varij & vacillãtes quib. caſib. reprobẽtur.

Dic primò quãdo teſtis eſt moroſus in reſpondendo, tunc præſumitur dubitans, propter ꝙ non videtur ei credendum. de quo vide per Abb. in c. quanto. in 3. col. de præſump. allegat 5. q. 5. §. ſed aliud. & Inno. in c. quoniam contra. de probat.

Secundò teſtis vacillans poteſt & debet torqueri pro eruenda veritate. & quando vacillat, notarius mandato iudicis debet ſcribere quomodo vacillat, idem ſi trepidat vel mutat colorẽ in facie, qnia omnia iſta ſunt ſigna falſi teſtimonij, hoc tamen arbitrio iudicis relinquitur, & ita not. Bal. in auth. preſbyteri. in prin. C. de epiſ. & cler. alleg. Inno. in d. c. quoniam contra falſam. de proba. adhoc etiam per Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio.

REGVLA CLXXXI.

Opponitur teſti ꝙ ſit contrarius. Quis autem dicatur contrarius ponit Alb. in ſuo opere in 4. parte in 4. col. vnde eius dictum non valet. per Bar. in l. eos. de falſ. & l. ob carmẽ. de teſt. vide Tyndarum in 87. & 90. col. in ſuo tracta. de teſtib. vide Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 9. col. qui allegat Bal. in l. de quibus. in pen. col. ff. de legi.

Sed fallit primò quando vnum dixit extra iudicium non iuratus, ſed in iudicio cum iuramento, nam non ſtabitur primo dicto, ſed ſecundo, vt per Bart. & Doct. in l. eos. de falſis. & Innoc. cap. cum cauſam, vbi per Doct. de teſt. de quo per Tyndarum in 27. col. vbi ſuprà, & per Sali. in l. nullum. in 2. colum. C. de teſtib.

Secundò fallit quando primum dictum fuiſſet nullum, nam ſecundo ſtatur, vt per Spec. in titu. de teſt. §. 1. ver. quid ſi ipſe. & ibi per Io. And. circa hoc vide Bal. in c. cum cauſam, in vlt. col. de teſt.

Tertiò fallit, quia ſi teſtis in vltimo vitæ ſpiritu dicat & proteſtetur ſe dixiſſe falſum cũ teſtificaretur

in

in tali cauſa quòd propter hoc non infringitur eius dictum, vt per Bal. in l. generaliter. C. de non numera. pecu.

Quartò fallit, quando teſtis ſecundo deponeret dictum ſuum in iudicio nullo, quia primú dictum nō tollitur etſi fuerit contrarius, nec punitur de falſo, vt per Bar. in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. Idem Io. And. in regula non caret culpa, de regu. iur. in 6. hæc omnia Alber. Mal. in ſuo opere de teſt. in 2. & 3. col. in 4. part. vide tamen Tyndarum qui latius proſequitur materiam in d. tract. 76. col.

Quintò fallit quando deponit dictum ſuum primo ſine tormentis, demum cum tormētis, nam ſtatur ſecundo dicto, vt per Tyndarum vbi ſuprà in 8. & 9. col. allegat Bar. in l. ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. ff. de adult.

Sextò fallit, quando vellet dictum ſuum corrigere incontinenti, nam non punitur de falſo, vt patebit ex infra dicendis & not. in c. cum cauſam, ex infra de teſt. & in §. quia verò, in auth. de teſt.

Septimò fallit, quando vellet teſtis addere dicto ſuo, & incontinenti hoc faceret antequam à iudice diſcederet, val iudex ex officio ſuo repeteret, certè tunc poteſt & non punitur de falſo, vt per Tyndarum in 11. & 12. col.

Octauò fallit, quia iudex poteſt teſtes repetere quandocunq; vt dictum ſuum obſcurum declarent vel interpretentur vel rationem ſui dicti reddant, quia in iudice ceſſat timor ſubornationis in c. cum clamor, & ibi glo. & Doct. & c. per tuas. de teſt. & de hoc per Tyndarum in d. ſuo opere in 12. & 13. col.

Tertiò fallit, quādo quis deponit primò per verbum credit, poſtmodum aſſertiuè deponit, nam ſtatur ſecundo dicto, & valet, vt probatur in l. de tute. de in integ. reſt. & expreſsè tenet Iac. de Aren. in l. 1. §. quod obſeruari. C. de iuram. cal. & Bal. in c. 1. §. nondum. de not. feud.

Decimò fallit, quando teſtis prima vice depoſuit per verbū mihi videtur, & ſecunda vice per verba affirmatiua, nam ſtatur ſecundo dicto & valet, vt per Bar. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. infect. & l. 3. §. duæ cauſæ. ff. ad Carb. & vide per Bar. in l. 1. ff. de ventre inſpic.

Vndecimò fallit, quia vbi teſtis prima vice dubitando, poſtea affirmando teſtificatus eſt, ſtatur ſecundo dicto, vt probatur in l. ſed ſi quæcunque. §. fi. iuncta. l. item quia. §. idem Iul. ff. locat.

Duodecimò fallit, vbi teſtis primò deponit per verbum neſcio, ſecundò per verbum ſcio, nam ſtatur dicto ſecundo. c. 1. §. 1. quid ſit inueſt. l. quidam. in fi. ff. de furt. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulaturus. vbi Bar. Imol. & Ang. ff. de dam. infec. vt per Tindarum. in 19. 20. 21. col. in d. ſuo opere.

Decimotertiò fallit, vbi teſtis teſtificatur primo per verbum neſcio, poſtea per verbū ſcio, nam ſtatur ſecundo dicto, vt per Bartolum & Docto. in l. qui bona. §. ſtipulatus. ff. de damn. infect. de quo dicam infrà.

Decimoquartò fallit, ſi primo cum iuramento depoſuit, & erat ebrius vel iocabatur, aut erat iratus, nam ſi poſtea deponat cum mente temperata ſtatur ſecundo dicto arg. l. 3. in fi. ff. de act. & obli. l. quod calore. ff. de reg. iur. & per Tynd. vbi ſuprà.

Decimoquintò fallit, quando primo depoſuit teſtis cum iuramento ſine cauſa, poſtea deponit cum iuramento & cum cauſa, nam ſtatur ſecundo dicto, vt not. Tyndarus ibid. poſt Inno. c. cum cauſam. de teſt. & Bal. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cler.

Decimoſextò fallit, quando apertè conſtat primam depoſitionem fuiſſe falſam, nam ſtatur ſecundo dicto contrario, cum duo contraria non poſſunt ſimul ſtare. cap. ſicut nobis, extra de teſt. facit text. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis minores, vbi Bart. ff. ad Sylla. de quo tamen vide Tyndarum in d. ſuo opere in 33. col.

Septimò fallit vbi teſtis eſt ſibi contrarius, nam ſtatur illi dicto pro quo veriſimilia depoſuerit. arg. c. literas. de præſump. & c. per tuas. de proba. l. eos. 2. reſpon. ff. de falſ. & per Tyndarum vbi ſnpra in 34. & 35. col.

Decimooctauò fallit, vbi teſtis primò depoſuiſſet extra iudicium, poſtmodum in iudicio, quia ſtatur ſecundo dicto. Bart. & alij in l. eos. ff. de falſ. c. cum in tua, vbi Canoniſtæ. eo. tit. & in c. cum cauſam, vbi Imol. eo. tit. & per Tyndarum in ſuo tract. de teſt. in 36. 37. 38. 39. & 40. col.

Decimononò fallit, quia ſi teſtis vnum dixit in ſummario iudicio poſtmodum dicat contrarium in plenario, ſtabitur ſecundo dicto, vt not. glo. & Inno. in c. veniens. de teſt. & Tyndarus in 16. col.

Vigeſimò fallit, quia vbi teſtes examinati ſunt officio iudicis, vbi examinare non debebat ſi inuicem contradicant non puniuntur de falſo, vt per Bart. in conſil. incipiente. In quæſtione vertente inter dominum Simonem, & Tyndarum dicto loco col. 75.

Vigeſimoprimò fallit, quando teſtis dixit vnum in iudicio, poſtea aliud extra indicium, nam ſtatur primo dicto in iudicio, vt no. Tyndarus in dicto ſuo opere de teſt. in 85. col. allegat not. per Bart. in l. eos. de falſis. & Bart. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Syllan. vbi Ang. Bal. & Lud. & not. in auth. ſi dicatur. C. de teſt.

Vigeſimoſecundò fallit, ſi teſtis vnum dicit in cauſa principali, & aliud contrarium in cauſa appellationis, nam ſtatur primo dicto. Barto. in d. l. eos. ſecundum vnum intell. glo. in 2. reſp. & hoc quia atteſtationes factæ in prima inſtantia faciunt fidē in 2. l. properandū. §. fi. ff. de iud. l. fi. C. de teſt. c. præſentata. extra eod. & not. Tyndarus ibid. in 87. col.

Vigeſimotertiò fallit, quando inſtantiæ & cauſæ ſunt diuerſæ, perſonæ tamen litigantium ſunt eædem, nam ſi teſtis eſt contrarius, ſtatur primo dicto, vt not. in d. l. eos, & per Tyndarum col. 87.

Vigeſimoquartò fallit, ſi teſtis primo depoſuit vnum in cauſa ciuili, poſtea deponit contrarium in cauſa criminali, nam ſtabitur primo vt not. in d. l. eos, & per Tyndarum in 88. colum. in prin.

Vigeſimoquintò fallit, quando cauſa eſt diuerſa & diuerſæ perſonæ litigantium, nam ſi teſtis deponit contrarium eius quod primo depoſuerat, ſtatur primo dicto, vt Tyndarus in 88. colum.

Vigeſimoſextò fallit, quando teſtis dicit aliquid commiſſum tali loco & tempore, & de cauſa ſcientiæ reſpondit, quia audiui, nam nō dicitur falſarius, vt not. Tyndarus in 98. colum. & not. Bar. in l. Labeo, de ſuppel. leg.

Vigeſimoſeptimò fallit, quando contrarietas nō eſt

eſt circa ſubſtantialia negotij, vt circa locũ vel tempus, ſed eſt circa alia penitus extrinſeca, quo caſu talis varietas non infringit dictum teſtis quoad factũ principale, vt per Bart. in l. eos. circa medium. ff. de falſis & expreſsè Bald. & Ioan. de Imo. in l. his verbis. §. fi. ff. de hæred. inſtituen. & Innoc. in cap. fraternitatis. de hæreti. & Spec. in titu. de teſta. §. 1. ver. item. Ant. de But. in c. 2. de regulari.

Vigeſimooctauò fallit, quia ſi vnus teſtis deponit de anno alius de anno & die propter talem modicitatem non vitiatur dictum teſtis, vt not. Anto. de But. in c. 2. de regularibus.

Vigeſimononò fallit, quãdo teſtis iurauit in veritate ita eſſe, poſtea dicit ſe credere, non valet eius teſtimonium. vt per Bal. & Paul. de Caſt. & ibi glo. in l. 2. §. quod obſeruari. in glo. fi. C. de iuram. calum. & vide Spec. in titu. de teſt. §. 1. ver. Item quod depoſuit de credulitate.

Trigeſimò fallit, quando teſtis dixiſſet contraria & poſtea incontinenti ſe corrigeret, quia hoc ſibi licet, & ita not. Abb. Sic. in c. in noſtra. in 2. col. de teſt.

Trigeſimoprimò an teſtis qui depoſuit vnũ coram iudice incompetenti, poſsit contrarium deponere coram iudice competenti vide Bal. in l. qui varia. ff. de teſtib. qui allegat Specu. in titu. de teſt. §. 1. ver. ſed quid ſi partium.

REGVLA CXCI.

Opponitur teſti quod dictum eius ſit incertum & ideo non valet, vt per Alber. Mal. in ſuo opere in 4. parte in 6. colum.

Fallit primò quando teſtis deponeret quod talis poſſedit nouem annis & plus copulatiuè, nam illa dictio plus, probat de modico tempore, & ideo valet eius dictũ, ſecus ſi alternatiuè, talis poſſedit nouem annis vel plus, quia nõ valeret. Ita Albe. Mal. in dicto ſuo opere in 4. par. in 6. col. vt per Doct. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimiliter. ff. ex quib. cau. maior. vide Anto. de But. in ſuo repertorio in 4. colum. in dict. teſt.

Secundò fallit, quia iudex poteſt repetere teſtes ex officio ſuo quandocunq; vt declaret & interpretetur eius dictum, quo caſu valebit eius declaratio, vt not. in cap. cum clamor, & c. per tuas. de teſt. & in auth. de teſt. §. quia verò, de hoc vide in repertorio Bal. in 4. col. in dict. teſt.

Tertiò fallit, quia iudex tenetur repetere etiam teſtem ad partis inſtantiam, vt declaret dictum ſuũ, & hoc quando obſcuritas vel defectus proceſsit ex facto iudicis, ſecus ſi ad inſtantiam partis, quia non teneretur, vt not. in d. c. per tuas. & Tyndarus in dicto ſuo opere in 15. col.

Quartò fallit, quando dictum teſtis poteſt varijs modis intelligi, quia tunc iudex debet eius dictum interpretari ſecundum conſuetudinem, vel in benigniorem partem, vel his ceſſantibus ſecundũ verborum ſignificationem, quo etiam ceſſante tunc interpretabitur contra producentem. per c. in præſentia. de probat. vt refert Innoc. in d. c. cum clamor. de quo etiam vide quod not. Bar. in l. inter ſtipulantem. §. Stichum. ff. de verbo. oblig. & has fall. ponit Tyndarus in d. ſuo opere col. 32.

Quintò fallit, quando teſtis diceret quod talis ſitate, ſed veriſimiliter, quia tale ſtatutũ valet, ſecus poſſedit circa 20. annos & quomodo intelligatur vide Anto. de But. in ſuo repertorio in 3. & 4. colum. in dict. teſt. & per Bart. & Doct. in l. Celſus. ff. de vſucap.

Sextò fallit, quando teſtis diceret talis poſsidet circa 30. annos de quo per Ant. de But. vbi ſupra in 4. colum. allegat glo. in authen. quo opor. epiſcopos. §. ſin autem. & vide eundem Anto. de Butr. in d. ſuo repertorio in dict. teſt. in 14. col. & Barto. & alios in d. l. Celſus.

Septimò fallit, quia ſi teſtis dicat poſſedit iam ſunt decem anni, probat præſcriptionem 10. annorum, ſecus ſi diceret iam erant decem anni, vt per Ant. de But. in ſuo repertorio in 5. col. allegat Bal. in 1. conſti. ff. orum.

Octauò fallit, quando teſtis diceret ſunt ferè 10. anni vel penè, quia refertur ad modicum tempus. l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur. & ita not. Anto. de But. in d. repertorio in dict. teſt. in 6. colnm.

Nonò fallit, quia ſi teſtis dicit, Titius poſſedit ferè vel prope 10. annos refertur ad modicum tempus vel ad tres annos, vt per glo. in l. 2. §. his temporibus ff. de orig. iur. & in 1. conſtit. ff. vbi per Iac. de Aret. & in l. 2. §. ſed cum omnia. C. de vete. iur. enucl. vbi de verbo penè & plus. & Guil. in l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis caut. & quot annos poteſt aſcendere ad plures centum vt not. glo. in l. 2. §. deinde cum poſt. ff. de orig. iur. & Ant. de Butr. in ſuo alphabeto in ſeptima col.

Decimò fallit, ſi teſtis dicat hoc tempore aliquid factum eſſe, quia intelligitur de præſenti, vt l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & not. Ant. de But. in ſuo repertorio in 10. col.

Vndecimò fallit, quando teſtis dicit vſq; ad tantum tempus, vel paulò plus. vide Anto de Butri. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 13. colum. qui allegat tex. in l. 1. §. pueritiam. ff. de poſtulando, & eundem Anto. vbi ſupra in 14. colnm. & eundem Anto. vbi ſupra in 17. col. vbi dicit quod ſi teſtis dicat, talem poſſediſſe 10. annis & plus, non probat præſcriptionem decennalem. alleg. Iaco. Butr. in l. ſed ſi poſſeſſori. ff. de iureiur. & Bart. in l. Labeo. de ſuppel. leg.

Duodecimò fallit, ſi teſtis dicit tempore tali ſic factum eſt, non exigitur quòd in momento factum ſit, ſed ſufficit quod ante vel poſt modicum, vt no. Ant. de But. vbi ſupra in 18. col. vt in l. ędil. §. vend. autem. ff. de ædi. edict.

Decimotertiò fallit, ſi teſtis dicit quod Titius poſſedit 10. annis & parum plus. illud parum refertur ad duos menſes, vt not. Ant. de But. vbi ſupra col. 32. alleg. tex. in l. ſi qua. C. de ſecun. nup.

Decimoquartò fallit ſi teſtis dicit ferè ſunt 10. anni nam dictum ferè denotat exceſſum illius temporis. argumen. l. 1. cum glo. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. & not. Anto. de But. vbi ſupra in 34. col.

Decimoquintò fallit, quia ſi dicit poſſedit hoc anno, verificatur & ſi poſſedit aliquo momẽto temporis. l. 1. §. hoc interdictum. de itinere actuq; priua. & l. 1. §. hoc autem. de aqua quo. & æſti. & not. Ant. de But. vbi ſupra in 34. col. allegat etiam not. in c. licet. extra de probat.

Decimoſextò fallit, ſi eſt ſtatutum quòd debeat vel credatur teſtibus non concludentibus de neceſ-

ſi di-

ſi diceret quòd credatur teſtib. reddentibus malam rationem eorum dicti, quia non valeret, vt per Bal. in l. ſi non ſpeciali. in fi. C. de teſta.

Decimoſeptimò fallit, quia ſi teſtes dicant, notarius errauit, quia non audiuimus hæc verba, ſed alia de quibus non recordamur, probant negatiuam, licet non probent affirmatiuam, & ita Bal. in l. hæc ſententia, in 1. col. C. de ſent. quæ ſine certa quan. & ibi ponere videtur aliam fall.

Decimooctauò fallit, quia ſi teſtis errat circa demonſtrationes vel circunſtantias, non vitiatur eius dictum, vt per Bart. in l. eos. ff. de falſis. & per Ang. in l. his verb. §. 1. ff. de hære. inſti.

Decimononò quòd ſi teſtis dicat, vidi talem ſemimortuũ, propter hoc non probatur ille mortuus. Item ſi teſtis dicat, vidi ꝙ percuſsit inter diem & noctem, non probat qualitatem diei vel noctis, ſed indifferenter, & differens probatio ſemper interpretatur in meliorem partem. Item ſi teſtis dicat, vidi talẽ percuſſum cum ſigno vel cicatrice probat vulnus, ſed non cicatricem, ad quam probandam neceſſe eſt, quòd aliquis adhibeatur, vt medicus. Item ſi talis teſtis dicat, vidi talem percuti inter duo confinia, talis teſtis non deſignat locum certũ ſed communem, & in hoc fundat iuriſdictionem vtriuſque iudicis. Item ſi teſtis dicat vidi tales adulterantes per ſpeculum non probat, quia non eſt hoc, ſed imago. Item ſi quis teſtificaretur de aliquo propter phiſionomiam alicuius non probat cum non habeat claram cognitionem. Hæc Bal. loco alleg.

Fallit in 8. caſibus, vt per Lancil. in tracta. de prato. in tit. de teſtib. cap. dicta teſtium, num. 10.

Fallit in 3. caſibus, vt per Feliu. in c. cùm in tua, de teſtibus, num. 6.

REGVLA CXCII.

TEſtis ſi non reddat cauſam dicti ſui, valet tamen, vt not. in l. ſolam. C. de teſt. & in c. cum cauſam. de teſtib.

Sed fallit primò, quando teſtis interrogaretur de cauſa per iudicem, & ipſe eam nõ redderet, quia dictum eius non valeret, & ita intelligitur glo. in d. c. cum cauſam. vbi per Doct. Idem Bar. in trac. de teſt. in 2. cap. idem Iac. de Amelia in 17. col. de teſt.

Secundò fallit, quando quis depnnit ſuper iure vel dominio, vel ſuper eo quod principaliter conſiſtit in iudicin rationis, vt ſi deponat an aliquis ſit furinſus, nam ſi non interrogetur de cauſa nihilominns tenetur eam dicere, aliàs eius dictum eſſet nullum, vt per Doct. in d. c. cum cauſam, & vide in repertorio Bal. in 1. col. Idem Bart. in ſuo tracta. in 5. col. idem Sal. in d. l. ſolam. in 2. col. idem Bal. in l. furioſus. C. qui teſta. fac. non poſſ. vide Bar. in l. 1. ff. de his quæ in teſt. delen.

Tertiò fallit in teſte deponente ſuper negatiua, quia etiam non interrogatus tenetur reddere cauſam, vt per Bald. & Ange. in l. cum ij. §. igitur. ff. de accuſat. & prædicta omnia ponit Alb. Mal. in ſuo opere in 3. col. in 4. parte.

Quartò fallit ſi deponat ſuper infamia, quia non interrogatus tenetur reddere cauſam dicti ſui & infamiæ, vt no. Innoc. in c. cum oporteat, extra de accuſat. pro quo vide Ange. in l. quid ergo. §. quantum. ff. de infamib.

Quintò fallit, quando teſtis deponit ſuper bnna vel mala fama, quia teſtis tenetur reddere rationem dicti ſui, vt per Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. & Inno. in c. cum oporteat. de accuſ. & Ang. in d. l. quid ergo. §. quantum. & eſt ſufficiens ratio, ſi dicat quia vidi eum conuerſari cum bonis, vt not. Alber. de Roſ. in l. ſolam. C. de teſt. & not. Inno. in cap. 1. de ſcrutinio licet Ang. in d. l. ſolam. teneat quod ſufficiat, ſi dicat quod eſt publica vox & ſama, de quo vide Cardi. in d. cap. cum cauſam, quem reprehendit ibi Abb. Sic. in tertia col. ſequendo Bart.

Sextò fallit, quia vbi teſtis nõ pnteſt reddere cauſam per ſenſum, non arctatur ad illam reddendam, vt ſi dicat, hodie eſt vnus menſis interrogatus quomodo ſcit, ſufficit dicere quia ſcio, vt per Iac. But. in l. teſtium. C. de teſti. & not. Antn. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 29. col.

Septimò fallit quando teſtis atteſtatur de comparatione literarum, quia debet reddere cauſam dicti ſui. Ita no. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 31. col. alleg. Odoſred. in l. comparationes. C. de fid. inſtru. & not. in c. propoſuiſti, de probat.

Octauò fallit, quãdo teſtis deponit aliquem eſſe ebrioſum vel iracũdum, nam debet deponere cum cauſa, aliàs non valeret, & ita not. Bar. in ſuo tracta. teſt. in 5. c. idem Sali. in d. l. ſolam. in 2. col.

Nonò fallit, quando teſtis deponeret de ea poſſeſsiune quæ iuris eſt, quia teſtis debet deponere cũ cauſa, ſecus de poſſeſsione quæ eſt facti, & ita videtur tenere Bart. in ſuo tract. de teſt. in 5. c. in fi.

Decimò fallit, quia in probando valore fundi vel equi teſtis debet reddere rationem dicti ſui, quia requiritur magnus diſcurſus cum intellectu, ſecus in æſtimatione frumenti vel alterius ſimilis vel animalis ad vſum hominis deſtinati, quia nõ eſt neceſſe reddere cauſam, & ita no. Bar. in d. tit. col. 6.

Vndecimò fallit quia in probandis moribus & vita alicuius ſufficit reddere cauſam, quia vicinus, quia per communiter accidentia intelligitur, quod viderit. Ita Bar. vbi ſupra in 12. col.

Duodecimò fallit, quia ſi teſtis babet deponere ſuper rebus artificiatis, vt ſuper aromatibus vel lapillis precioſis, non ſufficit teſtem dicere quod viderit, niſi etiam atteſtetur de eius conditione, vt no. Bart. in d. tract. in 19. col.

Decimotertiò fallit in alijs rebus ſuper quibus habent deponere periti in aliqua arte ſiue in comparatione literarum vel tenore inſtrumenti deperditi, vt Bart. vbi ſupra col. 29.

Decimoquartò fallit, quando deponit ſuper negligentia, vt quia dixit Titius neglexit capere maleſactorem, nam ſi teſtis non reddit cauſam, etiam non interrogatus, non probat, vt not. Salic. in l. ſolam. in 2. colum. C. de teſtib. allegat Bart. in conſi. incipien. Chariſsime.

Decimoquintò fallit, quia de cauſa efficiẽti quis tenetur reddere rationem, de quo tamẽ vide in ſeq. regula.

Decimoſextò fallit, quia ſi quæratur de cauſa naturali, id eſt de re deducta in contractu, vel de pretio tenetur de illa deponere, vt not. Sali. in l. ſolam, in quarta col. C. de teſtib.

Decimoſeptimò fallit, quia de cauſa formali, id

eſt, de forma rei de qua agitur, debet deponere, vt ſi deponit de ſtipulatione interrogetur an in continenti fuerit reſponſum, vel ex interuallo, an voce vel nutu, an in præſenna vel abſentia, an præceſſerit interrogatio vel non. nam iſta ſunt de forma. & ita in effectu not. Salic. in l. ſolam, in 4. col. hoc idē dicendū ſi interrogetur de cauſa finali, qua circumſcripta teſtimonium eſſet inutile, niſi adijceret cauſam, vt in ſtipulatione, quæ non valet ſine cauſa, vt no. Sal. in d. l. ſolam, in 4. col.

Decimooctauò fallit, quando teſtis deponit ſuper notorio, quia habet reddere cauſam dicti ſui, ſicut ſuper fama. ita not. Abb. Sic. in c. cum cauſam, in 3. col. de teſtib. contra Cardi.

Decimononò ad prnbandum quem ebrium, oportet quod teſtis aſsignat cauſam dicti ſui, vt quia vidit ſigna & actus ebrij, aliàs non probat. & ita Bal. in d. c. cùm cauſam, in 6. col.

Vigeſimò fallit, quia ad probādum iuriſdictionem, oportet etiam quòd teſtis dicat cauſam, aliàs non probat, tamen ſi dicat quòd vidit poſsidere, iuriſdictionē videtur aliqualiter probare, vt per Bal. in d. c. cùm cauſam, in 6. col.

Vigeſimoprimò fallit, quando eſt data certa forma interrogandi, nam aliud eſt quando committitur aliquid tanquam iudici, aliud quando committitur aliquid tanquam examinatori, quia non debet recedere à forma mandati. c. fraternitatis, extra de teſte. & ita no. Bald. in cap. cùm cauſam, in 7. col. de teſtib.

Vigeſimoſecundò pone, quòd iudex interrogat teſtem hoc modo. quid ſcis? dic ꝙ tunc videtur etiā interrogatus de cauſa, & perinde ac ſi iudex diceret, dic omnia quæ ſcis, & ideo non valeret dictum teſtis, niſi redderet cauſam. Idem dicendum, ſi teſtis iurauit expreſsè dicere omnem veritatem, ſiue fuerit interrogatus de cauſa ſiue non, quia tenetur reddere rationem, aliàs non valet, vt nota. in c. fraternitatis, de teſt. prædicta not. Bald. in d. c. cùm cauſam, 14. col. de teſt.

Vigeſimotertiò fallit, ſi teſtis aſtruit negatiuam, putà aliquem non eſſe culpabilem, non probat, niſi aſsignaret cauſam. per Bald. in d. c. cùm cauſam, in 14. col.

Teſtis dicti ſui cauſam nō reddens probat, & eius dictum valet. l. ſolam. ff. de teſti. l. ſolum. C. de teſtib. c. cauſam, de teſtibus. Fallit in 9. caſib. vt per Socin. reg. 401. & cauſam dicere non tenetur. Fallit in 6. caſibus, vt per Socin. reg. 402. Fallit in 4. caſibus, vt per Feli. in c. cùm cauſam, de teſtib. nume. 4. Fallit in 3. caſib. ſecundum Fran. Hercula. in tract. de negatiua, num. 322.

REGVLA CXCIII.

SI teſtis non reddat cauſam dicti ſui, non valet eius dictum, vt probatur ſuprà proximè.

Sed hoc fallit primò, quia non tenetur reddere rationem quæ conſiſtat in iure, ſed in facto, vt l. ſtipulatio iſta. §. & hoc. & ibi Bald. ff. de ver. oblig. & not. in repertorio Bal. in 2. col. in verbo teſtis.

Secundò fallit vt ſuprà in præcedenti regul. in 6. fall.

Tertiò fallit, quia in his quæ ſolo ſenſu abſq; aliquo diſcurſu, vel ſaltem cum modico percipiūtur intellectu, vt numerare pecuniam, ambulare & poſſidere in facto, non tenetur teſtis reddere rationem dicti ſui, ſecus in his quæ percipiuntur ſenſu cum magno diſcurſu per intellectum. & ita not. Bart. in tractatu teſtium, in 5. c. idem Abb. in c. cum cauſam in 2. & 3. col. de teſtib.

Qnartò fallit, quia ſicut teſtis non tenetur reddere rationem dicti ſui niſi interrogetur, ſic nec etiam tenetur reddere rationem vel cauſam cauſæ, vel declarare circunſtantias, & ideo valeret dictum teſtis, niſi prædicta requirerent magnum diſcurſum intellectus, vt not. Bar. vbi ſuprà in 7. c.

Quintò fallit, quia ſi teſtis dixit aliquem poſsidere, & cauſam non, quia refertur ad poſſeſsionem facti, & ita no. Barto. vbi ſuprà in 8. cap. ſecundum Innoc.

Sextò fallit, quia ſi teſtis dixit aliquem ſe vidiſſe, interrogatus quomodo ſcit, cauſam nullam reddit, certè valet eius teſtimonium, quia de tali ſenſu non tenetur reddere cauſam, cùm ſatis ſit per ſe demonſtratiuus ſiue declaratiuus. de quo per Bart. in ſuo tract. teſti. in 11. c. allegat Inno. in d. c. cùm cauſam.

Septimò fallit, quia quando teſtis reddit cauſam de auditu, interdum valet vt not. Bar. in d. tract. de teſt. in 9. col.

Octauo fallit quia iudex nō tenetur parti ad intereſſe ſi omiſit interrogari de cauſa ſciētiæ propter multas occupationes, ſecus ſi ex alia cauſa, vt not. Iacob. de Amelia de teſt. in 18. colum.

Nono fallit, quia ſi quis depoſuit ꝙ aliquis cantauit altè vel baſsè ſufficit, vt not. Salic. in l. ſolam. in 2. colum. de teſt & multo magis ſi dixit quod vidit & audiuit, vt ibi per eum.

Decimo fallit, quando teſtis depoſuit quod res ſit dulcis vel amara, nam valet eius dictum etiam ſi nihil dicat de guſtu, & multo magis valet ſi diceret interrogatus quod guſtauit, vt not. Sali. vbi ſuprà in 2. col.

Vndecimo fallit, quando teſtis deponeret quod aliqua res ſit mollis vel dura, vt ſentit Salic. vbi ſupra in d. l. ſolam. in 2. col. C. de teſt. vbi ponit aliquas fall. de quibus ſupra.

Duodecimo fallit, qnia ſi teſtis dicit, Titium occidiſſe vel vulneraſſe Gaium ad ſui defenſionem, et non fuit interrogatus de cauſa ſcientiæ nihilominus probat, vt not. Sal. in d. l. ſolam. in 2. col. alleg. Bar. in conſi. incip. Quia Maſſutius.

Decimotertio fallit, quia de cauſa efficienti. i. de homine non tenetur reddere rationem quando nō attenditur nec curatur à quo factum ſit, vt puta contra ſyndicum non denunciantē maleficia, nam ſufficit probare hominem interemptum licet non cognoſcatur vel nō probetur à quo, ſecus ſi debet reddi teſtimonium de perſona, quia debet exhiberi, & ita not. Salicet. in d. l. ſolam. in tertia col. C. de teſt.

Decimoquarto fallit, quia ſi cauſa circunſcripta ſit, valet id de quo teſtificatur, vt in vēditione & emptione, nam interrogatus teſtis ad quem finem vendidit putà Titius, vel quid de pretio erat facturus, non tenetur cauſam dicere, quia licitè ignoratur qd alius ſit facturus, vt ff. ad Velleia. l. ſi mulier. §. quanquam. & quia talis cauſa eſt extrinſeca non intrinſeca rei de qua agitur. & ita not. Salic. in d. l. ſolam. in 4. col. C. de teſt.

Ampliatur in 4. caſibus, & limitatur in 23. per Lancillot. in tract. de off. præt. in cap. dicta teſtium, num. 26.

Fallit in 11. caſibus, vt per Iaſo. in l. cùm hi. §. vult igitur. ff. de tranſactio.

REGVLA CXCIIII.

QVibus caſibus nõ credatur teſti reddenti malam rationem dicti ſui.

Dic primò, quia ſi ſtatutum diceret quod credatur teſti reddenti malam rationem dicti ſui, hoc ſtatutum non valet, & ideo ei teſti non dabitur fides. Ita dicit Anto. de But. in c. 1. de appel.

Secundò dic ꝙ ſi iudex habet arbitrium cognoſcendi de iure & de facto propter hoc non habet poteſtatem credendi teſti reddenti malam rationem dicti ſui, vt per Bal. in l. ſolam. C. de teſt.

REGVLA CXCV.

POteſt etiam opponi teſtibus quòd ſint ſingulares, & ideo non probant, quæ ſingularitas poteſt verſari circa decem prædicamẽta de quibus per Alber. Mal. in ſuo opere de teſt. in 5. & 6. col. in 4. parte.

Fallit primò, quia plures teſtes ſingulares habentur loco vnius, & ita not. Sali. in l. iuriſiurandi, in fi. C. de teſt. alleg. Spec. in tit. de inquiſitione. §. nunc videndum. ver. Item not. vide quę notaui in alphabeto meo in dict. teſt. nu. 60.

Secundò fallit, quia mille teſtes ſingulares non probant niſi ſemiplenè & ſic quantum vnus, & ita not. Bal. in addit. Specul. in tit. de teſt. in 3. colum. allegat Spec. in titu. de inquiſitione. §. nunc videndum. ver. 1.

Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 10. à Portio libr. 1. reg. 34. Fallit in 12. caſib. per Lancil. de offic. prætoris de teſtib. c. dicta teſtium nu. 23.

REGVLA CXCVI.

TEſtes quomodo & quibus caſibus dicãtur conteſtes & concordes.

Dic primò, ꝙ teſtes in dubio præſumuntur conteſtes, & præſumuntur de eodem actu deponere, vt not. Bald. in l. de quibus, in antepen. colum. ff. de leg. & D. Abb. in cap. cum Ioannes, circa tertiam col. de fide inſtrumentorum, & hoc quia pluralitas non præſumitur. l. final. & l. omnium. C. de teſt. & probatur in c. in præſentia, & ibi D. Ant. de proba. & Barto. in l. ſi rem. de rei vend. & per glo. in l. eum qui. §. in pluralibus. de iureiur.

Secundò ſi ſeptem teſtes teſtificentur ſuper probatione teſtamenti, & quilibet dicunt ſe fuiſſe præſentes tali teſtamento, & ꝙ non recordatur qui vel quot fuerint alij præſentes, tamen teſtes iſti dicuntur conteſtes, & probant, vt per Bal. in l. bonorum, in fi. C. de bon. poſſ. ſecundum tabu. vbi idem tenet, & ſequitur Pau. de Caſt. licet Roma. ibi contrà, tamen eum reprobat ibi Alex. allegat Inno. in c. qualiter, el grande, de accuſat. & ſpecialiter in tit. de inquiſitione. §. nunc tractemus. verſ. ſuper probatione inquiſitionis. & Imol. in c. cùm oporteat, de accuſat.

REGVLA CXCVII.

VNi teſti non creditur. l. iuriſiurandi. C. de teſti. 4. q. 3. c. ſi teſtes. 32. q. 2. c. amouere.

Falllit primò in clerico percuſſo, quia ſi hi qui viderunt eum percuti, nolunt teſtificari ſuper illo, ſtatur eius iuramento, vt in c. peruenit. de teſt. cog.

Secundò fallit, quia cùm dubitatur de aliquo inſtrumento, an ſit publicum vel non, ſtatur aſſertioni tabellionis, qui illud confecit, vt l. ſi quis decurio. C. de falſ. niſi habeat ſubſcriptionem teſtium, vt in auth. de hæred. & fal. §. ſi vero.

Tertiò fallit, quòd in omnibus illis caſibus, in quibus non infertur præiudicium alicui ſtatur ſacramento vnius teſtis, & plenè probat, vt ſi dubitatur, ſi Titius ſit baptizatus, nam hoc caſu vnus teſtis fidem facit, vt de conſecr. diſt. 4. c. cùm ita. idem ſi dubitaretur de conſecratione eccleſiæ. prædicta ponit Io. And. in ſuo tract. de teſtib.

Quartò fallit, quia ſi in ſententia ſint verba ambigua, quæ poſſunt ad plures intellectus trahi, & iudex ſuper hoc examinetur, qui tulit dictam ſententiam, ſtabitur dicto ſolius iudicis declarantis prædictam ſententiam. ita not. Alber. Mal. reprobans Bal. in ſuo tract. de teſt. in 1. par. in 45. col.

Quintò fallit, quia vbi dubitatur de animo & mente alicuius, tũc ſemper ſtatur dicto ipſius & eius ſacramento, vt l. Fulcinius. §. quid ſit latitare, & ibi glo. ff. quib. ex cau. in poſſ. ea. & per gloſſ. in §. ſed iſtæ, Inſti. de act. not. in l. pro hærede. & l. gerit. per Bar. ff. de acquir. hæred.

Sextò fallit, quia quantum ad pœnas inferendas, vbi agitur de maximo præiudicio declarantis animum ſuum ſtatur dicto partis, vbi dubitatur de animo ſuo. c. ſi verò, de ſent. excom.

Septimò fallit, quia ſi dubitatur, an habuerim notitiam de aliqua exceptione mihi competente, ſtatur dicto meo, & creditur in cauſa mea, vt in c. paſtoralis, de except.

Octauò fallit, qa ſtatur dicto vnius periti, quando electus eſt à communi, ſecus ſi non eſſet electus à communi, quia duo periti debent deponere, vt in repertorio Bal. in 1. col.

Nonò fallit, quando vnus peritus eligitur à partibus, quia eius dicto ſtandũ eſt, vt no. Ant. de But. in 5. col. in repertorio in dictis teſt. allegat Bal. in 1. conſtit. fforum.

Decimò fallit, quando vnus peritus eſſet à iudice electus, quia eius dicto ſtandum eſt, vt per Anto. de But. vbi ſupra & Bal.

Vndecimò fallit, quia licet vni non ſit credendum, tamen ſi doloſè nunciat aliquid alicui, & ille cui nunciatum eſt, credat, excuſat ipſum à pœna, vt not. Anto. de Butri. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 13. col. allegat nota. in l. dolum. ff. de eo per quem fact.

Duodecimò fallit, quia valet pactum inter debitorem, quod credatur de iuramento creditoris de damno dato, vt l. final. C. de iure dot. & not. Anto. de Butri. in ſuo repertorio in dict. teſtis in 32. col.

Tertiodecimò fallit in probatione denunciationis euãgelicæ, quia per vnum poteſt probari, vt no. Sali. in l. iuriſiurandi. in 3. col. C. de teſt.

Quartodecimò fallit, quia dicto vnius Cardinalis in figura iudicij non creditur, ſed tanquam relatori creditur in his quæ dicit oretenus ſibi fuiſſe conceſſa per Papam, ſi ſit notus & honeſtus, vt no. Salic. in d. l. iuriſiurandi. in fin. C. de teſt.

Decimoquintò fallit, quando eſſet ſtatutũ quòd vni teſti credatur, nam valet hoc ſtatutum. ita nota. Bart. in l. 1. C. de ponderatorib.

Decimoſextò fallit, nam quãdo notarius archiui publici dat copiam alicui non eſt neceſſe quod apponat teſtes qui interſint copiationi, ſed ſufficit quod ſe ſubſcribat, vt per Bal. in rub. C. de fide inſtrumentorum.

Decimoſeptimò fallit, quia vnus teſtis de morte tollit præſumptionem vitæ. l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemad. teſta. aper. & vide Bal. in c. fin. in fin. de his qui feud. dare poſſ.

Decimooctauò fallit, quia clericatus poteſt per vnũ teſtem probari, quia propter hoc nemini præiudicium videtur afferri, ſecus ſi afferretur præiudicium, vt per glo. in cap. licet vniuerſis. de teſt. & ibi per Bal. & de conſecra. diſt. 4. paruulus, & vide quę not. Bal. in c. dudum. de elect.

Decimononò fallit, quia vbicunque agitur ad peccatum impediendum ſufficit dictum vnius vt cum agitur ad matrimonium impediendum. & ita not. Abb. Sicu. in c. ſuper eo. de teſt. allegat glo. in c. nuper. eo. tit.

Vigeſimò fallit in Papa, quia in his in quibus ipſe habet liberam poteſtatem, vt in beneficialibus, ſpiritualibus, & ſimilibus, creditur ei ſoli, licet poſſet ei dici, ſalua maieſtatis reuerentia, quod eſt aliquid de quo ipſe non recordetur, cum plerunq; nos fallat obliuio. 27. diſt. præterea. In alijs autem cauſis laicorum profanis & in alijs in quibus non poteſt vti abſoluta poteſtate an poſsit deponere ſolus & ei credatur dubitat Abb. in cap. cum à nobis. in 2. col. de teſt. vbi omnia prædicta refert.

Vigeſimoprimò fallit in Cardinali quando eſſet legatus, quia ei creditur in his quæ ſunt modici præiudicij ſecus quoad magnum præiudicium. de quo per Abb. Sic. in d. cap. cũ à nobis, in 2. col. in alijs autem inferioribus vt Epiſcopis vel ſimilibus non creditur eis ſolis vt per Abb. vbi ſupra.

Vigeſimoſecũdò fallit, quia in foro ſeculari creditur ſoli Epiſcopo deponenti in aliqua cauſa, ſecus in foro eccleſiaſtico, tamen de conſuetudine nõ ſeruatur, vt credatur ſoli Epiſcopo, & ita no. Abb. Sic. in c. nuper. in 2. col. extra de teſt.

Vigeſimotertiò fallit, quia creditur ſacerdoti ſoli cum iuramento quod quis ſibi fuerit confeſſus & iniunxerit pœnitentiam & ſit emendatus. de quo vide per Abb. Sic. in cap. teſtimonium. in pen. colum. extra de teſt.

Vigeſimoquartò fallit, quia valet pactũ initum inter partes vt vni teſti credatur, vt l. Theopompus, & ibi per Bart. ff. de dote præleg. & per Angel. in l. pactum inter hæredes. ff. de pact. declara tamen vt ibi per Angel. ad quod vide quod not. Bald. in l. in bonæfidei. C. de rebus cred. & iureiuran.

Vigeſimoquintò fallit, de conſciẽtia, quam quis habuit in articulo mortis, vni teſti creditur. l. Theopompus, de dote præleg. & 26. q. 6.

Vigeſimoſextò vni teſti creditur cum iuramento, cum denunciatio ſecreta fit, vt per Bal. in auth. ad hoc. C. de vſuris, in fi. 1. col. & Io. And. in c. in omni negotio. extra de teſt. in nouel.

Vigeſimoſeptimò creditur executori qui dicit ſe [illegible] vt per Archi. 61. diſt. catinenſis, & Baldus in cap. cum in iuuentute. de præſumpt.

Fallit in 39. caſib. vt per Lancil. in tract. de off. prato. in titu. de teſtibus, cap. dicta teſtium, num. 4.

Fallit in 28. caſibus, vt per Specul. in titul. de teſtib. §. reſtat. Felt. in c. veniens, de teſtib. fallit in 23. caſib. concluſio. 197. & vnus teſtis facit indicium, vt per eundem reg. 277.

REGVLA CXCVIII.

SI teſtis primò depoſuit vnum, poſtea in articulo mortis illud reuocat, & dicit ſe falſum dixiſſe, talis reuocatio non valet, ſed ſtatur primo dicto, vt no. in l. ſi quis in graui. §. moriens. ff. ad Sylllan. de quo per Baldum in l. final. ff. de probat. & vide quæ not. in repertorio Bald. in dict. teſt. in 8. col. Idem not. Salic. in authen. ſi dicatur, in vlti. col. de teſt. & in l. nullum. in vlt. col. C. eo. titu. vide eundem Salic. in l. qui falſa. ff. de teſt. in ſuis recollect. vide Bald. in tit. de pac. conſtan. §. vaſalli. vbi aliter loquitur.

REGVLA CXCIX.

SI teſtis qui primò depoſuit dictũ ſuum cum iuramento poſtea dicit ſe corruptum fuiſſe vt teſtificaretur, per hoc non infringit eius dictum, cum reijciatur allegans turpitudinem ſuã. de quo vide p Abb. Sicu. in c. ſicut eſt nobis. in 1. col. extra de teſt.

REGVLA CC.

SI teſtis depoſuit primò dictum ſuum, & iterato vult deponere corrigendo primum dictum quod debet audiri & dictum ſecundum valebit, vt per Bart. in l. ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. ff. de adulter. habetur in l. repeti. ff. de quęſtionib. & in c. præterea, de teſt. cog. & in auth. de teſt. §. quia vero. in glo.

Sed fallit primò quãdo non haberet iuſtam cauſam, quia tunc non debet audiri, ſed de falſo punietur, vt no. in l. eos. de falſis.

Secundò fallit, quando ex interuallo vellet corrigere dictum ſuum, quia non poteſt, ſecus ſi incontinenti. Incontinenti autem quando dicatur, relinquitur iudicis arbitrio, vel potius dicendum antequam conſpectum iudicis exeat, & cum partibus loquatur teſtis ipſe, & iſta eſt vera opinio in practica, de qua in d. c. præterea, & in d. §. quia vero. & ſpecialiter in ti. de teſt. §. 1. ver. quid ſi dicit, de quo per Tynda. in ſuo opere. 10. 11. & 12. & 83. col. & vide Iaco. de Amelia in 16. c. de teſt. idem tenet vt ſuprà Abb. Sicu. in c. per tuas, el. 2. in 2. col. extra de teſt. idem videtur ſentire Bal. in l. qui falſo. ff. de teſt. vbi dicit quòd teſtis corrigens dictum ſuum ex interuallo dicitur falſum committere. & ibi limitat etiã, quando incontinenti, ſi videretur variare & offendere aures iudicis.

Tertio fallit, quia ſi teſtis redijt incontinenti & vellet eius dictum corrigere, iudex debet attendere modum & cauſam correctionis, & ſi cognoſcit eum probabiliter ſe non corrigere, tunc videtur teſtis incidere in ſuſpicionẽ vel vacillationem. de quo per Abba. Sicu. & Innoc. in cap. propterea, in 2. col. de teſt. cog.

Quarto fallit, quia ſi teſtis vult addere dicto ſuo, non aũt corrigere, poteſt hoc facere etiam poſtquã exiuit conſpectum iudicis, ſed minor fides ei adhibetur, ſecus ſi vellet corrigere. & ita not. Abb. Sicu. in c. pręterea, in fin. de teſt. cog. allegat not. per eum in c. per tuas, de teſti. & in auth. de teſt. §. quia vero,

Quintò fallit, quia eſt arbitrarium, an iudex velit admittere teſtem dictum ſuum corrigentem, conſiderata qualitate perſonæ, & quantitate interualli, colloquio partium & reliquis circunſtantijs. & ſecundum hoc iudex quandoq; correctionem admittet, quandoq; non. Quid ſi cauſa eſt inter viles, & epiſcopus vel alia notabilis pars producitur in teſtem, qui ex interuallo corrigit dictum ſuum, quia melius recordatur, debes ne dicere quòd præſumatur corruptus à vili ruſtico? minimè. argu. c. & ſi quæſtiones. de ſimoni. & ita not. Abb. ſecundum Hoſt. in c. præterea, in fi. de teſt. cog.

Sextò fallit in teſte, qui vult interpretari dictum ſuum, vt per Bal. in d. l. qui falſa. ff. de teſt. in princ. & in fi.

Septimò fallit, quia ſi teſtis vult incontinenti corrigere dictum ſuum, & in dicta correctione incipiat variare & vacillare, quia neſcit quid dicat, tūc iſte teſtis dicitur falſus, & ideo ei non creditur. vnde ſi eſſent mille teſtes, qui ſibimet contradicerent, nihil probarent. & prędicta not. Bal. in c. in noſtra, in 1. col. in fi. de teſt.

REGVLA CCI.

TEſtes qui depoſuit dictum ſuum primò per verbum credit, poſtea per verba aſſertiua, probat, & valet ſecundum dictum, vt probatur in l. de minore, de in integ. reſt. mi. & tenet Iaco. de Are. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iur. cal. & Bal. in c. 1. §. non debet. de not. feud.

Sed hoc fallit primò. quando non eſt licitum teſti ſe corrigere, vel iudex non poteſt iteratò ipſum recipere ad teſtificandum, vt per Tynda. in 13. col.

Secundò fallit, quia non ſtatur eius dicto quando non redderet cauſam ſuæ correctionis. arg. not. per Bartol. in l. eos. ff. de falſis. & not. Tindarus vbi ſuprà.

Tertiò fallit, vbi ſtaretur dicto de credulitate, nam nec primum nec ſecundum dictū valeret, immo poſſet puniri de falſo, vt not. idem Tyndar. in dicto opere in 15. & 16. col. & not. idem Bal. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ.

Quartò fallit, vbi teſtis quod aſſeruit, dicat ſe poſtea credere, & cauſæ ſcientiam reddat, quia valet eius dictum. & ita not. Bald. in addit. Spec. in tit. de teſt. in 2. col.

Si teſtis primò depoſuit per verbum mihi videtur, & poſtea per verba aſſertiua, valet eius dictum ſecundum, vt per Bar. in l. 1. ff. de vent. inſpi. & probatur in l. 2. §. duæ cauſæ. ff. ad Carbo.

Sed fallit primò in his quæ conſiſtunt in intellectu vel memoria, quia eſt ſufficiens ratio per verbum videtur, vt not. Bar. in conſ. incip. In quæſtione vertente.

Secundò fallit in illis caſibus, in quibus non habet locum regula præcedens, videlicet quod dicto ſecundo non ſtatur, nam iſta æquiparantur videlicet teſtimonium credulitatis & teſtimoniū per verbum videri. hæc omnia ponit Tyndarus in 17. col.

REGVLA CCII.

SI teſtis deponit dubitatiuè, poſtmodum aſſertiuè, valet dictum ſecundum, vt not. Tyndarus in ſuo opere col. 6.

Sed hoc fallit vbi cauſam in ſecundo dicto non inſereret, nam tunc videretur varius ſeu vacillans, & ideo non videtur ſtandum eius dicto, vt idem Tyndarus vbi ſupra.

REGVLA CCIII.

SI teſtis deponit primò per verbū neſcio, poſtea per verbum ſcio, ſtatur ſecundo dicto, & probat, vt per Iac. de Are. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iur. cal. & glo. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de dam. infec. vbi per Bart. idem Bal. in tit. quid ſit inueſt. §. per illum. in ver. non reminiſci, & de no. feud. c. 1. §. notandum. & Ang. in l. quidam tabularum. ff. de furt. Idem Io. de Imo. in d. §. ſi quis ſtipulatus.

Sed hoc fallit primò quando teſtis primò dixiſſet ſe tantum ſcire nam videretur falſarius, vt per Bal. in l. cum mulier. ff. ſol. matr. de quo per Bart. in l. eos. ff. de falſ. in ver. vlt.

Secundò fallit, quando teſtis qui dixit ſe neſcire poſtea producatur à parte, & dicat ſe ſcire, quia præſumitur ſubornatus, vt l. produci. ff. de teſt.

Tertiò fallit, quando idem teſtis proprio motu & ex interuallo rediret ad iudicem cauſa teſtificandi, quia non debet audiri, aliàs eſſet falſarius, vt in c. prętere. de teſt. cog. & ita intelligatur deciſio dominorum de Rota in præcedentibus cauſis, ſecus ſi teſtis incontinenti rediret vel iudex ex officio ſuo repeteret, quia tūc ceſſat ratio ſubornationis. & prædicta omnia ponit Tyndarus in 19. 20. & 21. colum. in ſuo opere de teſt.

Quartò fallit, ſi teſtis iteratò veniret ad teſtificandum & ſimiliter diceret ſe ſcire, non allegãdo cauſam aliquam, quia videretur variare, nec eius dicto ſtandum eſſet, vt per eūdem Tyndarum vbi ſupra. de quo per Bar. in l. eos. ff. de falſis. in 3. contrario.

REGVLA CCIIII.

TEſtis deponens prima vice per verbum nō recordor, & ſecunda vice per verbum recordor, vel ſcio, probat, & ſtatur ſecundo dicto, vt per Bar. Ang. & Imo. in l. qui bona. §. ſicut ſtipulatus. ff. de dam. infect.

Sed fallit in caſibus de quibus ſuprà in proximis regulis ſeu earum fallentijs, quia iſta regula æquiparatur prædictis vt not. per Tynd. vbi ſuprà. in 22. col. & ego latius ibi dixi, recurras ad illum locum.

REGVLA CCV.

NOta quòd valet teſtimonium de auditu alieno ad probandum cōſanguinitatem, vt probatur & not. in c. licet ex quadam, de teſt.

Quod fallit primò, vbi conſanguinitas vel affinitas non eſſet multum antiqua, aliàs ſecus & ita videntur ſentire Doct. vbi ſuprà.

Secundò fallit, quando nō eſſent alia adminicula cum dicto teſtis de auditu, videlicet fama & ſimilia, quia non probarent conſanguinitatem, vt not. Io. Andr. & Hoſt. in d. c. licet ex quadā. & ibi Abb. Sic. in 1. col.

Tertiò fallit, quando ſua natura probari poterat res per teſtes de viſu, nā ſi pars ſe anguſtiauit & fuit negligens in probando, non videtur ꝙ poſſit probare facta antiqua per teſtes de auditu, & ita videtur notare Abb. Sicul. in d. c. licet ex quadam. in 1. col. in fi. de teſt.

Quartò fallit, quia vbi admittitur teſtimonium de auditu, nō ſufficit quod quis audiuerit poſt motam litem, nam occaſione litis motæ præſumitur

audiuiſſe, & ita not. Abb. in d. c. licet ex quadam. in 1. col. in fin.

Quintò fallit, vbi agitur de fama publica probanda, nam non ſufficit quòd teſtes dicant ſe audiuiſſe ab vno vel à pluribus ſuſpectis & malæ famæ, vt not. idem Abb. in d. c. licet ex quadam, in 2. col. in prin. de quo per Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionib.

Sextò fallit, quia oportet q teſtes de auditu ſint bonæ famæ, & aſſerant ſe illud credere quod audiuerint. vt no. idem Abb. in d. c. licet ex quadam, in in 2. col. de teſt.

Septimò fallit, quando teſtes audiuiſſent à pluribus perſonis diuerſo loco & tempore. ita tenet D. Anto. in d. c. licet ex quadam. licet contrarium ibi tenet Abb. Sic. in 2. col. dicens quòd ſufficit eos eſſe conteſtes auditu, ſecundum Innocen. ibi, quod not.

REGVLA CCVI.

NOn valet dictum teſtis, qui reddit rationem de auditu, vt in c. præterea, & c. literis, de teſt. & in l. in ſumma, de aqua plu. arcen.

Fallit primò, quando teſtis deponit ſuper eo q per ſenſum auditus percipitur, vt quia Titius dicit ſe audiuiſſe Sempronium promittentem Seio decé. pro quo facit quod not. Innocen. in cap. cùm cauſam, de teſt. & quod not. in l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig. vnde videtur quòd valeat dictum teſtis dicentis ſe audiuiſſe promittere decem vel ſimile, licet coltrina eſſet in medio, & non videret dummodo habeat notas voces contrahentium, vt not. in l. apud Labeonem. ff. de aqua plu. arcen.

Secundo fallit, quando deponunt per ſenſum auditus ſuper actu proximo, de quo probando agitur, vt ſi deponant audiuiſſe aliquos carnaliter commiſceri, non autem dicant ſe audiuiſſe. & hi teſtes cum alijs tamen adminiculis probarent, aliàs non, vt not. in c. præterea, de teſt.

Tertiò fallit, quia teſtimonium de auditu auditus valet in cauſa matrimoniali, licet aliàs regulariter non valeat, vt in c. quoties. & c. licet ex quadam, de teſt.

Quartò fallit, quando agitur de facto valde antiquo, quia teſtis de auditu auditus probat, vt l. ſi arbiter. ff. de prob. & c. veniens, cum ibi no. per Inno. de teſt. & c. quid per nouale, de verb. ſign. vide omnino Bald. in l. conuenticulam. in 1. col. C. de epiſc. & cler.

Quintò fallit, ſi teſtis dicat ſe audiuiſſe id quod percipitur per viſum, vt quòd adiuerit ingredi talé domum vel fundú. ita Alber. Mal. prædicta omnia in 4. par. de teſt. in 6. & 7. col. licet in hoc contrariú teneat Archi. in c. non videtur. 12. q. 2.

Sextò fallit, ſi teſtis reſpondent per ſenſum viſus, id quod debet reſpondere per ſenſum auditus, nam valet talis teſtificatio, vt per Doct. in c. ex literis, de teſt. & Alb. vbi ſuprà, quia vbi probatur memoriam extare valet teſtimonium de auditu, vt no. Anto. de Butr. in ſuo repert. in dict. teſtis in 33. col. Alb. l. in ſumma. §. idé Labeo. ff. de aq. plu. arcen. idem Bal. in l. teſtiú. in 6. col. C. de teſt. idem Abb. in c. licet ex quadam, in 1. col. de teſt.

Septimò fallit, vt per Bar. in tract. ſuo de teſt. in 9. cap. in fine. quem vide.

Octauò fallit, quia talis teſtis facit aliqualé præſumptionem, quæ tamen præſumptio nihil probat, vt Io. And. in ſuo tract. de teſte in 6. col. vide quod not. Abb. Sic. in cap. cùm cauſam, in 1. col. de teſt. & Gofre.

Nonò fallit, quia de proprio auditu admittitur teſtis de auditu & valet, ſecus de alieno auditu, quia tunc repellitur, vt not. Salic. in l. teſtium, in 6. col. C. de teſt.

Decimò fallit, quia teſtis probat de viſu vel auditu alterius per rationem, quia ille fuit præſens, vt per Bal. in c. 1. de controuerſ. inter do. & vaſal.

Vndecimo fallit in conſanguinitate probanda vel affinitate, quia valet teſtimonium de auditu alterius, vt probatur, & not. in c. licet ex quadam, de probat.

Duodecimo fallit, quia in caſu quo valet teſtimonium de auditu, ſufficit quod teſtes dicant ſe audiuiſſe à duobus, licet illi duo ab vno tantum audiuerint. & ita not. Abb. Sic. in c. licet ex quadam, in 3. col. de teſt.

Decimotertio fallit, quia ſi deperiſſet ſcriptura continens dicta teſtium, & extaret qui dicit ſe audiuiſſe teſtes idoneos iuratos in cauſa & ſolemniter examinatos dixiſſe ſe vidiſſe, tunc eorum dicto ſtandum eſſet. pro quo l. curent. ff. de teſt. ſecus ſi diceret q audiuit alium dicentem ſe vidiſſe, quia non probat, vt not. Bartol. in ſuo tracta. de teſt.

Vide quod not. Cy. in d. l. teſtiú & Ant. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 33. col. & Io. And. in tract. de teſt. in 6. col. Abb. Sic. in c. cum cauſam. in 1. col. de teſt. limitat hoc verum eſſe, quando per prius incontinenti prædictos ſic loquentes vidit, ſecus ſi ex interuallo vidiſſet, quia tunc non eſt ſufficiens probatio. & ſic hoc caſu confirmat dictum Ang. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. Dic tamen hoc eſſe arbitrarium, quia iudex diſcretus debet multú circunſtantias examinare, de quo vide per Bald. in l. conuenticulam. in 1. col. C. de epiſ. & cler.

Ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 16. per Lancil. in tract. de off. præt. in tit. de teſtibus, in c. dicta teſtium. nu. 41.

REGVLA CCVII.

QVibus caſibus teſtis dicatur reddidiſſe ſufficientem cauſam dicti ſui, ita quòd probet vel non.

Dic primò ſi dicat teſtis, ſcio talem eſſe tot annorum, quia ego recordor de eius natiuitate, nam iſta eſt ſufficiens ratio, vt not. Bald. l. 2. C. de tempo. appel.

Secundò quando teſtis dicit ſe ſcire, q vehementer opinatur, nam eſt ſufficiens cauſa vt not. Ant. de But. in reper. in dictione teſt. in 3. col. alleg. glo. in l. ſi is qui. ff. de acq. hær.

Tertiò, quia teſtis poteſt aſsignare cauſam per verbum vidit, de actu ſeu re apprehenſibili per intellectum cum iſte ſit communis ſenſus omnium aliorum, de quo per Bart. in l. ſi Titio. ff. de leg. 2. & not. Ant. de But. in repertorio in dict. teſt. in 3. col. Limita tamen vt per eundem vbi ſupra in 31. col. quia ſi teſtis de re apprehenſibili per duos ſenſus ſolum reddat cauſam vno ſenſu ſufficit, vt per Anto.

de

de Butr. in repertorio in dict. teſt. in 2. col. allegat not. in auth. de hęred. & ſal. §. ſi vero abſens.

Quartò fallit, quia ſi teſtis inutiliter examinatus, ſecundo examinetur vtiliter, & dicat dico per omnia vt dixi in primo dicto valet eius teſtificatio, vt per Anto. de Butr. vbi ſupra allegat. Bar. in l. legata. §. inutiliter. ff. de leg. 1.

Quintò, quia in iure participabili ad viſum, non ſufficit teſtem dicere ſe fuiſſe præſentem, ſed oportet quod dicat ſe vidiſſe, vt §. ſi vero abſunt, in auth. de hæred. quæ ab inteſt.

Sextò, quia ſuper negatiua teſtis debet dicere ſe ſtetiſſe in loco & pręſentem fuiſſe, & quod fieri non potuiſſet quin vidiſſet, vt per gloſſ. in d. §. ſi vero abſunt, & per Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 4. col.

Septimò ſi teſtis dicat, ſic eſt, niſi fallor, aſsignatis cauſis legitimis dictum eius valet, vt not. in l. 1. ff. de iuſt. & iur. & Ant. de But. in repertorio in dict. teſt. in 6. col.

Octauò valet dictum teſt. ſi dicat, Titius eſt vnus homo conſtans & habet voluntatem perpetuam & immutabilē, & ego ſcio quia eſt vnus bonus homo, vt per glo. in l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iur. & not. Ant. de But. vbi ſupra & in 10. col. allegat gloſſ. in l. 2. ff. de ſtat. ho.

Nonò ſufficit teſtem cauſam dicti ſui declarare aliquo ſigno extrinſeco cognoſcibili per relationem temporum per illam perſonam, vt ſi dicat, fuit tempore talis Papæ, nam ſatis reddit cauſam ſufficientem, & probat. Ita no. Ant. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 7. col. pro quo Bald. in l. non omnium. ff. de leg. Limita tamen vt per Bar. in ſuo tractatu teſti. in 14. c. & limita, vt per Sal. in l. ſolam. in fi. C. de teſt.

Decimò valet dictum teſtis ſi dicat, ſcio quia tetigi cum manibus, nam iſta eſt ſufficiens ratio, cum referat ſe ad ſenſum congruum, vt per Bart. & Bal. in l. non omnium. ff. de leg. & Anto. de But. vbi ſupra in 8. col.

Vndecimò ſi teſtis reddit cauſam neceſſario cōcludentem, omnino probat, & ſi reddat probabiliter concludentem vt à communiter accidentibus facit indicium vel præſumptionem, vt per Bal. in d. l. non omniū, & in l. neq; natales. C. de prob. & Ant. de But. vbi ſupra. in 8. col.

Duodecimò, quia in non habilibus capi, ſufficit teſtem reddere cauſam per ſignum propinquum et mediatum, vt eſt tex. in l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 10. col.

Decimotertiò, quia teſtis in reddendo rationem ſufficit quod ponat minorem in probando concluſionem, quia imponendo minorem ſubintelligitur proximior, ideo valet dictum teſtis, quomodo ſcis ꝙ Titius eſt diues? ſi reſpondeat ſcio quia ſum vicinus vel conſanguineus, vt per Anto de Bu. vbi ſupra in 16. col. allegat Bart. in l. 1. ſi certú pet. de hoc vide Bar. in ſuo trac. in 12. col. cap. 10. Paul. de Caſt. in l. non omniú. ff. de legib. vbi dicit ſufficere cauſam præſumptiuam in teſte & prædicta not. Abb. Sic. in c. quoſdam. de pręſumpt.

Decimoquarto, quia ſi dicat teſtis, ideo ſcio quia vidi ſcripturam meam in qua illo anno hoc ſcripſi in lib. nam probat, vt not. Bart. in l. 1. ff. ſi cert. pet. & not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 16. colum. idem Bald. in l. iubemus. in 3. colum. C. de teſt.

Decimoquintò, quia ſufficit quod cauſa allegata per teſtem concludat præſumptiuè vt not. idem Anto. de Bu. vbi ſuprà allegat Bart. in l. cum quid. ff. ſi cert. pet.

Decimoſextò ſi teſtis interrogat⁹ quomodo ſcit, dicat, ſcio ꝙ ſic eſt, quia non dubito probat, vt not. Ant. de But. vbi ſuprà in 33. col. alleg. l. in ſumma. §. idem labeo. ff. de aqua plu.

Decimoſeptimò, quia ſi teſtis interrogatus de ſapore vini, dicat vinum eſſe dulce, quia bibit. Iſta eſt ſufficiens ratio, vt no. Bar. in ſuo tract. de teſt. in 14. colum.

Decimooctauo, ſi Titius dicat, vidi proijcere ſaxum, iſta eſt ſufficiens ratio cùm cauſa viſus ſit verbum commune ad omnes ſenſus, vt no. Bar. ibid. in 14. cap.

Decimononò, ſi teſtis dicat, tale vinum eſſe dulce, quia vidit, eſt ſufficiens ratio, vt Bar. vbi ſupra in 14. col. quod not.

Vigeſimò ſi teſtis reddit cauſam, quia vidit talē rem eſſe duram vel mollem, iſta eſt ratio ſufficiens, vt not. Bar. vbi ſupra in 14. cap.

Vigeſimoprimò ſi teſtis dixit, aliquid ſcire, quia patris fuit, iſta eſt ſufficiens ratio, vt no. Bar. in ſuo tract. de teſt. c. 6.

Vigeſimoſecundò ſcias, quod ſi res de qua teſtis deponit, habeat cognitionem plurium ſenſuum teſtis tunc debet deponere per plures ſenſus, aliàs eius dictum non valeret. Ita no. Sal. in l. ſolam in 2. col. & ratio teſtis debet eſſe naturalis niſi quando adhibetur ſuper peritia. Bal. in l. conuenticulá. in 2. col. C. de epiſ. & cler.

Vigeſimotertiò ſi teſtis dicit nihil ſcio, niſi quia vidi contenta in articulo probat, quia ratio pręponderat dicto. Idem multo fortius ſi dicat, credo quia vidi & pręſens fui, & hoc quia ſemper attenditur ratio in teſte, nam licèt teſtis in dicto minus probet, ſi tamen probat in ratione dicti, vtiq; efficacius probabit, nam ſemper ſpectāda eſt ratio, cum ratio dat eſſe rei, vt Bar. omnia prædicta ponit in l. conuenticulam in 6. col. C. de epiſ. & cler.

Vigeſimoquartò ratio teſtis debet procedere planè & ſimpliciter, non per difficultatem intellectus, vt multùm notabiliter declarat Bal. quem videatis in d. l. conuenticulam, in vlt. col.

Vigeſimoquintò quod in teſte ꝓcedit argumentum, & ratio à toto integrali, nā ſi formaui articulū de poſſeſsione partis, teſtis dicit de toto, includit partē. Item ſi formaui articulum de quinq;, & teſtis deponat de decem probat. vt dicam infrà.

REGVLA CCVIII.

QVibus caſibus teſtis videatur minus ſufficienter reddidiſſe cauſam dicti ſui adeò quod non probet.

Dic primo quando reddit cauſam veriſimilem præſumptiuè non neceſſariam, quia non probat, vt per Anto. de Butr. in 7. col. in ſuo repertorio in dict. teſt. allegat. Bald. in l. non omnium. ff. de leg.

Secundo, quando teſtis non reddit rationem,

ſed per rationem repetit dictum, nam non probat, vt l. ſi. ff. de offic. procur. & Bal. in l. non omnium. ff. de leg. & nota. Anto. de Butr. vbi ſupra in 34. & 35. col. allegat glo. in l. Labeo. ff. de vſucap. & glo. in l. 1. ff. de except.

Tertiò, quia ſi teſtis dicat maleficium fuiſſe factum in ſui pręſentia, tamen ipſum non vidiſſe, non probat vt dicam ioſià.

Quartò, ſi teſtis in eo quod percipitur auditu, dicat ſcio quia ita dicitur ab omnibus, nõ prnbat, quia poteſt dici ipſo non audiente, & ita tenet Bart. in l. 1. ff. ſi cert. pet. licèt Dyn conſuluit contrarium, quẽ ſequuntur Bal. in d. l. de quibus. in vlt. col. & Ant. de Bu. in 9. col. in ſuo repertorio in dict. teſt.

Quintò, quia teſtis debet deponere dictum ſuum per ſigna capacitatem concludentia, per verum eſſe, non intellectuale eſſe, quia quod eſt per intellectum verè, non eſt imaginariè & fictè, de quo per tex. in l. qui in vtero. ff. de ſtatu hominum. & not. Ant. de Bu. vbi ſupra in 10. col.

Sextò, quia teſtis non reddit ſufficientem cauſam dicti ſui, ſi dicat ſe habere cognitionẽ oppoſiti, quia illa cognitio eſt intellectualis, non realis. & ita not. Ant. de But. in 10. col. vbi ſupra, allegat l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.

Septimò, ſi teſtis reddat rationem dicti ſui per locum ab authoritate, vt quia dicat, ſcio quia vidi inſtrumentum in quo talis eſt debitor, non probat, quia talis non debet deponere de tenore inſtrumenti niſi ſit productum vt nota. Anto. de Butr. vbi ſupra in 16. colum. alleg. Bart. in l. 1. ff. ſi. ſi certum peta.

Octauò, ſi teſtis ſic reddat rationem, quia vidi ab alio ſic teſtificari non probat, vt not. Ant. de But. in 16. colum. vbi ſupra allegat Bar. in d. l. 1.

Nonò ſi teſtis in his quæ percipiuntur viſu & auditu, reddat ſolum rationem de viſu noo probat illa, quæ exigunt auditum, vt not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 18. colum. pro quo facit quod not. idem Anto. vbi ſupra. in 13. col.

Decimò, quia ſi teſtis interrogaretur de cauſa, & reſpondeat, ſcio quia ſcio, vel quia ſic eſt, dictum eius non valet, cum nõ debet eſſe eadem ratio cum dicto. vt not. Bart. in tract. teſt. 3. cap. allegat Innoc. in c. cum cauſam. de teſt. & vide ſuprà in 2. caſu, & dicam etiam infrà in 18.

Vndecimò, quia ſi ad cognitionem alicuius rei requiruntur duo ſenſus, non ſufficit quod reddatur ratio de vno tantum, ſed oportet quod reddatur ratio de duobus. ita not. Bartol. in ſuo tracta. de teſt. in 4. cap.

Duodecimò, ſi teſtis dicat aliqua non eſſe, quia ſic credit, eius dicto non eſt ſtandum, nec valet vt per Bar. in ſuo tract. de teſt. c. 10.

Decimotertiò, ſi teſtes in probanda præſcriptione dicat quod ille præſcripſit, quia vidit, non probat, quia non eſt ſufficiens ratio, niſi dicat quod vidit poſsidere tempore congruo ad pręſcriptionem, & ita not. Sal. in l. ſolam in 3. col. C. de teſt.

Decimoquartò, in ætate probanda vt dicã infrà.

Decimoquintò, ſi teſtis in reddenda ratione dicat, quia ſum certus, non valet, vt per Bartol. in l. ſi quis de teſt. tut. & Ludo. in l. qui hæreditatem. ff. de acquir. hæred.

Decimoſextò vbicunq; dictum teſtis habet ſe in plus, ſed ratio teſtis habet ſe in minus, tunc ratio minuit dictum, & ſi ratio eſſet friuola, tunc trahit ad ſe dictum vt non concludat nec probet aliquid. verbi gratia, ſi teſtis dicit ſcio quia audiui à Martino, & ꝓbatur hoc per rationẽ naturalem, quia cum ratio ſit ſundamentum, deſtructa ratione deſtruitur fundamentum & idem multo magis ſi ratio & dictum non tendunt ad probandum nec congruunt, ſecus ſi vtrunq; tendant ad probandum, vt Bal. in l. conuenticulam. in 6. col. C. de epiſ. & cler.

Decimoſeptimò vbicunq; oppoſitum eius qund teſtis deponit, poteſt ſtare cum veritate cauſæ per quam teſtis fundat animum ſuum, tunc nunquam teſtis probat ad conceſsionem cauſæ impertinentis vel non inſerentis, non ſequitur conceſsio antecedentis. verbi gratia, dicit teſtis, ſcio quia credo, nam quia credulitas ſtat ſimul cum oppoſita veritate, teſtis non probat, vt per Bal. in d. l. conuenticulam. in 17. col. quia poſsibile eſt quod ego credo, tamen non ſit verum.

Decimooctauò, ſi teſtis dicat in ratione ſua eandem rationem cum dicto, non valet dictum teſtis, putà ſi dicat, ſcio quia ſcio, vt per Pau. de Caſt. in l. non omnium. ff. de legi. allegat not. per glo. in l. 1. de offic. procur. & in l. 1. de exercitor.

Decimonono ſi teſtis reddit rationem qualitatis per phiſionomiam hominis, non probat. Idem ſi diceret quod vidit aliquos ſe adulterantes per ſpeculum, quia non probatur adulterium, per Bald. in c. cum cauſam. in 19. col. de teſt. Item ſi teſtis dicat, vera eſſe quia omnes ſic dicunt, omnes ſic tenẽt, non probat, cum ſit valde diuerſa cauſa à dicto, & non habeat neceſſariam ſeu probabilem cõſequentiam. ita not. Bal. in d. c. cum cauſam. in 11. col. de teſt. & ibi hoc idem tenet Innoc.

Vigeſimo, ſi teſtis dicat certus ſum, probat ſi rationem addit, ſecus ſi dicat vera eſſe, quia ego ſum certus quia nõ probat, at ſi teſtis dicat credo quia vidi ꝓbat, vt legitur in Euãgelio, Thomas quia vidiſti credidiſti, ſecus ſi dicat vidi quia credo, quia verbũ credo poſtpoſitũ minuit ſenſus ſignificatiuos. Hęc Bal. in d. c. cũ cauſam. in vlt. col. in fi. de teſt.

REGVLA CCIX.

TEſtis qui deponit de credulitate, non probat, nec eius dictum valet, vt per Spec. tit. de teſti. §. 1. ver. item quod depoſuit, & Doct. in l. teſtium. C. de teſti. & Bal. in l. 1. ff. de ventr. inſpi. & Bal. in d. l. teſt. & Ant. de Butr. in c. quotiens. de teſt. adeo quod non induci poteſt per conſuetudinẽ vel ſtatutum quod ſtetur eius dicto, vt per Hoſt. in c. 1. de appel. vbi idem per Ant. de Butr.

Sed hoc fallit primò quando teſtis depnneret per credulitatem ſenſiii proximam & coniunctam, vt per Cyn. in d. l. teſt. C. de teſt. quod not.

Secundò fallit, quando cauſam ſufficientem dicto ſuo annecteret, nam his caſibus probat ipſe teſtis, vt per Bartolum. in l. de minore. §. tormenta. in 2. q. principali. ff. de quæſtio. & per Baldum. in l. is qui. ff. de teſtibus. & in l. conuenticulam. C. de epiſco. & cler. facit gloſſ. in l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fonte.

Tertiò fallit, quando teſtis deponeret ſuper his,

quæ

quæ in ipſius arte, & peritia conſiſtunt, nam valeret eius depoſitio, vt l. 1. in prin. ff. de ventre inſpic. & ibi per Bart. idem Bar. in tract. de teſt. in 10. cap.

Quartò fallit in caſibus in quibus non poteſt fieri concludens probatio, vt in probando quem filium, nam his caſibus valet teſtimonium de credulitate, vt per glo. in l. 2. §. idem labeo. ff. de aqua plu. arcen.

Quintò fallit, quia facit quale indicium, vt per per Innoc. de reprobat. teſt. in 21. col. & Iacob. de Amelia in 58. cap. in ſuo tract. de teſtib.

Sextò fallit, quia valet teſtimonium de auditu & credulitate, vt de impedimento matrimonij. deque ipſa conſanguinitate & affinitate, nam ſi teſtis dicat ſe ita audiuiſſe à maioribus, ei creditur & valet eius dictum, vt extra de teſtib. c. quoties. & ibi per Abb. Sic. & 30. q. 5. de parentela.

Septimò fallit, cum agitur de ſtatu eccleſiæ vel monaſterij, nam teſtis debet iurare dicere veritatem de his quæ ſcit vel credit in eccleſia vel monaſterio reformando, vt in prædictis iuribus.

Octauò fallit, quando teſtes inducuntur ad purgandum crimen alicuius, nam deponunt de crudelitate, & prædicta not. Inno. de reprobat. teſt. in 21. & 22. col.

Nonò fallit, quando teſtis deponit in his quę naturaliter ſunt occulta, vt quod res creſcat vel non, nam cum non poſsit deponere de vera ſcientia, ſtatur eius dicto de crudelitate. ita dicit Io. de Platea Inſtit. de rerum diui. §. præterea. in fi.

Decimò fallit, ſi teſtis diceret credo quia vidi, probat concludenter, vt per Bald. in l. ſi ſeruus. §. qui quinque. ff. de leg. 1. vide etiam ſupra in 2. fall. idem Io. de Imol. & Bal. in d. l. ſi ſeruus. §. quinq;. & Bal. in l. teſti. C. de teſt. & glo. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iur. calum. & Bal. in c. 1. in 2. char. quę fuit cauſa benefi. amit.

Vndecimò fallit, quando teſtes de crudelitate dicent ita eſt, vt not. in repertorio Bal. in 1. col. vt l. 1. §. vt ſi quidem. ff. de ventre inſpic.

Duodecimò fallit, quia creditur dicto vnius periti, etiam ſi deponat de crudelitate, quando de eo facta eſt electio à communi, vt not. in dicto repertorio in 1. col. facit. cap. propoſuiſti, de probat.

Decimotertiò fallit quia valet teſtimonium de credulitate quando factum non ſubijcitur certo ſenſui teſtis, vt in §. ſi vero abſint. in auth. de hæred. & fal. vt per Iaco. de Beluiſ. & not. Ant. de But. in repertorio in dict. teſt. col. 2.

Decimoquartò fallit, ſi teſtis dicat ſcio, quia ſic creditur ab omnibus, nam per verbú creditur, quandoque de iure reſpondetur vt no. in l. 1. ff. de rerum diui. & ita no. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 10. col.

Decimoquintò fallit, quia in his quæ non poſſunt verè ſciri ſed pręſumptiuè admittitur teſtimonium de credulitate, vt not. Anto. de But. vbi ſupra in 33. col. allegat Bart. in l. in ſumma. §. idem. Labeo. ff. de aqua plu. arcen.

Decimoſextò fallit, quando cauſæ legitimæ adijcérentur per teſtem ſuæ credulitati, quæ inferant ſcientiam veritatis rei. nam tunc verbum credo accipitur pro ſcio, vt quia dicat ſe credere ſtipulationem interueniſſe, quia vidit Titium interrogantem Gaium an ei promittebat dare decem, & Gaium reſpondentem quod ſic. & multò fortius dicendum in his quæ probantur præſumptiuè ſi cauſam præſumptionis annectat, vt patet in filiatione & paternitate. l. filium, de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in adulterio & copula carnali, vt extra de præſump. cap. literas. & l. ſi qui. ff. de adult. ſecus ſi legitimę cauſæ non ſunt per teſtem adductæ, quia non probaret, & ita no. Sali. in l. teſtium. in 3. col. C. de teſt. vbi plenè per ipſum.

Decimoſeptimò fallit, quando huic verbo credere vel credulitatis adijceretur verbum firmiter, vel æquipollens, vt quia teſtis dicat firmitus credo, vel credo bene, tunc valeret dictú teſtis. ita no. ſingulariter Bal. in l. 1. C. de falſa cauſa adiect. leg.

Decimooctauò fallit, quia ſi teſtis primò iurauit in veritate ita eſſe, poſtea dicit ſe credere, nihilominus valet eius dictum, vt not. gloſſ. Pal. & Sal. in l. 2. §. quod obſeruari, in gloſſ. fi. C. de iuramen. calum. & Spec. in tit. de teſt. §. 1. verſi. item quod depoſuit de credulitate.

Decimononò fallit, quia ſi teſtis dicat, credo pro certo non facit præſumptionem, niſi dicat originem, vt per Baldum. in l. ſiue poſsidetis. C. de probat. Sed ſi dicat pro certo ſcio, bene probat vt per Bal. in l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.

Vigeſimò fallit, vbi credulitas eſt proxima ſenſui per quem perciperetur veritas, vt ſi teſtis dicit ſe vidiſſe nudum cum nuda in eodem loco, per quod credit eos adulterium commiſiſſe, vel dicat quod puer natus fuit in domo talis, & ex hoc credit quòd ſit filius viri, qui habitat in illa domo. nam in his caſibus creditur teſti, ſecus ſi ſit remota à tali ſenſu credulitas, vt quia dicit ſe vidiſſe virum & mulierem conſabulantes propter quod credat eos ſe cognouiſſe carnaliter, vel quod vidit aliquem de ſero cum armis & ex hoc credit quod intererfecit illum qui repertus fuit mortuus de mane. certè talis cauſa ſeu credulitas non eſt ſufficiens ad probandú, vt not. Abb. Sicu. in c. quoties. in 2. & 3. col. de teſt. de quo per Cy. in l. ſolam. C. de teſt. per Bald. in l. conuenticulam. de epiſ. & cle. & in l. fi. C. de prob.

Vigeſimoprimò fallit, quia in his caſibus in quibus valet teſtimonium de credulitate, neceſſe eſt vt deponat & interferat credulitatem in eius dicto, aliàs non valereret, vt not. Abb. Sicu. in c. quoties. in 3. col. de teſt. allegat Innocen. in c. cùm oporteat, de accuſat.

Vigeſimoſecundò fallit, quando quis deponeret in factis notorijs & antiquis, vt ſi deponit quod Iuſtinianus fuit Imperator, vt not. per Innoc. in c. penul. de iur. cal.

Vigeſimotertiò fallit in negotijs vel factis, in quibus admittitur teſtimonium de auditu, quia tunc etiam admittitur teſtimonium de credulitate, vt d. c. quoties. & l. ſi arbiter. ff. de prob. & no. in d. §. Idem Labeo.

Vigeſimoquartò fallit quòad præiudicium teſtificantis, cùm eidem præiudicat teſtimonium de credulitate ſicut teſtimoniú de veritate, vt eſt gloſſ. in c. ex literis, de purg. cano. & Specu. in titu. depoſit. §. 6. verſic. ad hoc. & per Ioan. And. in d. c. inquiſitionis.

Fallit in 9. caſib. vt per Lancillot. in tracta. de pratore, in tis. de teſtib. cap. dicta teſtium. nu. 46.

Fallit in 8. caſibus, vt per Iaſon. in Rub. ff. de iureiurando, num. 2.

Fallit in 6. caſibus, vt per Socin. in regu. 407. Ampliatur in tribus caſibus, & limitatur in 3. vt per Felin. in c. quoties, de teſti. nu. 8. Fallit vt per Viuium in ſuis concluſio. in ver. teſtis deponens.

REGVLA CCX.

TEſtis qui deponit per verbum videre ſuo, non probat, vt per Bal. in l. de quibus. in 2. col. ff. de leg. vt not. Ant. de But. in repertorio in 8. col. in dict. teſt.

Sed fallit primò, quando verbum videtur, capi poſsit pro ſenſu corporis, non pro iudicio rationis, aut opinione loquentis, vt not. Bal. & Ant. de But. vbi ſuprà. quod no. vide etiam Anto. de But. in ſuo reperto. in dict. teſt. in 12. col. in fi. qui allegat. tex. in l. verum. ff. pro ſoc.

Secundò fallit, quando teſtis deponens vt ſuprà, annecteret aliquẽ ſenſum corporis, quia tunc probaret, vt quia dixit quod vidit talem poſsidere, & videtur ſibi quod ſint decem anni. vel ſi dixit ſe vidiſſe vnum hominẽ, & videtur ſibi quod ſit Titius, nam hoc modo probat, vt per Bart. in ſuo tractatu de teſt. in 6. cap.

Tertiò ſallit, ſi teſtis diceret vt mihi videtur, valet eius dictum nec per hoc redditur dubium, vt per Pau. de Caſt. in l. 1. in fi. ff. de iuſt. & iu. allegat Bal. in l. 1. ff. de vent. inſpi.

REGVLA CCXI.

SI teſtis dicit, ſunt decem anni vt opinor, nõ probat, quia non deponit de certa ſcientia. de quo per Ant de But. in ſuo reperto. in dic. teſt. in 12. col. allegat text. in l. emancipatum. ff. de Senat. vide Barto. in l. fin. C. de prædijs nauicula. lib. 11. & Ange. in l. qui teſtamẽto. §. & veteres. ff. de teſt. & eundẽ in fi. in l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de nego. geſt. in 1. colum.

REGVLA CCXII.

DE quibus teſtes interrogandi non ſint per iudicem. Dic primò, quod iudex non debet interrogare de qualitate temporis, vel circunſtantijs loci, vel perſonæ. de qua deponunt, vt l. ſi arbiter. ff. de proba. niſi ſint ſuſpecti, quia tunc de omnibus ſunt interrogandi, vt not. glo. eleganter in c. cùm cauſam, in verbo, de loco, de teſti. & 4. q. 3. §. item in teſte conſiderandum, vbi glo.

Secundò, quia ſi teſtis interrogetur de aliquo delicto à iudice quod ſit ſecretum, non tenetur ei ſuper illo reſpondere, niſi præcederet infamia, vt eſt gloſſ. ſingu. in cap. inquiſitionis, de accuſ. & per Innoc. in c. qualiter. el. 1. eod. titul. hæc Bal. in repert. in dict. teſt.

REGVLA CCXIII.

SI teſtis deponit, ita eſt, vel arbitror, non deponit de certa ſcientia. ff. de cond. indeb. l. Stichus teſtamento. & ita not. Antonius de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 17.

REGVLA CCXIIII.

TEſti qui deponit iudicando, non creditur, quia debet teſtificari per actus exteriores, & non interiores, vt per Bar. in l. his qui. §. fi. ff. de tut. & cura. dat. ab his. & l. qui teſtamento. ff. de teſt.

REGVLA. CCXV.

SI teſtis dicat contenta in capitulo vera eſſe, niſi fallor, an valeat? videtur quòd non per prædicta. contrarium tenet Pan. de Caſt. in l. 1. in fi. princip. ff. de iuſti. & iur. per text. ibi, & not. per Bal. in l. 1. de vent. inſpic.

REGVLA CCXVI.

REprobatur dictum teſtis ſi fuerit inſtructus.

Circa quod tamẽ dic primò, ꝙ licèt teſtis ſit inſtructus, non tamẽ teſtimonium ſuum debet pro falſo reputari, niſi aliud probetur, vt not. Roſred. in tit. de Senatuſconſ. Liboniano. & hoc firmat Bal. in l. 3. in prin. ff. de teſt.

Secundò àduocatus poteſt inſtruere teſtes bona fide ad hoc vt ſciant dicere veritatem, non ſalsò inſtruere: & ita dicit Bald. in l. mandatis. ff. de teſt. allegat Rofredum in titulo de Senatuſconſulto Liboniano.

REGVLA CCXVII.

NON valet dictum teſtis niſi redactum ſit in ſcriptis, vt per gl. & Bal. in l. prolatam. C. de ſenten. & interlo. omn. iudi. & in cap. licèt, de teſti. & l. iudices, & auth. ibi poſita. C. de fi. inſtr.

Fallit tamen primò, quia ſi ſcriptura ſuiſſet deperdita, poſsit probare per teſtes, vt l. ne in arbit. & cap. accidens, vt lit. non conteſta. vide Bal. in repertorio in dict. teſt.

Secundò fallit, quia licèt iudex debeat intereſſe examinationi teſtium & facere eorum dicta ſcribi per notarium, tamen ſi non habet notarium, adhibeat duos teſtes, per quos poterit poſtea probare dictam atteſtationem. & ita not. Bald. in l. curent. ff. de teſt.

Tertiò ſallit, an iudex poſsit ſcribere dictum teſtis, & ſic fungi duplici officio iudicis & notarij? ponit Bald. in d. l. curent. & allegat not. in l. iubemus. §. is quoque. C. de ſacroſ. eccleſ. & Inno. in c. cùm à nobis, extra de teſtib.

REGVLA CCXVIII.

TEſtis ſi deponit extra articulum, non valet eius dictum, vt l. ſi quis libertatem, de pet. hæred. & gloſſ. & ibi Barto. in l. momentaneæ. C. qui leg. perſ. ſtan. in iud. & gloſſ. in c. qualiter & quando. de accuſat.

Fallit tamẽ primò, quia licèt non valeat dictum nec poſsit puniri de ſalſo ſuper eo quod depoſuit extra articulum, & ſic non iuratus, nihilominus valet ſuper eo ſuper quo eſt iuratus, vt not. Bald. in l. edicto. C. de edict. diui Adr. toll. & vide de hoc in repertorio Bal. in litera teſtis, in 5. col.

Secundò ſallit, quia ſi teſtis iurauit ſuper vno articulo, & poſtea examinetur ſuper dependentibus & connexis ab illo articulo, nihilominus dictum eius valet, quia non dicitur deponere extra articulum, vt per Bartol. & Docto. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur.

Tertiò ſallit, & hae practica vtimur communiter, quando iudex obtuliſſet iuramentum, vt iurent dicere veritatem ſuper tota cauſa, nam licet deponant extra articulum ſuper quo examinantur, nihilominus valet dictium teſtium, & ita no. Bart. & Docto.

Docto. in d. §. idem Iulianus. vide & limita, vt in not. 150. in litera, Teſtis, in tuo alphabeto.

Quartò fallit, quando teſtis iuraſſet ſimpliciter dicere veritatem, quo caſu intelligitur iuraſſe ſuper tota cauſa. & ſic in effectu tenet Alber. Malumb. in ſuo tracta. de teſtibus. in 3. par. in 11. col. licèt Imol. aliter in d. c. de teſti. extra de teſti. ſed vide Bal. in c. 2. de confeſſ. vbi dicit, quòd teſtis iurans dicere veritatem, intelligitur iuratus ſuper omnibus contingentibus negonum. idem videtur tenere Ang. in l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſdict. om. iud. & ibi Doct.

Quintò fallit, quia licèt teſtis dicat aliqua præambula ad declarationem verborum quæ dicturus eſt, tamen propter hoc non dicitur deponere extra articulum. Ita not. Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 16. col. allegat Bartol. in l. 1. ff. ſi certum pet.

Sextò fallit, quia ſi teſtes producuntur ſuper peremptoria exceptione, compelli poſſunt etiam deponere ſuper principali negotio, vt no. Ioan. And. in tractatu de teſt. in 6. col. allegat c. de teſtibus. extra de teſt. ſecus ſi produceretur ſuper dilatoria exceptione, vel ſuper peremptoria quæ proponitur in vim dilatoriæ vel ſuper exceptionibus litis finitæ quæ proponuntur in vim dilatoriæ. certum enim eſt. ꝙ ſuper negotio principali non poteſt examinari in prædictis caſibus, vt no. plenè Abb. Sic in c. de teſtib. in 1. & 2. col. de teſt.

Septimò fallit, quia ſi formaui articulum de poſſeſsione partis, & teſtis dicit, de toto includit partem. Idem ſi formaui articulum de quinque, & teſtis deponit de decem, quia probat. Idem ſi formaui articulum, quia promiſi clamidem, & dicit teſtis quòd promiſit omnia, probat. qui bo. ced. poſſ. l. pen. Idem ſi probo, ꝙ Titius mihi reliquit hæreditatem, quia quoties vno conceſſo alterum de neceſſitate conceditur, probato eo ex quo ſequitur, probatur id quod ſequitur ex neceſsitate. Et ita no. omnia prædicta Bal. in l. conuénticulam. in vltima col. C. de epiſc. & cler.

Octauò, ſi ago ex mutuo & teſtes deponant de confeſsione, non de numeratione, non probatur, ſecus in alijs contractibus, quia teſtes probarent de confeſsione. & ita not. Bal. in add. Specul. in tit. de teſt. in 1. col.

Nonò, quid ſi articulus eſt formatus ſuper proprietate, an deponere poſsit teſtis ſuper poſſeſsione & valeat? vel quid econtra? vide Franc. de Albergo. in l. momentaneæ. C. qui legi. perſo. & ibi vide per Doct.

Decimò, ſi teſtis eſt iuratus ſuper poſſeſsione, non poteſt deponere ſuper proprietate cùm de hoc non ſit iuratus, per Bald. in c. de teſtibus, in 3. colu. de teſt.

REGVLA CCXIX.

TEſtis debet deponere dictum ſuum ſecretè, aliàs eius dictum non valet. l. nullũ. C. de teſt. & gloſſ. in c. quia propter, de elect.

Fallit primò, quando teſtis recipitur ad ęternam rei memoriam, quia tunc publicè teſtificari poteſt partibus audientibus, vt extra de teſti. c. ſignificauit. & ita not. Io. de Amelia in ſuo tracta. de teſtib. in 13. col.

Secundò fallit in iudicijs ſummarijs quæ ſunt modici præiudicij, nã poſſunt palã examinari partibus præſentibus, nec requiritur alia publicatio, ſecundum Bal. in l. prolatam. C. de ſenten. & intercu. omni. iud.

Tertiò fallit, quia in præſtando iuramẽtum pars poteſt audire ipſum teſtem, ſed ſi eadem pars audiret dictum ipſius extensè, tunc perderet poteſtatem producendi teſtes. ita not. in l. minimè. ff. de legi. pro quo vide Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 8. col.

Quartò fallit, quia licet examinator debeat remittere teſtes clauſos ad alium iudicem, tamẽ ſi hoc non facit propter modicam ſolennitatem omiſſam non vitiantur dicta teſtium. Ita not. Anto. de Butr. in ſuo repert. in dict. teſt. in 12. col. allegat Guil. in l. 1. ff. de offi. aſſeſſ.

Quintò fallit, quia vbi eſt renunciatũ teſtamentum productum tunc aperiuntur dicta teſtium & publicabuntur, vt per Io. And. in ſuo tract. de teſt. in 6. col. vbi vide.

Sextò fallit, quia in factis arduis conſilium eſt, ꝙ teſtes examinentur coram fide dignis perſonis, ne poſsit dubitari, an notarius qui ſolus ſcripſerit, verum ſcripſerit nec ne. & illæ perſonę iurabunt tenere ſecretum, & nemini dicere antequàm teſtium dicta publicabuntur, & ita not. Salice. in l. nullum. in 1. col. C. de teſt.

Septimò fallit, quando eſſet conſuetudo ꝙ pars aduerſa audiret dicta teſtium, nam talis conſuetudo eſt ſeruanda, & nihilominus poſtquam ille audiuerit dicta, poteſt teſtes ſuos producere. & ita no. Abb. Sic. ſecundum vnum intellectum in c. ſeries, extra de teſt. in 4. col.

Octauò fallit, licèt partes non debeant eſſe præſentes quando teſtes examinantur, tamen ſi ſunt præſentes & audiant, non propter hoc vitiatur dictum teſtium, ſed non poterũt poſtea teſtes produci ſuper eis capitulis, vel directò contrarijs, quia didicerunt teſtificata. ita no. Pau. de Caſt. in l. cùm lex, in ſi de legibus.

REGVLA CCXX.

TEſtes partium debent examinari ſigillatim. ſ. vnuſquiſque de per ſe, & non ſimul, aliàs non valent eorum dicta, vt no gloſſ. ſing. in c. cùm cauſam, el. 2. de teſt.

Fallit, quãdo fuiſſet facta examinatio de conſenſu partium, quia tunc valeret, ſecus ſi non fuiſſet facta, vt no. Inno. in c. inquiſitionis, de accu. & videtur caſus in c. venerabile, de teſt. de hoc vide in dict. teſt. in repert. Bal. in 7. col. Et ſcias ꝙ licèt, vt dixi in præcedenti reg. in 6. fall. poſsint in cauſis arduis adhiberi teſtes in examinatione, & quidẽ laici dummodo probatæ vitæ, tamen cautius eſt vt adhibeantur duo religioſi, quod etiam obſeruandum eſt in qualibet cauſa graui, vt not. Abb. Sicu. in cap. cum cauſam, in 2. col. de teſt.

REGVLA CCXXI.

SI teſtis depoſuerit & iurauerit in eccleſia, dictum eius non valet, vt no. Iac. de Amelia in ſuo tracta. de teſti. in 30. c. allegat gloſſ. in c. decem. de immun. eccl. lib. 6.

REGVLA CCXXII.

DIctum teſtis reprobatur ſi veritatem occultat, nec eã dicat, quia incidit in crimẽ falſi, vt

dicit

dicit Innoc. de reprobat. teſt. in 6.col.idem Iac. de Amelia in 22.c.de teſt.&Bal.in auth.presbyteri.C. de epiſc.& cler.

REGVLA CCXXIII.

NOn valet dictum teſtis ſi acta & propria teſtimonia non protulerit, vt l. ob carmen, in fi.de teſt. Idem Iac.de Amelia in 23.col.in tract. de teſtib.

REGVLA CCXXIIII.

REprobātur dicta teſtium, ſi per vnum & eundem ſermonem præmeditatum protulerint, vt l.teſtium.poſt prin.de teſt.idem Iac.de Amel.in 25.c.de teſt.

Fallit primò, quando teſtis non eſſet ſuſpectus, ſecus ſi eſſet ſuſpectus, vt per Bal.in ti.de pac.conſt. §.hæc ſunt.

Secundò fallit, quando de re recenti & noua quis teſtificaretur, ſecus ſi de re antiqua punctualiter quis teſtificaretur, quia præſumitur cõtra eum propter memoriam labilem. & ita not. Ang.in conſil. 129.vt refert. Gentil. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 8.col.

Tertiò fallit, ſi vnus medicus iudicat de cicatrice, & alij iudicium eius confirmant, quia valent eorum dicta, ſecus in teſtib.idem dicentibus, quia viderentur deponere per vnum & eundẽ meditatum ſermonem. l.3.§. diuus. de teſtibus.& Ang. in d. §. cogentur. de eden.

Quartò fallit, nam licet teſtes qui loquuntur per eundem ſermonem præſumantur ſubornati & inſtructi, non tamen hæc eſt præſumptio iuris, ſed hominis, quæ in aliquo attenuat fidem teſtium, vt per Spec. in tit. de teſt. §. nunc tractemus. verſi. cautum. & verſ. ſcis. & ideo errant notarij qui primo ſcribũt dictum teſtis & poſtea de alijs dicunt, tales dixerunt idem quod primus. quod dic vt per Io. And. in c. intelligentia. §. nihil obſtat, de verb. ſign. hæc Bal. in l.3. ff. de teſtib.

REGVLA CCXXV.

REprobantur teſtes ſi ſunt repentini. 5.q.5. ſed aliud eſt. 4.q.3.c. in teſt. Idem Iaco. de Amelia in 16.cap.in tractatu de teſtib. item Abb. in cap. cùm cauſam. in 1.colu. de teſt.

REGVLA CCXXVI.

TEſtis moroſus in deponendo videtur dubius, vnde non videtur admittendus, vt in c̃. cùm cauſàm, in 9.col. de teſti. per Abb. Sic. vbi dicit, ꝙ teſtis non debet eſſe repentinus nec moroſus, ſed debet mediam viam eligere. de quo ibi per eum.

REGVLA CCXXVII.

REprobantur teſtes ſi vnus dicat de vna re & alius de alia, vt extra de elect. cap. cùm dilecti, de probationibus. cap. licèt.

Fallit primò, quia ſi teſtis depoſuit coram iudice incompetente poteſt contrarium deponere coram iudice competente, & ita not. Bald. in addict. Spec. in tit. de teſt. in 1.col.

REGVLA CCXXVIII.

REprobantur teſtes ſi vnus dicat de vna perſona & alius de alia, vt extra de gradibus. cap. tua, & C. de probat. l. ad probationem.

REGVLA CCXXIX.

REprobantur teſtes, ſi ſunt diſcordantes de loco, vt nota. in exemplo Danielis, quod probatur per nota. in l. optimam. C. de contrahen. & commit. ſtipul. & §. idem liberorum. inſti. de inuti. ſtipul.

Sed fallit primò quando vnus dicit ſe vidiſſe in aula, alius in camera, de quo per Inno. de reproba. teſt. in 10. col. in ver. reprobantur ratione temporis.

Secundò fallit, quando locus non eſſet de ſubſtantia, vt no. Ant. de Butr. in ſuo repertorio in dictione teſt. in 20. col. nam ſi non interrogatur, non tenetur locum exprimere, aliàs ſecus. Ita Sal. in l. teſtium, in 6. col. C. de teſt.

Tertiò fallit, quando plures teſtes deponunt de vno loco & vnus ſolus de alio, tũc ſtatur dicto plurium illo reiecto. & ita nota. Sal. in l. teſtium in 7. col. allegat not. in l. ob. carmen. §. ſi teſt. ff. de teſt.

Quartò fallit, quia ſi in modo cognoſcendi teſtes variant de loco, videlicet in probanda vna ſpecie hæreſis vnus dicat ſe audiuiſſe in vno loco, alter in alio loco, certè iſti teſtes probant, ſecus ſi teſtificarentur de diuerſa ſpecie hæreſis in diuerſis locis, quia non videtur probata, & ita no. Sal. in d. l. teſtium. in 7. & 8. col.

Quintò fallit, quando varietas loci eſt circa aliqua non concernentia ipſam probationem, ita ꝙ non ſit de ſubſtantia, vt ſi vnus dicat fuiſſe præſente bidello ſtudij, qui habitat in tali loco, alter idem dicat, ſed præſente bidello ſtudij qui habitat in certo alio loco. Idem dicendum ſi de perſona principali vbi habitat vnus dicat de vno loco, alius de alio ex quo perſona eſt certa, varietas loci nihil nocet et ita not. Sal. in d. l. teſtium. in 10. col. de teſt. vbi omnino vide.

REGVLA CCXXX.

REprobantur teſtes, ſi vnus dicat de vno tempore, alius de alio, vt 3.q.9.cap. nihil.

Sed fallit primò, ſi dicit in die dominico alius autem dicit in hora nona illius diei. nam hoc modo non nocet nec poteſt dici diuerſitas aut contrarietas, quia dictum ſecundi comprehenditur ſub primo. ita nota. Innocen. de reprobat. teſti. in 10. col. in verbo reprobantur ratione temporis. allegat not. in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. & ibi ponit de illo qui vidit canere presbyterum miſſam in hora tertiarum, alius in hora ſexta, quia non ſunt contrarij.

Secundò fallit, quia ſi vnus teſtis deponit de anno, alius de anno & die, propter talem modicitatem non viciatur dictum teſtis, vt not. Ant. de But. in c. 2. de regulari.

Tertiò fallit, quando diceret teſtis ſe non recordari de tempore, quia non videtur contrarius, vt per Innoc. de reprobat. teſt. & nota. per Doct. in l. teſtium. C. de teſtib. ſed hoc limitatur de tempore longo, ſecus de tempore proximo, de quo veriſimiliter deberet recordari, quia tunc puniretur de falſo, vt not. Bart. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cler. & Bal. in repertorio in dict. teſt. in 8. col.

Quartò fallit, vbi tempus non eſt de ſubſtantia, quia non eſt neceſſe quòd concordat in tempore, vt not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dictione teſt. in 20. col. allegat l. ob carmen. §. ſi. ff. de teſt. & not.

Anto.de But.vbi ſupra in 33.col. allgat gloſſ. in l. in ſumma.§.idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. & hoc declara vt per Sal.in l. teſt.in 8.col.C.de teſti.

Quintò fallit, quia ſi teſtis interrogatus de tēpore & non reſpondeat, eſt ſuſpectus niſi ſit probatæ fidei, vt not. Anto.de But.vbi ſupra. allegat Iac. de Are. in l. in ſumma. §.idem Labeo.ff.de aqua plu. arcen.

Sextò fallit in facto durabili, vt ſi vnus dicat ꝙ vidit talem presbyterum cantare miſſam hora tertiarum, alius hora ſexta, cum miſſa tantum ſoleat durare, quia teſtes iſti probant, vt not.Iac. de Amelia in ſuo tract.de teſt.in 31.col.

Septimò fallit, ſi vnus dicat quod vidit die Lunæ, alius die Lunę hora tertiarum, quia in eo quod plus eſt, continetur minus, vt no.Io.And. in ſuo tracta. de teſt.in 5.col.

Octauò fallit, quando vnus aſpexit per foramen aliquod factum, & alius immediatè poſt eum, nam iſti teſtes probant nec dicuntur ſingulares, vt not. Io.And. vbi ſupra.in 5.col.quia quod incontinenti fit, videtur ineſſe.idem not. Sal.in l.teſtium in fi. C.de teſt.

Nonò fallit, quia ſi volo probare pręſcriptionē decennij & duo teſtes probāt de primo quinquennio, alij duo probant de ſecundo quinquennio immediatè ſequenti, certè videtur probata pręſcriptio decennij ex coniunctione teſtificationum, ſecus ſi vnus teſtis probaret de vno quinquennio, alter de alio.ita not.Sal.d.l.teſtium in vlt.col.

Decimò fallit, quia ſi ad probationē mutui produco vnum teſtem, qui deponat ſufficienter de viſu, alteratū in alio loco de cōfeſsione debitoris, iſti teſtes videntur probare, vt no.Bar.in l.admonendi.ff.de iureiur.& Sali.in l.in bonæ fidei.in 3. col. C.de iureiur. licet contrarium poſtea tenuerit in d. l.teſtium.in fi.C.de teſt.

Vndecimò fallit.quia in probādo genere ſeu in re vniuerſali, ſatis probatur per eius ſpecies, quę occurrerent diuerſo tempore: vt ſi volo probare diffamationem alicuius vel iuriſdictionem vel decimam, de quibus omnibus vide latè per Sal. in d. l. teſtium.in pen.col.

Duodecimò fallit, quia teſtis pręſumitur deponere de eo tēpore de quo eſt capitulatū, ſi aliud nō appareat, vt no.Bar.in l.Labeo.ff. de ſuppel. leg.

Decimotertiò fallit, quia quando actus eſt reiterabilis vt adulterium, ſi teſtes ſunt contrarij loco & tempore, reducuntur ad concordiam, vt euitēt periurium & vt probent, dummodo in aliquibus remaneat integra probatio, & ita not. Abb. Sic in c. cum cauſa, in 8. & 9. col. de teſt.allegat etiam not. per eundem in c.tu.eo.tit.

Decimoquartò valet dictum teſtis ſine tempore, niſi de eo ſit quæſtio. ita no. Bald.in addit. Spec. in tit.de teſt.in 2.col.

Decimoquintò teſtificantes ſuper tempore, non intelliguntur contrarij, ſed plura facta intelliguntur, ſi eſt factum reiterabile, aliàs ſecus. Et ſi nō factum inſtantaneum, ſed ſucceſsiuum vt guerra, nuptiæ vel ſimilia, tunc etiam intelliguntur teſtes deponere de eodem facto & poſſent ſaluari per no. in in l.2.§.nedum.per Bart.ff. ſi cert.pet. & hoc vbi agitur.de probando facto in genere, nam tunc non nocet diuerſitas in tempore vel loco, facit quod no. Bar.in l.ob carmen. in fi. de teſt. hæc Bal. in additionibus.Spec. in tit.de teſt.in 2. col.

REGVLA CCXXXI.

REprobatur teſtis qui reuelauit dictum ſuum. l.qui falſa.ff.de teſt.& l.nullum.C.eo.tit.idē Iac.de Amelia in l.56.c.in tracta.de teſtib. vide per Bal.in d.l.qui falſa, qui allegat Spec. in tit.de teſti. poſt princ.

REGVLA CCXXXII.

TEſtis poteſt reprobari ex his cauſis, ex quibus poteſt iudex allegari pro ſuſpecto. ita Iac.de de Amelia in ſuo tract.de teſtib. & ibi numerat aliquas cauſas ex quibus iudex poteſt allegari pro ſuſpecto.de hoc vide ſupra.

REGVLA CCXXXIII.

TEſtis reprobatur ſi à iudice non recipiatur vel ab alio de eius mandato, vt no.in auth.ſed iudex.C.de epiſ. & cler. & in c. ſuper quęſtionū.139. de offic. deleg.& l.quinquaginta. C. de probat.

Poſſunt tamē teſtes recipi à iudice pręſente notario, & ſi deficiat notarius pręſentibus teſtib & valet receptio, vt no. Ant.de But.in ſuo repertorio in dictione teſt. col. 21. allegat l.curent.ff. de teſt.

Et prædicta locum non habent ſi tabellio recipiat teſtes abſq; authoritate iudicis etiam parte citata, quia non valent dicta eorum, vt no. Ant.de But. in ſuo repertorio in dict.teſtib.in 27. col. allegat l. ſolam.C.de teſt.

Secundò non valeret dictum teſtis receptum coram vicinis ſi non recipitur à iudice, vt not. Sal. in d.l.ſolam. in 1. col.

Tertiò non valet dictum teſtis, licèt deponat dictum ſuum coram honeſtis perſonis abſente iudice, etiam ſi habuerit iuramentum, & ſtatim ſit receſſurus, nam oportet quod iudex ſit præſens & ipſum interroget, licet poſsit alteri committere examinationem teſtium.hæc Bal. in l.3.§.idem diuus.ff.de teſt. allegat Arch. in c.præſentium. de teſt. in 6.& Spec.in titul.de teſt.§.nunc tractandum. ver. nunquid ad officium. & Dy. in l.ſcire oportet. §. 1. de excuſ.tut.

REGVLA CCXXXIIII.

REprobatur teſtis ſi in alia cauſa teſtimonium falſum protuliſſe conuincatur, vt l. ſi cui §. ijſdem.de accuſatio.vbi Doct.

REGVLA CCXXXV.

REprobantur teſtes propter certum numerum non deſignatum, vt in teſtamento l.hac conſultiſsima.C.de teſti.in codicil.in l. fi. C. de codicillis.in debito celebrato in ſcriptis.l.teſtium.C.de teſt.vbi excedit certam quantitatem.l.fi.&authen. ibi poſita.C. ſi cert.pet.& in donatione cauſa mortis vt l.fi.C.de donat.cauſa mortis.& Inno.not.de reprobat.teſt.in 13.col.

REGVLA CCXXXVI.

REprobatur teſtis ſi producitur ſuper capitulis quibus probatis nihil releuat, vt l. ad probationem.C.de proba.

REGVLA CCXXXVII.

SI quis compellitur inducere teſtes contra ſe vel eos exhibere, & deponant, non valet eorum

 dictum

dictum, vt l. nimis graue. C. de teſtib. & l. 1. & l. qui accuſare. C. de eden.

Fallit primò, quia finito officio iudex vel poteſtas compellitur exhibere aſſeſſorem vel domeſticos ſuos, quos habuerit in officio, vt conueniantur vel fortè ferant teſtimonia de quibus in officio, vt l. pen. C. de aſſeſſ. ita Ioan. de Amelia in ſuo tract. in cap. 54.

Secundò fallit, quia poteſt compelli ad exhibendum aliquem in iudicio, vt not. Sali. & glo. in d. l. nimis. C. de probat.

REGVLA CCXXXVIII.

IN quibus caſibus teſtes debẽt eſſe rogati vel non, aliàs eorum dictum non valeat.

Dic primò in teſtamento. vt in auth. rogati. C. de teſt.

Secundò in cõtractu in ſcriptis, putà quia inſtrumentum ſuper debito eſt factum, & debitor vult probare ſolutionem per teſtes, vtputà ſi in præſentia aliquorum dixit creditor ſibi ſolutam fuiſſe pecuniam, tunc requitur quod teſtes ſint rogati, vt 3. q. 8. de his.

Tertiò vbi eſt certus numerus teſtiũ deſignatus, tunc teſtes debent eſſe rogati, vt eſt gl. in l. nullum. ff. de diuort. & not. Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 22. col.

Quartò, quia ſufficit quod teſtes ſint vocati, non autem debent rogari amore Dei quod adſint, vt no. Anto. de But. in ſuo repertorio in dictione teſt. in 30. col.

Quintò teſtis non pręſumitur rogatus niſi deponat de rogitu, & rogare teſtem non eſt aliud niſi denunciare vt aſſiſtat. ita Spec. in titu. de tit. de teſt. in 2. col. & in addit.

Sextò licèt teſtes de conſuetudine rogentur in inſtrumentis per notarios, tamen hoc non eſt neceſſarium, ſed fit ad cautelam ita Bald. poſt Spec. in addit. in tit. de teſt. in 2. col.

REGVLA CCXXXIX.

QVo caſu teſtis non poſſit de falſo puniri.

Dic, quod teſtis non poteſt puniri de falſo ſi interrogatus an ſit affinis vel domeſticus, reſpondit quod non, cum re vera eſſet. Iac. Butr. in l. Lucius. §. quæro. ff. de his qui notan. infa. vbi Ang. ait hoc dictum eſſe menti tenendum. Sed punitur iſte teſtis crimine ſtellionatus licèt nõ de falſo quia ſuper appenditijs. ita declarant ibi prædicti Docto. de quo per Alb. Mal. in ſuo tract. de teſti. in 1. parte col. 21. & 22. vbi diſtinguit.

REGVLA CCXL.

NOtarius non debet ſcribere dictũ teſtis abbreuiatũ ſed extensè, vt in prima cõſti. fforum. §. illud autem. & not. Hoſt. de verborum ſignifi. cap. intelligentia. §. nihil. & not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 5. col. & ideo videtur quod non probat.

Sed hoc fallit, ſi notarius deſcripto vno teſte deſcribat, talis teſtificatus eſt vt ſupra per talem, licet non extendatur. ita nota. Anto. de But. vbi ſupra in 18. colum. allegat. l. ædiles. la. 2. ff. de ędil. edict. aliter ſentit. Iacob. de Amelia in ſuo tract. de teſt. in 24. c. vbi omnino vide circa prædicta. & bene ſentit.

REGVLA CCXLI.

EXceptio quæ opponitur contra teſtem non impedit examinationem ipſius, de quo per Alber. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 33. 34. & 35. col.

Fallit primò, quando teſtis haberet cauſam criminalem contra eum, cõtra quem producitur, quia ſtatim admittẽda eſt ꝓbatio ipſius, vt per gl. in cap. ex parte. de teſt. & no. in auth. ſi dicatur. C. eod. tit.

Secundò fallit in cap. licet. de proba. prout not. glo. in dicto cap. ex parte.

Tertiò fallit, quando opponitur exceptio excõmunicationis, & hoc propter periculum communionis, vt c. pia, de excep. libro. 6. nam ſtatim prędicta exceptio examinanda, & probanda eſt.

Quartò fallit, quando opponitur contra teſtem quod eſt ſeruus, & ipſe dicit ſe eſſe liberum, vt in auth. ſi dicatur. C. de teſt. in iſtis etenim admittitur incontinenti probatio.

Quintò fallit, quando probatio eſt manifeſta, et pars opponens offert ſe incontinenti probaturam, & mora ſit allatura periculum, vt quia teſtes ſunt infirmi vel ituri ad bellum, & prædicta latè ponit Alber. Malumb. in 34. 35. colum. in prima parte ſui tracta. & facit cap. quoniam, vt lite non conteſtata.

Sextò fallit, quando iudex pronunciaret teſtes admittendos ad probandum exceptionem oppoſitam contra teſtem, quo caſu ſi non fuerit appellatum certè poterit examinare, ſecus ſi fuiſſet appellatum à tali interlocutoria, vt per Alb. Malum. vbi ſupra.

Septimò fallit, quando eſſet præſumptio contra ipſum opponentem, quod faceret ad differendum negocium, vt not. in c. licet cauſam, de proba.

Octauò fallit, quando teſtis venit examinandus cum tormentis, quia exceptiones cõtra eum oppoſitæ ante omnia veniunt examinandæ. l. 1. § ſi quis dicatur. & ibi Bartol. ff. de quæſtionibus. & prædictas fallen. vltimas ponit D. Benedic. in c. ex parte. de teſt.

Fallit in 2. caſibus. vt per Felin. in c. ex parte de teſtibus. nume 14.

Fallit in 8. caſib. vt per Lancillot. in tract. de off. prætor. in tit. de teſtib. in princip. num. 9.

REGVLA CCXLII.

EXceptiones ſeu oppoſitiones cõtra teſtes à principio examinationis faciẽdę ſunt contra ipſos, poſt autem non videntur poſſe amplius fieri per illos contra quos producuntur.

Fallit primò quando fuiſſet facta proteſtatio de dictis exceptionibus à principio, quia poſt ipſam examinationem remanent ſaluæ parti opponenti etiam contra perſonas teſtium, aliàs ſecus, & ita no. Sal. in auth. ſi dicatur. in 1. col. C. de teſt.

Secundò fallit, quando teſtes fuiſſent recepti & examinati in contumaciam partis, quia ei poſtea reuerſo ſalua ſunt iura contra perſonam & dicta, licet nulla præceſſit proteſtatio ſeu oppoſitio, vt l. ſi quando. & l. vlt. C. de teſt.

Tertiò fallit, quando tales exceptiones emergerent poſt examinationem, quia tunc poſſunt incontinenti opponi, ſi probari ſtatim poſſunt, aliàs reſeruantur in meritis cauſæ, & ita videtur ſentire Sal. vbi ſupra. in 1. col.

Quartò

Quartò fallit, quia circa dicta teſtium non eſt neceſſe quod fiant oppoſitiones à principio, quia ſemper opponi poſſunt & ſemper videntur ſaluę, etiam nulla factà proteſtatione, vt no. Sali. vbi ſuprà in 1. col. in d. auth. ſi dicatur.

Quintò fallit, vbi exceptio contineret odium teſtis principaliter, vt eſt exceptio banni vel excommunicationis, quia tunc ſemper poteſt opponi per illum contra quem teſtis eſt productus, ſecus ſi inhabilitas teſtis concernat fauorem eius, cōtra quem producitur, vt exceptin inimicitiæ vel domeſticitatis, vel ſimilium. vt not. Sali. ſecundum quoſdam in l. ſi quis teſtibus. in 3. col. C. de teſti. vbi etiā ponit omnia prædicta.

Sextò fallit, quando aliquis teſtis eſt productus in aliqua cauſa contra me, nam in alia cauſa ſi producatur contra me poſſum ipſum reprobare quando ipſo teſte non ſum vſus, vel nō depoſuit pro me aliquid quod releuet, aliàs ſecus. & ita not. Sal. in d. l. ſi quis teſtibus. in 4. col.

Septimò fallit, quia licet aliquis nō fuerit proteſtatus vt ſuprà, tamen ſi contra ipſum fuerit productus teſtis, qui interrogatus dixerit ſe eſſe ſeruum vel inimicum parti contra quē producitur, nihilominus iudex ex officio ſuo poterit ipſum repellere, vt no. Sal. in d. l. ſi quis teſtibus. C. de teſt.

REGVLA CCXLIII.

SEruus non poteſt eſſe teſtis. l. qui teſtamento. §. ſeruus. ff. de teſt. auct. ſi dicatur. C. eod. titul. de teſt. §. 1. verſ. item quod eſt ſeruus.

Fallit in criminibus exceptis. vt 2. q. 2. cap. in primis.

Item fallit in facto ſuo, quia creditur cum tormentis, & alijs præſumptionibus. c. ſerui. 4. q. 3. & vide Alb. Mal. in trac. de teſt. in 1. par. col. 64. Idem dicendum eſt de ſtatu libero quod de ſeruo. l. ſtatu liberi. ff. de ſtatu libe. & Alber. vbi ſuprà.

Iunge regul. III.

REGVLA CCXLIIII.

IGnotus teſtis ipſis partibus regulariter nnn admittitur in teſtem niſi cognoſcat contrahentes, & delinquentes, & ſi dicat cognoſcere ſi videret eas, debent illæ perſonæ exhiberi teſti, vt per Bal. in c. cùm cauſam. de teſt.

REGVLA CCXLV.

SI cogantur dicere teſtimonium hi, qui aſtringi non poſſunt, in quibus caſibus dicta eorum non valeant, & maximè pater contra filium, vel filius contra patrem. de quo vide quia ſuprà notaui. dic quòd regulariter non valent dicta eorum, & ſi de facto fuiſſent compulſi ad ferendum, etiam dicta eorum non valerent, ſecus ſi voluntariè ferrent teſtimonium, quia tunc bene valeret. hęc Bal. in l. lege. ff. de teſt. allegat Cy. in auth. presbyteros. C. de epiſc. & cler.

REGVLA CCXLVI.

TEſtes non reddentes cauſam dicti ſui quibus caſibus nnn probent. dic quod etiam quò ad indiciandum ad torturam nec quò ad præſumptionem, ſi non reddant cauſam, nullam faciunt fidem, vt not. Spec. in titul. de teſt. §. 1. verſ. an ſufficit. pro quo vide Ludo. Rom. in ſuo ſingu. 562. & dixi. etiam ſupra.

REGVLA CCXLVII.

TEſtes contrarij in quibus caſibus non probēt. Dic primò quòd non probant, quia ſi teſtes fuerunt examinati in ſummario iudicio, nunc contrarium deponant in plenario, tanquam contrarij ſunt repellendi, etiam ſi inter alias perſonas deponerent. ita Abb. Sicu. in cap. veniens, in 7. col. extra de teſt.

Secundò ſi teſtis ſibimet eſt cōtrarius nō ſolenniter, ſed ſecundū quid, in nullo ei creditur. & ita Bal. in cap. in noſtra, de teſti. in 2. col. & ideo ſiue in capitulo connexo ſiue ſeparato dicat ſalſum, in nullo creditur ei, vt per Bald. in l. ſi ex falſis. in fin. C. de tranſact. & ibi dicit quod ſi teſtis interrogatus an ſit conſanguineus vel affinis, reſpondeat quod nnn, contra veritatem, talis teſtis nullam facit fidem, licèt contrarium tenuerit Iacob. But. & Ang. de quo vide ſuprà, vbi de hoc ſcripſi.

REGVLA CCXLVIII.

SI dictum teſtis eſt incertum & dubium, quibus caſibus non probet.

Dic primò, ſi teſtis proſerat qualitatem quæ poteſt intelligi áctiuè & paſſiuè, non probat neceſſariò actiuè, vnde ſi teſtis dicit, quod Titius qui euidenter cognouit Seiam, iam non probat quod Titius violentauit, vt per Ant. de Butr. in ſuo repertorio. in dict. teſt. in 35. col. allegat Bal. in l. 2. ff. de duob. reis.

Secundò illa incertitudo quæ viciaret libellum, illa etiam viciat dictum teſtis, vt per Baldum in l. ſi in rem. ff. de rei vendi.

REGVLA CCXLIX.

SI teſtis reddit rationem de auditu quibus caſibus non probet.

Dic primò. ſi teſtis dicat ſe audiuiſſe ab aliquibus, qui ſe vidiſſe dixerūt, quia nō probat per hoc, vt no. Bar. in ſuo tract. de teſt. in 9. cap.

Secundò, quia teſtis deponens de auditu non includit in ſe ſenſum viſus, ſicut econtra, vt not. Salic. in l. teſtium. in 5. col. C. de teſt.

Tertiò, quia non valet quòd credatur dicto teſtis qui non vidit & audiuit, & ita not. Bald. in l. ſi non ſpeciali. in fin. C. de teſta. *Iunge reg. 206. ſup.*

REGVLA CCL.

PVblius factus pubes poteſt teſtificari de his quæ vidit in pupillari ætate. Ita Azo in ſumma de teſtibus.

Quod intelligas habere locum primò quando eo tempore, quo vidit, habebat ſeu habere poterat dictus pupillus animum ad cognoſcendum ea, ſecus ſi non habuiſſet. De hoc eſt gloſſ. in l. tertia. §. idem diuus. ff. de teſtib. & l. ad teſtium, eodem tit. & l. notionem. §. inſtrumentorum. ff. de verbo. ſignif. & Spec. in tit. de teſt §. 1. verſ. ſed nunquid pubes. ſed prædicta intelligunt quidam quando pubes vidit aliqua in ætate proxima pubertati, ſecus ſi in alia minori ætate, quo caſu non videtur habere bonum iudicium. & ita tenet Albe. de Roſa. in l. 3. ff. de teſt.

Secundò & latius alij intelligunt, vt pubes factus poſsit teſtificari de his quæ vidit in pupillari ætate, dum tamen exceſſerit infantiam aliàs ſecus, quia non admitteretur, & ita dicit Bart. in l. 3. ff. de teſt.

Tertiò & latiſſimè nonnulli intelligunt, puberem admittendum in his quæ impubes viderat, ſi talia erant quæ probabiliter cadere poſſent in mentem eius pupilli, etiam ſi eſſet infans, vt de infantibus ſocijs in ſcholis, qui teſtificantur de ætate aliorum ſociorum quando eſſet controuerſia ſeu differentia de multis annis: ſecus ſi de modico tempore. Poſſes etiam ponere exemplum ſuper rebus iocalibus traditis, vel alijs, propter quæ nonnulli tenent, infantem vel proximum infantiæ poſſe adire hæreditatem, quia in his poteſt habere animum acquirendi. & hæc fuit opinio Pauli de Caſtro. Si autem non poſſent cadere in mentem infantis, tunc non poſſet teſtificari, vt ponitur exemplum in l. *1.* C. de fal. mon.

Et in prædicta opinione fuit Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de teſt. §. *1.* verſ. licèt nunquid quam videtur ſequi Bal. in l. excipiuntur. ff. ad Syllania. & idem Archid. *32.* diſtinct cap. relationi.

REGVLA CCLI.

FRater non compellitur inuitus teſtificari pro fratre, vt dicit glo. in l. lege Iulia. ff. de teſtib. & idem Archi. *4.* q. *3.* §. legis. & rationem vide ibi per Doct. & per Bart. in l. legibus. ff. de teſt. & per Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in *2.* par.

Fallit primò, quando verteretur ſolus fauor fratris, qui producitur ad teſtificãdum, quia tunc poſſet teſtificari contra fratrem, ſecus ſi vertatur fauor vtriuſque fratris. & ita concludunt Doct. in d. l. lege Iulia, & Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in *2.* par. in *2.* col. vbi ponit prædicta.

REGVLA CCLII.

FRater volens non admittitur ad teſtificandum contra fratrem, vt per Barto. in l. legibus. ff. de teſt. & hoc ſentit glo. in l. lege Iulia. ff. de teſt. licèt Bart. ſentiat contra in d. l. lege Iulia. & Iaco. de Are. in l. parentes. C. de teſt.

Sed fallit primò, quando verteretur ſolus fauor teſtis producti, ſecus ſi vtriuſq; fratris, vt ſentit Bar. in d. l. legibus.

Secundò fallit, quia ſecundum Alb. de Roſ. tam in ciuilibus, quàm vbi eſſet in criminalibus leue crimen fratris, volens admittitur ad teſtificandũ contra fratrem, vt not. idem Alber. in d. l. lege Iulia. ſed contra dictum Alb. eſt glo. & Bar. vbi ſuprà. & vide Albe. Mal. qui prædicta ponit in ſuo tractatu de teſt. in *2.* par. in *3.* col.

REGVLA CCLIII.

QVibus caſibus teſtis non examinandus faciat aliquam fidem. Dic primò quod ratione ætatis in primis pupillus non facit plenum indicium, ſed aliquale, vt l. *1.* §. impuberes. ff. ad Syllan. & vide quod not. Bald. in l. ſi duo patroni, in prin. ff. de iureiur.

Secundò ratione ſexus, vt eſt mulier, nam ipſa non facit plenum indicium, ſed qualem qualẽ præſumptionem, vt ibi per Doctores.

Tertiò ratione infamię, quia talis infamia non facit niſi aliquale indiciũ. l. qui vltimo. ff. de pœnis.

Quartò ratione inimicitiæ, nam facit indicium vel nõ ſecundum qualitatem inimicitiarum. in l. *1.* §. cùm quæſtio. & §. penul. de quæſtionib. & Bart. in l. *1.* §. ſi ſeruus. ff. eo. tit. & prædicta omnia ponit Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in *3.* par.

REGVLA CCLIIII.

QVibus caſibus teſtis non examinandus nullam facit fidem.

Dic primò, libertus & ſimiles, ſi examinentur cõtra patrẽ vel patronum non faciunt etiam indicium, vt no. Bar. in l. maritus. ff. de quæſtionib. facit quod no. Bal. in l. libertorum. C. de teſt.

Secundò, quando teſtis eſſet examinatus non habita ratione ordinis iudiciarij, vt quia ante litem cõteſtatam vel parte non citata, certè hoc caſu non faceret indicium, vt per Bar. in d. l. maritus.

Tertiò ſuper capitulis malè formatis teſtis non poteſt appertè probare nec ſupplere defectum articulorum. ita Bald. in addit. Spec. in tit. de teſt. in *1.* col. ſecundum Spec. ibi.

Fallit in 6. caſibus vt per Felin in c. cum dilecti de accuſ.

REGVLA CCLV.

TEſtis debet iurare dicere veritatem ſuper tota cauſa, vt per Bart. in l. ſi. duo patroni. §. idem Iul. ff. de iureiuran. allegat c. per tuas, & ibi per Innoc. extra de teſt. & C. de epiſcopis & cler. authen. ſi iudex.

Fallit primò quando aliquis examinandus eſt ſuper aliquibus capitulis, nam iudex non debet illum aſtringere ad iurandum ſuper tota cauſa, nec examinare ſuper alijs. ita not. Alber. Malum. in ſuo tract. de teſt. in *3.* par. in *10.* col. allegat Bal. in d. §. idem Iul.

Secundò fallit, quando quis produceretur ſuper dilatoria exceptione vel ſuper peremptoria habente vim dilatoriæ, vel ſuper exceptione litis finitæ, quæ proponeretur vt non procedatur, certè ſuper negotio principali vel ſuper alio articulo contrario non teneretur iurare. ita not. Abb. Sicu. in c. de teſtib. in penul. & vlt. col. de teſt.

Tertiò fallit, quando contra teſtem eſſet proteſtatum per aliquem, quia non cogitur dicere veritatem pro vtraq; parte, niſi illud iudex velit, vel reijciat vel admittat proteſtationem, vt per Bald. in c. præſentiam, in *2.* col. de teſt.

REGVLA CCLVI.

TEſtis ſi dixerit falſum in aliqua parte viciatur totum dictum ipſius, vt not. per Inno. in cap. fraternitatis, in prin. de teſt.

Fallit primò, quando falſitas non tangit ſubſtantiam ipſius negotij, ſed eius circunſtantias, vt ſi dicat contrahentes eſſe de aliqua prouincia, vel eſſe affinem aut conſanguineum, qui non ſit: nam propter hoc dictum teſtis non viciatur, vt per Innocen. in dicto cap. fraternitatis, & Alb. de Roſ. in l. ſi ex falſis. C. de tranſact.

Secundò fallit, quando quis depoſuit falſum per errorem in vno capitulo, quia in alio ſibi creditur, ſecus ſi ſcienter. & ita not. Bal. in d. l. ſi ex falſis.

Tertiò fallit, quando falſitas tangeret negotium principale, ſecus ſi tangeret articulos impertinentes, quo caſu teſtis non reputaretur periurus: & ſic ei crederetur quo ad alia. ita not. Baldus. in d. l. ſi ex falſis. facit quod not. Ange. in l. Lucius. ff. de his qui not. infam. & vide not. ſupr. de teſte periuro.

Quartò fallit, quia ſi Imperator reſcriberet, quod daretur fides teſti in aliquibus capitulis, in quibus

non reperitur falſum dixiſſe, licèt in alijs falſum dixerit, certè valeret hoc reſcriptum, & ſibi danda eſſet fides, vt not. Alb. Mal. in ſuo tractatu. de teſti. io tertia par. in 13. col. vbi prædicta ponit.

Vide circa hanc materiam Innoc. in cap. fraternitatis, de hęret. & Bal. in rub. de controuer. inueſt. & Albertum Galeot. in ſua margarita in rubri. quid ſi teſtis dixit in vno & Bal. in l. fi. in penult. col. C. de edict. diui Adr. toll. & Oldra. in conſi. 36. & Bal. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter ff. de verborum obligation. & Baldus. in l. 3. C. de condit. ob turp. cauſam. & in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi certum petatur.

REGVLA CCLVII.

Datur regula, quod teſtis dicens falſum in vno capitulo, viciatur in totum. ad quos caſus extenditur dicta regula.

Dic primò, quòd habet locum etiam ſi capitula ſint diuidua & contingẽtia negotium principale, vt not. Alb. de Roſa. in l. ſi ex falſis. C. de tranſact.

Secundò habet locum etiam ſi Imperator reſcriberet q; daretur fides in alio cap. cùm in alio falſum dixerit. nam tale reſcriptũ non tenet. vt no. Alb. de Roſ. in d. l. ſi ex falſis. licèt Alb. Mal. aliter in dicto ſuo tract. in 3. par. in 13. col. vbi prædicta ponit.

REGVLA CCLVIII.

SI teſtis depoſuit ſemel ſuper aliquo & verum, ſi producatur ſuper eodem nõ ſufficit ſi dicat, dico me tantum ſcire, prout dixi in tali cauſa. Ita not. Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſt.

Fallit primò, quia iſtud videtur potius arbitrarium, vt ſi iudex vult videre quo vultu & quo pallore loquatur, & poteſt iudex ſi vult recipere dictum teſtis ſimpliciter ſe referendo ad quod aliàs teſtificatus eſt. & ita not. Bart. io l. 1. ff. de falſis. prædicta omnia notat Alber. Malum. in ſuo tract. de teſti. in 14. & 15. col. idem nota. Tyndar. in c. 101. & 102. col. vbi adducit plura confirmantia dictum Bal.

REGVLA CCLIX.

SI teſtis deponit dictum ſuum in ſcriptis, non valet eius teſtimonium, quia iudex non videt quo vultu loquitur.

Sed fallit primò, quãdo teſtis deponeret ſeu ſcriberet dictum ſuum in præſentia iudicis & partis non contradicentis, nam tunc valeret, ſecus ſi in abſentia, vt per Bar. in l. lege, de falſis. & in l. Theopompus. ff. de dot. præleg.

Secundò fallit, quando teſtis legit dictum ſuum iudici, quia tunc valet, ſecus ſi nõ legerit, vt per Bar. in l. iuriſiurandi. C. de teſti. hæc Alb. Mal. in dicto ſuo tract. in 3. par.

Tertiò fallit in muto, quia poteſt dictum ſuum deponere in ſcriptis, ſecus ſi non eſſet mutus, quia non poſſet, vt not. Io. A od. in c. 2. de teſtib. extra de teſtib.

Quartò fallit, quando iudex requireret teſtem & vellet videre quo vultu ſeu pallore loquatur, quia tunc teneretur venire ad ipſum & teſtificari. ita Bart. in d. l. Theopompus. Et prædicta etiam not. Sali. in l. iuriſiurandi. in 3. colum. C. de teſtib. vide omnino Abb. Sic. circa prædicta in c. de teſtib. in fi. de teſtib. vbi dicit quod teſtis debet venire ad teſtificandum coram iudice, aliàs non valet, per text. 3. q. 8. teſt.

REGVLA CCLX.

STatutum eſt terminus parti ad probandum, ſi teſtis iurat infrà terminum poteſt poſt terminum examinari, & valebit eius dictum, ſecundum Dyn. de quo per Docto. in l. damni. §. Sabinus. ff. de damn. infect. idem Spec. tit. de teſt. §. qualiter. ver. is quoque.

Fallit primò ſi producenti poteſt imputari, quin teſtes examinare non fecerit infra terminum, quia tunc non poſſet facere eos examinari poſt, licèt fuerint iurati. ita nota. Archi. in c. pia. de excep. in 6. idem Ioan. And. in nouella. Idem Bart. in dicta l. damni. §. Sabinus. & Butrig. in l. admonendi. ff. de iureiuran.

Secundò fallit, ſi eſſet datus terminus ad probandum vel producendum & faciendum illos examinari. arg. c. licet cauſam, in prin. de probat. & ita videtur notare Spec. quę ſequitur ibi Io. And. in add. in d. §. qualiter. ver. is quoq; ſecus ſi habuiſſet terminum ſimpliciter ad probandum.

Tertiò fallit, ſi iudex dediſſet terminum alicui ad probandum & probatum habendum. nam non ſufficit in termino teſtes iurare, ſed eſt neceſſe etiam quod deponant, ſecundum Angel. in dicto §. Sabinus. Idem Paul. de Caſt. in rub. C. de dilation. idem Sali. in l. ſi quando. in quinta colum. C. de teſtibus. vbi omnia prædicta ponit. etiam not. Abb. Sicu. in cap. licet. in 7. colum. de probatio. & tenet hoc caſu quod ſi teſtes iurant in termino & producens vſus eſt diligentia, ita quod per eum non ſtetit quin examinarentur, nihil minus poterit facere deponere, cum per eum non ſteterit, & actus examinationis ſpectet ad iudicem, non ad partem, licet dicat quod communis opinio ſit cum Bart. in auth. ſi dicatur. C. de teſt.

Quartò fallit, quando dilatio eſſet legalis, quia ea finita teſtis non poteſt amplius deponere, ſecus in dilatione iudicis, ita Bal. in c. in nomine Domini. de teſt. pro quo vide cap. frequens, de teſt. ſpol. & c. pia, & ibi Io. And. & Archi. de excep. in 6. & Bal. in c. in cauſis. de teſt. & in c. fi. de ferijs.

Quintò fallit, quia poſt vltimum terminum peremptorium non poteſt amplius teſtis depoonere. de quo per Bal. in d. cap. in cauſis. de teſt.

Sextò fallit, quando quis habuiſſet terminum ad probandum & probatum habendum per omne genus probationis, ſicut hodie in multis locis practicatur, nam lapſus huius termini habetur pro cõcluſione in cauſa quò ad probationes facti, & ita nota. Anto. de But. & Abb. Sic. in cap. licet. in 7. colum. de probat.

Septimò fallit, quando cõditio teſtis fuiſſet mutata poſt iuramentum, quia non valeret dictum teſtis, vt not. Gentilis. in dict. teſt. in 15. col. allegat. Bal. io l. ſi vero. §. 1. de teſtamen. mil.

REGVLA CCLXI.

REgula eſt, quod teſtis iuratus facit fidem, ad quos caſus autem extenditur dicta regula.

Dic primò, quod habet locum etiam ſi tempore iuramenti non ſunt dati articuli nec interrogatoria. Ita not. Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 3. parte in 16. col.

Secundò habet locum, etiam ſi teſtis non iurauerit ſuper euãgelijs, ſed ſufficit quod iuret ſuper qualibet

libet charta, attenta hodie generali cõſuetudine per totam Italiam, & ita not. Abb. in c. fraternitatis. in fi. extra de teſt. Idem not. in c. tuis quæſtionibus, in 3. col. eo. tit.

Tertiò habet locum, quia ſi teſtis iterum producatur contra me in eadem cauſa, non debet iterum iurare ſuper dependentibus ſeu pertinentibus ad cauſam, cum iurauerit ſuper tota cauſa, ſecus ſi produceretur ſuper nouis articulis, quia de nouo iurare tenetur, vt not. Abb. Sic. in cap. fraternitatis, in 1. col. de teſt. vide quod not. Bal. in auth. ſed hodie. C. de iuram. cal. & Bart. in l. hæredes palam. in fi. de teſt.

Quartò habet locum, quando teſtis aſtrinxit ſe ad dicendum veritatem per fidem Chriſti, vel per baptiſmum vel per eius iudicium, vel in vera obedientia te adiuro, vt dicas veritatem 35. q. 6. ſi duo. item in periculo animæ tuæ, de frigid. & malefi. c. fraternitatis. & ita tenet Anto. de But. in c. tuis quæſtionibus. de teſt. licet ibi Abb. Sic. eum reprehendat, cum iuramentum teſtis debeat interuenire tactis ſcripturis, vt ibi per eum in 3. col.

Quintò habet locum, etiam ſi teſtis iurauerit in eccleſia, quia valet eius dictum, vt per Bart. & Bal. in l. nemo apoſt. C. de ſacroſan. eccle.

Sextò iuramentũ teſtis extenditur ad dependentia & connexa non extranea capitula. ita Bal. in addit. Spec. in tit. de teſt. in 1. col. ſecundum Spec. ibi.

REGVLA CCLXII.

AD quos caſus extendatur, quòd teſtis non iuratus non faciat fidem. Dic quod licèt poteſtas habeat arbitrium procedendi abſque ſolemnitate alia, tamen non poterit ferre ſententiam ex depoſitione teſtium non iuratorum, dando eis fidem. ita tenet Bald. in authen. presbyteri in 3. colum. C. de epiſc. & cler. faciunt not. in clem. ſæpe, de verb. ſignifi.

REGVLA CCLXIII.

QVæ expenſæ & quãdo poſsint per teſtes peti. Dic primò quod teſtes ſunt exhibendi in iudicio ſumptibus producentis. 4. q. 4. c. venturus. & l. quoniam. C. eo. tit.

Secundò, quia moderatæ expenſæ debentur, & iſtæ taxantur arbitrio iudicis, vt dictis iuribus.

Tertiò debentur tam in eundo quam in redeũdo vt in c. ſtatutum. §. fi. de reſcrip. lib. 6. & ibi per Io. And. & Archi. & Alb. in l. quoniam. C. de teſt.

Quartò vectura nauium vel equorum debet ſolui, ſi teſtis erat ſolitus equitare, vel infirmus, vel ſi erat ſolitus dare equum ſuum ad vecturam, & cum illo equitauit, vt per Alb. in d. l. quoniam.

Quintò ſoluendę ſunt expenſę teſti. nec habetur ratio de expẽſis quas feciſſet domi, & ita tenet Ang. in l. ſed ſi lege. §. quid autem. ff. de pet. hæred. & Io. And. in c. ſtatutum. §. inſuper de reſcriptis. lib. 6. & prædicta omnia ponit Alber. Mal. in ſuo tracta. de teſt. in 3. parte in 17. & 19. col. Sed expenſas non deberi, quas teſtis feciſſet domi, niſi foret talis perſona quæ lucrata fuiſſet expenſas domi, voluit Sali. in l. quoniam. in 1. col. C. de teſt.

Sextò, quia expenſæ & ſumptus debent dari teſti antequam moueat pedem de domo ſua, & ita not. Sali. ſecundum Cy. vbi ſupra in d. l. quoniam. in 1. col.

Septimò, quia ſi pars aduerſa vult facere examinare teſtem productũ, ei debet ſubminiſtrare ſumptus, vt not. Sal. in d. l. quoniam. in 1. col. & in l. nimis. C. de teſtib.

REGVLA CCLXIIII.

QVæ expenſæ non poſsint peti à teſte. Dic primò quod teſtis non poteſt petere damnum, vt quia amiſit operas ſuas, vel quia negocijs ſuisupereſſe non potuit, & ita tenet Alb. Mal. in ſuo tractatu in 3. parte in 17. col.

Secundò particeps & ſocius criminis non poteſt petere expenſas quando producitur ab accuſatore cum neſciuerit ipſum fuiſſe ſocium criminis, ſecus ſi ab accuſato produceretur, quia ſibi debet facere expenſas, & ita nota. Sali. in dictá l. quoniam in 1. colum.

REGVLA CCLXV.

SI iudex omiſit examinare teſtes ſuper quibuſdã articulis poteſt examinare eos ſuper articulis omiſsis, etiam poſt publicationem proceſſus. ita not. Spec. in titu. de teſt. §. nunc videndum, ver. illud. & ibi per Io. And. vbi ponit de examinato ſuper crimine, & non ſuper fama ipſius.

Fallit primò, quãdo articulus fuiſſet impertinẽs, quo caſu non poſſet iudex repetere teſtem, vt ipſum examinet poſt publicationem proceſſus, ita not. Io. And. in additio. in dicto. §. nunc videndum. verſi. illud. nam poteſt omittere vt non examinet teſtem ſuper eo, & ideo ſi dentur iudici interrogatoria impertinentia poteſt facere ea, quæ ſibi videbuntur cauſæ conuenire, & alia impertinentia reijcere, nec propter hoc pars poterit conqueri & petere quod iterum examinetur. ita tenet Abb. Sicu. in capit. per tuas, el. 2. in 3. colum. extra de teſt.

Secundò fallit, quia ſi ſunt data interrogatoria iudici decidenda, & aliqua reſecauit ſeu reiecit tanquam minus legitima ſeu impertinentia, quę tamen non ſint, ſi pars non appellauit, non poterit ſuper reiectis pars petere, vt teſtes iterum examinẽtur ſeu repetantur, & multò magis quando interrogatória fuiſſent impertinentia aut minus legitima, vt plenè not. idem Abb. Sic. in dicto cap. per tuas. el. 2. in 3. col. extra de teſt.

Tertiò adde quod pars capituli poteſt probari & valet probatio, licet totum capitulum non probetur. ita Bald. in addit. Spec. in titul. de teſtibus. in 3. colum.

REGVLA CCLXVI.

IVdex, ſi producãtur articuli, nõ debet admittere impertinentes. l. ad probationem. C. de probat. & in c. cum contingit. in fin. de officio. deleg. & l. ſed ſi quis. §. fi. de pet. hæred. & l. ſi duo patroni. §. 2. ff. de iureiur. & l. momentaneæ. C. qui leg. perſo. & c. præſentium. de teſt. & c. cum literis. de in integ. reſtit. & l. fi. C. ſi per vim vel alio modo. & l. à procedente. C. de dilat. & not. Specul. in titu. de teſt. §. qualiter. in princi.

Sed fallit primò, quia ſi articuli ſint obſcuri vel longam diſputationem recipiant, iudex debet illos articulos admittere ſaluo iure impertinẽtium. nam ſi poſtea iudex inuenerit aliquos impertinentes poterit eos caſſare. ita not. Spec. in ti. de teſt. §. nunc videndum. ver. ſiue igitur.

Secun-

Secundò fallit, quia quando iudex eſt dubius an debeat admittere articulos, tunc ipſe poterit admittere etiam in re dubia, vt not. Inno. in c. per tuas. de teſt. vbi Doct.

Tertiò fallit, quia ſi articuli ſunt formati disiunctiuè nó debent admitti, nec eo modo formandi ſunt, niſi agatur de ſacto vbi probabilis ſit ignorantia, vt per Inno. in c. auditis. de præſcrip. & prædicta potiit Alber. Mal. in ſuo tract. in *3*. part. in *18*. & *19*. col.

REGVLA CCLXVII.

ARticuli debent dari ei ſeu edi contra quem ꝓducuntur, vt poſsit facere ſua interrogatoria, vt per Abb. in c. per tuas de teſt. & per Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in *3*. parte in *19*. col.

Fallit primò, quando opponeretur exceptio criminis contra teſtem, quia teſti non ſunt edenda capitula, ſed parti aduerſæ, quia directò non agitur contra ipſum teſtem. & ita not. idem Alb. in d. ſuo tracta. in *1*. parte in *38*. col. allegat glo. in c. teſtimonium. de teſt. & ibi per Inno. & Io. And. & Butr.

Secundò fallit, quia eſt in arbitrio iudicis an velit facere edi copiá capitulorum parti vel nó, & ideo ſi noluit edere & proceſsit ad examinationem, nihilominus valet examinatio, tamen ne pars poſsit conqueri ꝙ ſuper illis capitulis teſtes examinari nó debuerint, honeſtum eſſet quod ei copia capitulorum daretur, licet non neceſsitetur, & ita not. Abb. Sic. in c. per tuas. in *2*. *3*. & *4*. col. extra de teſt.

Tertio fallit, licet copia articulorum ſeu capitulorum edatur parti aduerſum interrogatoria, tamē partis contrariæ non debent edi alteri parti propter timorem ſubornationis teſtium ne inſtruantur ad dicendum falſitatem. & ideo ſi iudex pronunciaret talem copiam edendam, iuſtè appellaretur, tamen ſi pars contentatur quod fiat copia alteri parti, hoc fieri poteſt. & ita not. Abb. Sic. in c. per tuas. el. *2*. in *3*. & *4*. col. extra de teſt.

REGVLA CCLXVIII.

PVblicatis atteſtationibus non licet producere teſtes eoſdem vel alios ſuper eiſdem capitulis vel directò contrarijs, tam in cauſa principali quàm in cauſa appellatiotis, vt in clem. teſt. de teſtibus. & auth. at qui ſemel. C. de probat. & Spec. in tit. de teſt. §. ſatis. ver. quid ſi publicatæ.

Sed ſallit primò, quando teſtes in cauſa non fuiſſent ritè examitiati, nam poterunt iterum examinari, non obſtante publicatione proceſſus, vt eſt text. cum glo. in verbo ritè in c. de teſtib. extra de teſtib. & no. in c. cum cauſam. de teſt. & Ang. in d. auth. at qui ſemel. C. de probat. & Bal. in c. *1*. quid ſit inueſt. & domini de Rota in deciſ. *157*. quod not. ſuprà.

Secundò fallit, ſi teſtes productos iudex omiſit interrogare, vel eos nó interrogauit ſuper interrogatorijs datis: nam poſt publicationem poſſunt iterum teſtes examinari, vt not. Bart. in d. auth. at qui ſemel, circa fi. allegat c. per tuas. de teſt.

Tertiò ſallit, quando teſtes non ſunt examinati per culpam iudicis ſuper articulis productis, vt quia iudex feſtinanter, odio vel gratia publicauit teſtes vt impediret examinationem aliorum teſtium. pro hoc Angel. in d. authen. at qui ſemel, allegat notata in cap. cauſam. el. *2*. de teſt. & cap. per tuas. eo. titul.

Quartò ſallit, vbi pars fuit legitimè proteſtata, vt iudex non prorumperet ad publicationem proceſſus, quia volebat teſtes producere, imputatur enim iudici tunc cur proceſſum aperuit, vt in c. vltra tertiam. de teſt. & ibi hoc not. Inno. & Ang. in d. auth. at qui ſemel.

Quintò ſallit, vbi iudex noluit admittere ad teſtificandum ante didicita teſtificata, quia poſt poſſunt teſtes produci, ita dicit Bald. in c. ex parte Adæ in *7*. colum. extra de teſt. argumen. l. debitores. §. fina. ff. de iureiurando. probatur per ſupradicta.

Sextò ſallit, ſi reus non admiſſus ad probādum, de conſenſu partium vel iuris diſpoſitione admittatur, nam poſt publicationem teſtium poterit fieri examinatio. ita not. Iac. de Beluiſ. & Bald. in c. *1* §. item ſi vaſallus. de controuerſia inueſt. allegat caſum in l. officium. de rei vend.

Septimò ſallit, quia ſi teſtis obſcurè depoſuit, poteſt nihilominus repeti ad declarandum, & examinari poteſt poſt publicationem ſactam. & intellige quando iudex hoc ſacit ex ſuo officio non ad inſtantiam partis, vt eſt tex. & ibi not. in cap. cum clamor. extra de teſtib. vide in dictione teſt. in alphabeto meo in not. *62*.

Octauò ſallit, quando teſtes nihil depoſuerint, quia dixerint ſe neſcire vel non recordari, quòd poterunt examinari poſt publicationem teſtium. ita not. Iaco. de Beluiſ. per illum textum in cap. *1*. §. *1*. quid ſit inueſtit. quod tamen limita pulchrè vt per Bal. ibi.

Nonò fallit, quando fuiſſent examinati in iudicio ſummario, & petitur ꝙ examinentur in plenario, inter eaſdem perſonas, quia poterunt examinari, vt in cap. veniens. & c. cum in tua. de teſt. niſi teſtes in prima cauſa ſummaria fuiſſent plenè examinati, vt not. ſingulariter Iac. But. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cau. maior. & Ant. de But. in c. fraternitatis. in pen. col. de teſt.

Decimò ſallit, quādo teſtes noui veniunt ad coadiuuādum priores teſtes, vt ſi probaui per duos teſtes intentionem meam, tu probaſti cótrarium, certè potero producere poſt publicationem teſtium, quia tunc nihil poteſt imputari parti producenti, & ceſſat timor ſubornationis. ita not. ſingulariter Inno. in d. c. cum clamor. de teſt. & ſentit. glo. in c. ex tenore. eo. titu. ita not. Abb. Sicu. in d. c. fraternitatis. de teſt. Idem Ang. in d. auth. at qui ſemel. C. de probat. quod not.

Vndecimò fallit, quia iudex ex officio poteſt teſtes non bene examinatos, iterum examinare, etiam poſt didicita teſtificata. ita notat. Alber. de Roſat. in l. ſolam. C. de teſtibus.

Duodecimò ſallit, quia etiam poſt publicationē teſtium poſſunt admitti teſtes quando ſimul cum eis producitur inſtrumentum coadiuuans illos teſtes. Iſtud eſt dictum ſingulare Anto. de Butr. in c. ſeries. de teſt. ſecundum vnum intellectum, qui placet ibi Ioan. de Imo. idem Ludo. Ro. in *8*. ſingulari, & in rub. de arbitr. facit ꝙ not. Bar. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. ſi cer. pet. vbi iud.

Decimotertiò ſallit, quādo primo eſſet ſacta ꝓbatio per inſtrumenta, nam tunc poſt publicationē poterit fieri per teſtes, vt habetur per glo. & Doct. in l. per officiū. ff. de rei vend. & glo. ordi. *4*. q. *3*. §. itē

in criminali. verſ. item ſi quis teſtibus. & per Doct. in d.c. fraternitatis. & in l. ſi quidem. C. de excep. & Flor. in l. cùm de indebito, in prin. de probat.

Quartodecimò fallit, quando prior examinatio non valuit, nam iteratò etiam poſt teſtium publicationem poterunt teſtes examinari. ita Bart. in d. auth. at qui ſemel. C. de probat. & ibi per Bal. allegat. c. fin. de teſt. & c. cùm cauſam. de teſt. in clem. idem Albe. Mal. in ſuo tracta. de teſt. in 3. par. in 21. col. vbi limitat hoc. & Bart. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiuran.

Decimoquintò fallit, quando non reperirentur teſtes examinati prius, quo caſu poſſent iterum examinari, nec obſtaret publicatio, vt probatur in d. auth. at qui ſemel. in fin. de probat. allegat textum expreſſum in c. fi. de fid. inſtr.

Decimoſextò fallit, quando publicatio teſtium non valuiſſet, vt quia pars fuiſſet citata die feriata, vel alio defectu, nam tunc poſſent teſtes examinari. Ita not. Barto. in d. auth. at qui ſemel in 6. col. idem Bal. ibi, niſi ſint didicita teſtificata. quod not.

Decimoſeptimò fallit, quãdo concluſio in cauſa eſſet tacitè vel expreſsè per iudicem reuocata. Ita ſentit Ant. de But. in c. auditis, de procur. & firmant domini de Rota deciſ. 221. & 226.

Decimooctauò fallit, vbi eſſet perempta inſtantia, quia tunc videntur perempta dicta teſtium, & ideo videtur eos poſſe reproduci, nõ obſtante publicatione, vt tenuit Abb. Sicul. in d.c. fraternitatis. licet contrarium ſentiat ibi Cardi. dicens quòd immo dicta teſtium valeant, quod etiam tenet Bart. in l. 2. ff. iud. ſol. & in l. 2. ff. vi bonorum rapt. Cardi. in clem. teſtibus, de teſtib.

Decimononò fallit, ſi teſtis productus eſt excõmunicatus vel aliter inhabilis, quia tunc iudex reſtituit eundẽ vel alios ad teſtificandũ, etiam poſt publicationem, ſecundum Ludo. Ro. in rub. de arbitris.

Vigeſimò fallit, ſi veteres atteſtationes perierũt. l. veluti. ff. de edendo. & per Ioan. Andr. & Doct. in d.c. fraternitatis, de teſt. & Bar. in d. authen. at qui ſemel.

Vigeſimoprimò fallit, quando nulli ſunt teſtes producti, licet ſint data capitula, pro hoc tex. in authen. de teſt. §. quia vero. & not. in d. c. fraternitatis, vbi vide.

Vigeſimoſecundò fallit, quando teſtes depoſuerunt ſuper eo de quo nõ fuit articulatum vel deductum, ſecundum Innoc. in d.c. fraternitatis. & in c. ex tenore, de teſt. & gloſſ. in d.c. teſtis. & Bart. in d. auth. at qui ſemel. vbi Ang. & idem Ang. in d. §. qa verò multi, in 7. col. in prin. niſi iuraſſent ſuper tota cauſa de conſenſu producentis.

Vigeſimotertiò fallit, quia in cauſa inquiſitionis poſſunt teſtes produci & examinari per iudicẽ poſt publicationem, quando iudex eos examinat de officio ſuo, non autem ad inſtantiam partis. & ita tenet Bar. in d. auth. atqui ſemel. de quo vide per Bal. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cle. & Doct. in d.c. fraternitatis. & Inn. in d.c. cùm clamor, de teſt. & Ange. in d. auth. at qui ſemel. de probat.

Vigeſimoquartò fallit, quia in illis caſib9 in quibus iudex procedit ex officio ſuo, poſſunt poſt concluſionẽ in cauſa produci inſtrumenta, vt not Abb. Sicu. in c. cùm dilectus, de fide inſtrum. & poſſunt etiam in eodem caſu poſt publicationem teſtium produci, & examinari teſtes, prout ſuprà. & patebit ex his quæ inferius latius declarabuntur.

Vigeſimoquintò fallit, quia in cauſa criminali poſſunt teſtes produci poſt didicita teſtificata, quod tamen intelligendum eſt, quãdo hæc faceret iudex ex officio ſuo, non ad inſtantiam partis, vt not. Bar. in d. auth. at qui ſemel. C. de probat.

Vigeſimſextò fallit, & hoc potes ſumere pro cautela, videlicet ꝙ poſt publicationem teſtiũ des nomina teſtium iudici quos intendis examinari debere, & abſentes te, nam iudex ſi voluerit gratificari tibi, poterit illos ex officio ſuo recipere cauſa inueſtigandi veritatem, nec tunc habetur timor ſubornationis. ita dixit Bal. in l. ampliorem. in fin. C. de appel. & Pau. de Caſt. in conſ. 266. quod no. omnino, quia hoc remedium eſt generale. de quo vide in repert. Bal. in 3. col.

Vigeſimoſeptimò fallit, quando iudex ex officio ſuo vult teſtes repetere, vel alios indncere pro inueſtiganda veritate, nam tunc poteſt, etiam publicatis teſtibus, vt per glo. in cap. per tuas, de teſt. & Ang. in d. §. quia vero. in authen. de teſt. in 3. col. in fin. & Specu. in tit. de allegat. & diſput. §. 1. verſ. ſed pone iudex. & Bal. in l. 1. C. ſent. reſcin. non poſ. & vide quæ ſuprà prox. notaui.

Vigeſimooctauò fallit, quia minor poteſt petere reſtitutionem in integrum, vt poſsit effectualiter facere examinare teſtem poſt publicationem teſtium, vt l. minor 25. ann. omiſſam. ff. de minorib. & Doc. in l. vbi. ff. de eden. vbi Angel. idem dicit in muliere & ruſtico. & idem Ang. in §. quia vero, in authen. de teſt. Vide Bart. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de no. ope. nunt.

Vigeſimononò fallit, quãdo ſubeſt aliqua iuſta cauſa, quia tunc ſubuenitur etiam maiori, vt poſsit teſtes producere poſt publicationẽ teſtium, ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur. ſecundum Inno. in c. intimauit, de teſti. & Anto. de But. & Doct. in c. fraternitatis, de teſt. & Bald. in l. per hanc, in fi. C. de temporibus appellatio.

Trigeſimò fallit, quando teſtes fuerunt publicati, ſed pars nondum didicit teſtificata, quo caſu poterunt etiam teſtes examinari, vt habetur in clem. teſtibus, de teſt. & in d.c. fraternitatis. & in d. auth. at qui ſemel. C. de probat. ſed limita vt aliàs dixi in ſuperiorib. & per Ioa. And. in c. conſtitutis, de teſt. per Bald. in l. officium. ff. de rei vendi. & in c. 1. §. ſi vero. de cont. ſeu.

Trigeſimoprimò fallit, quãdo quis didiciſſet teſtificata tranſitoriè & non plenè, nam poterit ꝓducere teſtes nõ obſtante ea notitia, vt per Doct. in d.c. fraternitatis & in d. auth. at qui ſemel. & in ca. vltra tertiam, de teſt. & no. Alb. Mal. in 1. par. vide quod not. Ang. in l. ſi duos. ff. quemadmo. teſtam. ape.

Trigeſimoſecundò fallit, quando ille qui didicit teſtificata, ea obliuioni tradidit, ſecundum Ang. in d. authen. de teſt. §. quia verò multi, col. 7. quod no. & probatur per ſupradicta.

Trigeſimotertiò fallit, quando pars ſolum vidiſſet exemplum teſtium, vt not. Bald. in l. vlti. ff. quemadmo. teſta. ape. per illum tex. licet hoc non bene firmet.

Trigeſimoquartò fallit, quãdo audiuit à teſte ea

quæ

quæ ibi dixerunt, & non aliter vidit vel legit dicta ſua, vt not. Doct. in d. c. fraternitatis, extra de teſt. & Bal. in c. conſtitutus, in fin. de teſt. & Innoc. in c. vltra tertiam. eod. tit.

Trigeſimoquintò fallit, quando interuenit conſenſus partiũ, vt poſsint examinari teſtes poſt didicita teſtificata, quo caſu poterunt examinari, vt per Ant. de But. in d. cap. fraternitatis. & Salic. & Bart. in d. auth. at qui ſemel. in 3. q. licet Ange. videatur contrarium tenere ibi.

Trigeſimoſextò fallit, quando allegatur & probatur falſitas cum corruptione teſtium, quia poterunt produci teſtes poſt didicita teſtificata, vt habetur in c. licet, de probatio. & Doct. in d. c. fraternitatis. & no Ang. in auth. de teſtibus. §. quia vero, in 2. col. in fi. idem Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 3. par. in 23. colum. in fi. allegat not. in clem. teſtibus, de teſt. & Bart. in d. authen. at qui ſemel. vbi limitat prædicta. vide Sali. in l. ſi quis teſtium. in fi. de teſt.

Trigeſimoſeptimò fallit, quando quis vellet reprobare teſtes, & confirmare ſuos, quo caſu poteſt etiam poſt publicationem. vt not. per Albe. Mal. in dicto ſuo tractatu in 3. part. in 39. col. allegat no. per Doct. in d. c. fraternitatis. quod not. perpetuò.

Trigeſimooctauò fallit, quãdo quis vult ſimul & ſemel reprobare dicta & perſonas teſtium, nam hoc poteſt etiam poſt publicationem teſtium, vt per Bart. in d. authen. at qui ſemel. & Doct. in d. c. fraternitatis. & idem not. Alber. Mal. vbi ſuprà, in 24. colum.

Trigeſimononò fallit, quia poſt publicatas atteſtationes poteſt quis reprobare teſtes quando ante fuerit proteſtatus contra ipſos, vt in c. præſentiũ. de teſt. & l. ſi quis teſtium. C. de teſt. & ita not. Albe. Mal. vbi ſuprà in dicto tractatu.

Quadrageſimò fallit, quãdo quis vult producere nouos teſtes ad reprobandum antiquos de corruptione vel circa dicta per indirectum. gloſſ. eſt ordi. 4. q. 3. §. in criminali. verſ. item ſi quis. & Ang. in d. §. quia vero multi. in auth. de teſtib.

Quadrageſimoprimò fallit, quia in alia inſtantia poſſunt teſtes produci, quando eſt diuerſa, ratione cauſæ vel rei vel perſonæ, vt not. Bart. plenè diſtinguendo in d. auth. at qui ſemel. C. de prob. de quo etiam vide in c. conſtitutus, de teſt.

Quadrageſimoſecundò fallit, quando primò agebatur ex contractu, poſt ex delicto, vt per Ang. in l. quidam tabularum, ad fi. ff. de eden.

Quadrageſimotertiò fallit, quãdo variatur modus agendi, vt in c. veniens. de teſt.

Quadrageſimoquartò fallit, vbicunque non habet obſtare exceptio rei iudicatæ, ſecundum Abb. Sic. in c. fraternitatis.

Quadrageſimoquintò fallit, vbi non variatur articulus in ſubſtantia, variatur tamen modus facti ad idem concludendum, vt in c. de atteſtationibus, de deſponſa. impube. & ibi Ant. de But.

Quadrageſimoſextò fallit, vbicunq; publicatis atteſtationibus quis vellet articulum producere, qui de neceſsitate probationis non ineſſet in articulo atteſtationum publicatarum, ſed facti tantum. nam ſemper poſſunt teſtes examinari, vt not. Albe. Mal. in ſuo tracta. de teſt. in 3. part. in 24. col. & ibi poſt exemplum tu vide etiam quod not. Bart. in d. auth. at qui ſemel. C. de probationib.

Quadrageſimoſeptimò fallit, quando teſtes fuerunt examinati ſuper valore rei & publicati, nam iterum poterunt examinari ſuper articulo concludente maiorem ſummam in cauſa appellationis, vt per Bart. & Ange. in l. cùm furti. ff. de in lit. iur. & probatur in c. cùm cauſam, el. 2. de teſt. vbi etiam Abb. Sicu. in 2. col.

Quadrageſimooctauò fallit, quia poteſt actor producere teſtes ſuper replicatione ſua, ſicut poteſt reus ſuper exceptione facta, etiam poſt publicationem, vt not. Io. de Porto in §. morte. circa finem de op. noui nun. allegat Io. And. in regula, in generali, de reg. iur. in 6. vide Spec. in titu. de except. §. dicto. verſ. ſed nunquid.

Quadrageſimononò fallit, quando inſtantia variatur, vt quia fit tranſitus de cauſa ciuili ad criminalem, vt per Bar. in l. 2. ff. vi bon. rap. & l. Iul. verum debitorem. ff. de cond. indeb.

Quinquageſimo fallit, in omnibus caſib9 in quibus ſententia nunquam tranſit in rem iudicatam, vt eſt cauſa matrimonialis, nam tunc etiam publicatis teſtibus admitti poſſunt alij teſtes, vt habetur per Ioan. And. & Doct. in c. ſeries, de teſtib. & Angel. in auth. de teſt. §. quia vero, in 3. col. verſ. oppono vlterius. & Doct. in c. fraternitatis, de teſt. & in c. iurauit, extra de prob. & idem Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 3. par. in 25. col. de quo vide text. & ibi Abb. Sic. ſecundum vnum intellectum in c. cùm in tua, de teſt. in 1. col.

Quinquageſimoprimò fallit, vbicunq; fertur ſententia per peritos in arte, quia illa nunquã tranſit in rem iudicatam, & ideo poterunt teſtes produci poſt publicatas atteſtationes, vt no. idẽ Albe. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 3. par. in 26. col. allegat Io. Andr. & Butr. in c. propoſuiſti, de prob. Tu videas Spec. in rubr. de homicidio. & Ange. in l. quod ſi nolit. §. ſi mancipium. ff. de ædil. edict. & Bar. in l. ab hoſtibus. §. ſi vir vxorem. ff. ſolu. matr. quod not.

Quinquageſimoſecundò fallit in cauſa hæreſis, quia poſt publicationem poſſunt teſtes admitti, vt tenet Archi. in c. per hoc, de hæret. lib. 6. & Iaco. de Alu. in c. 1. quid ſit inueſt. in vſi. feu.

Quinquageſimotertiò fallit, propter defenſionem innocentis in cauſa criminali, quo caſu poſſunt produci teſtes poſt publicationem. arg. l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtioni. & not. Doct. in d. c. fraternitatis, de teſt. & in d. auth. atqui ſemel.

Quinquageſimoquarto fallit, quando teſtes fuerunt publicati ad æternam rei memoriam ſecundum formam c. ſignificauit, de teſt. nam non obſtante dicta publicatione, poterunt teſtes produci & examinari, ſecundum Ant. de But. in d. c. fraternitatis, de teſt.

Quinquageſimoquinto fallit, quando articulus fit ſuper notorio, nam poterit fieri examinatio poſt publicationem, vt videtur probari in c. dudum, el. 1. de elect. & Abb. Sicul. in d. c. fraternitatis. & Bal. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc.

Quinquageſimoſexto fallit in probatione quæ poteſt fieri per oculorũ aſpectum, ſeu quia per euidentiã facti, cõſtat contrarium, q̃a tunc & poſt publicationem admittatur talis probatio, vt no. Ludo. in l. ſi vero. §. de viro. in 32. fall. ſolu. matr. allegat

Bal.

Bal. in l. ſi quis teſtium, ad fi. C. de teſt. tu vide Bal. in d. auth. atqui ſemel. & Ludo. in rubr. de arbitr. & Floria. in l. qui ſeruum, in fi. principij. ff. de interroga. act. & Bal. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. par. iud. ſupple. quod not.

Quinquageſimoſeptimò ſallit, quando eſſet conſuetudo vel ſtatutum vt poſt publicatas atteſtationes poſsint probationes recipi, vt not. Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de except. §. dicto. verſ. ſed nunquid. & Abb. in c. ſeries. in vlt. col. de teſt.

Quinquageſimooctauò ſallit, quando princeps per reſcriptũ expreſsè hoc concederet, vt not. Spec. in tit. de reſti. in integ. §. vlt. ver. quid ſi in cauſa. & verſ. 18. quod limitat Ant. de But. in d. c. fraternitatis, de teſti. eſſe verum quando facit ex certa ſcientia aliàs ſecus.

Quinquageſimononò fallit, quãdo in compromiſſo eſſet dictum quod poſſet procedi aliqua iuris ſolemnitate non obſtante, vt not. Ludo. de Ro. in rub. de arbitr. in 10. colum.

Sexageſimò ſallit, quia inquiſitor poſt didicita teſtificata poteſt producere ſeu admittere teſtes in quacunque cauſa. ita Bal. in l. eos. §. ſi quis. io 2. col. C. de appell.

Sexageſimoprimò ſallit, quãdo cum teſtibus ꝓducitur inſtrumentum coadiuuans probationẽ teſtium, nam tunc etiam facta publicatione in cauſa poſſunt recipi teſtes, quia ob ipſius inſtrumẽti productionem ceſſat timor ſubornationis teſtium, vt not. Alb. Mal. in d. ſuo tracta. in 3. parte, in 20 col. allegat Anto. de But. in c. ſeries. de teſt. & Bart. in l. certi conditio. §. quoniam. ff. ſi cert. pet.

Sexageſimoſecundò ſallit, qñ eſſet conſuetudo ꝙ publicatis atteſtationibus teſtes poſsint produci, nam valebit talis conſuetudo, vt per Alb. vt ſupra allegat Io. And. in addi. Spec. in tit. de excep. in ver. ſed nunquid facit. idem no. in d. cap. fraternitatis. de quo vide quæ ſuprà dixi.

Sexageſimotertiò ſallit, quia teſti deponenti in cauſa ſemper eius dictum debet eſſe ei publicatum, & debet ſibi legi, ſi vellet aliquid addere vel declarare, vt no. Tynd. in ſuo tracta. de teſt. in 102. & 103. col. in fine, ſicut eſt in iudice inquirente, vt in c. cùm clamor. de teſtibus.

Sexageſimoquartò fallit, quia teſtis poſt publicationem poteſt per iudicẽ interrogari, vt no. Can. in c. per tuas, de teſt.

Sexageſimoquintò ſallit, quia teſtes qui depoſuerunt in præparatorijs etiam publicati poterunt examinari & de onere ſuper principali cauſa & ſuper eodem articulo, vt not. in c. veniens, de teſt. vbi de prædictis duabus ſallentijs.

Sexageſimoſextò fallit, quãdo fit publicatio teſtium non inchoato iudicio vt ante litem conteſtatam cùm non impediat productionem, vt no. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 30. col. allegat not. per gloſſ. in authent. ſed ſi quis. C. de teſtibus.

Sexageſimoſeptimò fallit, quia vbi teſtes examinantur non ad plenam probationem, ſed vt faciant ſemiplenam, vt ſunt infames, impoberes, mater & auia ſuper ætate poterunt examinari, etiam publicatis atteſtationibus, vt per Bald. ſuper Innoc. in c. cùm dilecti.

Sexageſimooctauò fallit, quando quis ſubtractione aduerſarij fuit impeditus producere teſtem, vt ſi aduerſa eius prædictus detulit iuramentum teſti, vt non teſtificaretur contra ipſum, & producens nihil ſciuit de hoc iuramento, nam ex clauſula generali reſtituitur, vt poſt publicationem & concluſionem in cauſa teſtificari teſtes poſsint, ſecus ſi ſciuiſſet de dicto iuramento ante publicationẽ proceſſus. & ita not. Abb. in c. intimauit. in 1. & 2. col. de teſtib.

Sexageſimononò ſallit, quia inſtrumenta poſſunt produci vſque ad concluſionem in cauſa poſt publicationem atteſtationum, etiam ſi ſint contraria atteſtationibus alterius partis. Ita not. Abb. Sic. in c. ſeries, in 2. col. de teſt. allegat glo. 4. q. 3. in fine. de quo vide plenè cap. cùm dilecti, de fide inſtrumen.

Septuageſimò ſallit, quia publicatio atteſtationum non oocet tertio, quin poſsit ſuper illis articulis vel directò contrarijs teſtes ſuo iuramento producere, etiam ſi ille terminus habeat aliquam commoditatem in illa cauſa, & hoc niſi ſuerit publicatio facta de voluntate litigãtium & iſtius tertij contendentis quòd prędictæ atteſtationes faciant fidem inter eos, vt not. Abb. Sicu. in c. conſtitutus. in vlti. col. de teſtib. vbi etiam dicit quòd ad petitionem huius tertij non debet fieri publicatio teſtium contradicentium illi ad cuius inſtantiam atteſtationes ſunt receptæ. idem not. Abb. Sicu. in ca. veniens, in 5. & 6. col. de teſt. & Bart. in l. ſi per luſorio. §. 1. ff. de appella.

Septuageſimoprimò ſallit, quia poſt didicita teſtificata quis poteſt per torturam alios teſtes produceere, vt per Bal. in c. 2. de teſt. per l. ſi poſtulauerit. §. ſi quæſtioni. ff. de adult. & ita Gentil. in dict. teſt. in 17. col.

Fallit in 52. caſib. vt per Soc. reg. 403. Ampliatur & limitatur in 70. caſib per Port. lib. 1. concluſ. 39.

REGVLA CCLXIX.

SVper eiſdem capitulis vel directo contrarijs nõ licet producere teſtes in cauſa appellationis, vt no. per Bal. in l. per hanc. C. de tempo. appell. probatur. in cle. 1. de teſt.

Quòd ſallit primò de iure ciuili, quia teſtes poterunt produci in cauſa appellationis ſuper eiſdem articulis, vt probatur in l. eos. C. de appell. & per Bald. in d. l. per hanc. ſecus de iure canonico, licet Ioa. de Imol. in d. c. fraternitatis, dicat ſuper eiſdem capitulis directò contrarijs debere ſeruari ius canonicum, cum ſit dubium de iure ciuili. ſed Alber. ipſum reprobat in d. ſuo tract. & citato loco.

Secundò ſallit, quando eſſent contrarij per indirectum, vt quia probaſti quod decima die menſis præteriti promiſiſti aliquid mihi in ciuitate Mediolani, & ego probo quòd eadem die eram Bononiæ, nam teſtis ſuper hoc produci poſſunt, vt per Bal. in d. l. per hanc.

Tertiò fallit, quia ſuper nouo capitulo non poſſent teſtes produci in cauſa appellationis, vt not. per Doct. in d. l. per hanc.

Quartò ſallit, quãdo allegatur falſitas cũ corruptione, nam licitũ eſt ſemper teſtes producere, etiã publicatis atteſtationibus, vt not. in clem. teſtes. de teſti-

teſtibus. & in cap. licet cauſam, de probat. hæc omnia per Alb. Mal. in ſuo tract. de teſt. in 3. par. in 21. 22. & 23. col.

Quintò fallit, vt in caſibus & fall. poſitis ſuprà in regula præcedenti, quorum plures refert Ioan. And. in c. fraternitatis, in 3. 4. & 8. col. extra de teſt. vbi non facit differentiam in cauſa principali & in cauſa appellationis, quando ſunt directò contrarij. & Alber. Mal. vbi ſuprà.

Sextò fallit, quòd in cauſa matrimoniali poſſunt produci teſtes, etiam ſi eſſet cauſa principalis, quando quis vult probare falſitatem teſtium, & admittuntur ſuper capitulis directò contrarijs. ita probatur in cap. feries. ſecũdum vnum intellectum extra de teſt. & ibi per Hoſt. & Io. And. & Abb. Sicu. in 3. col. vbi dicit ꝙ hoc habet locum tam in matrimonio contrahendo quàm diſſoluendo.

REGVLA CCLXX.

IN cauſa appellationis ſuper eiſdem articulis vel directò contrarijs non admittuntur amplius teſtes de iure canonico, vt in cle. teſtis. de teſtibus, ꝙ etiam habet locum de iure ciuili in c. apoſtolis directò contrarijs, cum ſit dubium hoc de iure ciuili, & ideo ſtãdum teſtium dictis de iure canonico. ita Io. de Imol. in c. fraternitatis de teſtib. licet Albe. Mal. in 9. parte in 22. col. hoc reprobet.

Secundò habet locum quando pars ſtudioſè voluit differre probationes ſuas in cauſa appellationis, quia in cauſa appellationis non admittitur ad probandum. ita Bal. in d. l. per hanc. de temporib. appel. vt refert Alb. d. tract. in 3. parte. col. 23.

Tertiò fallit, quia ſuper capitulis nedum directò contrarijs, ſed etiam ſuper capitulis indirectò contrarijs non admittuntur quando eſt per quoddam medium, vt ſi volo probare quod tali die tibi mutuaui tantum, cum vis probare in cauſa appellationis ꝙ tali die abſens fueras à tali loco, certè non admitteris, vt not. Card. in cle. teſt. in 3. col. de teſt.

REGVLA CCLXXI.

NOta ꝙ quando renunciatum eſt productioni teſtium amplius teſtes non poterunt produci & examinari, vt not. in auth. iubemus. C. de iudic. & in c. conſtitutus. de teſt.

Fallit primò, quando dicta teſtium nõ ſunt publicata, vel pars non didicit teſtificata, quia nihilominus teſtes poterunt produci, vt per glo. in auth. de teſt. §. quia vero. & in c. conſtitutus. el. 2. co. tit. & Azo in Summa de teſt. in vlt. col. licet Alb. Mal. contra in 3. parte in 19. col.

Secundò fallit, quando eſt renunciatum teſtibus in aliquo ſpeciali articulo, quia licet teſtes de iure communi non poterunt produci amplius, tamen ſi iudex ex aliqua iuſta cauſa moueatur præſtito ſacramento parti petenti quod hoc malitioſè non fecit, iterum ſuper eodem articulo poterit teſtes producere ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. ita Bal. in d. authen. iubemus. & Alber. in d. 3. par. in 20. col.

REGVLA CCLXXII.

VLtra ſufficiẽtem numerum teſtium teſtes ꝓduci non poſſunt, vt per Docto. in cap. cum cauſam. de teſt. & not. Alber. Mal. in 3. parte in 2. col.

REGVLA CCLXXIII.

POſt concluſionẽ in cauſa non poſſunt amplius teſtes nec inſtrumenta produci, vt in c. cum dilectus. de fide inſtrumentorum. & not. Abb. in c. cum cauſam. in 4. col. de teſt.

Sed fallit primò, quia de conſenſu partium poſſunt produci & examinari, & valebunt eorum atteſtationes, vt not. in d. c. in cauſam. in fin. de teſt. per Abb. Sic.

Secundò fallit, quia ſi fuerũt recepti teſtes & examinati poſt concluſionem in cauſa, valebit eorum examinatio, ſi non aduerſa pars contradixerit ſeu appellauerit. ita not. Abb. Sic. in c. in cauſis. in fin. de teſt. allegat dominos de Rota vt ibi.

Tertiò fallit, quando ex iudicis negligentia aliquid eſſet omiſſum. vt in c. per tuas. de teſt. & vide alias fall. quas ponit dictus Petr. in tract. concluſionis in cauſa, in quodlibeto rubeo.

Quartò fallit, ſi fuiſſet quis reſtitutus in integrũ quod poteſt fieri ad hoc vt poſsit teſtes producere poſt concluſionem iu cauſa, & ita not. Docto. in c. intimauit. de teſt.

Quintò fallit, quia concluſio facta in cauſa principali non extenditur ad cauſam appellationis, vt voluit dictus Petr. in l. cum veniſſet de teſt. allegat not. in c. cum Io. de fide inſtrumentorum. & Doct. in l. per hanc. de tempo. appella. & Bart. in auth. atqui ſemel. C. quomodo & quando iudex.

Sextò fallit, niſi iudex reuocaret concluſionem in cauſa, quod poteſt facere, ex magna tamen cauſa, vt ſi producantur inſtrumenta quæ ſunt de nouo reperta, vel teſtes qui prius non potuerunt haberi. & ita ſeruatur in Romana curia, vt not. Paul. de Caſt. in l. cum à nobis. C. de dilat.

REGVLA CCLXXIIII.

QVæ interrogatoria ſint faciẽda per iudicem. Dic primo ꝙ ea quæ producit quis ſuper circunſtantijs ipſius negotij, vt in c. præſentium. §. teſtes. & c. per tuas. de teſt.

Secundo ſi ſit commenſalis producentis, aut ſit doctus vel inſtructus teſtificari, vel quam partem vellet vincere, aut ſi conuenerit quod cõcordet cum alijs teſtibus, vt in Spec. de teſt. §. iam de interrogatorijs, per totum.

Tertio ſi poſsibile fuiſſet rem aliter ſe habuiſſe quod ipſe teſtis ignoraſſet, nam ſi reſpondeat ꝙ ſic, non probat, vt in c. præſentia. de teſt.

Quarto interrogatur circa quatuor generalia de loco, tempore, perſonis & de cauſa ſcientiæ, viſu vel auditu, vt in c. cum cauſam. de teſt.

Quinto an ſint nobiles, plebei, pauperes, diuites, vel deponant lucri cauſa, an ſint amici, propinqui, familiares, domeſtici, vt d. cap. cum cauſam. & per Spec. vbi ſupra.

Sexto, quia iudex poterit teſtes interrogare licet per partes non fuerit petitum, & vltra interrogatoria etiam, quia informatio & inquiſitio veritatis cõmittitur conſcientiæ ſuæ. l. 3. ff. de teſt. & ita Alb. in 4. part. ſui tract. in 1. col.

Septimo, quia poteſt interrogari teſtis de aliquo delicto ſi illud cõmiſit, quando de illo eſſet infamatus, de quo vide in alphabeto Bal. in 5. col. in dictione teſt. vel eſſet particeps criminis, vt no. Io. And. & Hoſt. in c. cũ cauſam. de teſt. Vinc. in c. teſtimoniũ. eod.

eod.tit.idem ſi tale crimen non detegeret turpitudinem ſuam, vt in Spec. de teſt. §. iam de interrogatorijs. ver. porro.

Octauò teſtis poteſt interrogari de ſtatu ſuæ perſonæ an ſit liber an ſeruus, & an inimicus vel coniunctus & quo gradu, & hoc ſeruat communis practica, vt not. Salic. in auth. ſi dicatur. in fi. C. de teſt.

Nonò poſſuot teſti ſuſpecto fieri interrogationes captioſæ. ita not. Salic. in l. fin. in 2. col. C. de teſt. allegat Azo. in ſumma. & glo. in l. teſtium. C. de teſt.

Decimò, quia teſtis nedum de tempore in genere, ſed etiam de menſe in ſpecie eſt interrogandus, vt per glo. & Bal. in l. patruis. ff. ad Syllania. & poteſt interrogari de paupertate ſua, quia per hoc non dicitur detegere turpitudinem ſuam, vt l. 3. de teſt. & not. Io. And. in addit. Specu. in tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. ad fi. ver. porro.

Vndecimò valet interrogatio ſi iudex in genere interroget an poſsit eſſe teſtis, vt not. 2. q. 7. quærendum.

Duodecimò quãdo teſtis loquitur per verba iuris poteſt interrogari de diffinitione, vt per Bald. in addit. Spec. in tit. de teſt.

Decimotertiò iudex debet facere interrogatoria ſuper ſubſtantialibus cauſæ ſi habuerit capitula ſuper hoc, vel interrogatoria, ſiue non habuerit, vt in præſcriptione debet de titulo, continua poſſeſsione & bona fide interrogare, aliàs probatio oon valet. hæc Bal. in c. per tuas. in 2. col. de teſt.

Decimoquartò teſtes debent interrogari de cauſis cauſæ, quãdo contractus habet genus & differentias, vt ſtipulatio, nam ſtipulatio habet ſub ſe multas differentias & ſpecies. Si autem contractus non habet ſpecies vel differentias vt contractus emptionis & ſimiles, tunc nõ debent interrogari de cauſis cauſæ, ſed ſolum de forma contractus, niſi in contractibus innominatis, in quibus quærendũ eſt de impletione, quia ſubſtãtialis eſt interrogatio. C. de rerum permut. l. ex placito. in maleficijs autem non interrogatur teſtis cur fur fecerit ſurtum, vel homicida homicidium, ſed bene interrogatur qualiter, ſcilicet an dolo vel culpa, ſi iudici videtur. extrauagantes autem interrogationes vel de moribus ſuis non debent fieri ipſi teſti, & quæ nõ contingant cauſam, nec criminoſæ poſitioni tenetur reſpondere. de quibus omnibus videas plenè per Bal. in c. 2. in fi. col. de confeſſ. Quæ autem interrogatoria, non ſunt per iudicem facienda, vide quod not. Inno. de re reproba. teſt. col. 13. in princ. vide pleniſsimè per Abb. Sic. in c. cnm cauſam. in 6. col. de teſt. vbi ponit ſex opiniones.

Et tu dic, & primò, ꝙ iudex non debet interrogare an teſtis ſit criminoſus vel infamis, vel hæreticus, vel in aliquo peccato mortali, vel talis qui non poſsit teſtificari, vt per Spec. in tit. de teſte. §. iam de interrogatorijs. licet ibi Io. And. dicat ꝙ ſunt ioterrogandi de conſerentibus ad probationem, non de aggrauantibus teſtium famam.

Secundò non deberet interrogare an teſtis credat omnia quæ ſupraſcripta ſunt, quia ſi reſpondeat quod ſic, non valet dictum teſtis, propter quod iſta reputatur calumnioſa interrogatio, de quo per Alber. Mal. in ſuo tracta. de teſt. in 4. par. col. 4. idem not. Abb. Sic. in c. poteſt. in 4. col. de teſt. quod tamen limita vt per Abb. ſecundum dictum Anto. de But. ibidem.

Tertiò non eſt neceſſe interrogare ſi aliqui ſint debitores pẽſionarij & affictuales, licet aliter vtatur in Lombardia. de quo per Alber. in 4. par. in 2. col.

Quartò teſtes non ſunt interrogandi ſuper his quæ cootineãt nouum capitulum, vt ſi quis producit teſtes ad probandum de mutuo, non debet interrogari de ſolutione, ſed debet permitti vt aduerſarius ſuper hoc capitulet, vt per eundem Alb. ibid. colum. 15.

Quintò iudex debet repellere & reijcere omnia interrogatoria ſuperflua & calumnioſa, vt per eundem Alb. in 4. parte in 1. col. & not. Abb. Sic. in cap. per tuas. el. 2. extra de teſt. in 3. colum.

Sextò iudex non debet interrogare teſtem, ſi tempus erat nebuloſum vel clarum, quando eſt antiquũ vel implicitum, ita quod non eſt veriſimile quod teſtis recordetur, ſecus ſi eſſet factum recenſ. ita not. Inno. de reprobat. teſt. in 10. colum. in ver. reprobantur ratione temporis.

Septimò iudex non debet interrogare teſtes de circunſtantijs loci vel perſonæ, de qua depoount, nec de qualitate temporis, niſi ſint ſuſpecti, vt no. glo. in c. cauſam. de teſt. & ibi per Doct. de quo per Bal. in repertorio in dict. teſtis. in 7. col.

Octauò adde quod nõ eſt tutum examinare teſtem cum interrogatorijs, quia per hoc inſtruitur teſtis ad clarius & diffuſius teſtificandum, vt not. Anto. de But. in ſuo repertorio in dictione teſtis. in 15. & 16. col. & not. Iacob. Butr. in l. vbicunque. ff. de inter. act.

Nonò quia ſi teſtis interrogatur de aliqua diffinitione non tenetur reſpondere per verba iuris, ſed ſufficiet quod reſpondeat per verba facti, quæ declarant ipſam diffinitionem, vt not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 16. colum. allegat Spec. in tit. de not. crimi.

Decimò dic, quod ſi pars in interrogatorijs dicat ꝙ teſtes interrogentur ſi quod depoſuerint, credunt ita eſſe, quòd iudex non debet hoc admittere, nec teſtes interrogare, & ita not. Salic. in l. teſtium. in 6. col. C. de teſt.

Vndecimò dic, quod ſi teſtis ſit iuratus ſuper dilatoria, non poteſt ſuper peremptoria aut ſuper negotio principali interrogari, tum quia dilatoria habet contrarium effectum peremptoriæ, quia iudicat non procedendum, ſecus in peremptoria, tum quia deponeret non iuratus. de quo per Abb. Sicul. in cap. de teſtib. in 1. col. vbi idem dicit ſeruandum quando peremptoria exceptio vel litis finitæ proponeretur in vim dilatoriæ, vel vt non procedatur, quia ſuper principali negotio teſtis non poterit interrogari. de quo per Abb. vbi ſuprà.

Duodecimò quod teſti non poſſunt fieri aliquæ interrogationes niſi fierent de conſuetudine vel de iure ſcripto. ita Bal. ſecundum Bernar. in cap. cum cauſam. in 14. col. io fi. de teſt.

REGVLA CCLXXV.

IVdex nõ debet dare copiam interrogatiooum illi contra quem producuntur propter periculum ſubornationis, vt not. Innoc. in c. per tuas. de teſt. & Spec. in titul. de teſt. §. iam de interrogatorijs. idem

Abb.

Abb. Sic.in c. per tuas. el 2. extra de teſt.in 4.col. quod fallit tamen.

Primò quando aduerſa pars eſſet contenta, quia poteſt ſibi in hoc præiudicare ſicut poſſet in tota cauſa, vt not. Abb. Sicu. ſecundum Innoc.in d.cap. per tuas.el 2.in 4 colum.

Secundò fallit, quando iudex ſuper hoc pronunciaſſet, & pars aduerſa non appellaſſet, debet tamen iudex præcauere ne hoc faciat, quia teſtes ſubornari poſſent & inſtrui ad dicendam falſitatem: & ita not. Abb. in d. c. per tuas, el 2.in 4 col.

Tertiò fallit, quia capitulorum copia bene eſt edenda, vt aliàs dixi ſuprà. not. quod datur dilatio parti ad producendum interrogatoria poſtquam capitula ſunt producta, vt per Spec. vbi ſupra.

REGVLA CCLXXVI.

SI teſtis primò depoſuit extra iudicium, poſteà contrarium deponat in iudicio cum iuramento, ſtatur ſecundo dicto, vt not. in c. cum cauſam. de teſt. & Bal. in l. nullus. C. de teſtib. & in cap. 1. §. 1. quid ſit inueſt. & in conſi. incipiente licet conſortes. & Ludo. in l. 2. §. creditor ff. ſi cer. pet. idem Abb. Sic. in c. per tuas. in fin. de proba. ei tamen minor fides adhibebitur, vt per eum ibi, qui alleg. Bal. in conſi. incipien. licet aſſeſſores. & Ang qui hoc etiam tenuit.

Sed fallit primò quando dictum primũ teſtis extra iudicium tranſiuit in contractum, quia tunc non ſtatur ſecundo dicto, vt not. Anto. de But. in d. c. cum cauſam. de teſt.

Secundò fallit, quando cum primo dicto extra iudicium concurrerent coniecturæ vel veriſimilia, nam non ſtaretur ſecundo dicto, cum teſtis neceſſariò conuincatur de periurio, & ita not. Ioan. de Imo. in c. cum cauſam. de teſt. & his duobus modis verificatur opinio Bart. in l. eos. ff. de falſis. idem not. Abb. Sic. in c. literas. in 1. col. de præſump. per illum tex.

Tertiò fallit, quia licet ſtetur ſecũdo dicto, vt ſupra, nihilominus ſecundo dicto aliqualiter detrahitur per primum, & ita not. Ioan. de Imo. in d. c. cum cauſam, de teſt. hæc omnia ponit Tynd. in ſuo tract. de teſt. in 39. & 40. col. ac etiam 84.

Quartò fallit, vt in caſu cap. literas, de præſumpt. de quo latè vide per Tyndarum ibi in 59. & 60. colum. vbi ponit quod pro primo dicto veriſimilia & coniecturæ concurrebant.

Quintò fallit, quia licet non ſtetur primo dicto quò ad præiudicium partium nihilominus ſtabitur quò ad præiudicium ipſius teſtis vt puniatur de falſo, & poſsit poni ad torturam, vt not. latè Tyndarus vbi ſupra. in 57. 58. 59 & 60. colum.

Sextò fallit, quando extra iudicium depoſuiſſet cum iuramento, poſtea in iudicio deponat cum iuramento, nam nõ ſtatur ſecundo dicto, quia teſtis neceſſariò conuincitur de periurio, & ideo tanquam periuro non adhibetur fides, cum etiam à teſtimonio poſsit repelli, & ita not. Abb. Sic. in d. c. per tuas. in fin. & ſic intelligitur. Bart. in l. eos. de falſis.

REGVLA CCLXXVII.

VNus teſtis facit indicium ad torturam, vt eſt gl. in l. ſi quis alicui. C. ad l. Iul. maieſt. & in l. fi. per Bart. ff. de quæſtionibus. & not. in l. capite quinto. ff. de adult.

Sed fallit primò, quando teſtis non eſſet integer ſeu omni exceptione maior, vt eſt caſus in l. maritus. ff. de quæſtionibus. & not. Bart. in l. 1. §. idem Cornelio. eod. tit. hæc Tyndarus in 57. col. vbi ſuprà.

Secundò fallit in teſte, qui eſt prohibitus interrogari, quia fuerit compulſus ad reſpondendum & reſpondet, non facit indicium. vt l. libertorum. C. de teſt. & d. l. maritus. ff. de quæſtionibus.

Tertiò fallit in teſtibus qui volentes poſſunt reſpondere, ſed prohibentur interrogari, quia ſi fuerint compulſi ad reſpondendum non faciunt indicium. vt l. lege Iulian. ff. de teſtib. & ad prædicta Salicet. in l. ſeruos. C. de teſtib.

REGVLA CCLXXVIII.

TEſtis productus & examinatus pro aliquo nõ poteſt poſteà ab eodem reprobari, vt not. & probatur in l. generaliter. §. fin. C. de reb. cred. & not. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.

Fallit primò ſi vellet reprobare circa dictum ipſius, quia poſſet, ſecus quò ad perſonam, vt nota per Tynda. in dict. ſuo tractat. in 90. colum. allegat. not. in dict. l. ſi quis teſtibus.

Secundò fallit, quando idem teſtis produceretur per alium in alia cauſa, quia licèt ipſum per prius produxerim, potero ipſum improbare, quia res inter alios acta &c. Ita not. Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 30. colum. allegat. l. ſi quis. C. de teſtib.

Tertiò fallit in teſte repetito per aduerſarium, qui vult quòd iterum examinetur, quia poteſt opponere contra perſonam ipſius & proteſtari, vt not. Salic. in l. 2. & fi. in 2. colum. C. de teſtib.

REGVLA CCLXXIX.

SI teſtis repetatur vt iterum examinetur, quid debeat facere ne incurrat periurium vel falſum, quia non recordatur forſitan de primo dicto?

Dic quòd primò debet ſibi facere legi dictum ſuum, ad quod iudex tenetur, vt not. Azo in ſumma de teſt. & Bald. in l. fin. C. eod. titu.

Secundò teſtis debet vti tali proteſtatione, quòd teſtificatur prout ſibi modo videtur, & ſi apparuerit aliter dixiſſe in alia cauſa, ex nunc corrigit dictum ſuum, & ſe refert ad primum, quo tempore melius recordabatur. ita dicit Bal. in l. eos. in fi. C. de teſt. & Salic. in l. ſi quis decurio. in fi. C. de falſ. de quo etiam vide plenè per Tynd. in d. ſuo tract. in 102. & 103. col. idem not. Salice. in l. iuriſiurandi. in 3. col. C. de teſt.

Tertiò poteſt petere dilationẽ ad rememorandum, ſi non ſit ſuſpectus, aliàs ſecus. ita not. Salic. in d. l. fin. in 2. col. in princ. C. de teſt.

Fallit in 2. ſecundum Felin. in d. c. cùm in tua. numer. 2. Fallit in 2. caſibus, vt per Dec. in regu. 749.

REGVLA CCLXXX.

TEſtis aſſerens meram negatiuam, vt quia dicit Titium non poſsidere, eſt ſuſpectus de falſo, & ideo ei fides non datur, vt not. per gloſſ. & Innoc. in c. licèt cauſam, de probat. & vide per eundem de reprob. teſt. in 3. colum.

REGVLA CCLXXXI.

QVibus caſibus nõ currat terminus alicui ad probandum? Dic primò quod non currit probare volenti, quando teſtes ſunt contumaces, & vocati, & nolunt teſtificari, cùm non ſtet per producentem. argu. l. ſed ſi per prætorem. §. ait prætor. ff ex quib. ca. maior. & ita not. Iaco. de Amelia in ſuo tracta. de teſtib. in 66. cap.

REGVLA CCLXXXII.

TEſtis non poteſt examinari ſine dilatione vel termino, aliàs non valet dictum ipſius, vt not. in l. 2. de aboli t. per Bald. in l. fin. C. qui admit. ad bono. poſſ. & Barto. in l. in crimine, de adult. & in l. Arethuſa. ff. de ſtatu homi. ſed teneas quòd valet dictum eorum licèt ſine dilatione, vt not. Bar. in d. l. in crimine. & Abb. Sic. & Ant. de But. in c. licèt. in 5. col. de probat. & Bart. in l. fin. ff. de ferijs.

REGVLA CCLXXXIII.

TEſtis examinatus poſt terminum probatorium non valet nec probat. de quo per Bart. in l. damni infecti. §. Sabinus. ff. de dam. infect. Arch. in cap. pia. de except. in 6. Specu. tit. de teſtib. §. qualiter. verſ. is quoque.

Sed fallit, quia ſi teſtis producitur & examinatur poſt terminum parte non contradicente, facit fidem, vt in repertorio Bal. in 8. col. in prin. in dict. teſt.

REGVLA CCLXXXIIII.

PEr pactum ſeu conuentionem partium non poteſt dictum teſtis nullum conualidari ſeu reintegrari. ita not. Bald. in ſuo repert. in dict. teſt. in 8. col. vide tamen Bar. in l. 1. ff. de ferijs. contrarium not. Sali. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib. in 1. col. allegat Innoc. in cap. cùm cauſam. extra de teſt. vide Abb. Sicu. in d. c. cùm cauſam. in 10. col.

Fallit tamen hoc primò, quia iuramentum teſtis poteſt per partes remitti, vt in c. per tuas. de teſtib. & vide quia dixi ſuprà. & not. Inno. de reprobat. in 4. col.

Secundo fallit, quia ſemiplena probatio habetur pro plena, quando teſtator voluit, vt not. Bar. & Docto. in l. Theopompus. ff. de dot. præleg.

Tertiò fallit, quia valet conuentio partium vt credatur iuramento de damno dato, vt not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 17. col. allegat Iaco. But. in l. iuſiurandum quod ex conuentione. ff. de iureiur. vbi dicit, quòd non valet pactum vt credatur dicto tertij ſine iuramento, quia induceretur ad delinquendũ. idem videtur notare Anto. de Butr. in 32. col. in ſuo repertorio in dict. teſtib.

Quartò fallit, quia inhabiles admittuntur ad teſtificandum ex conſenſu partium, etiam ſi ſit ſeruus, & atteſtationes inualidæ poſſunt ratificari de conſenſu partium, vt per Inno. in c. cùm cauſam. extra de teſt. de quo vide per Sali. in l. ſi quis teſtibus, in 1. col. C. de teſt.

Quintò fallit, quia poteſt per partes cõueniri vt ſtetur dictis teſtium coram arbitris receptorũ, & hoc caſu facerent fidem etiam coram alijs iudicibus. ita not. Sali. in l. fi. in 1. col. C. de teſt.

Sextò fallit, quia poſſunt partes agere vt teſtes recepti & examinati minus ſolenniter coram iudice delegato faciant fidẽ. Ita not. Sali. in d. l. fin. in 1. col. C. de teſt. allegat not. in c. cùm cauſam. extra de teſt.

Septimò fallit, quia poteſt per partes conueniri, vt teſtes recepti coram arbitratore faciant fidem coram quocunque alio iudice, nam tunc videntur in vim pacti valere, vt not. Sali. in d. l. fi. in vlt. col. C. de teſt.

Octauò fallit, quando in compromiſſo eſſet ſcriptũ, ſi tibi fuerit tale quid probatum, vel ſi tibi tale quid conſtituerit etc. quia tunc videtur actum vt probationibus debeat ſtari in quocunque iudicio. ita not. Sali. in d. l. fi. in penult. quæſt. C. de teſt.

Nonò fallit, quia partes conuenire poſſunt & conſentire vt dicta teſtium inter alios receptorum valeant & plenam faciant fidem. ita Bald. ſuper Innoc. in c. veniens. extra de teſtib.

Fallit in 2. caſibus, vt per Felin in c. cauſam. nume. 50. de teſtibus. Legitimè examinatorum atteſtationes poſſunt communi conſenſu partium comprobari. Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 3. per Iaſo. in l. 1. de ferijs. Fallit in 3. caſibus, vt per Pet. Duen. reg. 23.

REGVLA CCLXXXV.

REprobatur dictum teſtis ſi à iudice non recipitur & examinatur. argumen. l. quinquaginta. de probationibus.

Fallit primò, quando delegat examinationem teſtis alicui quo caſu poterit per alium examinari & valebit examinatio, vt not. Inno. de reprobat. teſt. in 13. col. de quo vide per Bar. & ibi apoſtillam in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtib. & maximè vbi perſona examinanda eſt talis, quam non decet venire ad iudicium. ita not. Anton. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 23. col. allegat authen. ſed iudex. C. de ſacroſan. eccleſ. & quotidie obſeruatur quod Iudex cõmittit examinationem notario, quod valet propter communem ſtylum. vt not. Pau. de Caſt. in l. 1. C. de teſt. allegat glo. in l. hac conſultiſſima. C. de teſt. & in l. iubemus. C. de libe. cauſa. & authen. apud eloquentiſſ. de fid. inſtrum. & not. in clem. de offic. deleg. per Bar. in l. inſtar. C. de iure fiſc. & in l. cùm ſcimus. de agri. & cenſi. lib. 10.

Secundò fallit, quia ſi teſtes non examinantur per omnes iudices delegatos ad hoc, ſed per aliquos, nihilominus probant & valent dicta eorum, ſi partes conſentiant quod valeant. & idẽ ſi minus ſolenniter ſint examinati, quia poſſunt reconualeſcere de partium voluntate. & ita not. Bal. in c. cùm cauſam. in vlt. col. de teſt.

REGVLA CCLXXXVI.

QVando Iudex committit ſeu delegat examinationem teſtium alicui, valet talis delegatio. & examinatio, vt not. in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtib.

Fallit primò, quando talis delegatus allegaretur ſuſpectus, de quo p Ant. de But. in ſuo repertorio in 4. col. allegat glo. in auth. de trient. & ſemiſſ. §. & quod ſæpe.

Secundò fallit, quia in cauſa criminali quis non poteſt fieri delegatio teſtium, vt examinentur. vt no. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 19. col. allegat text. in l. 3. §. debet. ff. de teſt. & glo. in c. ſi clericus. de iud. & in clem. 1. de off. delega. idem Bal. in l. ſcire oportet. §. oportet. de excuſat. tute. ſed hoc fallit quando eſſet dedecus iudici ire domum teſtium, qui non poſſunt propter aliquam iuſtam cauſam venire, quia tunc poteſt delegare, vt no. Abb. in c. ſi quis teſtium. in 1. colum. de teſtib.

Tertiò fallit, quia iudex non poteſt delegare talem examinationẽ niſi fuerit impeditus iuſto impedimento. quod tamen hodie in ciuilibus de conſuetudine non ſeruatur. & ita not. Sali. in l. ſolam. C. de teſt.

Quarto fallit, ſi notarius ſcribat ſe examinaſſe teſtes de commiſſione iudicis ſibi facta, nam ei non creditur, quia commiſſio debet ſcribi per alium notariũ. ita not. Hoſti. & Io. Andr. in c. quoniam contra. & ibi per Abb. Sicu. in 12. col. de proba. & Sali. in l. iuriſiurandi. C. de teſt. in 2. col. & ideo non valeret dictum teſtis.

Quintò fallit, quando eſſet ſibi & alijs delegata examinatio, nam ſi alius ſe non ſubſcribat dictæ examinationi non valebit dictũ teſtis, ſecus ſi ſolus eſſet aſſumptus ad hoc. Ita not. Sali. in d. l. iuriſiurandi. in 2. col.

Sextò fallit, quia ſi iudex committit examinationem teſtis notario, & teſtis accuſetur de falſo, qui reſpondeat & dicat ſe non dixiſſe, prout ſcripſit notarius, certè ſcripturæ notarij non daretur fides vt poſsit condemnari in cauſa criminali, cùm probationes debeant eſſe luce meridiana clariores, ſecus eſſet in cauſa ciuili. ita not. Abb. Sicu. in c. cùm cauſam. in vlt. col. in fin. de teſtib. §. 1. verſ. ſed pone. vide omnino quod not. Bal. in addi. Specu. in tit. de teſt. in 1. col.

Septimò fallit, quia ſi Papa committit examinationem teſtium alicui, ſuper moribus & vita & miraculis alicuius canonizandi, tunc propter magnitudinem negotij non poterit ille alteri delegare examinationem, quia videtur electa induſtria perſonæ. de quo vide per Abb. Sicu. in c. vt venerabili. de teſt. qui allegat ibi Ioan. Andr. diſtinguentem ſecundum Gio. in clem. 1. de offic. delega.

Octauò fallit, quando iudex committeret examinationem teſtium notario, & ipſum faceret iudicem in illa cauſa, quia non valeret talis delegatio, vt ſit & notarius & iudex, ſecus ſi dictus notarius deputetur nudus miniſter ad receptionem teſtium, ita vt non efficiatur iudex, quo caſu valeret dicta commiſsio & delegatio: & ita not. Abb. Sic. in c. quoniam contra falſam. in 21. colum. de probat.

Nonò fallit, quando notarius vellet cõmittere examinationem teſtium alteri, quæ per prius erat ſibi delegata, quia non poteſt, cùm ſit electa eius induſtria. & ita videtur tenere Abb. Sicu. in c. quoniam frequenter. in 22. col. de probat. & ibi per Innoc.

Decimò fallit, quia iudex non debet delegare examinationem teſtium in grauibus caſibus, vt per Bal. in c. 1. ſi de inueſt. feudi fue. contro. allegat glo. in c. à nobis, qui mat. accuſ. poſſ. & not. Gentil. in d. teſt. in 13. col.

Vndecimò fallit, quia ſi teſtes poſſunt examinari in loco iudicij, nõ debet committi vt alibi examinentur, vt per Ange. in l. de die. §. iubere. ff. qui ſatiſd. cog.

Duodecimò fallit, ſi ille qui potuit producere teſtes in loco iudicij, & neglexit ſi receſſerunt, non poterunt mitti ad locum vbi ſunt, vt ibi examinentur. argu. l. de die. §. tutor. ff. qui ſatiſd. cog. & dicit ibi Pau. de Caſt. per illum textum. & ibidem Ange. & D. Ioan. Bapt. Pet. ſequuntur eum.

Regulariter tamen non poteſt in criminalibus examinationem alteri committere. Bald. Ang. & Sali. in Auth. apud eloquentiſsimũ, de fide inſtrum. Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 5. à Felin. in c. cùm cauſam, de teſtibus. Fallit in 2. caſibus, vt per Alex. in l. ſi quis autem. C. de teſtib. nume. 12. fallit in 4. caſibus, vt per Viuium in ſuis concluſio. in ver. teſtium examinationẽ in cauſa criminali. fallit in 5. caſibus, ſecundum Felin. in c. cauſam, nume. 52. de teſtib. & in quibus caſibus poſsit fieri talis delegatio examinationis teſtium, declaratur infrà, reg. 288.

REGVLA CCLXXXVII.

TEſtis debet loqui ſecundum idioma inter quos teſtificatur. vnde Anglicus teſtificans inter Latinos debet loqui voce latina, vt in authen. de non alien. §. non agitur. & de defenſor. ciuitat. §. 1. & l. certa. ff. de re. iud. & not. Ant. de Butr. in ſuo repertorio in 4. col. in dict. teſt. vide eundem ibid. in 35. col.

REGVLA CCLXXXVIII.

QVibus caſibus poſsit fieri delegatio examinationis teſtium alicui.

Dic primò quòd poteſt iudex delegare examinationem alicui, vt vadat ad examinandum teſtem, quando commodè venire non poteſt, vt ſunt infirmi, ſenes, debiles, & pauperes. text. eſt in c. ſi qui teſtium, & ibi per Abba. extra de teſtib.

Secundò, quia poteſt fieri delegatio talis examinationis teſtium etiam in cauſa criminali, quando non deceret iudicem accedere ad domũ teſtis. ita not. Abb. Sic. in d. c. ſi qui teſtium, in 1. col. extra de teſt.

Tertio fit delegatio quando perſonæ egregiæ ſunt examinandæ, quia iudex mittit aliquem vt eas examinet, licèt ſi velit, poſsit cogere ipſas vt veniant ad deponendum coram ſe, & maximè in cauſa criminali vel cauſa ciuili ardua, vt not. Abb. Sic. in d. c. ſi qui teſtium. in 1. & 2. col. de teſt.

Quartò iudex delegat examinationem teſtis in cauſa ciuili, quando habitat in alia prouincia, vel in alia ciuitate, quæ hodie habetur loco prouinciæ, glo. fin. C. de præſcrip. long. temp. ſecus in cauſa criminali, quia videtur quòd non poſsit delegare talem examinationem, etiam ſi habitet extra prouinciam teſtis. ita not. Abb. Sicu. in c. cùm cauſam. in pen. & vlt. colum. de teſt. vbi latè diſputat.

Quintò, valet examinatio quando iudex committit examinationem teſtium notario. & tunc ſi prius ipſe iudex examinat capitula & interrogatoria, & poſtmodum mittit notarium vel alium ad examinandum teſtes, iſte ſic miſſus poteſt dici nuncius, & ſic appellatur, & tunc habet nudum miniſterium. ſed aliquando committit iudex ſimpliciter examinationem teſtium, & tunc ille non appellatur propriè nuncius, ſed iudex ſeu cognitor. Ita concludit Abb. in c. 1. in 1. col. de reſt. cog. allegat clem. 1. de of. deleg. & no. in c. 2. de iudi. in ſexto.

Sextò iudex poteſt delegare duobus notarijs vt vnus examinet teſtes, alius verò ſcribat. & ita not. Abb. Sic. in c. quoniam contra falſam. in 21. col. de proba.

Septimò in criminali poteſt fieri commiſsio per viá delegationis iuriſdictionis, vt per Bal. in l. ſcire. §. oportet. de excuſ. tut. quem videas.

Octauò iudex cui committitur examinatio teſtium poteſt recipere proteſtationes quæ fiunt in cedulis de opponendo contra perſonas eorum, non tamen poſſunt ſuper illis examinare teſtes ſine noua conceſsione. Ita not. Pau. de Caſtr. in l. iuriſdictio. de iuriſd. omn. iudi. allegat Innocen. in c. cùm ſuper, de confeſſ. & in c. inquiſitionis, de accuſat.

Nonò, licèt ſit electa induſtria perſonæ ad examinandos teſtes, nihilominus poterit committere vices ſuas alteri de partium voluntate, cùm atteſtationes etiam inualidæ poſsint ratificari & reconualidari ex conſenſu partium. & ita Bald. ſecundum Innocen. in cap. cùm cauſam, in vlt. col. de teſt.

Decimò, ſi iudex cui commiſſa eſt examinatio teſtium remittat atteſtationes non clauſas, non propterea vitiantur dicta teſtium. ita Guiliel. Cyno. & Franc. Albergo. & D. Ioan. Bapt. in l. omnem. ff. de offi. aſſeſſ. & idem ibi per Lud. Rom. idem dicendum ſi pars aperuit teſtes ſine iudice, vt valeant dicta, licèt puniatur in hoc quòd non poterit contra teſtes opponere de inhabilitate vel falſitate, vt in c. cùm olim. de officio delega. & punitur pœna falſi, vt no. idem Io. Bapt. in d. l. omnem. & in l. 2. C. de edendo.

REGVLA CCLXXXIX.

REprobantur teſtes quando ſunt recepti & examinati ſuper articulis impertinentibus, & non

facientibus ad cauſam, vt not. Inno. de reprobat. teſt. in 4. col. allegat l. ad probationem. C. de probat.

REprobantur teſtes qoando dicta eorum non ſunt redacta in actis vel ſcripturis, vt per Inno. de reprobat. teſt. in 15. col. allegat c. licet de teſt. & not. in l. iudices. & in auth. ibi poſita. C. de fide inſtrumentorum. & habet locum primò quando teſtis dictum recipitur à tabellione ſioe mandato iudicis, vt not. in l. hac conſultiſsima. in fin. C. de teſt. & Salic. in l. hac conſultiſsima. in fin. C. de teſtib. & Salice. in l. inſtrumenta. in fin. C. de probationib.

Secundò habet locum, quando aliqui per ſuas proprias ſcripturas reddunt à ſe ipſis ſua teſtimonia ſuper aliquo negocio ad ſolius partis inſtantiam, quia tales nihil probant, vt per Sali. in d. l. inſtrumenta. in fin.

Tertiò habet locũ quando ꝑdicta ſcribuntur ab aliquo alio priuato, vt per Sali. in d. l. inſtrumenta. in fi.

REprobantur teſtes quando ꝓceſſus reperitur nullus, quia nec eorum dicta valent, vt not. per Inno. de reprobat. teſt. in 18. col. pro quo vide quod not. Bart. in l. 3. ff. iud. ſolui.

REprobatur dictum teſtis ſi dicat maleficium fuiſſe factum in ſui præſentia, tamen non vidiſſe, vt notat Innoc. de reprobat. teſt. in 21. colum. allegat l. teſtium. C. de teſtib.

REGVLA CCXC.

QVis non compellitur producere contra ſe teſtes nec inſtrumenta, vt l. vnus. C. de teſt. & l. 1. & l. qui accuſare. C. de eden.

Quod fallit in officiali finito officio, quia compellitur exhibere quos habuit in officio ad teſtificandum, vt in text. in l. penult. C. de aſſeſſoribus. & not Inno. de reprobat. teſtis. in 15. col.

REGVLA CCXCI.

TEſtis deponere debet dictum ſuum pro vtraque parte, alias non valet, vt 14. q. 1. non ſanè. not. Innoc. de reprobat. teſt. in 3. col. & Anto. de But. in ſuo repertorio. in 2. col. allegat Cyn. in auth. ſed iudex. C. de ſacroſan. eccl.

Fallit primò, vt per Iac. de Amelia. ſuo tract. de teſt. in 62. col. vbi vide.

Secundò fallit, quando pars fuiſſet proteſtata ſe velle proponere contra perſonam teſtium, tunc ſi teſtes pro eo aliquid deponant, non creditur, vt not. Io. And. in ſuo tractat. de teſt. in 6. col. allegat c. in præſentia. de teſt. & vide quæ dicam infrà.

Tertiò fallit, quia teſtes producti ſuper vno articulo non debent cogi deponere ſuper alio, & maximè quando reſultaret aliqua contrarietas: vt ſi teſtes adducerentur ad probandam ſuper dilatoria, non debent cogi ad deponendum ſuper negotio principali, ſecus ſi inducerentur ad probandum ſuper peremptoria exceptione, quia poſſunt ſuper toto negocio deponere. ita not. Abb. Sicu. in c. de teſtib. in 1. col. de teſt. vbi idem dicit ſeruandum quando exceptio peremptoria putà litis finitæ proponeretur in vim dilatoriæ, vt non procedatur &c. de quo ibi per eum in 1. & 2. col.

REGVLA CCXCII.

TEſtem quem pro me produxi, non poſſum reprobatur, vt l. ſi quis teſtibus. C. de teſt.

Fallit primò, quia ſi ego produxi teſtem, tu ipſum repuliſti, nihilominus tam contra te quam contra aliũ ſi producatur contra me potero ipſum reprobare, & ita not. Sali. in d. l. ſi quis teſtib. in 2. col.

Secundò fallit, quia teſtem productum & examinatum in eadem cauſa poſſum reprobare quando allego cauſam vetuſtiorem, quæ mihi fuiſſet ignota, ſecus ſi eſſet cauſa noua, vel fuiſſet mihi nota cauſa antiqua, quia tunc non poſſem, vt not. Salic. in d. l. ſi quis teſtib. in 3. col. de teſtib.

Tertiò fallit per indirectum, quia licet credatur teſti contra me quem produxi, nihilominus ſi plures alij dicerent, illi plures derogarent dicto illius, vide in alphabeto meo in litera T. in not. 1 t4. vide glo. in l. iuriſioran. C. de teſtib.

Quartò fallit, quando qois vult reprobare ex cauſa præcedente & producere illos in alia cauſa, vt puta, induxi aliquem io teſtem in cauſa, quæ erat inter me & Sempronium, tu vis producere eum pro te, certè potero eum tanquam ſuſpectum repellere, vt not. Innoc. in c. venerabil. de excep. & ita not. Abb. Sicu. in c. præſentium. in 3. col. de teſt.

REGVLA CCXCIII.

TEſtem quem pro me produxi, nõ poſſum reprobare, vt l. ſi quis teſtib. C. de teſtib. qood habet locum primò quando producitur ab aduerſario etiam ſi eo vſus non ſim, vt per Bald. in l. 1. §. beſtias. ff. de poſtulandò. idem Salicet. in d. l. ſi quis teſtibus. in 2. col. C. de teſtib. in 24. idem Abb. Sic. in c. præſentium. in 3. col. de teſtib.

Secundò habet locum in teſte infame, quia infamia non poteſt ei opponi vel vilitas, vt per Bal. in c. in nomine Domini. in 1. col. de teſt. allegat glo. ſing. in auth. de teſt. §. & licet.

Tertiò habet locum etiam ſi alius prodoceret contra me teſtem & non is contra quem ego produxi, quia videor approbaſſe quo ad omnes, ita not. glo. & ibi Salic. in 2. col. in 1. q. in d. l. ſi quis teſtibus. C. de teſt. idem Abb. in d. c. præſeotium. in 3. col.

Quartò habet locum etiam in ſeruo in teſtem producto, quia ipſum nõ poſſum reprobare, ex quo ipſum produxi, vt not. glo. & Sal. in d. l. ſi qois teſt. in 8. q.

Quintò habet locum etiam in inſtrumento, quia nõ poſſum reprobare perſonam notarij poſtquam inſtrumentũ produxi, vel aliter approbaui. Cy. in d. l. ſi quis teſtib. vbi Bal. & vide ibi Sali. in 5. col. vbi latè.

Sextò habet locum quia approbando vnum ad certum officium, non poſſunt eum reprobare ad aliud officium vbi ſufficiet eadem idoneitas perſonarum. Ita not. Abb. Sicu. in c. præſentium. in 3. col. de teſt. allegat Inno. in c. venerabilis. de excep.

Fallit in 2. caſib. per Felin. in c. præſentium. nume. 7. de teſtibus.

REGVLA CCXCIIII.

IVdex ex officio ſuo poteſt opponere teſti infamiã, & eum repellere, vt per Bald. in l. quoties prohibet. ff. de poſtul. & in l. quæſitum. ff. de teſt. & quod not. Doct. in l. omne. ff. de offi. aſſeſſ.

REGVLA CCXCV.

TEſtis qui non plenè narrat factum non probat, vt per Bal. in l. Lucius. in 1. col. ff. de his qui not. infa. vide eundem in cap. 1. ſi de inueſt. inter dot. & vaſ. lis orig.

Fallit primò, quia ſufficit notarium deſcribere, talis teſtis per omnia teſtificatus eſt, vt dixit talis, ṽt notat Ant. de But. in ſuo repertorio in d. teſt. in 35. col. allegat l. 1. §. 1. ff. de lib. exhib. & idẽ Anto. in 34. col. allegat l. generaliter. §. ſi quis alienum. ff. de fideic. libert.

REGV-

REGVLA CCXCVI.

CLericus ſi vult teſtificari, debet petere licentiam à ſuo epiſcopo, adeò quòd ſi clericus Papienſis ferat teſtimonium coram extraneo epiſcopo ſine licentia proprij epiſcopi non valeret iuramentum, & per conſequens nec teſtimoniũ. Ita not. Bald. per illum text. in c. 1. in 2. col. de iurament. calum.

REGVLA CCXCVII.

CLericus debet petere licentiam à ſuo epiſcopo vt poſsit teſtificari, aliàs nõ poſſet iurare nec teſtificari, nec eius dictum valeret, vt not. Abb. in c. cum nuncius. in 2. col. de teſtib.

Fallit primò, quia teſtis clericus poteſt coram indice laico deponere, dummodò iurat in manibus alterius clerici de licentia ſui epiſcopi. ita not. Abb. Sicu. in d. c. cum nuncius. allegat c. 1. de iuram. calum.

Secundò fallit, quando clericus ſponte depoſuit dictum ſuum non coactus coram iudice ſeculari, nam licet hoc fecerit ſine conſenſu ſui epiſcopi, nihilominus eius dictum valebit, ita in effectu not. Abb. Sicu. in d. c. cum nunclus. in 2. col.

Tertiò fallit in quolibet alio religioſo, monacho, fratre minore & conuerſo, nam licet debeant accipere licentiam à ſuo prælato, vt teſtificentur, tamen ſi ea non habuerint, & teſtificati ſunt, dictum eorum valebit, vt not. Abb. Sic. in d. c. cum nuncius. in 3. col. de teſt.

Fallit item vt per Portium lib. 2. conclus. reg. 28.

REGVLA CCXCVIII.

CReditor poteſt eſſe teſtis in cauſa debitoris, & valebit eius dictum, vt not. Ang. in l. non ſolum. §. quæruntur. ff. de procur.

REGVLA CCXCIX.

QVando dictum teſtis eſt obſcurũ quomodo debeat interpretari.

Dic primò quòd verba ipſius intelligẽda ſunt ad intellectũ vulgi, vt per Bal. in l. 1. ad fi. ff. de rer. diuiſ.

Secundo interpretantur dicta teſtium. ſ. quod nulli, vel minus ſint captioſa, de teſt. c. cum tu.

Tertiò in dubio interpretatur contra producentẽ. c. in præſentia. de proba. & vide glo. in c. cum ad ſedem. de teſt. Specu & Anto. de But. in c. cum cauſam quæ, in vlt. col. extra de reſcrip.

Quartò, quia ſi teſtis aliqnid deponat, & dicat, dico vt ſupra, & ſupra diuerſa ſunt narrata, debet dictũ ſuum referri ad proxima, vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. ſcriptum eſt exemplar.

Quintò ſi deponit, dico vt ſupra dixi, non refertur ad proxima ſed ad remota proportionalia dicta. ff. de procurat. l. poſt litem. in fi. & ita not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 14. col. vide etiam ex quibus cauſis maio. l. 1. §. 1.

Sextò, nam licet verba notarij intelligantur in ſolenniori ſignificatu, non ſic verba teſtis, ſed in rudiori, vt not. glo. & Doct. in l. 1. C. de teſt. & not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſtis. in 3 a. col.

Septimò, quia dicta teſtium in odioſis ſemper ſunt interpretanda in meliorem partem. ita not. Spec. & ibi Bald. in tit. de diſpenſat.

Octauò, verba teſtis debent intelligi groſſo modo, licet de iure cõmuni diuerſimode interpretari poſsint, vt per Bart. in l. ſi quid earum. ff. de leg. 3.

Nonò, quia ſi teſtis dicat, vidi Titium continnò poſſidere verbum continnò, refertur ad verbum poſsidere, non ad verbum vidi. de quo infra dicam.

Decimò, ſi teſtis dicat, vidi Titiũ intrare palatium, vel extrahere bladum de territorio, non probat quod intrauerit palatium vel extraxerit bladum, vt not. Bar. in l. arboribus. in fi. ff. de vſufruc.

Vndecimò, ſi teſtis deponens ſuper articulis dixit ſe nihil ſcire exceptis paucis. deinde interrogatus ſuper articulo generaliter de fama, quæ ſolet apponi in fin. articulorum, reſpondit verum eſſe, quod eſt fama, an hæc reſponſio ſit referenda ad omnia, vel ad ea ſuper quibus dixit aliquid ſcire? vide Abb. in c. cum cauſam. in 2 col. de teſt. vbi finaliter concludit teſtẽ repetendũ, vt declaret dictum ſuum, & ita aliàs iudicatũ fuiſſe, vide quod not. Spec. in tit. de not. crimine. §. vt autem. in fi.

Duodecimò, quando iudex nõ vult repetere teſtem, vt dictum ſuum declaret, debet illud interpretari & intelligere ſecundum conſuetudinem intelligendi, ſi autem nõ apparet de intellectu certo, tunc accipiat quod benignius eſt, & ita not. Innoc. in c. cum clamor. de teſt. licèt ibi Abb. Sic. in vlt. col. in fin. dicat ſibi hoc non placere, ſed indiſtinctè faciendam eſſe interpretationem contra producentẽ: alleg. tex. in c. in præſentia de proba. & Bar. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi.

Decimotertiò, ſi teſtis venit ad interpretandum dictum ſuum declarando aliquod verbum obſcurũ, tunc non dicitur mutare nec variare in dicto ſuo, ſed ſi veniret ad perimendum iam dictum, tunc bene diceretur variare, vt per Bald. in l. qui falſa. ff. de teſt.

REGVLA CCC.

NOmina teſtium quibus quis intendit vti, non tenetur edere aduerſario, ne poſsit eos ſubornare. ita Bald. in l. non ex omnibus. in princip. ff. de arbit.

Fallit primò quando vteretur inſtrumento in quo ſunt deſcripti teſtes, nam tenetur nomina illorum edere, ex quo eo vtitur, & eſt pars eius inſtrumenti, vt eſt glo. & ibi Bart. in l. 1. §. editiones. ff. de edendo. in libello autem accuſatorio quis non tenetur inſerere teſtes, & per conſequens non edere, vt per Bal. in d. l. non omnibus. in fi. princ.

Secundò fallit, quando iudex formaret inquiſitionẽ contra aliquem, quia nedum illi ſunt edenda capitula, ſed etiam nomina teſtium, vt poſsit ſe defendere, vt eſt textus in c. qnaliter. §. debet. extra de accuſ. & hoc quando iudex facit ad inſtantiam partis, ſecus ſi ex officio ſuo, vt ibi not.

Tertiò fallit, quia ſaltem tenetur ea iudici edere, vt per Specu. tit. de teſtib. §. qualiter. ver. ſed hoc. & ibi per Ioan. And.

Quartò fallit, vbi non ſubeſſet timor ſubornationis, & ita videtur ſentire Bal. in l. fi. in 8. col. C. de eden.

Quintò fallit, quia quis tenetur facere copiam de nominibus teſtiũ aduerſario, quia omnia debent edi quibus quis vſurus eſt. hoc expreſsè determinat glo. in l. 1. §. editiones. ff. de edendo. quia aliter quis non poſſet obijcere in perſonas ipſorum. argu. l. ſi cum exhibuiſſent. ff. de public. nec obſtat l. cum ex omnibus. ff. de arbitr. quia ibi non erat vſurus. & circa hoc vide Specu. in tit. de teſt. §. qualiter. poſt princ.

REGVLA CCCI.

TEſtis in probanda ætate quomodo debeat reddere ſufficientem rationem dicti ſui.

Primò quod ſufficit, ſi dicat, ſcio talem eſſe tot annorum, quia recordor de eius natiuitate, vt per Bal. in l. 2. C. de temp. appel.

Secundò eſt ſufficiens cauſa, ſi dicat, ſcio quia ſum conſanguineus, ſecundum Bald. in l. ſolam. C. de teſtib. & not. Barto. in conſil. ſuo incip. in quæſtio. & eſt 45. in ordine.

REGVLA CCCII.

SOlet ſtari dictis peritorom in arte quando teſtificantur ſuper his de quibus habent peritiam, & hoc clarum.

Sed hoc fallit primò quando fuiſſet electi ſolum ab vna parte, alia ignorante vel inuita, vel ſine iudice, ſecus ſi fuiſſent electi de partium concordia, vel ipſis diſcordantibus ſuiſſent electi per iudicem, quia tunc valeret dictum eorom, vt per Ang. in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecum. nup. & not. in authen. de non alienan. §. quod autem. in 2. col. idem Abb. in c. propoſuiſti. in 4. col. de probat.

Secundò fallit, quia vbi ſunt plures medici in loco debent ſaltem duo adhiberi ad cognoſcendum an cicatrix ſit remanſura vel non, alias ſi non ſunt plures, poteſt vnus adhiberi & per iudicem eligi, & ſtatur dicto ipſius, vt per Barto. in conſtitutione fforum. facit text. in authent. de non alienan. §. quod autem. & not. in l. 1. §. 1. ff. de ventre inſpic. & per Specu. de probatio. §. fin. ver. hoc qnoque. & in Specu. de homicidio. §. 1. ver. ſed pone. quod not.

Tertiò fallit, quia ſi ſunt medici periti & imperiti innicem contrariantes ſtatur dicto peritiorum, & retractaretur ſententia lata propter dicta imperitorum, vt per Specu. in tit de probat. §. ſi verſi. hoc quoque. & in titu. de homicidio. §. 1. ver. ſed pone. & ibi per Ioan. And. in additio. pro quo faciunt not. in l. admonendi, de iureiur. ita not. prædicta Proſdoc. in c. propoſuiſti. de probat. circa hoc vide quod plenè not. Abb. Sicu. ibidem in 4 & 5. col.

Quartò fallit, quia prædicti periti debent ſaltem de credulitate iurare licet non de veritate, aliàs nnn ſtaretur dicto ipſorum, vt per Bart. in conſtit. ffor. Ita Proſdoc in c. 3. de prob. & Florian. in l. ſi irruptione. §. ad officium. in 1. col. ff. finium reg. de quo vide Io. And. in c. fraternitatis. de frig & malef. & Ang in l. iuriſiurandi. C. de teſt. & not. in l. 1. §. 1. ff de vent. inſpic. Idem Abb. Sic. in c. propoſuiſti. in 6 col. de probat.

Quintò fallit, quando iudex mittit medicũ aut agrimenſorem vel nntariũ vel ſimiles vt referant ſibi, nam debet hoc facere in præſentia partis contra quam mittitur, vt poſsit opponere contra perſonam electam ſi ſit ſibi ſuſpecta, & debet aſsignari ipſi hora & dies, in qua cum ſuis iuribus ſe præſentet ad agrum vel locum. argu. l. generaliter. §. poſt. C. de iureiur. & in relatione debet eſſe præſens. ita not. Flor. in l. ſi irruptione. §. ad oſficium. in 1. col. ff. finium regun. pro quo faciunt notata in l. ſi quando. C. de teſt. & quod not. Bar. in l. Theopompus. ff. de dot. præleg.

Sextò fallit, vbi cicatrix eſt notoria, quæ per aſpectũ dignoſci poteſt iudicio oculorum. quia non eſt opus quòd medici adhibeantur ad videndum illam, ex quo eſt notorium facti permanentis, & ideo tanquam impertinens probatio non eſt facienda arg. l. ad probationem. C. de proba. & ita videtur tenere Bald. in l. 1. in 1. col. C. vt quæ deſunt aduoc. part. iud. ſuppl. pro quo vide text. in l. quæritur. §. fi. ff. de ædil. edict.

Septimò fallit, quando eſſent adhibiti medici imperiti vt viderent ſi eſſet remanſura cicatrix, & ipſi indicauerunt quod nõ, & iudex ſuper hoc ferat ſententiam, ne dum poterit ab hac ſententia appellari, vt per Ang. in l. arbitro. in fin. ff. qui ſatiſd. cog. ſed etiam ipſe iudex poterit conueniri in ſyndicatu propter malam electionem imperitorum, vt eſt glo. in auth. de non alien. §. quia vero. facit l. quòd ſi nolit. §. ſi mancipiũ. ff. de ædil. edict. & ita not. Ang. in l. vtique. §. culpa. ff. de rei vend.

Octauò fallit, quia quando ſcholaris debet doctorari debent interuenire ſeptem Doctores, qui tanquam periti in illa ſcientia debent ipſum approbare, & ſi in collegio reperirentur paucinres, videtur quòd debeant alij vicini inueniri, qui dictum compleant numerum, tamen Doctores ſeu promotores præſentantes poſſunt computari in dicto numero vbi aliàs eſſet numerus inſufficiens, & non alij non reperirentur in dicto collegio, & prædicti poterunt dare vocem ſuam. & ita not. Abb. Sicu. plenè in c. propoſuiſti. in 3. col. de probat. allegat not. per Bar. in l. magiſtros. C. de profeſſo. & med. lib. 10. & Io. And. in c. 1. de celebr. miſſ. & Bart. in procæ. fforum. & vide no. in clem. 2. de magiſtra. in practica tamen ſeruatur vt præſentantes ſcholares non dent vocem, vt per Abb. vbi ſuprà.

Fallit in 3. caſib. vt per Soc. reg. 294. Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 5. per Franc. Hercul. in tracta. de negatius, num. 225. Fallit in 8. caſib. vt per Crotũ, in l. 1. §. eadem autem. num. 3. vbi Alciat. limitat, in 5. caſib. num. 50.

REGVLA CCCIII.

PLures probationes poſſunt coniungi vt probent, vt per Barto. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. 1. ff. de excuſ. tut. & in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæſtionibus. & Ant. de But. in c. cùm oporteat. de accuſat. quod habet locum primò quando eſſet adductus vnus teſtia qui ſemiplenè probaret, & probata eſſet confeſsio parte abſente, nam iſtæ ſemiplenæ probationes iunguntur vt ꝓbent, ita Bart. in d. l. admonendi. in vlt. charta. Ita Ant. de But. in c. fi. in 7. col. de iureiur.

Secundò habet locum quando eſſet deductus vnus teſtis & fama quæ probat ſemiplenè, quia coniunguntur, vt per Barto. in d. l. admonendi. in vlt. charta. quod habet locum in ciuilibus, vt not. Abb. Sic. in c. veniens ad nos. in 2. col. de teſt.

Tertiò habet locum in criminali etiam, vt coniungantur probationes vt probent, vt per Barto. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæſtionib. licèt Bald. ſentiat contrarium in auth. niſi rogati. C. de teſt.

Quartò habet locum, vt ſi volo probare quòd Titius fuit nepos Gaij ex filio ſuo Sempronio, & probo per duos teſtes quòd Titius fuit filius Sempronij, & per alios duos diuerſos quòd Sempronius fuit filius Gaij, erit legitimè probatum quòd Titius fuit nepos Gaij, & ita not. 35 q. 6. de parentela.

Quintò habet locum quando ſunt probationes eiuſdem generis, vt per Bald. in l. 2. de excu. tut. ſecus ſi diuerſi, quia non coniunguntur, vt probent, ſed contrarium communiter tenent Doct. vt not. Sali. in l. in bonæ fidei. in 9. col. C. de reb. cred.

Sextò in re diſficili ad probandum coniunguntur probationes diuerſi generia vt probent, ſecus ſi res eſſet facilis ad probandum. ita not. Anto. de But. in c. veniens. el t. extra de teſt.

Sep imò, quia duæ diuerſæ probationes coniunguntur ad probandum, quando vna concludit mediatè ad probandum alia immediatè. ita not. Anto. de But. in c. fi. de ſucc. ab inteſt.

Octauò, ſi in teſtamento ſunt deſcripti ſeptem teſtes, ſufficit quòd quinque deponant, quia cùm inſtrumentum

tum

tum habeat naturá duorum teſtiũ coniunctis his ambobus conſtituunt plenã probationẽ in teſtamento.ita Pet.Cy.& Bal.in l.fi.in 3.col.C. de fideicom.

Nonò, quádo plures probationes tendunt ad vnum & non ſint diſsimiles, ſiue ſint eiuſdem generis, ſiue diuerſi,vt fama cum vno teſte: vel ſi cócurrant duæ præſumptiones ſiue adminicula cum vno teſte de viſu, vel pluribus de credulitate coniunguntur, ſecus cùm tendunt ad diuerſa eo modo quo diuerſitas conſideratur in pluribus teſtibus. Item ſi aliqui teſtes deponunt de mutuo non perfecto, alij de confeſsione mutui nõ perfecta,quia nõ coniunguntur. ita not.Abb.Sic.io c. cum cauſam.de probat.in 4.col. allegat Barto.in l.1.§. idem Cornelio.de quæſt.& Ca.de.in c.veniens.de teſt.

REGVLA CCCIIII.

NOta quòd plures probationes coniunguntur vt probent,vt per Bart.in l.admonendi.in vlt. charta.ff.de iureiur.& vide ſuprà proximè.

Fallit primò, quando probationes eſſent diuerſi generis, vt quia adeſt ſcriptura priuata iuncta cum fama, nam oportet quod interueniat aliud adminiculum, vt reſultet plena ꝓbatio. Ita not.D. Benedictus de Barcis in l.admonendi.ff.de iureiur.in pen.char.allegat Oldr. & Bal.in l.2.ff. de excuſ.tut. & not.Bal.in auth. niſi rogati.C.de teſt idem Ant.de But.in c.prȩterea.de teſt.

Secundò fallit, quia nõ coniunguntur dicta teſtium ad probandum vnicum teſtamentum, nam non ſufficeret quod ſeptem teſtes deponerent de vna parte teſtamenti, & alij ſeptem deponerent pro alia parte. de quo vide Bald.in l.cùm antiquitas.C.de teſta.vbi idem tenet D.Franciſcus de Capite liſtæ.

Tertiò fallit in criminalibus, quia non coniunguntur vt probant, vt per Bald.in authen. niſi rogati.C.de teſtib.& l.omnibus.eod.tit.licèt Barto. contra in l. 1.§. idem Cornelio.ff.de quæſt.

Quartò fallit, quia ſi duo teſtes probant de numeratione & tres de confeſsione,non coniunguntur vt probent,in d.auth.rogati.C.de teſt.idem ibi videtur tenere Bald.& Cyn. & Salic. vide in alphabeto tuo in litera T. in not.138.

Quintò fallit, quia ſi confeſsio probatur per duos teſtes rogatos, qui deponant de confeſsione facta certo loco & tempore, & per tres alios qui deponant de alia confeſsione facta in alio loco & tempore, certè iſtæ probationes non coniunguntur, vt probent. ita not.Salic. in d.auth.rogati.in fi.

Sextò fallit, quia ſi ad probationem mutui produco vnum teſtem de viſu, & alium qui deponat de confeſsione debitoris,non erit probatum mutuum, quia teſtes ſunt ſingulares,ſecundum Petrum,Cyn.& Sali.in l.teſtium. in fin. C.de teſt. de quo vide plenè in alphabeto meo in not.270. in litera T.

Septimò fallit,quia ſi ſtatutum dicat, quòd ſi aliquis acceſſerit de tali loco ad talem locum putà ſoluat certum quid. nam ſi ſunt aliqui qui dicant quòd Titius iuit vſque ad medietatem loci, & alij de alia medietate deponant,non coniunguntur, vt probent, vt per Bald. in l. obſeruare. C. quorum appell. non rec. & in l. cùm antiquitas.C.de teſt.

REGVLA CCCV.

TEſtis ſi deponat per verba iuris,non per verba facti,non valet eius dictum, vt per Anto.de But.in c.in literis.in 15.col. extra de teſtib. not. in l. ſtipulatio iſta.§.& hoc quoque.ff.de verb.oblig.

Fallit primò, quia ſi teſtis profert verba quæ ſonant in ius in materia vbi non eſt poſsibile actum eſſe de iure,referuntur ad factum, glo. in l. ſi militem. de cond, ob cauſ.& not. Anto.de Butr.in ſuo repertorio in dict. teſt.in 26.col.

Secundè fallit,quia verba teſtis prolata de iure & de facto, intelliguntur de facto prolata cùm de ſenſu facti habet reddere rationem, vt not. Ant.de But.in ſoo repertorio in dict.teſt.in 35.col. allegat dict.l. ſtipulatio iſta.§.hoc quoque.

REGVLA CCCVI.

ILle,qui eſt in articulo mortis, non debet examinari in teſtem, vt per Bald. in l. hac conſultima.in 3.col. C.qui teſtam.facere poſſ.

Fallit primò pluribus modis, vt per Ant.de But.in 39.col.in ſuo reper.in dict.teſt. allegat l.3.cum ſequeo. ff.de dona.cauſa mort.

Secundò fallit,vt per Bald.in tit.de pace conſt.vltra medium.de quo vide etiam eundem Bald.in rubr.C. ſi ex falſis inſtrumentis. & de hac materia vide Bald. in l. rationes.C.de probat.& in l. generaliter.C.de non nume.pecu. & l. ſi inſtituta. in princ.de inoffic.teſtam. & in authent.ſi dicatur.C.de teſtib.in l. Theopompus.de dot.præleg.

Tertiò creditur morienti ſi iuret,niſi de fraude conſtaret. l.ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ad Syllan.& glo.& Bald.in c.literas.de præſump.

REGVLA CCCVII.

INſtrumentum poteſt per teſtes reprobari, vt l. in exercendis.C.de fide inſtrum. & in c.cum Ioannes. extra de fid.inſtrum.

Sed fallit primò, quando vnus ſolus teſtis contradiceret inſtrumento, quo caſu non annullaretur fides inſtrumenti, quia vox vnius, vox nullius. & ita not. in effectu Salice. in d. l. in exercendis.in 3.col.C.de fide inſtrumen. & hoc quando ille teſtis non eſſet deſcriptus in inſtrumento.

Secundò fallit, quia etiam duo teſtes inſtrumento contradicentes, ſi non ſunt in eo deſcripti, non reprobant nec annullant inſtrumentum, quando non eſſet omni exceptione maiores.ita ſentit Sali.vbi ſuprà.

Tertiò fallit, quia ſi duo teſtes omni exceptione maiores contradicunt inſtrumento, faciunt eius fidem vacillare, ita quòd ei non creditur, niſi alijs adminiculis quoadiouetur. & hoc quando dicti teſtes non eſſent in inſtrumento deſcripti. & ita in effectu not. Salic.in d. l. in exercendis.in 3.col.

REGVLA CCCVIII.

INſtrumentum non poteſt per teſtes reprobari, de hac materia habetur in l.in exercendis. C.de fide inſtru.& in c.cùm Ioannes.de fid.inſtr.per Doct.

Fallit primò, quando eſſent tres teſtes vel plures omni exceptione maiores, etiam non deſcripti in inſtrumento, quia ſi contradicerent inſtrumento redderent ipſum falſum & nullum, vt per Salic.in d. l.in exercendis.in 3.col.C.de fid.inſtru. niſi alijs adminiculis adiuuaretur, vt per Sali.vbi ſuprà.

Secundò fallit, quando teſtes non deſcripti in inſtrumento ei côtradicerent, quo caſu ſi ſint omni exceptione maiores in effectu annullant fidẽ inſtrumenti niſi coadiuuetur alijs adminiculis, vt per Salic.in d.l.in exercendis.in 3.col.&c.

Tertiò fallit, quando vnus teſtis deſcriptus in inſtrumento ei contradiceret, & non eſſet ſupernumerarius:

& conſequenter eſſentia inſtrumenti dependeret ab his qui in inſtrumento ſunt deſcripti, certè hoc caſu vacillat fides inſtrumenti, & ei non datur fides per contradictionem vnius teſtis, vt not. idem Salicet. ſecundum Innoc. in d. l. in exercendis. in 4. col.

REGVLA CCCIX.

DEpendens à conſcientia alterius non eſt probabile per teſtes, vt l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. nam ſolus Deus eſt ſcrutator cordium. vide Guiliel. de Cun. in l. de quibus. ff. de legi. in 14. col. verſ. ſed qoæro an conſuetudo. & Anto. de But. in repertorio. in 8. col. in dict. teſtis.

Fallit tamen primò, quia quandoque per verba animus declaratur, vt l. ſi alij. ff. de vſufruct. leg. & l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſuppellect. leg.

Secundò fallit, quia etiã animus poteſt probari per alia exteriora, vt per aliquem actũ vel inſtrumentum quando quæritur quo animo quis alium percuſſerit, vt l. 1. & ibi not. Salic. C. ad leg. Corne. de Sic. & not. etiam ſupradicta idem Sali. in l. ſolam. in 4. col. C. de teſt.

REGVLA CCCX.

TEſtis tenetur reddere rationem per vnũ ex quinque ſenſibus, alias dictum eius non valet, vt not. plenè Bart. io ſuo tract. de teſt. in 3. c. vbi omnino vide. & Abb. Sic. in c. cum cauſam. in 15. col. de teſt.

Fallit primò, quia ſuper iurameoto incorporali immediate deponere nõ poteſt cùm res incorporalis non ſubijciatur corporali ſenſui tactus vel alterius. pro quo vide text. in l. 1. §. quædam. ff. de rer. diuiſ. & not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 10. col.

Secundò fallit, vt not. ſuprà char. 78. vbi ſunt plnres fallentiæ. ad quæ addas Bart. in ſuo tract. de teſt. in 18. c. & vide Bald. & Sali. in l. teſtium. C de teſt.

Tertiò fallit, ſi teſtis diceret quòd præſens fuit, quia valet, licèt aliter de aliquo ſenſu non ſpecificet, vt not. ſuprà. & vide Bal. & Sali. in d. l. teſtium. C. de teſt.

Quartò fallit, ſi teſtis diceret, ſcio quia ſenſi, probat, licèt nõ ſpecificet per quem ſenſum, vt per Bal. vbi ſuprà. & vide eundem in c. 1. de controu. inueſt.

Quintò fallit, quia ſi teſtis dicat, talis eſt bonus & bonæ vitæ, quia experimentaui eum & habeo pro bono, probat vt per Ang. in auth. de monachis. §. 1.

REGVLA CCCXI.

TEſtis de aere & anhelito teſtificari poteſt, quia corporalia ſunt. glo. in l. 1. ff. de rer. diuiſ. & not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dictione teſt. in 10. colum.

REGVLA CCCXII.

AFfectio repellit teſtem à teſtificando. ff. de teſt. l. fi. de iure fiſ. l. deferre. § fi. Guil. in l. in tantum. §. vniuerſitas. ff. de rer. diuiſ. pro hoc quod not. Ant. de Butr. in ſuo repertorio in 11. col.

REGVLA CCCXIII.

QVando examinantur teſtes per aliquem & ſunt remittendi ad alium iudicem, debent claudi & ſigillari, tamen ſi hoc nõ fiat, dicta teſtium non viciantur, vt not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 13. vel 12. col. allegat Guiliel. de Cun. in l. 1. ff. de offic. aſſ.

REGVLA CCCXIIII.

QVibus caſibus & qoomodo non probetur ſtipulatio per teſtes.

Dic primò, ſi teſtis dicat & deponat, Talis promiſit, quia per hoc verbum non probatur ſtipulatio de quo per Docto. in l. ſciendum. ff. de verbor. obligat. vbi plenè.

Secundò non probatur in caſu, de quo notatur per Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 13. col. vbi allegat glo. in l. ſi vnus. §. pactus. in verb. pactũ factum. ff. de pact.

Tertiò modo nõ probatur niſi ſeruentur ea quæ ponit Sali. in l. ſolam. in 4. col. C. de teſt.

REGVLA CCCXV.

TEſtis exponens ſe magno periculo pro pecunia repellitur à teſtificando. ita not. Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 13. col. allegat not. in l. 1. §. beſtias. ff. de poſtul. & l. 3. §. 1. ff. de teſt.

REGVLA CCCXVI.

QVomodo probetur mors alicuius. Dic primò ſi teſtis dicat, ſcio mortuũ, quia vidi fieri luctũ, vel vidi vxorẽ portare veſtes lugubres. ita Ant. de Butr. in ſuo alphabeto in dict. teſt. in 14. col. allegat Bart. in l. genero. ff. de his qui notan. infamia.

Secundò ſi teſtis dicat quòd mortuus eſt, quia intrauit bellum, & non reperitur. ff. de infamibus. l. fi. & ita not. Ant. de But. vbi ſupra in 14 col.

Tertiò an mors probetur per famam, vide glo. & ibi Bal. in c. quoniam frequenter. §. ſi verò, vt lite non conteſt. & per Cyn in l. ſi quidem. C. ſol. ma. per Bart. in l. 2. § ſi dubitetur. ff. quemadmo. teſt. aper. & in ſuo tract. de teſt. & in d. l. genero. ff. de his qui not. infam. & Io. And. tit. de notor. § fama. ver. quid ſi agenti.

REGVLA CCCXVII.

TEſtis deponens de confeſsione alicuius probat verum actum in confeſsione contentum, cum confeſsio ſit probata probatio, vt l. 1. ff. & C. de confe. & probatur per ea qoæ not. in l. publia. in fi. ff. depoſi.

Sed hoc fallit primò in cõfeſsione facta abſente parte Bart. & poſt eum alij in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. quoniam. ff. de infam.

Secundò fallit, ſi teſtis dicat ſe tantum ſcire, quia audiuit partes confitentes venditionem & pactum, nam pro dictionem taxatiuam tantum, videtur negare ſcientiam veri actus venditionis, vnde articulus non eſt probatus, vt not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 14. col. allegat Bart. in l. qui in aliena. §. libertos. ff. de neg geſt.

REGVLA CCCXVIII.

IN maiori numero ineſt minor. vnde ſi plures teſtes dicant & teſtificantur, videlicet vnus quod res valet quindecim, alter decem quod omnes videntur in quinque concordare, vt not in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. & in c. 1. de præſc. in 6.

Fallit primò, quia ſi duo teſtes dicunt quod res valet ducentum, & vnus dicit qnod valet centum, præferuntur qui dicunt de ducentis ſecundum Odof. & Archi. quod intelligit Bald. quando illi duo teſtes adderent & non plus, de quibus vide per Ant. de Butr. in ſuo repertorio in 14. col. vbi illos refert & ſequitur.

REGVLA CCCXIX.

TEſtes examinati inter alios alijs non prꝗiudicant, nec proſunt, vt not. in l. 3. iudic. ſol. & in l. 2. C. de eden.

Fallit

Fallit tamen primò quia licet non faciant plenam probationem, faciunt tamen ſemiplenam, vt per Bart. & glo. in l. ſi quis libertas. ff. de pet. hæred. & in l. admonendi. de iureiur. & not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 15. col.

Secundò fallit, quia proſunt & nocent hæredibus, vt not. in c. Albericus. de teſtib. & Bart. in l. cum lite mortua. iudi. ſol. & Abb. Sicu. in c. cauſam quæ. in 3. colum. de teſtib.

Tertiò fallit, quia omnibus illis quibus prodeſt ſententia proderunt vt etiam atteſtationes, vt eſt in emptore & hoc quando teſtes ſunt recepti contra præſentem & nõ abſentem contumacem, aliàs ſecus, & ita not. Abb. Sicu. in d. c. cauſam quæ. in 3. col. allegat Bar. in d. l. cum lite mortua.

TEſtes examinati inter alios quibus caſib⁹ alijs pręiudicant ſeu noceant.

Dic primò quòd ſi partes conſentiunt vt dicta teſtiũ receptorũ inter alios valeant ſicut ſi recepti eſſent inter eos, vt per Bald. ſuper Innocent. in c. veniens, extra de teſtib.

REGVLA CCCXX.

QVo remedio mihi ſuccurratur aduerſus eum qui abſtulit mihi facultatem probandi, ſcilicet producendi teſtes.

Dic primò quòd poteſt agi contra ipſum ad intereſſe, nam ſi quis interfecit teſtem meum, ita quòd perdo cauſam ex eo quod ipſum non potui facere examinare & ſic perdo cauſam, poſſum contra illum agere ad intereſſe, vt not. Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 15. col. allegat text. in l. inde Neratius. §. ſed & ſi ſeruus. ff ad l. aquil.

Secundo dic, quòd corrumpens teſtes ne teſtificentur vel probationes, eo ipſo perdit cauſam, vt C. de poſtul. l. prouidendi. & not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſtis. col. 24.

Tertio dic quòd ſi teſtis eſt contumax in veniendo ad teſtificandum, & auſugit ne teſtificetur, vel mortuus ſit interim dum recuſaret teſtificari tenetur ipſe emendare damnum actori vel reo, & nedum ipſe, ſed etiam hæredes ſui, vt not. Iac. de Amelia in ſuo tract. de teſtib. in 66. colum.

Quartò, quia minans teſti ne deponat veritatẽ, perdit cauſam, vt per Ang. in l. ſatis apertè. C. de falſis.

Quintò, quia ſi vna partium vel alius de eius mandato impediant teſtẽ produci, ille teſtis habetur pro producto, vt not. Abb. Sicu. in c. cum cauſam. in 9. & 10. colum. de teſt. vbi etiam dicit quòd poteſt extra ordinem puniri, & ibi an perdat cauſam, & in effectu tenet quod non, & quid in cauſa ciuili, & criminali, dic vt ibi plenè per eum.

Sextò, ſi aliquis fuerit ſuratus teſtificata & illa didicerit, nõ admittitur amplius ad probandum per teſtes. ita no. Abb. Sic. in c. vltra tertiã. in 1. col. extra de teſt.

Septimò ſi impeditur teſtis per partem aduerſam ne teſtificetur, & doloſè hoc fecerit, habetur pro confeſſa & contra eam poterit iurari in litem. ita Bald. in c. cum cauſam. in pen. colum. de teſt.

REGVLA CCCXXI.

QVomodo probetur valor rei. Dic primò quòd teſtis debet concludere valorem communem quò ad omnes, & non quò ad ſe, vt not. Anto. de Butr. in ſuo repertorio in dictione teſtis. in 15. col. allegat tex. in l. ſeruum meum. ff. ad l. aquil.

Secundò probatur in minori ſumma quando teſtes ſunt varij circa quantitatẽ, quod qualiter intelligatur, vide quod not. ſuprà.

Tertiò, quia in probando valore fundi vel equi teſtis debet reddere rationem dicti ſui, ſecus in æſtimatione frumenti vel alterius ſimilis, vel animalis ad vſum hominis deſtinati, de quo vide Barto. in ſuo tracta. de teſt. in 6. cap.

Quartò quia ſi in reæſtimanda requiratur diligens inquiſitio, & examinatio vt in æſtimatione fundi, domus, vel molendini, tunc teſtis debet reddere cauſam dicti ſui, ſecus ſi talis inquiſitio non requiratur, vt quia caderet in capite cuiuſlibet hominis groſsi, vt eſt in valore frumenti & aliorum ſpectantium ad victum, nam valeret tunc dictum teſtis ſecundum redditionem cauſæ, & ita Sali. in l. ſolam. in 3. col. C. de teſt.

Quintò ſi teſtes dicunt quòd res valebat centũ, quia tantum ipſi dediſſent, certe probatur æſtimatio, & valor rei, niſi appareat quod teſtis ex aliqua affectione ſpeciali ſic dixerit, in dubio autem intelliguntur depoſuiſſe ſuper ęſtimatione ſeu valore, & ita not. in c. cum cauſam. el 2. ſecundum Nicolaũ de Mat. extra de teſt. cum res tantum valeat, quantum vendi poteſt.

Sextò æſtimatur res ſeu eius valor per iudicem inſpiciendo eam & eius quantitatem vel qualitatem ſeu accidentia, & ſi neſcit æſtimare, adhibeat perſonas habentes rei notitiã, & per eas faciat æſtimare rem, prius eis præſtito ſacramento, & ita not. Abb. Sic. in d. c. cum cauſam, el 2. in 2. col. vbi etiam dicit quòd iudex malè facit abſoluere aliquem cum conſtet de intereſſe, licet de certa quantitate neſciat, quia debet ſe informare per teſtes, inſtrumenta vel confeſsiones partium vel inſpectionem vt ſupra.

Septimò æſtimatio ſeu valor probatur ſiue ſit res mobilis ſiue immobilis, ſi teſtes concludant de communi valore ipſius rei, vnde teſtes debent dicere, quòd talis res ſita in tali loco tanti redditus ſolebat vendi tali tempore communiter pro tanto. vel dicere quòd talis res tempore tali & loco ſolebat communiter vendi pro tanto vel communiter reputabatur valere, & pro tanto fuiſſet vendita. Et ita not. Abb. Sic. in c. cum cauſam. el 2. in 3. col. de teſt. contra Barto. & alios dicens quòd ſemper communis valor debet probari, alias non eſſet ſufficiens probatio, quia res tantum valet quantum de fructibus reſpondet, vt l. ſi fundus. & ibi Bal. in prin. ff. de iureiur. quod not. ad probandum valorem rei.

Octauò, teſtes debent dicere quòd res valebat tantũ, quia ex ipſa re percipitur tanta quantitas fructuum, & ſunt talis qualitatis quòd communiter tanto pretio venduntur, vt not. d. Petr. in cap. cum cauſam. de teſt. per glo. ibi.

Nonò etiam probatur ſi teſtes dicant quòd res ipſa communi æſtimatione tantùm valet, & ita communiter vendita fuiſſet ſcienti conditiones & qualitates rei, & etiam nos tantum dediſſemus. & ita not. do. Petr. vbi ſupra, allegat ibi not. & not. in l. pretia rerum. ad l. fal. Bar. in l. 2. C. de reſcin. vendi.

Decimò, æſtimatio rei poteſt probari nedum per teſtes ſed per inſtrumenta, confeſsiones, delationem iuramenti, per inſpectionem oculorum, per coniecturas & accidentia facti, ſicut eſt rei qualitas, fructuum quantitas, & ſimilium, quæ faciunt ad æſtimationem communis pretij, & oportunitas loci & temporis, ex quib⁹ iudex ipſe cũ videt reum condemnandũ debet ęſtimare per ſe ſi ſcit, & ſi neſcit, debet æſtimare per alios prius

præſtito

præſtito inramento, vt in c.fin. quod met.cau. vnde malè facit iudex abſoluere reum quando videt damnum vel ſimile, licet non ſit probata æſtimatio, vt not. prædicta omnia do. Pet. in d. c. cauſam, ſecundum Io. Cald. ibi prædicta notantem.

Vndecimò teſtes circa valorem vel æſtimationem debent reddere rationem de commnni valore vel æſtimatione, non de ſingulari, vt ſi teſtes dicant, res valet tantum, quia nos tantum dediſſemus, certè non probant, quia deponunt de ſingulari affectione, & ita not. do. Petr. vbi ſupra allegat not. per Bart. in ſuo tract. de teſt. & per eund. in l. 2. C. de reſcin. vend. & in l. pretia rerum. ad l. fal. quod not.

Duodecimò ſolet etiam practicari quod ponantur æſtimatores qui dictam rem æſtiment, ita not. Bart. & Paul. de Caſt. in l. 2. C. de reſcin. vend. licet Ang. ibi contra & malè.

Decimotertiò probatur valor rei habendo recurſum ad æſtimum communis, & ita not. Paul. de Caſt. in d. l. 2. allegat Bart. in l. fin. C. de prædijs nauiculariorum. & not. in d. l. pretia rerum. ff. ad l. fal.

Decimoquartò, an probando quod in tempore præterito res valebat centum, ſit pretium ſeu valor ipſius probatus de præſenti? dic quod ſi tempus non eſt longum à tempore præſenti quod ſic, & ita notat Paul. de Caſt. in d. l. 2. in fin. allegat not. per Cy. in l. ſi minor eſt. C. de in integ. reſt. minor. vide etiam eundem Cyn. in auth. ſed quamuis. C. de rei vxor. act.

Decimoquintò quid ſi teſtis dicat rem valere tantum ſecundum opinionem ſuam an probat? vide Bart. in l. hi qui. C. de prædijs nauic. lib. 11.

Decimoſextò adde quod æſtimatio ꝓbatur aliquando per communẽ curſum valoris, vt in rebus quæ venduntur in foro, & quandoque per communem curſom reddituum, quandoque per vicinitatẽ aliorum rerum, quandoque per taxationem legis, vt in l. 2. C. de reſcin. vend. quandoque per communem & non ſingularem affectionem eam habentiũ, vt not. Cyn. in l. 1. C. de ſententijs quæ pro eo quod int. quandoque per iuſtrumenta emptionum & locationum factarum & ſimilium rerum quandoque per æſtimum communis. ff. de probat. l. cum hæc. Bal. in c. cum cauſam. de teſtib.

REGVLA CCCXXII.

QVot requirantur ad probandum tenorem inſtrumenti.

Dic primò quod tenor inſtrumenti nõ poteſt probari niſi per teſtes qui contractui fuerunt præſentes ſiue inſtrumento, vt not. Anto. de But. in ſno repertorio in dict. teſt. in 15. col. allegat l. in lege aquilia ſi deletum. ff. ad l. aquil. & c. cum olim. extra de priuil.

REGVLA CCCXXIII.

QVando teſtis deponit per dictionem taxatiuam tantum, ad quos caſus extenditur eius dictum.

Dic primò quod licet teſtis loquatur taxatiuè per hoc non excludit caſum ſimilem vel à iure pariſicatum. ff. ſi menſor falſum mod. dix. l. 1. §. 1. ita not. Anto. de But. in dict teſt. in ſuo repertorio. col. 16. pro quo faciunt not. l. ſi quis ſeruo. C. de furt.

Secundò ſi teſtis dicat facta depoſitione per eum, & aliud de hoc negocio neſcimus, certè ſi depoſuerit ſuper vno capitulo intentionis, ſuper ſecundo de fama nihil dixerunt nec interrogati fuerunt, tantum in fin. depoſitionis dixerunt & aliud de hoc negocio neſcimus, hoç referendum eſt ad teſtificata per eos, non ad famam. de quo vide in diſputat. Mart. Sili. in tuo Saliceto poſita ſuper 6. Codic. ſimiliter & tractat. Bart. de teſtibus.

Tertiò quia ſi teſtis dicit ſe nihil ſcire, intelligitur ſuper articulo, ſoper quo examinatus fuit: & ideo poteſt ſuper fama deponere & probat, vt per Spec. & Bal. ibi in tit. de notor. crimin. circa princip. & vide Salice. in l. ſi defenſor. §. qui interrogatus, de inter. act. vide Anto. de But. in c. fraternitatis. de teſt. & Ioan. And. in addit. Specu. in tit. de teſt. §. nunc videndum. ad finem ſuper verbo ideò.

REGVLA CCCXXIIII.

QVomodo & qualiter, & quæ ſint neceſſaria ad delictum probandum.

Dic primò quòd teſtis deponens ſuper inquiſitione debet deponere de loco & tempore delicti in inquiſitione contenti, aliàs non probat delictum. l. 1. §. notandum. ff. de aleatorib. & not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict teſt. in 2. col.

Secundò requiritur quòd maleficium commiſſum fuerit de die, quia teſti deponẽti de maleficio commiſſo de nocte, non creditur: per not. per Bald. in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta. & in l. fin. C. de iur. delibe. & in rub. ſſorum, & per eundem in l. 2. C. quibus res iud. nõ noc. not. in l. ſi cum exceptione. §. in hac. ff. quod metus cauſa. & ibi Bald. & Angel. in conſil. 22. vide per Bald. in l. Arethuſa. ff. de ſta. homi. & Bald. in l. de quibus in penult. col. ff. de legi. & in c. 1. §. porrò in 2. col. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. & eundem in d. l. ſi cum except. §. in hac. & Bal. in l. cum fratrem. C. de his qui. vt indig. & Bald. in l. data opera. in 12. col. in ver. deponit teſtis falſum. C. qui accu. non poſſ.

Tertiò quia ſi teſtis dicat maleficium fuiſſe factum in ſui præſentia, tamen non vidiſſe, non probat, vt not. Innoc. de reproba. teſt. in 21. col. allegat l. teſtium. C. de teſtib. debet ergo dicere quòd vidit &c.

Quartò dic quòd probato delicto per teſtes affirmatiuè non poteſt contrarium probari, & ſic negatiua per rei inramentum & amborum compurgatorum iurantium ſolum de credulitate, iuxta formam. c. quoties. §. porrò de precario. Secus ſi vellet probare negatiuam indirectè per teſtes non deponentes de credulitate, ſed veritate, vt qnod tali die fuerit alibi, quia tunc debent admitti ad probandum. & ita not. Abb. Sicu. in c. ad noſtram. in 2. col. de teſt.

Quintò per inſtrumentum non probatur delictum licet coadiuuet ad ipſum probandum, vt per Bald. in l. 3. §. idem diuus. ff. de teſt.

Sextò delictum probatur in cauſis capitalibus ſi teſtis teſtificetur de veritate, vtputà, dicendo quòd Petrus & Berta commiſerunt adulterium, etiam ſi non reddat rationem dicti ſui de viſu vel alio modo, & ita not. Inno. & Bald. in c. præterea. de teſt. dixit tamen ibi Bald. quòd iudex ex officio poterit repetere teſtem in cauſa capitali, & ſi reperit teſtem reddere malam rationem dicti ſui tunc non admittet eum, & ei fidem non dabit, ſed ſi teſtis non poterit repeti nec inueniri ſtandum eſt dicto Inno. vt ibi per Bal.

Septimò vbicunque teſtis deponit ſuper facto generali, vt quia dicat aliquem eſſe homicidam, & ſtat in finibus generis, nec deſcendit ad ſpeciem, tunc non probat, cum generalia ſint ſemper obſcura. l. ne reſponſum. C. de tranſact. cum ſimi. & ita Bald. in c. cum cauſam. in 8. colum. de teſtib.

REGV-

REGVLA CCCXXV.

QVibus perſonis ſoleat iudex ad domum mittere.ſ. vt iurent pro teſtificando veritatem.

Dic primò quod ad egregias perſonas, vt l. ad egregias. ff. de iureiurando.

Secundò ad domum doctoris, vt nota. in dicta l. ad egregias.

Tertiò hoc habet locum in ſene, vt not glo. in dict. l. ad egregias. ff. de iureiur.

Quartò habet locum & in muliere, & pars nō debet eſſe præſens iuramento, quando mulier eſſet nimis formoſa, vt not. Guil. de Cun. in d. l. ad egregias. & prædicta etiam not. Anton. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 17. colum. vide Abb. Sicu. in cap. cùm cauſam. in pen. & vltima colum. de teſtib. vbi punit de monialibus.

REGVLA CCCXXVI.

PEr quæ verba probetur poſſeſsio continuata, Dic primò, quando teſtis dicit, poſſedit per octo annos: ita not. Anton. de Butr. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 17. colum. in l. Stichus. in principio. ff. de condi. indeb.

Secundò dic, quia ſi teſtis deponat quòd poſſedit tali milleſimo & anno, & alter dicit de ſequenti, & alius de ſequenti, videtur probata cōtinua poſſeſsio. vt per glo. in l. ob carmen. §. fin. ff. de teſt. in 22. col. videatur tenere contrarium.

Tertiò dic quòd videtur probata cōtinua poſſeſsio, ſi dicat quòd talis poſſedit à decem annis & citra, nam videtur quòd ſit probata continua poſſeſsio decem annorum, vt not. Bart. in l. Celſus. in 6. col. ff. de vſucapio. vbi ponit ſupradicta. idem not. Abb. Sicu. in c. licèt. in 3. colum. in fin. de proba.

Quartò ſi teſtis dicat, vidi Titium continuò poſsidere, illud verbum continuò refertur ad verbum poſsidere, non ad verbum vidi, vt not. in l. 1. ſol. mat. & Bal. in l. foramen. de ſeruitu.

Quintò probatur ſi articuletur & probetur, quòd quis poſſedit per quadraginta annos & per totū ipſum tempus poſſedit, nam iſta eſt clarior probatio. & ita not. Abb. Sicu. in c. licèt. in 3. colum. in princip. de proba. & de probatione continuationis poſſeſsio remittit ſe ad not. per eum. in cap. cùm ad ſedem. de reſti. ſpol. & Bar. in d. l. Celſus. ff. de vſucap.

REGVLA CCCXXVII.

TEſtis ſi depoſuit dictum ſuum, & quòd tales fuerunt præſentes, non ob hoc ſequitur quod illud intellexerunt quod teſtis dixit, vt not Bart. in l. diem pro & ſe. §. coram. ff. de arbi. & in l. non poteſt. ff. de auct. tut. Anto. de But. in ſuo repertorio. in dict. teſt. in 23. colum. & Barto. in l. hæredes palàm. in princip. de teſtamen.

REGVLA CCCXXVIII.

VAlet ſtatutum, & lex debet ſeruari, ſi vult quod ſtetur ſacramento alicuius.

Fallit, quando eſſet iuri diuino vel naturali contraria, vt ſi eſſet conſuetudo, prout eſt in Saxonia, quod ſi fur tenens rem furtiuam vna manu ſub tunica, vellet altera manu iurare, quod rem nō habeat nec ſciat vbi eſſet, debeat abſolui, etiam ſi probatum fuerit ſurripuiſſe. certè talis conſuetudo non valet, vt not. Abb. Sicu. in c. ad noſtram. in 3. col. de teſt.

REGVLA CCCXXIX.

ACtus examinandi teſtes vel teſtificandi non dicitur contentioſus, ſed voluntarius, vt no. Ant. de But. in reperto. dict. teſt. in 23. colum. allegat Barto. in l. nemo. C. de ſacroſan. eccleſ. vnde poſſunt in eccleſia examinari, vt ibi per eum. Idem videtur ſentire Abb. Sicu. in c. quoniam contra falſam. in 22. col. de probat. vbi dicit quòd non eſt officium contentioſum examinatio teſtium, & poteſt fieri examinatio teſtium etiam extra iudicium, vt ibi per eum. vide per Barto. & Bal. in d. l. nemo apoſtolorum. de ſacroſanct. eccleſ. vbi idem tenent.

Secundò poteſt examinari teſtis die feriata vel non, quia non dicitur actus ſolemnis, & poteſt examinari in iudicio & extra, vt dixi, & committi notario, ſed iuramentum teſtis benè dicitur actus ſolemnis, qui non poteſt fieri niſi iudice ſedente pro tribunali. & ita no. Bal. in l. oportet. §. oportet. de excuſat. tut. vide per Bal. & Docto. in l. eadem. ff. de ferijs. & in clem. 1. de off. deleg. faciunt not. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & ibi D. Ioan. Bapt.

Tertiò, teſtis ſuper ætate poteſt etiam die feriato examinari & dari ſibi iuramentum. per Bald. in dicta l. eadem.

REGVLA CCCXXX.

PRobationes factæ in iudicio ſummario non probant in plenario iudicio. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. de re iudic. Quod habet locum etiā ſi teſtes eſſent mortui, quia eis nullatenus creditur. & ita not. Abb. Sicu. in c. cùm in tua. in 3. col. de teſt.

REGVLA CCCXXXI.

TEſtes contrarij ſi reducuntur ad concordiam nō probant, vt not. per Doct. in l. 2. ff. ſi certum pet. & not. Sali. in l. teſtium. in 4. colum. C. de teſt. vbi omnino videbis.

Fallit primò, quando teſtes iuuarentur ſeu ſaluarentur interpetratione veriſimili, tunc probarent, vt ſentit Sali. vbi ſuprà in d. l. teſtium. in 4. col.

Secundò fallit, quia ſi per reductionem teſtium ad diuerſitatem actuum nō remanet integra probatio ſuper quolibet actu, tunc concordia non fit, vt probent teſtes, ſed vt euitent periurium, ſecus ſi remaneret integra probatio, vt not. Abb. Sic. in c. cùm tu. in 4. col. de teſt. allegat Feder. de Senis conſil. 162.

Tertiò fallit, quando probatio non eſſet æquiuoca, ſed neceſſario concludens, quia tunc poſſet fieri concordia, vt teſtes probarent: & ita not. Abb. in d. c. cùm tu. in 4. col. de teſt.

Quartò fallit, quia ſi teſtes reperiuntur contrarij, poſſunt reduci ad concordiam vt probent, quando coram arbitro depoſuerunt, ſecus ſi coram iudice depoſuiſſent, de quo per Abb. ibidem, & in c. præſentata, in 6. col. de teſt. & ibi per alios Docto.

REGVLA CCCXXXII.

QVibus caſibus publicatis vel didicitis atteſtationibus teſtes produci non poſſunt.

Dic primò, quando ſunt didicita teſtificata per ſe vel per alium, non licet amplius teſtes producere. authen. ſi dicatur. C. de teſt. & not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 26. col.

Secundò, quia didicitis teſtificatis etiam ante publicationem non licet teſtes producere, vt notat idem Ant.

Ant. vbi ſuprà, allegat Guid. de Suza. in auth. atqui ſemel. C. de probat.

Tertiò, quia ſi iudex volendo publicare proceſſum, & lecto principio acceſſorium dixerit, habetur pro publicato, & amplius non licet teſtes producere. Ita not. Anto. de But. vbi ſuprà in 16. col. allegat dictum Guid. de Suza. in dicta auth. at qui ſemel.

Quartò, quia etiā ruſticus vel mulier publicatis atteſtationibus non poſſunt amplius producere, vbi not. Anto. de But. vbi ſuprà in 32. col. allegat Bart. in l. 1. §. nuntiatio. ff. de ope nou. nunciat.

Quintò, quia ſi teſtes fuerunt examinati ſimpliciter ſuper tota cauſa, & fiant poſtea capitula de nouo, non poterunt amplius examinari, ex quo comprehenduntur in petitione. Ita not. Abb. Sicu. in c. fraternitatis, in 9. col. extra de teſt. allegat Bar. & Doct. in d. auth. at qui ſemel. C. de probat.

Sextò, quia teſtes non admittuntur ſuper articulis omninò nouis, qui non coadiuuant intentum articulantis, ſiue ante publicationem ſiue poſt. ita not. Abb. in d. c. fraternitatis. in 7. colum.

Septimò teſtes non admittuntur ſuper articulis nouiter productis, qui de neceſsitate includebantur ſub prioribus iam deductis per partem, vt ſi quis deducit nuper titulum probandum cum in priori capitulo deduxerat præſcriptioné, quæ de neceſsitate titulum exigebat. ita not. Abb. in c. fraternitatis, in 7. & 8. col.

Octauò, ſi atteſtationes teſtium fuerunt depoſitæ penès vnam partem de mandato iudicis, quæ non erant clauſæ, præſumitur teſtificata didiciſſe, & ideo amplius non admitteretur ad probandum ſuper illis articulis vel directò contrarijs, etiam poſito quòd dictæ atteſtationes aliter non fuerint publicatæ, ſecus ſi depoſitatæ fuiſſent clauſæ dictæ atteſtationes, & ſic redditæ, quia non impediretur teſtes producere, vt not. & probatur per illum in c. conſtitutus, de teſtib. & per Abb. Sicu. in 2. colum.

REGVLA CCCXXXIIII.

TEſtes productos à parte aduerſa poſſum contra eandem reproducere, vt not. Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 17. colū. pro quo Cyn. in l. parentes. C. de teſt. & not. Sali. in l. nimis. eod. tit.

Fallit, quando ſuper capitulis directo contrarijs vellet producere & examinari facere, vt ſentit Sali. in d. l. nimis. ſecus ſi ſuper diuerſis, vt ibi per eum.

Et illud ſciendum eſt, quod expenſis producentis debet fieri iſta examinatio, non autem expenſis alterius partis, vt per eundem Sali. vbi ſuprà in d. l. nimis.

REGVLA CCCXXXV.

QVibus caſibus teſtes examinati coram vno iudice faciant fidem coram alio.

Dic primò, quòd atteſtationes factæ coram arbitratore faciunt fidem coram iudice, ſi in forma iudicij examinatio teſtium facta fuerit. de quo vide Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 30. col. allegat not. in c. cùm clamor. de teſt. & l. fi. C. de teſt. idè tenet Butr. & Bart in d. l. fi. & Card. in c. præſentata, extra de teſt. licèt contrarium teneat ibi Abb. Sicu.

Secundò, quia depoſitiones teſtium factæ coram arbitro probant in iudicio ordinario, ſed aduerſario datur electio quando teſtes viuunt an illos velit repetere vel depoſitionibus iam factis ſtare. quando autem ſunt mortui cogitur illis ſtare. Ita probatur per textum. in l. fi. C. de teſt. & ibi hoc not. Sali. in prima col.

Tertiò, teſtes examinati coram vno iudice faciunt fidem coram alio quando ſunt publicati, vt not. in l. geſta. ff. de re iud. quando autem non eſſent publicati, dubitat Salic. in d. l. fin. in 1. col. vide quod not. Bart. in l. cùm lite mortua. ff. iudic. ſol.

Quartò, quia teſtes examinati coram arbitratore faciunt fidem coram iudice: ita demum quando partes hoc conuenerint, vel ſi coram iudice ordinario peteretur reductio ad arbitrium boni viri, quia tunc facerent fidem, vt not. Sali. in d. l. fi. in vlt. col.

Quintò, teſtes examinati coram vno iudice faciunt fidem coram eius ſubrogato, vt not. Abb. Sicu. in c. cauſam quæ, in 1. col. de teſt. allegat cap. fin. de probat. & c. innotuit. de elect.

Sextò, quia teſtes examinati corā iudice cauſæ principalis faciunt fidē coram iudice appellationis, vt l. is apud quem. C. de edendo. & c. cùm ad ſedē, de reſt. ſpol. & c. per tuas, de appell. & not. Abb. Sic. vbi ſuprà.

Septimò, quia teſtes examinati coram vno iudice faciunt fidem coram alio iudice alterius tribunalis, quando inſtantia non eſt perempta, vel non ſit facta abſolutio ab obſeruatione iudicij propter ineptam petitioné. nam ſiue ſint publicati ſiue non, faciunt fidem & poterunt corā alio iudice publicari. ita not. Abb. in d. c. cauſam quæ, in 1. & 2. col. extra de teſt.

REGVLA CCCXXXVI.

QVibus caſibus teſtes examinati coram iudice nō faciunt fidem coram alio.

Dic primò, quod quando teſtes ſunt examinati coram arbitratore, quòd non faciunt fidem coram iudice ordinario regulariter. & idem aliquando in arbitro, vt not. Bal. in l. fi. C. de teſt. & ibi per Sali. in vlt. col. idem Abb. Sicu. in c. præſentata, in 2. colum. de teſt. licèt alij diſtinxerunt, cùm ſint recepti teſtes in forma iudicij, vel non.

Secundò, teſtes examinati à maſſarijs vel ſyndicis villarum ſuper inquiſitione maleficiorum, nō faciunt aliquam fidem coram iudice, cùm illi non ſint ſuffulti iuriſdictione, vt not. Sali. in l. fi. in vlt. q. C. de teſt.

REGVLA CCCXXXVII.

QVæ requirantur ad hoc vt dictum teſtis valeat, quando examinatur extra prouinciam per delegatum.

Dic primò, quòd debent citari partes, vt ibi ſint præſentes per ſe vel per procuratorem, vt l. iudices. C. de fid. inſtru.

Secundò, quia iudex debet interloqui quanta ſit fides teſtibus adhibenda, vt in c. peruenit, de fideiuſſo. & prædicta not. Anto. de Butr. in ſuo reperto. in dict. teſt. in 31. colum.

REGVLA CCCXXXVIII.

TEſti oſtendenda eſt res vel perſona, ſi dicat ſe cogniturum eas, vt per Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 24. col. allegat l. cùm ſi exhibuiſſent. §. quod ait. ff. de publicanis. & ibi vide Barto. & not. in l. 3. C. ad exhib. vbi per Docto.

Sed hoc fallit, quando redditur teſtimonium de aliquo facto, & non attenditur ſeu curatur à quo factū ſit, quia tunc non eſt neceſſarium quòd reddatur ratio de perſona nec quòd exhibeatur. ita Sali. in l. ſolā. in 3. col. de teſt. vbi per Bal. de quo quidem ſuprà etiam dixi.

REGVLA CCCXXXIX.

QVomodo probetur dominiū. Dic primò, quod teſtis ſuper eo teſtificando debet cauſam reddere ſi

re ſi dixerit aliquem dominũ & cauſam adiecerit, quia vidit eum poſsidere tanto tempore qoòd præſcripſit, vt not. Inno. & Bal. in c. cùm cauſam. de teſt. & not. Specul. in tit. de teſt. §. nunc tractemus. quod limitatur eſſe verum in præſcriptione quæ non requirit titulum, ſecus ſi titulum requireret, quia oportet quòd de eo ſufficiens teſtimonium reddatur. & ita not. Barto. in ſuo tract. de teſt. in 4. cap. de hoc per Sali. & plenè per Doct. in l. cùm res. C. de probat.

Secundò probatur, ſi teſtis aſsignat cauſam, putà, ego ſcio eum eſſe dominum, vel quia vidi quòd emit à Titio fundum qui eum tenebat pro ſuo, & vidi fundum tradi ſibi ex dicta cauſa, vel vidi eum emere lanã ex qua confecit pannum. & ita not. Sali. in l. ſolam. in 2. col. C. de teſt. idẽ Abb. Sic. in c. cùm cauſam. in 3. col. de teſt.

Tertiò probatur dominium per famam, & maximè circa antiqua, vt not. in l. proprietatis. C. de probat. & in l. atqui. §. cùm me abſente. ff. de nego. geſt. idem Ang. in l. quidam in ſuo. de condi. inſtitu. per Innoc. in c. veniens. de verb. ſignifi. & Spec. in tit. de probat. §. probare. verſ. & not. & ita intelligit Bald. in d. l. proprietatis. C. de probat. & Ange. in l. Titius. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. & Arch. in c. inter me. 16. q. 3.

Quartò, quia ad probandum dominium, ſufficit probatio ſolius poſſeſsionis, quando agitur contra violentum poſſeſſorem, vt not. Sali. in l. cùm res. C. de proba. & glo. cum tex. in l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. C. de præſcrip. 30. annorum. & Ludo. in l. naturaliter. §. ſi quis. ff. eod. tit. idem quando agitur contra furem, nam ſufficit probatio ſolius poſſeſsionis, vt per Iaco. But. in l. 2. C. de furt. idem quando dominium deducitur incidenter, vt l. quidam in ſuo, & ibi glo. ff. de condi. inſtit. ſecus ſi principaliter. & in l. naturaliter. §. nihil cõmune, de acquir. poſſ. idẽ quia ſufficit ſimplex poſſeſsio de præſenti ad impediendum executionem ſententię, quę fit in bonis damnati, vt not. Ang. in d. l. quidam in ſuo, allegat gl. in l. maritorum. ne vx. pro mari. & ibi ponit exemplum quomodo intelligatur dominiũ deductum incidenter. vide & limita vt per Bald. de dominio incidenti in auth. ei qui. in 19. col. de bon. aut. iud. poſsid.

Quintò probatur dominium, quando quis capitulauit & probauit quòd poſſedit rem, & collegit fructus vt dominus, vt not. in l. Titia. ff. de ſolut. in l. litibus. C. de agrig & cenſit. lib. 10. in l. 3. §. ſed vtrum. ff. de minorib. quod limita tamen vt no. in l. ſtipulatio. §. hoc quoque. ff. de verb. oblig & ibi per Ang. & Doct. & vide per Ang. Ludo. & Imo. in l ſi is ad quem ff de acqui. hære. & Ang. & Pau. de Caſt. & ibi Bar. in l. Titia ff. de ſolut. & Bar. in l. litibus. C de agric. & cenſit. lib. 11. & Bart. in l. ad probationem. C. locat. & eundem in l. 2 C. de acquir. poſſ. & Bald. in l. indicia. circa vlt. col. C. de rei. vend. & Bald. in l. ſi quis ſuper. in glo. C. finium regun. & Bald. in l. 1. in 4. col. C. de fideicommiſſ.

Sextò probatur dominium quando res ſunt deſcriptæ in libro rationis alicuius. de quo vide glo. & quod ibi not. in l. vbi. ff. de edendo.

Septimò ſi res eſt ſignata præſumitur eſſe illius cuius eſt ſignum vt in ballis pannorũ ſignatis. de quo per Bart. in auth. dos data. C. de don. ante nupt. & Tancred. de Corneto in ſua compendioſa in 11. rubrica in quæſt. fin. vbi ponit de equo ſignato, vt præſumatur illius cuius eſt ſignum. de quibus vide per Bart. in l. ſtigmata. C. de fabricenſibus. lib. 11. & Bal. conſi 69. incip. proponitur quidam mercatores. & eundem in l. 1. c. vt nemini liceat ſe ſine iudic. vindic. & Io. de Ana. in c. fi. de accuſ.

Octauò probatur quando quis ſoluit cenſum, nam ex eo ipſe præſumitur dominus vtilis, & recipiens pręſumitur domus directus, vt not. Salic. in l. proprietatis. in fin. C. de probat. allegat Iaco. de Are. in l. indicia. C. de rei vendi.

Nonò eò ipſo quòd qais probat perceptionem fructuum præſumitur dominus, & ita not. Pau. de Caſt. in l. ſi quis ſuper. C. finium regun.

Decimò teſtis productus ad probationem dominij debet deponere ſuper facto, non ſuper iure· per Cy. in l. cum res. C. de probat. & not. Bal. in additio. Spec. in tit. de teſt. in 3. col.

Vndecimò pone quod in capitulo ſuper quo interrogatus teſtis dicat quòd pertinet res ad Titiũ, & teſtis dicit vera eſſe, interrogatus de cauſa ſcientiæ dicit quia Titius eſt dominus. certè iſta ratio non probat niſi adijciatur rationi aliquid quod conſiſtat in cauſis facti ordinati ad ius, porrò ignotum non probatur per ignotius, nec idem probatur per idem. ſicut dicimus quòd illa non eſt ratio, poſsideo, quia poſsideo, vt no. in l. cugi. C. de peti. hæredi. & ideo licet aliquid vltra declarare per rationem, & maximè cum dominij cauſa in facto conſiſtat vt in tradendo, quod factum non præſumitur & ad ſupplenda dicta teſtium, vt in l. 1. C. de vſur. & l. ſciendum. de verb. oblig. hæc Bald. in cap. cum cauſam. in 3. col. de teſt. adde eundem in d. c. in 6 col. vbi videtur dicere quòd faciat probationem ſi dicat ſe vidiſſe eum eſſe in quaſi poſſeſsione dominij. & ibi ponit qualiter probetur dominium directum, & dominium vtile, & per pręſcriptionem, & qualiter teſtes ſuper his deponere debeant, vide eum.

REGVLA CCCXL.

Qvomodo probetur & quot ſit neceſſaria ad probandam poſſeſsionem.

Dic primò qoia ſi teſtis dicat aliquem poſſediſſe, & cauſam non adijciat, valet dictum ipſius, quia refertur ad poſſeſsionem quæ facti eſt, & ſenſu percipitur, vt not. Bart. in ſuo tract. de teſt. in 8. cap. idem Abb. in c. cum cauſam. in 3. col. de teſt.

Secundò ſi teſtis dicit quòd Titius tenet & poſsidet rem illam, aliter non reddendo rationem, probat poſſeſsionẽ, & multò fortius probat ſi dicat, ego vidi eum tenere & poſsidere. ita not. Salicet. in l. ſolam. in 1. col. C. de teſtib.

Tertiò ſi teſtis dicat quòd Titius poſſedit 10. annis, & interrogatus de cauſa ſcientiæ reſpondit quia vidit, probat, licet non dicat quanto tempore vidit, vt per Bal. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. de interr. act. vide quod not. Bal. in l. fi. C. de bonorum poſſ. ſecund. tab. vide conſi. 154. in quodlibeto ſtellæ.

Quartò ſi teſtis dicat, ego feci arare & cultiuare, licet non dicat de perceptione fructuum probat poſſeſsionem, vt per Bal. in l. 3. C. finium regun.

Quintò, quia per perceptionẽ annuæ penſionis probatur poſſeſsio, vt per Barto. in l. qui vniuerſas. § quod per colonum. ff. de acquir. poſſ. & l. quanuis. §. ſi conductor. eod. tit. & Bart. in l. ſolent. ff. de offi. proconſul. & leg. & Bal. in l. pen. ff. quib. mod. vſufru. amit. de quo in cap. cum veniſſent. de reſtit. ſpol. & in c. inter dilectos. de fide inſtru. limita tamen vt in tuo alphabetò in dict. poſſeſſ. not. 170. cum ſeq.

Sextò quia ex eo quod quis fecit arare fundum, fodere in eo, colere vel ſimilia facere, probatur poſſeſsio, vt not. per glo. & Doct. in l. ſi quis. C. finiũ regun. & Bal, in l. poſt ſententiam. C. de ſententijs & interlocu. omn

iudic. & per eundem in l. ſi aquam. C.de ſeruit. & Bart. in l.Celſus.ff.de vſucapio. & vide per Bal.in l. 1.§. libertatibus.C.de cadoc.toll.

Septimò quando quis locat fundum,ex hoc in dubio præſumitur poſsidere, niſi appareat quòd tunc temporis alius poſſederit,vt per Anto de But.in c. inter dilectos.in 9.col.de fide inſtru. & ibi per Bal.& Io.de Imol. & per Ang.in l.quædam mulier.ff.de rei vendi.

Octauo probatur poſſeſsio per inſtrumentũ de quo per Bal.in l.fi.C.quibus res iud.non noc.& per glo.in l. 2.C.de edict.diui adr.tollen.

Nonò probatur per receptionem fructuum,vt l. Titia.ff de ſolut.& ibi not.& Pau.de Caſt.in l.ſi quis iuris. C.finium regun. vbi etiam dicit quòd poſſeſsio domus non probatur ex locatione facta per multos annos niſi probetur receptio poſſeſsionis.allegat c. inter dilectos. de fide inſtrumentorum.

Decimò,ſi teſtis deponit ſuper poſſeſsione naturali ea probata, intelligitur etiam probata ciuilis poſſeſsio, licet conſiſtat in animo, cum ciuilis ſit annexa naturali,& ideo præſumitur probata,& ita not.Bald.in c.cum cauſam.in 4.col.de teſtib.ſecundum Innoc.ibi & ita intelligitur quod not.in l. ſtipulatio iſta.§.hoc quoque.ff. de verb.obligat.

REGVLA CCCXLI.

TEſtis ſi dixit ſe ſcire,quia præſens fuit,iſta videtur ſufficiens ratio, licet non dicat quod viderit aut audiuerit, & ideo valet dictum eius & probat, vt not.Bart.in ſuo tract.de teſt.in 15.cap.

Sed fallit primò ſi fuiſſet interrogatus ſi vidit vel audiuit, quia non reſpondendo, non valeret eius dictum vt videtur ſentire Bar.vbi ſupra in 15.col.

Secundò fallit, quia ſi teſtis deponeret alium fuiſſe præſentem propter hoc non probat quod ille viderit aut audiuerit niſi intelligentiam declaret, vt not.idem Bar.vbi ſupra & in l. 1.de auct.tut.

Tertiò fallit,ſi lex requireret aliquid fieri aliquo præſente vt ſtipulatio vel contractus vel teſtimoniũ, tunc non ſufficit atteſtari præſentiam alicuius, niſi & intelligentiam declaret, vt per Bart. vbi ſupra in 15.cap. & idem not.in l. diem proferre.§.coram.ff.de arb. & not. in l.hæredes palam.ff.de teſtam.

Quartò fallit,quia verbum præſens non debet apponi in inſtrumento per notarium niſi ſciat & cognoſcat quod partes viderint & intellexerint,& ita videtur notare Bart. in dicto ſuo tracta.in 15.col. allegat not. in l. ſciendum.ff.de verb.oblig.

Quintò fallit, quia in re perceptibili viſu nõ ſufficit teſti dicere ſe fuiſſe præſentem, ſed oportet quod dicat ſe vidiſſe,vt in §.ſi vero abſunt.in auth.de hære.& fal.

Sextò fallit, quia oportet quod teſtis dicat vera eſſe quæ ponũtur in cap.vel ſimili modo. & tunc ſi adijciat rationem quia interfui, probat, ſicut in ſimili dicimus de notario,quod rogatus interfui.hęc Bal.in c. cauſam. de teſt.in 10.col.allegat not.in 1.c.de errore cal.

REGVLA CCCXLII.

TEſtis ſi interrogetur de cauſa ſcientiæ tenetur illam reddere,aliàs dictum eius non valet,vt notaui ſuprà,& traditur in l.ſolam.C.de teſtib. & in c. cum cauſam. de teſt.

Sed hoc fallit primò, quia ſi teſtis dicat lignum fuit, quia vidi,& ſi vlterius interrogetur quid viderit,& dixerit vidi habere formam ligni ſeu qualitatẽ ligni, ſatis exprimit, nec ſi interrogetur vlterius quæ erat illa forma ligni ſeu qualis illa qualitas, cogitur reſpondere, nec debet interrogari, quoniã nõ habet nomina manifeſtiora his,& ita not.Bar.in ſuo tract.de teſt.in 19.col.

REGVLA CCCXLIII.

TEſtis ſi interrogatus de cauſa ſcientiæ dicat, non recordor,probat,vt per Docto.in l.teſtium.C.de teſtib.vide tamen quod not.per Bald. in c. ab excommunicato.in 2.col.de reſcrip. & in c. cum cauſam. in 6.col.de teſtib.

Fallit primò quando teſtis interrogaretur de tempore proximo ſeu recenti & reſponderet nõ recordor, quia dictum eius non valeret,cum præſumatur hoc ſcire,ſecus ſi de tempore longo, de hoc vide ſupra, & Bar. in ſuo repertorio in dict.teſt.in 8.col. idem Bald.in authen.presbyteri.C.de epiſc.& cle.

Secundò fallit, vbi plures teſtes vnius partis dixerunt ſe non recordari de anno, menſe & die contractus. iſti teſtis videntur multum ſuſpecti, & vtrũ eis ſit danda fides,ponit Abb.Sic.in c. ex tenore.in 1.col.in fi.de teſt.vbi finaliter dicit hoc eſſe arbitrarium.

Tertiò fallit, quia ſi teſtis hodie dicit non recordor, poſtea cras dicit ſe recordari,valet eius dictum, vt per Bald.in c. 1. §. 1. quid ſit inueſt. & in l. de tutela, de in integ.reſtit.

Quartò fallit, quia ſi teſtis dicat quòd tales fuerint hæredes inſtituti, ſed non recordantur pro qua parte, valent dicta eorum.per Bar.in l. ſi quis.§.non omnis & habetur in l.ſi ita ſcriptum.de hæred.inſtit.

Quintò fallit, quia ſi teſtis dicit non recordor quando certum eſt,quòd debet recordari, quòd eſt ſuſpectus & puniri debet, ſi autem non eſſet probabilis cauſa obliuionis tunc nõ puniretur, ſuper quo dicit Inno. quod teſtis debet magis recordari de pſonis & de loco quàm de die aut tempore,quia melius memoriæ tenetur,tempus enim facilè recedit,ita ſecundum Innoc.in c.qualiter.el 2.de accuſat. & ita not.Bald.in authen. presbyteri.C.de epiſc.& cle.

REGVLA CCCXLIIII.

TEſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ ſi reſpondeat neſcio, nõ videtur ſufficiens probatio per ea quæ not.Bar.in ſuo tract.de teſt.in 3.c.quia debet reddere cauſam interrogatus & per aliquem ex ſenſibus.

Sed hoc fallit, quando teſtis expreſsit aliquã cauſam vltra quam ſi interrogetur nec habeat alia nomina manifeſtiora & dicat neſcio, ſatis ſufficiens reſponſum eſt, vt not.Bart.in ſuo tract.de teſt.

REGVLA CCCXLV.

IVdex omiſit interrogare teſtem de cauſa ſcientiæ ſi hoc ſibi contingit propter multas occupationes nõ tenetur ad intereſſe parti aliàs ſecus, vt not.Iaco.de Amelia in ſuo tracta. de teſt. in 18.col. vide pleniſsimè per Abb.Sic.in c.cum cauſam. de teſt.in 3.col. vbi dicit non teneri niſi fuerit in dolo vel in culpa, quod tamen eſt valde difficile probatur.

REGVLA CCCXLVI.

NEgatiua quomodo & qualiter probetur.

Dic primò quòd probatur hoc modo,ſcilicet quòd talis res non erat lignũ,cum enim ad certum corpus referimus, negatiua eſt coarctata, & ſic per qualitates, quas ſenſus percipit, repreſentatur intellectui,quæ ſit ipſius rei ſubſtantia. ita directo repreſentatur eodẽ modo cum dico, video diem nam directò comprehendo noctem non eſſe, & econtra, vt not. Bart. in ſuo tract.de teſt.in 19.cap.

Secundo modo probatur, quando quis dixit quòd vidit vinum, vel vidit colorem vini & odorauit vel guſtauit, vel vidit in tabernis vinarijs vel extrahi de vaſe vinario & ſimilibus, nam per hoc probatur, quòd non fuit aliud quàm vinum, vt per Barto. in ſuo tractato de teſtib. in 20. cap.

Tertio modo ꝓbatur, quia teſtis ſuper negatiua debet dicere ſe ſtetitiſſe, & quòd fieri non potuiſſet, quin vidiſſet, ita not. Anto. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 4. col. & allegat glo. in auth. de hæred. quæ ab inteſt. §. ſi vero abſens.

Quartò probatur, quia ſi teſtes volunt probare abſentiam alicuius à loco, debent dicere quòd viderunt illum continuè in tali loco commorantem, ita quòd per interuallum temporis quo eum vidiſſe aſſeruerunt, nō potuiſſet iuiſſe ad locū vbi dicitur ipſum fuiſſe præſentem & redijſſe, aliter autem non probaretur, cum teſtes debeant neceſſariò concludere, vt in c. in præſentia, de probat. pro quo in ſimili glo. in c. clerici. 20. 21. diſt. quę dicit, quòd ſi duo teſtes dicunt me commiſsiſſe aliquod maleficium tali die, & alij dicunt me fuiſſe cum eis tali die præferentur iſti dum modo ſe conſtringant, itaque concluditur neceſſariò quòd nō potuiſſet maleficium commiſsiſſe quin ipſi vidiſſent, & ita not. Abb. Sic. in c. ex tenore, in 1. col. de teſt. idem not. in c. ad noſtram. in 2. colum. de probat.

Quintò probatur, quia vbi factum affirmatiuum eſt coarctatum ad certas perſonas, etiam collegiatas poteſt negatiua probari per illas perſonas ſingulariter deponentes dummodo nó ſint ſingulares in dictis ſnis & ita not. Abb. Sicu. in cap. 3. loco. & 2. col. de probat. per illum textum.

Sextò negatiua poteſt etiam per famam probari, & maximè ſi fama probetur per eos qui pręſumuntur ſcire, & in ea re non cadat euidens & aperta probatio, vt ſi quis vellet probare paupertatem alicuius, quia poteſt per vicinos probantes de fama, & ita not. dicit Bald. in l. paupertas. de excuſat. tut.

REGVLA CCCXLVII.

Ad quos caſus extendatur & ſit ſufficiens quādo redditur ratio ꝑ viſum vel teſtificatur de viſu.

Dic primò, quia ſi teſtis deponit de vino quia vidit. Iſta ratio videtur ſufficiens cum viſus ſit cómunis ſenſus ad omnes alios ſenſus, ſecus autem ſi dixerit quòd vidit colore vini, quia per hoc nó probatur quòd fuit vinum, vt not. Bart. in tract. de teſt. in 20. cap.

Secundò, quia ſi teſtis dixit quòd vidit Titium proijcere ſaxum, licet non addat quòd audiuerit, valet nihilominus eius dictum, vt per Bar. vbi ſupra in 14 cap. allegat Cyn. in l. teſtium. C. de teſt.

Tertiò ſufficit quòd teſtis dicat, vidi tale vinum dulce eſſe, nam hoc caſu etiam probat, vt not. Bart. vbi ſupra in 14. cap.

Quarto valet dictum teſtis & probat ſi dicat, vidi talem rem eſſe duram vel mollem, & ſimilia, vt per Bart. in d. tract. de teſt. in 14. cap.

Quintò valet dictum teſtis quando deponit per verbum vidit de actu apprehenſibili per intellectum cum iſte ſit communis ſenſus aliorum, vt per Bar. in l. ſi Titio. ff de leg. 2. de quo vide etiam ſupra quæ dixi.

Sextò generaliter in omnibus ſenſibꝰ tactus vel odoratus, ſufficiens ratio redditur per viſum, cum ſit communis ſenſus ad omnes alios ſenſus, & ita not. Salic. in l. ſolam. in fi. C. de teſt.

Septimò valet dictum teſtis quando teſtificatio facta de vno implicat ex vi ſermonis teſtificationē alterius: exemplum ſi teſtis dicit quòd vidit talem ſic dicentem, nam hoc participium dicentem, coniungitur per modum qualitatis ſeu qualificationis perſonæ viſæ, vnde per conſequens infertur quòd etiam audiuerit. ſecus ſi dicat quòd vidit Titiū, qui dixerit talia verba, nam hoc caſu non probat, vt not. Sali. in l. teſtium. in 5. col. C. de teſt. vide quod not. Bal. in l. 1. C. ſi ex falſis inſtrum.

Octauo valet dictum teſtis quando dicit, quia vidit talem furentem. de quo dixi ſuprà ibi me refero.

Nonò de probatione per aſpectum & quid operetur, vide in l. 3. §. ſi irruptione. ff. fin. regun. l. ſi quādo. de auro & arg. leg. & in l. 1. de ventre inſpic. & inſti. de grad. §. fi. & quibus mod. tut. finia. in prin.

Decimò ſi teſtis dicat vidi & intellexi quando promiſit, probat propter verbum intellexi, vt per Bald. in c. cum cauſam, in 10. col. de teſt.

REGVLA CCCXLVIII.

Teſtis ſi dicat, vidi vinum, probat, non autem ſi dixerit vidi colorem vini, vt not. Bart. in ſuo tract. de teſtib. in 20. cap. quia potuit eſſe aqua tinta aliquo colore puta morus.

Fallit primò ſi teſtis dixit vidi & odoraui, quia tunc bene probaret, vt per Bar. vbi ſupra in 20. col.

Secundò fallit ſi dixerit, quia vidi & guſtaui, vt per Bar. vbi ſupra in 2. cap.

Tertiò fallit, ſi teſtis dixit vidi exire de vaſe vinario & ſimilibus, ſecus autem ſi vidiſſet talem colorē in apotheca Aromatarij, quia potuiſſet eſſe ſyruppus, & ideo ex prædictis adminiculis infertur & probatur quòd fuerit vinum, vt per Bar. vbi ſuprà in 2. cap.

REGVLA CCCXLIX.

Qualiter probetur hominem viuere vel aliud animal.

Dic primò, ſi dicat, quia vidi operationes hominis vel alterius animalis, ſcilicet comedere, bibere, ambulare, &c. vt per Bar. in ſuo tract. de teſt. in 21. cap.

Secundò, quia ſi eſt quæſtio de puncto, videlicet an partus ſit natus viuus vel mortuus, vel de eo qui in actu moriendi erat, certe ſi teſtis dicat quòd vidit cum mouere, non probat, niſi addat quòd vidit mouere tibias vel brachia extendere, vel anhelari vel pulſum ſenſiſſe, vel aperire & claudere oculos. ita not. Barto. vbi ſuprà in 21. c. quod not.

Tertiò adde quòd vita hominis directò poteſt probari per viſum, licèt nemo animam viderit, per Bald. in c. cùm cauſam. 16. col. de teſt.

Quartò de ſuperexiſtentia poſt mortem patris vel matris. vide not. in l. qui duos. §. cùm in bell. de rebus dub. per Bar. in extrauag. ad reprimen. in verb. ſummariè. per Ioan. de Imol. & Ange. in l. ex facto. §. ſi quis roga. ff. ad Trebell.

REGVLA CCCL.

Quomodo & qualiter probetur homo mortuus.

Dic primo, quòd in cauſis paruis vbi modicū verſatur præiudiciū, vt ſi tractatur de aperiendo teſtamento, vel ſimilibus, non ſolum per viſum, ſed per leuem præſumptionē mors probatur, vt not. Bart. in ſuo tract. de teſt. in 22. cap.

Secundò, quia mors probatur per famā ortam à grauibus viris, vbi tractatur de magno præiudicio, ſed de paruo præiudicio, ſufficit quòd à leuibus viris orta ſit, vt per Bart. vbi ſuprà in 22. cap.

Tertiò probatur mors, ſi probetur quòd quis intra-

uit mare,& tempeſtas ſuperuenit,& expectatus tempore congruo non eſt reuerſus, & perquiſitus per loca veriſimilia nõ eſt repertus, nec nauis inuenta. vt not. Bar. vbi ſuprà in 22.cap.

Quartò ſi in magno exercitu viſus eſt, & in cõflictu, & deinde non eſt repertus, licèt expectatus & à conſanguineis perquiſitus. vt not. Barto. in dicto tract. de teſtib. in 22.cap.

Quintò, ſi per loca inſidioſa tranſiuerit, nec poſtea eſt repertus, nam per hoc videtur mors probata, vt per Bart. vbi ſuprà in 22.cap.

Sextò, ſi fama oritur ex prædictis cauſis & ſimilibus, probatur quem mortuum eſſe, vt not. idem Bar. vbi ſuprà in 22.cap.

Septimò, ſi probatur aliquem ſenem receſsiſſe & tanto tempore abfuiſſe, quod excederet centũ annos, certè videtur mors eius probata, vt not. idem Bar. in ſuo tracta. de teſt. in 22 cap.

Octauo probatur mors, vt ſi quis vagabundus ſtetit abſens per quinquennium ab eo tempore elapſum, quo de vita eius cœpit dubitari, & erat iuuenis bellicoſus, luxurioſus, certè mors eius videtur ꝓbata, vt not. idem Bart. in 22 cap.

Nonò probatur mors, ſi teſtes dixerunt quem mortuum, quia interfuerunt eius ſepulturæ, licèt dicant quòd non viderint cadauer, quia erat in feretro coopertum vel pannis inuolutum, ſed quòd ſic ab omnibus dicebatur, vt not. idem Bart. vbi ſuprà in 22.cap.

Decimò probatur mors, quando fit per relationem oſſicialis, qui ad hoc mittitur, vt not. idem Barto. in d. tract de teſt. in aa.cap.

Vndecimò probatur mors, ſi teſtis dicat ſe vidiſſe aliquem capite mutilatũ vel venas gulæ præciſas, & ſanguinem effundi donec frigidus remaneret & ſine ſenſu, & ſimilia, vt not. Bart. vbi ſuprà in 22.cap.

Duodecimò, ſi teſtis dicit, vidi talem mortuum, nec ſit vlterius interrogatus, quia ſatis mors eius videtur probata, vt not Bart. vbi ſuprà in 22 cap.

Decimotertiò, ſi teſtis dicat quòd vidit aliquẽ mortuum, qui erat abſque aliquo motu, abſque emiſsione, vel attractione ſpiritus, vel quia tetigit, & nullus motus erat in ſpiritu vel pulſu, quia iſta ſunt certa ſigna mortui, videtur mors eius probata, vt not. idem Bart. in 22.cap. in d. tract.

Decimoquartò, ſi teſtis diceret, vidi eum habere omnia ſigna & omnem aſpectum mortui, ſatis exprimit, propter quod mors videtur probata, cùm ille aſpectus communiter ſit in mortuo.

Decimoquintò, ſi teſtis dicit, quòd vidit aliquem expirare vel mori, ſatis probatur mortuus, vt not. idem Bart. vbi ſuprà in 22.cap.

Decimoſextò, ſi teſtis dicit quòd vidit aliquem ſepeliri, ſatis eius mors videtur probata, vt not. Barto. in d. tract. de teſt. in 22.c. in fi. & dixi etiam ſuprà.

Decimoſeptimò, ſi teſtis atteſtatur quòd vidit aliquẽ proijci in mari, vel flumine, & corpus nunquam reuerſum eſt, rectè de morte eius teſtificatur, licèt non viderit mortuum, vt not. Bart. in 22.cap.

Decimooctauò, ſi teſtis vidit aliquem claudi in carcerem, vbi nil erat exhibitum ad vitam, & carceris cuſtos fugerit, ita quòd cibus carcerato non potuit præſtari, certè mors ipſius videtur probata, vt not. Barto. vbi ſuprà in 22.cap.

Decimononò, vbi tractatur de puncto mortis vel vitæ, vide ſuprà in præcedenti quæſt. & ibi me refero.

Vigeſimò, quia vnus teſtis de morte tollit præſomptiooem vitæ, vt per Bald. in c. fi. in fin. de his qui feudare poſſ. & not. in l. ſecunda. §. dubitetur. ff. quemadmod. teſtam. aperiantur.

Vigeſimoprimò, ſi teſtis dicat tetigiſſe aliquem, & quòd non habebat pulſum nec motum, per hanc rationem probatur mors illius, & eſt ſufficiens ratio in teſte, cùm pulſus ſit præco vitæ, & quòd non mentitur, ſecundum Galenum. & ita not. Bald. in c. cùm cauſam. in 1.col. de teſt.

Vigeſimoſecundò probatur mors alicuius eò ipſo quòd teſtes dicunt ſe vidiſſe eum non ſentire nec mouere ſe. idem ſi teſtes dicant quòd viderunt eum ſepeliri, quia nemo ſepelitur viuus. & idem ſi teſtes dicant vidi eum proijci in pelago, quia hoc eſt coniunctum morti vt ſuperius dixi, & habetur etiam per Bal. in d. c. cùm cauſam, in 8.col. de teſt.

REGVLA CCCLI.

PEr leues probationes & ꝑſumptiones ſolet mors alicuius probari, vt plenè not. Barto. in ſuo tract. de teſt. in 22.cap.

Sed fallit primò, vbi tractaretur de aliqua hæreditate, quia per vrgentiores probationes eſt ꝓbanda mors, vt per famam ortam à grauibus viris, vt not. Bart. vbi ſupra in 22.c. in prin.

Secundò fallit, vt ſi quis de homicidio accuſetur, vel tractatur de puniendis ſeruis vel torquendis, certè debent fieri ꝓbationes liquidæ & vehementiores, vt not. Bart. vbi ſuprà in 22.c. in fin.

Tertiò fallit, vbi tractatur de aliquo matrimonio, vt quia dubitatur quòd maritus ſit mortuus: nam maxima inueſtigatiu & excuſsio perſonarum facienda eſt, vt not. Bart. vbi ſuprà in 22.cap.

Quartò fallit, vbi vertetur maximum præiodicium, vt not. Bar. vbi ſuprà in 22.c. quod not.

REGVLA CCCLII.

SED ſi dubitatur an maritus alicuius mulieris ſit mortuus, vt quia fuit abſens longo tempore, vel fuit in locis periculoſis, quomodo probatur mors ipſius, vt mulier poſsit nubere?

Dic primò, quòd ſi probatur quod fuerat iuuenis luxurioſus & bellicoſus, & vagabundus, & cœpit dubitari de eius vita, & ſi per quinquennium non dabitur de eo aliqua notitia incolumitatis, ſatis præſumitur mortuus, vt not. Bart. io ſuo tract. de teſt. in 2a.c.

Secuodo ſi iudex poſtulante eo cuius intereſt, miſerit exploratorem ad perquirendũ aliquem, & cum non inuenerit, ſatis probata eſt mors ipſius, quia ſicut diſcuſsio poteſt fieri in bonis, ſic etiá in perſonis, vt not. idem Bart. vbi ſuprà in 22.c.

Tertiò, quia ſi mulier audierit virum ſuũ mortuum ſub eo ſub quo militabat, tunc debet examinare vnum teſtem qui de morte mariti atteſtetur, nam elapſo poſtea quinquennio poterit licitè nubere, vt per Bart. vbi ſupra in 22.cap.

REGVLA CCCLIII.

QVot ſint neceſſaria ad probandam perſonam alicuius, videlicet quod ipſe fuerit, & non alius, cùm ſit quæſtio quis fuerit, & qualiter, & quomodo probetur.

Dic primò, quando teſtes dicunt, Titium fuiſſe illum, quia viderunt, ſatis eſt probatum, vt not. Bart. in ſuo tract. de teſt. in 23.cap.

Secundò, ſi dixerunt, ſe vidiſſe faciem ipſius, etiam per hoc videtur probatum, & quando fuit propinquus vt potuerit ipſum cognoſcere, aliàs ſecus, & de die & nõ de nocte vidit, & ipſum habebat valde notum, aliàs ſecus. de quo per Bart. in d. ſuo tract. in 23. c.

Tertiò, quia iudex poteſt præcipere vt homo exhibeatur ad hoc vt teſtis poſsit ipſum cognoſcere & videre, de quo per Bar. vbi ſuprà in 23. c.

Quartò, ſi homo eſt mortuus itaque de facili non poteſt cognoſci, tunc recurrendum eſt ad ſigna quæ habet in corpore vel alia parte, vt not. idem Bart. in tract. de teſt. in 23. cap.

Quintò licèt ex ſolo nomine quis non probetur talis, tamẽ ſi alia ſigna concurrant, tunc oſtendetur quod ſit talis, vt not. Bar. in d. ſuo tract. in 23. c.

Sextò ex ſono vocis poteſt quis cognoſci, tamen hoc non ſufficit, ſed oportet quod alia concurrant, facit tamen aliqualem probationem. vt idem Barto. vbi ſuprà in 23. cap.

Septimò, quia ſi teſtis interrogetur quomodo cognoſcit aliquem, tenetur reſpondere, vel quia vicinus, vel quia multum conuerſatus eſt cum eo aliter non eſſet ſufficiens ꝓbatio, vt not. Bar. in ſuo tract. in 23. c.

Octauò, quia quãdo de perſona aliqua eſt teſtificandum, tunc debet ratio de ea reddi & exhiberi. vt not. Salic. in l. ſolam. in 3. col. C. de teſt.

REGVLA CCCLIIII.

TEſtes ſi dixerunt ſe cognouiſſe talem, quia viderunt faciẽ ipſius, probant, vt per Bar. in ſuo tract. de teſt. in 23. cap.

Fallit primò, ſi teſtis dixerit à longe ſe vidiſſe, quia poſſet de facili decipi, ſecus ſi eſſet modica diſtantia, tamen hoc ponitur in arbitrio iudicis, vt not. Bar. in ſuo tract. de teſt. in 23. cap.

Secundò fallit, quãdo diceret ſe vidiſſe de nocte, quia eius dicto non ſtatur, niſi adhibeat quod viderit faciem accenſam vel multùm erat propinquus, vel ſimilia, vt not. idem Bar. vbi ſuprà in 23. c.

Tertiò fallit, ſi quis diceret ſe vidiſſe eius faciem in ſpeculo, quia iſta non eſt ſufficiens probatio, cùm non ſit vera facies, ſed repræſentata, vt not. Barto. vbi ſuprà in 23. cap.

REGVLA CCCLV.

ALiquis vult probare illam rem eſſe eandemmet, de qua eſt quæſtio, quomodo ꝓbabit & qualiter.

Dic primò, quia in rebus immobilibus vt in fundo, ſufficit quòd probentur eius confinia, quæ confinia qualiter probentur, vide Bart. in ſuo tracta. de teſtib. in 24. cap.

Secundò, quia in animalibus non ſufficit deponere de ipſorum facie, ſicut de homine, licèt opus eſt quod videant totum corpus, & de ſignis circa ipſum, & poſtmodum deponant, vt per Bar. vbi ſuprà in 24. c.

Tertiò, quando deponit de ſigno quo animal vel res ſunt ſignatæ, vt per Bar. vbi ſuprà in 24. c.

Quartò, quia in alijs rebus mobilibus, vt libris, iocalibus & vaſis argenteis, ſi ea aſpexit, tunc videtur ſufficiens probatio, vt per Bar. vbi ſuprà in 24. c.

Quintò, quia in rebus quæ habent maximam ſimilitudinem vel adminicula, ſufficit quod teſtes reddant cauſam per vnum notabile ſignũ, vel per duas demonſtrationes, vt per Bart. vbi ſuprà in 24. c. vbi dat multa exempla circa hoc & multa. ſigna ad recognoſcendum rem ſimilem, dic vt ibi per eum.

REGVLA CCCLVI.

COnfinia quomodo & qualiter probentur?

Dic primò, quod ſufficit ſi teſtis dicat aliquid per quod illi fines ita denominati fuiſſent: nam conſtat fundum à poſſeſſore ſolere denominari, vt not. Bar. in ſuo tract. de teſt. in 20. c.

Secundo propter vetuſtatem teſtis poteſt dicere & deponere qualiter ita ſe habent confinia, & probabit ſi dicat ſe audiuiſſe à ſuis antiquis fide dignis quod talis fundus de quo ponitur, iam fuit Titij, poſtea venit in alium, & illum gradatim per ſingulos poſſeſſores nominando vſque ad eum qui nunc poſsidet. & hoc not. Bar. vbi ſupra in 20. c. limita tamẽ & declara hoc, vt per Bal. in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cleri.

Tertiò, confinia probantur per libros antiquos ecclesiarum, & maximè circa confinia diœceſis vel eccleſiarum, vel aliarum rerum. de quo in c. cùm cauſam, & ibi per Abb. Sic. in 1. col. de probat.

Quartò probantur confinia per verba enunciatiua contenta in aliqua ſcriptura autentica ſeu publica, de quo etiam per eundem Abb. in cap. cùm olim, de cenſi. probantur confinia plene per libros ſeu ſcripturas inuentas in locis vbi ſolent reſeruari ſcripturæ autenticæ, ſed ſi alibi reperirentur ſcripturæ ſeu libri antiqui, ſi tunc agitur de modico præiudicio creditur eis, ſecus ſi de magno pręiudicio tractaretur, quia tunc non probant plenè. licèt aliquale faciant adminiculũ: & ita not. Abb. Sic. in d. c. cùm cauſam, in 2. col. de probat.

Quintò probantur confinia per libros hiſtoriales ſeu chronicas, quibus a maioribus noſtris fides communiter adhiberi ſolitum eſt, ſi reperiantur in locis vbi ſolent teneri ſcripturæ autenticæ, ſi autem alibi non reperirentur, facerent adminiculum. & ita not. Abb. Sic. in c. cùm cauſam, in 2. col. allegat Bal. in l. 1. ff. ſi cer. pet.

Sextò probantur per inſtrumentum productum ex archiuo publico, qui eſt locus vbi reponuntur ſcripturæ publicæ, & ita not. Abb. Sic. ſecundũ glo. in d. c. cùm cauſam, in 2. col.

Septimò probantur per ſcripturas ſcriptas in aliqua columna ſeu lapide, & hoc vbi faceret modicum pręiudicium, aliàs non faciunt plenam fidem ſed adminiculantur, vt not. idem Abb. Sicu. in d. c. cùm cauſam. in 3. colum. allegat not. in l. monumentorum. C. de relig. & ſumpt. fun.

Octauò probantur per famam, & hoc in illis caſibus in quibus fama ſolet plenè probare, aliàs autem adminiculatur, & coadiuuat, & ita not. Abb. in d. c. cùm cauſam, in 3. col. de probat. allegat Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtionib.

Nonò probantur per inſtrumenta inter alios confecta, quando eſſent multum antiqua, vt per Bal. in l. conuenticulam. de epiſc. & cle. aliàs ſecus, licèt fiat aliqualis pręſumptio, vt per Bal. in l. fi. C. ſi à non comp. iud. vide in alphabeto meo in verb. probatio, in not. 639.

Decimò duo confines ſufficiunt ſi ſunt probati, vt per Bar. in l. prædijs. §. Titio. ff. de lega. 3.

Vndecimò vbi res eſt certa, tunc nõ eſt neceſſe quòd adijciantur confines, nec aliter probentur, vt l. cùm pater. §. vices. ff. de leg. 2. & Inno. in c. cùm ad ſedem, de reſtit. ſpol. ſecus ſi res non eſſet certa, vt per Bald. in rub. C. de contrahen. emp. in verſ. vltimò quæro. & Bart. in d. l. cùm pater. §. vices. de leg. 2. & Bal. §. l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de lega. 1. & Bart. in l. libellorum, de accuſa. & not. in l. ſi patronus. §. Sempronio. ff. de leg. 3. vbi ponitur de errore confinium.

Duodecimò, ſi teſtis dicat, vidi talem percuti inter duo confinia, non deſignat certum locum, ſecundum communem, & in hoc fundat iuriſdictionē vtriuſque iudicis. hæc Bal. in c. cum cauſam. in 9. col. de teſt.

De probatione confinium vide quod not. Bald. in l. conuenticula. C de epiſc. & cle. vltra med. & quando variantur, vide Bar. in l. 1. c. ſi vnus ex pluribus. & an confines veniant in re confinata. vide Bald. in §. ſi quis de manſo, de contro. inueſt. & Bar. in l. ſi teſtamentum. C. de inſt. & ſubſt. ſub cond. fact.

REGVLA CCCLVII.

QVomodo & qualiter probetur res perempta ſeu deperdita.

Dic primò quòd ſi non conſtat rem ad aliquē perueniſſe, ſi adhibita diligenti inquiſitione nō reperit inquiſitor rem & is ſe aſſerat non reperiſſe, tunc ſatis probatum eſt rem eſſe peremptam vel deperditam.

Dic etiam quòd ſi non conſtat, probatur niſi aliud per aduerſarium doceatur, vt per Barto. in ſuo tract. de teſt. in 25. cap.

Secundò vbi conſtat quòd quis habuit rem, & ipſe dicat rem peremptam vel deperditam, tunc ſi aſtringitur officio iudicis ad rem exhibendam, ſufficienter probat perditionem ſeu peremptionē rei per ſolum iuramentum ſuum, vt not. Bar. in d. ſuo tract. in 25. c. adducens ſimile de exhibitione inſtrumenti deperditi.

Tertiò, ſi iure obligationis quis tenetur ad rem exhibendam, & dicat illam peremptam vel deperditam ipſe tenetur hoc manifeſtè probare, vt not. Bar. vbi ſupra in 15. cap.

Quartò in rebus ſolo cohærentibus de facili fit probatio ſi ſint peremptæ, & maximè per aſpectum, ſi ibi erat domus quæ nunc non eſt, quia chaſmate perijt, vt not. Bar. vbi ſupra in 25. c.

Quintò in rebus mobilibus poteſt etiam fieri probatio, vt quia quis viderit caſum quo res perempta eſt, vel rem extingui incendio, vel impetu aquarum, vel facto hominis, in his enim directò teſtis poteſt reddere rationem per viſum, vt not. Bar. vbi ſupra in 25. c.

Sextò poteſt probari extinctio rei ſeu conſumptio quando res non poſſunt ſeruari longo tempore ſed modico, vt fructus, quorum quidam paucis diebus, quidam menſibus, quidam anno pereunt, animalia vero ſuæ ætatis tempora habent, quibus temporibus elapſis conſtat rem eſſe peremptam, vt not. Barto. vbi ſupra in vigeſimoquinto cap.

Septimò in alijs recurrendum eſt ad alia indicia vel præſumptiones vt in horreis, in quibus res ſi reperiantur, fit perquiſitio. de quo per Bar. in d. tract. de teſtib. in 25. cap.

Octauò ſi paſtores referunt animalia eſſe perempta, & deſcriptio fiat in aliquo libro per aliquos officiales ad ſimilia deputatos, certè præſumptio eſt quòd dicta animalia ſint mortua, cū per ſimiles coniecturas mors probetur. vide Bart. vbi ſupra in 25. c.

REGVLA CCCLVIII.

TEſtes ſi ſint loquuti cum parte reproducente eos tanquam ſuſpecti, ſunt repellendi à teſtimonio, vt not. Azo in ſumma de teſt.

Sed fallit primò, quando teſtis omiſit teſtificari ſuper aliquo capitulo, quia interrogatus non fuit, quo caſu poterit reproduci, etiam ſi fuerit loquutus cum parte ſecus ſi vellet corrigere dictum ſuum. ita not. Mar. Sili. in quadam diſputatione ſua, quam habeo ſuper Sali. ſuper 6. cod. poſt tractatum Bar. & vide quod no. Iac. de Amelia in ſuo tract. de teſt. in 17. c.

REGVLA CCCLIX.

ISTA clauſula quæ ſolet apponi in teſte examinato, & aliud dixit ſe neſcire, refertur ſolum ad capitula ſuper quibus teſtis examinatus fuit, non autem ad alia ſuper quibus non fuit examinatus, licet illa clauſula fuerit appoſita in fin. depoſitionis, ita not. Mar. Sili. in d. ſua diſputa. quam proximè retuli.

REGVLA CCCLX.

PVblicatio teſtium quibus caſibus non valeat.

Dic primò non valet, ſi fiat teſtibus non vocatis, nam quando fit publicatio proceſſus & teſtium debet fieri conuocatis teſtibus, & ita debet ſcribere tabellio, vt not. Bald. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. allegat glo. in l. ſolam. C. eod. tit. & ita ibi hoc not. Sali.

Secundo tertius comparens pro ſuo intereſſe non poteſt petere vt atteſtationes receptę inter partes principaliter contendentes aperiantur & publicentur, etiā ſi illa cauſa habeat aliquam communionem, niſi hoc fieret de conſenſu partis, quæ teſtes produxit, quo caſu valeret publicatio ſi conſenſerunt, & voluerunt, vt dictæ atteſtationes fidē faciant, aliàs ſecus: & ita not. Abb. Sic. in c. conſtitutus. in 2. & 3. col. in fi. de teſt.

REGVLA CCCLXI.

QVot requirantur quando examinantur teſtes ad perpetuam rei memoriam.

Dic primò, quòd requiritur quòd pars contra quam producuntur, citetur, de quo per Sali. in l. ſolam. in 1. col. C. de teſt.

Secundò requiritur publicatio dictorum teſtiū, quæ fit eo modo, videlicet quòd conuocentur teſtes coram quibus examinati fuerunt, & dicant & atteſtentur ea quę ibi ſcripta ſunt ab eis teſtificata eſſe, & per iudicem recepta, vel conuocentur teſtes vt ſcribant & ligent & ſignant dicta teſtium ad æternam rei memoriam, donec tempus aperiendi venerit. & ita no. Sali. in l. ſolam. in 1. col. C. de teſtib.

Tertiò fallit quando eſſent ſcripta per notariū, quia non eſt neceſſaria publicatio, vt not. Abb. Sicu. in c. Albericus. in fin. de teſt. ſecundum Inno. & tam pro actore quam reo poteſt peti dicta examinatio, vt not. glo. & Doct. in auth. ſiquis. C. de teſt.

Quartò, quia ante litem conteſtatam poſſunt recipi & examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam, dummodo adſit iuſta cauſa, quòd eſt quando teſtes ſunt de præſenti in remotis partibus ſe abſentaturi, vel de præſenti timetur periculum mortis eorum. ſunt & aliæ cauſæ, de quibus omnibus per Salic. in d. authen. ſiquis. in 1. col. C. de teſt.

Quintò quia cogitur quis litem conteſtari ſuper hac petitione in qua dicitur quòd examinentur teſtes ad perpetuam rei memoriā, & quod fides eis adhibeatur. ita not. Sali. in d. auth. ſiquis. in 2. col. C. de teſt.

Sextò, quia ſi quid ex maleficio debetur, poteſt peti talis examinatio teſtiū, ita not. Salic. vbi ſupra in 3. col. in d. auth. ſiquis.

Septimò, quia requiritur citatio partis contra quam producuntur teſtes, & an debeat eſſe perſonalis, vel nō, plenè diſcutit Salicet. in d. authen. ſiquis. in 3. & 4. col. C. de teſtib.

Octauò requiritur quòd iudex pronunciet eis fidem adhibendam, vt per Sali. in d. auth. ſiquis, in 2. col. in fi. & vlt. col. in pen. quæſtione. & vide quod not. Paul. de

Caſt.

Caſt.in d.l.ſolam.in 2.col. qui allegat Spec.in tit.de teſtib.§.ſatis vtiliter.poſt princ.

Nonò quia aliquando ſuper fama poſſunt examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam, & aliquando nõ, vt not.Sali.in d.auth.ſiquis.in vlt.quæſt.

Decimò, quia teſtes ad æternam rei memoriam debent examinari coram illo qui eſſet iudex illius cauſæ, vt per D.Nellũ in l.cum hi.§.tranſactionis. C.de tranſact.vide But.in c. cùm cauſam,in 1.char.de teſt.

Fallit in 2.caſ.vt per Soc.reg.413. Fallit vt per Felin. in c.ſignificauit,de teſt.num.6.& quot requirantur.

REGVLA CCCLXII.

QVomodo & qualiter probetur præſcriptio vel vſucapio.

Dic primò, quòd teſtis ſimpliciter non debet dicere quod ille præſcripſit, quia vidit: nam non probaret, ſed debet addere quòd vidit eum poſsidere continuò & tempore conuenienti ad præſcriptionẽ, vt not. Sali.in l.ſolam.in 3.col.C.de teſt.

REGVLA CCCLXIII.

QVomodo & qualiter probetur ætas alicuius.

Dic primò, quòd non ſufficit ſi teſtis interrogatus de cauſa ſcientię reſpondeat quòd ipſe ſcit per aſpectum corporis, cum de facili quis poſsit decipi, & ideo debet aliam rationem ſufficientem reddere, & ita not.Sali.in d.l.ſolam.in 3.col.C.de teſt.

Secundò ſi teſtis dicat, ſcio talem eſſe tot annorum, quia recordor de eius natiuitate, tunc talis teſtis probat, vt not.Bal.in l.2.C.de tempo.appel.

Tertiò poteſt probari per inſtrumentum, vt quia ſit confectum inſtrumentum de natalibus, quod quomodo fiat, & maxime ſuper conſanguinitate, vide plene per Abb.Sicu.in c.ſeries.in 1.& 2.col. de teſt. vide glo. inſtitut.de ingenuis, in princi.not. in l. neque natales. C.de probat.

Quartò ætas ſatis probatur quãdo principaliter quis ſe fundat ſuper alio facto iam probato, & in conſequentiam ſeu incidenter ſuper ætate, nam allegans econuerſò ætatem minorem ad ſui defenſionem tenetur illam probare, & ita not. Abb.Sic.in c.in præſentia.in 11.col. de proba.per illum tex.vbi ætas legitima præſumitur.

Quintò ætas probatur ex aſpectu, quando iudex videt aliquem minorem & pronunciat ſuper eius ætate, vt in tex. & ibi hoc not.Bar. in l. minor 25. annis ex aſpectu.ff.de minoribus, & ibi hoc not.per Doct. & Bar. in l.de ætate.ff.de minori.

Sextò probatur per memoriale patris, vt per Bald. in l.1.C.de confeſſ.

Septimò ſi teſtis dicat, vidi quòd talis erat minor. Dic quòd non probatur ętas ex aſpectu corporis plenè, ſed præſumptiuè, vt transferatur onus probandi in aduerſarium. l.minor 25.ann.ff.de minoribus. hæc Bald. in c.cùm cauſam.in 9.col.de teſt.

Octauò poteſt quis adire iudicem & ab ipſo petere quòd ꝓnunciet ipſum eſſe talis ætatis. quo caſu poſtea erit probata ætas, de quo per Bal.in l.eadẽ.ff de ferijs.

Nonò adde quòd tempore feriato & in honorẽ Dei teſtes poſſunt examinari ſuper ętate & iurare, vt per D. Ioan.Bap.& Bald.in d.l.eadem.

Decimò, ſi notarius rogetur quòd faciat inſtrumentum de natiuitate alicuius, nõ poteſt illud facere niſi interuenerit authoritas iudicis ſecundũ Io. And.in addit. Spec.in tit.de inſtru.edit.§.poſtquã. ver. & breuiter. & Pau.de Caſt.in l.prætor ait.in prin.ff.de eden. & ibi do. Io.Bap.

REGVLA CCCLXIIII.

SI teſtis in reddendo rationem dicat, ſcio quia tetigi, valet eius dictum, & eſt ſufficiens ratio ad omnes ſenſus, quia ſenſus tactus ponitur pro omni ſenſu, ſecundum Barto.in ſuo tract. de teſt. ſicut etiam ſenſus viſus.

Sed hoc fallit quando ſenſus tactus eſt multum diſiunctus ſenſui de quo teſtificatur vel rei, ſecus ſi eſſet multum coniunctus, & ita not.Sali. concordando Oldr. cum Bart. in ſuo tract. de teſtib. in 14.cap. de quo dixi aliquid ſupra.

REGVLA CCCLXV.

QVibus caſibus vnus teſtis faciat indiciom ad torturam.

Dic primò quòd illi qui prohibentur interrogari quantum ad probationẽ, non prohibentur quantum ad informationem, vt minor 25.annis in cauſa criminali, nam iſte faceret indicium, vt not.Salic.in l. ſeruos.C.de teſt.

Secundò etiam quicunque teſtis prohibitus teſtificari facit indiciũ quando alia adminicula concurrunt, vt not.idem.Sali.in d.l.ſeruos.

Tertiò teſtis qui non debet examinari, qnia minor vel infamis vel ſit elapſus terminus, ſi examinetur, facit indicinm, ſicut facit inſtrumentũ minus ſolemne, vt per Bar.in l.2.ad fi.ff.de appel.recip.

Quartò ſi teſtis non habilis, vt quia in propria cauſa, licet nõ poſsit eſſe teſtis, tamen poteſt ab eo capi informatio, & an faciat indicium, vide Bald.in c.2.de pace tenenda.

Quintò teſtis qni nõ debuit examinari, ſi tamen examinatus eſt, facit indicinm in crimine læſæ maieſtatis, & in his qui faciunt tractatum contra populum.glo.eſt ſing.in l.2.C.de abolit.

Sextò ſimiliter qui nõ eſt examinandus, ſi fuerit examinatus contra aliquem qui ſit malæ famæ vel publicus latro vel conſuetus ſimilia perpetrare: nam facit indicium ſecundum But. & Bal.in c. 1.de confeſſ. & ibi per Innoc. & not. Gentil. in ſuo repertorio in dictione indicium, circa fin.

Septimò teſtis minus idoneus vt pupillus, facit indicium, ſecus autem in teſte domeſtico, & in illo qui nõ aſsignat cauſam dicti ſui, quia iſti nõ faciunt indicium, ſecundum Bald.in l.inuiti.ff.de teſt.allegat Spec.in tit. de teſt.§.1.verſi.item excipitur, quòd eſt impubes. & in verſi.quid ſi dicam.

REGVLA CCCLXVI.

NOtárius ſcripſit, Titius iuratus ſuo ſacramento, teſtificando reſpondit &c. quot requirantur ad hoc vt pręſumatur & intelligatur iuramentum interueniſſe.

Dic primò, quòd requiritur quòd teſtis ſit examinatus per iudicem, quo caſu præſumitur ſolemniter examinatus, vt per Inno.& Doct.in c.quoniam contra falſum.extra de probat.

Secundò quòd iurauit tempore congruo, quia non tranſiuerat terminus probatorius, & quia dies non erat feriatus, vt not. Sali.prædicta in l. iuriſiurandi, in 2.col. C.de teſtib.

Tertiò requiritur quòd locus examinationis fuerit habilis aliàs ſecus, vt not.Salic.in d. l.iuriſiurandi. allegat Bar.in l.Theopompus.ff.de dot.prælegat. & ibi dicit Sali.quòd cautela eſt, quòd prædicta omnia capitulentur & probentur.

REGVLA CCCLXVII.

Teſtis referendo ſe ad aliquam ſcripturam vel aliquod dictum probat, vt not. per Barto. in l. eos. de falſis.

Fallit hoc primò, quia ſi teſtis producitur ſuper eodem articulo in alia cauſa, & dixit, ego dico prout aliàs dixi in tali cauſa, teſtimonium eius non valet, & ita notat Barto. in d. l. eos. & Salice. in l. iuriſiurandi. in 3. col. C. de teſtib.

Secundò fallit, quando depoſitio ad quam ſe refert nō valebat reſpectu veritatis quia falſum depoſuit, quia tale dictum propter eius relationem non valebit, ſecus ſi non valebat reſpectu ſolemnitatis, & ita not. Sali. in d. l. iuriſiurandi, in 4. col. C. de teſt.

Tertiò fallit ſi teſtis diceret, dico per omnia ſicut primus teſtis, quia non valet eius dictū, vt not. Spec. in tit. de teſt. §. nunc videndum, ver. cautum, & ita not. Salic. prædicta omnia in d. l. iuriſiuran. in 3. & 4. col.

Quartò fallit quia ſi teſtis depoſuiſſet corā arbitrio, & repeteretur ſuper eodem corā iudice, & diceret, ego teſtificor prout feci in alia teſtificatione mea, nõ valet eius dictū, nec daretur tempus ad rememorandum quando eſſet ſuſpectus, aliàs ſecus. ita not. Salic. in l. ſi. in 1. & 2. colum. C. de teſt. idem Bal. in d. l. ſi. Et de hoc dixi etiam ſupra. vide Bal. de pace conſtan. in ſi. & per Abb. in c. cùm in tua in 2. col. de teſtib. allegantem Bart. in l. eos. de falſis. & Bald. in l. ampliorem. §. primo. C. de appel. & eundem in l. presbyteri. de epiſc. & cler. & glo. 3. quæſt. 6. hoc quippe. & Bal. in d. l. iuriſiuran. C. de teſt. & in c. literas. de præſump. & in l. voluntas. C. de fideicommiſ. in quibus locis Bald. materiam hanc pertractat, necnon & in additio. ad Specu. in titu. de teſtib. in 2. colum.

REGVLA CCCLXVIII.

Poſt didicita teſtificata quis poteſt ꝑducere teſtes ad reprobandum alios teſtes contra ſe productos, vt eſt glo. & ibi Doct. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſt. & ibi per Sali. in 6. & 7. col. & not. in c. cùm cauſam. extra de teſtib.

Fallit primò, quando teſtes producerentur ſuper capitulis, quæ eſſent directò contraria prioribus, nā propter timorem ſubornationis nō admittuntur, ſecus ſi eſſent per indirectū contraria, vt not. Pet. in d. l. ſi quis teſtibus. vbi per Salic. in 6. & 7. col. licèt hoc ipſe limitet vt infrà.

Secundò fallit, quia teſtes per indirectū poſt publicatas atteſtationes ita demum poſſunt reprobari, ſi locus & tempus non ſunt appoſiti in articulo, ſecus ſi eſſent appoſiti & expreſsi, & noti fuiſſent parti, quia tunc poteſt ei imputari quare tunc non articulauit, cùm ſciret quòd poſt didicita teſtificata non poſſunt alij teſtes produci, ne falſitas excogitetur. & ita not. Innoc. & Io. And. in c. ex tenore, extra de teſt. & Sali. vbi ſuprà in 7. col. vbi hoc limitare videtur.

Tertiò fallit, quia vbi locus & tempus ſunt expreſsi in articulo, & producantur teſtes ad reprobandū alios poſt publicatas atteſtationes, ita demum admitti non debent quando non fuit facta aliqua proteſtatio de abſentia, ſed ſi fuiſſet facta proteſtatio, & maximè conuentionalis, & quia pars conſenſiſſet vel cōtradixiſſet, tunc benè admitterentur. & ita not. Io. And. in d. c. ex tenore, ſic intelligendo glo. 3. q. 4. ſi quis. idem Abb. Sic. in d. c. ex tenore, limitando tamen in 2. & 3. col.

Quartò fallit, quia teſtes licèt non poſsint reprobari quando eſt expreſſum tempus in dicto ſuo, vt ſuprà dictum eſt, tamen ſecus eſt quando vellet quis reprobare eos in cauſa ſuæ ſcientiæ, vt quia velit probare teſtes nō fuiſſe in aliquo loco nec in dicto tempore, de quo ipſi atteſtantur in dicto ſuo. quia tunc hoc fieri poteſt. & ita not. Sali. in d. l. ſi quis teſtibus. in 7. col.

Quintò fallit, quando eſſet ſtatutum quòd teſtes recepti contra magnates non poſſent reprobari, quia ſtatutū valet: & ideo ſi reprobare volens eſſet de magnatibus, hoc nō poſſet, vt not. Pet. de Anch. in c. canonum ſtatuta. in 61. col. de conſtit. de quo etiam tangit Bar. in l. abſentem. ff. de pœnis.

Sextò fallit, quia ſi teſtes producantur ab vna parte, & aduerſa pars petit illos examinari ſuper toto negotio, non poterit poſtea dicta pars aduerſa eos reprobare, niſi fuerit proteſtata contra ipſos. quod tamē reprobat Abb. Sicu. in c. de teſtibus. in 2. col. de teſt. quia dicta proteſtatio eſt contraria facto, ideo nihil operatur.

Septimò fallit, & iſta eſt regula potius, quia poſt publicationem atteſtationum non poteſt obijci in perſonam teſtium, nec eos reprobare niſi in tribus caſibus. de quibus vide textum, & ibi plenè per Inno. in c. præſentium. in 1. 2. & 3. col. extra de teſt.

Octauò fallit, & iſta eſt potius regula, quia etiam directa probatio contraria admittitur publicatis atteſtationibus, quando articulus non fuit debitè ſpecificatus, vt ſi contra inſtrumentum obijcio in genere quod eſt falſum, teſtes inducti deponunt, quod tempore confecti inſtrumenti notarius erat mortuus, certè poterit aduerſarius atteſtationibus publicatis probare quod erat viuus, licèt hoc ſit directè contrarium, & ita not. Abb. Sicu. in c. ex tenore, in 2. & 3. col. de teſt. ſic intelligendo illum text. allegat Specu. in tit. de teſt. §. ſæpe. verſ. in principio. & §. porro.

Nonò fallit, quia tertius comparens pro ſuo intereſſe & volens impedire executionem auditur dummodo probet ſua intereſſe. quod intereſſe probatur per teſtes vel inſtrumenta, & contra dictos teſtes non poteſt fieri reprobatio nec contra perſonam nec circa eorum dicta. ita not. Abb. Sic. in c. veniens, in 5. col. de teſt.

REGVLA CCCLXIX.

Qvibus caſibus teſtes poſſunt produci ad reprobandum alios poſt publicatas atteſtationes.

Dic primò, quando capitula eſſent per indirectum contraria, & tempus meum non fuiſſet expreſſum, quia tunc poſſunt produci teſtes poſt publicationem teſtium, alias ſecus, & ita not. Inno. & Io. And. in c. ex tenore. extra de teſt.

Secundò etiam poſſunt producis teſtes ad reprobandum poſt publicationem teſtium, quando locus & tempus fuiſſent expreſsi, ſi modo pars volens producere teſtes reprobatorios fuerit proteſtata quòd nō fuit in loco, & quòd intendit hoc probare, quæ proteſtatio valet ſi pars aduerſa ei conſentiat, vel non contradicat, aliàs ſecus. & ita not. Io. And. in d. c. ex tenore. ſic intelligendo 4. q. 4. ſi quis teſt.

Tertiò poſſunt produci teſtes reprobatorij poſt publicationem teſtiū, quando vult eos reprobare in cauſa ſuæ conſcientiæ, puta quia velit probare teſtes in illo loco non fuiſſe, vel tempore de quo ipſi atteſtantur: & ita not. Sali. in l. quis teſtibus. in 7. col. C. de teſt.

Quartò licèt in inſtrumento ſint & locus & tempus, nihilominꝰ poſſunt ꝑduci teſtes reprobatorij cōtra ipſum, ſecus eſt in teſte, vt no. Sali. vbi ſupra in 7. & 8. col.

Quin-

Quintò ſi mei teſtes reprobentur, poſſum ad corroborationem primorum alios nouos teſtes producere poſt publicationem teſtium, qui tacitè videntur reprobare alios teſtes reprobatorios. & ita no. Inno. in c. cùm clamor, de teſt. & Salic. in d. l. ſi quis teſtibus. C. de teſt. idem Abb. in c. ex tenore, in fi. de teſt. vbi dicit quòd aduerſarius ad confirmandum teſtes reprobatorios non poſſet alios teſtes inducere. quod not.

Sextò dic, quòd vna reprobatio non plures vnicuique parti eſt permiſſa, vt not. Sali. vbi ſuprà in 8 col. allegat not. per Doct. in c. licèt dilectus. extra de teſt.

Septimò dic quòd licet reprobatio fieri non poſsit, tamen poterit fieri accuſatio de falſo, quo caſu proceſſus ſuſpenderetur, & ita not. Salic. ſecundum Bald. in d. l. ſi quis teſtibus. in 8. col.

Octauò adde, quòd licèt non poſsit teſtis reprobari, nihilominus poterit oſtendi contrarium per facti euidentiā poſt didicita teſtificata, quia tunc non eſt timor ſubornationis. & ita not. Salicet. in d. l. ſi quis teſtibus. in 8. col.

Nonò dic quòd admittuntur teſtes reprobatorij regulariter quādo de tali teſtimonio aduerſarius ſibi prouidere nō potuit ante ipſius teſtimonij probationem, & ita not. Sali. ſecundum Nico. de Mattar. in d. l. ſi quis teſtib. in fi. C. de teſt. vbi omnino vide, quia ponit ibi alios caſus in quib⁹ teſtes reprobatorij admitti debent.

Decimò teſtes reprobatorij poſſunt indiſtinctè admitti ſuper diuerſo capitulo, vt l. ſiquidem. C. de excep. & not. in d. c. ex tenore. & in d. l. ſi quis teſtium.

Vndecimò, quia in alia cauſa poſſunt admitti teſtes reprobatorij, vt in c. cùm in tua, de teſt. & not. in l. fi. C. de teſt. idem Abb. in c. præſentiū, in 3. & 4. col. de teſt.

Duodecimò, quia inter alias perſonas admittuntur teſtes reprobatorij, vt in c. conſtitutus, extra de teſt.

Decimotertiò, quia poſſunt repeti teſtes ad diuerſum effectum, non ad eundem, vt not. in c. veniens, extra de teſt. & prædicta not. Sali. in d. l. ſi quis teſtib.

Decimoquartò, quia poſſum producere teſtes ad reprobandum perſonam teſtium contra me productorū, etiam poſt publicationem, dummodo pars iuret quod malitioſe ad hoc nō procedat: & ibi probatur per text. & ibi per Abb. Sic. in c. præſentium, in 1. col. de teſt.

Decimoquintò fallit, quando pars eſt proteſtata ante publicationem quod intendit reprobare teſtes poſt publicationem tanquàm minus idoneos, ita probatur & not. per Abb. Sic. in d. c. præſentium, in 2. col.

Iunge regulam 176. & reg. 268. reg. 369.

REGVLA CCCLXX.

QVibus caſibus habeat locū lex teſtiū. C. de teſt. videlicet quod ſolutio debiti cōtracti in ſcriptis debeat probari per quinque teſtes rogatos.

Dic primò, quia habet locum quando actum eſt vt debitum redigatur in ſcripturam, & aliter noo valeat, nam hoc caſu debet fieri probatio per quinque teſtes circa eius ſolutionem, vt not. Salicet. in d. l. teſtium. & ibi glo.

Secundò habet locū quotieſcunque ſit facta ſcriptura per partes de debito, quia eius ſolutio nō poteſt probari niſi per quinque teſtes. & ita not. Sali. in d. l. teſtiū, in 2. col. tamen ibi dicit quòd hoc non conſuleret.

Tertiò dicas quòd habet locum in omnibus illis caſibus, qui de neceſsitate requirunt ſcripturā, vt in contractu emphyteotico, cenſuali & ſimilib. vt idem Salic. not. in d. l. teſtium. in 3. col.

REGVLA CCCLXXI.

QVibus caſibus non habeat locum d. l. teſtium. C. de teſtibus, videlicet quòd poſsit probari debiti ſolutio contractati in ſcriptis per minorem numerum quinque teſtium.

Dic primò, quòd non habeat locum quando probaretur amiſsio ſcripturæ per caſum cùm tunc ſolutio poterit probari per duos teſtes, vt videtur notare Salic. in d. l. teſtium, in 1. col.

Secundò nō habet locū quando ſcriptura nō ex conuentione partiū, ſed ex iuris neceſsitate requiritur, vt eſt in ſententia, in ſolutione canonis cōtractus emphyteotici, in ſolutione rerū deſcriptarū in inuentario per tutorē, quia iſta poterunt per duos teſtes probari. & ita not. Bal. in d. l. teſtium, de quo ibi per Sali. in 3. col.

REGVLA CCCLXXII.

IN quibus caſibus non ſit ſufficiens ratio teſtis ſeu cauſa per viſum.

Dic primò quòd in his in quibus viſus alteri ſenſui non coniungitur, immo ſeparatur, vt ſi dicat quod vinum erat dulce, & ioterrogatus de cauſa dicit quia vidi, tunc non eſt ſufficiens cauſa, quia guſtus nō coniungitur viſui, vt ff. de contrah. empt. l. ſi in emptione. §. alia. ſecus ſi cōiungeretur, vt quia dicat, ego vidi Titium interrogantem Caium, & Caium ei reſpondentem. vel vidi campanam pulſantem, vel mulierem clamantem, quia tunc eſſet ſufficiens ratio, vt not. Sali in l. teſtium. in 4. & 5. col. C. de teſt.

Secundò, ſi teſtis dicat, quod talis vidit quod promiſit decem Titio, non probat, quia ſenſus viſus non eſt conueniens, nā requiritur auditus verbi. alioquin ſurdus poſſet probare ſtipulationē, quod eſt falſum. & ita not. Bal. in c. cùm cauſam, in 10. col. de teſt.

Tertiò, ſi teſtis dicat, vidi talem bene canere, nō probat, quia motus & ſonus non ſunt ſub prædicamento viſus, ſed ſub prædicamento auditus, nam ſenſata oculi, vt dicit Philoſophus, ſunt decem, ſcilicet, pulchritudo, lux, tenebrę, color, corpus ſigna, ſitus, remotio, propinquitas, motus, & quies. Iſta ſunt ſenſata oculi. Senſata vero auris ſunt auditus ſonorum, & ſunt duæ ſpecies, ſcilicet animalis, & non animalis. Sonus vero animalis eſt duplex, ſcilicet rationalis pertinens ad loquelam humanam. nam vox eſt inſtrumentum animæ rationalis: at irrationalis ſonus eſt hinnitus equi, garritus auium & his ſimilia. Sonus vero anima carētis, eſt ſicut fragor arborum, colluſio lapidum, mallei vel campaoe, & ſimilia, vt dicit Philoſophus in ſecretis. prædicta not. Bald. in c. cùm cauſam. in 10. col. de teſt.

Quartò, ſi teſtis dicat quod vulnus fuit mortale, quia vidit, non probat hanc qualitatem, quia aliud alij mortiferum eſſe ſolet, & ideo debet reddere rationem rationis. & ita not. Bald. in d. c. cùm cauſam, in 12. col.

Quintò, ſi teſtis dicit quod vidit quod Titius erat filius Martini, non ꝓbat, quia relatio filiationis & paternitatis eſt difficilis cognitionis, & nō poteſt videri per aſpectū oculorū. per Bal. in d. c. cùm cauſam. in 12. col.

Sextò, ſi teſtis dicit quod vidit quod Berta erat vxor Ioannis, non probat. vir enim & vxor ſunt correlatiui. l. fi. C. de indict. viduit. & ita Bald. in d. c. cùm cauſam, io 12. col. de teſt.

REGVLA CCCLXXIII.

TEſtamentum quomodo probetur. Dic primò quod probatur per ſeptem teſtes, vt l. hæredes palàm, & ibi not. ff. de teſtamen.

Secun-

Secundo modo probatur per duos teſtes teſtamenti ſcriptura ſi fuerit deperdita, & ita not. Salic. ſecundum Dy. in l. teſtium. in 1. col. in fi. C. de teſt.

Tertiò, quia duo teſtes etiam non rogati ſufficiunt in teſtamento ad pias cauſas, & illud probāt, ſecundum Bart. & Bal. in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. & Iu. And. & Ant. de But. in c. cùm eſſes. de teſta.

REGVLA CCCLXXIIII.

QVomodo ꝓbentur teſtes fuiſſe rogatos, & quando ſufficienter dicantur rogati.

Dic primò, quando ſpecialiter fuerunt conuocati ad quendam locum ad aliquem actum, licèt non interuenerit rogatio. ita not. Sali. in authent. niſi rogati. C. de teſtib.

Secundò ſufficit, ſi fuerint ad hoc adhibiti, & hoc dicatur, licèt aliter non fuerint rogati, vt l. hæredes palàm. §. in teſt. ff. de teſta. & not. Salic. in d. auth. niſi rogati. vide Bart. in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.

Tertiò, idem dicendum quando teſtes fuerunt ad illud moniti, vt not. Salic. in d. authen. niſi rogati, de quo etiam vide per Bar. in d. l. ſciendum, ff. de verb. oblig.

Quartò, quia ſi teſtes ſcribantur in teſtamento vel ſimili inſtrumento in quo teſtes debent eſſe rogati, licèt notarius non dicat eſſe rogatos, nihilominus præſumitur illos fuiſſe rogatus, vt not. per Sali. in d. authen. niſi rogati. C. de teſta. licèt alij contrà.

Quintò, teſtes debent eſſe rogati tempore quo fit actus vel teſtamentum, non autem tempore productionis, vt not. Sali. in d. auth. niſi rogati. in prin.

Sextò, quando id quod deducitur in inſtrumento, procedit de cōſenſu vnius, tunc ſufficit rogatio ipſius: Si autem fiat de conſenſu ambarum partium, tunc ambæ partes debent teſtes rogare, vt not Salic. in d. auth. niſi rogati, in 1. col. allegat auth. de tabell. §. nos autē.

Septimò dic, quòd teſtis non præſumitur rogatus, ſecus in notario, vt per Bal. in l. ad fidem. ff. de teſt.

REGVLA CCCLXXV.

IN quibus caſibus negatiua non videtur eſſe probata, vel probari non potuerit.

Dic primò, nam ſi teſtes dicunt quòd notarius errauit, quia non audiuit hæc verba, ſed alia verba de quibus non recordantur, non probant negatiuam, vt per Bald. in l. hæc ſententia. la 1. C. de ſentent. quæ ſine certa quantit.

Secundò non probatur per iuramentum ipſius inculpati & aliorum compurgatorum iurantium ſolum de credulitate, iuxta formam c. quoties, de purg. can. ſed ſi vult probare negatiuam indirectè per teſtes de veritate deponentes & de credulitate, & poteſt. & vide glo. 81. diſt. c. clerici. & ideo non valet illa conſuetudo Saxoniæ, quòd fur tenens rem furtiuam vna manu ſub tunica, poſsit iurare cum altera manu quòd rem non habebat. de quibus per Abb. Sicu. in c. ad noſtram, in 2. colum. de probat.

REGVLA CCCLXXVI.

QVomodo & qualiter probetur quis furioſus vel ſtultus.

Dic primò, quòd teſtis ſuper hoc deponens debet reddere cauſam, aliàs non probat, vt per Salice. & Docto. in l. ſolam. C. de teſt. idem Bal. in l. furioſum. C. qui teſta. facere poſſ. & vide quæ dixi ſuprà.

Secundò, quia ſi teſtis in reddendo rationem dicat, quia vidi eum furentem, probat, cùm furor per viſum percipiatur, vt not. Ange. in authent. vt cùm de appel. cog. §. ſi quis.

Tertiò, ſi probatum eſt teſtatorem fuiſſe mente captum ante tempus teſtamenti vel contractus per vnum annum vel plus præſumitur quod fuerit mente captus tempore teſtamenti, vt eſt glo. not. in c. fi. de ſucceſſ. ab inteſt. & glo. in l. is qui. in fi. ff. ex quib. cau. maior. & in l. apud Celſum, in princip. ff. de doli except. & Paul. de Caſt. in l. qui teſtamento. §. nec furioſus. ff. de teſt. & Bal. in l. 1. ff. de bon. poſſ. furi. infan. &c. & per Bal. in d. l. furioſum. vide Pau. de Eliazar. & Docto. in clem. 1. de homicid. & Doct. in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. & D. de Rota in conclu. 236.

Quartò quis probatur furioſus, quando per eius affines tenetur ſub arcta cuſtodia, vt per Bald. in l. diuus. ff. de offi. præſ. & plures alias coniecturas vide per Bald. in l. 1. in prin. ff. de verb. oblig.

Quintò probatur quis furioſus eo ipſo quòd proijcit lapides, tamen iſtud non concluderet aliquem furioſum, quia poſſet proijcere ad ſuam defenſionem, vel ob aliam cauſam, niſi qualitas proiectionis probaretur, & ita D. Lanfran. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſol. ma. vbi etiam glo. allegat text. in l. 2. C. de iud. idem Ang. in l. quidam in ſuo, de condi. inſtit.

Sextò probatur quādo verba deridenda diceret, quæ non dicerentur per compotem mentis, vt per Ange. in d. §. ſi maritus. allegat l. ob conuitia. ff. de ædil. edict. & vide tex in l. his qui in ea, & ibi glo. ff. de tut. & cur. dat. ab his. idem Ang. in l. quidam in ſuo, de condi. inſtit.

Septimò probatur quis non ſanæ mentis quando in teſtamento ſuo ordinat tale quod non congruit homini ſanæ mentis, vt per do. Pau. de Caſt. in d. §. ſi maritus. allegat d. l. quidam in ſuo. & ibi glo. & vide textum in l. ſi quis ita. §. diuus. de tut. & cur. dat. ab his. & prædictos vltimos tres caſus ponit D. Lanfran. in d. §. ſi maritus, vbi vide.

Octauò præſumitur furor quādo qui fecit teſtamentum vel contractum & ante per modicū temporis fuit furioſus & in teſtamento vel contractu ſint dicta vel facta aliqua quæ non ſpectant ad aliquem quòd ſint ſani intellectus, aliàs ſecus, & ita not. Bald. in l. furioſum. C. qui teſta. fac. poſſ. & ibi Sali.

Nonò probatur furor per medicos, & hoc quando eſt dubium vtrum quis paciatur mentis exiliū ex egritudine, vt putà exprehenſi, & non ſpectat plus ad medicos quam ad alios cognoſcere mentis compotes & bene diſcretos, & ita not. Ang. in l. 2. ff. de teſt.

Decimò probatur furor ſi plures inducti ad probandum eum vnus dicit de vno actu furibundo, alius de alio actu, quia ſunt conteſtes in furore, licet ſint ſingulares in ſpecie actuum. vt fit in probanda poſſeſſione vel iuriſdictione ſeu aliquo genere, & ita concludit Bald. in d. l. quidam in ſuo, de condi. inſtit.

Vndecimò, ſi capitulatum fuit quòd quis eſt furioſus, & teſtes reſpondit vera eſſe, vel dicit quia vidi, talis teſtis non probat niſi dicat ſigna & actus per quos intelligatur furioſus. ita Bald. in c. cum cauſam. in 5. & 6. colum. extra.

REGVLA CCCLXXVII.

QVis dicatur teſtis omni exceptione maior.

Dic quòd ille qui nō poteſt repelli à teſtimonio per aliquam exceptionem ſibi oppoſitam. glo. eſt not. in c. 1. de conſangui. & affin. & inſtu. de inuti. ſtipu. §. item verborum, & in c. at ſi clerici, de iudic. vide etiam Abb. Sic. in c. 1. in 1. col. de teſt.

REGV-

REGVLA CCCLXXVIII.

NOmina teſtium ſunt edenda inquiſito quando proceditur contra ipſum per inquiſitionem de aliqno crimine, vt ꝓbatur in c. qualiter & quando. §. debet. extra de accuſat.

Sed hoc fallit primò in caſu videlicet in cauſa hæreſis, quia non eduntur nomina teſtium perſonæ inquiſitæ, vt not. in c. fi. & ibi hoc probatur de hæret. lib. 6.

Secundò fallit, quando in ciuilibus nedum in criminalibus quis non audeat monere litem alicui propter eius potentiam, & quia timet ne interim moriantur, vt not. ponit Inno. in c. quoniá, vt lite non conteſt. & prędicta ponit Abb. Sic. in c. in nomine Domini. in 4. & 5. col. extra de teſt.

Tertiò fallit vbi index inquireret ex officio ſuo, quia non debet edere nomina teſtium parti inquiſitæ, ſecus ſi præcederet ad inſtantiam partis, vt not. in d. c. quia. & quando ad inſtantiam partis, vt no. in d. c. qualiter & quando. §. debet. de accuſ. & ſentiunt Doct. vbi ſupra.

REGVLA CCCLXXIX.

QVando teſtes examinari debent, pars aduerſa debet citari ad videndum eos iurare, & ſic valent eorum dicta, vt not. in l. ſi quando. C. de teſt. & not. in c. in nomine Domini. de teſt.

Sed hoc fallit primò quando pars non potuit venire & quia habuit iuſtum impedimentum, & iudex hoc neſciuit, quia non valebit dictum teſtium examinatorum, vel debebit examinatio retractari quando iudex ignorauit, vt not. Abb. Sicu. in d. c. in nomine Domini. in 6. col. licet Io. And. ibi teneat contrarium.

Secundò fallit quando quis fuiſſet citatus ad domũ vt veniat ad videndum inrare teſtes, nam ſi illa citatio non ſit ſufficiens, vt qnia perſonaliter debuerint citari, non valebit talis examinatio, vt no. Abb. Sic. ſecundum Io. And. in d. c. in nomine Domini. in 5. col.

Tertiò fallit, quando pars fuiſſet citata & non veniſſet quia contumax, nam ſi lis nondum erat conteſtata, nõ valebit examinatio, niſi eſſemus in caſu quo lis conteſtari non debuerit, de quo per glo. in d. c. in nomine Domini. & ibi per Abb. Sic. in 5. col.

Fallit vt per Viuium in ver. teſtes non poſſunt. Ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 14. per Felin. in c. in nomine, de teſtib. num 28. Fallit in 9. caſib. vt per Soc. reg. 406. Fallit in 15. caſib. vt per Lancillot. in tracta. de prætore, in tit. de teſtib. in princ. num. 9.

REGVLA CCCLXXX.

QVibus caſibus atteſtationes factæ, in vna cauſa proſunt & nocent in alia.

Dic primò quòd vbi actũ eſt ciuiliter de crimine teſtes ſuper eo inducti faciunt indicium & probationem, vt iudex inquirens contra illũ de crimine poſſit ſuper illis ſe fundare, ita not. Innoc. in c. qualiter. de accuſat. quem refert Abb. in c. cauſam quæ. in 3. col. de teſt. licet ipſum non ſequatur.

Secundò valent dictę atteſtationes quando agitur in alia cauſa ad idem vel ad aliud dependens ex principali, vt atteſtationes factę ſuper matrimonio valeant ad probandam legitimationem filiorum, vt per Inno. & Abb. in d. c. cauſam quæ. in 3. col.

Tertiò quia probationes factę principaliter circa delictum, licet non faciant probationem plenam, tamen adminiculanter ſeu faciunt indicium, vt not. Bart. in l. 1. ff. vi bon. rapt. & not. Abb. vbi ſupra in 4. col.

Quartò quia ꝓbationes factę in cauſa criminali proſunt eiſdem perſonis in ciuili & nocent inter alias perſonas, quib⁹ ſententia haberet præiudicare, vt not. Abb. Sic. in d. c. cauſam quæ. in 4. col. de teſt. vbi etiam dicit prędicta habere locum quando cauſa prorſus eſſet ſeparata inter eaſdem tamen perſonas, dic vt ibi per eum.

REGVLA CCCLXXXI.

QVibus caſibus atteſtationes factæ in vna cauſa non nocent in alia.

Dic primò, quia ſi teſtes depoſuerunt ſuper inquiſitione generali, in qua fuit aliqois nominatus, nõ faciunt poſtea fidem inquiſitione ſpeciali contra illũ, ſed oportet quòd iterum iurent & deponant parte citata. ita not. Abb. Sicu. in c. præterea. in 6. col. de teſt. cogen. allegat Innoc. in c. bonæ, de elect. & Bart. in l. fin. ff. de quæſtio.

Secundò, quia denunciatores ſi deponunt in cauſa, & poſteà eadem cauſa alteri delegetur, oportet quòd iterum examinentur & cum iuramento, aliàs dictum eorum non probaret, & ita not. Abb. Sic. vbi ſupra in d. c. præterea. in 6. col. vbi etiam per Docto.

REGVLA CCCLXXXII.

QVando teſtes deponunt ſoper actu vel facto multiplicabili ſeu reiterabili & diſcrepent in dicto actu vel facto, nihilominus poſſunt reduci ad concordiam, vt non videantur contrarij, vt 3. quæſt. 8. nihilominus, vt ſi ſit probandum adulterinm vel matrimoniũ & aliqui dicant de vno tempore, alij de alio, nam intelligitur de adulterio diuerſo & multiplicato, & ſimiliter de matrimonio, & ita no. Abb. Sic. in c. cum tu. in 1. & 3. col. de teſt.

Sed fallit primò, quando conſtaret de vnitate actus vel per confeſsionem partium vel ex dictis teſtiũ, quia tunc ceſſaret dicta concordia, & teſtes eſſent contrarij. de quo in c. cũ Io. de fid. inſtru. & per glo. not. 3. q. 8. nihilominus. & not. Abb. Sic. in d. c. cũ tu. in 1. col. de teſt.

Secundò fallit, quãdo vna pars haberet plures & meliores teſtes, quia eis ſtandum eſt, non facta alia concordia, vt per glo. in c. cum contingat. de offi. deleg. & Bar. in l. 2. creditũ. ff. ſi cert. pet. licet Abb. contra ſecundum D. Anto. de But. in d. c. cum tu. in 2. col. allegant glo. 4. q. 3. ſi teſtis. ſecus ſi teſtis eſſent æquales, quia reducerentur ad concordiam, vt ſupra.

Tertiò fallit, quia concordia non fit neque fieri poteſt inter teſtes & dicta partium. ita not. Abb. Sicu. in c. cum tu. in 3. col. de teſt. alleg. Inno. in c. cum contingat. de offi. deleg. & Bart. in l. 2. §. creditum. ff. ſi cert. pet. licet poſsit fieri concordia cum confeſsione partis aduerſæ in his, in quib⁹ ſi potuit præiudicare, & ita not. Abb. Sic. vbi ſupra. & adde quod fit concordia quando teſtes eſſent vnius partis tantum & deponerent diuerſimodè ſuper aliquo facto, vt ſupra. Ita not. Abb. Sicu. vbi ſuprà in 1. 2. & 3. col.

Quintò fallit in priuilegijs vel ſcripturis ab eadem parte productis quia non poteſt fieri concordia, vt not. Io. And. in d. c. cum tu. ſecundum Ant. de But. ibi ſupra contra quem ſeqnitur Abbas. ſecus eſſet in teſtibus ab eadem parte productis, quia poſſunt ad concordiam reduci, vt ſupra dixi.

REGVLA CCCLXXXIII.

QVomodo & qualiter probetur conſanguinitas ſeu cognatio. Dic primò quòd poteſt probari per inſtrumentum, quod qualiter conficiatur, vide plenè per Abb. Sicu. in cap. ſeries. in 1. & 2. colnm, extra de teſtib.

Secun

Secundò probatur agnatio quando quis probat quaſi poſſeſsionem ipſius, vt per Ange.in l. parentes C.de teſt.& vide c.licet ex quadam.extra eo.tit.

Tertiò an per famā probetur parentela, & quod quis ſit habitus, tentus & reputatus. vide not.in d. c. licet ex quadam.de teſt.& cap. quoties.eo.tit. & Bald.in l. proprietatis.C.de probat.per eundem. in l. non ignorat.c. qui ſunt ſui vel alien.iur.& in Specu.de teſt. §.ſequitur. verſi.quidam & addunt.in fi. per Bald.in l. fin.C.de ſacroſan.eccleſ. De hac materia, vide quæ notantur in l. ingenuum.de ſtatu homi.per Bal.in l. 2.§.fi. cum l.ſeq. ff. de lib. agno. vbi videtur neceſſariam eſſe ſententiam ſuper hoc, de quo etiam per glo.in l.1.C.quorum bon. & Inno.in c.cauſam,el 2.qui filij ſint legi.

REGVLA CCCLXXXIIII.

QVibus caſibus non valeat lex vel coosuetudo ſuper probationibus faciendis.

Dic quòd non valet conſuetudo impediens productionem teſtium faciendam per reum, cum actor per prius probauerit intentinnem ſuam & reus non di dicit adhuc teſtificata alterius partis.ita not. Abb. Sicu. in cap ſeries, ſecundum vnum intellectum extra de teſtib.in vlt.colum.

REGVLA CCCLXXXV.

QVomodo & qualiter probetur carnalis copula inter virum & mulierem.

Dic primū quòd licet nō poſsit ſufficiens, & concludens teſtimonium reddi, eſto quod vir viſus ſit ſupra mulierem, quia poterat eſſe frigidus, vel aliter nō poterat coire, tamen ſatis probatur copula, quia alius actus ſtrictior inueniri non poteſt quam iſte, & ita in effectu not. Abb Sicu.io c. præterea. in 1.col.de teſt. ſecundum Io And.ibi.

Secundò quia licet teſtes ooo viderint virum & mulierem commiſcentes præciſè eodē tempore, ſed interpellatim continuò vnus poſt alium, hoc ſufficit putà quia per foramen viderunt ſucceſsiuè illos coeuntes, nam cum iſte actus ſit ſucceſsiuus, non videntur deponere ſuper diuerſis fornicationibus, ſed ſuper vna tantum.ita Abb in d.c.prӕterea.in 2.col. allegat glo.not.in c.nihilominus.3.q.8.& Cy.in l.teſtium.C.de teſt.& probatur fornicatio ſi teſtes viderunt virum & mulierem io latebris ſe oſculantes & amplexantes, quia iſti ſunt actus propinqui ad copulam.vnde alibi dixit Bar. quòd deprehenſis viro & muliere in huiuſmodi actibus propinquis creditur adulterium ſeu fornicatio notoria.Ita not.per eum in l.2.ff.de furt. & l. capite quinto.ff. de adult.facit l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc.& cleri. ita Abb.in d.c.præterea.io 2.col.de teſt.

Tertiò probatur copula per famā viciniæ cum alijs adminiculis, & teſtibus de auditu, quia ſola fama quantum ad inferendum plenum prӕiudicium non probat, niſi cum alijs adminiculis, ſed ſolū ſufficiat quò ad impediendum matrimonium contrahentium, vt in c. ſuper eo.de coosangui.& affi. ita not.Abb.Sicu. vbi ſupra io c.præterea.in 2.col.

Quartò probatur copula ſi teſtes dicunt quòd audieruot eos commiſcentes, ſed nihil viderunt, & cum hoc concurrant fama & alia adminicula, vtputà tactus, viſus, riſus, iocus, miſsio nunciorum, & iocalium, cohabitatio, amplexus, oſculum & ſimilia, vt habetur io c. tertio loco.de præſumpt.& in d.l.capite quinto.vnde ſi teſtes deponant ſe vidiſſe virum & mulierem in aliena camera, & poſtea audierunt eos commiſcentes coocurrente fama & alijs admioiculis vt ſupra, ſatis eſt probatum, aliàs ſolus auditus vt ſopra, non ſufficeret, licet faciat maximam præſumptionem.ita Abb.in d. c. præterea.in 3.& 4.col.de teſt.

Quintò probatur, quia ſi eſt vnus teſtis de viſu cum fama & alijs adminiculis certe probabilibus ſufficiens eſt probatio in factis antiquis, de quibus nō eſt memoria in contrariū, & in delictis quæ occultè fiunt, vt not. Hoſt.in d.c.præterea.& ibi Abb.Sic.in fi. & oon per ipſum io c.3.loco de proba.& per Lapum alleg.65.

Sextò probatur ſi aliquis deprehenditur in domo alicuius pulchræ mulieris in actibus venereis, putà oſculando vel confabulando io loco ſecreto, quia præſumitur ſtuprum vel adulterium interueniſſe. & ita Abb.in d.c.tertio loco.in 5.col.& ſic intelligit Bart.in l.furem. ff.de furt.& in l.capite quinto.ff.de adulter.

Septimò probatur, quando teſtis deponit ſuper nuditate & ſolitudine videlicet quòd vidit eos nudos & ſolos, nec eſt neceſſe quòd deponat quòd viderit eos inuicem commiſcentes, & iſtæ prӕſumptiones ſunt ita ſtrictæ & violeotæ, vt nedum quis poſsit condemnari ciuiliter, ſed etiam criminaliter de adulterio, vel ſtupro ſeu inceſtu, & ita not. Abb.Sicu.in c. literis.in princ & in fin.extra de præſump.& ſic dicit debere intelligi.l.fi. C. de probat. contrarium tameo tenet Mat. de Matheſyl.in not.119.

Octauò ſi teſtis dicat, vidi per ſpeculū tales ſic adulterantes & bene cognoui, dic quòd nō probat, quia iſta viſio per ſpeculum in enigmate, id eſt, quodammodo figurali prout ſi viderem corpus tuum pictum io pariete, nihil eſt, nam illud quid videtur, oon eſt homo, ſed qoædam idea ſeu imago, & ideo in proprie teſtis dicit vidi hominem adulterantem, ſed debet dicere vidi imaginem. ſed ad probandum imagioem teſtes nō eſt productus nec iuratus, ideo nō probat. Item quia iſta ratio eſt magis ſpeculatiua quàm corporalis. hæc Bald. in c. cum cauſam.in 9.col.de teſt.

REGVLA CCCLXXXVI.

QVando pars eſt proteſtata ante publicationem quòd intendit reprobare teſtes in perſonam tanquam minus idoneos, an & quibus caſibus poſt publicationem non admittatur.

Dic primò quòd non admittitur quando feciſſet ſimilem proteſtationem in genere, vt liceat io perſonas teſtium dicere, aut eas reprobare, niſi interueniſſet conſenſus iodicis vel aduerſæ partis, aliter autem tanquam ſit cootrarius & generalis abſque cauſa non valeret. ita not. Abb.Sic in c.præſentium.in 2.col.de teſt.

Secundò nō admittitur neque valet illa proteſtatio generalis quæ hodie ſolet fieri, io qua dicitur ſalua facultate opponendi io perſonas teſtiū &c. nam per hoc non dicit teſtes malos, ſed ſolum vult ſibi reſeruare facultatem opponendi. Vode adhoc vt valeat, debet dicere quod vult repellere ſeu reprobare teſtes tanquam nō idoneos, quo caſu nō erit neceſſarius conſenſus iudicis ſeu partis, quia apertè dicit ſe velle reprobare teſtis, & ita not. Abb.Sic.in d.c.præſentium.in 2.col.

Tertiò prӕdicta proteſtatio non prodeſſet etiā quando fuiſſet clara & noo generalis, niſi quando poſt publicationem vult reprobare & exprimat delicta & defectus teſtium in ſuis capitulis: ita not. Abb.Sicu. in d. c. præſentium. in 2.col.

Quartò ſi iudici videbitur poteſt deferre iuramentum parti producenti teſtes reprobarorios quod maliſtioſè adhoc non procedat, etiam ſi facta fuerit prædicta proteſta-

proteſtatio, & hoc quando iudex habet partem producentem ſuſpectam, aliàs autem non deberét cogere ad iurandum, & hoc eſt arbitrarium. de hoc vide Anto. de But. in d. c. præſentium. in col. de teſt.

REGVLA CCCLXXXVII.

QVando pars eſt proteſtata contra teſtes alterius partis quod intendit reprobare eos tanquã non idoneos, certè ſi dicti teſtes dicant aliquid in fauorum volentis ipſos reprobare, non creditur eis, nec datur fides pro reprobante. ita not. per glo. & Doct. in c. præſentium. de teſt. & ibi per Abb. Sicu. in pen. & vlt. col. de quo vide quia not. ſupra.

Sed hoc fallit primò, quando dictum teſtium continet vnum factum inſeparabile, nam ſi pars producens vult pro ſe, oportet etiá quód recipiat contra ſe, & hoc habet locum etiam ſi fuerint producti teſtes reprobatorij, qui tamen nihil probauerunt, & ſic deficit probatio eorum. Ita concludit Abb. Sicu. in c. præſentium. in penult. col. de teſt. ſecus ſi factum fuiſſet ſeparabile, quia non crederetur dictis teſtium pro reprobante eos, vt ibi per eundem Abb.

Secundò fallit, quando proteſtans non proceſsit ad actum reprobationis, vel ſaltem antequam teſtes deponerent, renunciat huic exceptioni, nam tunc creditur teſtibus deponentibus etiam in fauorem proteſtantis ſecundum quoſdam. Dicit tamen Abb. in d. c. præſentium. vlt. col. quod erit arbitrarium quantam fidem iudex adhibeat dictis teſtium.

Fallit in 5. caſib. ſecundum Felin. in d. c. præſentium. numr. 15. de teſtib.

REGVLA CCCLXXXVIII.

QVibus caſibus pars ſit citanda quando notarius vult facere inſtrumẽtũ de aliqua re ſeu negotio.

Dic primò, quód ſi actus fuerit geſtus per aliquas partes ſine ſcriptura, & poſtea altera ipſarum vult quód teſtes examinentur, & dicta eorum in ſcripris redigantur ſuper illo actu, & publicentur, certè debebit aduerſarius citari & quicunq; intereſt. Ita Abb. Sic. in c. Albericus. in 2. col. de teſt. alleg. c. ſignificauit. de teſt.

Secundò, quãdo ſcriptura fuit deperdita, & pars vult ſibi fieri aliam ſcripturam, certè oportet quód teſtes probent præſumptiuè perditioné inſtrumenti vel priuilegij, & teſtes debent eſſe periti, ita quód de facili decipi non potuerunt, & ac etiá comprehendere ſi inſtrumentum ſit falſum vel non, & ad prædicta pars aduerſa vel cuius intereſt, eſt citanda omnino, vt not. idẽ Abb. Sic. in d. c. Albericus. in 2. col.

Tertiò quando ſcriptura interuenit in aliquo actu, nam ſi notarius vult facere copiam de ipſo vel de alio inſtrumento ſeu priuilegio ſcripto per eum, certè hoc poteſt etiam parte nó citata, ſecus ſi alius notarius vellet copiá ſcribere de inſtrumento per alium notarium celebrato, quia hoc non poteſt nec valet, niſi pars citetur. & ita not. Abb. Sic. in d. c. Albericus. in 3. col.

Quartò quando princeps vel Papa de nouo concedit priuilegium alicui, quod iam prius conceſſerat, ſed erat deperditum vel aboletum, certè hoc poteſt facere abſq; citatione partis aduerſæ. ſi tamen ipſum priuilegiũ ſit ſuſpectum & de ipſo fiat quæſtio inter partes, nõ debet princeps concedere abſq; citatione nec ſcribi facere: & ita no. Abb. Sic. in d. c. Albericus. in 3. & 4. col. de teſt.

Quintò dicta citatio præſumitur interueniſſe, quando factum eſt antiquum, ita quód impoſsibilis ſit probatio, ſecus ſi eſſet recens, quia ſi factum ſit inſtrumentum ſine citatione, non valet, & ita not. Hoſtien. & Inno. in d. c. Albericus.

Sextò, citatio etiam præſumitur quód interuenerit in dictis inſtrumentis, quando notarius dicit in inſtrumento vel priuilegio partibus citatis, vt per Inno. in d. c. Albericus. licèt contrarium ibi ſentiat Abb. Sic. in 4. col. Tu vide quæ not. in l. ſciendum. per Bar. & Doct. ff. de verb. oblig. & in c. quoniá contra falſam. de proba.

Septimò, citatio præſumitur quando notarius dixiſſet partem fuiſſe præſenetm, quia pręſumitur ipſam fuiſſe citatam, aliás non, & ita not. Abb. vbi ſupra in d. c. Albericus.

Octauò non requiritur citatio nec autoritas iudicis quando notarius exemplaret inſtrumentum de conſenſu partium vera eſſe quæ continentur in inſtrumento illo, quia facit fidem tanquam confeſsio partium. & ita not. Abb. Sic. in d. c. Albericus. in 4. col. de teſt.

REGVLA CCCLXXXIX.

TEſtes reprobatorios reprobatoriorum non licet reprobare, & ſic vnicuique parti vna reprobatio eſt conceſſa non vltra, vt probatur in c. licèt dilectus. extra de teſtib. & not. Salicet. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib.

Quod fallit primò in reprobatione dictorũ teſtium, quia licitum eſt ſæpius in eos teſtes reprobatorios induci, vt not. Io. And. in d. c. licèt dilectus. contrarium tamen poſtmodum videtur ſenſiſſe idem Io. And. quem ſequitur Io. Cald. & Abb Sicu. in d. c. dilectus. in 2. col. aliud autem eſſet in reprobatione perſonarum teſtium, vt not. in d. c. licèt dilectus.

Secundò fallit, quãdo agitur de reprobatione inſtrumenti, quia poterunt fieri duæ reprobationes non vltra, & reprobatio inſtrumenti habetur pro prima probatione: exemplum, probaſti per inſtrumentum quód talis domus fuit tibi vendita tali die, ego probo per teſtes quód tali die venditor erat in alio loco, ſi reprobas teſtes meos, ego potero reprobare tuos, quia prima reprobatio habetur pro probatione in principali, & ſic quilibet contra vnam reprobatoriá teſtium: & ita not. Abb. Sic. in d. c. licèt dilectus. in 2. & 3. col.

Tertiò fallit, quia licèt ſecundorum reprobatoriorum reprobatio nó poſsit per teſtes fieri, nihilominus poterit fieri per inſtrumenta: ita not. Abb. Sicu. in d. c. licèt dilectus. in 3. col. extra de teſt. quod not.

Fallit in 3. caſib. vt per Felin. in c. licet. num. 1. de teſt.

REGVLA CCCXC.

TEſtis obſcurè deponens poteſt repeti poſt publicatas atteſtationes vt declaret dictum ſuũ, vt eſt tex. in c. cùm clamor. de teſt.

Fallit primò, quando pars inſtaret vt iodex dictum teſtem reciperet, nam cùm ſit timor ſubornationis, nó debet ipſum recipere, ſecus ſi iudex vellet ex officio ipſum teſtem recipere & reexaminare, vt declaret dictũ ſuum, quia hoc poteſt, cùm in eo non ſit timor ſubornationis, & ſemper ipſe habeat publicatas atteſtationes. Ita not. Abb. Sic. in d. c. cùm clamor. in 1. & 2. col.

Secundò fallit in executore impetrato à ſocijs, vel quia ſe ſpontè obtulit ſacta impetratione à Papa ad examinandos teſtes in aliqua inquiſitione, nam cum iſte habeatur loco partis, quia habet libellum offerre, litem conteſtari, & alia ſimilia facere, certè non poterit teſtes producere, vel de nouo, vel etiá vt dicta eorum obſcura declaret. ſecus ſi iudex ex officio ſuo illum executorem deputaſſet ad adiuuandum ſe in dicta inquiſitione, quia

poterit publicatis atteſtationibꝰ alios teſtes recipere, & ita not. Abb. Sic. in d. c. cùm clamor. ſecundū Hoſt. ibi.

Tertiò fallit, quando teſtes poſſunt diuerſimodè intelligi ſeu interpretari, quo caſu non eſt neceſſe quòd teſtes repetantur vt declararent dictum ſuum, nec hoc debet fieri, ſecus quādo teſtes ità obſcurè depoſuerunt, vt nullum habeant intellectum, quo caſu bene repetuntur. vt not. Inno. in d. c. cū clamor. de teſt. licèt ibi Abb. Sic. in 3. col teneat indiſtinctè teſtes ſemper examinandos, & quādo poſſent diuerſimode intelligi, allegat Bar. in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi.

REGVLA CCCXCI.

IVdex ex officio ſuo poteſt teſtes publicatis atteſtationibus examinare.

Quod habet locum primò, quando procedit per viam inquiſitionis, & ſic per ſe ex mero officio ſuo, vt eſt tex. & ibi not glo. & Doct. & Abb. Sicu. in c. cùm clamor. extra de teſt.

Secundò habet locum, etiam quando procederet in aliqua cauſa ad inſtantiam partium, nam in illa cauſa etiam ſi ſibi videbitur ex mero officio ſuo poteſt teſtes examinare publicatis atteſtationibus, ſiue de nouo, ſiue vt dicta eorum declarent, vt per Abb. Sicu. in d. c. cùm clamor. in 1. col. vbi etiam per glo allegat etiam 30. q. 5. iudicantem. & glo. in c. præſentia. de probat. & in c. per tuas. de probat.

Tertiò habet locum, quia tam in recipiendo teſtes de nouo, quàm etiam vt dicta eorum declarent, iudex publicatis teſtibꝰ poteſt eos recipere & examinare, vt not. in d. c. cùm clamor. de teſt. & ibi per Abb. Sic.

Quartò habet locum in executore dato per iudicem ad adiuuandum ſuper aliqua inquiſitione, nam iſte poſſet publicatis atteſtationibꝰ alios teſtes recipere de nouo, vel ad declarandum eorum dicta, niſi aliter fuerit prohibitus per ſuperiorem, ſecus ſi executor fuiſſet deputatus à ſocijs, vel ipſe ſponte impetrauit à Papa, quia non poſſet poſt publicatas atteſtationes teſtes producere. de quo vide in d. c. cùm clamor. extra de teſt. & ibi per Abb. Sicu. 13. col.

REGVLA CCCXCII.

QVibus caſibus poſsit alterari probatio, & maximè illud quod in ore duorum vel trium ſtat omne verbum.

Dic primò, quia ex cauſa poteſt induci per conſuetudinem vel per legem vt non credatur duobus teſtibus, quæ cauſa debet eſſe rationabilis & apparens, aliàs lex vel conſuetudo non valeret. & ideo vel propter falſitatem euitandam, vel alia de cauſa poteſt lex inducere vt exigantur plures teſtes etiam vltra numerum duorum, vt in teſtamentis. de quo vide plenè per Doct. & Abb. Sic. in c. ſicut conſuetudo. in 2. & 3. col. de probat. & ibi ponitur an præſumatur cauſa ſubeſſe vel non.

Secundò valet ſtatutum vel conſuetudo detrahens legitimæ probationi, vt quòd ſtetur dicto vnius teſtis, vel inſtrumento alicuius priuati, vel quid ſimile. & ita not. Abb. Sic. in d. c. ſicut conſuetudo. in 3. & 4. col. allegat Io. And. in tit. de probat. in addi. Spec.

Tertiò valet ſtatutum vel conſuetudo, vt teſtamentum factum coram duobus teſtibus valeat. de quo per Abb. pleniſsimè in d. c. ſicut. in 4. & 5. col. vbi tamen diſtinguit. & vide Barto. in l. cunctos populos, de ſumma trinit. & not in l. ſi non ſpeciali. & l. ſi. C. de teſtam.

Quartò valet ſtatutum vel conſuetudo reſtringens facultatem probandi, & hoc quando ſubeſt aliqua iuſta cauſa, de quo etiam per Abb. in d. c. ſicut conſuetudo in fin. extra de probat. vtputà quòd non fiat probatio, niſi per inſtrumenta. de quo vide vt ibi. faciunt not. in l. contractus. de fide inſtrumen. licet tale pactum ſeu renunciatio facta per partes non valeat, vt per Bar. & Docto. in l. iubemus. C. de iudi. & glo. in auth. vt ſine prohib. matres cred. §. quia vero.

Quintò valet ſtatutū quòd probatio veriſimilis ſufficiat ſeu probet, licèt non concludat, tamen non valeret ſi diceret, quòd credatur teſtibus reddentibus malam rationem dicti ſui, vel quod teſtes qui nō viderunt, ſeu audierunt, probent. & ita Bald. in l. ſi non ſpeciali. in fin. C. de teſtam.

REGVLA CCCXCIII.

QVomodo & qualiter probetur virginitas?

Dic primo, quòd probatur per matronas ſeu mulieres ad hoc inſtructas, quæ deponunt eam virginem, quia eam viderunt & inſpexerunt in locis vbi deprehenditur virginitas, nec eſt neceſſe quòd magis ſpecificè reddant cauſam ſcientiæ. ita not. Abb. Sic. in c. propoſuiſti. de proba. in 1. col. allegat c. cauſam matrimonij. eod. tit.

Secundò probatur virginitas, ſeu quòd fuerit virgo ſi in prima nocte in qua iacuit puella cum viro, reperta ſunt linteamina ſanguinolenta, ſi autem non fuerint reperta ſanguinolenta, præſumitur corrupta. & ita not. Abb. Sicu. in d. c. propoſuiſti. in 2. col. de probat. allegat glo. not. in c. hæc imago. 33. q. 5. in ver. vnde. & ſeq. & ibi vide per Archi.

REGVLA CCCXCIIII.

DElictum quomodo probetur ſufficienter per indicia.

Dic primò, quando de camera habente vnum aditum & egreſſum egreditur aliquis pallidus cum gladio ſanguinolento, & ibi inuenitur homo mortuus, nā iſta ſunt indicia probantia illū occidiſſe, & ita not. Abb. in c. tertio loco. in 4. col. in fin. de probat. allegat Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de probat. verſ. 13.

Secundò per indicia probatur, vt ſi ſunt teſtes de inimicitia, & quòd viderunt fugientem de fundo vbi quis erat occiſus. item probatur de voce & fama quòd occidit, ex hic enim indicijs videtur probatum delictum, vt per Abb. vbi ſuprà, qui allegat Ioan. And. in additio. vbi ſuprà.

Tertiò probatur per indicia, quòd quis fecerit occidi aliquem, videlicet, quòd Seius erat inimicus Titij, & quòd tempore occiſionis erat in loco. Item quòd receptauit occidentem, & quòd occidens erat familiaris & domeſticus eius. Item quòd Seius iactauit ſe quòd faceret eum occidi, & quòd homo erat ad id potens & inter eos offenſa præceſſerat, & ita Abb. vbi ſuprà ſecundum Ioan. And.

Quartò probatur per indicia delictum, vbi quis deprehenditur in ipſo delicto, ſeu in aliquo actu propinquo ad ipſum delictum, tunc maleficium efficit notorium. vnde ſi quis eſt viſus fugere cum gladio euaginato & ibi reperitur aliquis mortuus, tunc homicidium dicitur manifeſtum, & ita not. Abb. Sic. in d. c. tertio loco. in 4. & 5. col. de probat. allegat Bart. in l. fur eſt. ff. de furt. & ſic dicit & concludit intelligendam eſſe l. ſi. C. de probation. de quibus omnibus vide quod plenè not. Gandi. in tract. malefic. in rubrica de indic. indubit. & ibi ponitur an per prædicta indicia debeat quis ad mortem condemnari, vbi tenet quòd non, ſed pœna debet mitigari.

mitigari. licèt Abb. teneat contrarium in c. afferte. in 3.col.de præſumpt. vbi dicit quòd per prædictas præſumptiones poteſt delinquens condemnari pœna ordinaria quantumcunque maxima, ſecus ſi non eſſent ita vrgentiſsimæ probationes, quia pœna mitiganda eſt in pecuniariam vel alio modo.

Quinto, ille penes quem reperiuntur libri deprauati lectionis, ex eo probatur hæreticus, ſecundum Arch. in c. præſidentes.in glo.ſi.de hæret.lib.6.

Sextò, ille præſumitur commiſiſſe delictum qui ex eo commodum ſentit, vt per tex. & ibi Albe.in l.2.§ 2. & l.ſi quis in bona §.patri.ff.de acquiren. hæred. & in l. venter.§.fi. & ibi per Bart.ff.de priuil.cred. & in l. poſt contractum,de donat.& Albe.in l.1.C.ſi quis imp.mal. & in l. metum, & ibi Bald. quod met.cau. & in l. fin.C. de probationib.

Septimò ſi teſtis dicat, vidi aliquem percuti, probat maleficium: ſi verò dicatur, vidi percuſſum eſſe, non tamen vidi percuſſorem,non probat maleficium.l. t.§. quere ad Sylla. l.ſi cum except.§.hęc actio.ff.quod met. cau.hæc Bal.in c. cùm cauſam.in 12.col.de teſt. & vide Bar.in l.abſentem.de pœnis.& in l. 3.in princ.de mino. & Cyn.in l. qui adulterij.C.de adult. & not.in auth. vt lic.matri & auiæ. §.hi quoque. & Archid.6.q 1.omnes. & not.in l.excuſatur.in princ.ff.de excu.tut & in l. non eſt veriſimile. ff.quod met.cauſa. vide quod not.Math. de Mat.in not.119.

REGVLA CCCXCV.

QVæ ſint indicia ſufficientia ad torturam, vide quæ not.Abb.Sic.in c. tertio loco.in fin.de probat.vbi multa dicit, ſed nihil cõcludit clarè nec ſpecificè in hac materia.

Et dic primò, quia ſi vnus eſt minatus de occidendo aliquem,& poſt reperitur occiſus. Iſta præſumptio non eſt ſufficiens ad condemnandum ipſum de homicidio, ſed eſt ſufficiens indicium ad torturam, cùm non conſtet,quòd alius occiderit: & ita not. Abb.in c. literas.in 2.col.de præſumpt. allegat Spec. in tit. de præſumpt.§. 2.verſ. ſed pone. P. minatus. Idem not. Abb. Sicu.in c. ſcribam.de præſumpt.in fin. de quo per Bal. & Cyn.in l. metum.C.quod metus cauſa. & Bal. in l. neque natales.C.de probat.

Secundò quando quis portat arma præſumitur habere malum animum delinquendi, vt eſt glo. ſingul.in auth.de pace tenenda §.mercator.

Tertiò,quia ſi reperiatur res ſubtracta hoſpiti, & camera non reperiatur per vim fracta, vt per Bald.in l. t. C.locati.

Quartò confeſsio facta extra iudicium eſt ſufficiens indicium ad torturam, vt not. in l. capite quinto.ff.de adul.quod eſt intelligendum, quando eſſet probata per duos teſtes, argu.not. Bart.in l.fin.ff.de quæſtionib.per glo.& Docto.in l.fin.C.famil.erciſc. & Bart.in l. admonendi.de iureiur.

Quintò indicia dicuntur minus quã ſemiplena probatio,vt not. in l. cum probatio.de probat.& glo.in l. ſi tutor.de interdicto matri.& in l.t.§.item illud, ad ſylla. & in l.1.in prin.& l.maritus.ff.de quæſtionib. licet glo. not.contrarium in l. prius.ff. ad ſyllan. & in l. interrogari. ff.de quæſtionib.

Sextò illa dicuntur indicia quæ lex habet pro ſufficientibus.l.milites.§.oportet.de quæſt.

Septimò ex vehementi fama abſque alio adminiculo poteſt procedi ad torturam, vt per Bald.in cap.1. in princ.de pace tenen.& Docto.in c.ſi quis.de purg.cano, in nouel.

Octauò,rationes faciunt indicium.tex.& ibi Bald.in l. 1.§.officio.ff.de tut.& ratio.diſt.& in l.cum probatio. de proba.& l.rationes.eo.tit.& l.quędam.ff.de eden.

Nonò quando delictum eſt commiſſum in domo alicuius eſt indicium quòd fuerit conſcius delicti, vt no. in l.excipiuntur.ff.ad ſyllan.

Vide quod not. Bal.in l.fi.de lib.inſti.& Ange in l. t. C.de his quib.vt indig.& ibi Bald.& in c.literas.de reſt. ſpol.& Spec.in tit.de præſump.vide quod not.Bal.in l. ea quidem.C.de accuſat.& Bal.in l.1.de proba.

REGVLA CCCXCVI.

QVibus caſibus dubia probatio releuat probantẽ, dic quòd tunc quando offuſcatur & redditur dubia probatio actoris ex probatione exceptionis quam facit reus, ſecus ſi probatio ſit dubia ex ſe, vel ex facto ſuo,quia tunc non releuat probantẽ, vtputà, probatur per actorem ſeu monaſterium quòd quis ſit oblatus, reus dicit, quod erat minor,& probauit ſe minorem,certè iſta probatio generalis ſufficit,quia minor dicitur tam qui non exceſſerit 25. anno quam etiam qui non exceſſerit 14.& ita not.Abb.in c.in præſentia.io 3. & 11.col.de probat.ſecus ſi in ſpecie probaſſet ſe minorem 14.annis, vt ibidem per eum, nam per dictam generalitatem de minori ætate non obfuſcatur probatio de oblatione, quæ eſt certa & perfecta, vt per eundem Abb.vbi ſupra.

Secundò, quia nedum prædicta habent locũ in actore,qui dubiè probat intentionem ſuam, ſed etiã habent locum in reo,qui habet probationes ſuas dubias, & non concludentes circa exceptiones ſuas. Et ita not. Abb. Sic.in d.c.in præſentia in 3.col.per illum tex.

Tertiò probatio generis facta non infert ad probatum ſpeciei niſi de dicta ſpecie ſit articulatum & probatum ſpecificè, vt excipio contra actorem quod ſit excommunicatus & probo in genere excommunicationem per teſtes,certè nõ releuor, quia poſsibile eſt quòd ſit excommunicatio minor, & io teſtibus non facimus illam interpretationem, ſicut illud verbum à iure proferretur ſiue à iuris perito.& prædicta omnia not.Abb. Sic.in d.c.in præſentia.& in 3.& 4.col.de proba.

Quartò,quia ſi eſt ſtatutũ quod in talibus pratis non poſsint homines tenere beſtias ad paſcendum infra terminos deſignatos ſub pœna,certè ſi fuerit accuſatus aliquis quod tenuerit beſtias in dictis pratis, nec fuerint termini deſignati, & fuerit probatũ quod in dictis pratis paſculatis non expreſsis nec aliter declaratis dictis terminis,iſte nõ debebit condemnari, nam cum vnum factum non ſit punibile in qualibet parte loci,debet exprimi & probari illa pars loci in quam factum eſt punibile, aliàs tanquam dubia probatio reijcitur. & ita not. Bart.in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de ope.no.nun. & ibi Docto.

Quintò,quia ſi eſt ſtatutum quod poſt medium menſis Martij liceat paſculare in pratis, & accuſor quod de menſe Martij paſculauerim,& hoc probatur, nõ debeo puniri,quia cum factum in parte dicti menſis ſit ponibile,partim non,niſi exprimatur & probetur pars dicti menſis punibilis nõ debet accuſatus condemnari, & ita not.Bar.in d.§.ſed vt probari.& ibi hoc tenent Doct.

Sextò, licet actor ſuã intentionem per prius fundauerit, tamen ſi redditur dubia per exceptionẽ rei probatam, idem debemus iudicare ac ſi actor minus con-

cludenter & dubias probationes feciſſet, vt ſi accuſatur quòd Titius vulnerauit Sempronium de menſe Maij, & hoc probauit, nam ſi Titius poſtmodum deducit & probat quòd dictus accuſatus fuit exbannitus in medio menſis Maij, & ſic eum potuit impune offendere vigore ſtatuti, certè debebit abſolui, cùm poſsit eſſe delictum & non delictum, & in dubio præſumendom eſt non fuiſſe delictum, & ita not. Bart. in d. §. ſed vt probari. quem videtur ſequi ſub verbis generalibus Abb. Sic. in d. c. in præſentia. in 3. col. de probat.

Septimò, ſi ſtat ſtatutum quòd nobiles non poſsint intrare palstium niſi tempore conſilij. modo accuſatur quidam oobilis, qui intrauit palatium de menſe Maij, ipſe verò probauit quòd factum fuit conſilium de illo menſe, certè per ſupradictà non debebit puniri, & ita not. Bar. in d. §. ſed vt probari, quem expreſsè ſequitur Abb. Sic. in c. in præſentia. io 3. col. de proba.

Octauò etiam probatio actoris redditur dubia quando exceptio rei reddit actionem actoris equiuocam, vt ſi actor probauit quòd Titius fecerit aliquid tali tempore, & reus excipiendo dicat & probet, quòd dicto tempore erant ibi duo Titij qui appellabantur dicto nomine, nam per hoc redditur dubia probatio actoris, niſi aliter declaretur. l. duo ſunt Titij, de teſtam. tute. c. ioter dilectoa. de fide inſtru. & ita not. Abb. Sic. in d. c. in præſentia. in 3. col. de probat.

REGVLA CCCXCVII.

QValiter & 10 quibus caſibus probe:ur ſeu præſumatur quis filius.

Dic primò, ſi naſcetur domo ex vxore, & hoc quando tempore conceptionis vir erat præſens, ſecus ſi abſens, & ita not. Abb. Sic. idem tenendo io filio concubinario in c. per tuas. in 1. col. de proba. allegat glo. in c. Michael, de filijs presbyterorum, & quod not. in l. ſi vnios. C. de nupt.

Secundò etiam probatur ſeu præſumitur filius, licet longo tempore per prius non potuerit habere maritus filium ex vxore, dummodo filius naſcatur in domo, & maritus fuerit præſens tempore conceptionis, vt videtur not. Abb. Sic. in d. c. per tuas. in 1. col. per illũ tex.

Tertiò probatur etiam vel prę̨ſumitur filius quis licet probetur tempore cõceptioois quòd mulier fuerit adultera ſi tamen cũ marito iacebat, quia in dubio prę̨ſumitut filius mariti, & idem dicendum in filio concubinæ ſi tempore conceptionis iacebat cum concubinario, licèt ſe commiſcebat cũ alio, quia præſumitur filius concubinarij, & ita not. Abb. Sic. in c. per tuas. in 1. col. de proba. allegat tex. in l. miles. §. defuncto. de adult.

Quartò probatur per communem reputationem & parentum nominationem & aliorum, vt in c. tranſmiſſæ, qui filij ſint leg. de qoo etiã in d. l. ſi vicinis, vbi Bart. & alij. item quando quis fuit tentus & reputatus vt filius etiam ſi fuerit oatus extra domũ, vt not. idem Abb. in d. c. per tuas. in 2. col.

Quintò probatur, quando pater vel mater nominat aliquem filium, nam ex hoc conſtituitur in quaſi poſſeſsione filistionis, putà, ſi dixit bene viuat filius meus, qoem volo habere & tenere res meas, & ita dixit Bar. in l. 1. §. Iulianus. ff. de libe. agno. quod reſtringitur vbi pater feciſſet hanc nominationem extra iudicium præſente filio, & verbis enunciatiuis ꝓpter ſe, ſecus ſi propter aliud, & ita dicit Abb. Sic. in d. c. per tuas. in 2. & 3. col. vide dictum Lud. de Sar. de Ferraria io opere legitimationis. in 10. colum. & 10. vbi diſtinguit, & allegat Bal. in l. 1. ff. de probat.

Sextò probatur & præſumitur filius quando natus eſt in domo mariti, & tempore conceptionis maritus erat præſens & noo infirmus, ita qoòd ſi pater & mater dicerent contrarium, ipſum non eſſe filium, non creditur eis. & ideò malè fecit ille rex qui dimiſit regnũ credendo mstri quòd non fuerit filius regis, ſed militis, & ita not. Abb. Sic. in d. c. per tuas. in 2. col. allegat not. in l. filium. ff. de proba. & idem dicit in filio concubinarij allegat glo. in c. Michael. de filijs presbyte. & not. in c. tranſmiſſæ, qui filij ſint legit.

Septimò, quia ſi eſt contentio inter aliquos de filio cuius ſit filius, præſumitur pro eo qui magis diligitur, de quo vide oot. exemplum Salomonis in c. afferte. de præſumpt. & ibi per Abb. in 1. col.

Octauò probatur per inſtrumentum legitimationis ſeu emancipationis, vt per Bal. in l. 1. C. de prob. ſed do. Ludo. de Sardis Ferrar. tenet ſolùm probari poſſeſsionem filiationis, non proprietatem, vt per eundem in d. opere legitim. in 20. col.

Nono probatur poſſeſsio filiationis, ſi pater filium & econtra inuicem pro patre & filio ſe tractaueruot & reputauerunt etiam in vno actu ſolo, vt not. D. Lud. vbi ſupra allegat Bal. in d. l. 1. de probat. & qui fil. ſint legi. c. tranſmiſſæ. & in c. per tuas. de probat.

Decimò probatur poſſeſsio filiationis, quando communi opioione quis fuit habitus & reputatus pro filio alicuius, nam ex hoc poſſeſsio probatur, vt oot. Bald. in l. 1. ff. de proba. ſed hoc reprobat do. Lud. vbi ſupra allegat tex. in l. 2. & l. ſi mater. C. ne de ſtatu. defunct.

Vndecimò ſi peto hæreditatem dicens me eſſe filiũ, tu negas, probo poſſeſsionẽ filiationis an ſofficiat? do. Lud. vbi ſupra in 21. col. videtur tenere quod ſic, adhoc, vt transferatur onus probandi in contrarium, allegat not. in l. ſi filius. ff. de proba. & not. io l. 1. C. quorũ bo.

Duodecimò, ſi aliquis probatur filius, an ex hoc prę̨ſumatur legitimus. Dic quod ſic, vt not. D. Lud. de Sar. in d. tract. de legiti. matr. in 21. col. allegat auth. quibus modis natu. effi. ſui. §. liceat. & in auth. de teſt. §. hæc omnia. ver. ſi vero. &c. pen. & fin. extra qui fil. ſiot leg & Inno. in d. c. Michael. extra de filijs presby.

Decimotertiò ſi notarius rogatur de confeſsione quã faciunt pater & mater dũ eſt mortuus filius recognoſcendo eum in filium, tunc inducitur & probatur quaſi poſſeſsio filiationis, vt per Bal. io l. neque natales. C. de probat. & Doct. in c. ſeries. de teſt. & vide do. Lud. de Sar. io d. opore legitimat. col. 17.

REGVLA CCCXCVIII.

EX quibus præſumptionibus iudex poſsit moueri ad ferendum ſententiam.

Dic primò ex prę̨ſumptionibꝰ violentis propter quas iudex poteſt & ciuiliter & criminaliter condemnare, vt per tex. & ibi hoc not. Abb. Sicu. io c. afferte. in 3. col. de præſump. & per l. fin. C. de proba. cum ibi not. quia licet præſumptiones violentæ non allegentur nec deducantur per partem, nihilomious iudex ex his poterit ferre ſententiam. & hoc verum, quando iudex ex varijs circumſtantijs iudicio intellectus illam præſumptionem percipiat ſeu eliciat aliunde quá ex facto partis, de cuius fauore agitur. Si aotem prę̨ſumptio eliceretur ex facto partis nõ debet iudex ex ea moueri, niſi allegetur per partem, vt per Bart. in l. ſi adulteriũ cum inceſtu. §. idẽ Imperator. ff. de adolt. & ita not. Abb. Sic. in d. c. afferte. in 2. col. ſi præſumptiones non ſunt allegatæ per partem, tamen ſi ſunt deductæ in iudicio ita quòd ſunt factæ notorię ipſi iudici, tuoc etiá ex his prę̨ſumptio-

ſumptionibus index poterit ferre ſententiá,& ſupplere loco partis,vt not.idem Abb.in d.c.afferte.in 2.col.pro quo facit qnod not.Barto.in l. lecta. ff. ſi cert. pet. quæ not.ad limit.not.per Bart.in d.l.ſi adulterium.

Secundò, quia,licet præſumptiones non ſint in actis redactæ, & propter eas feratur ſententia, nihilominus ipſa valebit. tamen cautela eſt, quòd iudex faciat illas deſcribi in actis, vt iudex appellationis poſsit & debeat illam confirmare, aliàs ipſis nõ apparentibus iuſtè poſſet illam retractare, & ita not. Abb.Sic.in d.c.afferte.in 2.col.& 3. de præſumpt. allegat not. per Docto.in c. in præſentia.& in c.quoniam contra.de proba.

Tertiò, qoia ex præſumptionibus vrgentiſsimis iudex poteſt punire delinquentem pœna ordinaria quantumcunq; maxima, vt probatur in l.ſciant.C.de proba. & vrgentiſsimæ præſumptiones ſunt de quibus ſupra dixi. Secus ſi præſumptiones non eſſent ita vrgentiſsimæ,quia iudex deberet pœnam mitigare,multando vel aliam pœnam imponendu, & hoc quando agitur criminaliter. Si autem ciuiliter ex præſumptionibus vrgentiſsimis nõ debet criminaliter coodemnare, & ita not. Abb.Sic.in d. c.afferte.in 3.col. allegat not.per Inno.in c.quia veriſimile.de præſump.vide quod not.Bald.in l. quicunque.C.de ſer.fug. & in l. non hoc. c. vnde cog & vide in l.cum probatio.ff.de probat. & eundem in l.indicia.C.de rei vendi.& in l.fin.C.ſamil.erciſc.in l. pen, C.de euict.not.in c.tranſmiſſæ,qui fil.ſiot legi.& in c.2. de reg.in 6.vbi per Archid. & per eundem 2.q.8.ſciant. & in c.excommunicamus.§.fin.de hæret.& per Cyn.in l.ſiue poſsidetis.C.de probat.

REGVLA CCCXCIX.

QVomodo & qualiter probetur matrimoninm. Dic primò, quòd ꝓbatur per inſtrumentum donationis ꝓpter nuptias, & hoc quantum ad præiodicium partium inter quas dictu inſtrumentum conficitur,ſecus quo ad alios, & ita not.Bal.in authen. ſi quis in aliquo.C.de eden. ſic intelligendo Innoc.in c. illud quoque.de præſumpt.quem ſequitur Cardi.ibi.licet Abb.Sic.in 4.col.ipſum non ſequatur.

Secundò,ſi aliquis petat aliquam in vxorem, & probat,quòd per decẽ annos ſimul cohabitauerunt,& fama viciniæ habet quòd eam tenuit in vxorem, certè videtur probatum matrimonium,vt not.Inno.iu d.c illud, ſecundũ vnum intellectũ, & hoc nedũ reſpectu poſſeſſionis,ſed etiá proprietatis,vt not.ibi Abb.Sic.in 5.col.

Tertiò probatur ſi fama concurrat cum his duobus, videlicet quod in eadem parapſide & menſa ſecũ comedit ſicut vxor,& eam admittit in lectum ſuum, nam ex his præſumitur matrimonium, vt not.idem Abb.Sic. in d.c.illud.de præſump.in 6.col. ſecundum Innoc.ibi, quando vero tenet illam vt ancillá,& veſtit vilibus veſtib⁹,& mittit ad aquá,& lectũ habet ſeparatũ, ad quem declinat quando placet,ipſa vero ad ſuũ,tunc pſumitur ſtuprũ.30.q.5.aliter & no.Abb.Si.in d. c.illud.in 6.col.

Quartò ꝓbatur per famá, nam ſi per famá probatur quòd quis tractauerit aliquá vt vxorem in actis particularibus proportionalibus vxori,certè videtur ꝓbatum matrimoniũ.& idem ſi ꝓbantur hæc copulatiuè, quòd eam tractauerit in actis particularib⁹ vt vxorẽ, & quòd hoc habet cõmunis opinio & fama vicioiæ, & hoc maximè ꝓcedit quando tractatus fuit ſeruatus longo tempore,quæ omnia not. Abb.Sicu.in d.c.illud.in 6.col.ſecundum D.Anto.de But. qnod not.in hoc caſu quia fama plenè probat,&c.

Quinto probatur matrimonium ſi per duos vel tres teſtes ꝓbatur quòd vir cum muliere iacuit & ſtetit volens & intendens quærere poſſeſsionẽ iuris vel vinculi matrimonialis, & mulier hoc idem ſciebat & intendebat, nam hoc iudicabitur matrimonium & maximè ſi probata fuerit talis intentio, quam fortè aliquibus expreſsit,& ita not. Abb. vbi ſupra ſecundum Innoc. in 8. col.in d.c.illud.de præſump.quod perpetuò not.

Sextò ꝓbatur quando vir dedit anulũ mulieri tempore matrimonij, & in hoc ſe habeat conſuetudo. nam ex hoc probabitur matrimonium ſecus ſi nõ eſſet conſuetudo, & idem dicendum in probatione ſponſalium, vt not.idem Abb.Sic.in d.c.aliud.in pen.col.

Septimò ꝓbatur quando vir impoſuit mulieri anulum in digito,nam ex hoc matrimoniũ præſumitur.& hæc eſt pręſumptio iuris, nam anulus ponitur indigito mulieris ad deſignandũ quòd eorum corda iungantur per q̃ coniunctionẽ deſignatur conſenſus de præſenti, & ita no.Abb.Sic.in d.c.illud.in pe.col.de pſump.alleg. tex.not.30.q.5.fœminæ.& glo.in c.tenor.de re iudi.

Octauò probatur per delationẽ anuli, nam ſiue maritus illum dederit, ſiue illum aſſumpſerit mulier ex ſe, viro vidente & patiente, quia ſolæ coniugatæ deferant anulos ex conſuetudine, certè ex hoc probabitur matrimoniũ,ſi inueniatur habitare cum viro,ſecus ſi non eſſet conſuetudo,& alię portarent anulos, quia tunc eſt aliqualis præſumptio nõ ſufficiens ad probandum matrimonium,& ita not. Abb.Sic.in d. c. illud.in fin. allegat dictum c.fœminæ.quod nota.

Nonò adde quòd ſi viles teſtes admittuntur ad probandum adulterium, tamen non admittuntur ad probandum matrimonium.per Bart.in l.in quæſtionib.ad l.Iul.maieſt.& Bal.in auth.ſi dicatur.in fi.C.de teſt.

REGVLA CCCC.

QVomodo probetur ſolutio. Dic primò quando producitur chyrographum cancellatũ in dubio præſumitur facta ſolutio, & ſic per hunc modũ præſumptiuè probatur.ita Salic.in l. 1.C.de prob.allegat l.chyrographis.ff.eo.tit.

Secundo ſi aliquis cõſueuit fœnerari ad ſex denarios pro libra, & probo me mutuo accepiſſe ab ipſo, & probo quietationem mihi factam ab eo, & prædictum ſolitum fœnerari,& ſit conſtitutio temporalis vt vſurę intelligantur vniformes, certè erit probata ex his ſolutio vſurarũ præſumptiuè, licèt de exburſatione aliter non appareat, etiam ſi non extaret dicta conſtitutio. & ita not.Sali.in l.1.in fi.C.de ſolutio.

Tertiò præſumitur ſolutio per alium facta, quando excipitur contra eum quòd non ſoluit,ſi ſolutio debuit fieri tertio non ſibi neganti, vt ſi vult excludere quòd non audiatur, quia non ſoluit collectas vel qoòd domino ſuo non ſoluit liuellum. & ita per Sali.io d. l.1.C.de probat.allegat not.in c.ſuper his.de accuſ.tut. vide quæ not.Bart.in l.hoc inre.ff.de verb.oblig.

REGVLA CCCCI.

QVomodo ꝓbetur paupertas. Dic primò quòd ſi quis inuenitur ad præſens pauper, præſumitur quòd fuerit pauper in præteritum, ex quo præſumitur quòd in futurum quis debeat ditari. & ita not.Sali.in l.ex perſona.C.de probat.

Secundò ſi probetur quòd quis nõ poteſt viuere niſi de ſuo quotidiano labore, tunc probatum eſt quòd ſit pauper. ita not.Bal.in l.paupertas.ff.de excuſat.tut. vbi ponit quis dicatur pauper.

Tertiò ſi paupertas non poteſt ꝓbari euidenter, ſufficit quòd ꝓbetur per famam vicinorũ.& ita not.Bald,

& Iac de Aret. in d. l. paupertas. allegat l. 1. §. 1. de fluminib. & l. 2. C. quádo fiſc. vel priuat. & no. in l. vbi ad huc. C. de iure dot. paupertas etiam probatur per famam & credulitatem teſtium & populi, ſi teſtis ſuper his deponat. & ita Bal. in c. cùm cauſam. in vlt. col. de teſt.

REGVLA CCCCII.

QVomodo probetur abſentia. vide Bar. in l. quarta. §. ſi prætor. ff. de damno infect. & l. quęſitum. ff. de re. iudi. & in l. ſeruus. ſol matr.

REGVLA CCCCIII.

QVomodo probetur aliquē eſſe mercatorem vel cerdonem ſeu peritum in aliqua arte.

Dic primò quòd teſtis debet dicere qoòd vidit tenere tabernam vel menſam ad hoc, aut quia vidit eum ſic agere, ſic contrahere, vt faciunt hi qui mercatores appellantur. nō enim is qui huiuſmodi notitiam habet, & ſe nō exercet, nec is qui ex aliqua incidenti neceſsitate mercatur, dicitur mercator, ſed ſic is qui cum quadam perpetuitate exercet ad mercaturam ad quam ſe ita deputauit. & ita de probando aliquo officio dicere debemus, vt prædicta not. Bart. in ſuo tract. de teſt.

Secundò ſi teſtis dicat, cerdonē eſſe, quia vidit eum exercere dictam artem, ſatis probat, ſi nō interrogatur vlterius. ſed ſi adiecit, quia vidit illum operari illam artem, nō probat, quia præparare coriū, cerdonis eſt operari in illa arte, non tamen artifex eſt, ergo non eſt concludens ꝓbatio. dicat ergo quòd vidit aliquod opus facere, quod certum ſit abſq; illius artis peritia fieri non poſſe, & hoc cùm ſimpliciter quæritur an ſit cerdo. Si autem quæratur quantum gradum profeſsionis in illa arte quis teneat, vel quantum alium artificem excedat, non poteſt teſtimoniū certè reddi, niſi per eos qui ſunt in artificio illo periti. hæc Bart. in d. tract. de teſt.

REGVLA CCCCIIII.

QVibus caſibus filiatio non videatur probata, ſeu videatur probari quem non eſſe filiū aut patrem.

Dic primò quòd quis probatur non filius, quando is qui dicitur pater longo tempore abfuit & reuerſus illum natum inuenit, nam ſi iſta probantur, clarum eſt quòd is nō ſit filios, vt not. D. Lud. de Sardis in opere legit. in 11. col. allegat l. filius. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & l. 1. §. ſi quis. ff. de lib agno.

Secundò ſi probetur quòd vir ex quo dicitur natus filius eo tempore habebat impedimentū naturale vel accidentale, vnde coire nō poterat. extra de frigi. & maleſi. c. 1. & c. quòd ad ſecundum. Vel quia tempore quo natus eſt filius, is qui dicitur pater nondum 14. annum attigerat, vnde coire non potuit. ff. de teſta. l. qua ætate. inſt. quib. mod. tu fini. in prin. vel non attigerat 18. annum, vt per Spec. de off. ord. verſi. actor. ſed hoc reprobat D. Ludo. vbi ſuprà.

Tertiò ſi probatur mulierē fuiſſe quinquaginariam, præſumptio eſt, quòd nō potuerit parere. l. ſi ſterilis. in prin. ff. de act emp. & in l. ſi maior. C. de legi. hære. Item quòd partus fuerit ſubiectus. l. 1. §. fi. ff. de Carbo. edict.

Quartò, quando probatur matrem fuiſſe adulteram, & vtrinque ſint probationes ſeu præſumptiones, nam tunc inſpicitur q̄ ſit proximior veritati. l. ob carmen. §. ſi teſtis. ff. de teſt. nam contra præſumptionem violentam admittitur probatio, vt in c. propoſuiſti. extra de proba. & quia vna præſumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in integ. reſt. & c. literas. de præſump. & ponit prędicta omnia no. D. Ludo. de Sard. in ſuo tract. de legitimatione, in 19. col.

Quintò, vbi debet probari filiatio principaliter, non ſufficit probare quaſi poſſeſsionem filiationis, ſed ſi incidenter deduceretur filiatio, tunc ſufficeret probare quaſi poſſeſsionem filiationis: & per hoc videretur etiam probata proprietas filiationis: ita videtur notare D. Ludo. vbi ſuprà in 13. col. allegat glo. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. & ibi per Bal. in l. 1. C. vbi de cauſa ſtat. & eundem in l. 1. ff. de probat.

Sextò ſi datus eſt terminus ad probandum filiationem, nō ſufficit probare quaſi filiationem, vt not. idem D. Ludo. vbi ſupra in 20. col. allegat not. in l. circa. ff. de probat.

REGVLA CCCCV.

QVibus caſibus fama plenè probat. Dic primò quòd in cauſis ciuilibus leuibus ſeu modici præiudicij fama originem habens ex veriſimili pręſumptione probat plenè, vt voluit glo. in l. adhuc. C. de iure dot. & l. ſi conſtante. ſolu. mat. vbi Doct. & Bart. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemad. teſtam. aper.

Secundò, quando eſſet materia in qua fama ſola ſeu communis opinio veritatem facit, tunc fama ſola plenè probat, vt ſi fama vel communis opinio attribuat certis verbis certum intellectum, vt L. labeo de ſuppell. lega. & l. cùm delanionis. §. aſinam. ff. de ſundo inſtr.

Tertiò, quando eſt materia in qua ſufficit famā eſſe, licèt veritas non ſit, tunc ſufficit quòd probetur fama ſeu communis opinio. l. Barbarius, cum ibi not. de oſti. præſid. not. in l. 1. C. de teſt.

Quartò, quando ipſa fama emanat ſuper factis antiquis excedentibus memoriam, vt eſt ſi excedant metam centum annorum, nam tunc plenè probat. l. ſi arbiter. ff. de proba. not. in l. in ſumma. §. idem Labeo ff. de aq. plu. are. & Inno. in c. quid per nouale. de verbo. ſignifica. & in c. veniens. eod. tit. ad quod vide omnino quod not. Bald. in auth. quas actiones. C. de ſacroſ eccleſ. & in l. proprietatis. C. de probat. & in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cle. & per Ang. & ibi Pau de Caſt. in l. atqui natura. §. cum me abſente. de neg geſt. & in l. quidā in ſuo. de condi. inſtit.

Quintò, quando cum ipſa fama cōcurrerent ita ſtricta indicia & coniecturæ quod & ipſæ coniecturæ plenè probarent, quia fama tunc probat, vt voluit Io. And. in addit. Spec. in tit. de noto. crimi. §. fama verſ. quid ſit agenti. pro quo l. indicia. C. de rei vendi. & Bart. in l. de minore. §. tormenta. de quæſtionib.

Sextò, quia teſtes deponentes ſuper ipſa debent reddere cauſam dictorum, aliàs fama non eſſet probata. vt per Innoc. in c. cùm oporteat. de accuſ. & Bald. in l. proprietatis. C. de probat. vide in l. ſolam. C. de teſt. vbi per Docto. & prædicta ponit D. Benedict. in c. veniens. de teſt. quod not.

Septimò, verba teſtis quòd publice dici audiuit, exponi debent, id eſt, publica voce. text. & Bal. in c. literas. de præſump & per eundem in c. literas. de reſcrip.

REGVLA CCCCVI.

QVibus caſibus fama non plenè probat. Dic primò quòd quando fama non traxit originem ex præſumptione veriſimili, ſed potius ex quadam vana voce populi, tunc non probat plenè nec ſemiplenè. argu. l. decurionem. C. de pœnis. & not. in c. veniens. de teſtib.

Secundò, quia fama coniuncta cū vno teſte non probat crimen, ſiue agatur criminaliter ſiue ciuiliter, vt voluit D. Anto. de But. in d. c. veniens. & Specu. in tit. de notor.

notor.crimi.§.fama.verſ.quid ſi agenti. & prædicta ponit D. Benedict.in d. c.veniens.

REGVLA CCCCVII.

QVibus caſibꝰ ſit ſufficiens ratio in teſte, quia ſum vicinus aut non.

Et primò dic,quòd in probatione præſumptiua talis ratio ſufficit verbi gratia in ꝓbando aliquo genere quod aliquis ſit malæ famæ vel pauper vel ſimilia, nam prædicta ratio concludit per locum à communiter accidentibus, vt l. 1.§. 1.ff.de fluminib. & ita Bal.in l.conuenticulam.in 7.col.de epiſc.& cle.

Secundò idem dicendum in actu in ſpecie probando, qui à communiter accidentibus conſueuit eſſe notus vicinis,vt mors,ætas,& quid ſimile, vt l. Octaui.ff. vnde cogna. ſecus ſi tale quid nõ conſueuit eſſe notum vt homicidium,furtum & ſimilia. & ita not.Bal.in d. l. conuenticulam.in 7.col.

REGVLA CCCCVIII.

QVomodo & qualiter & per quæ verba fama probetur.

Dic primò quòd ſi teſtis reſpondit quòd eſt publica vox & fama, & interrogatus reſpõdit quod publicè dici audiuit hoc per homines, ſatis probata eſt fama.& ita Dy.de facto conſultus reſpondit. aduocati tamen dicunt quòd iſte non videtur reddere cauſam per ſenſum corporis. & loquitur per verbum imperſonale, vnde dicunt quòd debet dicere quod audiuit dici communiter vel à maiori parte gentiũ. Bar.dicit quod tacitè videtur deponere per ſenſum corporis, qualiter neſciret quòd implicitè deponit p ſenſum.quod not.Bart. in l.1.ſuprà.ſi cer.pet.& hæc Bal.in l.3.§.1.ff.de teſt.

REGVLA CCCCIX.

QVot modis probetur quis inimicus vel non inimicus. Dic primò, quòd ex verbis iniurioſis oritur inimicitia capitalis, vt per Bald.in c. veniens.el 1.in fi.de iureiur.per illum tex.

Secundò, eo ipſo quòd quis offendit aliquem in perſona vel in rebus exoritur inimicitia ſecundum Bal. in l.his.§.1.ff.ſolut.matri.

Tertiò, ſi quis in cauſa capitali contra aliquem fert teſtimoniũ,exinde fit inimicus, & naſcitur inimicitia. glo.eſt in c. cùm P.& in c.meminimus.de accu. & Bart. in l.poſt legatũ.§.his vero.in fi. ff. de his quib.vt indig.

Quartò eo ipſo quòd quis noſtra bona tollit,naſcitur inimicitia & pſumitur noſter inimicus. tex.& ibi Bald. in c.item cùm quis.de reſtit.ſpol.& D. Anto.in c. accedens.el 2.vt lit.non conteſt.

Quintò præſumitur inimicitia eo ipſo quòd alium non ſalutaueris.glo.not.in c.cùm Adria.63.diſt.

Sextò præſumitur inimicitia vbi præceſsit inimicitia patris,vt per Bald.in l. athletas.§.dat remiſsionem. ff.de exc.tuto.

Septimò detinendo aliquẽ in vinculis, naſcitur inimicitia,ſecundum Bald. per illũ tex.in l.in ipſius.C.famil.erciſc.& idẽ Bal.in auth.ſi dicatur. 3 col.C.de teſt.

Octauò, qui terram meam vel vxorẽ meam detinet præſumitur capitalis inimicitia, vt per Bald.in d. c.accedens,vt lite non conteſt.

Nonò vbi cauſa eſt criminalis vel cauſa pecuniaria magnæ quantitatis facit quem cenſeri capitalem inimicum,per Bar.in l.3.ff.de teſt.

Decimò pſumitur inimicitia vbi quis te non oſculauerit in eccleſia dum dicitur pax, ſicut fieri ſolet in aliquibus locis. ita inquit Abb.in c.cũ Abbas.de off.deleg.

Vndecimò vbi mouetur quæſtio de ſtatu & de bonis omnibꝰ, aut maiori parte naſcitur capitalis inimicitia, vt per Bal.in d.l.athletas.§.dat remiſsionem.& quando quis dicatur inimicus vide bonam glo.in c.1.92.diſt.

Duodecimò inimicitia probatur per minas præcedentes ſecundum glo.& Bal.in d.l.licèt.ff.de arbit.

Decimotertiò probatur ex euidentiſsimis coniecturis & apparatibus,ſecundum Bal.in c.1.in vlt.col.quib. mod.feud.amit.

Decimoquartò ꝓbatur ex confederatione facta cum inimico meo,per Bald.in l.liberi C. de inoff.teſt.& per Bart.in l.4 ff.de legationib. & Bald.in l.ſi quis teſtibus. circa fin.C.de teſt.& glo.& Bald.in l.1 §. cum patronis. ff.de offic.præf. vrb. & glo. & Bald. in d. c. 1.in vlt.col. quib.mod.ſeud.amitt. & Bald.in c. cùm dilectus.in fin. de reſcript. & glo.in c. inimicus.93.diſt. & Bald.in c. 1. §.porrò.circa primam colum. quæ fuit prima cauſa benefic.amit.& ibi ponit quid ſi aliquis fideiubet pro inimico meo.

Decimoquintò inimicitia probatur per eius qualitates,non autem ſufficit in genere probari,vt per Bald. in d.c.conſtitutus.in fin.de reſcrip. & in l.ſi quis teſtib. C.de teſt.

Decimoſextò inimicitia præſumitur durare vſque ad quartum gradum,& vltra, vt per Bald.in c.1.§.ſi vaſallus.ſi de feud.fuer.contro.inter dom. & vaſal. & eundem in d.l.athletas.§.dat remiſsionem.

Decimoſeptimò, quæ dicantur capitales inimicitię, vltra prædicta vide Bald.in d.§.dat remiſsionẽ. & Abb. in d.c.accedens,vt lite non conteſt. & Bar.in d. l.3.ff.de adim.lega.& glo.in l.licèt.ff de arbit.

Decimooctauò quomodo tollatur inimicitia, vide per Bal.in l.accuſationem.C.qui accuſ.non poſſ.& pulchrè per eundem in l.abdicatio.C.de pat.pot.

REGVLA CCCCX.

QVi teſtes dicantur contrarij qui verò incompatibilea, vt verbi gratia ſi in vno articulo aliquid dixerunt quod eſt impoſsibile concurrere.

Dic primò,vt no.Spec.in tit.de teſt.verſ.item quod eſt varius.& verſ.item quod aliquis. & ſentit Inno.in c. præterea. de teſt.

Secundò, quando contrariantur teſtes circa locum vel tempus vel circunſtantias negotij principalis, vt not.Bart.& Doct.in l.eos.ff.de falſ. & Tyndarus in tracta.de teſt.in 97.col.

Tertiò ſi duo teſtes dicant quòd res valent decem, & non plus, alij duo quòd valeat quindecim, iſti teſtes dicuntur contrarij, tamen ſtabitur teſtibꝰ deponentibus de quindecim,vt per glo.in l.diem proferre §.ſi plures. ff.de arbit.

Quartò, quia ſi vnus teſtis dicit quòd vidit mutuari decem, alius quindecim, teſtes iſti dicuntur contrarij, vt not.Io.And.in c. 1 de arbit.in nouella. Idem ibi Archid. & Laud. de quo etiam per Alber.Mal.in 6. de teſt. in 4.par.in 4.col.

Quintò,ſi teſtis dat aliquem ꝓ conteſte, & conteſtis dicat neſcire,vel non fuiſſe ſecum,vel dicat, non recordor, non valet dictum alterius tanquam contrarium & ſuſpectum,vt per Bal.in c.cùm cauſam.in 6.col. de teſt. & Bal.& Sali.in l.teſtium.C.de teſt.

REGVLA CCCCXI.

QVomodo teſtis dicatur committere falſum vel fraudem in teſtificando.

Dic primò, quòd committit falſum loquendo ſiue affirmet ſiue neget, ſed fraudem committit

 tacendo,

tacendo, vel verſutè loquendo & non dicendo plenè factum. Ita not. Salice. in l. nullum. in t. col. C. de teſt. vbi etiam per Bald.

Secundò ſi teſtis cito reſpondit, præſumitur quòd ſit mendax. Ita not. Abb. Sicu. in c. quanto. in 3. col. de pręſump. allegat glo. 5. q. 5. §. ſed aliud. & Inno. in c. quoniam contra. de probat.

REGVLA CCCCXII.

QVA pœna puniatur falſus teſtis. Dic primò, quòd tenetur ad eandē pœnā qua teneretur reus ſi fuiſſet cōuinctus, vt per glo. & ibi Fran. Tigr. in l. 2. ff. de accu. & in l. 1. in prin. ff. ad l. Cor. de ſica.

Secundò tenetur parti ad intereſſe, de quo infra dicā.

Tertiò, quia teſtis deponens falſum licet eius dictum non valeat, poteſt puniri extra ordinē, vt not. in reper. Bal. in 5. col. vbi de prædictis tex. in l. nullū. C. de teſt.

Quartò, quia pœna legis corneliæ de falſis eſt in libero homine deportatio & bonorum publicatio, in ſeruo verò vltimum ſupplicium. l. 2. ff. de falſis. hodie aliter vt in auth. vt nulli iudic. §. fin.

Quintò teſtis falſus poteſt conueniri ciuiliter actione in factum vt emendet damnum, quod ſuo teſtimonio intulit, vt l. diuus. & l. falſi. ff. de falſis. & ita not. Iac. de Amelia de teſt. cap. 60.

Sextò teſtis qui tacuit veritatem doloſè & ſtudioſè tenetur de falſo propter quod punitur crimine ſtellionatus, & tenetur parti ad intereſſe ciuiliter. per Bald. in auth. presbyteri. in vlt. col. C. de epiſc. & cle.

Septimò qui tulit falſum teſtimonium vel falſo accuſauit, debet ſibi abſcidi lingua, vt per Bald. in l. data opera in 20. col. C. qui accuſ. non poſſ. & Dom. in ſua inquiſitione in verbo linguas. allegat text. cum glo. in l. omnes. C. de delator. lib. 10.

REGVLA CCCCXIII.

QVibus caſibus teſtis poſsit de falſo puniri.

Dic primò quando teſtis caret veritate, nam tunc debet puniri de falſo, de quo per Docto. in auth. presbyter. C. de epiſc. & cle. & dicam infrà.

Secundò quando primo depoſuit cum iuramento ſine cauſa, poſtea deponit contrariū per iuramentum cum cauſa, nam poteſt puniri de falſo, diſtingue tamen vt per Tyndarum col. 31. in ſuo opere.

Tertiò punitur de falſo teſtis quando primo depoſuit ſine iuramento, poſtmodum cum iuramento & reperitur contrarius, vt not. Tyndarus in ſuo opere de teſt. in 28. col.

Quartò punitur vbi conſtat primam depoſitionem fuiſſe falſam, nam licet ſecunda ſit vera, nihilominus puniretur de falſo, quod patet vt per Tyndarum in 32. col. in ſuo opere.

Quintò punitur de falſo teſtis quando depoſuit primo extra iudiciū pro quo veriſimilia concurrunt, ſeu coniecturæ, poſt contrariū in iudicio deponit: ita not. Tynda. latè in d. opere de teſt. in 59. col.

Sextò teſtis qui pecuniam accepit, vt verū teſtimonium dicat, punitur de falſo, vt per glo. in l. 1. §. t. ff. de falſis. not. Tyndarus in 79. col. de quo vide in repertor. Bal. in 4. col. in dict. teſt.

Septimò punitur teſtis quando vnum dixit in iudicio ſummario contrarium poſt modum dixit in plenario, vt not. Doct. in c. veniens. de teſt. & not. Tynda. vbi ſupra in 86. col.

Octauò punitur teſtis de falſo ſi vnum dicit in cauſa principali, & poſtmodum contrarium in cauſa appellationis, vt not. idem Tynda. in 87. col.

Nonò punitur de falſo, quando teſtis eſſet ſibi contrarius in diuerſis inſtantijs, vt not. Bart. in l. eos. ff. de falſis. & Tynda. in 86. col. loco alleg.

Decimò ſi teſtis deponit contrarium vel eſt contrarius in diuerſis inſtantijs & cauſis agitatis inter eaſdem perſonas, nam poſſet de falſo puniri, vt not. idem Tyndar. in 88. col. in princ. ſi teſtis eſt contrarius vbi eſt diuerſa cauſa & diuerſæ perſonæ litigantiū, vel vbi eſſent diuerſi iudices, nam in his caſibus teſtis poſſet de falſo puniri. vt not. Tynd. in 88. col.

Vndecimò punitur teſtis de falſo quando reperitur dixiſſe falſum coram arbitro vel arbitratore, vt dicit Tynd. in ſuo tract. de teſt. in 92. & 13. col.

Duodecimò punitur, ſi teſtis dixit falſum in cauſis ſummarijs, vbi agitur remota figura iudicij. ita no. Tyndarus de teſt in 93. col.

Decimotertiò quia ruſtico & mulieri contrarianti in teſtimonio non parcitur, vt per Ioan. And. in c. cùm Ioannes. de fide inſtrumen. & per Bal. in l. ſcripturæ. C. de fide inſtrum.

Decimoquartò licet periti poſsint deponere per verbum credo, tamen poſſunt falſum cōmittere, per Bald. in l. data opera. in 8. col. C. qui accuſ. non poſſ.

REGVLA CCCCXIIII.

TEſtis deponens falſum ſolet de falſo puniri vt in toto titu. ff. & C. ad l. cor. de falſis.

Sed fallit primò ſi vnus teſtis per iocum putà contrarium deponat, nam ſtatur ſecundo dicto, & non punitur, ſed mitius attento quia fuit in culpa, vt not. Tynda. in 27. col. in ſuo opere.

Secundò fallit quando teſtis circa interrogatoria dicat ſe non eſſe domeſticū vel affinem, cum ſit, nam punitur crimine ſtellionatus, non l. cornelia. de falſis. quia ſunt de appenditijs, vt not. Alb. Mal. in ſuo opere in 1. part. in 21. col. alleg. Iac. But. & Ang. in l. Lucius. §. quæro. ff. de his qui not. infa.

Tertiò fallit quando teſtis depoſuit falſum nō iuratus, quia punitur extra ordinem, non autē lege cornelia de falſis, vt per Bald. in l. iuriſiuran. C. de teſt. Sed hoc contra in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. & Ioan. And. in regula non eſt ſine. de regu. iur. in mercurialibus. & per Tyndarum in 23. col. vide Bal. in repertorio ſuo in dictione teſt. in 5. col.

Quartò fallit quando teſtis depoſuit falſum in iudicio nullo reſpectu iuriſdictionis, quia non punitur de falſo, ſecus ſi iudicium fuiſſet nullum reſpectu aliorum, vt per Abb. Sic. in c. tua. extra de teſt. de quo etiam per eundem in c. cum cauſam. eod. tit. vide quod not. in repertorio Bal. in 4. col. in dict. teſt.

Quintò fallit, quando depoſuiſſet falſum, & illa falſitas non noceret alicui, nam tunc nō puniretur de falſo, vt per glo. & Doct. in l. damus licentiam. C. de falſis.

Sextò fallit quando teſtis depoſuiſſet falſum & appareret ipſum non fuiſſe in dolo, quia non puniretur lege cornelia de falſis, vt l. nec exemplum. C. de falſis. quod patet etiam in t. fall.

Septimò fallit, quia teſtis deponens falſum in vno capitulo non facit ipſum teneri de alio cap. vt puniatur pœna falſi, de quo tamen vide Docto. diſtinguentes in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. & Bal. in l. 2. C. de fideicom. lib. & in t. c. de controu. inueſt.

Octauò fallit quando teſtis deponeret falſum extra articulum, quia non punitur de falſo, de quo tamen vide per Bar. in l. ſi quis legatum. ff de falſis. in fin. vide etiam in alphabeto Bal. in dict. teſt. in 5. col.

Nonò

Nonò fallit quando teſtis vellet incontinenti corrigere dictum ſuū, nam tunc nō puniretur de falſo, vt per Bar. in l. ſi poſtulauerit. § ſed ſi negauerit. ff. de falſis. & not. Tynd. in ſuo opere in 9. col. vbi limitat.

Decimò fallit quando ſe corrigeret in tormentis nā propter dictam confeſsionem non puniretur de falſo, niſi in ea perſeueraret, vt per eundem Tyndar. in dicto opere in 9. & 14. col.

Vndecimò fallit, quando aliàs teſtis incontinenti antequam diſcedat à iudice corrigeret dictum ſuum, nam non debet puniri de falſo. vt per Tynd. in 14. col.

Duodecimò fallit quando teſtis prima vice dixit per verbū credo, alia vice aſſertiuè depoſuit, nam hoc caſu non puniretur de falſo, de hoc tamē vide per Tynd. vbi limitat præcedentia & ſequentia in 6. & 17. col.

Decimotertiò fallit quando teſtis prima vice dixit per verbum videtur, poſtmodū aſſertiuè depoſuit, nam non punitur de falſo. quod tamen limita vt per Tynda. in dicto ſuo opere de teſt. in 17. col.

Decimoquartò fallit vbi teſtis primo dubitatiuè teſtificatus eſt, poſtea affirmatiuè, nam non punietur de falſo talis teſtis, limita tamen prædicta vt per Tyndarum in 18. col.

Decimoquintò fallit, vbi teſtis prima vice depoſuit per verbum neſcio, poſtmodum per verbum ſcio, quia non punietur de falſo quod tamen fallit vt per Tyndarum de teſt. col. 19. 20. 21. & 22.

Decimoſextò fallit quādo teſtis primo depoſuit per verbum non recordor, poſtea per verbū recordor, quia non puniretur teſtis de falſo tanquam contrarius, ſed hoc fallit vt per Tynd. col. 22. 23. & 24.

Decimoſeptimò vbi teſtis primo depoſuiſſet per iocum vel iracundiam vel ebrietatem, nam non tenebitur de falſo, ſi poſtea contrarium deponat mente tempata, vt per Tyndarum in 26. col.

Decimooctauò fallit quando teſtis primo depoſuit ſine cauſa cum iuramento, poſtea cū cauſa & iuramento. ſed fallit vt per Tynd. in 29. 30. & 31. col.

Decimononò fallit, quia vbi teſtis bis depoſuit, ſtatur eo dicto pro quo veriſimilia vel coniecturæ concurrunt, & nihilominus non punitur de falſo, tamen hoc limitat Tyndarus col. 35.

Vigeſimò fallit quando teſtis affirmauit vnum extra iudicium, poſtea eius contrarium in iudicio deponit, vt per Ioan. And. in c. cum cauſam. de teſt. & ibi per Docto. & idem Tyndarus allegando plura in ſuo tract. de teſt. in 37. 38. & 39. col.

Vigeſimoprimò fallit, quis dictum teſtis extra iudicium quamuis ſit falſum, non facit quod ipſe teſtis puniatur de falſo, vt no. Tyndarus de teſt. in 2. col. & idem eſſet etiā ſi cum iuramento depoſuiſſet, quamuis poſſet puniri crimine ſtellionatus, vt not. Tyndar. in 43. col. idem ſi interuenerit partis præſentia, vt not. idē Tyndarus in 44. col. quod not.

Vigeſimoſecundò fallit, quia ſi teſtis dixit vnū in iudicio poſtea aliud contrarium extra iudicium, non puniretur de falſo pro ſecundo dicto extra iudicium, licet ſit indicium ad torturam, vt not. Tyndarus de teſt. in 85. & 86. col.

Vigeſimotertiò fallit vbi teſtis per ignorantiam vel obliuionem vel errorem falſum dixiſſet, quia non puniretur de falſo, cum dolus interuenire debeat, vt not. Tyndarus in 93. col.

Vigeſimoquartò fallit quando teſtis dixiſſet falſum circa demonſtrationes, vt circa prænomē vel agnomen vnius partis, vel locū originis, ſecus ſi ſuper principali negocio vel eius circunſtantia, quia teneretur in ſecundo caſu de falſo, vt not. Tynd. in 97. & 98. col.

Vigeſimoquintò fallit, quia ſi teſtis deponit falſum ſuper crimine priuato, non tenetur l. cornelia. de falſis, ſecus ſi ſuper publico crimine. glo. eſt ſingul. in l. 1. poſt princ. ff. ad l. cornel. de ſic. & not. in repertorio Bald. in 3. col. in dict. teſt.

Vigeſimoſextò fallit, quia ſi teſtis dicat fuiſſe actum aliquid aliquo tempore licet nō concurrat in momento temporis cum alio teſte ſed ſit aliquod interuallum, nihilominus teſtes probant, nec dicuntur contrarij, vt puniantur de falſo, vt not. Ant. de But. in ſuo reperto. in dict. teſt. in 6. col. alleg. l. 2. §. deinde. ff. de orig. iur.

Vigeſimoſeptimò fallit, quia ſi teſtes diſcordant in tempore in actu iterabili reducuntur ad concordiā per actus multiplicationē, vt per glo. in ver. exacto. l. 2. ff. de orig. iu. §. his temporib. & vide in c. cū tu. extra de teſt.

Vigeſimooctauò fallit, quia ſi teſtis vel notarius cōmittat falſitatem in circunſtantijs extrinſecis non tangentibus negocium principale, putà ſi dicat actum in tali domo ita in tali parochia, & illa ſit ſita in alia, non viciabitur dictum eius vel inſtrumentum, ſecundum do. Pet. in c. cum cauſam. in fin. de teſt. vbi per Innoc. & Ant. de But. & Bal. in l. eos. de falſis.

Vigeſimononò fallit, quia ſi teſtis examinatus ſuper inſtitutione hæredis deponat ꝑ ea, & interrogatus ſub iuramento an ad ipſum pertineat vtilitas ſuper illa teſtificatione, & reſpondeat, quod non, & poſtea reperiatur quod in teſtamento iſto ſit ſibi factum legatum, nō propterea poterit accuſari de falſo quia verba ſua intelliguntur de principali vtilitate non ſecundaria. facit l. 1. in fi. de aut. tut. & ita not per Pau. de Caſt. in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iur. per illum tex.

Trigeſimò, ſi teſtis admiſcet falſum quod tangit medullam facti, vel variet effectum, non valet in aliquo dictum teſtis, ſecus ſi tali falſo non mutatur effectus: & ita not. Bal. in addit. Spec. in tit. de teſt. in 2. col. in prin.

Trigeſimoprimò ſi teſtis mentiatur ſuper tempore, propter hoc non incidit in pœnam falſi, cum hoc non comprehendatur ſub aliquo capite. l. cor. de falſis. & de hoc vide quod not. Bal. in l. teſtium. C. de teſtib. tamen punietur pœna extraordinaria crimine ſtellionatus ꝑ tex. in l. 2. §. pœna. de crimine ſtellio. & per tex. in l. nullum. C. de teſt. & ita concludit do. Ioan. Petru. in l. Lucius. ff. de his qui not. infamia.

Trigeſimoſecundò teſtis ſi ſunt ruſtici & homines ſimplices præſumuntur potius teſtificati falſum ex ſimplicitate quam dolo vel malitia, & ideo de falſo non punientur, vt per Bald. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cle. & not. in l. nullum. C. de teſt. & in l. 2. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Quid de teſte qui deponit falſum ſuper articulo in ꝑtinenti, vide Bal. in c. cū venerabilis. de excep.

Iunge 21. caſus, infra reg. 434.

REGVLA CCCCXV.

TEſtis tacens veritatē ſolet de falſo puniri. ita not. per Bar. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cle. quod habet locum etiā in eo, qui dixit ſe credere, vel ſibi videri, vel dubitare, aut neſcire, aut ignorat, vel ſe non recordari id quod poſt modū confeſſus eſt. vel ſe teſtificaſſe per odium, gratiam vel amorē, vel ſimilem cauſam, vel quia depoſuit ſuper facto proximo nō antiquo vel ſuper facto explicito ita quòd veriſimiliter poteſt recordari, de quo per Tynda. in 52. col.

Quartò

Quartò habet locum qoando teſtis depoſuit ſuper facto proximo & non omnino antiquo, vel ſuper facto explicito, & dicat ſe non recordari, ſi per eius confeſsionem vel per alios teſtes appareat talem actum non potuiſſe fieri quin ipſe non viderit, & quod non recordetur, certè talis teſtis poterit de falſo puniri, vt not. per eundem Tynd. in 22. & 23. col. de quo per Bal. in l. nullum. de teſt. & auth presbyteri. de epiſc. & cle.

Tertiò habet locum in teſte nõ iurato, qui tacuit veritatem, vt per Io. And. in regula non eſt ſine culpa, de reg. iur. in 6. & Bart. in l. ſiquis legarum. ff. de falſis. licet Bal. aliter ſenſerit. de quò per Tynd. qui ponit etiã prædicta in 24. & 25 col.

Quartò habet locum etiam in eo qui inculpatur de crimine, & non vult confiteri ad torturã vel alibi, nam peccat mortaliter non confitendo cum interrogatur à iudice. ita not. Abb. Sicu. in c. 1. in 2. col. de teſt. cog.

Quintò habet locum etiam in eo teſte, qui ſtudioſè reddit cauſam non concludentem dicti ſui, quia punitur pœna falſi, ſecus ſi non ſtudioſè ſed ex ſimplicitate, vt faciunt plerunque ruſtici, qui neſciunt reddere rationem dicti ſui, & ita not. Bald. in d. auth. presbyteri. in 4. col. C. de epiſc & cler.

Fallit in 3. caſib. per Felin. c. cauſam de teſt. num. 4.

REGVLA CCCCXVI.

TEſtis tacens veritatem ſolet puniri de falſo, vt authen. presbyteri. C. de epiſcop. & cleri. & ibi not. per Doct.

Sed fallit primò in celante teſtamentum quia non tenetur lege cornelia de falſis, vt eſt text. in l. 3. §. ſiquis dolo. ff. de tab. exhib. & idẽ Bar. in l. Paulus. ff. de falſis.

Secundò fallit in eo, qui ſe abſentauit, vt veritatem non diceret, nam iſte tenebitur crimine ſtellionatus, vt per Tynd. in ſuo opere de teſt. in 24. col.

REGVLA CCCCXVII.

TEſtis qui dixit falſum tenetur parti ad intereſſe, vt not. Tynd. in ſuo opere 23. col. quod habet locum etiã in teſte teſtificari nolente, vt not. Spec. in tit. de teſt. §. ſequitur. verſi. vlt. de quo etiam per Bal. in l. nullum. C. de teſt.

Secundò habet locum in medico qui malitioſè abſtinet ſe, vt nõ teſtificetur an cicatrix ſit remanſura, nam tenebitur ad intereſſe, vt not. Ange. & Doct. in l. argentarius. §. fin. ff. de eden.

Tertiò habet locum in teſte generaliter qui noluit teſtificari, nam tenetur parti ad intereſſe probandum per iuramentum ipſius. ita Bald. in d. l. argentarius. §. cum autem. ff de eden.

Quartò habet locum in eo qui interfecit teſtem ne deponeret, ad huc vt aduerſarius cauſam amittat, nam ille poteſt agere ad intereſſe, vt not. Ant. de But. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 15. col. alleg tex. in l. inde Neratius. §. ſed & ſi ſeruus. ff. ad l. aquil. quod not.

REGVLA CCCCXVIII.

QVi iudices poſsint punire teſtem de falſo.

Dic primò quòd iudex ordinarius & habens merum imperium, & hoc clarum.

Secundò etiam iudex qui non habet merum ſed mixtum imperium, poteſt punire teſtem falſum coram ſe deponentem extra ordinem, quia cauſa deuoluta eſt ad ipſum ratione incidentis cognitionis, vt not. in repertorio Bal. in 1. col. idem probatur per tex. in l. nullum. & ibi huc not. Salic. in 1. & 2. col. de teſt. tamen non poteſt ſubijcere tormentis, vt not. Ange. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. lib. 10 & vide in not. 272. in alphabeto meo in litera T.

Tertiò iudex delegans qui commiſit examinationẽ alicui eſt ille qui poteſt punire teſtem variantẽ vel falſum dicentem, non autem iudex delegatus, vt not. glo. & ibi Salic. in d. l. nullum. in vlt. col. Sed quid ſi non haberet iuriſdictionem, vel eſſet ipſi ſubiectus putà ſi committatur examinatio teſtium per iudicem Bononien. Vicario poteſtatis Ferrariẽſis & teſtis deponat falſum coram Vicario Ferrarienſi, videtur quod tam ipſe Vicarius quàm ipſe iudex Bononienſis poſsit ipſum punire, vt not. Sali. in d. l. nullum. in vlt. col. C. de teſt. licet Bald. ibi ſententiat contrarium.

Quartò, quia iudex appellationis poteſt punire teſtẽ, qui depoſuit falſum in cauſa principali, vt per Bald. in c. 1. ſi de inueſt. inter dominum & vaſallum.

REGVLA CCCCXIX.

IVdex, qui non habet merum imperium poteſt punire teſtem qui depoſuit falſum coram ſe, vt l. nullum. C. de teſt. quod primò habet locũ vt poſsit punire extraordinariè, vt ibi not. & Specu. de teſt. §. 1. verſ. ſed nunquid iudex.

Secundò habet locum vt poſsit ipſum punire ſine aliquo proceſſu, vt d. l. nullum. C. de teſt.

Tertiò habet locum ſi iudex habet ipſum in fortia, ſecus ſi ipſe ſe abſentauit ante ſententiam ſuper principali, vt in authent. vt nulli iud. §. ſi quis vero comprehenſorum. & vide in repertorio Bald. in 1. col. latè ſuper prædictis.

Quartò habet locum hoc etiam in iudice eccleſiaſtico ſi coram eo clericus exemptus à ſua iuriſdictione teſtificaretur falſum, vt not. Salic. d. l. nullum. in 2. col. C. de teſt. Vide circa materiam d. l. nullum. Cardi. Zabar. in c. cùm ſuper. de confeſſ. & in c. 1. de except. & Flor. in l. proinde. §. notandum. ff. ad leg. Aquil. & Barto. in l. ſi quis obrepſerit. in fi. ff. de falſis. vide Ange. in l. ſi vacantia. in 4. artic. principali. C. de bon. vac. lib. 10. & Bal. in apoſtill. in l. ſi poteſt. ff. de iudi. Feder. de Sen. conſi. 293. incip. Reuerendiſſ. pater. & Bart. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & æſti. vide per Bald. in d. authen. presbyteri. in 2. col. C. de epiſc. & cle.

REGVLA CCCCXX.

MAlæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit, vt in c. malæ fidei poſſeſſor. de reg iur. in 6. not. in auth. malæ fidei. de præſcript. longi temp. & Bar. in l. ſequitur. § ſi viam. ff. de vſucap.

Fallit primò, quando incæpi vſucapere bona fide, & vſucapione pendente dominus denũciauit mihi quod res eſt ſua, licèt à principio induceret malam fidem, tamen ex poſt facto non releuat, vt per Ange. in l. ſuper longi. de præſcriptione longi tempo. in 3. colum. idem Barto. in l. alienam. ff pro empt. & in l. ſi in fundum. C. de rei vendi.

Secundò fallit quando vſucapione cæpta vſucapiens incæpit dubitare an res vendita ſibi fuiſſet venditoris, vt quia inſurrexit fama de contrario, nã iſto etiam caſu non interrumpitur vſucapio, ſed durat, vt not. Ang. in d. l ſuper longi. in 2. col. quod not.

Tertiò fallit, quia ſi quis occopat rem vacantem quo caſu in dubio præſumitur fuiſſe malæ fidei poſſeſſor, tamen ſi tenuit & poſſedit dictam rem ſpatio 30. annorum, in dubio præſumitur bonæ fidei poſſeſſor, vt per Bar. in l. fi. C. vſucap. ui. not. in l. Celſus per Doct. de vſucapioni. idem Bar. in l. fi. C. vſucap. ui.

Quartò

Quartò fallit, quia dubitans poſtea an res fuit illius à quu acquiſiuit, nihilominus præſcribit, vt per Bar. in l. naturaliter. ff. de vſucap. & Doct. in c. fi. de præſcrip.

Quintò fallit, quando mala fides ſuperueniſſet non irreuocabiliter, ſed reuocabiliter, vt ſi medio tempore putaui rem alienam, poſtea melius informatus putaui eam meam, nam illa mala fides medio tempore nõ impedit vſucapionem, vt per Bart. in d. l. naturaliter. in 3. col. & Ant. de But. in c. fin. de præſcript.

Sextò fallit, quando bonæ fidei poſſeſſor habet cauſam à iudice iuſtè alienante, licèt ſciuerit rem alienam. ff. de relig & ſumpt. l. at ſi quis. §. 1.

Septimò fallit, quando quis eſt in mala fide reſpectu alterius quàm veri domini, vt quia credat rem poſſeſſam per ſe pertinere ad alium quàm ad dominum, nam videtur quòd præſcribat, vt not. Bart. in l. in fundo. in 5. col ff. de rei vendi.

Octauò fallit, quando quis fuiſſet in mala fide ficta, quia tunc præſcribit, ſecus ſi in vera, vt not. Dyd. in c. poſſeſſor malæ fidei, de reg. iur. in 6. & vide in alphabeto meo in litera P. in not. 251.

Nonò fallit, quia ſi quis legitima auctoritate occupat rem alienam, licèt ſciat eam eſſe alienam, nihilominus præſcribit, & non dicitur per hoc eſſe in mala fide. nec eſt verum illud indiſtinctè, ſcilicet, ſcit rem eſſe alienam, ergo eſt in mala fide. & ita not. Ange. in repetitione l. 2. C. de iudi. & in antepen. col. quod not.

REGVLA CCCCXXI.

CONtrahens cum aliquo & actu ſolnens ei pecuniam, in dubio videtur ſoluiſſe pecuniam propriam, vt eſt caſus, & ibi Barto. in l. cùm proponas. C. pro ſoc. & Anto. de Butr. in c. presbyteri. de pecul. cler.

Fallit primò, quando clericus fuiſſet factus eccleſiæ rector, & eo tempore nihil habebat, nam poſtea ſi emit prædia vel alia bona, præſumuntur empta de pecunia eccleſiæ, vt in c. 1. & in c. inquirendum. de pecul. cler. ſecus ſi habuiſſet bona patrimonialia.

Secundò fallit, quia quæſita per epiſcopum poſt epiſcopatum, non poſſunt per eum aliquibus relinqui, niſi probatum fuerit quòd à parentibus vel cognatis illa fuerit ſibi relicta, vt eſt tex. in auth. licentia. C. de epiſc. & cle. ex quo patet bona talia præſumptiuè fuiſſe acquiſita de bonis eccleſiæ, & quod habet locum etiam in hoſpitali, cùm ad illud extenditur, vt in c. requiſiſti. de teſtib. & in c. fin. de in integ. reſti. & ibi Pet. de Anch. & D. Dominic. in c. 1. §. hæc autem. de elect. lib. 6. & Lapus in clem. diſpendioſa. de iudic. & Pau. in clem. conſtitutus. de elect. & Bald. in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccleſ.

Tertiò fallit in quolibet rectore etiã ſeculari, qui habet adminiſtrationem perpetuam, quia præſumitur emiſſe de pecunia illius adminiſtrationis perpetuæ quã gerebat, ſecus ſi non fuiſſet rector perpetuus, & ita not. D. Pet. de Ancha. in c. 1. de pecul. cleric. & rector perpetuus præſumitur ille, qui conſtituitur ſimpliciter ſine prę finitione temporis, licèt poſsit remoueri ad nutum cõſtituentis, vt eſt glo. in cle. & ſi principalis. de reſcrip. quod not. Bart. in l. iuris peritos. de excuſ. tut.

Quartò fallit, quia ſi rectur eccleſiæ mutuauit pecuniam ſuo nomine, præſumitur fuiſſe eccleſiæ, non rectoris, niſi ipſe rector lucraretur vel ex lectura vel aduocatione, vel ſimili meo: & ita not. Anto. de But. in c. vt vnuſquiſque. de pecul. cle. & idẽ tenet ibi Io. de Imo. & communiter ſcribentes.

Quintò fallit in rectore eccleſię habente adminiſtrationem, quia de bonis eccleſiæ prę́ſumitur acquiſiuiſſe, ſecus ſi non haberet adminiſtrationem aliquam. & ita not. Io. And. in c. 1. de pecul. cler.

Sextò fallit, quia officialis fiſci prę́ſumitur ex officio ditatus, & quod ſi emit aliqua bona præſumitur emiſſe ex bonis fiſci. glo. eſt not. in l. facultas. C. de iure fiſci. licet eam reprehendat Bart. & Bald. in l. cùm oportet. in 3. col. C. de bon. quæ libe. & Bal. in l. quiſquis. C. ſi cert. pet. ſed aliter Bald. in d. auth. licentiam. vbi limitat dictam glo. & alio modo idem Bald. limitat dictam glo. in l. quiſquis. C. ſi cert. pet. tertio modo eam limitat Bald. in l. ſi defunctus. C. arbit. tut.

Septimò fallit etiam in prælato emente prædium, licèt non fecerit apponi nomen ſuum in inſtrumento, ſed nomen alterius in fraudem, quia nihilominus quæritur eccleſiæ, cum prę́ſumitur emptum de pecunia ipſius eccleſiæ. ita not. Bald. in l. mancipia. C. ſi quis alteri vel ſibi. & in l. ſi vt proponis. C. de rei vend.

Octauo fallit, quia prælatus tenetur reddere rationẽ ſuæ adminiſtrationis, & ſi eam reddidit, tunc poſtea nõ prę́ſumitur quòd bona empta per eum fuerint empta & acquiſita de bonis ſeu pecunia eccleſiæ, ſecus ſi rationem non reddidiſſet, & ita not. Guil. de Cun. in d. auth. licentiam. de epiſc. & cler. quem videtur ſequi Bal. in ſimili in d. l. ſi defunctus.

Nonò fallit, quando prælatus non fuiſſet induſtrioſus, quia præſumitur emptio ſiue acquiſitio facta de pecunia eccleſiæ, ſecus ſi fuiſſet induſtrioſus, quod in dubio præſumitur, ſic etiam in dubio quis prę́ſumitur lucrari, vt l. curam extruendi. de muner. & honor. & l. ſi defunctus. C. arbit. tut.

Decimò fallit, quia ſpeciale eſt in filio, vt quòd ipſe quæſiuerit, præſumatur in dubio quęſiuiſſe de bonis patris, vt not. glo. in l. Quintus. de don. int. vir. & vxorem. & in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.

Vndecimò fallit in vxore, quia præſumitur acquiſiuiſſe de bonis mariti, vt d. l. Quintus. de do. inter vir. & vxo. hæc omnia collegi ex quodã conſilio domini Andreæ Siculi, incipiente, Illud in primis in rebus &c.

Duodecimò fallit, ſi nomen ſoluentis & ementis nõ eſt appoſitum in contractu emptionis, ſed ſi eſſet appoſitum eius nomen in inſtrumento emptionis, tunc prę ſumitur emiſſe de pecunia ſua, ita no. dicit Ant. de But. in c. presbyter. de pecul. cler.

Decimotertiò fallit, quia ſi dixi tibi quòd emas domum pro me, & dixiſti, da pecuniam, dedi tam cito, tu emiſti dumum pro te & nomine tuo, & ſoluiſti pecuniã, certè in dubio præſumitur empta de pecunia mandantis, vt per Bart. in l. 1. §. vnde quæritur. ff. de manumiſſ. quem ſequitur Ludo. Ro. in l. qui in alienam. §. is qui. ff. de acqui. hæred.

REGVLA CCCCXXII.

ACtio redhibitoria regulariter habet locũ quando res vendita eſt vitioſa & morboſa, vt in toto tit. ff. & C. de ædil. edict.

Fallit primò, quia in re minima non habet locum, vt in ſpatula porci. ita per Bal. in l. ſi prædium. in 1. col. C. de ædil. act allegat tex. in l. ſi tamen. §. fi. ff. eo. tit.

Secundò fallit, quando vitium eſſet paruum, quo caſu non habet locum redhibitoria, vt per Bald. vbi ſuprà allegat. l. cui. & l. 1. §. proinde. ff. de ædil. edict. vide tex. in l. ob quæ vitia. §. fin. eo. tit. & l. quis ſit fugitiuus. §. fin. ff. eo. tit.

Tertiò fallit, quia in iuribus non habet locum redhibitoria.

bitoria, vt per Bal.in d. l.ſi prædinm.in 2.col. allegat l. 1.§.proinde Pomponius.ff.de ædil.edict.

Quartò fallit, quia emptor debet prius offerre rem emptam ipſi venditori, & demum agere vt pretium ſibi reſtituatur, aliàs non rectè ageretur, per text. & glo. not.in l.ædil.§.etiam.fi.ff.de ædil.edict. licèt Bal. aliter ſentiat.in d.l.ſi prædium.in 2 col.

Quintò fallit, qnia licèt redhibitoria habuerit effectum ſuum inter emptorem & venditorem, nihilominus fiſcus non tenetur reſtituere gabellam quam ipſe recepit pro illo contractu, licèt venditor teneatur, vt per Bal.in d.l.ſi prædium.

Sextò fallit, quando contractus eſſet celebratus ſub conditione, quia non poteſt agi redhibitoria actione, vt per Bal.vbi ſuprà alleg.l.bouem.§.fi.ff.de ædil.edict.

Septimò fallit, quando ſunt elapſi ſex menſes, quo caſu non poteſt agi amplius redhibitoria, cùm infra ſex menſes tantùm promittatur, vt l. ſciendum.§.fin.ff.de ædil. edict. licèt quanto minoris poſsit agi poſt prædictam actionem intentatam, vt per Bal.in d.l.ſi prædiũ. in 3. col. & de hoc tempore vel ſimilibus vide plures quæſt per eundem in l.2.in 2.col.C.de ædil.act.

Octauò fallit, quia ſi venditor non vult facere inſtrumentum emptori ſecundum conſuetudinem, non poteſt agi redhibitoria, quia per hoc res non efficitur deterior, vt per Bal.in d.l.ſi prædium.in 3.col.

Nonò fallit in hæredibus emptoris, quorum vnus vult agere redhibitoria, alter non: nam ſi res erat diuiſibilis, poteſt, aliàs non, vt per Bald.in d.l.ſi prædium. in 3. col.& ibi ponit quando vnus emit à pluribus vel econtra.

Decimò fallit in venditionibus ciuitatis vel fiſcalibus, quia non habet locũ redhibitio, ſecus in venalibus ciuitatis. vt per Bald in d.l.ſi prædium.in fi. allegat l.1. §.illud eſt.de ædil.edict.quod eſt not.ſecundum eum.

Vndecimò fallit, quando initiũ ſeu morbus rei venditæ erat patens, vel venditor hoc denunciauit in ſpecie, & expreſsit, vt per tex. & ibi plenè per Bal.in l.1.C. de ædil.act. & habetur in l.1.§.1.ff.eo.tit.

Duodecimò fallit de vitio ſeu morbo qui acceſsit rei poſt contractum factum, quia non agitur redhibitoria niſi euenerit ex infirmitate ſeu vitio præcedenti, quod pręſumitur incontinenti poſt contractum ſi acciderit, vt per Bal.in d.l.1.in 3.col C.de ædil.act.

Decimotertiò fallit, quia in contractibus lucratiuis, vt in donationibus vel contractu locationis, & conductionis, non habet locum redhibitoria: ita Bal.in l.2.in 1.col. C. de ædil. act. ſecus in contractu emphyteotico ſeu feudali, vt ibi per eundem.

Decimoquarto fallit, quia non habet locum redhibitoria, quando animal fuiſſet morboſum ſeu vicioſum aliquando, ſecus ſi continuè, vel vſus eius impediretur, vt probatur in l.1.§.t.&§.fi.ff.de ædil.edict.

Decimoquintò fallit, prout colligi poteſt ex his quæ ponit Ang.de Are.inſti.de act.in § in duplum, in libello redhibitoriæ.dic vt ibi per eum.

REGVLA CCCCXXIII.

QVibus caſibus habet locum redhibitoria.

Dic primò quando res eſt morboſa & vitioſa, vt in tit.ff.& C.de ædil.edict.

Secundò, quãdo venditur liber incorrectus, quia hoc videtur haberi pro vitio, & ideo habet locum redhibitoria, vt per Bal.in l.ſi prædium.in 2.col.C.de ædil.act. & in nut.D.Mar.de Laude de priuilegijs librorum.

Tertiò ſi emptor obtulit rem, & venditor eandem recepit, nihilominus conuenitur ad reſtitutionem pretij, licèt non ſimus in materia redhibitoriæ, vt per Bal. in d.l.ſi prędium, in 2.col.allegat l. quòd ſi nolit.§.in factum.ff.de ædil.edict.

Quartò, quia venditor poteſt petere rem ſi conuentus redhibitoria reſtituit pretium, nec vltra habuit, vt per Bal.in d.l.ſi prædium.in 2.col.vbi concludit etiam reſtitui debere omnes acceſsiones & gabellas per emptorem ſolutas.

Quintò, quia ſi ago actione quanto minoris pro ſeruo omnino inutili, officiũ iudicis debet eſſe vt ſeruum reddam, & pretium mihi reſtituatur: ita Bald.in d.l.ſi prædinm.in 3.col.in fin.

Sextò fideiuſſor poteſt conueniri actione redhibitoria, vt per Bal.in d.l.ſi prædiom.in fin. allegat tex.in l. Latinus largus.ff de ædil.edict.

Septimo, quia pro vitio animi poteſt agi vt pretium reſtituatur, quando venditor fuit in dolo, licèt redhibitoria non agatur: vt per Bald.in l.1.in vlt.colum.C.de ædil. act.

Octauò, quia equus retrogradus poteſt redhiberi, vt per Bal.in d.l.1.in fi.

REGVLA CCCCXXIIII.

QVibus caſibus videatur quis adire hæreditatem, ſeu ſe immiſcere in ea.

Dic primò quando filius inhabitat domum patris, nã ex eo præſumitur hæres niſi aliud appareat. tex. eſt in l.1.C.de repund. hæredit. de quo tamen vide per Bar.in l.gerit.in 5.& 6.col.ff.de acquir.hæred.& Ludo.in d.l.gerit.in vlt.col.& quod not.Bal.in l. non hoc. C.vnde cog.

Secundò, quando quis facit talem actum, qui non poteſt fieri citra ius & nomen hæredis, hoc caſu videtur adire, vt l.pro hærede & l.gerit.ff.de acqu.hære.& l.Antiſtius & l.at ſi quis.§.plerūq;.ff.de relig & ſumpt.fun.

Tertiò, quia ſi ſuus hæres ſurripuit bona antequàm abſtineat, perdit ius abſtinendi, & per conſequens efficitur hæres. l. ſi ſeruum quis.§.ſi quis ſuum.ff.de acqui. hæredi. ſecus ſi poſt abſtenſionem ſurripiat, vt in l.1.§. hæc verba.C.de redu.hæred.& ibi Doct.notant.

Quartò ſi quis locauit vel vendidit rem hæreditariam, certè videtur adire, vt per Ange.in l. pro hærede. §.Papin.ff. de acquir. hæredi. licèt in eadem l. in princ. idem Ange.videatur aliter dicere. de hoc vide Bar.in l. gerit.in 18.col.ff.de acquir.hæred. & ibi per Ludo.Ro. in 3.art.in 8.col.

Quintò, quãdo quis poſsidet domum & dicit ſe eam poſsidere pro ſua legitima, certè ex hoc videtur adire, quia cenſetur pars hæreditatis, quæ pars non poteſt adiri niſi in totum adeatur. de quo per Bart. in d. l. gerit. in 7.cul.ff.de acquir.hęred. licet contrarinm teneat Ludo.in l.1 eo.tit.

Sextò adire videtur vt in caſu notato per Barto.in l. Iulian.§.ſocietate.ff.de acquir.hæred.

Septimò vtrum accipiens pecuniam de morte patris, pro parte videatur adire. vide Barto.in l. pen.ff.de ſepul.viol.

Octauò vtrum dicens teſtamentum falſum ſaltem videatur adire ab inteſtato? per Bar.in l. eius qui.§.fin. ff.de iure fiſc.

Nonũ per actum extraordinarium hodiè poteſt fieri aditiu. Bart.in l.1.ff.de iure delib.& in auth.ex cauſa.C. de libe.præte.

Decimo vtrũ tutor eo ipſo quòd faciat inuentariũ, videatur adire.Bart.in l.poterit.de acquir.hæred.

Vndeci-

Vndecimò, vtrum eo ipſo quòd quis minatur velle partem ſuam, videatur adire. Bart. in l. poſthumus. §. ſi inſtituatur. de lib. & poſthu.

Duodecimò, qui inutiliter bonorũ poſſeſsionem agnoſcit poſt annnum an ſaltem dicatur adire. text. quòd ſic. in l. impuberem. C. de iure delib.

Decimotertiò per non factum poteſt fieri aditio. Bar. in d. l. gerit. de acq. hær. Bal. cõtrà in l. pen. §. ſeruus. ſolut. mat. & in l. ſi certis annis. in fin. C. de pact.

Sed in quibus caſibus quis non præſumatur adire hæreditatem ſeu hæres eſſe. vide Baldum in l. generaliter. §. 1. C. de ſecund. nupt.

REGVLA CCCCXXV.

QVibus caſibus admittatur pater ad defendendum filium in cauſa criminali & capitali.

Dic primò quòd admittitur ad defendendum ipſum quando condemnatio futura eſſet pecuniaria. & ita tenet Bal. referendo Guido. de Suzar. in l. reos. in 11. col. C. de accuſat. idem Ange. in l. ſi cuiuſdam. C. eod. titu. idem Angel. in l. Lucius. ff. de appel.

Secundò poteſt pater comparere ad declinandam iuriſdictionem pro filio, nec incurret pœnam filius, quæ imponitur declinantibus iuriſd. vt per Bart. in l. pen. §. ad crimen. de pub. iudic. & Bald. in ab adminiſtratione. C. de legatis. & Ant. de But. in c. veniens. de præſumpt. & in c. ſi diligenti. de foro competen.

Tertiò poteſt comparere ad defendendum filium quando filius eſſet in carceribus, vt per Bald. in dict. l. reos. in 10. col. de accuſ. & Bal. in l. eos. §. ſi qui. de appel. & Bar. in d. §. ad crimen. in 5. col. & in l. non tantum. de appel. idem Bal. in l. ſeruum quoq;. §. publicæ. de procurat. & Ang. in l. tale pactum. §. qui prouocauit, ibi. hic autẽ incidenter quæro. ff. de pact. idem tenet in ſeruo Cyn. in d. l. ſi cuiuſdam. C. de accuſat. & Io. And. in additionibus Spec. in tit. de procurat. §. 1. vbi concludit idem in ſeruo.

Quartò poteſt comparere pro filio abſente & defendere, ratione ſui iuris & intereſſe, ſicut poteſt dominus pro ſeruo, & ita videtur tenere etiam in cauſa capitali Gandi. in lib. de maleficijs in Rub. vtrum interueniat procurator in maleficijs, in 4. ſeu 5. col. idẽ Ang. in d. l. pen. §. ad crimen. ponendo exceptionem ad regulam. idem ſimiliter Ant. de But. in c. veniens. in 13. col. de accuſat. ponendo exceptionem etiam ad reg. & videtur ſequi quod not. Bart. in d. l. pen. §. ad crimen, referendo primam opinionem Bar. idẽ Guido de Suza. prout retulit Gandinus vbi ſuprà. & vide 137. cautelam, quam habes. pro hoc facit quod not. Anto. de Bu. vbi ſuprà. in 10. colum. quia ſi quis comparet ad defendendum abſentem in cauſa capitali nõ vt habens mandatum, ſed vt informator vel inſtructor, tunc etiam in omnibus exceptionibus propoſitis per ipſum informantem iudex poſſet examinare teſtes & procedere, & maximè ex officio ſuo. de quo vide etiam in cautela 191.

Adde hìc quòd Franciſcus de Albergo. in l. cuiuſdam. C. de accuſ. tenet ſimpliciter patrem admitti ad defenſionem pro filio, ſicut etiam in conſorte.

REGVLA CCCCXXVI.

QVibus caſibus pœnæ, quæ ſolent imponi delinquentibus poſsint minui.

Dic primò, quia ſi in ſtatutis reperitur quædam pœna grauior, & quædã minor, ſemper debemus ſtare minori pœnæ, vt per Bald. in ſuo repertorio in dictione pœna, allegat glo. ſingu. in l. ſi quis id quod. ſuper verbo quingentorum. ff. de iuriſd. omn. iudic. & l. Sempronius proculo. ff. de leg. 2. quod limita pluribus modis, vt ibi per eum.

Secundò poteſt minui, & eſt iuſta cauſa quando iudex punit aliquem ex probationibus non plenis, ita ꝙ non ſunt luce meridiana clariores, nam vbi deberet imponi pœna capitis debet iudex punire pecuniariter, vt per Ludo. in l. 1. §. hoc ipſum. in fi. ff. ad Syllan. & Gandi. in tract. de malefi. in Rub. de præſum. & indicijs. in fi. & idẽ dicendum in alijs pœnis. ita no. Inn. in c. afferte. & Cardi. extrà de præſum. & Bal. in l. fin. C. de probat. vide quæ not. in apoſtilla ad Lud. Rom. in l. excipiuntur, in prin. ff. ad ſyllanianũ. pro hoc vide quod no. Bal. in ſuo repertorio in dictione pœna.

Tertiò quando lex antiqua imponit grauiorẽ pœnam, & lex noua imponit minorem, in dubio videtur derogatum maiori pœnæ, vt per Bal. in dicto verbo pœna. allegat l. qui cum vno. §. deſertorẽ. ff. de re mil.

Quartò, quia in emergentibus criminibus licitum eſt leges tranſgredi, vt per Bal. in dicto repertorio in verbo iudex. allegat Inn. in c. 1. de conſti. & text. in l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſto teſta.

Quintò, quia iudex qui extraordinariè procedit contra delinquentem, non poteſt pœnam ordinariam imponere, ſed ſolam extraordinariam, vt per Bald. in d. verbo pœnam. alleg. tex. ſingu. in c. quemadmodũ, de iureiur. & in c. 1. in fi. de except.

Sextò propter paupertatem pœna poteſt minui, & minus puniendus pauper quàm diues in pœna pecuniaria, ſecus in corporali. glo. in c. cùm quidam. extrà de iureiur. & Gandi. tract. malefi. in Rub. de pœn.

Septimò quia quando ſtatutum punit effectum, vt actum conſumatum, iudex habet arbitrium puniendi minori pœna, non tamen cogitur. ita not. Sali. in l. is qui cum telo. in 2. col. in fi. C. ad l. Cor. de ſic. & ibi Bald. allegat text. ſingu. in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœn. quod benè not.

Octauò, quia ſi vnus frater offendit alium fratrem, vel conſanguineus cõſanguineum tunc pœna eſt minuenda, quando eſſet leue crimen, ſecus ſi eſſet atrox, quia tunc deberet augeri. ita no. Gndi. in tract. malef. in Rub. de mult. quæſtionibus. in 1. col. & 1. q. ſecundum Dy. quem ibi ſequitur.

Nonò iudex poteſt minuere pœnam legis, quando perſona eſſet honeſta & non ſolita ſimilia facere. ita no. Gandi. in opere malefi. in Rub. vtrum pœna poſsit augeri vel minui. allegat in l. & ſi poſsidoneum. C. de infamib. & l. ſi ſeruorum. §. fi. & l. reſpiciendum. ff. de pœnis. & l. diuus. ff. de cuſt. reo.

Decimò minus punitur ille, in cuius domo fit aliquid eo ſciente, quàm principalis delinquens. l. cum ancillis. C. de inceſt. nup. & ibi Bal.

Vndecimò pœna non duplicatur ſi delictum alibi quàm vbi commiſſum extitit, committi non poteſt, vt per Bart. in l. aut facta. §. locus. ff. de pœn.

Duodecimò mitius punitur qui ex præſumptione punitur. gl & Bal. in c. 1. in prin. de pac. ten.

Decimotertiò, ſi quis excesſit vltra propoſitũ, debet mitius puniri, vt no. Gentil. in verbo pœna. in 12. col.

Decimoquartò dolor & metus inſtantis periculi, attenuãt delictũ, & pœnã alleuant. per Bal. in c. 1. ver. 2. de pace iur. fir. allegat l. Gracchus. C. de adult. & vide eundem in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur.

Decimoquintò adminiſtratio mitigat delictũ glo. in l. tres tutores. de adminiſt. tut. per Bal. in c. j. de pace iur. firm. in §. furari.

Decimoſextò propter timorem periculi licitũ eſt

leges tranſgredi in pœnis, vt eſt tex. & ibi Bald. in l. ſi quis filios. §. hi autem. ff. de iniuſto teſt. not. per Innocen. cap. 1. de conſtit. & in d. §. pœna grauior. per DD. & idem propter ſcandalum euitandum. 23. q. 5. §. 1. ante fin. & 11. quæſtio. 3. inter verba.

Decimoſeptimò mitius punitur diues q̃ pauper, & aliquando eſt contrà, vt per Gandi. in Rub. de maleficijs, in 9. col. Bar. in l. Pedius, de incendio rui. & naufr.

Decimooctauò rigor pœnarum canonicarum temperatur propter neceſsitatem temporis & vtilitatis. 1. quæſtio. 7. cap. requiritis.

Decimononò in ordine aliquo conſtituti mitius & moderátius puniútur q̃ alij. 18. q. 2. quidã monachorũ.

Vigeſimò grauius puniuntur à Deo Chriſtiani q̃ pagani in inferno. 12. q. 1. ſcimus.

Vigeſimoprimò pœna poteſt minui ratione ætatis, vt quia quis ſit puer vel ſenex, etiam ſi ſtatutum imponeret pœnam præciſam, nec dicitur incurriſſe periuriũ, licet iurauerit quis ſeruare ſtatuta. & ita not. Paul. de Caſt. in l. & ſi ſeuerior. ff. de his qui not. inſa.

Vigeſimoſecundò, quando quis commiſit aliquod delictu ſine dolo, debet etiam mitius puniri, & ideo ſi aliquis occidit aliquem ſine dolo non debet decapitari, etiam ſi extaret ſtatutum q̃ occidens occidatur. & ita not. Pau. de Caſt. in d. l. & ſi ſeuerior. ſecundum Bald. & idem not. Bal. in l. data. C. qui accuſ. non poſſ.

REGVLA CCCCXXVII.

QVibus caſib. nõ poſsit contra clericum procedi. Dic primò, quando eſt porrecta inhibitoria iudici ſeculari, quo caſu ſtatim ſunt ligatę ei manus, quia nõ poterit procedere, vt per Bal. in l. ſi qua per calumniã. C. de epi. & cle. & in l. aduerſus. C. qui acc. nõ poſ.

Secundò, quia cognitio an quis ſit clericus vel non, vel gaudeat priuilegio clericali, nõ ſpectat ad iudicem ſecularem, vt per tex. gl. & ibi DD. in cap. ſi iudex, de ſententia excommunic. in 6. nec etiam ſi eſſet quæſtio facti ſuper his poſſet cognoſcere iudex laicus, vt not. Pet. de Anch. in c. ea quæ. de regul. iur. lib. 6. in repet.

Tertiò quia licet eſſet conſuetudo, quòd iudex laicus poſſet procedere contra clericum in criminalibus, nihilominus ea non obſtante non poſſet procedere, vt not. Doct. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſti. & not. in Auth. caſſa & irrita, de ſacroſanct. eccleſ.

Quartò, quia eſto quòd clericus ſit coniugatus & aliquando inceſſerit ſine habitu & tonſura, tamen ſi tempore delicti inceſſerit, ſufficit, & iudex ſecularis nõ poteſt ſe intromittere, vt per DD. & ibi Card. & Ioan. de Imol. in cap. Ioannes. de cler. coniug. & Docto. in Clem. 1. de vita & honeſt. cler.

Quintò, quia ſi clericus cõiugatus tẽpore cõmiſsi delicti incedebat in habitu & tonſura, licet ex pòſt facto nõ incedat, & tunc capiatur, tamen cognitio ſpectabit ad iudicem eccleſiaſticum, non autem ad ſecularem, vt not. Bald. in l. affinitatis. C. communia de ſucceſſ.

Sextò fallit, quia clericus coniugatus detentus à iudice laico ſi allegat priuilegium fori non remittitur ad eccleſiaſticum, niſi doceat & probet ſe cõtraxiſſe cum vnica & virgine, & portaſſe habitũ & tonſuram, & de his cognoſcet iudex eccleſiaſticus, nõ ſecularis. ita not. Dominicus de San. Ge. in c. ſi iudex laicus. in §. fin. in fin. de ſententia excommunic. in 6. & in c. 1. §. fin. in vltim. col. de cler. coniuga. in 6. Si tamen iudex ſecularis vult recipere teſtes ſuper notorio. ſi eſt clericus pro ſua informatione, poteſt etiam parte abſente, vt not. Boniſ. de Mut. in conſil. 50. idem ſi portat habitũ & tonſuram, quia poteſt ex notorio facti conſtare ipſi iudici ſeculari qui etiam de hoc poteſt ignoſcere, vt videtur ſentire idem Domi. in d. c. 1. §. fi. in fi. de cler. coniuga. vide ad prædicta dominos de Rota conclu. 196. quæ incipit, item ſi clericus. & vide Ange. in l. ſi prius. in fi. ff. de oper. no. nun. & Cyn. in l. 1. in vltim. q. c. vbi cauſ. ſtatu. & eundem Cyn. in l. ſi qua per calumniam. circa fin. C. de epiſc. & cler. & ibi per Iac. Butrig.

Septimò ſi aliquis percutit clericum non habentem inſignia neque tonſuram, & ſciat ipſum eſſe clericum, incidit in excommunicationem, ſi quis ſuadẽte, & ita no. Pau. de Caſt. ſecundum Doct. in d. l. ſi qua per calumniam. & idem crederem in iudice talem clericum ad torturam ponente, quia dolus ipſius præponderaret culpæ clerici, arg. l. ſi obſtetrix. in fi. ff. ad l. Aquil.

Octauò adde, quòd clericatus non ſolùm per ſcripturam, ſed etiam per teſtes poteſt probari, & ideo non poſsit procedi contra illum qui ſe offerret ad probandum per teſtes clericatum. & ita not. Pan. de Caſtr. in d. l. ſi qua per calumniam, vbi per Bald. & DD.

Nonò ſi aliquis fuit citatus de crimine non tanquam clericus, ſed tanquam laicus, & ipſe non comparuit, & propter hoc fuit poſitus in banno & cõdemnatus tanquam confeſſus ex forma ſtatuti, ſi poſtea capitur, & cùm iudex faceret excommunicationẽ in perſonam, allegat ſe clericũ, & oſtendit literas, & allegat proceſſum nullum tanquam factũ à non cõpetenti iudice, & iudex dicit contrarium, quia debuit comparere & ſuum allegare priuilegium, quid iuris hoc caſu, certè dicendum eſt proceſſum eſſe nullum, vt tenet Pau. de Caſtr. in auth. ſtatuimus. C. de epiſco. & cleri. allegat l. generaliter. & ibi Bal. eod. tit.

Decimò, ſi quis nõ dicit officiũ, nõ gaudet priuilegio clericali, vt l. qui ſub prætextu. & ibi per DD. C. de ſacr. eccle. & c. nõ debet. de præb. & an ſtudens excuſetur, à dicendo officiũ. no. in c. tuæ. de cler. nõ reſid.

Vndecimò adde, q̃ apoſtata non gaudet priuilegio clericorũ. ita Bal. in l. ſed neq;. in fi. C. de epiſc. & cler.

Duodecimò, ſi teſtis dicat vidi q̃ talis erat clericus, non ꝓbat clericatũ, ſed oportet eum adijcere rationẽ, & dicere, quia vidit eum ordinari, & tunc ꝓbat plenè. Si autẽ dicit quia vidit eũ publicè incedere in habitu & tonſura, ꝓbat præſumptiuè, vt not. Iac. But. in d. l. ſi qua per calumniã. C. de epiſ. & cler. ſecus ſi nõ adijcit publicè, quia portare habitũ in domo, nõ facit quem præſumi clericum, niſi probet q̃ ſuperior ei impoſuit habitum, vt in c. ſi iudex laicus, de ſentẽtia excommunic. in 6 & not. Bald. cap. cùm cauſam. in 9. colum. extrà de teſti. vbi ponit omnia prædicta.

Decimotertiò, ſi clericus fuerit citatus per iudicem laicum, & in banno poſitus propter cõtumaciam, poterit clericus quandocunq; comparere, & allegando ſe clericum & probando iudex debet irritare proceſſum, vel id quod factum eſt, vt per Bal. in l. generaliter. C. de epiſ. & cle. & in l. 1. C. ſi à non compet. iud. & in c. ſi quis clericus. circa fi C. de pac. ten. & per Bal. in lectura noua in l. 2. in prin. ff. ſi quis in ius voc. in 4. col. & per Specu. in tit. de citat. §. 1. verſicu. ſed pone quòd iudex ſecularis. Et quid ſi iſte clericus occidat, vide per Bal. in d. l. 2. vbi per do. Io. Bap. qui prædicta ponit & allegat Gandi. in Rubr. de bannit. per maleſi. facit ad hoc quod no. Io. An. in reg. ſcienti, in mercurial.

Decimoquartò adde, q̃ clericus coniugatus amittit priuilegium ipſo iure abſq; admonitione niſi portet habitum & tonſuram, & ſuper hoc cùm ſit notoriũ facti & notoriè cõſtat, iudex laicus poterit cognoſcere, nec eſt opus aliqua remiſsione ad iudicem eccleſiaſticum,

ſticum, & ita not. Domin. de Sanct. Gemin. in cap. primo. §. in cæteris. in vlt. col. de cleri. coniuga. vbi idem dicit in exceptione notoria, vel recuſationis cauſa notoria, & ſuperflua, quam iudex poteſt repellere.

REGVLA CCCCXXVIII.

QVibus caſibus poſsit pœna contra delinquentem augeri.

Dic primò quòd plus puniuntur famoſi homines delinquentes, quàm integræ opinionis, vt eſt text. in l. capitalium. §. fin. ff. de pœn.

Secundò, quando eſſent commiſſa delicta à multis, & dubium eſſet, vt committerentur in poſterum per alios, quia ſolet aliquis puniri grauius, vt multis craſſantibus ſit exemplum, vt l. aut facta. §. fi. ff. de pœn.

Tertiò plus punitur vilis quàm nobilis, & plus ſeruus quàm liber. l. ſeruos. C. ad l. Iul. de vi pub. & per Bal. in titu. de pace tenen. §. inter ſacramenta. & §. ſi quis quinque ſolidos.

Quartò non valet ſtatutum modicam imponens pœnam, vt per Archi. in 14. q. 4. duo. & Bald. in Rub. extrà de conſtitutio.

Quintò grauiori pœna puniendi ſunt qui maiora bona receperunt. C. de conduct. & procur. l. conductores. in fin. lib. 12. & de pœnit. diſtinct. 2. circa principium. & diſt. 5. conſiderent.

Sextò quia interdum pœna aggrauatur, vt cæteris metus incutiatur. 11. q. vlt. c. vlt. 17. q. 4. frater. in fi. 17. q. 1. ſi qui monachorum. 2. q. 7. quapropter.

Septimò diues ſeu nobilis plus punitur pœna pecuniaria quàm corporali, ſed pauper plus punitur pœna corporali, quàm pecuniaria, vt 24. quæſtio. prima. qui contrà.

Octauò, qui plures offendit, grauius punitur. 13. diſt. c. 1. & ibi not. & de re iudic. c. 1. lib. 6.

Nonò delictú aggrauatur ratione cauſæ. l. aut facta. §. 1. ff. de pœn. l. ictus fuſtium. ff. de infamibus.

Decimò ratione perſonæ. dict. l. aut facta. §. perſonæ. & l. presbyteri. de epiſcopis & cleri. & 12. quæſt. 1. cap. 1. & ibi Archid. & ad l. Pompe. de par. per totum. & in §. atrox. Inſtitu. de iniur.

Vndecimò locus vbi committitur delictum, aggrauat illud. d. l. aut facta. §. locus. & §. euenit.

Duodecimò locus vulneris aggrauat. Inſtitu. de iniur. §. atrox. extrà de iniur. cap. presbyterorum. ff. de iniur. l. prætor. §. fin.

Decimotertiò tempus etiam aggrauat. d. l. aut facta. §. tempus. l. itaque. ad legem Aquil. Bald. in l. 2. ff. de furt. & de effract. l. fin.

Decimoquartò qualitas etiam aggrauat. d. l. aut facto. §. qualitas. de pœnis. & de ambi. l. prima. de incend. rui. & naufra. l. Pedius.

Decimoquintò euentus etiam aggrauat. d. l. aut facta. §. euentus.

Decimoſextò perſeuerantia etiam aggrauat. l. 3. §. defertur. de re milit. l. capitalium. §. ſolent. de pœnis. c. cum tanto. & ibi Doct. de conſuetud.

Decimoſeptimò reiteratio auget delictum. de epiſcop. audien. l. nemo. l. capitalium. §. meſſores. & l. ſi quis diuturna. ff. de pœnis. Bald. in auth. ſed nouo iure. & l. quicunque. C. de ſeruis fugit.

Decimooctauò ex concurrentia multorum aggrauatur & augetur pœna. l. excipiuntur. ff. ad Sylla.

Decimononò cumulatio alterius delicti aggrauat. C. de raptu virgi. l. prima. §. 1. l. non omnes. §. qui de ſeruorum. de re milit.

Vigeſimò ratione exempli etiam delictum aggrauatur. ff. de re mil. l. omnes. §. 1.

Vigeſimoprimò excuſatio aggrauat delictum. c. inter dilectos. de exceſs. prælat.

Vigeſimoſecundò auctores delicti grauius puniuntur. l. ſi quis aliquid. ff. de pœnis. & l. in hoc. de ſeruo corr.

Vigeſimotertiò publicatio etiam aggrauat. l. prætor. §. fin. ff. de iniur. l. quoties. §. qui in acie. de re mil.

Vigeſimoquartò adiunctio etiam aggrauat. prima q. 4. peruertit. & l. omnes. §. primo. de re milit. & l. relegati, de pœnis.

Vigeſimoquintò ſi reſultat maius inconueniens in delicto, quod fit palàm & publicè magis ſolet puniri, quàm ſi de nocte fieret, ſecus ſi non reſultaret inconueniens, quia magis quòd fieret occultè, vt de nocte. & ita not. Paul. de Caſtr. in l. nemo. C. de ſumma Trinit. allegat l. 1. & 2. de furib. balnear. & l. final. de ritu nupt.

Vigeſimoſextò viles perſonæ plus puniuntur & acriter quàm in dignitate poſitæ. & hoc ad pœnam corporalem, ſed quoad pœnam pecuniariam eſt econtrà. & ita not. Paul. de Caſtr. in l. nemo. C. de ſumma Trinit. & allegat ibi Cyn. & dixi ſuprà.

REGVLA CCCCXXIX.

IN legibus ſolet plerunq; ſumi argumentum à contrario ſenſu, vt not. in l. conuenticulam. C. de epiſ. & cleri. & not. in l. 2. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdict.

Fallit primò, niſi reſultaret intellectus contra alias leges, vt not. in l. nemo. C. de iuriſdict. omn. iudi. & d. l. conuenticulam. C. de epiſcopis & cleri. & gloſſ. in Clemen. prima. in verbo, obſeruare, de ſententijs. & gloſſ. in cap. primo, de ætat. & qualita. & in cap. ſignificaſti, de foro competen. & Archi. in quæſt. quarta. Beatus Bonifacius. & gloſſ. in cap, cupientes. §. quid ſi per viginti, de offic. deleg. in ſexto, in verbo, petere. niſi lex noua ſumpto argumento à contrario ſenſu nihil de nouo induceret, nam vt aliquid operetur, ſumitur argumentum à contrario, etiam vt corrigat legem, vt in authent. diaconiſſa. D. de epiſcopis & cleric. pro quo gloſſ. in l. nulla. in fin. eod. titu. & Bald. in l. obſeruare. §. profuiſti. in tertia quæſt. de offic. pronconſ. & Fulgoſ. in l. liberis. C. de collat. & not. Bal. in auth. ex teſtamento. C. de collat.

Secundò fallit, vbi in lege eſſet dictio, præſertim, vel etiam, vel maximè, vel ſimiles dictiones implicatiuæ, quia illæ indicant maiorem eſſe rationem in caſu contrario, ideo tunc ceſſat argumentum à contrario, ſeu, ſecundum Iacob Butr. in dicta l. conuenticulam. per illum textum. & not. gloſſ. in l. illud. in verbo, æſtimamus. ff. ad legem Aquil. facit gloſſ. in l. cùm prætor. in princ. in verb. videtur. ff. de iudi. & Bald. in l. apud antiquos. C. de furt.

Tertiò fallit in argumento ſumendo à contrario ſenſu verborum legis, quia non poteſt ſumi, ſecundum Antonium de But. cap. cum apoſtolica, de his quæ fiunt à prælat. argum. cap. ſi Papa, de priuileg. in ſexto. & in Clemen. ſi ſummus, de ſenten. excommunic. facit quod not. Feder. de Sen. in conſilio trigeſimonono, incipiente Viſo. & Salicet. in l. qui ſe patris. in ſexta colum. C. vnde lib. & in l. accuſare. C. qui accuſ. non poſſ. & gloſſ. in cap. ſecundo, in verbo, non teneri. de dolo & contuma. in ſexto. quod eſt verum niſi intentio legiſlatoris fraudaretur, quia tunc

 ex ver-

ex verbis narratiuis poſſet etiam ſumi argumentum à cõtrario ſenſu, vt no. Io. de Imol. in d. c. cu apoſtolica.

Quartò fallit in argumento ſumendo à cootrario ſenſu verborum legis modalium, vel etiã diſponentium, ſecundum Anto. de But. poſt Ioan. And. in d. c. publicato. in fi. & in d. c. cum apoſtolica. & Specul. in tit. de alleg. & diſp. §. poſt hoc. verſ. non obſtat. quod eſt verum, quando modus reſpicit commodum ſeu fauorem eius cui adijcitur, vt l. Titio centum, in prin. ff. de cond. & demonſt. ſecus ſi reſpiceret cõmodum alterius, & ſtaret per debitorẽ ne modus impleretur, ſecus ſi per caſum, vt l. ſi fundũ per fideicommiſſum. §. 1. ff. de leg. 1. iuncta l. 1. C. de his qui ſub modo. & ita no. Io. de Imol. in d. c. cum apoſtolica.

Quintò fallit in argumeoto ſumendo à contrario ſenſu verborũ cauſę impulſiuę nõ finalis, quia ceſſante cauſa impulſiua, nõ ceſſat diſpoſitio. l. 1. §. ſexũ. ff. de poſtul. & not. in c. poſt tranſlationẽ, de renuociat. & ita eſt de mente Pet. ac Iac. But. & Bal. in d. l. conuenticulam. & Anto. de But. in d. c. cum apoſtolica.

Sextò fallit, ſi arguetur à cõtrario ſenſu vnius cauſæ finalis tantùm, cum eſſent duę finales cauſæ vel plures, quia ceſſante vna, nõ ceſſat legis diſpoſitio. §. affinitatis. Inſt. de nup. l. ſi verò lex. ff. de hær. inſti. not. in l. liberorũ. §. 1. ff. de his qui not. infam. & not. in l. ſi ventri. §. in bonis. ff. de priuileg. cred. & circa prædicta vide Ant. de But. in c. publicato. de elect.

Septimò fallit, quando ratio conſtituta ex qua ſumeretur contrarius ſenſus, repugnaret deciſioni, quæ ſumeretur à contrario ſenſu, vt in d. locis not.

Octauò fallit, quando in caſu cõtrario eſt contraria ratio, ſecundum Ange. in d. l. conuenticulam. & Ange. in d. §. mulier. & glo. in Clem. 1. de reſcript.

Nonò fallit, quãdo auctor legis incideret in pœnã ſi ſumeretur à cotrario ſenſu. glo. eſt ſing. in Cle. 1. de vſuris. quam ibi ſequuntur DD. & Cyn. ſequutus eſt conſulendo. & Bald. in auth. ad hæc. C. de vſuris.

Decimò fallit, quando contrarius ſenſus eſſet contra mentem diſponentis, vt l. 2. C. de condi. inſer.

Vndecimò fallit, quando in diſpoſitione eſſet aliqua dictio implicatiua ſecundum D. Ant. in d. c. cùm apoſtolica.

Duodecimò fallit, quando ex illo contrario ſenſu reſultaret abſurdum, vt l. 2. C. de condi. inſer. & d. l. conuenticulam. quod abſurdum facit legem correctiuam extendi, vt in Clemen. literas, de reſcript. per Bartolum in l. omnes populi, in 6. q. princi. de iuſti. & iur. & Bald. in l. non dubium. C. de legi.

Decimotertiò fallit, quando reſultaret cõtra caſum iuris expreſſum, vt d. l. 2. & l. nemo. C. de iuriſd. omn. iud. cum ſimilib. vel quando repugnaret dicto contrario ſenſui ius naturale, aut diuinum, vt d. l. cõuenticulam. cum ibi not. vel repugnaret ratio naturalis, ſecundum Odofr. in d. l. 1. de off. eius cui mand.

Decimoquartò fallit, quia in ſtatutis nõ habet locum à contrario ſenſu, vt videtur ſentire Iacob. Butr. in d. l. 1. & idem tenet ibi Barto. & in d. l. omnes populi. in ſexta quæſt. principali. & Alber. de Roſ. in opere ſtat. quæſt. 9. & in ſuo alphabeto in dictione argumentum. idem Bald. in l. properandum. in princ. C. de iudi. & in l. apud antiquos. C. de fur. & Ange. in d. l. 1. ſed contrarium tenueruot Dy. & Cy. conſulendo, vt ibi per eos in dict. l. 1. & per Dyn. in regu. peccatum. quos ſequitur Bald. in dict. l. conuenticulam. & in dict. l. 2. C. de condi. inſ. & in dicto §. mulier. & in l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſoluto matrimo. ſed concorda prædictas opin. vt per D. Franciſc. de Albergo. in dicta l. prima. & ibi per Do. Ioannẽ Bapt. quia latè diſtioguit concordando eas, qui prædictas fall. ponit ibi.

REGVLA CCCCXXX.

DElegatus à priucipe poteſt ſubdelegare. l. à iudice. C. de iudic.

Fallit primò, vbi prioceps delegando dixerit quòd talis expediat per ſe, & non alius, quia tunc non poterit ſubdelegare, vt l. 1. §. de his, cũ glo. in verbo nullius, de ſeparat. ſecundum Benedictum de Plumbino in l. Imperator. ff. de fideicom. liber. cui adde tex. in c. fin. de off. deleg. ad hoc c. cùm dilecta. de reſcri. & Spec. in tit. de off. deleg. §. excipitur. verſi. item quòd.

Secundò fallit, quando delegata eſſent quæ principi reſeruata ſunt, nam talis delegatus nõ poteſt ſubdelegare, vt per Antonium de But. in c. quòd ſedes. & ibi Ioao. de Imol. de off. ordi. & Bal. in l. geſta. in 1. col. C. de re iudi. & in Rub. de offi. deleg. in 7. colum. & in cap. quæcunque. eod. titu. Item comites Palatinì habentes poteſtatem à principe legitimandi ſpurios, non poſſunt alteri ſubdelegare cùm ſit de reſeruatis principi, vt not. in auth. quib. mod. natur. effici. ſui. & in c. per venerabilem, qui fil. ſint legit.

Tertiò fallit, quia delegatus priocipis non poteſt paſsim ſubdelegare, nam ſi malitioſè vellet ſe exooerare, puta quia partes erant potentes vel gratificaret alteri partium, non poſſet, vt in c. paſtoralis. de off. delega. & latè declarant domini de Rota deciſ. 434.

Quartò fallit, quando delegaretur aliud officium quàm iuriſdictio, quia non poteſt delegatus à priocipe hoc delegare. & ita not. Bart. in l. more. de iuriſdi. om. iud. ad hoc vide text. in c. fin. de off. deleg. Idem dicendũ ꝙ noo valeret delegatio, quando eſſet electa induſtria perſonæ, quia cauſa eſſet ardua, vel dictum eſſet, tuam conſcientiam oneramus, vt per Ange. & Paul. de Caſtr. in d. l. à iudice. per textum in Clem. 2. de offic. delega. hæc D. Ioan. Bapt. in dict. l. more. de iuriſdict. om. iud.

Quintò ſubdelegatus à delegato à principe non poteſt alteri delegare, ne eatur in infinitum, oiſi hoc ſpecialiter ſibi fuiſſet conceſſum. ita D. Io. Bapt. in d. l. more, allegat not. per DD. in c. paſtoralis. de off. deleg. & Ioan. And. in c. is cui, eodem titu. & Dominos de Rota quæſt. 244. aliàs 424.

REGVLA CCCCXXXI.

DElegatus non poteſt facere capi aliquem & detineri, & ſic non poteſt aliquem citare realiter, de quo per Angelum in l. cui iuriſdictio. ff. de iuriſdi. omnium iudic. & ibi gloſſ.

Sed fallit primò, quia poſt litem conteſtatam poteſt facere dictam citationẽ, vt per glo. vbi ſup. & in l. plerique. ff. de in ius voc. & gl. in l. ſed etiam, eo. tit. ſed DD. ibi communiter contrà. pro quibus vide gl. in l. conſentaneum. C. quomo. & quan. iud.

Secundò fallit, quia delegatus ad vniuerſitatẽ cauſarum poteſt realiter citare & capere perſonã, vt per Salice. in d. l. cui iuriſdictio. de iuriſd. omn. iud. ſed hoc dependet ab illo articulo, an talis delegatus habeat inſtar ordinarij, de quo in l. more. ff. de iuriſd. om. iud.

Tertiò fallit, quia delegatus poteſt citare re ipſa illum, qui de fuga ſuſpectus eſt, vt per Ludo. Ro. io d. l. cui iuriſdictio. vbi dicit Pet. de Anch. ita conſuluiſſe io conſil. 184. vel conſil. 192. quod incipit, In Chriſti nomine amen, pręmittendum eſt. quod etiam firmauit Ludo. Rom. in l. de pupillo. §. meminiſſe. cum ſequen.

de o-

de oper. noui nuncia. in addirione noua. pro quo faciunt not. in l. ait prætor. §. ſi. debitorem. ff. de his quę in frau. cred. quod procederet, ſi infra debitum tempus præſentaretur iudici, nam permittitur priuato vt poſsit capere ſuſpectũ de fuga & præſentare infra certum tempus iudici, aliàs ſecus. & ita dicit prædicta omnia Do. Alexand. de Imol. in dicta l. cui iuriſdictio. quod not.

Quartò fallit in delegato principis, qui poteſt committere capturam & capi facere aliquem, vt per gl. in d. l. cui iuriſdictio. & cum ea tranſit Bart. Pau. de Caſt. & Ange. & Ludo. Rom. ibi, licet contrarium tenuerit ibi Salice. & in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. & Raph. in dicta l. cui iuriſdictio.

REGVLA CCCCXXXII.

NOta quòd ſi furatur aliquis rem aliquam in ciuitate Paduæ, & cum eadem re capiatur in ciuitate Veronæ, non poteſt ibi Veronæ puniri. ita conſuluit Collegium Veronenſ. prout refert Petr. de Ancha. in ſuo repertorio, in Rub. de furt. & hoc Moderni tenẽt, prout refert Anto. de But. in cap. primo. de rapt. idem Fran. Tigrini in l. ei qui. in princ. ff. de furt. & in l. qui vas. §. fin. ff. eodem titu. idem videtur ſentire D. Abb. in cap. primo. dicens opinionem Bar. fuiſſe periculoſam, licet viderit aliquos ſuſpendi propter eius opinionem. idem Salice. in l. ſi abducta. C. de furt. & idem cõſuluit Ioan. de ligna. & Collegium Paduanum. idem Salic. in l. nec legatarius. ff. de condi. furt. idem Do. Ludo. de Cortuſijs in ſuo repertorio in dict. furtũ. & dictum conſilium erat ſubſcriptum per ſeptem Doctores. ſed contrarium quòd poſsit puniri tenuit Barto. in l. ſi dominium. ff. de furt. & alibi. idem Anto. de But. in cap. fin. de furt. vbi idem per Petrum de Anchara. idem Bald. in l. ſi abducta. C. de furt. & in titu. de pace iuram. firm. §. iniuria. & in l. cunctos populos. in 17. colum. verſicu. tertiò circa hoc. C. de ſumma Trinit. & in Authent. ſed nouo iure, in verſicu. vlterius quæro. de ſeru. fugit. idem Bald. in l. qui furem. de ſuſp. tuto. & Pet. de Anch. in l. ſed nec legatarius. ff. de cond. furt. in ſuis reportatis. idem Iacob. de Are. in dicta l. ſi dominium. idem Bald. in l. prima, in octaua column. verſicul. quæro de tali quæſtione. C. de confeſ. idem Ange. in dicta l. ſi abducta, in lectura Peruſina. idem Paulus de Caſtr. in dicta l. nec legatarius. in recollectis. idem D. Comes de Peruſio in dicta l. qui furem. & in dicta l. ſed nec legatarius. & l. præced. quæ incip. ſiue manifeſtus.

Sed prima opinio fallit, quando fur reſideret vltra vnam diem in loco vbi rem furtiuam aſportauit, quia tunc ibi poſſet puniri, licet alibi eam ſubtraxerit, vt per Baldum in Authent. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugiti. licet Do. Ioannes de Anan. in d. c. fin. aliter intelligat illud dictum.

Secundò fallit, quando rem vendidiſſet & pretium rei aſportaret in loco alio, nam propter pretium non poteſt puniri, cùm ſit effectum ſuum, ſecus ſi ibi rem habeat, vt per Bal. in l. 1. C. de confeſ. in octaua colum. vide Salice. in d. l. ſi abducta. C. de furt. in 3. col. ſed non eſt propria fall.

Tertiò fallit, quando fur in medio itineris mutaſſet conditionem, vt quia de ſeruo factus eſſet liber, nam alibi rem furtiuam portans poteſt ibi puniri, vt per Ange. in l. ſi dominium. ff. de furt.

Quartò fallit, quando fuit in propoſito transferendi & aſportandi rem ad alium locum, nam in illum locum vbi aſportauit, poteſt ibi puniri, vt ſi furatur in confinibus vnius territorij & portat in aliud territorium, vt per Angel. in dicta l. ſi dominium.

Quintò fallit, quando ab initio furti non eſt nata actio, vt quia res ſit ſublata bannito, qui poteſt impunè offendi ex forma ſtatuti, nam ſi portatur ad alium locum vbi non ſit bannitus, vel non ſit dictum ſtatutum, poterit ibi puniri, vt per Ange. in d. l. ſi dominium. ff. de furt. & idem in effectu tenet Ang. in l. de his. C. de furt. in lectu. Florentina.

Sextò, quando iudex faceret prorogare iuriſdictionem in ipſum tanquam in iudicem competentem, licet alibi res fuerit ſublata, & illuc aſportata, vt per Angelum in lect. Paduana in dicta l. ſi abducta. vide ibi.

Septimò fallit, quando iudex inquireret contra furem tanquam contra vagabundum, qui poteſt vbique puniri, nam re furtiua aliò aſportata poterit ibi puniri, vt per Angel. in dicta l. ſi abducta. & per illud quod habetur in l. quæro. ff. de ſolut.

Octauò fallit, vbi eſſet ſtatutum quòd pro modico furto quis deberet ſuſpendi, nam ſi res furtiua modici valoris aſportatur ad illum locum, fur non debet ſuſpendi, vt nnt. Raph. in dicta l. ſed nec legatarius. & in l. præcedenti, incip. ſiue manifeſtus. & in d. ſi abducta. vbi refert ſe ita conſuluiſſe in ciuitate Feltri. & ita not. omnia prædicta referendo do. Petr. de Anch. in cap. fin. in penult. & vlt. char. de fur. quæ not. quia quotidia.

REGVLA CCCCXXXIII.

NOta quòd opem præſtans vel auxilium ad delictum committendum ea pœna punitur, qua ipſe delinquens, vt l. is qui opem. de furt. & ibi per DD. & Bald. in l. 1. C. de ſeruis fugit.

Sed fallit primò in caſu ſpeciali, videlicet in l. raptores. C. de raptu viginum.

Secundò in alio caſu ſpeciali in l. prima. C. de nili aggeri. non rumpend.

Tertiò fallit, quando reperiuntur diuerſæ qualitates in perſona facientis delictum & opem præſtantis, vt quando extraneus præſtaret opem filio, vt occideret patrem, vel præſtaret auxilium nobili, quia punitur in plus certè auxilians, propter illam qualitatem quæ auget delictum, non in minus quàm principalis, vt per Bart. in l. is qui opem. de furt. & per Salicet. in l. prima. C. de rapt. virgin. in 9. colum. aliter tamen Ange. de Are. in tracta. malefi. in verbo dicto malefi. in 2. & 3. col.

Quartò fallit circa qualitates quæ inſunt tempore perpetrati delicti, vt quia præſtiti tibi opem ad committendum homicidium, extra plateam vel extra eccleſiam tu commiſiſti in platea vel in eccleſia, vel præſtiti auxilium de die, tu commiſiſti de nocte, vel præſtiti opem ad interficiendum priuatum, tu interfeciſti quando erat in dignitate poſitus: certè pœna augetur, non diminuitur ſecundum prædictas qualitates, quia obligatur opem præſtans quando delictum perficitur, non autem à principio, vt per Bartol. in dicta l. is qui opem. & per Salicet. in dicta l. 1. C. de rapt. virgin. in 9. col. vbi clarius.

Quintò fallit, quia ſi A. & B. fecerunt pacem, & A. aggreditur B. cum duobus ſocijs, certè ſocij adiuuantes poterunt puniri de pace rupta, vt per Ioan. Andre. in addit. Specu. in tit. de treug. & pac. §. 1. in fin. addi. ibi poſitæ.

Sextò fallit, quando ſtatutum loqueretur in perſonam, vt quia dicit quòd homicidæ vel percuſſori non proſit pax, nihilominus proderit auxiliantibus & facientibus, ſecus ſi ſtatutū loqueretur per verba in rem ſcripta, puta condemnatis vel pro homicidio accuſatis, percuſsione vel furto, non proſit pax, quia tunc ſub ſtatuto comprehendentur, vt per Ang. in d. l. is qui opem.in 1.col. in prin. allegat not. in l. hęc verba. ff. de adult. qnod benè not. idem not. Anton. de But. in c. 1. in 4. col. de offic. deleg. & Ang. de Aret. in tract. maleſi. in verbo dicto maleficio. in 2. col.

Septimò fallit, quia vbicunque auxilium & fauor eſt ſimplex eo ꝙ maleficium nō eſt auctum per auxiliantes, ſed eſt executioni traditū ac ſi dicti auxiliantes nō interueniſſent, certè auxiliantes puniuntur arbitrio iudicis non eadem pœna, vt per Io. Andr. in c. fœlicis. de pœnis. in 6. & ita not. Ang. in d. l. is qui opem. de furt. idem Ang. in l. furti. §. ope. eod. tit.

Octauò fallit, quia vbicunq; multorum iacet ſtrages, ibi neceſſariò feuerit ati detrahendum eſt, vt per gl. in l. aut facta. in fi. de pœn. & ideo puninntur auxiliantes arbitrio iudicis, vt videmus quotidie ſeruari, quia principes & factionū caporales & ciuitatis ſeditioſi puniuntur aſperrimè, reliquis autem auxiliantibus & fauentibus mitigantur pœnæ. de quo per Angel. in dicta l. is qui opem. in 1. col.

Nonò fallit, quia conſulens & perſuadens maleficium nō tenetur ſi ſit poſt longum interuallum perpetratum, quia faciens nō videtur perſuaſioni & conſilio adhæſiſſe, vt per Ang. in d. l. is qui opem. in fin.

Decimò fallit, quia ſi præſtans opem non præbuit cauſam maleficio, mitius puniuntur arbitrio iudicis, etiamſi ſtatuto caueatur, vt opem præſtans eadem pœna puniatur cum principali, vt per Salicet. in l. 1. C. de rap. virg. in 8. & 9. col.

Vndecimò fallit, quando quis præſtitit auxilium & opem poſt delictum conſummatū, vt euaderet delinquens & ne caperetur à familia rectoris, quia non punitur ſimili pœna vt malefactor. de quo vide per Bart. in l. furti. §. ope. ff. de furt. per Anto. de But. in c. 1. de offic. deleg. in 3. & 4. per Ang. in l. 1. in 3. col. vbi tenet contra Barto. C. de nili agge. nō rumpen. ſed eundem Bart. ſequitur Salic. in dicta l. 1. C. de rap. vir. in 9. col. pro quo facit quod not. Cardi. in Clem. 1. in 3. col. de pœn. & vide Angelum de Aret. in tract. maleſi. in verbo, & Andream, in 2. col. vbi tenet prædictum auxiliantem puniri iudicis arbitrio.

Duodecimò fallit, quando præſtans opem non præbuit cauſam maleficij, quia indiſtinctè mitius punitur, quàm principalis, & ideo videtur dicendum ꝙ pœna ſit arbitraria, vt not. Sali. in l. 1. in 7. & 8. colum. de rap. virg. & idem Ang. de Are. contra Bart. in ſuo tract. maleſi. in verbo dicto maleficio in 2. col. ſequētes opinionem Din. qui voluit quòd media pœna afficiatur præſtans opem, ſcilicet mitiori, ſecus ſi præſtans opem præbuit cauſam maleficij, quia tunc punitur pari pœna. ita Salicet. vbi ſuprà, vbi examinat de ſtatuto puniente opem præſtantem, & ego ſemper vidi in practica mitius puniri ipſum præſtantem opem.

Decimotertiò fallit, quando quis tulit opem per actum proximū facto, puta quia aſsiſtit facienti, quia tunc punitur eadē pœna, ſecus autem ſi inferret opem per actum remotum, quia tunc mitius punitur. & ita not. Bald. in l. 1. C. de crimine pecul. vide quod not. Car. in Clem. 1. in prin. in 6. & 7. colum. de pœnis.

Decimoquartò fallit, quando ille qui fecit delictū erat omninò aliàs facturus, quia tunc opem præſtans non punitur eadem pœna ſicut mandatarius, ſed media vel mitiori, ſecundum Dyn. & Cyn. in d. l. 1. C. de nili agge. non rumpend. & ita not. Bal. in l. non ideo minus. in 2. col. C. de accuſ.

REGVLA CCCCXXXIIII.

Committens falſum ſolet puniri de falſo vel pœna ſtatutorum, vel legis Corneliæ de falſis, vt in toto titu. C. & ff. de falſis.

Fallit primò, quando illnd falſum non noceret alicui, nec eis præiudicaret, vt no. Bar. in l. damus. C. de falſis. & ibi no. Ang. & in l. qui veluti, de falſis.

Secundò fallit, quia ſi teſtis circa interrogatoria dicat ſe non eſſe domeſticum vel affinem, cùm ſit, nihilominus non punitur de falſo, cùm hoc ſit de appenditijs cauſæ, ſed punitur crimine ſtellionatus, vt per Alber. Mal. in ſuo opere teſtium, in prima parte, 21. col. allegat Iacob. But. & Ange. in l. Lucius. §. quæro. ff. de his qui not. infam.

Tertiò fallit, quando notarius feciſſet inſtrumentum falſum, quod tamen erat nullum, quia non tenetur de falſo. diſtingue tamen vt per Barto. in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. & ibi per Doct. plenè.

Quartò fallit, quando teſtis depoſuit falſum non iuratus, quia punitur extra ordinem crimine ſtellionatus, non autem lege Cornelia de falſis, vt per Bald. in l. vt iuriſiurandi. C. de teſt. licet aliter Bart. in l. dicta ſi qnis legatum. & Ioan. Andre. in c. non eſt ſine. de reg. iur. in mercurialibus.

Quintò fallit, quando quis deponit falſnm in iudicio nullo, reſpectu iuriſdictionis, quia non punitur de falſo, ſecus in alio iudicio, vt per Abb. Sicu. in cap. tua. extrà de teſt. de quo etiam in c. cùm cauſam. eod. titu. per eundem.

Sextò fallit, quia falſitas commiſſa ſuper vno capitulo, non facit quòd teneatur de falſo in alio capitulo, de quo tamen vide per DD. diſtinguentes in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. per Bal. in l. 2. C. de fideicom. lib. & per eundem in c. 1. de contr. inueſt.

Septimò fallit, quia producens falſum teſtem vel inſtrumentum non tenetur ſi volunt eo vti, & ideo ſolet fieri proteſtatio ſi intendit & vult eo vti, vt per Bal. in l. ſi falſos. C. de falſis. & ibi per Bar. vide in meo not. 336. in litera F.

Octauò, quia petens diem & cōſulem inſtrumenti, vt ipſum redarguat de falſo nihil agit niſi aſſcribat ſe ad pœnam talionis, vt per Bart. & Bald. in l. fin. C. de fide inſtrum.

Nonò fallit, quādo dolns nō interueniſſet, q̃a in falſo cōmittēdo requiritur dolus. l. nec exēplū. C. de fal.

Decimò fallit, quando teſtis deponeret falſum extra articulum, quia non punitur de falſo, de quo tamē vide per Bar. in l. ſi quis. in ſi. ff. de falſis.

Vndecimò fallit, ſi teſtis incontinenti vellet corrigere dictū ſuum, nam non punietur de falſo, vt per Bar. in l. ſi poſtulauerit. §. ſed ſi negauerit. ff. de falſis. & idem not. Tyndarus tract. de teſt. in 9. col.

Duodecimò fallit, quando ſe corrigeret in tormentis, nam propter dictam confeſsionem nō punietur de falſo, vt per Bar. vbi ſup. niſi perſeueraret in dicta cōfeſsione, vt per eundē Tynd. in eo. opere, col. 9.

Decimotertiò fallit in notario ſimplici & imperito, quia ſi omittit vel addit aliquid in inſtrumēto excuſatur à falſitate & præſumitur feciſſe per errorē, vt per Bal. in l. quoties. ff. de hær. inſti. & in l. 1. ff. de legib. & per eundē Bal. in l. cùm ante. C. de don. ante nupt.

Deci-

Decimoquartò quis excuſatur à dolo vt non videatur falſum commiſiſſe per quaſcunq; excluſiones vel præſumptiones, vt l. igitur. §. 1. ff. de lib. cau. & l. 1. in fi. & ibi Bart. ff. de abig. de quo plenè per Salicet. in l. ſenatus. C. de his qui ſibi aſſcri.

Decimoquintò fallit, quia ſi notarius aliter ſcripſerit, q̃ fuit dictum à partibus, tamen ex hoc ſolùm non præſumitur falſum feciſſe, niſi ex alijs circumſtantijs appareat, vt per Bart. in d. l. quoties. §. 1. de hæred. inſt.

Decimoſextò, q̃a quòties eſt vnũ, ꝙ poteſt importare falſitatem & non falſitatẽ, facimus cõiecturam ꝙ non importet falſitatem, vt per Bal. in l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. pro quo facit quod not. idem Bal. in l. gerit. in 5. col. ff. de acquir. hæred.

Decimoſeptimò fallit, quia nõ poteſt quis puniri de falſo, niſi inciderit in aliquod capitulum legis Corn. de falſis, & ideo cum tribus modis falſum cõmittatur, licet largè & largiſsimè quis videatur falſum cõmiſiſſe, non punietur. l. Cornel. de falſis, ſecus ſi ſtrictè, vt per Bart. in l. quid ſit falſum. ff. de falſis. de quo per Sali. in l. nec exemplum. C. de falſis. & in l. 1. eo. titu. & per Azo. in ſumma de falſis. in 2. q. vbi enumerant dicta capitula.

Decimooctauò, quia ſi ſtatutum punit aliquem de falſo, intelligitur ſi comprehendatur ſub capitulis legis Corneliæ de falſis, & aliter non, de quo per Bald. in dicta l. quid ſit falſum. ff. de falſis.

Decimononò, quia conſuetudo & communis vſus ſcribendi aliter quàm ſit veritas, excuſat aliquem à falſo, vt quia duo collegæ ſcribunt aliquid ſub nomine tertij abſentis, de quo ſi conſuetum erat, non puniuntur, vt per Bald. in cap. Obertus. in fin. 1. col. de feud. in vim legis comm.

Vigeſimò idem dicendum quando notarius maſſarius recipiat ſolutiones in vna die & ponat in alia, quia propter conſuetudinem ſic faciendi excuſaretur, vt per Bald. in d. c. Obertus.

Vigeſimoprimò, quia ſi notarius ſcribat confeſsionem pretij his verbis: dedit & numerauit vel habuit & recepit, nõ punietur de falſo, quia prædicta verba verificantur in actu facto. de quo vide per Bart. in l. prædia. ff. de acq. poſſ. & p̃dicta no. d. Ang. de Are. in verbo falſario. in tract. maleſi. *iange 32. caſus ſup. reg. 314.*

REGVLA CCCCXXXV

NOta ꝙ ſtatuta cõmuniter per Italiam ſolent punire vulnerantes. de iure autẽ cõmuni puniatur ea pœna, prout no. Alb. de Roſ. in opere ſtatu. parte 2. in q. 21. & Ang. in l. is qui cũ telo. C. ad l. Corn. de ſic. & ad materiam vide D. Nellum in opere bannit. in 2. part. ſecundi tẽporis. q. 51. vide Ang. de Are. ſuper maleſi. in glo. & ipſum percuſsit. vbi tenet in plerìſq; caſibus quòd vulnerans non tenetur eadem pœna.

Et primò non habet locum in eo qui fecit paruum vulnus, vt not. Bal. in l. Labeo. §. ſed ſtandum. & ibi Ang. ff. de ædil. edicto. & Bal. in l. ſi prædium. C. de ædil. act. & Ioann. Andre. in titu. de accuſ. & inquiſit. in addit. 1. ad Specu. vide Ang. de Aret. in verbo ſanguis, in opere maleſi. vbi limitat & in verbo vna alia. in fin. vbi dicit quòd punitur extra ordinem arbitrio iudicis pro dicto vulnuſculo.

Secundò non habet locum, quando ſtatutum loquitur, ſi quis percuſſerit vel vulnerauerit aliquem, & ſic loquitur in perſonam, nam ſi vulnus fuerit culpoſum non doloſum, non habet locum ſtatutum, vt not. Bart. in l. 1. in fin. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſ. fuer. & Ang. in l. plagij. C. ad l. fau. de plagiar.

Tertiò ſtatutum non habet locũ in eo qui impinxit aliquem & cecidit ſuper lapidẽ, propter quod ſanguis exiuit, nam hoc caſu non dicitur vulneratus ab ipſo, vt not. Bald. in l. 1. C. ſi ſeruus ext. idem Paul. de Caſtr. in l. qui domum, per illum text. ff. locati. idem do. Nellus in tract. bannit. in 2. tempore ſecundæ partis. q. 51. allegat Bal. in l. de prioribus. C. ad legem Corn. de ſic. & in l. ſi familia. de iuriſd. omn. iud. ſecus ſi percuſsiſti in caſside ſeu celata ex quo ſanguis exierit, quia tenetur de vulnere, vt not. Ang. de Are. in tract. maleſi. in verbo & ipſum Titium. in fin. allegat Bartol. in l. ſi gemina arbor. ff. arborum furt. cæſa.

Quartò non habet locum ſtatutum, niſi interueniat ſciſſura pellis & effuſio ſanguinis per ipſum percutientem, & ideo ſi quis percuſſerit aliquem cum tumefactione propter quod medicus habuerit neceſſe ſcindere pellem propter ſaniem & putredinem non punietur percutiens de vulnere: ita dicit Ang. de Aret. in d. opere maleſi. in verbo & ipſum Titium, in princ. allegat Bar. in l. prætor. §. qui atroces. ff. de iniur. vbi etiam dicit quòd percuſsio eſt ſine ſciſſura, & vulnus cum ſciſſura pellis, allegat Flor. in l. ſi ſeruus. §. rupiſſe. ff. ad l. Aqui. & Bar. in l. libellorum. in prin. ff. de accuſ.

Quintò non habet locum in patre, vel domino, vel propinquo, vel magiſtro, qui percutiunt ſibi ſubditos in actu diſciplinandi ſeu corrigendi, quia non præſumitur iniuriæ cauſa, ſed correctionis facere, niſi ex genere inſtrumenti aliud appareret, vt not idẽ Ang. de Aret. in verbo Admonuit, in dicto opere maleſic. pro quo vide quod not. Bar. & Flor. in l. 3. §. ſi magiſter. ff. ad legem Aquil.

Sextò non habet locum, quando vnus accuſat aliquem quòd eum vulnerauit in facie, & poſtea probat de vulnere illato in alia parte corporis, non in facie, quia in hoc caſu accuſatus non debet condemnari. ita not. Ang. de Aret. in d. tract. maleſi. in verbo in facie, allegat Sali. in l. pen. in fin. C. de accuſ. tamen ſe remittit ad not. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adult.

Septimò nõ habet locum, ſi vno ictu quis fecit plura vulnera alicui, nam non punitur pro pluribus vulneribus, ſi ſtatutum dicat & loquatur de percuſsione vel adminatione: vt ſi quis percuſſerit vel adminauerit, ſecus ſi dicat vulnerauerit. & ita not. Ang. de Aret. vbi ſuprà in verbo & ipſum Titium. allegat Barto. & Doct. in d. l. ſi gemina arbor. ff. arborum furt. cæſa. quod tamen limita, vt ibi per eum.

Octauò non habet locum, quando poſt vulnerationem ex illo vulnere ſequitur mors vulnerati, nam tunc vulnus confunditur cum homicidio, & tenetur ſolùm de homicidio, non de vulnere, ſecus ſi primò vulneraſſet, poſtea occidiſſet, quia de vtroque tenetur, vt eſt text. & ibi not. Doct. & maximè Flor. in l. illud. §. ſi idem. ff. ad legem Aquil. quod not.

Nonò non videtur habere locum in eo, qui vulnerauit animo occidendi, quia non videtur ꝙ ſtatutum comprehendat iſtum caſum, tamen quia ſtatuta commũniter ſunt quòd occidens occidatur, & ſic diſponunt de actu conſummato, ideo iſte ex arbitrio iudicis poterit puniri acrius quàm de vulnere, & ſic alterari pœna in eo, nõ tamẽ ad mortẽ: ita videtur cõcludere Sal. & Bar. in l. ſi is qui cũ telo. in fi. C. ad l. Cor. de ſic.

Decimò non haberet locum, quando vnus vulneraret aliquem animo ſe defendẽdi, quia ſi eſt licitum alicui occidere aliquem cauſa defenſionis, vt l. prima. C. vnde vi. & in l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. multò magis ad ſui defenſionem vulnerare.

Vnde.

Vndecimò, quia lex puniens vulnerantẽ, intelligitur de viuo homine vulnerato, ſed vulnerans corpus mortuũ nõ tenetur, vt eſt gl. in l. 1. C. qui acc. nõ poſ. & ita no. Bar. in ſuo repertorio in dictione vulneratus.

Duodecimò nõ haberet locũ, quando cõcludentur ſeu p̄ſumptiuè teſtes nõ ꝓbarent, vt quia dicerẽt de percuſsione, vt apparet ex ſupradictis, ſecus ſi deponerẽt de vulnere, vel ſuper facto ſimpliciter, quia ſuper qualitate videtur depoſuiſſe, & ſic cum ſanguine. ita no. per Bal. in ſuo repertorio in dict. teſt. in 9. co. alleg. Al. de Roſ. in opere ſtatu. in 2. par. in rub. 44.

Decimotertiò nõ habet locum quando quis accuſatus fuit de percuſsione cum ſanguinis effuſione, vel de inſultu cum armis, nam ſi ſolùm probatur inſultus vel percuſsio ſine ſanguine, nõ probat ipſum vulnus, & debet abſolui, non condemnari, vt not. Abb. Sicu. in c. licet. in 15. col. de probationib. & Bartol. in l. denunciaſſe. ff. de adulte.

Decimoquartò quis nõ debet cõdemnari quando vulnerauit bannitum, qui poteſt impunè offendi & occidi. ita no. Bald. in l. matrem. C. de probat. vbi ponit aliam limitationem. & vide Ang. in l. patri. ff. de adult. & in l. cùm fratrem. C. de his quib. vt indig.

Decimoquintò, quia ſi eſt ſtatutum, ꝙ ſi quis percuſſerit aliquẽ puniatur in centum, nihilominus puniatur in centum, etiamſi fuerit in leui culpa percutiendo, ſecus ſi fuerit in leuiſsima culpa, quia talis culpa non punitur criminaliter. de quo vide Bald. in l. 1. §. fin. ff. ne quis eum qui in ius voc. & Cy. in l. ſi quis, non dicam rapere, de epiſc. & cler.

Decimoſextò non habet locum, quando ex vulnere modicus ſanguis exiuiſſet, vt no. D. Nellus in d. ſuo tract. in 2. tempore. in 2. par. q. 51. allegat not. in l. 2. §. deinde. ff. de ædil. edict. & Cy. in l. ſi non conuitij. C. de iniur. & in l. nec exemplum. C. de falſis.

Decimoſeptimò ſi manu vacua percuſsi Titium in faciẽ, & ſanguis exiuit de narib. vel gingiuis, propter hoc non debeo puniri de percuſsione ſanguinolenta, ſecus ſi aliquis percuſsiſſet alium & ſanguis exiuiſſet per poros, aut ex percuſsione ſeu vulnere. & ita not. dominus Nellus vbi ſuprà, quæſt. 51. allegat Bart. in quodam ſuo conſi. & not. in l. 1. §. ex incendio. ff. de incen. rui. & naufrag. & l. non dubium. C. de legibus.

Decimooctauò ſi aliquis fuit percuſſus, & propter tumefactionem fuerit inciſa per medicũ pars illa percuſſa, iſte talis percutiens nõ punietur ex vulnere ſeu percuſsione ſanguinolenta. & ſimiliter ſi alium impulit, qui cecidit in terram, & ſanguis exiuit, vt modò etiam dixi, & no. Do. Nellus vbi ſup. allegat Baldum in l. de priorib. C. ad l. Cornel. de ſica. & in l. ſi familia. C. de iuriſd. om. iud.

REGVLA CCCCXXXVI.

1 IN quibus caſibus quis poſsit de falſo puniri.

Dic primò, ꝙ de falſo quis punitur, quando lacerauit literas alteri directas ſcienter, vel amouit bulla ſeu ſigilla ex literis Papæ, vel alterius principis, ſecus ſi tantùm aperuit, quia punitur extra ordinem, vt per Bart. in l. Paulus. ff. de falſis.

Secundò dictans inſtrumentum vel aliquam ſcripturam & ſcienter aliquid omittẽs punitur de falſo, licet notarius bona fide ſcribat, vt per Bar. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ.

Tertiò, quia ſi aliquis dederit ſcedulam falſam vt notarius regiſtraret in actis, & propter hoc reportauit ſententiam pro ſe, punitur, quia obrepſit iudici, & habuit pro ſe ſententiam, ſed notarius qui bona fide ſecit inſtrumentum non tenebitur de falſo, vt per Bart. in d. l. ſi quis obrepſerit.

Quartò, quia ſi quis fingat ſe creditorem ſalliti, qui aufugit, cùm non ſit, tenebitur pœna falſi, vt per glo. Sali. & Doct. in l. ſi creditor. C. de fal.

Quintò, quando aliquis oſtendit iudici, ſeu producit ſtatuta correcta, vt pro ſe ferat ſententiã, poteſt puniri de falſo, vt eſt caſus. & ibi Bar. in l. fi. ff. de ſalſ.

Sextò, nam ſi per notariũ actorum reperitur ſcriptum, ꝙ Titius inſtrumentũ mandati ſui produxit, & reuera non produxit, ſed allegauit verbo, poterit de falſo puniri, vt not. Bald. in l. fi. C. de edendo.

Septimò, incidit in falſum etiam ille, qui recepit pecuniam, vt verum teſtimonium dicat, vt no. Bart. in l. 1. in princ. ff. de falſis.

Octauò, ſi ſtatutũ dictat ꝙ inducens falſos teſtes incidat in falſum, ſi induxit vnicũ teſtẽ, poterit de falſo puniri, vt not. Bart. in l. 2. §. ſi vnus. ff. vi bon. rapt.

Nonò, ſi quis ſubornauerit teſtes, vt falſum deponant, licet eis nõ vtatur, poterit nihilominus puniri de falſo, vt colligitur ex l. ſi falſos. & ibi no. Salic. C. de falſis.

Decimò, aurifex qui facit aurum vel argentum de minori liga quàm ſit per ſtatutum ordinatũ, incidit in falſum, vt per Bar. in l. lex Cornelia. ff. de falſ.

Vndecimò, nam ille qui expendit falſam monetam, puta plumbeam vel ferream, punitur pœna falſi, ſecus ſi aliter eſſet falſa, quia extra ordinem punitur, vt per Bart. in d. l. lex Cornelia.

Duodecimò, quia vendens rem duobus punitur pœna falſi, ſecus ſi alio contractu, vt not. per Bart. in l. qui duob. ff. de falſis. & per Salic. in l. 1. C. de his qui fil. diſtrax.

Decimotertiò notarius ſcribens inſtrumentum ſuper re illicita, ſolet de falſo puniri, vt not. Bart. in l. 1. C. de pet. bo. ſubla. lib. 10.

Decimoquartò, ſi aduocatus vel procurator reuelat ſecreta partis ſuæ alteri parti, poteſt de falſo puniri, vt per Bart. l. 2. ff. de præuaricatorib.

Decimoquintò, quia ſtatutum puniens falſificantem inſtrumenta, intelligitur etiam punire falſificantem acta, vt per Bart. in l. in fraudem. §. ſed neque. ff. de iure fiſc. & in §. quoties. ibid.

Decimoſextò, quia teſtis vacillans poteſt de falſo puniri, vt in l. qui falſa vel varia. ff. de teſt. vbi per Floria. & alios. Prædicta omnia ponit Angel. de Aret. in ſuo tractatu maleſi. in verbo falſario.

Decimoſeptimò, quia ſi iudex vel tabellio, vel alia perſona ante publicationem teſtis patiatur dicta eorũ ab aduocatis videri vel partibus, tenetur lege Cornelia de falſis, vt l. 1. in princ. ff. de falſ. & not. Innocen. de reprobat. teſt. in 23. colum.

Decimooctauò, quia ſi iudex vel notarius reuelauit dicta ſecreta partibus vel aduocatis, tenetur dicta lege Cornelia de falſis, vt per Innocentium vbi ſuprà in vigeſimaquarta colum.

Decimononò, quando iudex reuelat ſententiam, quam ſit laturus antequam ipſam ferat, tenetur lege Cornelia de falſis, vt l. 1. primo reſponſo ad legẽ Cor. de falſis. & not. Innocent. vbi ſuprà in 24. colum. & prædictos tres caſus vide per Iacobum de Amelia in ſuo tractatu de teſti. 61. cap.

Vigeſimò, quando quis reuelat ſecreta ciuitatis, poteſt de falſo puniri, vt not. Iacob. de Amelia vbi ſuprà in ſexageſimoprimo cap.

Vigeſimoprimò, quando quis vtitur falſis teſtibus vel atteſtationibus ſeu inſtrumentis, antequàm pœniteret, ſecus ſi produxiſſet falſum inſtrumentum vel teſtes ſcienter. de quo per Abb. in cap. præſentium. in 4. col. de teſt, allegat Bar. in l. falſos. C. de falſ.

Vigeſimoſecundò notarius negando ſe fuiſſe rogatum de inſtrumento an puniatur de falſo, vide Specul. de inſtrum. edit. §. inſtrumentum. & in l. 1. §. ſed & quid. de lati. lib. tol.

REGVLA CCCCXXXVII.

RESpondens poſitioni, ſi dicat, credit prout in inſtrumento manu talis notarij continetur, cùm ipſum inſtrumentum non ſit apud aduerſarium, non videtur legitimè reſpondiſſe, quia incertum dimittit interrogantem. Ita Raph. in l. de ætate. §. nihil. ff. de inter. act. pro quo vide quod nota. Specul. in titulo. de inſtrumentorum edit. §. nunc dicamus. verſ. quid ſi quis in libello. pro quo facit quod not. Bart. in l. edita, in verbo, prout perpetui. C. de eden.

Sed fallit primò, quando reſpondens non credit niſi aliud oſtendatur, nã tunc clarè & rectè reſpondit, vt not. Raph. in d. §. nihil. ſequẽdo Bart. limita hoc duobus modis, vt per Math. de Mat. in not. 38.

Secundò, quia valet talis reſponſio, credit, prout in inſtrumento continetur, quando in poſitionibus facta eſt mentio de Inſtrumento. Ita Bal. in apoſtil. in d. §. nihil. allegat Innoc. in c. 1. de probat.

Tertiò fallit, quia prędicta reſpõſio, credit prout in inſtrumento continetur, valet ſi de tali inſtrumento appareat apud acta, aliàs ſecus: & ita no. Bal. vbi ſuprà, in dicta l. de ætate. §. nihil. ff. de int. act. allegat l. hæc ſententia. C. de ſentent. quæ ſine certa quantitate.

Quartò fallit, quando quis non tenetur clarè reſpondere. de quo vide Bal. in l. 1. ff. de vulg. & pup. & Do. Franſciſ. de Capite liſtæ in l. edita, in principio & ibi per Bal. C de eden.

REGVLA CCCCXXXVIII.

QVæ & quot ſint præſumptiones iuris.

Dic primò, quod quando ius diſponit ſtatuendo ſuper aliquo, quod tamen in rei veritate non ita eſt, quod illa appellatur fictio. exemplum, in l. 1. C. de rei vxo. act. vbi ius fingit vxorem dotem ſtipulatam vbi in veritate non fuit ſtipulata, & hoc facit ius in fauorem alicuius. facit quod no. in cap. is qui, de ſponſal.

Secundò, quando ius præſumit ſuper certo vel etiam incerto in tantum quod ſuper illa præſumptione ſtatuit aliquid, ac ſi veriſsimum eſſet illud, quod præſumit. & tunc iſta appellatur magiſtraliter præſumptio iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium: exemplum, in c. is qui fidẽ. de ſponſa. vbi dicitur quod ſi quis cognouit carnaliter ſponſam de futuro præſumitur quod tunc ſecum voluerit contrahere matrimonium per verba de præſenti.

Tertiò quando ius pręſumitur aliquid ex aliquibus coniecturis & ſuper præſumptione non firmat bene pedes, & ſtatuat aliquid ſuper ea, tunc illa appellatur præſumptio iuris, contra quam admittitur probatio in contrarium, vt in cap. is qui. de ſponſal.

Quartò aliquando ius nõ inducit talem pręſumptionem in contrarium, ſed ſolùm exigit vt indicetur purgatio. q. 2. c. presbyter. & in c. 2. de purg. cano. & in hoc non poteſt dari certa doctrina, ſed ſerua legem prout diſponit. de quibus omnibus per Abba. Sic. in c. quanto, de præſumpt.

REGVLA CCCCXXXIX.

QVæ dicatur præſumptio iuris & de iure.

Dic primò vltra proximè dicta & plenius, quòd præſumptio iuris & de iure eſt quando lex præſumit ſuper certo. gloſſ. ſingu. in l. à diuo Pio. §. ſed & illud. de re iudi. & ita no. Bal. allegando eam in cap. fina. extra vt lit. non conteſt.

Secundò, vbi lex figit pedem ſuper præſumpto ſtatuendo, illa etiam dicitur præſumptio iuris & de iure, vt l. ſi non fuerit. ff. pro ſoc. & ibi not. & pro hoc glo. in c. is qui fidem, extra de ſponſal.

Tertiò, vbi lex vel ſtatutum inuenit aliquod genus probationis quod dicit fore pleniſsimũ aut plenarium, tunc hæc probatio habetur loco præſumptionis iuris & de iure, adeo quod non admittetur probatio in contrarium, vt voluit elegan. gloſſ. Io. And. in clem. 1. de prob.

Quartò ſi ſtatutum in probando aliquo diceret ſeu ſuperadderet, & de his fidem omnimodam volumus adhiberi, tunc etiam iſta dicetur præſumptio iuris & de iure, vt notat Bal. in extractis gloſſarum iuris communis, per gloſſ. in d. clem. 1.

Quintò dic, quando lex vel ſtatutum inducit præſumptionem ſuper certo vel incerto, tunc iſta dicitur præſumptio iuris & de iure. Sed primo caſu non admitteretur probatio in contrarium, etiam per confeſsionem: ſecundo autem caſu quando lex pręſumit ſuper incerto, tunc bene admitteretur probatio in cõtrarium per confeſsionem, vt notat Bal. in l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ.

REGVLA CCCCXL.

QVibus caſibus non poſsit nec debeat ad torturam iudex procedere.

Dic primò quod non eſt deueniendum ad torturam niſi præcedant indicia. gloſſ. in l. prima. §. idem id. ff. ad Sylla. videtur quod non, in l. maritus. ff. de quæſtionibus. & Baldus. in cap. de pace tenen.

Secundò non deuenitur ad torturam contra illum qui veriſimiliter factum ignorat, aliàs iudex ſyndicaretur, vt l. 1. §. potius. §. hoc, & ibi Ang. ff. ad Syllan.

Tertiò, vbi crimen eſt certum, non debet quis torqueri, & facit contra iudices qui volunt probationes extorquere per confeſsionem. tex. & ibi Bal. Ang. & Cy. in l. & ſi certus. ff. ad Syll. & Bal. in l. 2. C. quorum appell. non recip. & in l. 2. C. de iuram. cal. Albe. de Roſ. in l. qui ſententiam, de pœn. & in rub. C. de quæſtionib. ibi dicit, fatuos eſſe iudices qui extorquere volunt confeſsionem, cùm crimen eſt probatum, quia confeſsio quæritur in defectum probationis: vt dixit etiam Bald. in l. eum qui. circa fin. de iureiur.

Quartò probatio bonæ vitæ minuit indicia. l. 1. §. penultim. ff. de re mil. vnde non poſſet alter ad torturam deueniri.

Quintò, quia ſi vnus ex delinquentibus aliũ inculpat, non dicitur ſufficiens indicium ad torturã,

vt per Cyn. in l. fi. C. de accuſ. & Ang. in l. & ſi certis. ff. ad Sylla.

Sextò, teſtis qui non debuit examinari non facit indicium ſufficiens ad torturam, vt in c. 1. extra de confeſſ.

Septimò, quia antequàm deueniatur ad torturam iudex debet interrogare, vt per Bal. in l. 1. §. officio. de tute. & ratio. inſtr.

Octauò de iure communi quæſtio debet fieri in publico & coram honeſtis perſonis, vt per gloſſ. & Bal. in l. legis. ff. de legib.

Nonò, quia clerici non videntur poſſe poni ad quæſtiones. arg. l. milites. C. de quæſtionib. & in c. cùm in cõtemplatione. & ibi per Inno. extra de reg. iur. & Archi. 45. diſtinct. cum beatus.

Decimò nemo eſt torquendus ante litem conteſtatam in præiudicium alterius, ſicut teſtes recipiendi non ſunt. Bartolus. in l. ſi quis adulterium. ff. de adult.

Vndecimò iudex non debet excedere modum in quæſtionando, aliàs poſſet puniri in ſyndicatu, vt l. Item apud. §. quæſtionis. ff. de iniur. & l. quæſtionis modum de quæſtio. & Bart. in l. de minore. §. tormenta. eo. tit. & in l. Corn. ff. ad leg. Corn. de ſicar.

Duodecimò non poteſt torqueri alius pro alio, nec cogi confiteri, vt procurator & fideiuſſor. Bal. in l. reos. ibi, quæro quid in patre. C. de accuſat.

Decimotertiò, quando quis exculpatur ab offenſo, tunc non debet amplius poni ad torturam, etiam ſi primo inculpaſſet, per Bal. in l. ſi quis in pri. ff. ad Syll. & in l. 1. in vl. col. C. communia de leg. & vide Bartol. Cæpolam in conſ. in quodlibeto rubeo. char. 124.

REGVLA CCCCXLI.

Vicinus præſumitur ſcire facta vicinorũ, vt in c. quoſdã, de præſump. no. per Bar. in l. 1. ff. ſi cer. pet. & in l. ſi cognatus. ff. vnde cognati.

Fallit primò, vbi non ageretur de graui præiudicio, ſed modico, quia vicinus volens probare ſuam ignorantiam, admitteretur ad probandum contrarium per proprium iuramentum, vt eſt gl. in c. propoſuiſti. 82. diſt. & no. In c. 2. de conſtit. ſecus ſi haberet graue præiudiciũ. & prædicta intelligas quando factum erat notum in vicinia.

Secundò fallit, quando factum non erat notum in vicinia, quia vicinus non præſumitur ſcire niſi ille vicinus tenebatur ex officio ſuo illud factum inueſtigare, quia de illo præſumitur habuiſſe ſcientiam vt in c. innotuit, & ibi not. de elect. aliàs autem crederetur ſibi alleganti ignorantiam, quæ aliàs in dubio præſumitur, vt in reg. præſumitur ignorantia, de reg. iur. in 6.

Tertiò fallit, quando vnus diſtaret multùm ab alio, ſecus ſi nõ multùm diſtaret, vt in d. cap. quoſdam. vel ita diſtaret quòd alta voce clamando poſſet exaudiri à vicino, nam in bis caſibus quis appellatur vicinus. & ita not. Abb. Sic. in d. c. quoſdam. allegat Bar. in l. ſi tertius. de aqua plu. arc. & not. in c. ſed & continuò. de pœni. diſt. 2.

Quartò fallit, quia quando eſt aliquid notum in loco remoto, præſumendum eſt quòd illud ſciatur & intelligatur in loco vicino & per ibi habitantes, niſi aliter contrarium probaretur, vt eſt text. & ibi not. gloſſ. in c. quanto, & ibi per Abb. Sic in 1. col. de præſump.

LAVS DEO.

IVSTI REVBERI IVRECONS. ET CAMERAE IMP. ADVOCATI. DE TESTIBVS METHODICA TRADITIO.

In hac editione ob commodiorem vſum in tres partes diſtributa, cum ſuis ſummarijs.

PARS PRIMA.

Qui in totum teſtimonium dicere vetantur.

SVMMARIVM

1 *Teſtium vſus inter probationum genera frequentiſſimus.*
2 *Diuiſio dicendorum in hac methodo.*
3 *Teſtium prohibitorum duo genera.*
4 *Pupillus teſtimonium non dicit & quare & nu. 9.*
5 *Pupillus pro abſente eſt.*
6 *Minor viginti annis an teſtimonium dicat. num. 8.*
7 *Pupillus in iudicio publico de vi teſtimonium non dicit. Argumentum à contrario ſenſu vim legis habet.*
10 *Pupillus in crimine læſæ maieſtatis teſtimonium dicit & torquetur.*
11 *Pupillus an teſtimonium dicat poſt pubertatem de eo quod ante pubertatem vidit & nu. 13 16.*
12 *Teſtis conditio eo tempore inſpicienda eſt quo negocium geritur & nu. 15.*
14 *Seruus de eo quòd in ſeruitute vidit teſtificatur liber.*
17 *Furioſus an teſtimonium dicat, & quot furioſorum genera.*
18 *Furioſus interualla habens dilucida, teſtificatur & index eſt.*
19 *Damnati publico iudicio an teſtimonium dicant.*
20 *Suſpectus non tamen accuſatus neq; damnatus an teſtimonium dicat.*
21 *Vulgus ex opinione multa ex veritate pauca iudicat.*
22 *Repulſus ſemel, ob crimen obiectum poſt non admittitur in dubio.*
23 *Pœnitentia admiſſi facinoris non purgat maculam teſti.*
24 *Coniecti in vincula cuſtodiaue publica non ferunt teſtimonium & nu. 32. 33.*
25 *Coniectus nemo olim in carcerem niſi ob graue crimen. & nu. 27.*
26 *Damnati publico iudicio à coniectis in vincula ſeparantur.*
28 *Debitores nunquam olim ob æs in carcerem publicum coniecti.*
29 *Debitores non ſoluentes nexi creditorib. addicebantur.*
30 *Debitor cedens bonis non ducitur in carceres & quomodo hoc procedat nu. 31.*
34 *Ictus fuſtium non infamat niſi cauſa ſubſit.*

35 *Beſtia-*

35 *Beſtiarij ſiue arenarij teſtimonium non dicunt vbi ratio.*
36 *Pugnantes cum beſtijs virtutis cauſa teſtificantur.*
37 *Publicè quæſtum faciens arcetur à teſtimonio.*
38 *Pecuniam ob teſtimonium dicendum vel non dicẽdum accipiens teſtis non eſt.*
39 *Falſarius teſtis, non teſtificatur.*
Periurus teſtimonio prohibetur.
40 *Pœnitentia in periurio & falſo non purgat vitium.*
41 *Damnatus ob carmen famoſum teſtis non eſt.*
42 *Inteſtabilis eſt qui nec dicit neq; dicitur teſtimonium.*
43 *Ignominia cauſa miſſus non dicit teſtimonium.*
44 *Hæreticus omnis an prohibeatur à teſtimonio.*
45 *Seruus teſtimonium non dicit.*
46 *Seruus manumiſſus nouus homo cenſetur.*
47 *Conciliata l. quoniam liberi & auth. ſeq. cum l. ſerui 7. ff. de teſtib.*
48 *Intellectus l. ſerui reſponſio. 7. ff. de teſtib.*
49 *Statu liber an teſtis eſſe queat.*
50 *Adſcriptitius teſtimonium an dicat.*
Adſcriptitiorum conditio, ſeruorum peior.
51 *Addictorum conditio an à teſtimonio repellat.*
Redemptus ab hoſtibus an teſtificetur.
Seruorum quam addictorum conditio peior.
52 *Exceptio ſeruitutis an repellat teſtem.*
53 *Surdus an teſtimonium dicat. & nu. 57.*
Mutus an teſtis eſſe poſſet. & nu. 55. 56.
54 *Solẽnitates rogãdi, reſpondẽdiq; in teſtamẽtis abolita.*
58 *Cæcus an teſtimonium ferat.*

Qvemadmodum nemo eſt,
in foro mediocriter ſal-
tem verſatus, qui doctri-
1 nam probarionis, non ſo-
lum vtilem, ſed etiã om-
nino neceſſariam eſſe, nõ
intelligat, ita quoq;, cùm
tria probandi genera ha-
beantur, teſtes, inſtrumen
ta, indicia, nemo, qui non
videat, nullius generis, vſum frequentiorem, quàm
teſtimoniorum in iudicijs & tribunalibus eſſe ſole-
2 re. †In quo explicando, hunc ordinem mihi tenen-
dum propoſui, vt primùm agerẽ de ijs, qui teſtimo-
nium dicere prohibentur: Tùm, qui ab eo dicendo,
excuſantur: Tertiò, qui cùm dixerint, refutantur.
Hoc cùm factum fuerit, vna & eadem opera intel-
ligetur, qui teſtes omni exceptione habeantur ma-
iores, & quorum neque perſonę refutari, neque di-
cta imminui poſsint.
3 Primùm igitur de ijs, †qui teſtimonium dicere
prohibentur: quorũ rurſus, duo genera notari poſ-
ſunt, cùm alij planè generalirer prohibeantur, alij
tantùm pro certis perſonis, vel contra certas perſo-
nas, vel in certis cauſis. De quib. eo ordine, quo pro-
poſuimus, deinceps videamus.
4 Generaliter †prohibẽtur pupilli, tam in ciuilib.
quàm criminalibus cauſis, id quod planum eſt, ex l.
3. §. lege Iulia. l. inuiti, 19. D. h. t. §. 1. Inſtit. de te-
ſtam. Ratio eſt, quòd cùm teſtes non niſi iurati, te-
ſtimonium ferre debeant. l. iuriſiurandi, 8. C. h. t.
pupilli, propter ætatis & iudicij infirmitatem, ad
iuſiurandum non admittantur. l. 4. D. de in lit.
iurand. l. qui iuraſſe, 26. D. de iureiu. Deindè, quòd
præcipuè in teſtibus requiritur, vt præſentes fue-
rint, cùm negotium, de quo teſtificantur, geſtum eſ-
ſe dicitur. l. teſtium, 14. C. eo. Pupilli autem, etiam- 5
ſi præſentes ſint, tamen, quia iudicio, earumq́ue re-
rum, quæ geruntur, intellectu carent, pro abſenti-
bus habentur, l. diem proferre, 32. §. coram. D. de
recept. arb. Præſentia enim, non ex trunco corpo-
ris, ſed ex animo & intelligentia æſtimare ſolemus.
l. coram, 209. D. de verbor. ſign. quanquam & hanc
rationem legiſlatores ſecuti videntur, ne per leui-
tatem, quæ ætati puerili cohæret, cuiquam dam-
num inferatur. l. ex libero, 15. D. de quæſtio. †Sed 6
quorſum, dicet aliquis, prohibentur pupilli, cùm &
puberes viginti annis minores, ad teſtimonium nõ
recipiantur. l. in teſtimonium, 20. D. h. t.? hæc enim
inter ſe diſcrepare videntur. Accurſ. cum pleriſque
alijs, hanc pugnam ita exiſtimat dirimendam, vt
dicatur, impuberem prohiberi in ciuili & criminali
cauſa: Puberem verò, viginti annis minorem, tan-
tum in criminali. Sed pace Accurſij dixerim, ſuffi-
ciens reſponſio non eſt. †Nam cùm lege Iulia, pu- 7
pillus in publico iudicio de vi, teſtimonium dicere
prohibeatur, ſequitur, quemuis puberem, ad dicen-
dum teſtimoniũ in eo iudicio admitti, propter vul-
gatum illud & firmiſsimum argumẽtum à contra-
rijs, ſiue, vt noſtri vocanr, à cõtrario ſenſu legis, qui
eius auctoritatis eſt, vt etiam pro lege habeatur,
quemadmodum docet Accurſ. in l. qui teſtamento,
20. §. mulier. D. de teſtam. & pertinet eodem. l. ex
eo. 18. D. h. t. †Ita igitur reſpondendum eſt, pube- 8
rem in ciuili & criminali cauſa, teſtimonium dice-
re: ſed ſi nolit, interim dum viginti annis minor eſt,
in capitali cauſa, vt dicat, non cogi. Habebit igitur
excuſationem, ne dicat inuitus, ſi viginti annis mi-
nor ſit: atque de hac excuſatione l. in teſtimonium.
intelligendam arbitror, ne vlla inter eam & d. l. 3.
§. lege Iulia. diſcrepantia remaneat. †Pupillus verò 9
in totum prohibetur, ita vt nulla excuſatione opus
ſit: quemadmodum & prohibetur iudicare. l. cùm
prætor, 12. D. de iudi. Pubes verò non prohibe-
tur, neque tamen etiam cogitur: ſed ſi iudex eſſe no-
lit, ante viceſimum annum excuſatur. l. cum lege,
46. D. de arbitr. †Excipitur tantum crimen læſæ 10
maieſtatis, in quo pupillus teſtimonium dicit: quia
quod multò grauius eſt, in ea cauſa torqueri poteſt.
l. de minore, 10. D. de quæſt. Omnium enim in eo
crimine, æquata conditio eſt. l. nullus. C. ad leg.
Iul. maieſt. Sed quia ætas pupillum de mentiendi fa-
cilitate, ſuſpectum facit. l. ex libero, 15. D. de queſt.
non multum erit eius teſtimonio tribuendum. De-
inde, quia eadem ætas impuberem ab aſperitate
quæſtionis tuetur, d. l. ex libero. l. 1. §. impubes. &
l. 3. §. ignoſcitur. C. ad Syllan. non facilè ad quæ-
ſtionem deueniendum, ſed potius ea impuberem
terrendum, habena etiam aut ferula, cædendum
exiſtimo.
Quæritur †autem ab Accurſ. in l. 3. D. h. t. an pu 11
pillus poſt pubertatem reſtimonium dicere poſsit
de ijs, quæ in pupillari ætate viderit? Primùm au-
tem videtur non poſſe: Quia pupillus nihil ſcire aut
videre, ſed omnia ignorare, creditur. l. vltim. D. de
iur. & fact. ignor. l. 5. §. proinde. D. ad. Macedo. l.
pupilli, 6. D. quod falſo tur. l. qui iuraſſe, 26. D. de
iureiur. l. 1. C. de fal. mo. & l. vlti. D. rem pup. ſal.
ſo. †Deinde quia conditio teſtis inſpicienda eſt eo

facinoroſum ſi pœnitẽtiam egerit, & ex delicto in-
famiam non ſubierit, in ciuili cauſa, vel etiam, cùm
de crimine ciuiliter agitur, teſtimonium dicere, fa-
teor me quid ſit, non intelligere: primùm, quia dif-
ficile eſt, de alterius pœnitentia iudicare, quando ea
in animo magis, quàm externo geſtu conſiſtit. De-
inde, quia nullum facinus eſt, quod cum infamia
non ſit coniunctum. Qua de cauſa, generaliter con-
cludendum puto, omnes quicunque publicum cri-
men admiſerint, ſiue eius pœniteat, ſiue non pœni-
teat, à teſtimonio arcendos eſſe: niſi fortè eiuſmodi
crimen ſit, quod omnium opinione, quemadmo-
dum paulò ante diximus, leue habeatur.

24 Quartò †prohibentur, qui in vinculis cuſtodiá-
ue publica fuerint: cuius rei hanc eſſe cauſam exiſti-
25 mo †quòd olim nemo in carcerem conijceretur, ni-
ſi ob graue ſcelus. l. 3. D. de cuſtod. & exhib. reo &
niſi de ſcelere commiſſo, ex veriſimilibus indicijs,
aut propria delinquentis confeſsione conſtaret. l.
2. C. de cuſt. reo. & l. ſi confeſſus, 5. D. d. t. Præterea,
quòd cõmemoratio delicti, antequam quis in carce
rem conijceretur, apud acta fieret, tanquam ſub
publico teſtimonio, d. l. 2. C. de cuſtod. & exhib.
reo. Itaque mirum non eſt, quòd qui in carcere cu-
ſtodiáue pnblica fuiſſet, teſtimonio arcebatur. Et-
ſi enim abſolueretur, quod multis modis contin-
gere poterat. l. denuntiaſſe. 17. §. quæritur. D. ad
leg. Iul. de adult. tamen manentibus indicijs, ſem-
per de crimine, apud quemlibet ſuſpectus, & igno-
minia quodammodo notatus erat, quod inter faci-
noroſos bomines, aſſeruatus fuerat. l. quoniam v-
num, 3. C. d. t. Sin verò damnabatur, duplex prohi-
bitionis cauſa concurrebat, quòd in vinculis fuiſ-
ſet, quodque publico iudicio damnatus eſſet. Ne-
mo enim in carcerem publicum conijciebatur, niſi
qui publicum crimen patrâſſet, vel de eo commiſ-
ſo grauiter ſuſpect' eſſet: id quod collocatio tituli,
De cuſtodia & exhibitione reorum, in D. & C. in-
dicat, & inde etiam apparet, quòd nullius delicti,
26 præterquam publici, in eo mentio fit. † Rectè au-
tem publico iudicio damnati, ſeparantur ab ijs,
qui in vinculis cuſtodiáue publica fuerunt. Pri-
mùm, quòd multi in cuſtodiam & vincula dedu-
cuntur, qui non damnantur: & è contra multi dam
nantur, qui in publica cuſtodia nunquam fuerunt.
Nam qui fideiuſſores dabant, vel de obſeruando
iudicio iurabant, aut amplas facultates habebant, in
27 vincula ferè nunquam conijciebantur. † Sed vi-
debitur fortaſsis cuipiam iniquum, eam ob cau-
ſam teſtimonio quempiam prohiberi, quòd in pu-
blico carcere fuerit: quia potuit illi facta iniuria,
nullaque ſua culpa in carcerem detruſus eſſe, vel ſo
lum propter ęs alienum, in eo fuiſſe. Itaq; ſciendum
eſt, quod & paulo antè attigimus, veteres neminem
in publicum carcerem conieciſſe, niſi qui graue cri-
men commiſiſſet, & de eo quodammodo conui-
ctus eſſet, ita, vt etiãſi ex publico iudicio gratia for-
tè, aut alio modo elaberetur, tamen omninm opi-
nione eſſet quodammodo damnatus, aut ſaltem de
28 ſcelere commiſſo, admodum ſuſpectus. † Quantum
verò ad debitores attinet, nunquam illi in publica
vincula coniecti ſunt: Qui in titul. de cuſtodia &
exhib. reo. de debitoribus & obæratis neque in D.
neque in C. vlla mentio fit, & collocatio eius indi-
cat, eum nequaquam ad debitores pertinere. † De- 29
inde notum eſt, ſi pecuniæ damnati iudicatum fa-
cere non poſſent, aut nollent, quòd nexi creditori-
bus addicebantur, & ab ijs quodammodo in ſerui-
tutem & vincula priuata dncebantur: quemadmo-
dum quidam Veturius addictus eſt Cælio Plotio,
& ab eodem ductus, apud Valerium Maximum.
lib. 6. cap. 1. Et Heraclides cuidam Hermippo apud
Ciceronem in Flacciana. † Sed cùm hoc inhuma- 30
num & crudele videretur, lege Iulia debitoribus
hoc beneficium datum eſt, vt cedentes bonis in car-
ceres non ducerentur. l. 1. C. qui bon. ced. poſſ.
quam legem de illa creditorum inhumanitate &
carcere priuato, intelligendum arbitror cui conſen
taneum eſt, quod Diocletia. & Maxi. Impp. reſcri-
pſerunt, inra non pati, vt liberi ob æs alienum ſerui-
rent. l. ob æs. C. de act. & oblig. † Aut certè, ſi for- 31
taſsis ſequentibus temporibus debitores in publi-
cum carcerem ducebantur, vt videtur innuere No-
ue. 134. Vt nulli iudic. §. neceſſarium, vbi fœminis
hoc priuilegium datur, ne ob æs alienum in carce-
rem ducantur, certum eſt, non in publica illa vin-
cula, in quibus facinoroſi cuſtodiebantur, ſed in
tolerabiliorem & honeſtiorem locum deductos
fuiſſe: quemadmodum & noſtra ætate fieri conſue-
uit. † Qua de cauſa, quòd dicimus eos teſtimonio 32
prohiberi, qui in publica cuſtódia fuerint, de ijs tan-
tummodo intelligendum eſt, qui ob ſcelus admiſ-
ſum, non ob æs alienum in vinculis fuerunt. † Cùm 33
autem hac noſtra ætate facilius, & plerunque pro-
pter criminis ſuſpitionem in vincula detrudi ſole-
ant, diſtinguẽdum arbitror, vt conſideretur, an no-
centes reperiantur, vt tum ipſo iure, teſtimonium
interdictum ſit: an verò innocentes, quo caſu, nihil
obſtabit in publico carcere fuiſſe, ne innocentes pu
niantur. † Cauſa enim, ob quam quis incarceratus 34
fuerit, ſpectanda eſt, non carcer: quemadmodum
in l. ictus fuſtinm, 22. D. qui nota. infam. non ictus
fuſtium infamiam irrogat, ſed cauſa, propter quam
cædi quis meruit. Hęc autem diſtinctio olim locum
habere non potuit: propterea, quòd non niſi ſcele-
ris quodammodo conuicti, quemadmodum paulò
ante oſtendimus, in carcerem conijcerentur.

Quintò prohibentur, qui cum beſtijs vt pugna- 35
rent, ſe locârunt. d. l. 3. §. lege Iulia. D. h. t. Hi vo-
cantur beſtiarij, quòd cum beſtijs pugnent Cicero
pro Sextio. Vocantur item arenarij, quòd, in arena.
l. ob carmen. 21. §. ſi ea rei. D. h. t. Hæc autem legis
Iulię ratio eſt, quòd quiduis videantur pecunię cau-
ſa facturi, qui ne vitæ quidem parcunt, vt pecunio-
lam aliquam lucrentur. Nam in arenam cum be-
ſtijs pugnatum deſcendentes, in ſummum vitæ pe-
riculum, & quodammodo in ipſam mortem, ſe
conijciebant: cum nihil eſſet faciliùs, quàm bomi-
nem imbecillem, à valentiſsima beſtia laniari. † Ad- 36
ditum autem in lege Iulia fuit, Si ſe locârint, id eſt,
ſi pecuniæ cauſa fecerint, quemadmodum in l. 1. §.
beſtias. D. de poſtul. Quia ſi virtutis oſtentatidæ
cauſa fecerint, non prohibentur. Ratio enim legis
ceſſat, & veriſimile non eſt, qui virtutis gratia vitæ
periculum ſubiret, eum pecuniæ cauſa quicquam eſ-
ſe facturum.

Sextò prohibentur teſtimonio, quæ publicè
quæſtum fecerint, idque eadem lege Iulia. d. l. 3. 37

quod extendendum eſt ad eum eámue, qui quæue
lenocinium ſecerit: ſiquidem non minus, imò gra-
uius etiá delinquere videntur, atq; illæ, arg. l. athle-
tas. 4. §. Pomponius. & l. Imperator. 34. D. de ijs
qui no. inſa. Ité arg. Nouellæ 8. Vt iudices ſine quo-
cunque ſuffra. §. eos. & ibid. Accurſ. in verb. quod
magis turpe eſt.

38 Septimò prohibentur, qui ob teſtimonium di-
cendum vel non dicendum, pecuniam accepiſſe iu-
dicati, vel conuicti ſunt. d. l. 3. Dictione enim teſti-
monij, dignus non eſt, qui ea ad opprimendam ve-
ritatem, eſt abuſus. Qui verò falſi teſtimonij cauſa,
pecuniam accepiſſe iudicati ſunt, duplici iure pro-
hibentur: primùm, quòd ob dicendum teſtimoni-
um pecuniam acceperint: tùm, quòd publico iudi-
cio damnati ſint. Iudicium enim falſi, publicum eſt
39 ex lege Cornelia. l. 1. D. ad leg. Cornel. de falſ. †
Hæc autem prohibitio extendenda eſt ad omnes,
qui falſum teſtimonium dixerint, etiam non acce-
pta pecunia. Accurſ. in l. produci. 23. D. h. t. † Ité ge-
40 neraliter ad omnem periurũ. † Neq; intereſt falſi te-
ſtimonij aut periurij pœnituerit, necne: quemad-
modum enim de alterius pœnitentia iudicari non
poteſt, quippè quæ in animo, non externo geſtu
quærenda ſit: ita quoque propter pœnitentiam, de
periurio nihil indulgédum eſt. Quis fidem habebit
illi, qui ante peierauit? ſemel periurus ſemper talis
eſſe creditur. argu. l. ſi cui. 7. §. ſi tamen alio. D. de
accuſ. Qua de cauſa, placet quod in trita illa l. 3. §.
lege Iulia. commemoratur ab Accurſ. periurij qui-
dem gratiam fieri, quantum ad Deum, non verò
quantum ad mundum.

41 Octauò prohibẽtur, ob carmẽ famoſum damna-
ti, id quod lege Cornelia & Senatuſconſulto indu-
ctum eſt, quo ita damnatus inteſtabilis eſſe iubetur.
l. ob carmen. 21. D. h. t. l. is cui lege. 18. §. vlti. D. de
teſta. & l. lex Cornelia. 5. §. ſi quis librum. D. de in-
42 iu. † Cùm autem quis inteſtabilis eſſe iuſſus eſt. hoc
eò pertinet, ne eius teſtimonium recipiatur & eò
amplius, vt nec ipſi dicatur teſtimonium. l. cum le-
ge. 26. D. de teſtam. Hinc Plaut. in Curcul. inteſta-
bilem dixit pro eo, cui teſtes nõ adſunt: Semper cu-
rato, ne ſis inteſtabilis. Quod amas, ama teſtibus
præſentibus.

43 Nonò † prohibentur, ignominiæ cauſa miſsi: pro-
pterea, quòd vrbem ingredi illis non liceat. l. ſed &
milites. 10. §. ſcribit autem. D. de excuſ. tut. & l. 2. §.
ignominia D. de his qui not. infam. Et illa verba,
quibus venire non licet, quæ ſunt in l. inuiti. 8. D. h.
t. de ignominiæ cauſa miſsis, non de relegatis aut
deportatis intelligéda ſunt. Hi enim aliam ob cau-
ſam, teſtimonij dictionem non habent, nimirum,
quòd publico iudicio damnati ſint.

44 Decimò, in totum à teſtimonio pellũtur hære-
tici, non omnes, ſed qui inuſitata hæreſi, & quę cum
perpetua infamia coniuncta eſt, infecti & contami-
nati ſunt, quales olim fuerunt, qui à Iuſtiniano cõ-
memorantur in l. quoniam. 11. C. de hęret. Borbo-
ritæ, Manichæi, Pagani, Samaritæ, Montaniſtę, Ta-
ſcodrogitæ & Ophitæ.

45 Vndecimò, in totum prohibentur teſtimonium
dicere ſerui. l. quoniam liberi. 10. & Authen. ſi te-
ſtis. C. h. t. & l. qui teſtamento. 20. §. ſeruus. D. de
teſtamen. Ratio hæc eſt, quia iuris ciuilis nullam
communioné habent, cuius teſtimonij dictio, pars
quędam eſt: Vnde ille Tetentianus Geta in Phorm.
Seruum hominem cauſas orare leges non ſinunt:
neque teſtimonij dictio eſt. Imò ne prætorij qui-
dem Edicti. d. l. qui teſtamento. §. ſeruus. ſed ha-
bentur pro nullis. l. quod attinet. 33. D. de reg. iur.
atque adeò pro mortuis. l. ſeruitutem. 209. D. d. t.
l. intercidit. 59. D. de cond. & demonſt. † Itaque 46
manumiſſus nouus homo cenſetur. l. ſeruum. 27.
D. de adim. leg. l. qui res ſuas. 98. §. aream. D. de ſo-
lut. † Neque obſtat, quod dicitur in l. ſerui reſpon- 47
ſo. 7. D. h. t. Cùm alia probatio ad eruendam ve-
ritatem non eſt, ſerui reſponſo credendum eſſe.
Nam aliud eſt reſponſum, aliud teſtimonium. Re-
ponſum, vi & tormentis extorquetur: Teſtimoni-
um, voluntarium eſt. † Itaque d. l. ſerui reſponſo, 48
non de teſtimonio, ſed de quæſtione ſerui, accipi-
enda eſt, eiuſque interpretatio petenda. ex l. cùm
probatio. 7. D. de probatio. & l. interrogari. 15. D.
de quæſt. ſcilicet, cùm de facto ſerui agitur, & pro-
batio deficit, de ſeruo quæſtionem habendam, e-
iuſque reſponſo credendum eſſe, tàm in pecunia-
rijs, quàm criminalibus cauſis. Itaque malè habi-
tam quæſtionem, Imperator reſpondit in l. mari-
tus. 20. D. de quæſtio. de ancilla, quòd non de eius,
ſed de præmortuæ heræ facto ageretur. † Quod de 49
ſeruis diximus, in ſtatu liberis quoq; habet locum:
quemadmodum rectè monet Accurſ. in Authen. ſi
teſtis. C. h. t. Nihil enim à ſeruis differunt. l. ſtatu li-
beri. & tot. tit. D. de ſtatu lib. Itaque & quæſtionem
de ijs in dominos haberi videmus, ijs caſibus, qui-
bus de ſeruis illud licet: in l. edictũ. 8. D. de quæſt.
Quamuis enim libertatis ſpem habeant, ſerui tamen
ſunt. † Eiuſdem conditionis arbitror fuiſſe aſſcri- 50
ptitios. Erat enim eorum conditio planè ſeruilis,
cùm certis fundis ita attributi eſſent, vt ijs adhære-
ſcerent, quaſi poſſeſsionum ipſarum pars eſſent, om
niaque bona dominis prædiorum acquirerent. tot.
tit C. de agr. & cenſit. lib. 11. Imò deterior etiam eo-
rum conditio fuit, quàm ſeruorum. Nam ſi ſer-
uus, ſciente domino, liberam duxiſſet, liberabatur,
& matrimonium conſtabat: ſin verò aſſcriptitius
id feciſſet, in conditione, diſſoluto matrimonio,
remanebat. Nouel. 22. de nuptijs. Accurſ. tamen in
d. Authen. ſi teſtis. C. h. t. & in Nouel. 90. de teſtib.
§. ſi verò. aſſcriptitios ad teſtimoniũ admittit arg.
l. inbemus. 35. C. de epiſc. & cler. quæ lex, quamuis
nullo modo eò pertineat, tamen non admodum
repugnauerim, præſertim cùm aſſcriptitiorum con-
ditio, multò hac noſtra ætate, tolerabilior, & à ſer-
uitute alienior ſit. Itaque quemadmodum & in alijs
omnibus cauſis, de quibus leges ſcriptæ non extant,
ita & hac in re fori conſuetudo ſequenda eſt. l. de
quibus. 31. D. de legibus. qua aſſcriptitius ad teſti-
monium admittitur. Specul. de teſte. §. 1. verſ. quid
de aſſcriptitijs. & ibidem in verſicul. domeſtici, in
additionibus teſtatur Vbertus. † Addictorum ve- 51
rò & ab hoſtibus redemptorum, longè alia ratio
eſt, atque ſeruorum: Non enim ſerui ſunt, ſed vin-
culo quodam pignoris, vſquedum iudicatum faci-
ant, & pretium reſtituant, tenentur. l. qui teſtamen-
to. 20. in princip. D. de teſtam. & l. ſenatus. 45. in
fine. de leg. 1. Seruiunt quidem, ſed tamen ſerui
non ſunt, &, vt veteres loquebantur ſeruitutem

non

non ſeruiunt, hoc eſt, non eo iure, quo ſerui, in ſer-
uitute ſunt. Hi, cùm manumittuntur, fiunt liberti-
ni: illi, recepta libertate, ſunt ingenui. Hi, inuito
domino, libertatem non conſequuntur: illi, reddi-
to pretio ſolutoque debito, citra domini volunta-
tem conſequuntur. Itaque teſtimonij dictionem
habent de quo dubitare nos non ſinit d. l. qui te-
ſtamento, & pertinet eodem quod Fabius inter cæ-
tera de addicto ſcribit, cùm ad ſeruos nulla lex per-
tineat, addictum legem habere, id eſt, legis & om-
nis iuris ciuilis, cuius teſtimonij dictio, pars quæ-
52 dam eſt, communionem. †Sed quæritur, ſi teſti ſer-
uilis conditio in productione obiecta fuerit, iſque
neget, an recipiatur teſtimonium, antequam de ſta-
tu conſtiterit? Imp. diſtinguit. Nam teſtis produ-
ctus vel liberum ſe dicit natiuitate, & tunc teſtimo-
nium quidem recipitur, ſed in ſuſpenſo eſt, vſque
dum de ſtatu cognitum ſit, & ſi ſeruus apparuerit,
reijcitur: vel liberum ſe dicit manumiſsione: quo
caſu non ante ad teſtificandum admittitur, quàm
inſtrumentum manumiſsionis protulerit: niſi iu-
ratus dixerit, ſe eius proferendi & in continenti li-
bertatis probandæ copiam facultatemq́; non habe-
re: tunc enim recipitur quidem teſtimonium, ſed,
niſi manumiſsio probata fuerit, vt iniuſtum & in-
utile, reijcitur. d. Authen. ſi teſtis. C. h. t. & §. ſi ve-
rò Nouel. 90. de teſtib.
53 De ſurdis verò, & mutis quæri poteſt, an teſtimo-
nij dictionem habeant? Certè ad teſtamentum non
aduocantur. §. teſtes. Inſtit. de teſtamen. quemad-
modum & teſtamẽtum prohibentur facere. §. item
ſurdus & mutus. Inſtit. quib. non eſt perm. fac. teſt.
54 & l. ſi mutus, 7. D. de teſtamen. †Ratio autem vtri-
uſque prohibitionis hæc eſt, quòd teſtator, ſolen-
nibus conceptiſque verbis, teſtes rogaret, Ita lego,
itaque teſtor, voſq́; Quirites, teſtimonium perhi-
bitote, hique viciſſim ſolenniter vnà & ſimul re-
ſponderent, perhibemus. Vlpianus in Frag. titu. 20.
Verùm cùm illa rogandi reſpondendiq́; ſolenni-
tas, in vſu eſſe deſierit, & ſufficiat tantummodo te-
ſtes ſcire, cui rei adhibiti ſint. l. qui teſtamento, 20.
55 §. vltim. D. de teſtamen. †arbitror mutum & ſur-
dum rectè in teſtamento adhiberi poſſe: quia non
amplius voce in teſtamento, ſed præſentia & aliquo
rei, quæ geritur, non intellectu, ſed ſenſu opus eſt:
quemadmodum ex d. l. qui teſtamento apparet.
Vbi autem non voce, ſed præſentia opus eſt, rectè
eiuſmodi perſonæ interuenire poſſunt. l. vbi non
voce. D. de reg. iur. præterea, adhiberi poteſt lin-
guæ iſtius, qua teſtamentum ſcribitur, aut nuncu-
patur, ignarus. d. l. qui teſtamento §. vlti. Hic ve-
rò, ijs multò eſt ad teſtimonium perhibendum in-
eptior: nihil enim loqui poteſt, quod intelligatur,
nihilque audire aut legere, quod intelligat: Surdus
verò, ſcripta intelligere, & ad ea intelligenter re-
ſpondere, mutus audire, & ſcripto reſpondere po-
56 teſt. †Qua de cauſa, arbitror ſecundum eam diſtin-
ctionem, qua Iuſtinianus morboſis his hominibus,
teſtamenti factionem conceſsit, teſtimonij quo-
que dictionem, propter neceſsitatem probationum,
concedendam eſſe: non ſolùm in teſtamento, ſed
in alijs omnibus negotijs, atque adeo, in ipſo foro
& iudicijs: nimirum, vt qui ſurdus ſimul & mutus
eſt, ſi literas ſciat, teſtimonium dare poſsit. Scripto
enim rectè interrogari, & eodem modo reſponde-
re poteſt. Secundò, vt, qui tantùm ſurdus eſt, ſiue
caſu ſiue natura, ſimiliter poſsit, ſi literas ſciat. Quia
interrogatio fieri poteſt ſcripto, reſponſio voce.
Deinde, vt qui tantùm mutus eſt, ſiue id vitium ca-
ſu, ſiue natura obuenerit, teſtimonium quoque di-
cat, ſi literas non ignoret. Poteſt enim interrogatio
fieri voce, & reſponſio ſcriptis. Imò etiam ſi legere
neſciat, ſignis tamen reſpondere euidenter ad ro-
gatum poſsit, teſtimonium valebit. arg. l. nutu, 21.
D. de leg. 3. & c. cum apud. de ſponſal. †In ſurdo 57
tamen excipiendæ ſunt eæ cauſæ, in quibus teſtimo-
nium de auditu dicitur, vt, ſi de iniuria verbis facta
quæratur, ſurdus idoneus teſtis non erit: quia ſenſu
aurium caret, quo ſolo iniuria, de qua quæritur, in-
telligi potuit. Quæ cùm ita ſint, concludo, eum, qui
vel vtroque, vel altero tantummodo vitio affectus
eſt, ferre teſtimonium poſſe, ſi literas ſciat, ſi ne-
ſciat, non poſſe, niſi fortè ſignis & nutu euidentiſ-
ſimè ſui declarare poſsit animi ſententiam. Inte-
rim tamen, in extraiudicialibus teſtimonijs conſul-
tius fecerint, qui teſtationes conſcripturi ſunt, ſi
nullo vitio aurium vel linguæ laborantes aduoca-
uerint. Verùm non hic diſputatur, quid fieri de-
beat, ſed quid ex iure poſsit. Equidem propter in-
teruentum ſurdi aut muti, teſtamentum aut aliud
quoduis negotium, non eſſe infirmandum exi-
ſtimo. De quo, ſuum vnicuique iudicium, liberum
relinquo.
†Sed quid dicemus de cæco? Sanè videtur ad te- 58
ſtimonium ineptus. Primum, quia teſtis noſſe de-
bet, quem quid feciſſe dicit. l. fin. §. ſubſcriptionem
C. de iur. delib. §. Si verò abſunt. Nouel. 1. de here.
& Falci. & §. oportet verò. Nouel. 73. de fide inſtru-
men. Quomodo autem cæcus nouerit, quem non
videt? Deinde, de ijs teſtimonium fertur, quæ quis
nouit & vidit. l. teſtium, 14. C. h. t. 3. quæſtio. 9. c.
teſtes. 53. in princ. & fin. Hæc etſi ita ſe habere vi-
deantur, tamen ſic arbitror diſtinguendum, vt ſi a-
gatur de ijs, quæ viſu tantum percipiuntur, vt de co-
lore, teſtimonium cæci non admittatur. Quid enim
abſurdius, quàm de colore iudicium à cæco exige-
re? Sin verò de alijs cauſis, rurſus diſtinguo. Aut e-
nim, de quo dubitatur, geſtum eſt antequam cæcus
fieret, quo caſu ſuperueniens cæcitas non obſtat,
quò minus teſtimoniũ eius firmum habeatur: cùm
& iudicantis officio cæcus fungi poſsit, ſi illud vi-
dens ſuſceperit. l. cæcus, 6. D. de iudic. Aut geſtum
eſt, poſtquam cæcitas ſuperuenit, & tunc ſi vocem
eorum, qui quid feciſſe, aut contraxiſſe dicuntur,
notam habuit, teſtimonium quoque valebit. Nam
& ille noſci dicitur, qui ex voce notus eſt, & ille rem
nouiſſe, qui eam auditu percepit, quamuis non vi-
derit.

PARS SECVNDA.

Qui pro parte arceantur non in totum à teſtimo-
nio dicendo.

SVMMARIVM.

1 *Nemo in re ſua teſtis idoneus.*
2 *Propria ſiue ſua res, quomodo cognoſcatur.*
3 *Legatarij & fideicommiſſarij, quomodo teſtes admit-
tantur, & an in re ſua nu. 5.*

4 Teſtamentum inſtitutum eſt, ad vniuerſum ius transferendum non autem res ſingulas.
Legata ſunt accidentia teſti.
5 Accurſij diſtinctio circa teſtimonium legatarij.
6 Venditor emptori teſtis eſt in cauſa euictionis.
7 Fideicommiſſarius vniuerſalis teſtis an queat produci.
Aequitas in paribus cauſis, paria iura deſiderat.
8 Teſtis nemo contra ſe ipſum eſt.
9 Inſtrumenta contra ſe nemo edere cogitur.
10 Confeſſio aduerſarij, teſtimonium non dicitur & quomodo probet.
11 Domeſtici teſtes exceptione maiores non ſunt.
12 Domeſtici qui ſint & nu.13.17.
14 Domicilij nudum ius non inducit prohibitionem.
15 Parens pro filio, maritus pro vxore quare non dicant teſtimonium.
16 Domicilij ius vt repellat quæ requirantur.
18 Familiæ nomine qui contineantur & num.ſeq.
20 Vxor duplici iure prohibetur à teſtimonio & ſeq.
22 Vxor maiorem reuerentiam maiuſq; obſequium quàm libertus debet.
23 Coniugum arctius vinculum quàm parentũ et liberorũ.
24 Arreſtum Pariſienſe taxatur.
25 Placentini & aliorum apud Spec. ſententia examinantur & reprobantur & nu.26.
27 Vxor maritum vereri debet.
28 Vxor an conſentiente aduerſario teſtis eſſe poſſit & nume.29.
30 Vxor in crimine læſæ maieſtatis teſtificatur.
31 Sponſa in teſtimonio vxoris iure eſt & ſeq.
32 Concubina, quando domeſtica cenſeatur.
33 Liberi teſtimonium non dicunt & nu.58.
34 Naturales liberi an teſtes eſſe poſſint.
35 Intellectus l. etiam iuris ff. de probat.
36 Parentes an accuſare poſſint liberos.
Accuſare & teſtimonium dicere diuerſa.
37 Iudicis auctoritas an validet teſtimonium parentum & liberorum.
38 Conſenſus aduerſarij an validet teſtimonium liberorũ & nu.39.40.
41 Intellectus .ſi.C.de temporib. App.
42 Renunciare iure ſuo quando quis non poſſet.
43 Extraiudicialiter quando parentum & liberorum teſtimonia valida.
44 Iudicialium & extraiudicialium teſtimoniorum diuerſitatis ratio.
45 Caſus notati quando pater filio & contra teſtetur.
46 Pater et filius extra cauſam domeſticam licitè ſimul teſtantur.
47 Domeſticum teſtimonium quod dicatur.
48 Frater quando teſtis eſſe poſſet & nu.52.53.54.
49 Frater in teſtamento vbi frater hæres ſcriptus eſt teſtis eſſe nequit.
50 Patris & filij eadem perſona & vox.
51 Soluta propria poteſtate an pater filio & contra teſtis eſſe poſſit.
55 Frater an cogi poſſet teſtimonium dicere in fratrem.
56 Libertus an pro patrono teſtificetur & nu.57.
59 Teſtis iurat de vtraq; parte ſuper toto negotio.
60 Reuerentiam quam debet libertus patrono & filijs & hæredibus eorum debet.
61 Liberti filius omnia iura extranei contra patronum habet.
62 Patronus an pro vel in libertum teſtis ſit.
63 Seruus an teſtis eſſe poſſit.
64 Seruus quare neq; in dominum neq; pro domino teſtificetur.
65 Seruus an contra dominum torqueri poſſit.
66 Serui dictum vltroneum domino non nocet.
67 Mercenarij an domeſtici.
68 Mercenarij an ſeruis æquentur.
69 Mercenarij à teſtimonio repelluntur, & qui numero ſequen.
70 Mercenarij dimiſſi quatenus teſtimonium dicant & ſeq.
73 Teſtimonium dicere aliud, aliud fidem facere.
74 Mercenarius non eſt niſi qui pro mercede ſeruit.
75 Mercenarij vitæ honeſtas confirmat teſtimonium.
76 Mercenarius an contra dominum teſtimonium dicat.
77 Intellectus l. nimis graue C. de teſtib.
78 Verbum exhibendi quid importet.
79 Intellectus l. quod fauore C. de legib.
80 Capitales inimici arceantur à teſtimonio.
81 Capitales inimici qui ſint.
82 Capitales controuerſiæ quæ ſint.
83 Exiſtimatio vitæ æquatur.
84 Vitæ alicuius inſidias ſtruens capitalis inimicus habetur.
85 Reconciliatio amicitiæ teſtimonium præcedens non purgat
86 Contendentes lite de omnibus vel maiori parte bonorũ an capitales inimici ſint.
87 Contendens in pupillo de omnibus bonis quare excuſetur.
88 An pro capitali inimico teſtimonium dicatur.
89 Tiberij Gracchi factum laudabile pro inimico.
90 Teſtimonium dicens contra quem in iudicio publico arcetur.
91 Intellectus l. produci. ff. de teſtib.
92 Teſtimonium dicens contra quem in iudicio pecuniario non arcetur.
93 Examinantur glo. Accurſ. ad d.l. produci.
94 Hæretici teſtimonium non dicunt.
95 Hæretici an contra Chriſtianos teſtimonium dicant.
96 Prohibitio teſtium ad iudicialia tantum pertinet.
97 Hæreticus quando contra Chriſtianum teſtificetur.
98 Socius an pro ſocio teſtificetur & nu.104.105.
99 Sociorum duo genera.
100 Confeſſo de crimine ſi ſocium indicet quatenus credendum & nu.102.
101 Confeſſus in crimine hæreſis fidem facit & quare
103 Confeſſio ſocij criminis contra ſocium præſumptionem facit.
106 Vaſallus an contra dominum feudi dicat teſtimonium & nu.107.108.& nu.113.
108 Fidelitas iurata ad quæ extendatur.
109 Ius maioris in iuramento exceptum.
110 Argumentum à liberto ad vaſallum an procedat.
111 Fidelitas ſeruitutis ſpecies non eſt.
112 Vaſallus quæ ſeruitia debeat.
114 Subditi rectè admittuntur.
115 Intellectus l. idonei. ff. de teſtib.
116 Iuramentum ſuperioribus præſtitum remitti ſolere magis errore quàm iure inductum eſt.
117 Veritate & iuſtitia nihil maius.
118 Ciues vnius ciuitatis, item vnius collegij an arceantur à teſtimonio & nu.120.121.& num.122.
119 Res vniuerſitatis ſingulorum non ſunt.

123 Conſul, Abbas, Rector eccleſiæ an teſtificentur.
124 Collega vnius collegij in criminali non ſunt teſtes & numer.125.
126 Monachi & Canonici regulares an teſtimoniũ in cauſa extranea dicant & nu 127.128.& num.129.
131 Fœmina in quibus cauſis teſtimonium dicere poßint vel non poßint. & nu 132.137.138.139.140.& nu.141.
130 Fœmina iure antiquo ab omni teſtimonio prohibita.
133 Fœmina antiquitus ne proprijs quidem contractibus intererant.
134 Itali in conſeruandis & cuſtodiendis vxoribus ſollicita cura.
135 Contractus meditatè & conſultò fiunt.
136 Viris quàm fœminis grauitas maior.
138 Teſtium penuria facit admitti quandoq; fœminam.
142 Hermaphroditus ex qualitate ſexus incaleſcentis diſcernitur.
143 Quibus bonis interdictum, non ſunt teſtes in teſtamento.
144 Sigillum appenſum teſtamento, ſuum non recognoſcẽs, in teſtamento non eſt teſtis & nume.145 amplia & num.146.
147 Annulus certiſſimus voluntatis noſtræ teſtis.
148 Patroni cauſarum & negotiorũ executores, in illis cauſis teſtes eſſe non poſſunt & quare. nu.150.
149 Verbum executores quid contineat.
151 Procurator cauſæ contra Accurſium an admittatur in teſtem & nu.152.& 153.& nu.158.& ſeq.
153 Procurator antequam cauſam ſuſcipiat, teſtis eſſe poteſt.
154 Procurator & negotiorum executor an contra dominũ principalem dicant teſtimonium & nu.155.
156 Officio duplici diuerſo, eodem tempore nemo fungitur.
157 Doloſè accipiens aduocationem vt effugiat teſtimoniũ dicendum non repellitur.
160 Intellectus l.fi.ff.de teſtib.
161 Arbiter inuitus teſtimonium non dicit & quare.
162 Iudices. Aſſeſſores, Arbitri quatenus teſtificentur.
163 Iudex circa proceſſum et iudicialia teſtis eſſe poteſt circa cauſæ iuſtitiam non item 167
164 Inter arbitros & iudices in materia teſtium quæ differentia.
165 Iudex item aſſeſſor cogi ad teſtificandum poſſunt ſecus in arbitro vbi eſt ratio nu. 166.
168 Excuſatio à teſtimonio, intelligitur de iudicialibus.
169 Cogi poſſunt teſtes inuiti etiam.
170 Antiquitus teſtes in criminalibus tamen cogebantur.
171 Teſtes quomodo cogantur.
172 Cognati quatenus cogi non poßint & nu ſeq.
173 Cognati intra gradum 7. non coguntur in criminalibus contra Accurſium & nu.174.
175 Vtrum cognati cogi poßint intra 7.gradum.
176 Affines qui parentum & liberorum loco ſibi ſunt cogi nequeunt.
177 Affines ex illicito concubitu cogi poſſunt teſtificari.
178 Affinitas quatenus ex illicito coitu naſcatur.
179 Affinitas ſoluto matrimonio perit & quomodo hoc intelligendum nu.180.
181 Maritus & vxor affinitati cauſam dant.
182 Affinitas an ſit inter ſponſum & ſponſam.
183 Affines volentes teſtificantur.
184 Socer an inter affines excipi debeat.
185 Socer genero idoneus teſtis eſt in cauſa teſtamenti.
186 Baldus ad l.3.ff.de poſtulando reprehenſus.
187 Libertus in patronum inuitus non dicit.
Intellectus l.4.ff.de teſtibus & l.libertorum.C.e. & numer.188.
189 Inuiti liberti, qui teſtimonium non dicunt & nu.90.91.
190 Nocendi facultas maior in teſte quàm in accuſatore.
191 Liberto perſona defuncti ſancta eſſe dicitur.
192 Examinatur l fin.qui accuſ.non poſſunt.
193 Liberti non cogendi contra patronum dicere teſtimonium niſi in ſumma penuria.
194 Libertus an in patronum teſtificari cogendus, conſentiente patrono & nu.197.
195 Liberti æquè ac patroni beneficium eſt vt inuitus non dicat.
196 Iureconſulti tuentur honorem & obſequium debitum
197 Pacta contra reuerentiam an valeant.
198 Liberti parentum item liberorum noſtrorũ eodem cum noſtris iure cenſentur.
199 Azo & Accurſius refutantur.
200 Patroni inuiti in ſuos libertos teſtimonium non dicunt.
201 Mercenarij in dominum inuiti non dicunt.
202 Proxeneta & Arbiter non coguntur. inuito eo contra quem producuntur in teſtem, & quare num.203 & nume.204.
205 Proxenetæ hodie ferè viles homines ſunt.
206 Aduocatus, Procurator, Curator, Sindicus &c. an inuiti teſtimonium dicant.
207 Pubes an inuitus teſtimonium dicat.
208 Iudex teſtimonij cauſa non poteſt quoslibet euocare.
209 Teſtes extra iuriſdictionem conſtituti quomodo euocentur & nu.210.
211 Teſtes per longam viam non temerè euocandi.
212 Teſtium examen in criminali non committitur.
213 Qui teſtes euocati venire non cogantur.
214 Teſtes in dignitate conſtituti non veniunt.
Epiſcopus & volens non venit vt teſtificetur ſed iudex ad eum mittit.
215 Principes, Illuſtres, & iuris profeſſores non veniunt ad teſtimonium.
216 Mulier non euocatur ad iudicem ſed ad eam mittitur.
217 Senes non veniunt ad iudicem teſtificaturi & quales.
218 Valetudinarij quominus veniant excuſantur.
219 Reipub.cauſa abſentes non euocantur.
220 Milites, ſtudioſi non euocantur.
221 Euocati ad teſtimonium dicendum cogendi niſi priuilegiati.
Conſuetudo loci in euocandis teſtibus examinanda.
222 Extra iuriſdictionem non euocantur ſed committitur iudici loci.
223 Teſtes in criminalibus non niſi à Iudice præſente & inſpiciente teſtes examinantur.
224 Teſtes vltra 15.dies non detinendi.

ATque ita hactenus de ijs, quibus teſtimonio planè interdictum eſt: nunc videndum erit, qui non in totum, ſed aliqua ex parte teſtimonium dicere prohibentur, ſcilicet pro certis, vel cõtra certos, vel in certis tantummodo cauſis.

1 †Primùm igitur quiſque prohibetur pro ſeipſo, ſiue, quod idem eſt, in re ſua vel propria teſtimonium dicere. l. nullus, 10. D.h.t. & l. omnibus, 9. C.eod. Id quod more maiorum Cicero comparatum ſcribit, in ea pro Roſcio Amerino, vſqueadeo, inquit,

inquit, vt ne Africanus quidem, qui ſuo cognomi-
ne, tertiam orbis partem ſe ſubegiſſe declarat, ſi ſua
2 res ageretur, teſtimonium diceret. †Propria autem
vel ſua cuiuſq; res dicitur, cuius emolumentum vel
damnum, ad aliquem ſuo nomine pertinet. l. 1. §. in
3 propria. D. quando appel. ſit † Itaq; qui heres inſti-
tuitur, in teſtamento teſtis eſſe non poteſt. l. qui te-
ſtamento, 20. D. de teſta. §. ſed neque heres. Inſt. d.
t. Neq; verò obſtat, quòd legatarius & fideicommiſ-
ſarius in teſtamento adhibentur. d. l. qui teſtamen-
to. l. ſi quis ita, 15. D. de reb. dub. & §. legatarijs au-
tem. Inſt. de teſtam. cùm tamen eorum interſit, te-
ſtamẽtum valere, & ſic quodammodo in re ſua, te-
ſtimonium dicant. Quia legatarius & fideicommiſ-
ſarius, non ſibi, ſed heredi teſtimonium dicũt. To-
tum enim negotium, quod agitur teſtamenti ordi-
nandi gratia, inter teſtatorem & heredẽ agitur, id eſt,
ad ſolum teſtatorem & heredem, non verò etiam
ad legatarium aut fideicommiſſarium pertinet. §.
4 neque, Inſtit. de teſtam. †Teſtamenta enim inſtitu-
ta ſunt, non ad res ſingulas, ſed ad hereditatem, id
eſt, vniuerſum ius transferendum. l. hereditas. D. de
reg. iur. & ſola heredis inſtitutione conſiſtunt. Le-
gata verò, res ſingulæ ſunt, & accidentia quædam
teſtamenti, ſine quibus illud optimè poteſt con-
ſiſtere. Qua de cauſa, cùm hi iuris, de quo ſolo trãſ-
ferendo in teſtamentis agitur, ſucceſſores non ſint.
d. §. legatarijs autem, ſequitur eos non ſibi, ſed te-
ſtamento & heredis inſtitutioni, quæ teſtamenti a-
nima eſt, non in re ſua, ſed in heredis inſtituti, teſti-
monium dare. Atque hæc quidem ita rectè dicun-
5 tur. †Interim tamen negari non poteſt, ipſos quo-
dammodo in re propria, teſtes eſſe. Qua de cauſa,
non reijcio diſtinctionem Accurſij, cùm ait, nemi-
nem dicere teſtimonium in cauſa, cuius emolumen
tum principaliter ad ſe pertineat, ſecus verò ſi ſecun
dariò, id eſt, per conſequentiam. Multa enim con-
ſequentia tolerantur & conceduntur, quæ principa-
liter prohibita ſunt. l. 1. D. de auct. & conſ. tut. Le-
gatum verò & fideicommiſſum, conſequens eſt te-
ſtamenti, non ipſum teſtamentum. Ipſum verò
teſtamentum, inquit Martianus in d. l. ſi quis ita,
15. D. de rebus dub. confirmatur teſtibus adhibi-
tis, hoc eſt, vniuerſum illud negotium, quod inter
teſtatorem & heredem, de iuris ſucceſsione agitur,
non verò etiam, ex illa iuris ſucceſsione pendens
legatum, legatarij teſtimonio confirmatur. Teſti-
monium igitur in re, ex qua conſequenter emolu-
mentum ad quempiam redundat, ex Accurſij ſen-
tentia valet: Rectè, dummodo addatur, admitti
quidem eius teſtimonium, ſed tamen, niſi legibus
approbatum fuerit, vt teſtimonium legatarij & fi-
deicommiſſarij, nullam illud fidem facere. Vide-
tur enim propter ſuum emolumentum dicere cu-
6 pidius, vt meritò ipſi, credi non debeat. †Nam ven-
ditorem ab emptore, ad teſtimonium produci poſſe
in cauſa euictionis, nõ dubito. Nuſquam enim pro-
hibitum legitur: Imò per l. eos terminos, 12. D. fin.
reg. apertè permittitur. Verùm, quoniam eius ple-
runque intereſt, rem non euinci, tot. tit. de euict. in
D. & C. & l. ab executore, 4. §. 1. cum l. ſequen. D.
de appellatio. vt teſtis ſuſpectus, quoties ſua inter-
7 eſt, reſutabitur. †Sed de vniuerſali fideicommiſſa-
rio dubitari poteſt: Hic enim iuris ſucceſſor eſt, &
in effectu heres. §. reſtituta. Inſtit. de fidei. her. & l.
ſi necem, 4. in fin. D. de bon. lib. Itaque exiſtimo
eum nihilo magis, quàm ipſum heredem, admitti
oportere. Aequitas enim paribus in cauſis, paria iu-
ra deſiderat, & vbi eadem ratio eſt, idem ius ſtatui
neceſſe eſt, l. illud quæſitum, 32. D. ad leg. Aquil.
quam ſententiam Fab. in Inſt. & Bald. in l. dictanti-
bus, 22. C. de teſtam. approbare video. † Abſurdè 8
verò quæritur, an aliquis contra ſe teſtis eſſe poſ-
ſit? Quis enim adeo ſtupidus eſſet, vt aduerſarium
produceret, quem veriſimile non eſt, contra ſedi-
cturum? aut quis adeo demens, vt in ſe ipſe teſti-
monium diceret, cùm, vt id faciat, nullo iure co-
gatur. †Nam ne inſtrumenta quidem, quæ tamen 9
ſæpe vtriuſque partis communia ſunt, contra ſe-
ipſum edere nemo cogitur. l. nimis graue. 6. C. h. t.
l. prima. & l. qui accuſare, 4. C. de edend. & cap. 1. de
probat. Neque obſtat l. vlti. C. de fideicom. vbi di-
citur heredem, qui fideicommiſſum, deferente fi-
deicommiſſario, non eſſe relictum iurare recuſar,
contra ſeipſum & teſtem & iudicem eſſe. Nam con-
ſtat eo loco & iudicis & teſtis verbum impropriè
poni. Non enim teſtimonium in ſe dicit, qui iura-
re non vult, ſed quodammodo relictum ſatetur,
qui fideicommiſſum abiurare recuſat. Et perti-
net ad titu. de conſeſsis. Habetur enim pro iudica-
to, eaque ratione ſuus teſtis & iudex dicitur, quia
quodammodo ſuo teſtimonio & ſententia, iurare
recuſando, ſe ipſe condemnat. Nemo igitur ad-
uerſarium producere, aut ab aduerſario in ſeipſum
dicere, cogi poteſt. † Quòd ſi verò aduerſarius ſua 10
ſponte quippiam conſeſſus ſit, ita diſtinguendum
eſt. Aut fatetur totam intentionem actoris, vel ta-
citè, ſcilicet, recuſando iuramentum, vt in caſu d. l.
vlti. C. de fideicom. vel apertè, & vtroque caſu ha-
betur pro iudicato. Neq; hoc dicitur teſtimonium,
ſed confeſsio, quæ quidem eius efficaciæ eſt, vt nul-
lo amplius teſtimonio, nulloque iudicio opus ſit.
Confeſſus enim habetur pro iudicato. tot. tit. de
conſeſſ. in D. & C. Aut fatetur, non totam inten-
tionem actoris, ſed tamen aliquid, quod ad eius
probationem pertinet, & neque hoc teſtimonium
eſt, ſed confeſsio: quæ duo confundenda non
ſunt. Nam quemadmodum alius teſtis eſt, alius
reus: ſic quoque aliud eſt teſtimonium, aliud con-
ſeſsio: Teſtimonium teſtis, confeſsio rei. Sed ta-
men quodammodo teſtimonij vicem obtinet, ma-
gnique ponderis eſt, præſertim ſi in iudicio confeſ-
ſus ſit. Eſt enim ſuum cuiuſque teſtimonium gra-
uiſsimum.

Secundò prohibentur domeſtici pro nobis teſti- 11
monium dicere. l. teſtes eos, 24. D. h. t. l. etiam, 2.
C. eod. §. in teſtibus. Inſtit. de teſtam. l. 1. D. de quæ-
ſtio. gloſ. in cap. inſinuante. in ver. familiarem. de
offic. deleg. & in cap. in literis, in verb. familia. h. t.
Ridiculum enim eſt, vt inquit auctor ad Herenn.
libr. 4. domeſticis teſtimonijs pugnare, id quod a-
deo religioſè veteres obſeruârunt, vt ad teſtimo-
nium ne illum quidem reciperent, qui vnà cum ac-
cuſatore, ad iudicium veniſſet, quemadmodũ hoc,
ex oratiõe pro Roſcio Amerino, videre licet. †Do- 12
meſtici autem qui ſint, variè à DD. ex l. vlti. §. ſa-
nè ſi ſeruus. C. de his qui ad eccleſ. l. ſi libertus, 91.
D. de furtis. & l. pridem, 6. C. de quæſtio. tradi
ſolet.

ſolet. Alij ex vna earum legum. alij ex duabus, alij
ex omnibus coniunctim, qui domeſtici ſint, oſten-
dere voluerunt, quas diuerſas DD. ſententias Ioan.
And. commemorat ad Specul. §. 1. verſ. domeſtici.
h.t. Ego ſimpliciter domeſticos deſcribo, vt ſint,
qui nobiſcum habitant, ex l. reſpiciendum, 11. §. fur-
ta domeſtica. D. de pœn. & quibus teſtimonium im
perare poſſumus. Non enim communis habitatio
ſufficit, vt quis talis ſit domeſticus, qui teſtimonium
ferre prohibeatur. Itaque ad d. §. in teſtibus. In-
ſtit. de teſtamen. vbi domeſticum teſtimonium re-
probatur, rectè additur ab Angel. & Ioan. Fabro,
verum illud eſſe in ijs, qui ſunt in noſtra poteſta-
te, alijſque familiaribus & domeſticis vilibus, qui
noſtris impenſis viuentes nobis inſeruiunt, vt ſunt
13 mercenarij & famuli. †Conſideratur igitur in do-
meſticis teſtibus, vt locum habeat prohibitio, præ-
ter domeſticam conſuetudinem & conuictum, ius
ſiue poteſtas quædam, vt in vxore, liberis, liber-
tis, ſeruis, addictis, redemptis ab hoſtibus, aſſcripti-
tijs, mercenarijs, & alijs hominibus liberis nobis
inſeruientibus, ſiue propter ſolum victum, ſiue e-
tiam præter victum, conſtituta mercede, ſeruiant.
14 † Nudum ius communis domicilij prohibitionem
non inducit, ſed, vt alia cauſa concurrat, neceſſe
eſt. Sic dominus mercenario, qui ſecum habitat, pa-
tronus liberto nullo alio iure iunctus eſt, quàm
communis domicilij. Itaque pro ijs teſtimonium
dare, non prohibentur. E contra verò mercenarius
domino, libertus patrono, etiam alio, quâm do-
micilij iure obligatus eſt, obedientiæ nimirum &
obſequij. Igitur pro ipſis teſtificari prohibentur.
15 †Sic parens prohibetur pro filio, maritus pro vxo-
re: nõ tam ratione domeſticæ conſuetudinis, quàm
nimiæ affectionis intuitu, quam natura inter pa-
rentes & liberos, interque coniuges eſſe voluit.
16 † Neceſſe igitur eſt, vt poteſtas, obedientia, obſe-
quium, nimia affectio, vel ſimilis cauſa cum iure
communis domicilij concurrat, vt quis eiuſmodi
17 domeſticus ſit, qui teſtimonio prohibeatur. †Do-
meſtici tamen non poteſtatis aut alterius cauſæ, ſed
communis habitationis ratione dicuntur: quemad-
modum & notatio vocabuli indicat, & ex d. l. re-
ſpiciendum. §. furta domeſtica, apparet. Vocantur
etiam familiares in l. ſi quis. pen. C. qui accuſ. poſſ.
& vbique ab Accurſio & DD. quòd in noſtra ſint
18 familia, id eſt, poteſtate & imperio. † Nam fami-
liæ nomine continentur perſonæ ſub vnius pote-
ſtatem aut natura, aut iure ſubiectæ. l. pronuncia-
tio. 195. §. iure enim proprio. D. de verbor. ſignific.
Cui conſentaneum eſt, quod ſcribit Macrobius li-
bro Satur. 1. cap. vndecimo. & Seneca libro ſexto
epiſt. 47. Seruos à maioribus familiares, & dominos
patresfamilias appellatos eſſe, vt illis contumeliam,
19 his omnem inuidiam detraherent. †Familiæ tamen
appellatione, non tantum continentur, qui in po-
teſtate ſunt, ſed quandoq; etiam ij omnes, qui ſunt
in ſeruitio, etiam liberi homines. l. ædiles, 25. §. fa-
miliæ. de ædil. edict. Atq; in hac ſignificatione hoc
loco familiæ & familiarium appellatione vtimur,
de quibus deinceps ordine videndum erit.
20 †Primum locum inter domeſticos, iure obtinet
vxor, quàm vt domeſticam nobis eſſe probent, om-
nes communiter afferunt l. ſed etſi, 4. §. præterea. D.
ſi quis caut. l. interdum, 36. D. de iudic. l. 1. §. ſi vir.
D. ad Syllan. & l. quicunque. C. de re mil. libr. 12.
Verùm longè petita probatione, minimè hac in re
opus eſt. Quis enim negabit eam nobis eſſe dome-
ſticam, quæ non ſolùm habitationis, ſed etiam v-
nius thori, atque adeò omnis diuini atque humani
iuris nobiſcum communionem habet. l. 1. D. de rit.
nup. & l. aduerſus vxorem, 4. C. expi. hered. †Duæ 21
autem prohibitionis cauſæ in vxore concurrunt, quòd
ex domeſticis ſit, & quòd vxor, Olim etiam, ſi in
manum conueniſſet mariti, potuit addi tertia, quòd
eſſet in poteſtate, & in ſuis heredibus mariti: quem-
admodum ex Boetio in Top. & ex Gell. lib. 18. cap.
6. intelligitur. Itaque rectè à teſtimonio pellitur.
ex l. penul. D. h. t. l. etiam. C. eod. & gloſſ. in dicta
l. quicunque. C. de re milit. Quod generaliter ac-
cipiendum eſt vtroque modo, vt neque pro mari-
to, neque in eum, teſtis eſſe poſsit. Nam quemad-
modum affectio, quam erga maritum habet, ob-
ſtat, quò minus pro eo ad teſtimonium admitta-
tur: ita quoque reuerentia & obedientia, quam ma-
rito debet, obſtabit, quò minus in eum teſtifice-
tur. † Etenim ſi liberti contra patronos non reci- 22
piuntur. l. libertorum. C. h. t. multò minùs reci-
piuntur vxores, quæ maius obſequium maioremque
que reuerentiam maritis debent, quàm liberti pa-
tronis. † Deinde, ſi parentes & liberi inter ſe ad te- 23
ſtimonium non admittuntur, vt paulò poſt dice-
mus, multò minus admittentur coniuges, quorum
arctius certè vinculum eſt, quàm parentum & libe-
rorum. Quiſquis enim & patrem & matrem relin-
quit, & coniugi adhæret. Tertiò, ſi nemo in ſua cau-
ſa teſtis eſſe poteſt. l. nullus, 10. D. h. t. & l. in om-
nibus. C. eod. quomodo admittetur vxor pro ma-
rito vel in maritum, quæ cum ipſo vna eademque
caro æſtimatur? Ad extremum, ſi ſocius non ad-
mittitur pro ſocio, non cogitur in ſocium, quid
mirum, ſi remoueatur vxor, cum qua non tantùm
bonorum, ſed omnis etiam diuini iuris ſocietas eſt.
d. l. prima. D. de rit. nupt. & dicta l. aduerſus vxo-
rem, 4. C. expil. hered. † Ita vt ſatis mirari non 24
poſsim, quid Pariſienſibus in mentem venerit, cùm
vxorem, quemadmodum Paponius in ſuis arre-
ſtis refert, cogi poſſe iudicàrunt, vt in maritum te-
ſtimonium ferat. Nam ſi affinis, id eſt, vxoris meæ
cognatus, cogi non poteſt, vt in me teſtimonium
dicat. l. lege Iulia, 4. & ſequ. D. h. t. multò minus
vxor, quæ mihi coniunctior eſt, quàm eius cogna-
tus. Tritum enim in ſcholis eſt, propter quod
vnumquodque tale, id ipſum magis eſſe tale. Sed
hunc errorem antiquum eſſe video. † Nam & Pla- 25
cent. apud Speculat. de teſte. §. primo. verſic. ſed
quid de vxore. indifferenter in maritum & pro
marito, vxores ad teſtimonium admittit, his tan-
tummodo argumentis, quòd non prohibeantur,
quodque probationis facultas anguſtanda non
ſit: quorum alterum apertè falſum eſt. Prohi-
bentur enim domeſtici teſtes in genere. l. eos, 2. C.
h. t. & l. penult. D. eod. inter quos nemo dubi-
tat vel principem locum obtinere vxores: Alte-
rum verò per ſe infirmum. Nam ſi huic argumen-
to ſemper eſſet locus, nulla planè eſſet toleranda
teſtium prohibitio. † Quòd verò alij apud Spe- 26
cul. diſtinguunt, vt ſi vxor ſit timidæ naturæ, quæ
virum

viru m timeat, ad teſtimonium non recipiatur: ſin
verò magnanima, &, vt illi loquuntur, virago, quæ
maritum minimè vereatur, ſed facilè verberare au-
deat, admittatur, concoquere nõ poſſum. Ius enim
accommodandum eſt ad ea, quæ facilè & frequen-
27 ter accidunt. l. 4. 5. & 6. D. de legib. †Iam verò com
muniter vxores maritos verentur, aut certè eos ve-
reri debent, ita, vt ſi quæ fortè reperiantur mulieres
refractariæ, earum cauſa ſingulare ius conſtituen-
dum non ſit: Imò ipſarum inſolentia refrenanda
potius, ne feneſtra illis, ad maiores ſuis maritis do-
28 lores infligendos, aperiatur. † Quæritur etiam à
pragmaticis, & tangit Specul. d. loco, an conſenti-
ente aduerſario, vxor teſtimonium dicere poſsit in
cauſa mariti? Et reſpondetur poſſe. arg. l. quod fa-
29 uore, 7. C. de legib. & l. ſi quis, 29. C. de pact. †Ego
contra, ne aduerſario quidem volente, ad teſtimo-
nium admittendam puto. Primum enim, quantum
ad contrarium teſtimonium attinet, dicere illud
non poterit, ne marito quidem conſentiente. Ne-
que obſtat d. l. quod fauore. Nam non in mariti fa-
uorem, vt in ſe teſtimonium non dicatur à coniuge,
inductum eſt, ſed amoris & beneuolentiæ coniuga-
lis retinendæ, itemque reuerentiæ, quam coniuges
maritis debent, conſeruandæ cauſa. l. alia. 15. D. ſo-
lut. matr. & 33. q. 5. c. manifeſtum cum ſeq. Dein-
de, quantum ad teſtimonium pro marito, ridicu-
lum eſt, expectare hoc caſu conſenſum ab aduerſa-
rio. Si enim aduerſarius cõtra ſe dicturam ſcit, ſtul-
tè fecerit, ſi conſentiat: ſin verò pro ſe, & cõtra ma-
ritum dicturam opinetur, ſimilis planè ſtultitia eſt.
Præterea, obſtat iuramentum, quod à teſtibus exigi
ſolet, quo aſtringũtur totius negotij veritatem pro
parte vtraque detegere. Ita enim quamuis conſen-
ſerit aduerſarius, vt pro cauſa mariti teſtimonium
diceret, tamen rerum geſtarum veritate exigente, &
in maritum dicere cogeretur. Quæ cùm ita ſe habe-
ant, concludo, vxorem neque pro marito, neque in
maritum, vllo modo ad teſtimonium admitten-
30 dam eſſé. †Excipitur vnicum crimen læſæ maieſta-
tis. Harmenop. lib. 1. tit. 6. Quia in eo omniũ æqua-
ta conditio eſt. l. nullus. 4. C. ad leg. Iul. maieſt.
31 †Quæ de vxore diximus, de ſponſa & concubina
32 quoque intelligenda ſunt: † Non tamen de omni
concubina, ſed ea tantum, quæ ita, vt Iuſtin. in No-
uel. 18. de triente & ſemiſſe. & Nouel. 89. quibus mo
dis nat. eff. ſui. conſtituit, à cœlibe domi ipſius ſola
habetur. Hæc enim inter domeſticos rectè nume-
ratur: illa quidem domeſticis annumerari non po-
teſt, ſed tamen, quia propter ſpem promiſsi matri-
monij, amorem & reuerentiam ſponſo debet, ad te-
ſtimonium meritò non admittitur. Idem de mari-
to, ſponſo, concubino ſtatuendum iudico. Vtrin-
que enim par ratio eſt, & æquitas paribus in cauſis
paria iura deſiderat.

33 Secundo loco inter domeſticos collocandi ſunt
liberi, ſi tamen vnà habitent. l. reſpiciendum, 11. §.
furta. D. de pœn. Duplex autẽ in liberis cauſa pro-
hibitionis concurrit. Nam prohibentur vt dome-
ſtici & vt liberi. Regulariter autem de iјs, ſiue do-
meſtici ſint, ſiue non ſint, tenendum eſt, eos neque
pro parentibus, neque in parentes teſtimonium di-
cere: id quod ſimiliter de parentibus quoque di-
cendum eſt. l. parẽtes, 5. C. h. t. l. idonei, 6. & l. teſtis
idoneus, 9. D. h. t. Et hoc verum eſt in infinitum
arg. l. quiq; litigandi, 4. D. de in ius voc. † & ad na- 34
turales quoque extenditur: glo. in d. l. parentes. arg.
d. l. quiq; litigandi. & ſeq. D. de in ius voc. † Non 35
obſtat l. etiam matris, 16. de probat. vbi dicitur reci-
pi profeſsionem matris, cùm de ætate filij quæritur:
profeſsio enim teſtimonium non eſt. Quod melius
intelligetur, ſi, quid veterum hac in re inſtitutum
fuerit, ex Iul. Capitolino, qui huius inſtituti M.
Antoninum pium autorem laudat, breuiter oſten-
dero. Moris erat, vt parentes intra triginta dies pro-
ximos, quibus ſibi liberi nati eſſent, in vrbe, apud
præfectũ ærarij, in prouincijs apud tabellarios no-
mine impoſito, quo die nati eſſent, indicarẽt, quod
profiteri natales dicebatur. Quia autem hæc paren-
tum profeſsio in acta publica referebatur, quemad-
modũ ex l. imperatores, 29. §. 1. D. de probat. & Ca-
pitolino conſtat, mirum non eſt, ſi ea fidem faciat,
vbi de filij ætate quæritur, non vt teſtimoninm, ſed
vt acta publica. Azonis igitur, & poſt eum Accurſij
reſponſio, non placet, cùm arbitrantur profeſsio-
nem matris recipi, non vt teſtimonium, ſed vt indi-
cium aliquod, ex quo iudex veritatem melius in-
ueſtigare poſsit. Omnino enim profeſsio matris,
ætatem filij probat. †Secundò non obſtat, quod ob- 36
ijcitur ex l. propter inſidias, 14. C. qui accus. non
poſſ. & l. 2. C. ad leg. Cornel. de ſicar. cùm accuſare
parentes liberos poſsint, multò magis teſtimoniũ,
in eos dicere ipſis licere. Inter accuſare enim & teſti-
monium dicere multum intereſt. Accuſatio inſti-
tuitur vel proprio nomine, vel alieno: Teſtimoniũ
ſemper dicitur in cauſa aliena, nunquam in propria.
Quemadmodum autem, parentibus non permitti-
tur, alieno nomine liberos accuſare, ſic quoque te-
ſtimonium, quod ſemper alieno, nunquam pro-
prio nomine dicitur, in eos dicere ipſis non conce-
ditur. Suo autem nomine, ſi quid grauius aduerſus
ſe deliquerint, accuſare poſſunt, non autem in ſua
cauſa, contra liberos teſtimonium dicere. Genera-
liter enim, quilibet in re propria, dicere teſtimoniũ
vetatur. l. nullus, 10. D. h. t. & l. omnibus. C. eod.
†Sed quid ſi iudex, teſtimonium inter parentes & 37
liberos recipiat, an propter iudicis auctoritatem va-
lebit, qui recipiendo approbaſſe videtur? Rectè Io.
Andr. valere negat poſt Guid. de Suza. in additio.
ad Specul. §. 1. verſ. id velit. Non poteſt enim iudex
derogare iuri naturæ. l. 1. §. ſin verò. D. de ſer. & di.
† Verùm, ſi aduerſario conſentiente, filius pro pa- 38
tre producatur, an conſenſus teſtimonium confir-
mabit? Ita putant plerique, propter l. vlt. in fi. C. de
tempo. app. Contrarium mihi videtur eſſe verius.
Obſtat enim iuramentum, quod à teſtibus exigitur,
quo iurant, ſe veritatem de tota controuerſia, pro
vtraq; parte dicturos. Iam verò pater aut filius, pro
vtraq; parte, verum dicere nequit. Finge enim ve-
ritatem eſſe ab aduerſario, quo caſu, iuramenti reli-
gio exigeret, vt in patrem, vel filium, teſtimonium
diceretur, quod nullo modo fieri, aut à iudice per-
mitti debet. d. l. parẽtes, C. h. t. †Sed eſto, licere per 39
leges, in patrem vel filium teſtimonium dicere, an
quenquam adeò impium exiſtimabimus, qui, cùm
teſtimonium effugere & vitare poſsit, nihilominus
ſanguinis, atq; adeò ipſius naturæ oblitus, in patrem
vel filium dicturus ſit? Certè hoc à nemine ſanæ
mentis,

40 mentis, expectandnm eſt. †Præterea non exiſtiman
dum eſt, quenquam adeò ſtupidum eſſe, vt teſtem
ipſe producat, quem ſcit contra aduerſarium nihil,
in ſe verò omnia, dicturum. Deinde, quorſum pa-
ter filium produceret, cùm tamen iudici fidem non
faciat. Nam aduerſarij conſenſus, nihil fidei adiun-
git teſti producto, cui leges omnem fidem abrogâ-
runt. Itaq;, meo iudicio, ridicula planè hæc quæſtio
eſt, & nullius vtilitatis, homineq; ocioſo magis quã
acuto digna. Siue enim dicatur teſtimonium à filio
contra patrem, ſiue pro patre, ſemper nihil agitur.
41 † Quantum verò ad d. l. vlti. C. de tempo. appella.
42 pertinet, diſsimilis planè eius ratio eſt. †Nam, cùm
de non vtendo prouocationis beneficio, pactum
fit, nihil agitur, quod ſit cõtra naturam, nihil quod
contra pietatem, aut bonos mores: quiſque de ſuo
iure remittit, quod cuique per leges licet. l. penul.
C. de pact. Noſtro verò caſu, primum ille conſen-
ſus aduerſarij fruſtra fit: quia, vt ex ijs, quæ iam di-
ximus, apparet, nihil operatur. Deinde, eſt contra
ius naturæ & ſanguinis, quod nullo pacto poteſt
mutari. l. iura ſanguinis. 8. D. de reg. iur. contra re-
uerentiam à liberis parentibus debitam, quæ con-
uentionibus non poteſt tolli. l. alia. 15. ſolut. matr.
Denique contra ius publicum, quod priuatorum
pactionibus non mutatur. l. nec ex prætorio 27. l.
neque pignus, 45. §. 1. D. de reg. iur. l. ius publicum,
38. D. de pact. & l. quod de bonis, 15. D. ad l. Fal-
43 cid. † Atque hæc ita ſe habent in teſtimonijs iudi-
cialibus. Extraiudicialium verò teſtimoniorum,
quæ in contrahendis, gerendisq́; rebus perhiben-
tur, longè alia ratio eſt. In omnibus enim teſtatio-
nibus, quæ data opera negotij alicuius teſtificandi
cauſa fiunt, rectè filius patri, & viciſsim pater filio,
ſi patria poteſtas emancipatione, aut alio modo diſ-
ſoluta fuerit, teſtimonium perhibet, verbi gratia,
ſi pater teſtamentum ſcribat, rectè adhibebit filium
emancipatum, & viciſsim filius emancipatus pa-
trem: imò & filius non emancipatus patrem in te-
ſtamento adhibere poteſt, cùm de caſtrenſi pecu-
lio teſtatur. l. qui teſtamento, 20. §. per contrarium.
D. de teſtam. Quia ratione caſtrenſis peculij, filius-
famil. pro patrefam. & homine liberi capitis cen-
44 ſetur. †Quòd autem in teſtimonijs extraiudiciali-
bus, ſolam poteſtatem ſpectamus, in iudicialibus,
præter poteſtatem, etiam conditionem, quod ſci-
licet filius quiſque ſit vel parens, ratio hæc eſt, quia
filius vel pater in teſtamento adhibitus, non tam
patri, vel filio teſtanti dicit teſtimonium, quàm he-
redi. De facto quidem patris teſtis eſt, ſed tamen ad
vtilitatem heredis. Quod de alijs omnibus nego-
tijs ſimiliter dici poteſt, ſi tamen in ijs nulla verta-
tur, vel patris, vel filij vtilitas, vtpote ſi pater, vel fi-
lius donet, & conuocatis teſtibus donationem con-
ſcribi faciat. Et hoc eſt, quod admodum conueni-
enter Harmenop. libro primo, titu. 6. tradit, dome-
ſtica teſtimonia improbari, quando agitur de ad-
quirendo, quod ſumpſiſſe videtur ex d. l. qui te-
ſtamento. §. quæcunque. D. de teſtamen. Ex his igi-
tur apparet, in iudicialibus teſtimonijs, nunquam
parentes & liberos inter ſe inuicem admitti: In ex-
traiudicialibus verò admitti, cùm nihil geritur ne-
45 gotij, per quod adquiratur. † Notantur tamen à
DD. exempla in quibus etiam iudicialia teſtimonia
inter parentes & liberos recipiũtur, vt in cauſis ma-
trimonialibus, cùm de contrahendo, vel dirimen-
do matrimonio agitur. c. videtur nobis, 3. qui mat.
acc. poſſ. & c. ſuper eo, 22. h. t. Item in cauſa reli-
gionis. 20. q. 3. c. præſens. †Atque ita locus de pro- 46
hibitione teſtimonij inter parentes & liberos, abſo-
lutus eſt, ſi modo illud addatur, neminem prohi-
beri vna cum patre aut filio, etiamſi patria poteſtas
diſſoluta non ſit, alieno negotio teſtimonij cauſa
accedere l. pater & filius, 17. D. h. t. & §. pater. Inſti.
de teſtam. † Non enim domeſticum teſtimonium 47
eſt, quod à pluribus domeſticis in cauſa aliena, ſed
quòd à domeſtico, in cauſa domeſtici dicitur. §. in
teſtibus. Inſt. d. t.

† Tertium locum inter domeſticos obtinẽt fra- 48
tres, aut ex fratribus deſcendentes, qui ſimul adhuc
in patria poteſtate ſunt conſtituti. Nam & inter
hos regulariter omne teſtimonium, tanquam do-
meſticum, prohibetur, ita vt neque pro ſe inuicem,
neque aduerſus ſe, teſtificari poſsint. Nihil autem
fert, vnà habitent nécne. Solam enĩ poteſtatem ſpe-
ctamus: Vnde apparet quod ſuperius quoque dixi,
inter domeſticos non tam propter commune do-
micilium, quàm alias concurrentes cauſas, prohi-
bitionem teſtimonij inductam eſſe. †Sic fratres he- 49
redis ſcripti, cum quo ſunt in eiuſdem poteſtate, in
teſtamento non adhibentur. §. in teſtibus. Inſtitut.
de teſtamen. Poteſtas enim facit, vt domeſticum ſit
teſtimonium. † Eodem modo aduerſus ſe non re- 50
cipiuntur. Quia cum in ſe teſtimonium dicunt, in
ipſum patrem dicere videntur, cùm filij perſona,
patris perſona ſit. l. vltim. C. de impub. & alijs ſub-
ſtit. ita, vt vbi vnus ſit, alter quoque eſſe videatur. l.
cum ſcimus, prope fin. C. de agric. & cenſ. Imò ipſe
pater contra filium dicere videtur. Nam filij vox,
patris vox eſt. §. ſi verò qui. & §. poſt mortẽ. de in-
utilib. ſtip. †Quòd ſi verò patria poteſtas diſſolu- 51
ta ſit, diſtinguimus: aut enim alter emancipatus eſt,
alter in poteſtate retentus, quo caſu in teſtamentis
alijſque negotijs & teſtationibus, alter alteri teſtis
eſſe poteſt. Nam & tum filius patri, & viciſsim pa-
ter emancipato filio, teſtis eſſe non prohibetur, vt
paulò antè diximus. In iudicialibus verò teſtimo-
nijs, alter pro altero, vel in alterum non admittitur.
Quia in eiuſmodi teſtimonijs neque pater pro filio
emancipato, vel in filium, neque ecõtra filius eman
cipatus, pro patre, aut in patrem admittitur. † Aut 52
verò vterque emancipatus eſt, aut alio modo in v-
triuſque fratris perſona patria poteſtas perempta,
quo caſu nulla neque aperta prohibitio, neque pro-
hibitionis inducendæ vlla cauſa extat. Itaque fra-
trem pro fratre ad teſtimonium recipimus ex l. pri-
ma. D. h. t. maximè tamen in cauſis pecuniarijs.
Difficilius enim admittendus eſt in criminalibus.
Quia cùm omnis honeſta ratio ſit expediendæ ſa-
lutis, verendum eſt, ne frater fratris conſeruandi
cauſa, à iuramenti religione diſcedat. Occaſio au-
tem periurij præberi non debet, præſertim cùm pa-
rum etiam fidei facturus ſit frater, pro fratre teſti-
monium dicens. †Cùm itaque fratrum teſtimo- 53
nium non ſit tanti, vt etiam cum periurij periculo
admitti debeat, in ciuilibus tantùm cauſis teſtimo-
nium fratris admittendum exiſtimo. Pluris enim
quilibet, non inſigniter improbus, iuramenti reli-

 gionem,

gionem, quàm fratris emolumentum fecerit: qua
in re tamen iudex aliquem perſonarum habebit de-
lectum. Sed tamen, ſi fratres omnia bona pro indi-
uiſo poſsideant, etiam in pecuniarijs cauſis alter pro
altero non admittitur. Vnius enim cauſa, alterius
quoque eſſe intelligitur, & teſtimonium de re pro-
pria diceretur, contra l. omnib. 9. C. h. t. l. nullus.
54 D. eod. † Eodem modo & contra fratrem ad teſti-
monium frater admittitur, non tantùm in ciuili-
bus, de quo minus dubitatur, ſed etiam in crimina-
libus cauſis l. 4. D. h. t. l. 1. §. ſed nec libertus. D. de
quæſt. & arg. c. literas, 14. de præſumpt. Nam & ad
fratris accuſationem, ob leuia commiſſa, etiam a-
lieno nomine inſtituendam, frater admittitur. l. ſi
55 ſororem, 18. C. de ijs qui accuſ. non poſſ. †Sed quæ-
ritur, an ſi nolit in fratrem dicere, cogendus ſit? Azo
in ciuili cauſa cogendùm exiſtimat, non in crimi-
nali. Et certè l. 4. D. h. t. ad publica & criminalia
tantum iudicia pertinet. Accurſius neque in ciuili
cogendum ſtatuit, cuius ego ſententiam hactenus
ſequor, ſi aliunde veritas haberi poſsit. Fraternæ e-
nim affectionis & beneuolentiæ habenda ratio eſt,
neq; committendum, vt vinculum illud amoris, ab
ipſa natura per ſanguinis coniunctionem inter fra-
tres conſtitutum, legum imperio ſoluatur.

56 Quarto loco ſubſequuntur liberti. Non tamen
omnes liberti domeſtici ſunt, ſed ij tãtum, qui cum
patrono morantur. arg. l. reſpiciendum, 11. §. furta
domeſtica. D. de pœn. Et hi duplici de cauſa, à te-
ſtimonio pro patrono reddendo, pelluntur. Pri-
mùm ex l. teſtes eos, pen. D. h. t. & l. etiam, 2. C. eo.
57 quod domeſtici ſunt. † Deinde quod liberti. De
quorum poſteriore dubitari poteſt, ſcilicet an li-
berti pro patronis teſtimonium dicere prohibean-
tur, ſi domeſtici non ſint. Eqnidem nihilominua
prohibitionem locum habere exiſtimo. Primùm,
quia etſi ſui iuris ſunt, tamen patroni in eos aliquod
habent imperium. Nam & in ſeruitutem eos reuo-
care poſſunt ſi ingrati ſint, & pro ſua auctoritate pœ-
nas de ijs ſumere, ſi deliquerint, vt ab exemplo P.
Mænij, quod Valer. Max. lib. 6. cap. 1. commemo-
rat, intelligi poteſt. Itaque pro patrono, idonei te-
ſtes non ſunt, propter l. idonei, 6. D. h. t. Deinde,
quia magnum atque adeo inæſtimabile beneficium
eſt, libertatẽ dediſſe. l. libertas, 160. D. de reg. iur. ita
vt memoria tanti beneficij meritò eos repellat. Ter-
tiò, quia ſi interdicatur teſtimonio ab vna parte, in-
terdictum quoq; intelligitur ab altera. glo. in l. le-
ge Iulia, 4. in verb. denuncietur: h. t. Iam verò liber-
tis in patronos dicere, planè interdictum eſt, l. liber-
torum, 11. C. h. t. & l. tertia. §. lege Iulia. D. d. t. de
quo tamen accuratius ſuo loco videbimus. Igitur
eadem opera, pro patronis dicere ipſis quoque in-
terdictum exiſtimari debet. Quæ enim ratio in vna
parte valet, in altera quoque valeat, neceſſe eſt.
58 †Ita filius à patre produci non poteſt, vt pro ipſo te-
ſtimonium dicat, quia pius & obediens erga patrem
filius, omnia pro patre dicturus eſſet. Eodem mo-
do, neque ab accuſatore produci poteſt in patrem.
Quorſum enim produceret, quem ſcit propter pie-
tatem & obedientiam nihil contra parentem, con-
tra ſe verò omnia dicturum? Itaque ab vtraque par-
te pietas obſtat, & obedientia filij. Quanquam non
inficior alias quoque cauſas plerunque concurre-
re, vt hoc eodem exemplo, ne ſcilicet cogatur iu-
ratus, pietatem quam parenti debet negligere, eum-
que ſuo teſtimonio lædere. †Præterea conſtat te- 59
ſtem iurare, ſe veritatem pro vtraque parte, de toto
negotio dicturum. Quod ſi igitur à patrono in te-
ſtimonium productus, veritatem contra ipſum fa-
cere intelligat, propter iuriſiurandi religionem, ne-
ceſſariò eum teſtimonio læderet, quod propter re-
uerentiam, quæ patronis debetur, tolerandum non
eſt. Vt igitur hoc incommodum vitetur, rectè in
totum à teſtimonio libertum remouemus. Qua de
re quid argumentis opus eſt, cùm dubitare de eo ne-
minem ſinat. l. pridem, 6. C. de quæſtion. Quam-
uis enim de quæſtione loquatur, tamen de volun-
tario quoque teſtimonio rectè accipit Accurſ. in l.
libertorum, 11. C. h. t. Concludo igitur libertum,
etiam ſi domeſticus non ſit, tamen pro patrono te-
ſtimonium non dicere †Quod de patroni quoque 60
liberis intelligendum eſt, ſiue de contrario, ſiue fa-
uorabili teſtimonio agatur. d. l. tertia. §. lege Iulia.
D. h. t. Paterni enim liberti, noſtri liberti ſunt. l. li-
cet inter, 58. D. de verb. ſig. & l. nullum, 9. D. de di-
uort. Imò de patroni quoque herede, quamuis ex-
traneus ſit, l. vlt. C. qui accuſ. poſſ. l. liberti, 3. C. de
libert. & eor. lib. & arg. l. 2. C. de in ius voc. nota-
turq; ab Accurſ. in d. l. libertorum, 11. C. h. t. Quia
non ſolum patronis, ſed etiam eorum liberis & he-
redib. liberti reuerentiam debent. l. ſi quis à liberis,
5. §. nam & obſequiũ D. de agn. libe. l. etiam liberis
5. C. de obſeq. pat. præſ. l. pen. C. de ope. lib. & d. l. 61
liberti. C. de lib. & eo. lib. †Non tamen eodem mo-
do de libertorum filijs, hoc intelligendum eſt. Hi
enim liberti non ſunt, ſed ingenui, & omnia iura
extranei aduerſus patronum habent. l. heres, 8. D.
de obſeq. lib. Et videmus filium liberti, pro patro-
no ſui patris vtiliter teſtimonium dixiſſe, in l. ma-
ritus, 20. D. de quæſtion. Neque obſtat l. vlti. C. de
lib. & eo. lib. Ea enim intelligenda eſt de liberis,
qui vnà cum parentibus ſunt manumiſsi. Atque 62
hæc de teſtimonijs libertorum ſufficiant. †Sed quid
de patrono dicemus? An ille pro ſuo liberto, vel in
libertum teſtimonium dicere poterit? Non prohi-
betur. Itaque propter tritum illud, atque in hac do-
ctrina vſitatiſsimum axioma, quod DD. ex l. prima.
D. h. t. colligunt, ad teſtimonium admittitur. Sed
tamen, ſi pro liberto teſtimonium dederit, exiſti-
marem ſuſpectum videri poſſe: ſin verò in libertũ,
eius teſtimonium eſſe grauiſsimum: Quod ſi dice-
re nolit, minimè cogendus eſt. l. lege Iulia. 4. in fi.
D. h. t. 63

†Quartò, inter domeſticos quoque numerantur
ſerui, & qui ferè ſeruis æquiparantur aſſcriptitij,
ab hoſtibus redempti, & addicti. Verum, quoniam
plerique ex his in totum teſtimonio prohibentur,
propriè ad hunc locum non pertinent. Neque enim
prohibentur ſolum pro domino teſtimonium di-
cere, aut in dominum, ſed generaliter pro omnibus, 64
& in omnes quemadmodum ſuo loco ſupra. †Do-
minorum verò ratione duabus de cauſis prohiben-
tur: Primùm propter cõditionem, quòd ſerui ſunt,
quæ cauſa dominis cum alijs omnibus communis 65
eſt: Deinde, quòd in eorum poteſtate. †Itaque de
ſeruis in dominos nec quæſtio haberi poteſt, cùm
in extraneos poſsit. l. prima. & tot. tit. in D. & l.
pridem,

pridem placuit. 6. & tot. tit. in C. de quæſt. & l. ſer-
uos. 7. C. h. t. Excipitur crimen adulterij, fraudati
céſus & maieſtatis, quod ad ſalutem principis perti-
net. l. 1. C. de quæſt. & caſus l. vlt. §. licentia danda.
C. de iur. delib. Item cauſſa repudij, cùm de verbe-
ribus & plagis alteri coniugum illatis quæritur. l.
conſenſu. 8. C. de repud. Quia quæ domi geruntur,
non facilè per extraneos detegi poſſunt. Præterea
in quibus cauſsis quæſtio in dominos de ſeruis ha-
beri non debet, ijs ne interrogatio quidem valet,
quemadmodũ D. Seuerus reſcripſit l. 9. D. de quæ-
ſtio. quod & Tacitus Imp. oratione in ſenatu habi-
66 ta conſtituit, vt Flauius Vopiſcus in eius vita auctor
eſt. † Imò etiamſi vltrò, abſq; aduerſarij interroga-
tione aliquid dixerint, domino non obeſt. l. 1. §. Di
uus. & l. vnius facinoris. 19. D. de quæſt. De ſuo au-
tem facto, & de ſui dominio, confiteri & interro-
gari, & in quæſtionem deduci poſſunt. l. ſeruos. 7.
C. eo. l. quoties. 12. & l. interrogari. 15. C. de quæſti.
quanquam non ſemper eis fides habenda eſt. Non-
nunquam enim metu, aut alia de cauſſa falſum in ſe
confitentur, de qua re extat epiſtola Diuorum Fra-
trum in l. 1. D. de quæſt.
67 Quintò inter domeſticos quoq; referuntur mer-
cenarij, qui mercede conſtituta ſeruiunt, ſi tamen
vnà habitent. l. reſpiciendum. 11. §. furta domeſti-
ca. D. de pœn. Itaq; vnà cum reliquis domeſticis, à
68 teſtimonio remouentur ex l. etiam. 2. C. h. tit. & l.
teſtes eos. 24. D. eo. † Sunt enim ſeruis ſimillimi, à
quibus tantum conditione & ſtatu, non vitæ inſti-
tuto differunt, qua de cauſſa ſeruorum loco haben-
tur. l. 4. D. de vſu & hab. & l. 1. §. familiæ. iuncto §.
ſi filiusfamil. D. de vi & vi arm. Imò in eo etiam
ſeruis ſunt abiectiores, quod ſpontè ſe alterius po-
69 teſtati ſubijciunt, cùm ſeruos vel natura, vel triſtis
belli euentus, in poteſtatem tradat. † Cùm igitur
mercenarijs ferè vt ſeruis teſtimonium imperari
poſsit, meritò inſtar ſeruorum, à teſtimonio pro
70 dominis ferendo, pelluntur, ex l. idonei. 6. D. hoc
titu. † Hoc autem ad eos quoque extendere, qui a-
liquando mercenarij, aut famuli fuerunt, nulla ra-
tio eſt: de qua re video tamen à noſtris dubitari, vt
videre licet apud Specul. §. 1. verſ. quid ſi olim. hoc
tit. Præſentem namq; conditionem in teſtibus ſpe-
ctare ſolemus, non eam quæ fuit olim. arg. l. 3. §. af-
finitates. D. de poſtul. quam ſententiam pleriq; ſe-
cuti ſuadent, vt ſi quis ſamulis aut mercenarijs te-
ſtibus vti velit, eos decem, aut octo dies ante pro-
duction, dimittaté. Quod Speculator hactenus ꝓ-
bat, ſi non dimittantur poſt litem conteſtatam, ꝓ-
pterea quòd alioquin fraudulenter, probationis ſi-
bi parandæ cauſſa dimiſiſſe videatur. Sequitur eum
Guido de Suzaria. Sed Iacobus de Rauamaco, vt
refert Cyn. in l. 2. C. h. t. nullam putat eſſe coniun-
ctam fraudem, cum voluntate ſibi probationé pa-
randi. arg. l. atqui natura. 20. §. cùm me. D. de neg.
geſt. quod ꝓbatione deficiéte, fortè immeritò, cau-
ſa ſua quamuis iuſtiſsima, caderet. Cui ſentétiæ Io.
And. eatenus quoq; ſubſcribit, ſi dicto teſtimonio
non ſtatim ad dominum reuertatur, quòd alioqui
in ſeruitio reuera manſiſſe, & dicis tantummodò
71 cauſſa dimiſſus eſſe videatur. † Ego de tota hac va-
rietate ita ſentio, nihil ad teſtimonij dictioné, mer-
cenario aut famulo parandam intereſſe, quando
dimiſſus, aut quando ad dominum reuerſus fue-
rit. Quicunque enim mercenarius non eſt, vt mer-
cenarius prohiberi non poteſt. Sed ad fidem iudici
faciendam multum intereſt. Maior enim fides ad-
hibebitur illi, qui antequam domino lis mouere-
tur, dimiſſus eſt, quàm qui lite iam exorta. Ille caſu
& fortuitò, hic ſolius teſtimonij cauſſa dimiſſus vi-
detur. † Similiter maior habebitur illi, qui vel om 72
ninò non reuertitur ad dominum, vel longo de-
mum interuallo, atq; illi, qui ſtatim. Vterque ta-
men teſtimonium dicit. † Aliud enim eſt teſti- 73
monium dicere, aliud fidem facere. Non conti-
nuò, qui teſtimonium dicit, fidem etiam facit. Qui
teſtimonium dicunt, nos ſcire poſſumus, qui fidé
faciant, ſolus iudex. l. 3. §. ideoque Diuus. D. hoc
titu. Itaque hæc tam variè à noſtris miſceri & exa-
gitari minimè neceſſe fuit. † Abſurdè etiam quæ- 74
ritur, de quo mercenario intelligenda ſit hæc pro-
hibitio, & multò abſurdius reſpondetur, de eo, qui
mercede, non qui gratis ſeruit. Neque enim mer-
cenarius eſt, niſi qui pacta mercede ſeruit, ſiue mer-
ces in pecunia, ſiue in ſolo victu cóſiſtat. Quorũn-
dam enim adeò exiguum eſt & vile ſeruitium, vt
victum tantummodò mereantur. De ijs autem,
qui amicitiæ cauſſa, ſeruitium alicui præſtant, pro-
hibitio intelligenda non eſt. Neque enim merce-
narij ſunt. aut etiam eſſe volunt, ſed amici. Et, vt
vno verbo dicam, ſemper conſiderandum eſt, quo
quiſque loco eum habeat, quem ſecum alit, an fa-
muli, aut amici. Inde enim tota hęc diſputatio pen-
det. † Præterea conſiderandum eſt, qualis quiſque 75
mercenarius, aut famulus ſit. Nam ſi honeſtæ vitæ
ſit, & probatæ fidei, nihil video quid obſtet, quo
minus pro domino recipiatur: id quod poſt Inno-
cen. in c. in literis. hoc ti. & c. inſinuante. de off. de-
leg. probat Bald. in l. 2. C. hoc titu. & amplectitur
Rom. conſ. 420. & Oldrad. conſ. 101. quod tum
maximè ſequendum eſt, cùm per alios veritas ha-
beri non poteſt, quàm qui domi noſtræ aluntur.
argum. l. conſenſu. 8. de repud. † Sed de contrario 76
teſtimonio quid dicemus? poteritne aduerſarius fa-
mulum, aut mercenarium, in Dominum produce-
re? Videtur domino inuito non poſſe. Solet enim
domeſticorum teſtium exhibitio, à nobis exigi,
neque eos inuiti exhibere cogimur. l. nimis graue.
6. C. hoc titu. Contrarium tamen puto eſſe verius,
ne quod fauore aduerſarij, introductum eſt, vt pro
domino non teſtificentur, ad eius læſioné, inuen-
tum eſſe videatur. l. quod fauore. 6. C. de legibus.
† Nam quod in d. l. nimis graue, dicitur neminem 77
cogendum eſſe, ad exhibitionem eorum, per quos
ſibi negotium fiat, de ijs intelligédum eſt, qui pla-
nè dominio & poteſtati noſtræ ſubiecti ſunt, vt li-
beri noſtri & ſerui quos inuiti exhibere non cogi-
mur. † Exhibendi enim verbũ, ꝓpriè ad eos perti- 78
net, qui ſunt in poteſtate, cùm reliqui non exhi-
beantur, ſed ſua ſponte ꝓdeant. † Ratio auté d. l. 79
quod fauore, non in omnibus domeſticis locũ ha-
bet, vt ꝓducente aduerſario recipiantur, ſed tum
demum, quando ſola communis domicilij, ſiue, vt
vulgò loquuntur, ſola ratio domeſticitatis ſubeſt.
Nó licebit aduerſario libertos in patronum, liberos
in parétes, cóiugem in maritũ producere: quia præ-
ter ius cómunis domicilij, etiam alio iure tenentur.

Nam pietatẽ & reuerentiam parentibus, patronis
& maritis debẽt, cõtra quã vt faciant, ab aduerſario
cogi nõ poſſunt. Et quidẽ hactenus de domeſticis.
80 † Tertiò prohibentur in nos teſtimoniũ dicere,
ſi qui nobis ſint capitales inimici. Nouella 90. §. ſi
quis verò dicat. qui §. non ſolùm de ſeruis, vt au-
thenticarum in Codicẽ relator voluiſſe videtur,
ſed generaliter de omnibus intelligendus eſt. Ma-
lè etiam Accurſ. in verb. non adſit. docet, capitalẽ
inimicum admitti quidem, ſed cùm dixerit, vt ſu-
ſpectum refutari. Apertè enim verbis & ſententię
Nouellæ repugnat, & contrarium, ex Iuliano No-
81 uellarum veteri interprete, intelligitur. † Capita-
les autẽ inimici qui dicantur, Iuſtinianus ipſe ex-
ponit, inter quos lis capitalis agitatur: quod tradi-
tur ſimiliter ab Accurſ. in §. inimicitiæ. in verb. ſi
82 capitales. Inſti. de excuſ. tut. † Inter capitales autẽ
cõtrouerſias rectè numeratur, cùm alicui quæſtio
mouetur de libertate. Seruitus enim morti cõpa-
ratur. l. ſeruitutẽ. 209. D. de reg. iur. Itẽ omnis cau-
83 ſa exiſtimationis. l. licet. 103. de verb. ſig. † Exiſti-
mationis enim & ſanguinis eadẽ eſt ratio, & nõ mi
nus lædere videtur, qui exiſtimationẽ, quàm qui ſan-
guinẽ alicuius petit: Imò etiã multò magis, quia vi
ris bonis exiſtimatio etiã ipſa vita antiquior eſſe
debet. l. iſti. 8. D. quod met. ca. Finita verò cõtrouer
ſia, ad teſtimoniũ admittuntur. Auth. ſi teſtis. C.
h. t. d. §. ſi verò quis dic. & glo. in verb. notabiles.
84 poſt med. in c. ex parte. 7. h. t. † Azo aliũ quoq; ca-
ſum addit, ſi quis alterius vitæ, inſidias ſtruxerit.
Rectiſsimè. Sunt enim eiuſmodi inſidiæ, grauiſsi-
marum inimicitiarũ euidẽtiſsimum inditium. Et
ſæpè inter quos capitalis controuerſia eſt, ſimiles
inimicitiæ nõ reperiuntur. Præterea de capite hìc
agitur. Caput & vitã petit, qui vitę alterius inſidia-
85 tur. † Quòd ſi tamen reconciliatio interuenerit,
prohibitio ceſſat: Sed teſtimoniũ ante reconcilia-
tionem datum, nõ conualeſcit, vt rectè notat Ac-
curſ. in d. §. ſi verò quis dicat. in verb. non adſit.
86 † Ij verò, qui inter ſe lite pecuniaria, etiam de om-
nibus bonis, vel maiore parte contendunt, capi-
tales inimici non ſunt. Et tamen Accurſ. in dict.
Auth. ſi teſtis. C. h. t. eos à teſtimonio repellit. arg.
§. item propter inimicitias. §. item is. Inſtit. de ex-
cuſ. tut. & l. propter litẽ. 24. d. t. quod ſequitur Alc.
conſi. 143. vol. 1. Bart. Alex. & alij communiter in
l. 3. in prin. D. h. t. Sed, ſi quod res eſt, dicere & de-
fendere volumus, hoc Iuſtiniani ſententię omni-
nò repugnare, & ex ll. in mediũ adductis, nequa-
87 quam effici poſſe, fateamur, neceſſe eſt. † Nõ enim
excuſatio tutoris, cui cum pupillo de omnibus,
vel maiore bonorum parte controuerſia eſt, eam
ob cauſſam admittitur, quòd pupillo inimicus eſ-
ſe videatur, ſed quòd nihil, aut parum ſit, in quo
ipſius opera pupillus vti poſsit, cùm litigioſorum
bonorum defenſio & adminiſtratio ipſi commit-
ti non debeat, quòd in rem ſuam auctor eſſe non
poſsit. §. vlt. Inſti. de auct. tut. Qua de cauſſa inter
quos capitalis cõtrouerſia eſt, à dictione teſtimo-
nij tantum remouemus: reliquos ita admittimus,
vt tamen refutandi excipiendique poteſtas, ſuo
88 tempore & loco parti relinquatur. † Hoc verò lo
co ridiculè admodum, à noſtris quæritur, an pro
capitali inimico, dici teſtimonium poſsit? Quis e-
nim talem inimicum teſtem poſtularet, eique aut
vitam, aut fortunas ſuas concrederet? aut quis pro
capitali inimico diceret? Certè qui volet, non pro-
hibetur: Imò magnus atque adeò diuinus habe-
bitur, qui pro inimico dixerit, & maiorem com-
munis vtilitatis veritatiſque tuendæ, quàm ſui
doloris, ſuæque vindictæ rationem habuerit. Ve-
rùm his moribus, hoc à nemine expectari debet.
† Olim Tib. Gracchus in pari cauſſa, magnam lau- 89
dem adeptus eſt, quod ſolus ex Tribunorum col-
legio, L. Scipioni Aſiatico auxilio eſſet, eumque
in carcerem duci non pateretur, cùm tamen ipſius
& fratris eius Africani eſſet inimiciſsimus. Publi-
cæ vtilitati maiorem, quàm ſuo dolori locum re-
linquebat, & alienum a maieſtate imperij iudica-
bat, quò duces eſſent hoſtiũ Scipione triumphan-
te ducti, eodem ipſum duci, qui triumphaſſet.
† Inimico capitali ſimilimus eſt, qui iudicio 90
publico, antè in nos, teſtimonium dixit. Iuuat e-
nim, vt cauſſa inſtruatur. Accuſator accuſat, teſtis
accuſationẽ confirmat. In pari igitur cauſſa verſan
tur. † Itaq; à teſtimonio denuò in nos dicẽdo, tan- 91
quam capitalis inimicus repellitur, ex l. produci,
23. D. h. t. quæ nõ generaliter de omnibus cauſsis,
ſed de publicis tantummodò & capitalibus intel-
ligenda eſt, quemadmodum ex inſcriptione ap-
paret, vt ſi quis publico iudicio teſtimoniũ in ali-
quem dixerit, teſtis in alio iudicio, ſiue pecunia-
riũ illud, ſiue criminale ſit, in eundẽ produci non
poſsit. † Lex enim nõ diſtinguit: ſin verò in cauſſa 92
pecuniaria, nihil obſtat, quo minus in eundẽ, ci-
tari teſtis poſsit, quæcunq; demùm controuerſia
moueatur. Nam ſi qui pecuniario iudicio quem-
piam poſtulauit, teſtimoniũ dicere non prohibe-
tur. d. §. ſi quis verò dicat. Nouel. 90. de teſtib. &
notat Harmenop. li. 1. ti. 6. multò minus, qui tan-
tummodò in pecuniario iudicio teſtimoniũ dixit
prohibebitur. † Atq; hanc d. l. produci, variè ad- 93
modũ ab Accurſ. intricatã, verã eſſe ſententiã arbi
tror. Ille quatuor modis exponit, ex quib. primũ
Harmen. quoq; approbaſſe videtur, vt non poſsit
pro reo teſtimoniũ dicere, qui ante in eundẽ eodẽ
iudicio dixit: quod apertè falſum eſt. Nã cùm mul
ti ſint accuſationis & defenſionis capita & articuli,
nihil impedit, quo minus in alio dicat pro reo, a-
lio pro accuſatore. In vno eodẽq; capite verũ eſt.
Quomodo enim in eodẽ articulo pro & in reum
quis teſtificaretur? cùm qui tale quid auſi fuerint,
mẽdacis & falſi teſtis pœnã, ſi dolo cõtraria dixiſ-
ſe cõſtiterit, nõ poſsit effugere. d. Nouel. 90. de teſt.
§. & licet. verſ. ſi verò aliu. & l. qui falſo. 16. D. h. tit.
† Quintò hæretici & Iudæi in Chriſtianos teſti- 94
moniũ dicere prohibentur. l. quoniã. 11. C. de hæ-
ret. & Manich. c. nõ poteſt. cũ ſeq. 2. q. 7. Duo au-
tem hæreticorum genera ſunt. Nam alij planè, &
in totum teſtimonio prohibentur, de quib. ſuprà
ſuo loco dictum eſt: alij tantummodò cõtra Chri 95
ſtianos. † Poſſunt igitur cõtra ſui generis homi-
nes: poſſunt etiã pro Chriſtianis, ſi illi cõtra hære-
ticos agant. c. ſi hæreticus. 2. q. 7. quod tamen ad d.
l. quoniam. Accurſio diſplicet, propterea, quòd
cùm teſtes omnia in medium proferre debeant,
quæcunq; nouerunt. Auth. ſed iudex. C. de epiſc.
& cleric. neceſſariò, pro vtraque parte, & contra
vtramq;

vtramq; dicant, vt ſi teſtimonium pro Chriſtiano
ad mittatur, neceſſariò etiam, ſi quid in eum dixe-
rit, ſit credendum. Sed quia Iuſtinianus hæretici
teſtimonium diſertè cõprobat, quatenus pro or-
thodoxo facit, quemadmodum ex Nouell. 45. v-
bi hanc legem repetit, euidentiſsimè quoq; intel-
ligitur, Iuſtiniani & legis ſcriptæ auctoritatem cõ-
96 tra Accurſ. ſequemur. † Prohibitio autem ad iu-
dicialia tantum teſtimonia pertinet. Nam teſta-
mentaria, aliarumque vltimarum voluntatum &
contractuum, ſine diſcrimine propter publicam
vtilitatem ipſis permiſſa ſunt. d. l. quoniam. C. de
97 hæret. † Vnus tantum, quòd ſciam, in iure caſus
eſt, quo etiam contra Chriſtianos teſtificantur,
ſcilicet quando illi ſe negant curiales: quod, quia
in fauorem Reipu. quæ in tali iudicio actoris par-
tes ſuſtinet, toleratur, pro ſingulari iure haben-
dum eſt. d. Nouel. 45. ne Iudæi, Samaritani & hæ-
retici.
98 † Sextò & ſocij pro ſocijs teſtimoniũ dicere ꝓ-
99 hibentur. † Sciendũ eſt autẽ duo ſociorum eſſe ge
nera: Alij enim criminũ ſocij, alij bonorum. So-
cij criminis pro ſe inuicẽ dicere nõ poſſunt. l. quo-
niam. 10. C. h. t. Ratio eſt, ꝙ vnius abſolutio alteri
prodeſt, vel in totum, vt omninò nõ accuſetur. l.
denunciaſſe. 17. §. vlt. D. ad l. Iul. de adult. vel ſal-
100 tem ad innocẽtiæ præiudiciũ. † Sed. quæri poteſt,
an illi qui crimen confeſſus eſt, credi debeat, ſi ſo-
cium criminis indicet? Diſtinctio adhibenda eſt:
Aut enim terrore quodam conſcientiæ excitatus,
ſpontè ſceleris admiſsi indicium fecit, & cõfeſſus
eſt, impunitatẽ pro indicio ſperans, vt in l. 1. C. de
falſ. monet. & l. quiſquis. in fi. C. ad l. Iul. maieſt. &
huic fides adhibenda eſt. l. vlti. C. de accuſ. & c. li-
101 teras. 14. de præſumpt. † quanquã in c. literas. hoc
fortè admittitur in crimine hæreſeos, in quo plus
cõmodi, ꝙ incommodi ex indicio ad fratrem re-
dundat, & periculũ eſt, ne quis à fratre ſeducatur,
quo caſu fratri, aut alij cõiunctæ perſonæ parcen-
102 dum non eſt. c. legi. 23. q. 8. † Aut verò non ſua
ſponte indicauit, ſed poſteaquam captus, ſiue tor-
mentis adhibitis, ſiue ſpontè confeſſus fuerit, &
huic fides adhiberi nõ debet. Periculum enim eſt,
ne vel inimicum calumniosè indicet, vt eius pœna
leuiorem quodammodò ſuum dolorem reddat,
vel potentem & gratioſum quendam, propter cu-
ius cõſortium ſe elapſurũ ſperat. d. l. vlti. C. de ac-
cuſ. l. 1. §. cùm quis latrones. & ſeq. D. de quæſt. l.
ſecuti. 4. C. d. tit. & c. 1. iuncta ibi gloſſ. de confeſſ.
Quibus conſentaneum eſt, quod dicitur in l. repe-
ti. 18. D. de quæſtio. Eum qui in ſe confeſſus eſt, in
103 caput aliorum non torqueri. † Interim tamen fa-
tendum eſt, ex indicio aliquam criminis ſuſpicio-
nem, ſiue, vt noſtri loquuntur, præſumptionem
naſci. Nam ſi planè nihil fidei eis haberetur, quor-
ſum de ſocijs interrogarentur, vt in l. Diuus. 6. de
cuſtod. & exhi. reor. l. non omnes. 5. in fi. D. de re
mil. l. inde. Neratius. 23. §. ſed etſi certus. D. ad leg.
Aquil. l. vlti. D. ad exhib. l. prouinciarum. 9. C. de
ferijs. l. 1. C. de falſ. monet. & l. vltim. C. de malef.
104 † At de ſocijs bonorũ diſtinguẽdum eſt. Nam vel
omnium bonorum ſocietas eſt, & tunc generali-
ter in cauſſa pecuniaria ſocius pro ſocio & in ſo-
cium, durante ſocietate, teſtimoniũ dicere nõ po-
teſt. Vel in certa aliqua negotiatione ſocietas eſt,
vt in mercibus Indicis, & tunc quoq; in cauſsis ad
eam negotiationem pertinentibus, pro ſocio vel
in ſocium teſtimoniũ nõ dicitur. Diceretur enim
in cauſſa propria, in qua nemo idoneus teſtis eſt.
l. nullus. 10. D. hoc tit. & l. omnibus. 9. C. eod. Res
enim communis propria quoq; eſt. † In alijs verò 105
rebus, quæ communes non ſunt, in ſocium & pro
ſocio quilibet teſtis eſſe poteſt. Et hoc eſt, quod ad
dict. l. omnibus. dicitur à Bald. & Salice. ſi ſocius
ſperet lucrum, vel damnum metuat, ad teſtimo-
nium non admitti, contra verò admitti, ſi nihil
inde neq; emolumenti, neque damni ad eum re-
dundet.

Sed quęritur ad l. idonei. D. h. t. & à Specu. §. 1. 106
verſ. ſed nunquid, an vaſallus pro domino, vel in
dominum, cui fidelitatem & multa alia iurauit,
(de quibus in c. ego. de iureiur. & præſertim in 22.
q. 5. c. de forma fidelitatis, quod caput Obertus in
ſuos libros feudales tranſtulit) teſtimonium dice-
re poſsit? Reſpondetur ibid. & plerique Doctorũ
amplectuntur, non poſſe: propterea, quòd iura-
mentum fidelitatis, ſit quoddam ſignum ſeruitu-
tis: id quod probare volunt ex l. ſi filius. 8. D. de
probat. & gloſſ. ordinaria in l. ſi cuius. 15. §. 1. D. de
vſufr. itemq; ex c. indignum, vlt. de reg. iur. † Alij 107
dupliciter diſtinguunt, nimirum, vt poſsit teſti-
monium dicere, ſi paruum ſit feudum, ſi verò ma-
gnum, nequaquam. Item vt poſsit, ſi Domino ob-
ligatus ſit ad certum aliquod & præſcriptum ſer-
uitium, non verò ad fidelitatem, propterea quod
feudum fidelitate iurato quodammodò autora-
mentum ſit ſeruitutis. Bal. conſ. 420. li. 1. nu. 7. hoc
totum cõmittit arbitrio iudicis, vt ſi integra exiſti-
matione ſit, admitti eique fides haberi debeat, præ-
ſertim ſi teſtimonium cum aliorũ dictis cõueniat.
† Ego certè pro domino, & in dominũ, vaſallum 108
teſtem citari poſſe, minimè dubito. Nam iurata fi-
delitas, non eam habet vim, vt in domini gratiam
veritas opprimatur, ſi quando eius inueſtigandæ
cauſſa, quiſpiam à iudice poſtulatus fuerit: ſed vt
vitam, dignitatem, famam, exiſtimationem & om-
nia, quæ ad dominum iure pertinent, quantum in
ſe eſt, vaſallus tueatur. Iuuare autem dominum, vt
alijs vitam, bona & facultates iniuria eripiat, tan-
tum abeſt, vt iuſiurandum fidelitatis exigat, vt etiã
illi planè ſit contrarium. † In omni enim iureiu- 109
rando ius exceptum eſt maioris. c. veniẽtes. de iure-
iur. Quid autem veritate & iuſtitia maius, qua ſola
humanæ vitæ ſocietas continetur, quaque ſublata
omnium rerum ſumma perturbatio atque interi-
tus ſequatur neceſſe eſt. Præterea vaſallus pro do-
mino teſtificari nuſquam prohibetur. Qua de cau-
ſa ex l. 1. D. h. t. arceri à teſtimonio nõ debet. † Etſi 110
enim remoueantur liberti, ne pro patrono, aut in
patronum, dicant, non continuò hoc, ad vaſallos
transferendum eſt. Magis enim liberti patronis,
quàm vaſalli dominis obſtricti ſunt. Libertis res
inæſtimabilis, atque adeò ipſa vita data eſt. l. liber-
tas. & l. non eſt ſingulis. D. de regul. iur. imò gra-
tius illis dari nihil potuit. l. Paulus. 39. in fin. D. de
fideicom. lib. & ſcitum eſt illud Ioannis Andreæ
ad Specul. §. 1. verſicu. ſed nunquid vaſallus. hoc
titu. libertum obligatum eſſe patrono, ratione per-

ſonę, quam fecit liberam, vaſallum verò ratione rei
in feudum datæ. Quantò autem homo præſtat fun-
do, tantò arctius obligatus eſt libertus patrono, q̄
vaſallus domino. Itaque quod in vno, non conti-
111 nuò valebit in altero. † Quod verò noſtri, ſerui-
tutis quandam ſpeciem ex fidelitate facere conan-
tur, non placet, neque leges adductæ quicquam eò
pertinent. Fateor quidem, à vaſallo ſeruitia deberi.
112 Verùm longè aliud ſeruitiū eſt, aliud ſeruitus. ar-
gu. l. vxori. 23. in fin. D. de vſufr. leg. † Præterea
non ſeruilia debent officia, ſed quæ ſalua ſua exi-
ſtimatione, dignitate & pudore facile præſtare
113 poſſunt. † Itaq; abſq; vlla diſtinctione, ſiue magnū,
ſiue exiguum feudum ſit, teſtimonij dictio vaſallis
relinquenda eſt. Ridiculum enim eſt, & ineptum
ex feudi magnitudine diuerſum ſtatuere. Interim
tamen quantū iudex vaſallo credere debeat in cau-
ſa domini, non diſputo. Minus fortaſſe fidei habe-
bitur, quàm alij. l. 3. in princ. D. h. ti. Sed hoc iudi-
cis prudentiæ totum relinquitur, qui melius ſcire
poterit, num ex veritate, vel ambitioſe teſtimoniū
dicatur. d. l. 3. §. 1. D. hoc. tit.
114 † Secundo loco de ſubditis quæri poteſt? Certè
videntur non admittendi, propter l. idonei. 6. h. t.
& l. eos. 2. C. eo. & ibid. glo. Contrarium tamen re-
ctè obſeruatur, cùm alioquin in principū & poten-
tum negotijs teſtibus deſtitueremur, quod notatur
à Petro & à Cyn. in d. l. eos. & Guid. de Suzar. in d.
l. idonei. vbi & Accurſ. rectè ab eodem reprehen-
115 ditur, quod eandem vim tribuit iuriſdictioni quam
patriæ poteſtati & familiarium obedientiæ. † Nam
quod in d. l. idonei, dicitur, admittendos non eſſe,
quibus teſtimonium imperari poteſt, de ijs intelli-
gendum eſt, quibus ratione patriæ, vel dominicæ
poteſtatis, vel ſaltem priuati cuiuſdam imperij, te-
ſtimonium imperari poteſt, non verò de ijs, quibus
ratione publicæ cuiuſdam, & vniuerſalis iuriſdi-
ctionis. Qua de cauſſa, ſubditi in ſuorum domino-
116 rum controuerſijs, rectè ad teſtimonium recipiun-
tur. † Quod autem iuramentum, quo dominis ob-
ſtricti ſunt, antequam teſtificentur illis remitti ſo-
let, errore magis, quàm iure inductum eſt. Iuſiuran-
dum enim fidelitatis & obedientiæ eò tantùm per-
tinet, vt in licitis & honeſtis rebus dominis obtem-
perent, eorumq; vitam & facultates, ſi quando in
diſcrimen venerint, honeſtis rationibus augeant,
tueantur, defendant. Omne enim iuramentum de-
bet eſſe de re honeſta: A veritate autem diſcedere,
& in gratiam domini, maximo fortè cum alterius
incommodo, mentiri, turpiſsimum eſt. Præterea in
omni iureiurādo ſemper ius maioris, vt paulò an-
117 tè diximus, exceptum intelligitur. † Veritate au-
tem & iuſtitia nihil in humana ſocietate maius eſſe
poteſt. Itaque etiamſi veritate ita exigente, contra
dominos iudicis imperio & mandato teſtimonium
dicturi ſint, tamen nulla fidei datæ relaxatione,
vt vocant, opus eſt, cùm fide data ad mentiendum
in domini vtilitatem, non aſtringantur.
118 Tertiò de ijs quæritur, qui ſunt ex vna ciuitate,
corpore, collegio, an teſtimonium dicere in cauſſa
ſuæ ciuitatis, corporis, collegij poſsint? Accurſ. in
l. idonei. 6. D. h. t. & in l. in tantum. 6. in verb. re-
ſcripſerunt. D. de rer. diuiſ. omninò poſſe affirmat,
quod probatur in c. inſuper. 6. c. cùm nuncius. 12.
c. venimus. 38. & c. tuis. 39. h. t. Ratio eſt, quòd non
pro ſe, ſed vniuerſitate & corpore videantur dice-
re. † Res enim vniuerſitatis ſingulorum non ſunt. 119
d. l. in tantum. 6. D. de rer. diuiſ. l. ſed ſi hac. 10. §. qui
manumittitur. D. de in ius voc. l. 2. quod cuiuſque
vni. nom. & l. 1. §. idemque in cæteris. D. de quæ-
ſtio. † Hoc autem tum demum locum habere vide- 120
tur, ſi alij teſtes deficiant. c. etſi Chriſtus. 36. de iure-
iuran. Et in ciuili cauſſa abſq; vlla diſtinctione ve-
rum eſt. Quanquam Vbertus de Bonaccurſ. ad l. ſi-
cut. 7. D. quod cuiuſq; vni. nom. minus illis fidei tri
buendum putat. Et Symon Vincent. vt notat Ioan.
And. ad Specul. §. 1. verſ. ſed nunquid in cauſſa vni-
uerſitatis, fidem illis habendam exiſtimat, ſi alij
quoque extranei teſtes adfuerint. Barto. in dict. l. in
tantum. diſtinguit. † Aut enim de quo quæritur, 121
ad honorem & dignitatem vniuerſitatis, ſiue col-
legij propriè pertinet, & tunc ſingulos ad teſtimo-
nium idoneos eſſe tradit: Aut de quo quęritur, vni-
uerſitatis quidem eſt, ſed tamen priuatorum com-
modum & emolumentum principaliter continet,
vt nemus, paſcua, & tunc idoneos teſtes non eſſe,
ſed præſumptionē tantum inducere, alioſq; teſtes,
ſi q; fuerint iuuare. † Sed quid ſi nulli ſint? Nam ſi 122
Bart. ſequamur, nullus litis reperietur exitus & fi-
nis. Certe in aliorum defectu, plenam fidē huiuſ-
modi teſtibus habendam puto, quod cōſentaneum
videtur d. c. etſi Chriſtus. 36. de iureiur. † Hac au- 123
tem in re non eſt alia cauſſa Conſulis, abbatis, præ-
lati aut rectoris Eccleſiæ ſiue collegij, quàm grega-
rij ciuis, canonici, aut monachi, vt apparet ex inſcri
ptione d. c. inſuper. hoc titu. Simul tamen actores
& teſtes eſſe non poſſunt. Itaque ſi abbas ſuo ſolius
nomine procuratorem conſtituerit, non teſtifica-
bitur. Sin verò nomine Conuentus, vel ſuo & con-
uentus, à teſtimonio non repellitur: de quatota re
vide Specula. §. 1. verſic. ſed nunquid in cauſſa vni-
uerſitatis. Ioann. Andr. in dict. cap. cùm nuncius.
Bart. in d. l. in tantum. Ang. in l. in omnibus. C. h.
titu. & Alexan. conſil. 43. volum. 4. † In criminali 124
autem cauſſa diſtinctione opus eſt. Nam ſi quis de
collegio extraneum fecerit reum, nullus ex colle-
gio teſtimonium in reum feret. cap. ſuper. 14. q. 2.
cap. accuſatores. 3. q. 5. cap. accuſatoribus. & c. re-
pellatur. de accuſ. Accuſator enim non debet de
domo ſua teſtes producere. l. teſtes eos. 24. D. hoc
titu. † Quòd ſi verò aliquis collegarum accuſetur, 125
ſiue illud ab extraneo fiat, ſiue à collega, rectè te-
ſtimonium dicunt, qui ſunt de collegio. c. olim. 26.
de accuſ. c. licet Heli. 31. de Symon. & c. lator. 2. q. 7.
† Atq; hæc de ijs qui ſunt eiuſdem collegij, & cor- 126
poris: ſed quęritur, an monachi & canonici regula-
res etiam in aliena cauſſa teſtimonium dicant? Cer-
tè mortuorum loco habentur, quantum ad ſecula-
ria negotia attinet: quod etſi Accurſ. malè collegit
ex l. Deo nobis. §. 1. C. de epiſc. & cleri. & ex Nouel.
22. de nupt. §. per occaſionem, tamen probatur ex
c. placuit. 13. cum ſeq. 2. q. 7. Pręterea ſecularibus ne-
gotijs ſe immiſcere prohibentur, niſi monaſterij
vtilitas poſtulet. c. monachi. 35. 16. q. 1. & c. 2. de po-
ſtul. quò pertinet totus titul. ne clerici vel monachi
ſecularibus negot. † Contrarium tamen verius eſt, 127
& ad vitæ communis vtilitatem accommodatius.
Nam probationum facultas in hac vita infinitas ha-
bet

bet vtilitates, vt facilè anguſtari nõ debeat. l. quo-
128 niam. 11. C. de hæret. † Deinde ſi epiſcopi, presby-
teri & clerici, adminiſtratione rerum diuinarum
nõ obſtante, teſtimonij dictione onerãtur, quor-
ſum illis, eius immunitatem dabimus, quorũ con-
ſtat non tam laborioſam & ſollicitam adminiſtra-
tionem eſſe atque epiſcoporum. Præterea ſi in cau-
ſa monaſterij, etiam contra epiſcopum, aut abba-
tem, cui reuerentiam omnem & obedientiam de-
bent, teſtimonium ferre poſſunt, quidni etiam in
129 cauſſa aliena poterunt? † Ad extremum regula-
riter traditur omnes admitti, qui non prohiben-
tur, ex l. 1. D. h. t. Iam verò de monachis, canonicis
alijsq; conuerſis, vt vocant, nulla certa extat ꝓhi-
bitio. Nam quod forenſib. negotijs ſe immiſcere
ꝓhibentur, nõ ad teſtimonij dictionẽ detorquen-
dũ, ſed de foreſi adminiſtratione, vt iudicãdi mu-
nere, tutela, ꝓcuratione, aduocatione, negotiorũ
geſtione, alijsq; officijs ciuilib. & forenſib. intelli-
gendũ eſt, quemadmodũ hoc ex ipſo tit. ne clerici
vel mon. ſec. neg. & d. c. monachi. 16. q. 1. & c. 2. de
poſtu. euidētiſſimè apparet: alioquin ne quidē in
cauſſa collegij vel monaſterij teſtimonium dicere
poſſent. Atq; ita hactenus à nobis quibus certarũ
perſonarũ ratione teſtimonio interdictũ ſit, ſatis
abunde, pro noſtri inſtituti ratione, explicatũ eſt:
nunc deinceps, qui propter naturam cauſſarum à
teſtimonio prohibeãtur, videamus. Quemadmo-
dum enim non pro omnibus, ita nec in omnibus
cauſſis & negotijs cuiusq; teſtimonium recipitur.
130 † Primùm igitur fœminæ duab. in cauſſis teſti-
ficari prohibentur in teſtamento. l. qui teſtamen-
to. 20. §. ſimiliter. D. de teſta. l. ex eo. 18. D. h. t. & in
probanda inueſtitura feudi. lib. 2. tit. 32. qui teſtes
131 ſint neceſſ. ad no. inueſt. probandam. † Iure verò
antiquo penitùs à teſtimonio arcebantur. l. 1. C.
Theod. de rapt. virg. Vnde Gellius libr. 6. cap. 7.
ſcribit, magni beneficij loco cuidam Tarratię, op-
timè de Repub. meritæ, lege Horatia conceſſum
eſſe, vt ſola ex omnibus mulieribus teſtimonij di-
cendi facultatem haberet. Hoc autē primum mo-
ribus inductum arbitror, quemadmodum & il-
lud, quod neq; iudicare poſſunt, neq; magiſtratũ
gerere. l. 2. D. ad Senat. Velle. & l. cùm prætor. 12. D.
de iudi. Deinde quoq; moribus immutatum. Sic
132 enim conſuetudo conſuetudinem tollit. † Et Ci-
ceronis ætate mulieres teſtimonij dictionem ha-
buiſſe, ex Verrina 3. conſtat. Sed an in codicillis,
mortis cauſſa donationibus, ſtipulationibus, alijſ-
que contractibus & teſtationibus teſtes aduocari
poſſunt? Certè videntur non poſſe. Quia, vt olim
publicè apud argentarios eiuſmodi teſtationes fie-
bant, quemadmodum omnibus notum eſt, ita no-
ſtra ætate apud notarios, teſtibus ad actum corro-
133 gatis. † Atqui naturalis pudor non patitur, vt fœ-
minæ externis viris ſe oſtendant, eorumq; conuen
tibus interſint. Nouel. 124. vt litigantes iurent. l. 2.
C. de off. diuerſ. iud. l. maritus. 21. C. de procur. l.
vlt. C. de recept. arb. & l. 2. §. fœminas. C. de ijs qui
veniam ætatis. quod vſque adeò apud veteres ob-
ſeruabatur, vt ſi quid ipſæ contraherent, intereſſe
tamen contractui non ſolerent, quemadmodum
apertè indicat l. optimam. 14. C. de contr. ſtipul.
134 † quæ cõſuetudo in pleriſq; Italiæ vrbibus ad hunc
vſque diem quodammodò remanſit, vbi fœminæ,
domi tanquam captiuæ, aſſeruantur, neq; in vllius
ne in proprijs quidem ædibus, conſpectum venire
permittuntur, & ferè ſeparatum habent cœnaculũ,
in quo ab ingreſſu extraneorum tutę, degant. † Ri-
dicula neque, quæ parietibus caſtitatem matrimo-
nij, magis quàm animo, quàm fide retineri & con-
ſeruari putat. † Sed, vt ad inſtitutum reuertar, ſatis 135
quoq; magna copia teſtium, ad conſcribendas te-
ſtationes & contractus celebrandos, præter mulie-
res, reperiri poteſt. Nou. 90. de teſtib. §. ſancimus. vt
neceſſe non ſit mulieres aſſumere. Neq; enim feſti-
nanter & fortuitò fieri ſolent, ſed meditatè & con
ſultò, vt non ſit opus ſine delectu fœminas & maſ-
culos recipere. † Tertiò conſtat viros ad teſtimo- 136
nium aptiores eſſe, ꝙ natura maiorem ſexui maſcu
lino grauitatem tribuerit, & futiles plerunque, in-
cõſtantes & mendaces ſint fœminæ. † Itaq; cõclu- 137
dendu putarē, in ijs ꝙ iuris ſunt, id eſt, in teſtatio-
nib. quę plerunq; ad probandum aliquod ius con
ſcribuntur, vt in teſtamētis, donationibus, ſtipula-
tionibus, credito, alijsq; id genus alijs, fœminas ad
teſtimonium non recipi. † In ijs verò cauſſis, in 138
quib. meri alicuius facti, vt homicidij, adulterij,
læſę maieſtatis, probatio exigitur, propter teſtium
penuriã, quę in ijs cauſſis ferè ſemper eſſe ſolet, ad-
mitti: quò pertinet d. l. qui teſtamēto. 20. §. mulier.
D. de teſta. d. l. ex eo. 18. D. h. t. & l. in quæſtionib.
D. ad leg. Iul. maieſt. † Et hanc diſtinctionem vi-
deo quoq; Harmenopulo, & eius gloſſatori græ-
co, placuiſſe lib. 1. ſuę epitomes, titu. 6. † Ex quo & 139
illud notandũ eſt, in eiuſmodi negotijs, ad quæ
viri nõ acceſſuntur, teſtimonijs fœminarum pla-
nè acquieſcendum eſſe, verbi gratia, ſi mulier duos
enixa ſit, & vter primogenitus ſit, quæratur. Sunt
enim in eiuſmodi cauſſis, mulierũ præcipuæ par-
tes, quemadmodum in contractibus, alijsq; teſta-
tionib. virorũ. † Atq; hæc quidem, etſi iuri noſtro 140
maximè conſentanea videantur, tamen in codicil-
lis, aliáue vltima voluntate, itemq; in cõtractibus,
Doctores ad vnum omnes, ſuo more, poſt Accur.
in d. l. qui teſtamento. fœminarum teſtimonia ad-
mittunt: quemadmodum hoc apparet ex Spec. §. 1.
verſi. quid de codicillis, hoc ti. & Ioan. And. ibid.
Vrgent quòd non prohibeantur, ꝙ facultas pro-
bationis anguſtanda non ſit, quodque odioſa ſint
reſtringenda. c. odia. de regul. iur. in 6. † Ego non 141
tam Doctorum ſententiæ cedo, quàm conſuetu-
dini, quæ facilè mutari non poteſt, & concludo fœ
minas, cùm in omnibus negotijs & cauſſis, præter-
quàm in teſtamento cauſſisque feudalibus, tum ve
rò maximè in cauſſis capitalibus teſtimonium di-
cere. Nam quod Iacob. de Aret. propter decretum,
quod extat in c. mulierem. 16. 33. q. 5. in criminali-
bus fœminas non admittit, vt notat Ioan. And. ad
Specu. d. §. 1. propterea quod in ijs de vita hominis
agatur, & plus periculi ſit, quàm in teſtamentis,
hoc auctoritate legum, propter teſtium inopiam,
quæ præcipuè in capitalibus cauſſis eſſe ſolet, &
ipſa quoque fori & iudiciorum conſuetudine im-
probatur. † Quod verò de fœminis diximus, ad 142
hermaphroditos quoq; pertinet, ſi muliebris ſexus
prævaleat: Qualitas enim incaleſcentis ſexus oſten
dit, an ad teſtamentum adhiberi poſſint necne.

l.repetundarum.15.D.hoc tit.& l.quæritur.10.D.
de ſtat.hom.

143 † Secundò nõ adhibetur in teſtamento is cui bo-
nis ex lege interdictum eſt.§.teſtes. Inſti.de teſta.
l.is cui bonis.18.D.d.tit. Hoc verò ad alia negotia
non pertinet. Neq; enim odioſa extendi interpre-
tatione debent. In cæteris igitur cauſsis admitti-
tur: quanquam in iudiciarijs teſtimonijs parum ei
fidei tribuendum eſſe conſtat. Debent enim teſtes
fide, dignitate, grauitate, bonis moribus, vitæque
integritate præcellere. l.2.& 3.in prin.D.hoc titu.

144 † Tertiò non adhibetur in teſtamento, qui cùm
alicuius teſtamentum obſignaſſet, ſigillum ſuum
recognoſcere noluit, ſuumq́ue eſſe falsò negauit.
Harmenop.libr.1.titu.6.& Theophilus in §.teſtes.
145 Inſt.de teſta. † Requiritur autem omninò, vt iu-
dicatus eo nomine ſit, & falſitatis conuictus. Nam
propter ſuſpicionem nõ repellitur, non magis at-
que ille, qui pecuniam ob dicendum vel non di-
cendum teſtimoniũ accepit, & eius rei nondũ con
uictus eſt, de quo ſuprà inter eas perſonas, quib. in
totũ dictione teſtimonij interdictum eſt, docui-
146 mus. † Hanc verò prohibitionẽ, nõ tantùm ad te-
ſtamentaria, ſed ad cuiuſcunq; generis teſtimonia
pertinere, arbitror. Nam qui iudicati ſunt, falſum
teſtimoniũ contra propriũ ſignũ dixiſſe, damnati
ſunt iudicio publico. Iudicantur enim lege Cor-
nelia de falſis. l.eos.27.D.ad l.Cor.de falſ. Iam ve
rò publico iudicio damnati, dicere teſtimonium
penitùs prohibentur. l.3.§.lege Iul.D.h.t.de quo
ſuo loco diximus. Præterea, qui falsò ſuum annu-
lum, ſiue ſigillũ falſitatis arguit, ſeipſum falſitatis
147 accuſat, atq; adeò ſeipſum abnegat. † Eſt enim an-
nulus noſtræ voluntatis certiſsimus teſtis, imò nõ
teſtis modò, ſed tanquam ipſi nos, vt rectè Cicero
ad Quintum fratrem ſcribit, cùm auctor illi eſt,
vt non patiatur annulũ ſuum à miniſtris circum-
ferri. Eſt enim, inquit, non tanquam vas aliquod,
ſed tanquam ipſe tu, non miniſter alienæ volun-
tatis, ſed teſtis tuæ. Deinde annulus arctiſsimum
quoddam vinculum eſt, omnium contractuum &
negotiorum, & in rebus priuatis, omnium etiam
teſtium loco, vt meritò ab omni teſtimonio in ge
rendis contrahendiſq́ue rebus excludantur, qui
omnis fidei vinculum, quantum in ſe eſt, tollere
conati ſunt.

148 † Quartò patroni, & negotiorum executores,
in cauſsis, quas egerunt, teſtimonium dicere non
poſſunt. l.vlt.D.h.t. Mandatis cauetur, inquit Ar
cadius, vt præſides attendant, ne patroni in cauſſa,
cui patrocinium præſtiterunt, teſtimoniũ dicant,
quod & in executoribus negotiorum obſeruan-
149 dum eſt. † Verbo autem Executorum, Ioann. ve-
tus interpres rectè ſyndicos, tutores, curatores &
ſimiles accipit. Varij enim in iure noſtro executo-
res ſunt, alij rei iudicatæ, qui poſt ſententiam in-
ter partes, audita omni & diſcuſſa lite, prolatam,
rei iudicatæ vigorem ad effectum perducunt. l. pe
nultim.C.de ex.rei iud. alij litium, qui & viato-
res & apparitores appellantur. §.tripli. Inſtit. de
actio. l.ſi quando.15.C.h.tit. l.vlti.D.de iudic.&
l.Diuus.4.D.de ſer.fugit. alij negotiorum, vt tu-
tores, curatores, ſyndici, procuratores, ſollicita-
tores, & eiuſmodi alij negotia noſtra gerentes.

† Ratio autem prohibitionis hęc eſt, quòd quibus 150
præfuerunt, & ergæ cauſſas, quas egerunt nimium
affecti eſſe videantur, vt verendum ſit, ne patroci-
nij & datæ operæ memores, corrupti teſtis nomen
non poſsint effugere. l. vltim.in fin. C. de aſſeſſ.
† Quod autem Accurſ. ſtatuit, hanc prohibitio- 151
nem ad cauſſarum procuratores non pertinere, in
eo, optimo iure, vt opinor, ab ipſo diſſentio: Pri-
mum propter c.Romana.3. h. t. in 6.& argu.l. de-
ferre.18.§.item eos.D.de iur.fiſci. Deinde, quia in
Nouel.90.de teſtib.§.quoniam verò.& Nouel.73.
de inſtrum.caut.& fide.§.ſi verò moriantur, nihil
omninò traditur, quod tamen Accurſ. falsò exi-
ſtimauit, ex quo diuerſum in procuratoribus ſta-
tuendum ſit: Imò multò maior in ijs prohibendi
cauſſa eſt, atque in alijs. † Procurator enim om- 152
nium rerum, eius qui abeſt, quaſi quidam penè do-
minus eſt, & alieni iuris vicarius: quod & Ioanni
Andreæ placuiſſe video in addit.ad Spec.§.1. ver-
ſicu.in procuratorem.hoc titu. Etſi autem Iuriſ-
conſultus loquatur tantùm de ijs, qui patroci-
nium præſtiterunt, tamẽ nemo dubitare poteſt, il-
lud quoque in ijs, qui adhuc patrocinantur & ne-
gotium gerunt, & quidem multò magis, locum ha
bere, cùm & alia cauſſa concurrat, ſcilicet quòd,
cùm re benè geſta victoriæ laus & gratia ad eos re-
dundet, eius captandæ cauſſa dicere cupidius vi-
deantur. Hoc veò à lege tanquam de quo nulla
dubitatio eſſet, prætermiſſum eſt. † Itaque neque 153
adminſtratione durante, neque ea finita eorum
teſtimonia valent. Antequam autem defenſio-
nem & procurationẽ cauſſę quis ſuſceperit, quam-
uis de ſalario conuentum ſit, tamen teſtimonium
dicere poterit, quemadmodum rectè notatur ab
Accurſ. in d.l.vltim.& amplectitur Specul.§.1.ver-
ſicu.item quod dixi.hoc tit.quo loco tamen Ioan.
And.defendit contrarium, à cuius ſententia eò li-
bentius recedo, quòd maior teſtium, quàm procu-
ratorum, aut aduocatorum ſoleat eſſe penuria.
† Sed an contra clientem, contra litis dominũ, pu- 154
pillum, vel adultum dicere poſsint, nõ inconſide-
ratè à glo. quæritur. Certè ratio legis hîc ceſſat: Ita-
que legem ceſſare neceſſe eſt. l.liberorum.11.§.1.D.
qui not.inf.a.l.quod dictum.33.D.de pact.& c.etſi.
26.de iureiur. Præterea quemadmodum cuiuſque
teſtimonium, quod contra ſe eſt, grauiſsimum eſt,
ita videtur quoq; illud magni eſſe ponderis, quod
eſt contra eum, cui teſtis benè velle, intelligitur.
Tertiò facultas probandi anguſtanda non eſt.l.
pen.C.de hæret. Qua de cauſſa videntur ad con-
trarium teſtimonium admittendi: alioquin quod
fauore alterius partis, conſtitutum eſt, vt ne pro
cliente, litis domino, pupillo, adulto, patronus,
procurator, tutor, curator teſtimonium daret, hoc
ad eius incommodũ conuerteretur, contra l.quod
fauore.6.C.de legib.& c. quod ob gratiam.61.iun-
cta ibi.gloſſ.de regu.iur. in 6. † Sed adminiſtratio- 155
ne & officio durante, hoc dici aut admitti non po-
teſt: Sunt enim illa planè diuerſa, patrocinium ali-
cui præſtare, aut alio modo alicui operam nauare,
& in eadem cauſſa teſtimonium in eum ipſum di-
cere. † Nemo autem poteſt vno eodemq́; tempore 156
duplici, & illo quidẽ diuerſo officio fungi. l. quiſ-
quis.6.C.de poſtul.& l.ille à quo.13.§.pen. D.ad
Treb.

Treb.Itaq; rectè olim lege excepti erãt patroni, ne
in reum quẽ defendebant, teſtimoniũ dicerent, de
qua re loquitur Cice. in Verrina 4. cùm ait, Horten
ſium Verris patronũ, teſtẽ ſibi in ea cauſſa ereptum
157 eſſe, nõ rei innocẽtia, ſed exceptione legis. † Quòd
ſi tamẽ aduocatus, aut procurator defenſionẽ cauſſę
dolosè ſuſceperit, vt teſtimonium, quod fortè ſibi
denunciatum iri ſciebat, effugeret, ꝓbo ſententiam
Accur. in d. l. vlt. vt patrocinio depoſito, teſtimo-
nium dicat, ne aduerſarius fraudulẽter ſibi faculta-
158 te ꝓbandi erepta, in optima fortè & iuſtiſsima cau-
ſa inſerior eſſe cogatur. † Munere verò, aut ꝓcura-
tione finita, aut depoſita, diſtinguendum arbitror:
Aut enim agitur de re aliqua, quę aduocato, procu-
ratori, tutori, curatori, actori imputari poſsit, vt
quia aliquid prætei miſerint, vel econtrà aliquid fe-
cerint, quod facere nõ debebant, & tunc cõtra cli-
entẽ aut minorẽ non teſtificãtur. Videntur enim ad
ſuum incommodum euitandum, atq; ita in re pro-
pria teſtimonium dicere. l. 1. §. in propria. D. quan.
159 app. ſit. Nemo autẽ in re propria, idoneus teſtis eſt.
l. nullus. 10. D. h. t. & l. omnib 9. C. eod. † Aut te-
ſtimonium exigitur de re aliqua, in qua nullum ip-
ſorum emolumentum aut incommodum verſatur,
& tunc nihil obſtat, quo minus teſtes eſſe poſsint:
quemadmodum & venditor nõ poteſt eſſe teſtis in
cauſſa euictionis, ſi eius interſit, rem nõ euinci. glo.
in d. l. nullus. & rurſus poteſt, ſi eius non interſit. l.
eos terminos. 11. D. fi. reg. Sed tamen ſi ſubterfuge-
re teſtimonium poſſunt, rectius meo iudicio fece-
rint, ſi abſtineant. Inuerecundum enim videtur,
eum teſtimonio lædere, quem aliquando in eadem
160 cauſſa tua opera iuueris. † Imò puto ad teſtimoniũ
cogi non debere. Primò, quia d. l. vlti. generaliter
ſtatuit, ne patroni teſtimonium dicant in cauſſa, cui
patrocinium præſtiterunt. Lex non diſtinguit in-
ter teſtimonium, quod pro cauſſa, & quod contra
eam fertur. Itaque neque nos diſtinguere, ſed le-
gem quoque de contrarij teſtimonij probatione,
intelligere debemus. Deinde quibus teſtimonio
interdicitur, ijs ferè vſquequaque interdictum in-
telligitur, vt neque pro nobis, neque in nos dicere
poſsint. Cùm vtrinque eadem ferè ratio locum ha-
161 beat. † Tertiò quia arbiter inuitus teſtimonium
dicere non cogitur, niſi vtraque pars conſenſerit.
Nouel. 90. de teſtibus. §. quoniam verò. Quod verò
in mediatore valet, valebit etiam in patrono, tuto-
re, curatore & ſimilibus. Nam quemadmodum ar-
bitro, ſiue mediatori in alterutram partem, ita etiã
patrono in clientem, tutori & curatori in mino-
rem, dicere graue eſt. Quæ cùm ita ſint, exiſtima-
rem huiuſmodi perſonas ad teſtimonium cogen-
das non eſſe, niſi pars, contra quam poſtulantur,
quoque conſentiat, quo caſu religio, fides, & vere-
cundia ſarta tecta ipſis conſeruatur.

162 † Quintò quod de patronis, tutoribus, curato-
ribus, procuratoribus, ſyndicis, dictum eſt, in iu-
dicibus, aſſeſſoribus & arbitris quoq; locum habet.
Primum enim durante officio, hoc nihil dubita-
tionis habet. Eſt enim officium maximè diuerſum
iudicis & teſtis. Nemo autem vno eodemq́ue tem-
pore diuerſis officijs fungitur. dict. l. quiſquis. 9.
C. de poſtul. & dict. l. ille à quo. 13. D. ad Senat.
Trebell. Qua de cauſſa in cap. dilecto filio. 40. hoc
titu. cùm delegatus eſſet iudex, quo teſte altera pars
vti volebat, rectè in eius locum delegatur alius.
† Deinde verò iudicio & arbitrio peracto, eodem 163
ferè modo diſtinguimus. Nam ſi agatur de pro-
ceſſu, & ijs, quę in iudicio facta ſunt, quæq́ue prin-
cipalem cauſſam non attingunt, tunc quia nullum
incõmodum inde ad eos redundat, teſtes eſſe poſ-
ſunt. l. ne in arbitris. 4. C. de arb. & ibi gloſſ. Dici-
tur in ea lege, ſi in quæſtione poſitum ſit, ſitne iu-
ratum de ſeruanda arbitri ſententia, ſolius arbitri
ſermoni non eſſe credendum. Igitur ſi non ſit ſo-
lus, & teſtis eſt, & fidem facit. Eodem pertinet cap.
cùm à nobis. 28. hoc titu. iuncta ibi gloſſ. † Sed in- 164
ter iudices & arbitros, vt multis alijs in rebus, ſic
quoque hoc loco magna differentia eſt. Nam arbi-
tri cogi non poſſunt, ſi vtraque pars non conſen-
tiat, vt teſtimonium dicant in cauſsis, in quibus ar-
bitrati ſunt. Nouel. 90. de teſtib. §. quoniam verò.
Nam quod ibi de mediatoribus dicitur, de arbitris
quoque, qui communi partium conſenſu ad com-
ponendum aliquod negotium aſſumuntur, intel-
ligendum eſt. † Iudices autem eorumq́; aſſeſſores 165
cogi poſſunt, etiamſi altera pars nõ conſenſerit. Co-
guntur enim omnes, qui nõ ſunt excepti. Soli autẽ
cognati, affines, patroni, liberti & mediatores ex-
cepti ſunt. l. 4. D. h. t. & d. §. quoniam verò. † Ratio 166
diuerſitatis hæc eſt, quòd partium voluntate, & iu-
dicio arbiter eligitur, ex communibus amicis, cuius
iuſtitiam & religionem communiter vterque pro-
bant. Itaque meritò ab vtroque litigatore, illi tan-
quam amico communi, parci debet, vt non coga-
tur, alterutrum ipſorum ſuo teſtimonio lædere:
Iudex verò, non eligitur partium arbitrio, vt o-
lim, ſed neceſsitate accipitur. † Quòd ſi verò aga- 167
tur de cauſſa principali, ſiue de eo, quod ad cauſſam
principalem, ipſamq́; ſententiam tuendam perti-
neat, tunc, quia inde commodum aut incommo-
dum ad iudices, aſſeſſores, aut arbitros, redundare
poteſt, quòd fortè perperàm & iniuſtè iudicaſſe,
aut quippiam in iudicando per iniuriam præter-
miſiſſe dici poſsint, ad teſtimonium non admit-
tuntur. Quia ſuſpecti ſunt, inquit Accurſ. in d. l.
ne in arbitris. C. de arbit. argu. l. eos. C. de appellat.
& ſuæ ſententiæ tuendæ cupidi. c. ſtatutum. 37. &
ibi gloſſ. 2. q. 6.

† Atq; ita hactenus ſatis dictũ, opinor, de ijs, qui 168
teſtimonio ꝓhibentur: nũc ad alterũ inſtitutę par-
titionis membrum accedẽdum eſt, in quo eos col-
locauimus, qui à teſtimonio excuſantur, ne ſcilicet
inuiti, vel dicere, vel ad dicẽdum venire, cogãtur.
Primùm autẽ notandum eſt, hanc doctrinã ad iu-
dicialia teſtimonia tãtùm pertinere. Nã in cõtracti-
bus alijsq; teſtationib. nemo inuitus teſtis adeſſe co-
gitur. Rogantur enim in ijs, nõ citantur teſtes. Niſi
fortè nemo teſtis eſſe velit. Tunc enim magiſtra-
tus, teſtes ex officio præbebit, vt facilius negotia
explicẽtur, rerumq́; ꝓbatio ſalua ſit. l. curẽt magi-
ſtratus. 22. D. hoc t. † Secundò ſciendum eſt, regu- 169
lariter omnes etiam inuitos compelli, vt teſtimo-
nium dicant. Nam quod Iure Canonico de cogen-
dis teſtibus traditur, Ciuili quoque locum habet,
vt vel ex eo intelligitur, ꝙ certæ perſonæ exceptæ
ſunt, de quibus conſtitutum eſt, ne teſtimoniũ ip-
ſis denuntietur inuitis. Inde enim ſequitur teſtimo-

nium

nium omnibus imperari poſſe, qui excepti nó ſunt.
Si enim exceptio facit, ne denuncietur, vbi exceptú
non eſt, neceſſe eſt, denunciari licere. l. 1. hoc titu.
170 † Quod quidem olim tantum in criminalibus cau-
ſis obtinuiſſe videtur. argum. l. lege Iulia. 4. cum ſe-
quen. & l. ob carmen. 21. hoc titu. Sed nunc eo iure
vtimur, vt etiam in cauſsis pecuniarijs, & ciuilibus
cogantur, quod Iuſtinianus primùm introduxiſſe
videtur, quadam Græca conſtitutione, cuius men-
tionem facit in l. penult. C. hoc tit. & Nouel. 90. de
171 teſtib. † Omnes itaque regulariter coguntur in om
nibus cauſsis, idque vel captis pignoribus, vel mul-
ta. argu. l. 1. §. cogenda. D. de vent. inſpic. vel etiam
cenſura eccleſiaſtica, ſecundum fori qualitatem:
quibuſdam tantum, ſanguinis, affinitatis, reueren-
tiæ aut honoris ratione exceptis, de quibus ordine
videamus.

172 Primùm igitur excipiuntur cognati, quos gene-
rali ſignificatione accipimus, vt comprehendantur
etiá agnati. Non tamen hæc exceptio, de omnibus
cognatis æqualiter intelligenda eſt. Nam ad paren-
tes & liberos, itemq; ad eos, qui in alterius poteſta-
te vnà cóſtituti ſunt, nó pertinet. Tantum enim ab-
eſt, vt ad teſtimoniú cogantur, vt ne volentes qui-
dem, recipiátur. Planè enim inter eiuſmodi perſo-
nas nullum eſt teſtimoniú, quemadmodum ſuprà
173 ſuo loco diximus. † Hæc igitur exceptio, ad eos tan
tum pertinet, qui ſe à latere attingunt, & nulla com
muni patria poteſtate tenentur: De quibus genera-
liter tradendú eſt, intra ſeptimú gradum incluſiuè,
vt inter ſe teſtimoniú dicant, cogi non poſſe. l. lege
174 Iulia. 4. h. t. & l. iuriſconſultus. 10. in prin. D. de gra
dib. † Quod Accur. verú eſſe ait, ſiue ciuili, ſiue cri-
minali cauſſa cognatus pulſetur, propterea ꝙ lex
non diſtinguat, vt nec nos diſtinguere debeamus. l.
1. §. vt eſt relatum. D. de aleat. l. præſes in ſuæ pro-
uinciæ. 3. in fi. D. de off. præſ. & l. imperator. 8. iun-
cta vbiq; gl. D. de poſtul. Sed fallitur Accurſ. Di-
ſertè enim Iuriſconſultus de publicis iudicijs lo-
175 quitur, vt ad priuata illud transferre nulla ratio ſit.
† De graduú verò numero, in quibus exceptio hæc
locú habeat, nonnulli mediá quodammodò viam
ſequuntur, & à tertio gradu ad teſtimonium cogen-
dos ſtatuunt, ne ſcilicet facultas probandi nimium
cótrahatur. Quod certè neſcio an recipi debeat, cùm
Iuriſconſultus diſertè, vſq; ad ſeptimum gradum,
cognatis excuſationem, ne dicant inuiti, largiatur.
Verùm, vt in multis alijs, ita & hac in re, fori con-
ſuetudo ſequenda eſt, rectene an perperàm, ij vide-
rint, ad quos hæc cura potiſsimum pertinet.

176 † Secundò excipiuntur affines. d. l. 4. & d. l. Iu-
riſconſultus. Non tamen omnibus generaliter, hoc
beneficium tribuitur, ſed ijs tantùm, qui inter ſe in-
ſtar parentum & liberorum ſunt, vt ſocer, ſocrus, ge
ner, nurus, vitricus, nouerca, priuignus, priuigna.
Generi verò appellatione ſponſum filiæ, & nurus
filij ſponſam quoque accipimus. l. in legib. 5. D. h.
177 t. l. Seruius. 7. D. de gradib. † Præterea, hoc benefi-
cium non habent, qui ex illicito connubio affines
ſunt: Imò ꝓpriè inter affines non numerantur. Af-
finitas honeſta appellatio eſt, & iuris ciuilis nomé,
quod illis tantummodò conuenit, qui nuptias non
interdictas contraxerunt. l. non facilè. 4. §. ſecun-
178 dum. D. de gradib. † Quod verò in c. diſcretioné. 6.
c. tuæ. 10. de eo qui cog. cóſang. vx. & alijs locis af-
fines vocátur, ad matrimonium tantummodò im-
pediendum pertinet, nó ad priuilegia, quæ propter
affinitaté dantur. Sunt enim huiuſmodi affines pœ-
na, nó beneficio digni. † Hoc auté priuilegium, ſiue 179
beneficium, conſtante tantùm matrimonio locum
habet. Affinitas enim ſoluto matrimonio perit, ſi-
ue morte ſiue diuortio ſoluatur. §. affinitatis. Inſti.
de nupt. Nam cum affinitatis cauſſa ſit in nuptijs, vt
ſcribit Modeſtinus in l. non facilè. 4. D. de gradib.
ſequitur ijs ſublatis, affinitatem quoque concidere.
† Cùm agitur de nuptijs, inſpicimus etiam affinita- 180
tes, quæ quondam fuerunt. d. §. affinitatis: in alijs
cauſsis conſideramus tantummodò præſentes. l.
cui eorum. 3. iuncta ibi gl. D. de poſtulan. † Mari- 181
tus autem & vxor, huc non pertinent. Non ſunt af-
fines, ſed coniuges. Mei mariti, meæque vxoris co-
gnati, mihi affines ſunt. d. l. non facilè. §. affines.
Maritus & vxor affinitati cauſſam præbent. Cauſſa
enim affinitatis, vt diximus, in nuptijs eſt. Tantum
igitur inter coniuges & affines intereſt, quantum in-
ter cauſſam, eiusque effectum. † Quod verò inter 182
ſponſum & ſponſam affinitas eſſe dicitur, in l. quod
Seruius. 8. D de cond. cauſ. dat. & quod vxor ap-
pellatur affinis, in l. non ideo. 5. C. de hæred. inſtit.
impropriè fit, quemadmodum ex illis ipſis locis
intelligitur. Itaque quod dicitur affines inuitos ad
teſtimonium dicendum cogendos non eſſe, ad con
iuges non pertinet. Hi enim penitùs inter ſe teſti-
monium dicere prohibentur, vt ſuprà ſuo loco di-
ctum eſt. † Affines igitur ſi voluerint, teſtimonij 183
dictionem habent. Nam & cognati, atque adeò ipſi
etiam fratres, inter ſe contrarium teſtimonium di-
cere poſſunt, quemadmodum ſuo loco oſtendi-
mus. Sed quæri poteſt, an affinis pro affine, teſti-
monium dicere poſsit? Certè non prohibetur. Si
autem prohibitio facit ne liceat, neceſſe eſt ibi lice-
re vbi prohibitum non eſt, communi & vſitato no-
ſtrorum argumento ex l. 1. D. hoc titu. † Nam quod 184
Accurſ. in l. teſtis idoneus. 9. D. hoc titu. ſocerum
excipit, propter l. quia parentis. 17. D. ſolut. matri.
non placet. Primum enim, etſi loco parentis eſt, ta-
men parens non eſt. Ea autem lex de parente lo-
quitur, & ſecundum materiam, de qua ibidem agi-
tur, intelligenda eſt, non ad teſtimonij dictionem
detorquenda. † Deinde conſtat, ſocerum idoneú 185
eſſe teſtem genero in cauſſa teſtamenti, ad quam d.
l. 9. propriè pertinet: quandoquidem ſumpta eſt, ex
lib. 1. Pauli ad Sabin. in quo de cauſſa teſtamenti
docuit, quemadmodum apparet ex coniunctione
earum legum, quæ ad nos ex eo libro peruenerunt.
† Quod verò Bald. in l. 3. D. de poſtul. tradit, fra- 186
trem pro vxore fratris conſtante matrimonio, te-
ſtimonium non dicere, multò alienius eſt, ne di-
cam abſurdius. Nam ſi frater pro fratre admittitur,
vt ſuperius ſuo loco docuimus, quidni pro vxore
fratris admitteretur? Qua de cauſſa, generaliter ſi-
ne vlla exceptione, affines pro affinibus recipien-
dos exiſtimo: quanquam non æquè fides illis ad-
hibebitur atque alijs. Affinitas enim ſuſpectos fa-
cit. l. 3. D. hoc tit. Iudicis autem hæ partes erunt, co-
gitare, quantum cuique fidei tribuendum ſit, d. l. 3.
§. ideoque Diuus.

† Tertiò excipiuntur liberti, ne inuiti cogantur 187
dice-

dicere in patronos. l. lege Iulia. 4. D. h. t. Sed obſtat
l. libertorum. 11. C. eod. t. Non enim ad teſtimoni-
um, ne volentes quidem, ex ea lege admittuntur:
Imò ſi patronum ſuo teſtimonio lædere animũ in-
duxerint, puniuntur. Abſurdum igitur eſt, & incõ-
ueniens dicere, eos inuitos ad teſtimonium non co-
gi. Qui enim non cogitur, liberã habet faciendi vo-
luntatem. Libera autem voluntas in liberto puni-
tur, ita vt libertis per l. libertorũ. omninò interdi-
ctum teſtimonium in patronum videatur, quod a-
pertè cum d. l. 4. pugnat, niſi hanc dicamus per illã
ſublatam eſſe. quod exiſtimare, nedũ affirmare mi-
188 hi profectò religio eſt. † Igitur diſtinctione quadã
adhibita, pugnã potius conciliabimus, quàm vt cor-
rectionem induci patiamur. Iura enim Iuribus con-
cordanda ſunt, vt vitetur legũ correctio. l. vnic. C.
189 de inoff. dot. † Duo igitur genera libertorũ ſtatuen-
da arbitror, qui non inuiti teſtimoniũ dicunt. Pri-
mum eorum, qui ſeſe ad teſtimonium quodammo-
do offerunt, & accuſatores in cauſa, cùm à iudice ad
ad eam rẽ citati non ſint, ſua ſponte inſtruunt. Et hi
non admittũtur: imò, vt improbi, acceptiq; benefi
cij immemores & ingrati, puniuntur. Sunt enim ac-
190 cuſatorib. ſimillimi. † Nihil intereſt inter accuſato-
rem, & eum qui accuſationẽ inſtruit, pręſertim ſi id
ſua ſponte & à nemine coactus faciat. In vtroq; ea-
dem eſt voluntas, & par lędendi ſtudiũ. Facultas e-
tiam nocendi maior eſt in eo, qui inſtruit, quàm qui
accuſat: quandoquidem nihil poteſt accuſator, niſi
ſit qui inſtruat, & accuſator deeſſe nõ ſolet, vbi ple-
na eſt cauſę inſtructio. Quemadmodũ igitur liberti
non admittuntur, imò puniũtur, ſi accuſare manu-
miſſores pręſumpſerint. l. vl. C. qui accuſ. nõ poſſ.
ita etiam ex d. l. libertorũ, non recipiuntur, ſed ple-
ctuntur, ſi volentes & vltro, ſe ad teſtimonium cau-
191 ſamq; inſtruendam obtulerint. † Semper enim ho-
neſta & ſancta patroni perſona, libertis eſſe debet. l.
liberto. 9. D. de obſeq. liber. Alterum genus eſt eo-
rum, qui non ſua ſpõte & vltro, ad dicendum teſti-
monium proſiliunt, ſed à iudice vocantur. Et tales
ſi voluntatem ſuam iudicis denuntiationi accõmo-
dârint, teſtimoniũ dicere nequaquã per l. libertorũ,
vetantur, ſed ſi noluerint, non coguntur, id quod
ex his verbis, ne vocati quidem ad iudicium venire
192 cogantur, apparet. † Atq; hanc d. l. libertorum, ſen-
tentiã eſſe, ex coniunctione. l. vlt. C. qui accuſ. non
poſſ. euidentiſsimè apparet. Sunt ab iiſdem Impp.
Honorio & Theodoſio eodem omnino tempore
ſcriptæ: Hac puniũtur liberti, qui patronos accuſa-
re inſtituunt: illa qui ſua ſponte & vltro, ad teſtimo
nium in eos dicendũ prodeunt. Vna eademq; vtri-
uſque legis fuit occaſio. Nam cùm antiquis legibus,
neq; voluntaria teſtimonij in patronũ dictio, neq;
eiuſdem accuſatio, prohibita eſſet, eaq; licentia, im-
probitate & ingratitudine hominum creſcente, li-
berti neſariè abuterẽtur, accuſatio in totum ſublata
eſt, teſtimonij dictio eatenus, ne ad eam vltro ſe of-
193 ferre poſſent. † Quamuis enim à iudice vocati, ad te-
ſtimonium recipiantur, tamen nimiæ iſti libertorũ
licentię, vel potius ingratitudini ab Impp. Honorio
& Theodoſio obuiam itum eſt. Erit enim conſide-
rati iudicis, libertos nõ facilè, ſed in ſumma demum
teſtium inopia, in patronos citare, cùm aliter veritas
inueſtigari non poteſt. Nec enim debet initium pro-
bandi, de domo rei accuſator ſumere, dum aut li-
bertos eius, quem accuſat, aut ſeruos in teſtimoni-
um vocat. l. de minore. 10. §. tormenta. D. de quæ-
ſtio. † Verum quæritur, an ſi patroni conſentiant, 194
liberti cogi poſsint, vt in eos dicant? Certè videntur
poſſe. Nam cùm in gratiam patroni inductũ ſit, ne
contra ipſum dicere cogantur, nihil obeſt, quò mi-
nus eiuſmodi beneficio renuntiet, ſecundum regu-
lam iuris antiqui, quæ extat in l. penult. C. de pact.
Deinde quemadmodum proxeneta, inter contra-
hentes teſtimonium dicere cogitur, ſi partes conſen
ſerint. Nouel. 90. de teſtib. §. quoniam: ita & liberti
patrono conſentiente, cogi poſſe videntur. Sed ta-
men contrarium videtur eſſe verius. † Quantum e- 195
nim ad l. pen. C. de pact. attinet, ea huc nõ pertinet.
Non enim tam in patroni, quàm in liberti gratiam
inductum eſt, vt libertus in patronum inuitus teſti-
monium non dicat, ne ſcilicet contra reuerentiam,
quam patrono debet, facere cogatur, ita vt, quam-
uis patronus eam negligi pateretur, tamen grati, ve-
recundi & prudentis ſit liberti, à debita reuerentia
non recedere. † Solent quoq; Iureconſulti reueren- 196
tiam, honorem & obſequium ijs, quib. debetur, re-
ligioſè tueri, id quod ex l. vnius, 18. §. pen. D. quæſt.
& l. ſeruos. 7. C. eod. t. apparet, vbi conſtitutum eſt,
quamuis ſeruus à domino ad tormenta offeratur,
tamen interrogandum non eſſe. Et ſimile eſt in l.
alia. 15. D. ſolut. matr. vbi maritus, quamuis pactus
eſſet, ne in id, quod facere poſsit, ſed in ſolidum
condemnaretur, nihilominus in id, quod facere po
teſt, condemnatur, propterea quod pactum, ſiue
renuntiatio illa, ſit contra receptam reuerentiam,
quæ maritis exhibenda eſt. Quantum verò ad pro-
xenetam pertinet, eius longè alia ratio eſt: Nullam
reuerentiam contrahentibus debet. † Itaque conclu- 197
do, ne conſentiente quidem patrono, libertum ad
teſtimonium cogi poſſe. Ad quam ſententiam con-
firmandam Accurſ. quoq; adſert. l. quos prohibet,
7. D. de poſtuland. Meo iudicio ineptè. Longè alia
eius legis ratio eſt. Cùm enim prætor prohibuerit,
certos homines apud ſe poſtulare ſuę dignitatis, de-
coriſq; tuendi cauſa l. 1. D. d. t. mirum nõ eſt, quod
dicitur in d. l. 7. quos pretor poſtulare prohibet, ne
patiente quidem aduerſario, poſtulare poſſe. Argu-
mentum igitur Accurſij reijcio, ſententiam ample-
ctor. † Quæ verò hic de noſtris libertis dicta ſunt, 198
intelliguntur quoq; de libertis parentum, filiorum,
viri, vxoriſq; noſtræ. l. lege Iulia. in fin. D. h. t. Ae-
quum eſt reuerentiam patris, etiam præbere filijs,
vxoris marito, mariti vxori. l. 1. C. de in ius voc. &
l. ſi quis à liberis. 5. §. nam & obſequium. D. de lib.
agn. Paterni enim liberti, noſtri quoque liberti ſunt.
l. licet. 58. D. de verb. ſig. Imò intelligenda quoque
ſunt, de libertis eorum, quibus hęredes extitimus.
arg. l. vlt. C. qui accuſ. poſſ. quamuis extranei hęre-
des ſimus arg. l. 2. C. de in ius voc. & notat gloſſ. in
in d. l. libertorum. 11. C. h. t. † Quod verò Azo hoc 199
eod. t. & poſt eum Accurſ. in d. l. 4. etiam inter col-
libertos, excuſationem locum habere putant, in eo
falluntur. Nam grammatica eius legis conſecutio &
compoſitio, eam interpretationem & ſententiam
omnino repudiat.

Quartò excipuntur patroni, qui ſimiliter, vt in 200
ſuos libertos inuiti teſtimonium dicant, nõ cogun-
tur;

tur:d.l. 4.in fin.h.t.quanquam Accurſ.ea verba, vt
nec patroni, patronæ aduerſus libertos, interprete-
tur de libertis patroni, ne ſcilicet illi in libertos ei-
uſdem patroni, teſtimonium inuiti dicant. Sed ma
lè,quemadmodum paulò ante ex contextu oratio-
nis intelligi diximus. Et dubium non eſt,quin col-
liberti, inter ſe,ad teſtimonium cogi poſsint.
201 Quintò, putarem etiam excipi mercenarios, qui
conſtituta mercede, nobis inſeruiunt, & nobiſcum
degunt. Graue enim eſt, quempiam cogere, vt eum
teſtimonio lædat, cuius cibo & potu vitam ſuſten-
tat: de qua re ſupra inter domeſticos teſtes, cùm de
mercenario ageremus, plura diximus.
202 Sextò † excipiuntur proxenetæ & arbitri, qui, vt
inter contrahentes aut tranſigentes in negotijs, quæ
ſua opera tranſacta aut contracta ſunt, teſtimoni-
um dicant, cogi non debent, niſi ille contra quem
in teſtimonium poſtulantur, conſentiat. Nouel. 90.
203 de teſtibus. §. quoniam verò. † Ratio hæc eſt, quòd
ferè ad contrahenda & tranſigenda negotia adhi-
bentur communes amici, quorum iuſtitiam, fidem,
religionem, tanquam eorum, qui vtriuſque partis
æquè ſtudioſi ſunt, contrahentes & tranſigentes ſe-
quuntur. Quòd ſi verò inuiti ad teſtimonium tra-
herentur, contra conceptam de ſe opinionem face-
204 re cogerentur, quod à nemine poſtulandum eſt, †
Nouella autem loquitur de mediatore. Accur. ex-
ponit de proxeneta. Ego etiam ad arbitrũ, qui com
muni partium conſenſu,ad componendam contro-
uerſiam aſſumptus eſt, pertinere exiſtimo. Vterque
μεσίτης eſt, proxeneta negotij contrahendi, arbiter
205 componendi. † Et maior plerunq; neceſsitudo eſſe
ſolet vtriq; parti cum arbitro, quàm proxeneta, qui
ferè vilis conditionis homines hoc noſtro præſer-
tim tempore eſſe ſolent: quanquã & olim tales fuiſ-
ſe, euidenter ſatis indicat. l. vl. D. de proxenet.
206 Septimò, putarem quoq; excipiendos eſſe aduo-
catos, procuratores, ſyndicos, & maximè tutores &
curatores, ne cogantur in eos teſtimoniũ dicere, qui-
bus aliquando, in ijſdem cauſis ſuam operam com-
modârunt, quamuis in eo, nulla ipſorum verſetur
vtilitas: de qua re ſupra accuratius, cùm de ijs agere-
mus, qui pro certis perſonis dicere teſtimonium ve-
tantur. Sed tamen vnicuique ſuum iudicium libe-
rum relinquens, communem ſori vſum ſequor.
207 Ad extremum, † his qui accuſantur, ne inuiti di-
cant, puberem adiungendum puto, qui nõdum vi-
celimum annum compleuit. Hunc enim, vt ante e-
am ætatem in criminalibus teſtimonium dicat, co-
gi nequaquam poſſe exiſtimo: de quo ſupra in pu-
pillo diximus. Atq; ita ſatis dixiſſe videmur, de ijs
qui excuſantur, ne dicant inuiti, nunc videamus, qui
excuſationem habeãt, vt dicendi teſtimonij gratia,
208 ad iudicem venire non cogantur. † Primùm autem
hic ſciendum eſt, non omnes à iudice euocari poſſe,
qui à partibus ſibi ad teſtimonium nominati ſunt,
quamuis tales ſint, qui vocati venire cogantur: ſed
209 eos tantum, qui ſua iuriſdictione tenentur. † Spe-
ctanda igitur primùm iuriſdictio euocantis eſt,
quàm latè illa pateat, quia nemo inde euocat, vbi
nulla ipſius eſt iuriſdictio. Atq; hęc ratio eſt quam-
obrem ſupremus princeps, & eius nomine Imperia-
lis Camera, quàm latè patet Imperium, teſtes euo-
cet, quòd ipſius iuriſdictio ijſdẽ etiam finibus con-
cludatur: † Reliqui autem mediati iudices, ſi teſtes 210
alijs in locis habitent, quàm quæ ipſorum iuriſdi-
ctioni ſubiecta ſunt, per literas mutui compaſſus, vt
vocant, quemlibet à ſuo magiſtratu interrogari, ſi-
biq; atteſtationes conſignatas tranſmitti, curent, ex
l. iudices. 17. C. de fid. inſtr. & Nouel. 90. de teſtib.
§. quoniam. † Secundò notandum eſt, etiamſi euo- 211
candi poteſtas ſit, tamen non temerè per longum
iter teſtes euocãdos eſſe. l. 3. §. teſtes. D. h. t. † In quo 212
rurſus aliud conſtitutum eſt in cauſis criminalibus,
aliud in ciuilibus. In illis, vtpote in quibus de vita,
de ſanguine aut exiſtimatione agitur, omnino in iu-
dicis conſpectum teſtes venire, & ab eo præſentes
interrogari, oportet. d. Nouel. de teſtibus. §. hęc om
nia: quò pertinet quod Adrianus Imper. in l. 3. h. t.
Rufino Macedoniæ proconſuli reſcripſit, teſtibus
ſe non teſtimonijs crediturum: In his verò ſeruabi-
tur, quod ex reſcripto Diuorum fratrum, Calli-
ſtratus in d. l. 3. §. vlti. refert, diligentiæ iudicantis
eſſe explorare, quæ conſuetudo in ea prouincia, in
qua iudicat, fuerit. Nam ſi probabitur, ſępè in aliam
ciuitatem teſtimonij gratia, pleroſq; euocatos, non
eſt dubitandũ, quin euocandi ſint, quos neceſſarios
in ipſa cognitione deprehẽderit, qui iudicat. † Ter- 213
tiò animaduertendum eſt, quòd regulariter omni-
bus ad iudicem ob dicendũ teſtimonium venire ne-
ceſſe eſt, qui excuſationem legib. approbatam, quo
minus veniant, non habent. Quadruplex autem fe-
rè cauſa eſt, propter quã excuſatio cõpetit, dignitas,
ſexus, corporis imbecillitas, & vtilitas publica.
Dignitate excuſantur epiſcopi. l. nec honore. 7. 214
C. de epiſcop. & cleri. ita vt ne volentes quidem, in
forum venire permittantur. Nam ea re perſona o-
neratur, & dignitas ſacerdotum, immunitate dona-
ta, euertitur. Iudex igitur, ad eos ſuos officiales mit-
tet, vt propoſitis ſacroſanctis euangelijs ea dicant,
quæ nouerint. Auth. ſed iudex. C. de epiſcop. &
cleri. & Nouel. de ſanctiſſ. epiſcopis. §. nulli verò
iudicũ. † Idem intelligendũ eſt de principibus, ali- 215
iſq; viris illuſtribus, & generaliter de omnibus per-
ſonis ſingulari quadam dignitate præſtantibus, in
quorum numero & iuris profeſſores, eorumq́ue fa-
miliam numerare ſolent. l. ad perſonas egregias. 15.
D. de iureiur. l. medicos. C. de profeſſ. & c. ſi qui te-
ſtium. 8. h. t.
Sexu excuſantur mulieres, quas naturalis vere- 216
cundia in publicum procedere & ad iudicem veni-
re non patitur. Itaq́ue ad eas ſimiliter domum mit-
tendi ſunt, qui teſtimonia recipiãt. l. 2. §. ſin autem.
C. de iuram. propter cal. & Nouel. 124. vt litigan-
tes in exord. lit. Hoc autem non generatim de om-
nibus, ſed de honeſtioribus fœminis accipiendum
eſt. d. l. ad perſonas egregias, & ibi gloſſ. D. de iu-
reiuran.
Corporis imbecillitate primùm excuſantur ſe- 217
nes. Grauis enim morbus & imbecillitas eſt ſene-
ctus. Accurſ. eos tantum excuſari putat, qui ſeptua-
ginta annis ſunt maiores, quemadmodum & excu-
ſantur à tutela. l. vnica. C. qui ætate ſe excuſ. l. 2. D.
de excuſ. & l. 3. de iure immun. Ego iudicis has eſſe
partes arbitror, conſiderare ſenum infirmitatem, vt
ad eos, qui difficulter venire poſſunt, quamuis ſe-
ptuaginta annis minores ſint, mittat, qui teſtimoniũ
excipiant. Conſtat enim & ſexagenarios, de ponte
olim

olim & Reipubl. negotijs deiectos fuiſſe: Vnde Ci-
cero ſcribit in Catone, eam ætatem & legib. & inſti-
tutis, vacare muneribus, quæ non poſſunt, ſine viri-
218 bus ſuſtineri. † Deinde excuſantur valetudinarij,
de quibus idem ſtatuendum, quod de ſenib. dictum
eſt, vt, qui ea valetudine ſunt, vt difficulter venire
poſsint, excuſentur. c. ſi qui. 8. hoc tit. & l. inuiti. 8.
D. eod. tit.
219 † Publica vtilitas excuſat literarũ ſtudioſos, quan-
diu ſtudiorũ cauſſa peregrè ſunt: itẽ milites alioſq́;
omnes, qui Reip. cauſſa abſunt, qui vectigalia publi
ca, aut exercitui neceſſaria præbenda conduxerunt,
quiq́; non detrectandi teſtimonij, ſed vel religio-
nis, vel alterius cuiuſdã ſuæ vtilitatis cauſſa abſunt.
Nam hæc verba l. inuiti. D. h. t. Qui non detrectan-
di teſtimonij cauſſa aberit, ſed generaliter accipien-
220 da puto. † Cùm enim nemini officiũ ſuum debeat
eſſe damnoſum, & ſæpè cum magno incómodo, à
reb. noſtris reuocemur. l. ſed ſi quis. 7. D. quemad.
teſt. ap. nõ facilè ex longinquo teſtes euocãdi ſunt,
id quod multò magis in militibus & literarum ſtu-
dioſis, alijſq́; Reip. cauſſa abſentibus locũ habet. l.
3. §. vlt. & l. inuiti. h. t. & l. 1. C. qui ætat. vel profeſ.
221 libr. 10. † Ex quo intelligitur, hoc non de quolibet
abſente, ſed eo tantum accipiendũ eſſe, qui proba-
bili, neceſſaria & iuſta de cauſſa abeſt, ita vt cauſſa
abſentię, nõ abſentia ſpectãda ſit. Qui verò nullam
excuſationis cauſſam afferre poſſunt, ad dicendum
teſtimoniũ euocati; venire coguntur, de ciuitate in
ciuitatẽ, ſi iudex expedire intellexerit, & ea cõſue-
ſuetudo fuerit: ſin minus, quemq; iã ablegabit, qui in
litigantiũ, aut procuratorũ præſentia, iureiurando
teſtib. obſtrictis, ſeparatim deinde vnumquemque
interroget, eorumq́; reſponſa diligenter cõſcripta
222 & obſignata, ad ſe deferri, curet. † Sin verò nulla iu
dicis eo loco, vbi teſtes degunt, ſit iuriſdictio, ab eo
qui ibi præeſt, vt teſtes interroget, eorumq́; teſtimo
nia ſimiliter obſignata, ad ſe mittat, poſtulabit: quẽ-
admodũ hæc omnia ex d. l. iudices. 17. & auth. apud
eloquentiſsimũ. C. de fid. inſtr. itemq; ex Nouel. de
teſtib. §. quoniam. intelliguntur, & quotidiano fo-
223 renſi vſu ſeruantur, † præterquam quod in crimi-
nalibus, omnib. modis teſtes in conſpectum iudicis
prodire, & ab eo ipſo interrogari debent. Atq; ita,
qui ad iudicẽ ob dicendum teſtimoniũ venire co-
224 guntur necne, explicatũ eſt, † dummodò & hoc ad-
datur, ſi teſtes ex longinquo euocati fuerint, vltra
quindecim dies detinendos nõ eſſe, ante quos vt nõ
recedant, vel datis fideiuſſoribus, vel iureiurando
debent promittere. l. ſi quando. 15. C. h. t.

PARS TERTIA.

Qui teſtes, & ex quibus cauſis refutentur.

SVMMARIA.

1 *Diuiſio huius tertiæ partis.*
2 *Cõtra perſonas, et dicta teſtiũ fiunt exceptiones et quæ.*
3 *Exceptiones contra teſtes nudæ admonitiones apud iudicem ſunt.*
4 *Exceptionum cauſæ contra teſtes ſunt infinitæ.*
5 *Infames an repellantur, & nu. 6. 7. & 8.*
9 *Teſtes in capitali faciliùs quàm in pecuniaria cauſa admittuntur, & quare. nu. 10.*
11 *Infames in negotijs quæ conſultò perficiuntur non ſunt teſtes.*
12 *Hæretici quatenus infames.*
13 *Hæretici animum delinquendi non habent.*
14 *Ratio l. quoniam. C. de hæreticis, & an ea correcta per Auth. Gazaros. C. e.*
15 *Infamium genera quoad iudicialia teſtimonia duo.*
16 *Infamib. non æqualiter derogatur.*
17 *Periurus à perfido parum differt.*
18 *Iure canonum vtrum infames in totum repellantur. & nu. 19.*
20 *Excipi quatenus poſſet contra culpabiles vita.*
21 *Teſtis perſonam examinare boni iudicis eſt.*
22 *Iudicium aurium idem ſtultis & ſapientibus.*
23 *Teſtes quos quis aliàs approbauit pro ſe, contra ſe etiam admittet niſi &c. & nu. 24.*
25 *Atteſtationes eius quẽ reprobare quis nequit, oppugnare poterit.*
26 *Teſtis ante iudex non repellitur & ibi ratio. nu. 27.*
28 *Cognati & affines cauſa cognatorum ſuſpecti.*
29 *Amicus quomodo repellatur, & nu. 32.*
30 *Amici appellatione qui veniant.*
31 *Coloni & inquilini nomine amici veniunt.*
33 *Amici teſtimonium ſuſpicione non caret.*
34 *Inimicitia etiam non capitalis exceptionem generat & quare. nu. 35.*
36 *Inimico fides derogatur vel non cauſa cognita.*
37 *Inimicitiam obijciens cauſas inimicitiæ dare debet.*
38 *Allegatum in iudicio ſine probatione non releuat.*
39 *Inimicitia durare creditur niſi doceatur reconciliatio.*
40 *Teſtis fides ratione commodi ſecundarij, pro parte infirmatur.*
41 *Venditor pro emptore teſtis an poſſit eſſe in cauſa euictionis. & 42. & 44.*
43 *Donator an pro donatario teſtificetur.*
45 *Fideiuſſor pro debitore quatenus teſtimonium dicat.*
46 *Vaſallus & emphyteuta ſuſpecti ſunt teſtes. & contrà.*
47 *Legatarij & fideicommiſſarij teſtimonia legib. approbata ſunt.*
48 *Paupertas in teſte exceptioni locum facit.*
49 *Paupertas ſola teſtem ſuſpectum non facit.*
50 *Conditio teſtis imminuit fidem eius.*
51 *Ignotus teſtis quam fidem faciat.*
52 *Teſtes inſtrumentalis iudici eſſe poſſunt ignoti.*
53 *Ignotus teſtis partibus refutatur.*
54 *Partes contrahentes noti eſſe debent teſtibus.*
55 *Teſtis alterutri parti tantum notus eſſe poteſt.*
56 *Dicta teſtium iniurata non probant.*
57 *Intellectus & reſtitutio Auth. ſed iudex. C. de epiſc. et clericis.*
58 *Iuramentum conſenſu partium remitti poteſt.*
Differentia iuramenti teſtium & calumniæ.
59 *Iuramentum calumniæ remitti non poteſt expreſſè.*
60 *Dicta teſtium iniurata, iuramento ſubſequenti firmata an valeant.*
61 *Partis abſentia in productione & iuramento teſtium, dicta eorum imminuit.*
62 *Partis præſentia in productione & iuramenti præſtatione, non autem depoſitione requiritur.*
63 *Teſtes rogari debent vt probent & in quibus caſibus. & num. 64.*
65 *Inſertio rogationis teſtium fit ſæpius maioris cautionis, ergò.*
66 *Intellectus §. & licet Nouel. de teſtib.*

67 *Inuiti teſtimonij exceptio quid valeat.*
68 *Teſtimonium habens teſtes inuitos non valet.*
69 *Magiſtratus cogere poteſt teſtes inuites in defectum voluntariorum.*
70 *Dictũm teſtis non vocati inualidum & ſuſpectum.*
71 *Commiſſio examinis in criminalibus an validè fiat.*
72 *Teſtes ante litem conteſtatam an recipi poſſint.*
73 *Teſtium examẽ ad perpetuam rei memoriam quare introductum,& quando permiſſum.*
74 *Actor quandoque producit teſtes ad perpetuam rei memoriam.*
75 *Dictis teſtium publicatis & cognitis nulla vlterior fit productio.*
76 *Quarta productio teſtium quæ ſolennia requirat.*
77 *Dictum teſtis iterati quando valeat.*
78 *Dictum teſtis ſecretò accipi debet.*
79 *Dictum teſtis inſtrumentis,precibus, pecuniaue data vel promiſſa corrupti infirmum.*
80 *Exceptio teſtis corrupti poſt ſententiam locum habet.*
81 *Dictum teſtis probare volentis negatiua.*
82 *Negatiua quare probari non poßit,ratio.*
83 *Diſtinctio circa negatiua probationem.& nume.84.*
84 *Negatiua iuris quæ dicatur & quotuplex. & num.85.86.& ſequen.*
86 *Procuratores omnes dari poſſunt qui non prohibentur.*
87 *Matrimonium omnibus contrahere permiſſum.*
88 *Emancipatio præſumitur ritè & legitimè facta,*
89 *Cautio debitoris rata non habetur niſi probetur numeratio & quare.*
90 *Exceptio cauta & non numeratæ dotis datur marito intra annum ſoluto matrimonio.*
91 *Præſumptio pro confeßione vel chyrographo ſemper eſt extra creditum & dotem.*
92 *Neganti quæ iure expreſſa & comprobata ſunt incumbit probatio.*
93 *Negatiua facti quæ & quotuplex.*
94 *Negatiua infinita quæ ſit.*
95 *Negatiua infinita probari teſtib. quare nequeat.*
96 *Negatio finita quæ dicatur.*
97 *Probatio directa & indirecta eſt. & nume. 98.99.100.& num.101.*
102 *Negatiua qualitatis duplex,& quomodo probetur.*
103 *Qualitatem naturalem negans eam probat, exempla ſunt nu.104.105.*
106 *Bonus quilibet præſumitur donec contrarium probetur.*
107 *Legitimum ſe eſſe quare quandoque probandum.*
108 *Negatiua qualitatis accidentalis probanda eſt ab affirmante.*
109 *Præſumptio pro honorato & promoto eſt.*
110 *Negatiua prægnans apud DD. quæ ſit.*
111 *Negatiua qualitatis affirmationem habens.*
112 *Qualitas fortunæ aſſerta probanda eſt*
113 *Cauſſa ſcientiæ omiſſa an inualidet teſtis dictum. & nume.114.*
115 *Cauſſa ſcientiæ vera & inferens danda eſt.*
116 *Cauſſa ſcientiæ quomodo & quãdo ſenſu corporeo reddenda.& nu.117.118.& 119.*
120 *Dictum teſtis vt valeat neceſſe eſt & interfuiſſe & intellexiſſe.*
121 *Præſentia teſtis ex animo magis quàm corpore indicatur.*
122 *Teſtimonium de auditu alieno an valeat.*
123 *Affinitas & cognatio quare auditu alieno probari poſſent.*
124 *Memoria vetuſti operis probatur auditu alieno.*
125 *Fama ſolo auditu probatur.*
126 *Teſtis non rogatus an cauſſam ſcientiæ dare debeat. & nu.127.128.& 129.*
130 *Credulitatis teſtimonium an valeat.& ſeqq.*
133 *Iudicis officiũ eſt diligenter cauſſam ſcientiæ ſcrutari.*
135 *Sacramentalium vſus quis & vbi hodie.*
136 *Dictum teſtis quando per verbum credit vel videtur nõ impugnetur.*
137 *Dictum teſtis ex interrogatoria an probet.*
138 *Iudicis officium circa iuramenti teſtium præſtationem.*
139 *Teſtium dicta extra cauſſam repudiantur.*
140 *Intellectus l. ſi quis libertatem.7.in fin.ff.de peti. hered.*
141 *Iudex ad inueſtigandam veritatẽ extra articulos interrogare poteſt.*
142 *Teſtis omnia quæ de cauſſa nouit deponere poteſt.*
143 *Dictum teſtis varium,vacillans,contrarium, quid operetur.*
144 *Dictum teſtis contrarium, ſi incontinenti corrigatur, valet poſterius: ſi ex interuallo prius.*
145 *Iterato productus ſi mutet prius dictũ cui ſtandum.*
146 *Teſtib. coram incompetenti iudice examinatis ſi poſtea coram competenti reproducantur priuſue, an poſterius eorum dictum valeat.*
147 *Dicta teſtium pugnantium quæ vis vbi pulchrè diſtinguitur.*
148 *Vnicus teſtis contradicens pluribus quid operetur.*
149 *Teſtib. pluribus inter ſe diſcordantibus quod iudicis officium,& ſeqq. aliquot.*
150 *Teſtium in dignitate collatio.*
151 *Teſtes ponderandi non numerandi.*
152 *Numerus quandoque dignitati præfertur.*
155 *Propenſiores ad liberandum quàm ad obligandum ſumus.*
156 *Fauor cauſſæ fauorem rei ſuperat.*
157 *Conuenientia teſtium dicta ſuſpecta quomodo intelligantur.*
160 *Dictum teſtis ſingularis non probat.*
161 *Dictum teſtis ſingularis quo caſu valeat & probet. & num.163.*
162 *Dictum teſtis de tempore & loco, ſi ſint de ſubſtantia rei,ſingulare non probat.*
164 *Vnicus teſtis ſemiplenè quandoque plenè probat.*
165 *Dictum teſtis verboſum ſuſpectum.*
166 *Dictum teſtis obſcurum vel ambiguum infirmum eſt & repeti à iudice poteſt vt explicet dictum aliàs abſente vel mortuo iudex explicat.*
167 *Falſum teſtimonium non probat.*
Falſum eſt,ſi veritas occultetur vel mendaciũ dicatur.
168 *Falſitate teſtimonij obiecta ſuſpenditur teſtimonium donec de falſo iudicetur.*

HActenus igitur dictum eſt, qui à teſtimonio 1
vel prohibentur, vel excuſantur, reſtat igitur poſtremum inſtitutę partitionis membrum, in quo eos collocauimus, qui, cùm dixerint, refutantur. Cauſa autem refutationis vel eſt in teſtibus ipſis, vel in teſtimonijs, id eſt, teſtium dictis. † Nam & con- 2
tra perſonas excipimus, & contra ipſarum dicta. Quæ verò exceptiones teſtibus fidem detrahant, necne, regulis comprehendi non poteſt. Ad iudicis officium pertinet, diligenter perpendere, quanta fides habenda ſit teſtibus. l. 3. §. ideoque Diuus. D. h. t. † Sunt igitur nihil aliud hæ exceptiones, 3
quàm

quàm quędã admonitiones, quibus iudex, de conditione teſtium, deq; teſtimonij qualitate, docetur, quò facilius de fide eorum conſtituere apud ſeſe, &
4 deliberare poſsit. † Eodem modo, neq; omnes exceptionum ſiue refutationum cauſſę, tradi poſſunt. l. non poſſunt. 11. D. de legib. Sunt enim variæ & infinitæ, ita vt certa earum ſuisq́ue finibus circumſcripta doctrina non ſit. Generaliores igitur enumerabimus, ex quib. de cæteris, quæ tanquam ſpecies & formæ ſuo generi, his ſubiectæ ſunt, facilè iudicium fieri poteſt.
5 † Primum igitur grauis eſt exceptio, contra infames. Nam quod communi omnium Doctorum ſententia ſtatuitur, propter Accurſ. vt opinor, auctoritatem, in Nouel. de teſtib. §. ſi verò dicatur, in verb. ita ſit, ſub fin. nullos infames regulariter ad teſtimonium admitti, iuri noſtro nequaquam eſt conſentaneum. Quorſum enim prohibitio, vt quibuſdam infamibus teſtimonium dicere liceret, quæ extat in l. 3. §. lege Iulia. D. h. t. ſi nullis omninò liceti Et ſi exceptio facit, ne liceat, neceſſe eſt ibi lice-
6 re, vbi prohibitum exceptumue non ſit. † Præterea quod nonnulli exiſtimarunt, vt notat gloſſ. in ſæpius commemorata l. 3. §. lege Iul. & Azo in Summa hoc eod. tit. infames in criminali quidem cauſſa non recipi, ſecus in pecuniaria, non minus alie-
7 num eſt. † Etſi enim §. lege Iulia, de criminali tantùm cauſſa loquatur, tamen non omnes, ſed quoſdam tantummodò infames, à teſtimonio remouet. Quod autem de quibuſdam ibi dicitur, ad reliquos omnes, & generaliter ad ipſum genus famoſorum transferre. l. 1. D. de teſtib. non patitur. Vult enim ea lex, vt omnes teſtimonium dicant, quibus non
8 interdicitur. † Nunc verò non omnibus infamibus, ſed quibuſdam, teſtimonio interdictum videmus, id quod ex l. quæſitum. 13. D. hoc. tit. apparet. Nam calumniæ in publicis iudicijs damnati, nõ prohibētur teſtimonium dicere in iudicio legis Iuliæ de vi, repetundarum, peculatus, alijsq́ue publicis cauſsis. Multò minus prohibetur, qui mulierem, antequam elugeret maritum, duxerit, aut eiuſmodi alij, leuioris alicuius delicti cauſſa, infamia notati.
9 † Præterea conſtat, facilius quem admitti ad teſtimonium in cauſſa capitali, quàm pecuniaria. argu.
10 l. qui teſtamento. 20. §. mulier. D. de teſtam. † Et ratio hæc eſt, quòd maior in capitalib. cauſsis, quàm pecuniarijs, ſoleat eſſe teſtium penuria, cùm pecuniariæ maximam partem ex contractibus oriantur, qui non ſortuitò, ſed conſultò, teſtibus aduocatis, celebrari ſolẽt. Qua de cauſſa, in ijs potiſsimum teſtes adhibētur, qui illæſa exiſtimatione & omni exceptione ſunt maiores. Nam quod Iuſtinianus in Nouel. de teſtib. §. ſancimus. conſtituit, ad contractus præcipuè pertinet, aliasq́ue teſtationes, quæ data opera teſtibus corrogatis fiunt, quemadmodum intelligitur ex eo, quod ibidem ſcribit, ſatis magnã eſſe bonorum virorum copiam, vt neceſſe non ſit, quemlibet ſine delectu accerſere. Quę ratio in cauſſis criminalibus locum non habet: Accipiendus enim quiſque eſt, vt ſe obtulit, cùm delictum admit-
11 teretur. † Vt igitur totam hanc de infamibus diſputationem in pauca contraham, teſtamentaria, aliorumq́ue negociorum & contractuum, qui dedita opera & conſultò fieri ſolent, teſtimonia, planè infamibus interdicta exiſtimo, non quidem iure veteri, ſed nouo Iuſtinianeo in dict. §. ſancimus. † De 12
hæreticis tamen, qui in l. 1. C. de ſum. trin. inter infames numerantur, nihil à Iuſtiniano mutatum, ſed quod antea de ijs in l. quoniam. 11. C. de hæret. ab ipſo conſtitutum erat, retentum conſeruatumq́ue arbitror. Neque id mirum eſt, cùm longè alia ratio ſit hæreticorum atque aliorum infamium. † Non 13
enim ob delictum hæretici infames dici poſſunt. Nam cùm delicta maximam partem ex animo cenſeantur. l. illud. 3. §. 1. D. de iniurijs. & l. qui iniuriæ. 55. D. de furtis. tantum abeſt, vt hæretici animo delinquendi aliam ſectentur ſectam, vt etiam ſtudio maiori cum pietate Deum colendi illud faciant. Nullus vnquã hæreticus extitit, qui non optimam ſe religionem amplecti, firmiter ſibi perſuaſerit. Plerunque etiam videmus hæreticos & nouæ alicuius ſectæ defenſores vitam agere ad ſpeciem longè honeſtiorem, quàm verè Chriſtiani. Cùm igitur animus delinquendi & dolus in hæreticis nõ ſit, apparet non tam ob delictum ipſos infamia notari, quàm iuſto quodam peruerſo doctrinæ odio, vt alij facilius ab ea deterreãtur, ipſi etiam in viam reuocentur. † Et quoniam vita plerunque incul- 14
pabili ſunt, mirum non eſt, quòd teſtamentaria & eiuſmodi alia teſtimonia Iuſtinianus ipſis reliquerit: quæ eadem poſtea tamen à Friderico II. illis adempta arbitror, cùm omnis humanæ ſocietatis cõmunione, cuius certè teſtimonij dictio pars quædam eſt, in totum priuauit per Auth. Gazaros. C. de hæret. † Sed vt ad genus ipſum famoſorum re- 15
deam, quantum ad iudicialia teſtimonia pertinet, diſtinguendum arbitror, & duo infamium genera conſtituenda, vt ſcilicet alij prohibeantur ipſo iure, ne ſcilicet omninò dicant, qui commemorantur in l. 3. §. lege Iulia. D. hoc tit. alij religione iudicis, non vt non dicant, ſed cùm dixerint, vt fides eis nõ habeatur. Quod enim legibus omiſſum eſt, non omittetur religione iudicantium: ad quorum officiũ pertinet, eius quoque teſtimonij fidem, quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. l. quæſitum.
13. D. hoc tit. † Non tamen omnibus notatis æqua- 16
liter fides derogãda eſt: Alijs minus, alijs magis credi oportere exiſtimo. Nã calumniæ præuaricationisue cauſſa damnato, minus certè adhibendum eſt fidei, quàm qui filiam ſuam, antequam virum elugeret, collocauit. Omnis enim præuaricator perfidus eſt. Omnis calumniator mendax. Qui verò ſemel à fide & veritate deflexit, non maiore religione ad periurium, quàm ad perfidiam & mendacium perduci conſueuit. † Et ferè nihil inter periurum 17
& perfidum aut mendacem intereſt. Nam qui mentiri ſolet & fidem fallere, peierare conſueuit. Qui vt mentiatur & fidem fallat induci poteſt, vt peieret exorari facilè poterit. Et ita iudicandum de reliquis. † Atque hæc quidem ſecundum ius ciuile ita 18
rectè dicuntur, à quo ius canonicum planè diſſentire videtur, dum infames omninò repellit. c. teſtimonium. 54. hoc. tit. & c. 1. de except. † Sed tamen, 19
meo iudicio, vel nulla diſcrepantia eſt, vel ſaltem huiuſmodi, quæ facilè tolli poteſt. Eos tantum à teſtimonio remouet, qui criminis damnati, conuicti aut accuſati ſunt, vel quos crimen admiſiſſe publicè conſtat, quos & ciuili iure planè teſtimonio pro-

hiberi ſuprà ſuo loco diximus. Et hoc eſt quod ſcri
bit Vinc. apud Spec. §. *1*. verſ. ſi autem agitur crimi-
naliter hanc iuris canonici prohibitionem non in-
telligendam eſſe generaliter de omnibus, ſed de ijs
tantum, qui infames ſunt propter crimen, quod ſua
ſponte perpetua infamia ſequitur. Quę cùm ita ſint,
concludo contra infames, quibus teſtimonio inter-
dictum non eſt, exceptionem tamen competere,
cuius ea vis eſt, vt facilè ſine tormentis fides non ha-
beatur. l. ob carmen. *21*. §. ſi ea. D. h. tit. & §. ſanci-
mus. Nouel. eod. quod & Azo in ſumma ample-
ctitur.

20 Neque tamen ſolùm contra infames, ſed genera-
liter contra omnes, quorum vita culpabilis eſt, ex-
cipi poteſt. Intereſt enim litigantis, iudicem de vita
teſtis erudiri, quippe quæ fidem vel addere, vel de-
21 trahere ſoleat. † Exploranda eſt teſtium perſona,
an honeſtæ & inculpatæ vitæ, an verò notatus quis
& reprehenſibilis ſit. l. *3*. D. h. t. Et notum eſt illud
Hadriani Imp. quod ibidem commemoratur: teſti-
bus ſe, non teſtimonijs crediturum. Non enim in-
genioſi, periti aut etiam æqui iudicis eſt, quoniam
teſtes dicunt, ſine vlla dubitatione: credere, ſed v-
namquamque rem æſtimare, ſuoq́; momento pon-
derare. Quod ſi lege aut iudicis officio præſcriptũ
eſſet, teſtibus ſine delectu credere, nihil eſſet, cur a-
lius alio iudice melior, aut ſapientior exiſtimare-
22 tur. † Verum enim eſt, vt inquit Cicero, & ſimplex
aurium iudicium, promiſcuè ac communiter ſtul-
tis ac ſapientibus à natura datum. Hoc igitur eſt, vbi
elucere poſsit prudentia, vbi diſcerni ſtultus audi-
tor & credulus ab religioſo & ſapiente iudice, nimi-
rum illud, in quo ea quæ dicuntur à teſtibus con-
iectura & cogitatione traduntur, quanta auctorita-
te, quanta fide, quãta religione, quanto ſtudio exi-
ſtimationis bonæ quæque dicantur. Quæ cùm ita
ſint, operæpretium eſt de teſtibus excipere, deque
23 eorum perſona diligenter iudicem erudire. † Hic
verò notandum eſt, quòd ſi quis teſtibus vſus fue-
rit, ijdemq́ue teſtes aduerſus eum in alia lite produ-
24 cantur, quod refutare nullo modo poteſt, † niſi o-
ſtenderit inimicitias poſtea interueniſſe, aut pecu-
nia corruptos eſſe. l. ſi quis teſtibus. *13* C. h. t. Quod
rectè Azo in ſumma hoc t. de omni ſuperueniente
cauſſa interpretatur, vt ſi fortè poſtea iudicio pu-
blico damnatus, ignominiaue notatus, vel in inho-
neſtam vitam delapſus quiſpiam ſit, aut in aliam
cauſſam deuenerit, quæ exceptioni locum faciat.
Summa autem æquitate hoc nititur, vt quo quis cõ-
tra alium teſte vſus eſt, eum contra ſeipſum quoq;
produci patiatur. argum. l. *1*. quod quiſq; iuris. Quo
enim ore, aut qua fronte quiſpiam ei negabit credi
oportere, quem ipſe fidei faciendæ cauſſa produxe-
25 rit. † Interim tamẽ liberum ei relinquitur, teſtimo-
nium ex depoſitionibus arguere, vt ſi fortè variè,
incõſtanter, præmeditatè, aut alio quodam modo,
qui ſuſpicionem moueat, quippiam dixiſſe depre-
26 hendatur. d. l. ſi quis teſtibus. C. h. t. † Idem dicen-
dum eſt, ſi quis contra eum excipere velit, quo an-
tea iudice vſus eſt, vel quo vti volebat. Eſſet enim
inauditæ cuiuſdam impudentiæ, eum teſtẽ impro-
bare, quem iudicem probaris, ei negare credi opor-
tere, cui ipſe non ſolùm credideris, ſed totius nego-
tij diſceptationem commiſeris, eius denique teſtis
fidem infirmare, propter cuius fidem & religionem
alia in cauſſa teſtes compararis. † Quanquam hoc 27
non generaliter de omnibus, ſed de ijs tantum iu-
dicibus, qui communi partium iudicio & conſen-
ſu veterum inſtituto ſumuntur, intelligendum eſt:
Cùm nulla ſit ratio, quamobrem ijs, qui neceſsita-
te accipiuntur, & ſæpè alteri partium iniquiſsimi
ſunt, tantum honoris tribuatur.

Tertiò cognationis & affinitatis ratione etiam 28
exceptio datur. Sunt enim cognati & affines in cau-
ſa cognati vel affinis maximè ſuſpecti, ita vt vel pa-
rum, vel etiã nihil fidei illis habeatur: qua in re ne-
ceſſe eſt iudex ingenij ſui vires oſtendat, diligen-
terq́ue omnia antè circunſpiciat & cõſideret, quàm
fidem huiuſmodi teſtibus adiungat. l. *3*. D. h. t.

Quartò excipi poteſt de amicitia. Amicus enim 29
amico benè velle exiſtimatur, atq; adeò fratris lo-
co cenſetur. arg. l. nemo dubitat. *58*. D. de hær. in-
ſtit. † Amicorum autem appellatione accipimus 30
non leui notitia coniunctos, ſed quibus ſunt iura
quædam communia, honeſtis familiaritatis quæſi-
ta rationibus. l. latæ. *223*. D. de verbo. ſig. Latè igi-
tur amicorũ nomen patet, ita vt non facilè fami-
liaritatis aut amicitiæ cauſſæ omnes numerari poſ-
ſint. neq; verò etiam neceſſe eſt, monuiſſe tantum-
modò in genere ſufficiat. † Huc quoque coloni no 31
ſtri & inquilini, qui ſeparatim à nobis habitant, re-
ferri debent. Neque enim domeſtici ſunt. Itaq; re-
ctè quidem ad teſtimonium admittuntur, ſecundũ
Vbert. apud Spec. §. *1*. verſ. domeſtici. h. tit. ſed mi-
nus fidei eis habebitur, propter ſuſpicionem fauo-
ris & beneuolentiæ, qua dominũ fundi aut ædium
proſequuntur. † Nemo autem propter amicitiam, 32
quantumuis illa magna ſit, à teſtimonio pellitur,
exceptis parentibus, liberis & coniugibus, quos vnà
cum affinibus & cognatis amicis ſeparamus. Quod
verò Spec. §. *1*. in prin. h. t. in cõtrariam ſententiam
inclinat, non placet, cùm videam ex l. *3*. in prin. h.
t. alijsq́ue ab eo locis citatis nequaquam illud effi-
ci, aut defendi poſſe. † Hoc igitur ſolum amicitia 33
operatur, vt teſtimonium ſuſpicione nõ careat, cui
conſentaneum eſt, quod dicit Cyn. poſt Petr. in l.
eos. C. h. t. amicum non tam plenam facere proba-
tionem atque alium.

Quintò exceptionem quoque præbent inimici- 34
tiæ, non capitales, quæ planè à teſtimonio pellunt,
ita vt exceptione vel refutatione opus nõ ſit, ſed le-
niores, verbigratia, ſi fortè pecuniaria controuerſia
inter reum & teſtẽ exorta ſit. Auth. ſi teſtis produ-
ctus. §. ſi verò dicatur. C. h. t. & ibi. gl. in verb. ini-
micus. & Nouel. de teſtib. §. ſi verò quis dicat. Vel ſi
qua alia offenſionis cauſſa interuenerit. Generali-
ter enim omnes inimicitiarum cauſſas complecti-
mur, quò pertinet c. repellãtur. *7*. & c. meminimus.
13. de accuſ. † Ratio prodita eſt à Iuriſconſulto in 35
l. *1*. §. præterea. D. de quæſt. quia inimici facilè men
tiantur, propter innatam cuique vlciſcendi cupidi-
tatem, ita vt ſapienter iuris noſtri auctores hanc ini-
micitijs viam præcluſerint, quem quiſq; odiſſet, ne
eum teſtimonio poſſet opprimere. Neq; tamen hæc
ita dicuntur, quaſi planè propter inimicitias nulla
fides haberi debeat. † Cauſſa enim cognita, fides ha 36
benda, aut nõ habẽda. d. l. *1*. §. pręterea. D. de quęſt.
Hoc verò ad officium, prudentiamq́; iudicis perti-
net,

net, qui ſcire debet, quanta fides habēda ſit teſtibus.
37 † Neceſſe autem eſt cauſſam offenſionis reddere:
qui de inimicitijs opponit, cauſſam earum reddere
38 & probare debet. † Scire enim eſt rem per cauſſas co
gnoſcere: & allegatum quid eſſe in iudicio non ſuf-
ficit, niſi probetur. argu. l. ſi manumiſſus. C. de li-
39 bert. & eor. lib. & l. ſiue poſsidetis. C. de ꝓba. † Sed
quid ſi olim dicantur fuiſſe? Idem dicendum exiſti-
mo. Creduntur enim perſeuerare, niſi reconciliatio
Interueniſſe probetur: Et periculum eſt, ne oblata
occaſione veteres iniurias quis velit vlciſci. Manet
enim plerunque alta mente repoſtum iudicium
Paridis, ſpretæque iniuria formæ.

40 Sextò excipitur quoq; contra eos ad quos non-
nihil emolumenti ex victoria cauſſæ redundat, non
principaliter, quo caſu in totum teſtimonio prohi-
bentur, per l. nullus idoneus. 10. D. h. tit. & l. omni-
bus. C. eod. ſed per conſequentiam, ſiue, vt Accurſ.
41 loquitur, ſecundariò. † Venditor igitur grauiter
ſuſpectus eſt, ſi dicat pro emptore, cùm de euictio-
ne tenetur: quo caſu victo emptore, illi quoque bi-
duum, tanquam in re propria ad appellandum pręſ-
ſtituitur. l. ab executore. 4. §. alio condemnato. D.
de appel. iuncta l. 1. §. in propria. D. quando appel.
42 ſit. † Quòd ſi verò periculum euictionis non ſuſti-
neat, rectè quidem teſtificatur, & fidem facit, vt re-
ctè notat Accurſ. ad d. l. nullus idoneus. & exem-
plum eſt in l. eos terminos. pen. D. fini. reg. ſed non
tantam atq; alius. Eius namque teſtimonium omni
ſuſpicione non caret, quòd ſucceſſori fauere exiſti-
metur, illique rem à ſe venditam conſeruare velle.

43 Idem dicendum de donatore, ſi euictio eius pe-
riculo ſit, vt ſi de ea promiſerit, vel fortè rem alie-
nam dolo dederit. l. Ariſto. in fi. 18. D. de donat. l. 1.
C. de iur. dot. l. 2. C. de euict. & l. ad res donatas. 26.
D. d. t. Quod quidem Ange. conſ. 284. ſimpliciter
ſequitur: Romanus verò conſ. 373. etiamſi euictio-
nis periculum ad auctorem non pertineat, tamen
propter affectionis ſuſpicionem æquè repellit. Sed
44 malè. † Fateor quidem aliquid eſſe ſuſpicionis. Vi-
detur enim velle ſuum beneficium, vel rem à ſe ven
ditam tueri, ſed non tantum ſuſpicionis ſubeſt, atq;
ſi de euictione teneretur, quo caſu nihil, illo verò
aliquantum fidei adiungendum auctori exiſtimo.
Fidem igitur facient venditor & donator, ſi euictio
ipſorum periculo non ſit, ſed non tantum atq; alij,
propterea quod fauere videantur illi, cui de re à ſe
45 vendita, vel donata controuerſia eſt. † Similiter ſu-
ſpecti ſunt fideiuſſores, mandatores, atque id genus
alij, ſi pro debitore teſtimonium dicant. Intereſt e-
nim ipſorum, debitorem vincere. Quod tamen nó
vſquequaq; verum eſt. Nam ſi principalis debitor
ſoluendo ſit, rectè pro eo fideiuſſor teſtificabitur,
propterea quòd extra periculum ſit, cùm iure nouo
principalis debitor primùm excutiatur. Nouel. de
fideiuſſorib. 4. qui ſi fuerit ſoluendo, & fideiuſſor
beneficio illius noui iuris non renunciarit, teſtimo-
nium pro debitore latum, aliquod pondus habe-
bit: Quòd ſi verò ſoluendo non ſit, quia tum ipſius
eſt periculum, non tantum ſuſpectus teſtis erit, ſed
omninò nullius fidei teſtis erit, cùm quodammo-
dò propria ipſius cauſſa ſit, deque ſuo commodo &
incommodo omninò agatur.

46 Eodem modo ſuſpecti ſunt vaſalli & emphy-
teutæ, cùm de re emphyteutica vel feudali domino
controuerſia eſt, vel etiam vice verſa. Semper enim
vtriuſque quodammodò propria cauſſa videtur, vt
rectè docet Io. And. in addi. ad Spec. § 1. verſ. quid
de venditore. nu. 78. Quod verò in venditore, do-
natore, fideiuſſore, vaſallo & emphyteuta obtinere
diximus, ad genus vniuerſum transferendum erit,
vt vbicunque vel commodi aliquid ad teſtem re-
dundare conſtiterit, vel etſi nullum commodum,
ſimilem tamen aliquam gratiæ & beneuolentiæ te-
ſtis, erga alterutram partium, cauſſam ſubeſſe con-
ſtiterit, eius teſtimonium, vel nullam omninò fidē
faciat, vel ſaltem ſuſpicione non careat. Neque e-
nim fieri poteſt, vt omnes cauſſarum ſpecies & for-
mæ recenſeantur, ſummatim monuiſſe ſufficiat.
† Soli excipiuntur legatarij & fideicómiſſarij, quo- 47
rum teſtimonia in teſtamentis legib. recepta ſunt,
quemadmodum ſuprà à nobis eſt expoſitum.

Septimò propter teſtis paupertatem competit 48
exceptio, cùm quis minus quinquaginta aureis poſ-
ſidet. l. nonnulli. 10. D. de accuſ. Eſt enim veriſimi-
le pauperes lucri cauſſa facilè quicquam admitte-
re. l. 3. §. 1. D. h. t. Non tamen propter paupertatem
ſolam fides vtique teſtibus detrahenda eſt, ſed dili-
genter inquirendum cuius exiſtimationis, vitæ, &
inſtituti ſint. argum. l. cùm ij. 8. §. in perſona. D. de
tranſact. an fraudulenter agere conſueuerint. l. ſi
creditores. 15. D. de priuileg. cred. Et ſi quid huiuſ-
modi deprehenſum fuerit, tum primum fides de-
roganda erit. † Paupertas enim ſola ſuſpectum nó 49
facit, ſi mali mores & fraudulenta conuerſatio non
accedat. §. vlt. Inſti. de ſuſp. tut. l. ſuſpectus. 8. D. d.
t. l. ſi creditores. 15. D. de priuileg. cred. & l. in po-
ſtulandis. 5. C. de ſuſp. tut. Cùm enim diuitię inſta-
biles fortunæ bona ſint, nihilque cum fide, grauita-
te, conſtantia commune habeant, non poſſumus ob
illarum amiſsionem, animi quoq; dotes, quæ nulla
vi, nulloq; caſu eripiuntur, imminuere, aut ſublatas
exiſtimare, niſi alia fraudis indicia in medium pro-
ferantur. † De tota autem hac re, & pauperi quan-
do credatur. vide Alex. conſ. 15. volu. 3.

Octauò datur quoq; exceptio ratione conditio- 50
nis teſtium, quòd infimæ ſortis homines, humiles
atque abiecti ſint. Quod tamen non eò pertinet, vt
fides illis omninò non habeatur, ſed ne habeatur
tanta atque nobilioribus. Eſt enim inter teſtes ma-
gnum diſcrimen, cùm iuniori vtiq; ſenior, amplio-
ris honoris inferiori, mas fœminæ, ingenuus liber-
tino præferatur. argu. l. vlt. D. de fid. inſtr. & l. 3. in
princ. & §. ideoq; Diuus. D. h. titu. iuncta nouel. de
teſtib. §. ſancimus. & textus eſt in l. iuriſiuran. 8. C.
eod. Itaque operæpretium eſt, de teſtis ſtatu & con-
ditione excipiendo iudicem luculenter inſtruere.

Nonò refellitur quoque teſtis, quòd ignotus ſit. 51
Primùm iudici. Nam quia ille ſcire debet, quanta fi-
des habenda ſit teſtibus, noſci eos à iudice neceſſe
eſt. gloſſ. in l. 3. in verb. quanta fides. D. h. t. qua de
cauſſa conſuetudine inductum eſt, vt nomen, ætas,
domicilium, condirio, facultates & eiuſmodi alia à
teſtibus exquirantur, ex quibus iudici innoteſcant:
quod cùm factum fuerit, non amplius ignoti teſtes
iudici habebuntur. Neque enim fieri poteſt, maio-
rem vt iudex omnium teſtium notitiam habeat. At-
que hoc in iudicialibus teſtimonijs tantum locum

52 habet. † Cùm verò inſtrumentis ad iudicem rei ge-
ſtæ fidem facimus, non neceſſe eſt, teſtes, qui ſcri-
bendo inſtrumento affuerunt, iudici notos eſſe, ſed
ſatis eſt, cùm negotium gereretur, contrahentibus
notos fuiſſe. Neq; enim iam teſtes à iudice exigun-
tur, ſed inſtrumento, ſi ex legum pręſcripto factum
ſit, creditur. Atque ita intelligendum eſt, quod ſcri
53 bit Accurſ. ad l. vlt. C. de iur. delib. Ignotis teſtibus
credi, cùm probatio fit inſtrumentis. † Deinde re-
futatur teſtis, quòd ignotus ſit partibus. Nam ſi de
facto quæratur, quilibet nouiſſe debet eum, quem
quid pro teſtimonio feciſſe dicit. Ita hæres in cōfe-
ctione inuentarij, teſtibus notus eſſe debet. d. l. fin.
54 §. ſubſcriptionem. C. de iur. delib. & Nouel. de hæ-
red. & falcid. §. ſi verò abſunt. † Et cùm contrahi-
tur, negotiumue geritur, noti teſtibus eſſe debent cō
trahentes, & vicisſim contrahentibus teſtes. Nouel.
de fid. inſtr. 73. §. oportet verò. Quò pertinet quod
dicitur in Nouel. de teſtib. §. 1. ad teſtimonium non
eſſe recipiendos homines obſcuros, ſed tales, qui ab
alijs, ſi neceſſe ſit, ſuæ vitæ teſtimoniū habere poſ-
55 ſint. † Non tamē ſemper neceſſe eſt, vt partis vtriuſ-
que notitiam teſtis habeat: ſatis eſt, ſi eam nouerit,
quam quid feciſſe dicit: Verbi gratia, ſi teſtis in rei
vindicatione dicat, decem vel viginti annos quem-
piam poſſediſſe, vſum eſſe, fructus ex fundo Cor-
neliano percepiſſe, non neceſſe eſt etiam vindican-
tis, ſed ſatis eſt, ſi poſſeſſoris notitiā habeat, quem-
admodum hæc rectè diſtinguuntur ab Accurſ. in l.
3. §. ideoq; Diuus. in verb. quanta fides. D. h. t. Non
tamen exactam notitiam requirimus, ſed eam tan-
tummodò, quæ omnem errorem poteſt excludere.
56 Sed hæc de teſtium perſonis hactenus: nunc qui-
bus ex cauſsis dicta ipſorū extenuentur, explican-
dum eſt. Prima autem & potiſsima omnium eſt, ſi
iniurati dixerint. Teſtibus enim, abſque religione
iuriſiurandi non creditur, quacunque etiā vitæ ſan-
ctimonia & religione, quocunq; etiam honore prę-
ditis. l. iuriſiurandi. 8. C. h. t. c. fraternitatis. in fi. 17.
c. tuis. 39. c. nuper. 51. eod. 8. & 3. q. 9. c. hortamur.
57 † Quod verò Accurſ. in d. l. iuriſiurandi. immuni-
tatem à iurando in dictione teſtimonij Epiſcopis
concedit, in eo ab Auth. ſed iudex. C. de epiſ. & cle.
deceptus eſt, ex qua poſtrema illa verba, nō tamen
iurent, tollenda ſunt. Primùm, quia conſtat nihil
huiuſmodi in ea eſſe Nouella, ex qua Authen. illa
deſcripta eſt. Deinde, quia nec ius canonicum, nec
etiam fori conſuetudo hanc immunitatem epiſco-
pis tribuit, quemadmodum apparet ex d. c. nuper.
& Specul. §. ſequitur. verſ. niſi ſit epiſcopus. h. ti. In
eo tantum epiſcoporum cauſſa potior eſt, quod nō
tactis, ſed tantum propoſitis ſacroſanctis euange-
lijs, iuſiurandum iurant. Nouel. de ſanctiſs. epiſco.
§. nulli iudicum, quo ex loco Authentica illa, ſed
iudex. deſumpta eſt. quod idem multò clarius iure
58 canonico proditū eſt in c. vlt. de iureiur. cal. † Con-
ſenſu verò partium à iudice teſtibus remitti iuſiu-
randum poteſt. argument. l. 1. D. de ferijs. & l. vlti.
in fin. C. de temp. appellat. & text. eſt in d. c. tuis.
39. h. t. Neq; obſtat l. quoties. 14. D. de iureiurand.
neque l. 2. §. ſed quia. C. de iur. prop. cal. dan. Lon-
gè enim alia ratio eſt iuramenti calumniæ, atque
eius quod præſtatur à teſtibus. Illud litigatores ipſi
in propria cauſſa: hoc teſtes in aliena præſtant. Iam
verò nemo non facilius exiſtimatur in ſua cauſſa ca
lumniaturus, q̄ in aliena falſum dicturus. † Præ- 59
terea conuentio de iuramento calumniæ remitten-
do, apertè eſt contra bonos mores, nō minus, quàm
cum à contrahentibus pactio fit, ne dolus præſte-
tur. l. contractus. D. de regul. iur. Habet enim ca-
lumniandi animum, qui eius iuramenti gratiam pe
tit. Non igitur mirum eſt, ſi remitti non poſsit, cùm
conſtet eiuſmodi pactiones, quæ ſunt contra bo-
nos mores, & publicam honeſtatem, non tolera-
ri. † Quod verò à DD. quæritur, ſi teſtis iniuratus 60
depoſuerit, & poſtea ea ſic ſe habere iuret, an iura-
mentum valeat, ridiculum videtur. Nemo enim iu-
dex iniuratum teſtem interrogabit, niſi & iuris &
conſuetudinis fori & tribunalium admodum igna-
rus, quod de iudice exiſtimari non licet. Si tamen
de facto ita contigerit, probo eorum ſententiam,
qui etiam propter ſubſequens iuſiurandum teſti-
monio fidem tribuendam exiſtimant.
Secundò teſtiū dicta ex eo imminuuntur, quòd 61
aduerſarius non fuerit præſens cùm teſtes recipe-
rētur. Intereſt enim eius adeſſe & ad articulos, quo-
rum probatio exigitur, ſua interrogatoria exhibe-
re, quò ſibi faciliorem teſtimoniorum refutationē
comparet. Sufficit autem eſſe vocatum, etſi non ve-
nerit, niſi iuſta de cauſſa venire non potuerit. l. ſi
quando inuitos. 15. & Auth. ſed ſi quis. C. hoc titu.
† Præſentia autem aduerſarij in teſtium productio- 62
ne & iuramenti pręſtatione tantum requiritur, non
etiam in ipſa depoſitione, quod tamen nonnullis
placuiſſe video. Etſi enim dict. Auth. ſed ſi quis.
cum c. 2. hoc titu. & c. in primis. verſicu. quia igitur
Stephanus. 2. q. 1. etiam ad ipſam depoſitionem te-
ſtium admittere aduerſarium videatur, tamen re-
ctè vbique glo. & iudiciorum conſuetudo hoc re-
pudiat, propter l. nullum. 12. C. hoc tit. c. venerabili.
52. & c. inquiſitionis. 21. de accuſ.
Tertiò opponitur, quod teſtis non ſit rogatus, 63
in ijs nimirum cauſsis, in quibus vt rogentur teſtes
neceſſe eſt, veluti in teſtamento, fideicommiſſo, ſo
lutione, factæque ſolutionis confeſsione, pecuniæ
depoſitione & diuortio. l. hæredes. 22. §. penultim.
D. de teſtam. l. Diuus. 25. & ibi. Accur. in verb. con-
uocatis. D. de mil. teſtam. l. Pamphilo. 34. §. 1. D. de
leg. 3. Auth. rogati. C. hoc ti. Nouel. de teſtib. 90. §.
& licet. Nouel. 73. de fid. inſtrumen. §. ſi quis igitur.
l. nullum. 9. D. de diuort. † Quod ſi igitur in eiuſ- 64
modi negotia quiſpiam ſe ingeſſerit, aut fortuito
interuenerit, fidem non faciet. In alijs vero cauſsis,
in quibus ex lege rogati teſtes non requiruntur, hęc
exceptio ceſſat. Regulariter enim teſtes de iure non
rogantur, cùm ad fidem rei geſtæ faciendam etiam
non rogatus teſtis habeatur idoneus. l. ad fidem. D.
hoc. tit. Vſu tamen & conſuetudine obtinuit, vt ad
conſcribendas teſtationes, ſiue inſtrumentorū con-
fectiones, teſtes corrogentur. Solet ſemper illis ap-
poni teſtes fuiſſe rogatos. † Quanquam id ſæpius 65
maioris cautionis ergò fit, quàm quod ita de facto
ſemper contingere ſoleat. Hermenopulus libr. 1. tit.
6. d. l. ad fidem. de ſolis fortuitis caſibus exponit,
& in contractibus, alijsque teſtationibus, rogatos
teſtes requirit. Quod receptæ conſuetudini conſen-
taneum eſt, & à nouo Iuſtinianeo iure, quod ꝓdi-
tum eſt in ſæpius commemorata Nouel. de teſtibus.

§. &

66 §. & licet. non alienum. † Etſi enim Iuſtinianus de
ea tantum ſpecie agat, cùm creditor per confeſsio-
nem debitoris debitum, vel debitor per confeſsio-
nem creditoris, ſolutionem debiti probare vult: ta-
men generaliter fortuita teſtimonia tanquam ſu-
ſpecta reprobat, vt rectè dicatur hanc Iuſtiniani le-
gem in omnibus negotijs, quæ data opera & præ-
meditatè peraguntur, valere, & non niſi teſtes ro-
gatos in ijs adhibendos eſſe.

67 Quartò opponitur, quòd teſtis inuitus adfuerit,
cùm negotium, de quo controuerſia eſt, gereretur.
Quando enim teſtimonium perhibere debitum nó
eſt, ſed officium. l. ſed ſi quis. 7. D. quemadmodú
68 teſtam. aper. nemo, vt inuitus alterius negotijs in-
terſit, cogi debet. † Itaque teſtamentum, in quo te-
ſtes inuiti detenti ſunt, non valet. l. qui teſtamento.
20. in fin. D. de teſtam. quod de alijs quoque nego-
tijs, quæ adhibitis teſtibus peraguntur, dicendum
69 eſt: † Si tamen voluntarij teſtes non reperiantur,
magiſtratus cuiuſque loci, ea de re poſtulatus, ex
officio præbebit, eisq́ue teſtimonium imperabit,
quò facilius negotia explicentur & rerum probatio
ſalua ſit. l. curent. 27. D. hoc tit.

70 Quintò ſi quis ad teſtimonium vltrò, à iudice nó
vocatus, proſilierit. Cupidi enim teſtis notam ef-
fugere non poteſt, cùm eo ipſo, quod operam ſuam
ingerit, in ſuſpicionem odij veniat. argum. l. quæ
omnia. 25. §. 1. D. de procurat.

71 Sextò, quod iudex in criminali cauſſa teſtium
examinationem alij mandarit. Quia enim, vbi de
hominis ſalute agitur, de crimine cómiſſo euiden-
ter, atque adeò luce meridiana clarius ipſi iudici có-
ſtare debet. l. addictos. 29. C. de appel. & gloſſ. in l.
vlt. C. de probat. rectè noluerunt legis latores iudi-
cem in cauſsis capitalibus ſuas vices alij delegare.
Auth. apud eloquentiſsimum. C. de probat. & §.
quoniam. Nouell. 90. de teſtib. Quò pertinet quod
dicitur in l. 3. D. hoc ti. aliam eſſe auctoritatem pręe-
ſentium teſtium, aliam teſtimoniorum, quæ recita-
ri ſolent. Et notum eſt illud imperatoris Hadriani,
teſtibus ſe, non teſtimonijs crediturum, quod præ-
cipuè de capitalibus cauſsis intelligendum eſt.

72 Septimò, quòd ante litem conteſtatam teſtes re-
cepti ſint. Priuſquam enim audita fuerit reſponſio
aduerſarij, vtrum neget aut fateatur intentionem,
producendis teſtibus locus non eſt. c. quoniam. vt
lite non conteſt. Bart. in l. ſi quando. C. de teſtib.
Quia tamen ſæpè contingit, vt noſtra multum in-
terſit, ne differatur teſtium examinatio, multi ca-
ſus excipiuntur, in quibus contra vſitatum iudicio-
rum ordinem, etiam ante litis conteſtationem te-
ſtes producuntur, quos commemorat Specula. §. 2.
73 hoc tit. † Præcipuum verò locum inter ipſos obti-
net, cùm ad perpetuam rei memoriam teſtes exa-
minantur, ad petitionem eius, qui veretur ne ſibi a-
liquando de re quapiam à ſe poſſeſſa, controuerſia
fiat, & ne mortuis ijs, qui de ſuo iure ſciunt, in cauſ-
ſa ſuccumbat. Ne igitur huiuſmodi poſſeſſores iu-
re ſuo priuentur, hoc illis extraordinarium reme-
dium conceditur, vt teſtes ipſorum ſtatim recipian-
tur, eorumq́ue dicta publicentur. c. ſignificauit. 41.
74 de teſtib. † Quod beneficium aliquando actoribus
quoque tribuitur, ſi de morte, aut diuturna teſtium
abſentia timeatur. Hoc enim ſi eueniat, ne veritas
occultetur, & probationis copia fortuitis caſibus
ſubtrahatur, ſenes & valetudinarij & alij teſtes, de
quibus ex aliqua rationabili cauſſa timetur, etiam
lite non conteſtata admittuntur, ita tamé, vt ſi actor
intra annum, quo potuerit, aduerſarium non con-
uenerit, atteſtationes ſic receptæ concidant. dict. c.
quoniam frequenter. in princ. vt lit. non conteſt.

Octauò, quòd teſtes producti ſint poſteaquam 75
atteſtationes publicatæ & cognitæ, vel etiam aduer-
ſarij exceptiones intellectæ ſunt. Nam qui tertiò,
iterum, vel etiam ſemel teſtes produxit, ſi dicta te-
ſtium iam productorum, vel aduerſarij exceptio-
nes cognouerit, ad aliam productionem non ad-
mittitur. Periculum enim eſt, ne priora teſtimonia
emendet, confirmet, quodq́ue illis ad cauſſam ob-
tinendam deeſſe intellexerit, teſtibus ſubornatis
adiungat. † Si verò res integra fuerit, nihilq́ue ho- 76
rum cognouerit, alios producere nó vetatur, dum-
modò, ſi quartam productioné petat, primùm iu-
ret, ſibi neque priora teſtimonia, neque aduerſarij
exceptiones cognitas eſſe, ſe abſq; vlla fraude, ma-
litia, & machinatione, ſui tantum iuris conſeruan-
di cauſſa, quartam dilationem petere, omnia iuxta
formam Authent. qui ſemel. C. de probat. quæ de-
ſcripta eſt ex Nouel. de teſtib. §. quia verò multi. &
c. in cauſsis. & c. ſignificarunt. 36. cum c. penultim.
hoc tit. & vbique gloſſ. Canon. & DD.

Nonò, quòd teſtis antea in eadem cauſſa teſti- 77
monium dederit. Vetantur enim teſtes iteratò pro-
duci. l. produci. 23. D. hoc tit. ne priora teſtimonia
ab ipſis corrigantur, emendentur, augeantur. d. §.
quia verò multi. Aliquando tamé iteratio permit-
titur, ſi aduerſarius priora teſtimonia admittere no-
lit, ſed denuò produci deſideret. l. vlt. C. hoc t. & c.
cùm cauſſam. 37. eod. Deinde ſi interrogentur ſu-
per articulis, qui de nouo emerſerint. c. fraternita-
tis. 17, h. t. Tertiò ſi fortè non ſatis accuratè de om-
nibus fuerint interrogati. c. per tuas. 48. h. ti. Quar-
tò ſi adeo cófusè depoſuerint, vt ex ipſorum dictis
veritas deprehendi nó poſsit. c. cùm clamor. 53. d. t.

Decimo opponi poteſt, quod non ſeorſim & ſe- 78
cretò interrogati fuerint. Quia enim ad veritatem
inueſtigãdam multum intereſt, vt alter alterius te-
ſtimonium nó cognoſcat, quod facilè illud ſeque-
retur, quo alterius conſenſu adiutus, maioré fidem
ſibi adiungeret, optima ratione conſtitutum eſt, vt
Danielis exemplo ſeparatim quiſque audiatur. l.
nullum. 12. C. hoc tit. c. venerabili. 52. de accuſat.
& gloſſ. in c. 2. in verb. audire. hoc titu. & in c. quia
propter. in verb. ſecreto. de electio.

Vndecimo opponitur, quod teſtis ab aduerſa- 79
ſario inſtructus, vel precibus aut pecunia corruptus
fuerit, vel aliquid lucri propter teſtimonium dan-
dum vel non dandum ſenſerit, vel ſperarit, à quo-
cunque demum illud fuerit, ſiue ab aduerſario, ſiue
à quoquam alio. l. ſi quis. 13. in fin. & l. eos. 4. C.
hoc titu. & pertinent eodem l. 1. §. 1. l. & generaliter.
D. de calum. & l. concuſsionis. D. de concuſsio. c.
1. & c. ſicut vobis. 9. eod. † Hæc autem exceptio 80
in eo à cæteris differt, quod & poſt ſententiam, ſi
in proceſſu eius nulla facta ſit mentio, opponatur,
iudicati executione interim ſuſpenſa, vſque dum
de crimine falſi cognitum fuerit. tot. tit. C. ſi ex
falſ. inſtr. & c. licet cauſſam. de probat.

81 Duodecimò opponitur, ſi teſtes probare conati ſint enunciationem negatiuam, cuius per rerum naturam, nulla directa probatio eſt. l. actor. 23. C. de probat. l. aſſeueratio. C. de non num. pec. c. bonæ memoriæ. 23. de elect. c. quoniam contra. 11. in
82 prin. de probat. & c. ſuper hoc. 5. de renunt. † Accurſ. ad d. l. actor. poſt Irnerium hanc rationem aſſert, quia id quod affirmatur, eſt, & iccirco probari poteſt per ſpecies & differentias: quòd verò negatur, non eſt, eamque ob cauſſam cùm nō habeat, neque ſpecies neque differentias, propterea quòd eius quod non eſt, nullæ ſint cauſſæ, effectus, accidentia,
83 probari non poteſt. † Nec tamen hoc vſquequaque verum eſt. Nam videmus & à negante probationem rei negatę exigi in l. ab ea parte. 5. & l. ſi filius. 8. D. de probat. l. ne codicillos. 5. C. de codicill. l. optimam. C. de contrah. ſtip. & l. cum precibus. 18. C. de probat. imo iuſiurandum quoq; neganti, cùm alia probatio haberi nō poteſt, deferri in Nouel. de hæred & falcid. §. ſi verò abſunt. l. 1. C. de ijs qui ad ec-
84 cleſ. & l. fallaciter. C. de abolit. † Quò igitur melius tota hæc doctrina de probatione enunciationū negantium intelligatur, adhibenda eſt diſtinctio, quæ traditur à glo. in d. c. bonæ memoriæ. de elect. Specul. in §. probare. h. t. communiterq; ab omnibus in d. l. actor. C. de probat. vt aliam negatiuam
85 dicamus eſſe iuris, aliam facti, aliā qualitatis. † Negatiuam iuris voco, cùm quod negatur, in mero iure conſiſtit: & rurſus duplex eſt. Aut enim negatur quod creditur iure permiſſum, approbatum, licitum aut rectè factum, & hoc caſu ſemper neganti
86 incumbit probatio, propter præſumptionem iuris, quæ eſt pro aiente. † Vt ibi gratia, ſi procuratoriam exceptionem obijciam, Titiumque procuratorem dari potuiſſe negem, me vtiq; probare oportet. l. in exceptionibus. 19. D. de proba. Ratio hæc eſt, quòd regulariter omnes dari poſſunt, qui non prohiben-
87 tur: vnde edictum de procuratoribus prohibitorium dicitur in l. mutus. 43. ff. de ꝓcurat. † Aliud exemplum eſt in c. cùm apud. 23. de ſponſal. ſi negetur alicui ius eſſe connubij, probari debet impedimentum à negante, quòd regulariter omnibus matrimoniū contrahere liceat, qui nō prohibentur.
88 † Tertiò exemplum eſt in l. ab ea parte. 5. D. de probat. negatur emancipatio ritè facta, & iniungitur probatio neganti, propter vulgatam iuris præſumptionem, qua omnia creduntur rectè facta, vſque dum contrarium doceatur. Huc quoq; pertinet exemplum, quod eſt in c. tertio loco. 5. de probat. inſtrumentū, de quo ibidē agitur, totius capituli conſenſu ſcriptū obſignatumq; creditur, donec aliud à capitulo probatū fuerit. Eodē modo, nihil creditur cōtra voluntatē iudicis, in literis ab eo emiſsis ſcriptum, aut inſertū, niſi probetur. c. inter dilectos. 11. de exceſſ. prælat. Et coniuges poſt factū diuortium, legitimè exiſtimantur ſeparati, donec aliud doceа-
89 tur. c. lator. in fin. de ſent. & re iud. † Sed grauiter his, quæ diximus, obſtat, quòd chyrographum ſiue cautio debitoris nō habetur rata, niſi à creditore numeratio probetur. Si enim debitor pecuniā, de qua ſua manu cautione data creditori cauit, ſibique numeratam teſtatus eſt, biennio proximo numeratam neget, creditor probare tenetur, rem, quemadmodū in cautione ſcriptum eſt, geſtam eſſe. l. aſſeueratio. 10. & tot. tit. C. de nō nu. pe. Quid igitur cauſſæ eſt, quòd minor præſumptio eſt, pro cautione, q̄ pro inſtrumēto, aut alio quopiā actu, cùm tamen pecuniā mutuari, deq; ea cauere, æquè liceat atq; inſtrumentum geſti alicuius negotij conficere? Ne longè abeam, primum aliud eſt inſtrumentum, aliud cautio: hęc ſcriptura priuata, illa publica eſt, ꝑ qua ſemper eſt præſumptio. l. cùm precibus. C. de probat. l. optimam. C. de cont. ſtip. Deinde, vt ne ſit pro cautione ante lapſum biennij, expreſſo iure ſancitum eſt, quodammodò contra ius commune, vſu & neceſſitate vitæ communis ita exigente. Nam cùm ſæpè cautiones emitti ſoleant ad abſentes, & multis modis fieri poſsit, vt etiam non numerata pecunia retineantur, voluerunt Impp. vt biennio proximo à cautione data, non tanta eius fides eſſet de credita pecunia, quanta eſſe ſolet alterius cuiuſdam chirographi, ſed vt, vel condici intra biennium poſſet, vel ſi pecunia ex eo petatur, de non numerata pecunia excipi. † Eadem ratio eſt cautæ & non numera- 90
tæ dotis. Datur marito & ipſius hæredibus, intra annum à diuortio, vel à morte vxoris, ſi intra bienniū matrimonium ſolutum fuerit, non numeratæ dotis exceptio. l. in dotibus. cum auth. ſeq. C. de dote caut. non num. † Reliquis autem omnibus cau- 91
tionibus, ex quacunq; antecedente cauſſa datis, ſtatim creditur, & ſi debitor negare velit, probare cogitur rem aliter geſtam eſſe, atque cautione expreſſum eſt, quemadmodum hoc euidentiſsimè ex l. generaliter. 13. C. de non num. pec. apparet. Summatim in ea traditur, vt ſi cautum ſit de pecunia ex alia antecedente cauſſa, q̄ mutui aut dotis deſcente, eamq; cauſſam promiſſor neget, non iam cauſſæ probatio à creditore, qui cautionem habet, exigatur, ſed vt debitor, ſi ſua confeſsione acquieſcere nolit, probare cogatur, non eo modo, quo cautio concepta eſt, ſed alio, negotium eſſe ſubſecutum: Vnde apparet regulariter quidē omnibus cautionibus fidē haberi, ſed doli omnis cauendi cauſſa, contra cautionem de credita pecunia & dote numerata, intra certum tempus, vel exceptionem vel condictionem competere. † Verùm ad rem redeundo, 92
ſecundam negatiuæ iuris ſpeciem conſtituere poſſumus, cùm quod negatur, iure permiſſum, licitum, approbatum, aut rectè factum non eſt, quod cùm ſit, non neganti, ſed aſſeueranti onus probationis imponitur, quòd non pro aiente, vt in priore negatiuæ iuris ſpecie, ſed pro negante iuris ſit præſumptio, imò ius ipſum: vt ſi quis neget Titium, quòd publico iudicio damnatus ſit, teſtimonij dictionē habere. Quia enim conſtat, teſtimonij dicendi facultatem publico iudicio damnatis, ademptam eſſe, qui volet nihilominus eam Titio cōpetere, probabit, eum fortè à principe eſſe reſtitutum. l. teſtiū. §. lege Iulia. D. h. t. Exemplum etiam nobis ſuppeditat nobilis illa cauſſa Clodiana, cùm Clodius iure occiſus eſſe negaretur, Cicero verò contrarium defenderet, cuius ea de re luculentiſsima extat oratio. Atque ita iudicandum de ſimilibus. † Altera 93
negationis ſpecies eſt, quam facti eſſe diximus, cùm factum negatur, non ius, ex qua rhetoribus ſtatus coniecturalis ſtatus exoritur, quemadmodum ex præcedenti iuridicialis. Et hæc quoque duplex eſt. infinita & finita. † Infinita, cùm nulla adiectione lo- 94

ciaut

ci aut temporis aliquid negatur, verbi gratia, ſi ne-
gem me citatum, quod exemplum eſt in c. bonæ
memoriæ. 22. de elect. item ſi dixerim me cum Ti-
tio non contraxiſſe. Hæ autem poſitiones nullam
95 ꝓbationem, neq; directã neq; indirectam admit-
tũt. † Quia quod in vniuerſum negatur, quod nihil
96 eſſe dicitur, illi quoq; nihil ineſſe, nihil accedere po
teſt. † Qua de cauſſa, ſi teſtis de eiuſmodi enuncia-
tionibus depoſuerit, quamuis dicti ſui rationẽ, quæ
tamen nulla euidens & certa eſſe poteſt, reddiderit,
tamẽ ei fides habenda non eſt. Teſtimoniũ dicendũ
eſt de ijs, quę viſu, auditu aliouе naturali ſenſu per-
cipiuntur. Hæc autẽ nõ citatũ eſſe, non cõtraxiſſe,
ſub ſenſum non cadunt, vt neq; vlla alia, quæ in re-
rum natura eſſe negantur. Qua de cauſſa certa earũ
ſcientia, quã in teſte requirimus, eſſe aut haberi nõ
poteſt. † Finita verò negatio eſt, quæ loco & tempo
re circumſcribitur, vt ſi Titium, qui Romæ Calen-
dis Ianuarij occiſus eſt, à me interfectum negem:
vel menſe Ianuario cum Mæuio me contraxiſſe ne-
gem. Huiuſmodi negationes probantur, ſed indi-
97 rectò. † Obiter ſciendum eſt, quod ad hunc locum
intelligendũ omninò pertinet, probationẽ eſſe du-
98 plicem, directam & indirectam. † Directa, quæ per
nullas ambages fit, vt cùm prolato inſtrumento cõ-
99 tractus. Titiũ doceo mecũ contraxiſſe. † Indirecta,
quæ fit per indirectũ, per quaſdã ambages, ſiue per
quandã cõſequentiã, cùm nõ ſtatim probatur quod
primò poſitũ eſt, ſed probatur aliud, ex quo proba-
tio primi infertur, vt in propoſitis exẽplis, nõ poſ-
ſum directò probare, me Titiũ Romæ Calend. Ian.
nõ interfeciſſe, quia ſemper verũ eſt, nullã eſſe di-
rectam ꝓbationẽ eius, ꝙ negatur: ſed demõſtro, me
Cal. Ia. fuiſſe Volaterris, ex quo probatio alterius
ſua ſponte ſequitur, ſcil. à me Titium interfectũ nõ
eſſe. Per rerum enim naturam fieri non potuit, vt ſi-
mul & Romæ & Volaterris eodẽ tempore fuerim.
Similiter, cùm probo me toto menſe Ianuario fuiſ-
ſe Venetijs, Mæuium autem Romæ, ſua ſponte ſe-
quitur, me cum ipſo non cõtraxiſſe, niſi fortè per
literas hoc factum dicatur, quod cùm ſit, vt profe-
100 rantur ab aſſeuerante neceſſe eſt. † Talis olim fuit
defenſio P. Clodij, cùm ſtuprum vxori Cæſaris de
nocte in ſacris Bonæ deæ obtuliſſe argueretur. Pro-
bauit cuiuſdam C. Caſinij teſtimonio, ſe ea nocte
fuiſſe Interamnæ oppido Vmbriæ, & abſolutus eſt.
101 † Elegans quoq; exemplum nobis ſuppeditat. l. fi-
liũ. 6. D. de his qui ſunt ſui vel al. iur. Quod ſi, cùm
abfuiſſem per decennium, domum reuerſus inue-
niam anniculum, eumq; partum negem eſſe meum,
negationem indirectè probabo, ſi de abſentia de-
cennali, planum fecerim. Huc quoq; pertinet factũ
l. optimã. C. de contr. ſtip. & c. ex tenore. 35. hoc ti-
tu. Aliud exemplum, non inelegans, ſumi poteſt ex
l. inde Neratius. 23. §. ſi quis hominem. cum ſeqq.
& l. qui ſeruum. D. de interrogat. acti. Titius con-
fitetur in iudicio, à ſe hominem Mæuij occiſum:
paulò pòſt negat. Mæuius, quia ſemel confeſſus eſt
Titius, neceſſe non habet docere ipſum occidiſſe,
ſed Titius probare cogitur à ſe occiſum non eſſe,
per indirectum ſcilicet & obliquum, quòd fortè
adhuc viuat, vel ab alio interſectus ſit, vel naturali
morte obierit. Nam ſimulatq; vnum ex his docue-
rit, ſua ſponte probatio eius quod in quæſtione po-

ſitum eſt, ſequitur. † Atq; hæc de negatiua facti: ſe- 102
quitur ea, quam diximus eſſe qualitatis, cuius etiam
duo genera ſunt. Nam vel negatur naturalis quali-
tas, vel accidentalis. † Naturalem qualitatem vo- 103
co, quæ natura ineſt, vel quæ à natura proficiſcitur,
vt mentis eſſe compotem, quod ſi negatur, vt fieri
ſolet in vltimarũ voluntatum oppugnatione, pro-
babit negans. l. ne codicillos. 5. C. de codicil. & c.
vlti. de ſucceſſ. ab inteſt. † Similiter ſi negetur mu- 104
lier apta ad commixtionem, probabitur à negante:
quia natura præſumitur omnibus membris perfectã
procreaſſe. c. fraternitatis. de frig. & malef. † Huc 105
quoq; referri poteſt l. ſi filius. 8. D. de probat. ſi fi-
lius dixerit ſe non eſſe in patris poteſtate, onus pro-
bandi ſubibit, propterea quod natura ipſum patri
ſubiecerit, vt rectè docet Ariſtot. in polit. lib. 1. c. 8.
Quod enim, inquit, procreauit & genuit, id vt præ-
ſit, & amicitiæ ratio, & ſenectutis poſtulat, quod
quidẽ genus eſt regalis cuiuſdã potentiæ, ita vt præ-
clarè Homerus Iouem appellarit regem omnium,
cùm eum parentem hominumq;, deûmq; vocauit.
Deniq; quæcunq; natura ineſſe ſolent aut debent, ſi
ea ineſſe alicui negentur, negantis probatio eſt, vt ſi
quis negetur eſſe bonus, diligens, legitimus, aut ſi-
mile aliquid. † Quia prouida ſolerſq; natura om- 106
nia perfecta procreaſſe creditur, quò fit vt quiſque
præſumatur bonus, donec contrariũ probetur. c. v-
nico. de ſcrut. in ord. fac. c. vlt. de præſumpt. l. cùm
quidam. 24. & ibi gl. in verb. qui non offenderint.
D. de leg. 2. & l. ſeruos. 20. D. de man. teſt. † Fit ta- 107
men quandoq; vt nõ qui negat, ſed qui negatur le-
gitimus, natales ſuos probare cogatur, quod in opi-
ficum cooptationibus ſtrictè apud nos ſeruari con-
ſueuit, cùm extranei in collegium recipiuntur. Di-
plomate enim ex patria petito, legitimam natiuita-
tem probãt antequam cooptentur. Sed caſus eſt ſin-
gularis, quo tamen propriè non negatur quis legi-
timus eſſe, ſed quia eius intereſt alios de hac re do-
ceri, quod abſq; certa huius rei notitia non recipia-
tur, probationẽ ſibi ipſi ſui commodi cauſſa impo-
nit. † Accidentalis qualitas eſt, quæ natura non in- 108
eſt, ſed inſtituto, arte, diligentia comparatur, vel à
fortuna tribuitur, vt doctum, peritum, diuitem,
pauperem eſſe. Quòd ſi aliquis negetur artis, quam
didicit & exercuit, peritus, vt fieri ſolet, cùm quis in
numerum magiſtrorum, doctorum, itemq; ad o-
beũdum munus aliquod recipi poſtulat, tunc qui
honores aut munus expetit, periculo examinis ſe
committens, eruditionem & doctrinam examina-
toribus probabit. Hoc in examinatione candida-
torum in Academijs factitari videmus. Solet quoq;
fieri, cùm quis in opificum collegium aſcribi, &
poteſtatem artis ſuæ exercendæ ſibi concedi poſtu-
lat. † Aliquando etiã hæc quæſtio incidit, poſt ho- 109
nores adeptos, cùm qui adeptus eſt, negatur ad eos
gerẽdos idoneus, qui caſus eſt. l. 2. C. de profeſſ. &
med. quo caſu collegæ, qui eum idoneũ eſſe negant,
imperitiam, probare debent: quia iam quodammo-
dò eſt in poſſeſsione doctrinæ, vt illi onus pro-
bandi imponendum non ſit. † Quanquam non 110
tam negatiua probatur hoc caſu, quàm affirmati-
ua. Qui enim quempiam idoneum eſſe negat, dicit
eſſe ineptũ. Et ita hæc negatio rectè probari poteſt,
quia miſta eſt, & cõiunctam habet affirmationem,

qua de cauſſa vulgò à DD. dici ſolet negatiua prægnans. Tales ſunt omnes negatiuæ qualitatis, ſiue
111 negetur naturalis qualitas, ſiue accidentalis. † Nulla enim eſt, quæ non habeat æquiualentē affirmationem, quod & Accurſ. animaduertit in d. l. ne codicillos. 5. C. de codicillis. Vt ſi quis negetur mentis eſſe compos, ſimul affirmatur furioſus, vel inſanus eſſe: quò pertinet quod dicitur in d. l. 8. D. de probat. filiū qui dicit ſe non eſſe in poteſtate patris eam ob cauſſam illud probare debere, quia ſe liberum
112 eſſe quodammodò contendat. † De fortunæ qualitatibus expedita doctrina eſt. Quicunq; enim earum ratione aliquid obtinere, vel euitare, agendo vel excipiendo, animum induxerit, eas vel negatas vel poſitas, probare debet, verbi gratia, ſi quis fideiuſſurus, negetur idoneus à creditore, eamq́ue ob cauſſam repudietur, probabit ſe locupletem. l. ſi verò. 3. §. 1. D. qui ſatiſd. cog. Eodem modo creditores, ſi ab hærede cautionem exigant, quod propter exiguas facultates ſuſpectus ſit, probabunt non eſſe locupletem. l. ſi creditores. 15. D. de priuil. cred. Similiter qui ob paupertatem onus tutelæ conatur effugere, de ea probabit. Atque hæc de probatione negationis: ex quibus apparet omnem negatiuam iuris & qualitatis, per obliquum ſiue indirectum probari: Negatiuam facti etiam probari, ſi finita ſit: contra verò ſi infinita ſit, non probari: Ex quibus & illud ſequitur, exceptionem de probatione negationis, tum demum locum habere, cùm de infinita facti negatiua à teſtibus depoſitum fuerit.

113 Decimotertiò excipitur contra teſtimonium, in quo ratio ſiue cauſſa ſcientiæ reddita non eſt. Sola enim teſtatio, legitimis adminiculis cauſſæ non approbata, nullius momenti eſt. l. ſolam. 3. C. h. t. §. & licet. Nouel. 90. de teſtib. & arg. l. cùm ij. 8. §. vult igitur. D. de tranſact. l. hæ enim. 4. in princ. D. de
114 ſuſp. tut. & l. 1. C. de apoch. publ. † Cùm enim de rebus ſenſu aliquo aurium aut oculorum cognitis & perceptis teſtimonium eſſe debeat, neceſſe eſt ſcientiæ cauſſa à teſtibus afferatur, alioquin ſcire id, quod pro teſtimonio dixerunt, nō videntur. Scientia enim ex cauſſis oritur. Vnde tritū illud in ſcho-
115 lis, Scire eſſe rem per cauſſas cognoſcere. † Debent autem adferri veræ cauſſæ, ex quibus vel neceſſariò, vel ſaltem probabiliter id, quod poſitum eſt, inferatur. Ex falſis enim cauſsis nulla ſcientia oritur, imò falſa cauſſa, cauſſa non eſt, verbi gratia, ſi quis ſcire ſe dixerit Titiam eſſe ingenuam, & hanc cauſſam adſerat, quòd pater eius ingenuus ſit, & ampliſsimis honoribus functus, ille certè nihil de ingenuitate Titiæ ſciuerit, nihilq́ue probauerit. Neque enim patris, aut natales, aut honores, idoneam probationem ingenuitatis Titiæ continent, cùm nihil prohibeat patrem ingenuum eſſe, & filiam ancillam. l. neque natales. 10. C. de probat. Veræ igitur cauſſę à naturali aliquo ſenſu afferendæ ſunt.
116 † Quia enim quæ facti ſunt, ſenſu aliquo corporis percipiuntur. l. qui teſtamento. §. vltim. D. de teſtam. neceſſe eſt, rationem à teſtibus reddi per ſenſum corporeum, cùm de ijs tantum, quæ in mero facto conſiſtunt, interrogentur. † Tria autem hoc
117 loco diligenter animaduertenda ſunt. Primum eſt, vt ſenſus conueniens ſit rei, de qua quæritur. Nam qui teſtimonium dixerit de re aliqua, quæ tantum in oculos cadit, & rationem reddiderit de alio ſenſu, teſtimonium nullum eſt, vt rectè docet Ang. in d. l. ſolam. C. hoc titu. vt ſi quis dixerit pannum, qui furto ablatus eſt, fuiſſe rubrum, quia audiuerit, nūllius ponderis eſt teſtimonium: debuit enim vidiſſe, quandoquidem non auditu, ſed viſu color
judicatur atque diſtinguitur. † Alterum eſt, vt ra- 118
tio dictum confirmet, adiuuet, augeat, illiq́ue nonnihil addat. † Ergo ſi quis ita pro teſtimonio dixerit, ſcio Titium contraxiſſe cum Mæuio, & rogatus vnde ſciat, reſponderit quia ſcio, nulla ratio reddita intelligitur. l. qui interrogatus. 12. D. de petit. hæred. Dicto enim nihil additur, ſed repetitur, vnde repetitionem principij & nugationem dialectici hanc vitioſam argumentationem vocant.
† Tertium eſt, vt ratio proferatur à proprio ſen- 119
ſu, nimirum quòd teſtis ipſe præſens viderit, audiuerit, tetigerit, olfecerit. Debet enim teſtimonium dici de rebus certò cognitis. 5. quæſt. 2. capit. relatum. 3. quæſt. 9. capit. teſtes. Nihil autem poteſt nobis dici cognitum, quod quidem in facto conſiſtat, niſi quod proprio ſenſu percepimus. Alienus enim ſenſus certam ſcientiam non affert. Itaque teſtimonium de alterius auditu vel viſu nihil pon-
deris habet. † Teſtis ipſe debet interfuiſſe, cùm ne- 120
gotium gereretur, & præſens vidiſſe. l. teſtium. 14. C. eodem. Imò non tantùm interfuiſſe, ſed etiam intellexiſſe, & ſenſu quod geſtum eſt percepiſſe. l. qui teſtamento. 120. in fin. D. de teſtamen. Præſens enim nemo fuiſſe exiſtimatur, niſi quod geſtum
eſt, intellexerit. † Præſentiam magis ex animo, & 121
eorum quæ geruntur intelligentia, quàm corpore æſtimamus. l. coram. 209. D. de verborum ſignificat. Ex quo ſequitur, vt ſi agatur de negotio, quod auditu percipi potuit, verbi cauſſa, de conuitio facto, tunc & ille præſens fuiſſe exiſtimetur, qui exaudire vocem potuit, etiamſi non eo loco, vbi factum dicitur, ſed in vicina domo, aut hortis fuerit. argum. l. 1. §. eodem autem tecto. D. ad Syllania.
† Hæc cùm ita regulariter ſeſe habeant, tamen ſunt 122
exempla, in quibus etiam teſtimonium de alterius ſcientia admittitur, ſiue de negotio quod alius viderit, audiuerit, nobiſq́; retulerit, quod vulgò te-
ſtimonium auditus alieni vocatur. † Exemplum 123
eſt in computanda cognatione & affinitate, in qua probanda, propter vitæ breuitatem, non ſemper de viſu aut auditu proprio, teſtimonium haberi poteſt, ſed neceſsitate & vſu vitæ cōmunis ita exigente, contra ordinarij iuris formam, receptum eſt, vt ſi teſtes omni exceptione maiores, hominesq́; religioſi & graues fuerint, ad teſtimonium de ijs, quæ à ſuis maioribus audiuerint, admittantur. c. licet ex
quadam. 47. h. t. & c. tua nos. 7. de conſ. & affi. † Al- 124
terum exemplum eſt, cùm quæritur de memoria vetuſti operis, an ea extet, quo caſu non neceſſe eſt ſupereſſe, qui factum opus meminerint, ſed ſatis eſt eſſe, qui audiuerint eos, qui memoria tenerent. l. 2. §. idem Labeo. D. de aqua plu. & l. ſi arbiter. D. de
probat. † Tertium, & vt arbitror poſtremum ex- 125
emplum eſt, cùm de ſama probanda agitur, quæ aliam probationem non recipit, quàm nudi auditus. Nihil enim aliud fama eſt, quàm vox communis omnium. Vox verò non niſi ſolo aurium ſenſu percipitur. Lingua vocē edit, hinc famam excipiunt

aures

aures, quod oſtendere voluit Virgilius, cùm de fa-
ma ita cecinit:

Monſtrum horrendum ingens, cui quot ſunt corpore
plumæ,
Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures

Tribus igitur his caſibus exceptis, à proprio ſenſu
deprompta ratio ſemper in teſtimonijs afferẽda eſt.
Reliqui enim commemorati à Specula. §. 1. verſ. in
caſibus, num. 54. hoc tit. planè huc non pertinent.
126 † Sed quæritur, an teſtis, etſi cauſſam ſuæ ſcientiæ ro
gatus non ſit, nihilominus eam reddere cogatur, vt
teſtimonium valeat? Accur. in d. l. ſolam. ſatis eſſe
putat, ſi rogatus dicat. Pleriq; omnes eum ſequun-
tur, & ita in ſorum & tribunalia conſuetudine rece-
ptum eſſe, ſcribit Ioan. An. ex ſententia Albert. Ga-
leoti ad Specul. §. 1. verſ. item quod interrogatus.
127 hoc tit. † Mihi, vt verum ſatear, hæc quæſtio aliena,
& quodammodò ſuperuacanea videtur. Cùm enim
diligentis, conſiderati, & boni iudicis officium ſit,
prudenter inquirere, nõ ſolùm de cauſsis dicti, ſed
etiam de omnibus circumſtantijs, perſonis, loco,
tẽpore, alijsq; ſimilibus, ex quib. certitudo ſcientiæ
ſumitur. c. cùm cauſſam. 37. h. t. nunquã huic quæ-
128 ſtioni locus eſſe poterit. † Si tamẽ à negligente, vel
imperito iudice cauſſæ rogationẽ prætermitti con-
tingat, probo diſtinctionẽ, quam ad d. c. cùm cauſ-
ſam. tradidit Inn. vt cùm teſtimoniũ dicitur de eo,
quod percipitur ſenſu, ſi teſtis cauſſam rogatus non
fuerit, valeat teſtimoniũ etiã abſq; redditione cauſ-
ſæ. Senſuum enim iudicium certum eſt, nec ſallun-
tur in proprijs obiectis: vnde & veri nuncios quidã
Philoſophorũ veterum appellauit, & fundamenta
129 ſcientiæ, ipſe Cicero in lib. de legib. † Sin verò di-
catur de eo, quod non ſenſu, ſed cogitatione & ani-
mo percipitur, vt tunc, niſi ſciẽtiæ cauſſa addita ſit,
teſtimonium euaneſcat, etiamſi à iudice cauſſa non
poſtuletur: verbi gratia, ſi quis pro teſtimonio dixe
rit, Titiũ eſſe iracundum, oſtendi debet eius iracun-
dia cõmemorans effectibus, quòd leui de cauſſa vi-
derit illum ſæpius incandeſcere, tumultuari, ferire,
percutere. Hęc & ſimilia niſi afferantur, teſtimoniũ
nullius erit ponderis. Quia potius iudicium de Ti-
tio tuliſſe, quàm teſtimonium dixiſſe videbitur.
Cùm igitur quæritur, an nudũ teſtimoniũ valeat,
videndũ eſt, vtrũ magis ſenſu id, de quo agitur, iudi-
cetur, an verò animo & cogitatione, vt ſi ſenſu, va-
leat teſtimoniũ, etiamſi cauſſam adiunctam nõ ha-
beat: ſin animo, ſine cauſſa non valeat.

130 Decimoquartò opponitur, ſi teſtis dubitanter,
& non ex certa facti ſcientia depoſuerit, verbi gra-
tia, ſe credere aut arbitrari Titium debere Mæuio
centum, quod vulgò à noſtris teſtimonium credu-
litatis appellatur. Quia enim quiſque teſtificari de-
bet de ijs quæ vidit, audiuit, quibusq; interfuit. l. te-
ſtium. 14. C. eo. auth. ſed iudex. C. de epiſc. & cler.
5. q. 2. c. relatum. & 3. q. 9. c. teſtes. ſequitur, teſti-
monium per verba incerta & dubitantia prolatum,
nullius eſſe ponderis, cùm incertitudo & dubita-
131 tio abſentiam ignorantiamq; teſtis coarguat. † Ali-
quando tamen vſuuenit, vt teſtimonij incertitudo,
per cauſſæ ſubiunctionem emendetur, veluti ſi te-
ſtis dixerit, ſe arbitrari Titium Mæuio debere cen-
tum, & hanc cauſſam afferat, quia præſens fuerit, vi-
deritq;, cùm Titius à Mæuio mutua acciperet. Hoc
enim exemplo & ſimilibus, ſubiuncta ratio teſti-
monij incertitudinem tollit, cùm appareat teſtem
pro certo mutui dationẽ affirmare potuiſſe, quòd
eam fieri ſuis oculis viderit. † Rurſus accidere po- 132
teſt, vt appoſita ratio ex teſtimonio certo incertum
efficiat, vt in eodẽ exemplo, ſi quis dixerit Titium
debere Mæuio centum, teſtimonium certum eſt:
ſed ſi interrogatus vnde ſciat, reſponderit quia ita
credo, vel quia à Sempronio ita mihi relatum eſt,
viciſsim corruit. Ratio enim quæ confirmare de-
buit, illud euertit. Ex quibus apparet, animã quo-
dammodò teſtimonij in eius ratione poſitam eſſe,
quæ illud vel confirmat, ſi apta ſit & conueniens,
vel infirmat, ſi inepta & aliena, quemadmodum
tradit Bald. in l. conuenticula. C. de epiſco. & cle-
ri. † Qua de cauſſa prudentis erit iudicis, diligenter 133
cùm de omnibus rei geſtæ circumſtantijs, tum ve-
rò præcipuè de cauſſa ſciẽtiæ teſtes excutere & ſcru-
tari. † Reperiuntur tamen nonnulla exempla, in 134
quibus teſtimonium de credulitate neceſſariò ad-
mittitur, quòd earum rerum per naturam, nulla cer
ta ſcientia ſit. Sic obſtetricibus probatæ artis & fi-
dei creditur, ſi ventre inſpecto, renunciauerint mu-
lierem prægnantem videri. l. 1. §. 1. D. de ventr. in-
ſpic. † Eodem modo olim in controuerſijs feu- 135
dalibus credebatur duodecim illis, qui Sacramenta-
les appellantur à Feudiſtis, quod ſacramento hoc
eſt, iureiurando obſtricti iurabãt ſe credere verum
eſſe, quod litigator ante ipſos iurauerat. Horũ vſus
ex aula, & feudalibus controuerſijs receſsit, & in
purgationes criminum receptus eſt, cùm iurant
eum, qui de crimine inſimulatus eſt, ibi innocen-
tem videri. c. quoties. de purg. can. quod lege ab
Imperatore & Statibus Imperij lata, nunc in purga-
tione eius, qui de vi publica, ſiue violata & fracta,
vt vocant, pace publica, ſuſpectus eſt, obſeruatur.
ordinat. cam. part. 2. titu. 10. † Similiter ſi legatarij, 136
fideicommiſſarij alijque creditores quicquam in-
teruerſum ab hærede dixerint, teſtibus, qui ad in-
uentarij confectionem, creditoribus vocatis &
non venientibus, adhibiti ſunt, fides habebitur, ſi
iurati dicant, hæredem nihil ſuppreſsiſſe, aut ſurri-
puiſſe videri. Nouel. de her. & falci. §. ſi verò ab-
ſunt. Deniq; generaliter hoc verum eſt, in omnibus
cauſsis, de quibus per rerũ naturam nulla certa ſci-
entia haberi poteſt, quemadmodum ſunt pleræque
omnes, in quibus alieni auditus teſtimonium reci-
pitur. Nulla enim certa earũ ſcientia eſt, ſed tantum
probabilis quædam opinio, quæ ex grauitate & fide
auctoris, ſiue illius, à quo accepimus, in noſtris men
tibus oritur.

Decimoquintò excipitur contra teſtimonium, 137
ſi teſtis de alijs dixerit, quàm quorum cauſſa in te-
ſtimoniũ poſtulatus, & de quibus interrogatus eſt.
l. ſi quis libertatem. in fin. D. de pet. hæred. l. ſi duo
patroni. 13. §. item Iulianus. D. de iureiuran. Cuius
rei duplex à noſtris affertur ratio. Prima, quòd liti-
gatores ijs omnibus, quæ non ſunt poſitionibus
complexi, renunciaſſe videantur. argument. l. ſi
procurator, 10. & l. maritus. 21. C. de procurat. Al-
tera, quòd cùm teſtis officium ſit, tantum ad ea
reſpondere, quæ interrogatur, & quorum pro-
bandorum cauſſa adhibetur, permiſſum non vi-
deatur, vt euagetur ad alia. Atque hæc quidem ita
diſpu-

diſputari poſſunt: Sed ſi accuratius ſuis momentis ponderentur, apparebit non ſemper, cùm teſtimonium fertur de alijs, quàm quę teſtis rogatus eſt, aut articulis comprehenſa ſunt, huic exceptioni locum eſſe. Quid enim ſi teſtis dicat, quod maximè ad cauſam pertineat, vel ſaltem ei cohæreat, vel ex ea dependeat, continuone eam ob cauſſam repudiabitur, quòd vel litigator negligens, in articulis nihil de eo poſuerit, vel iudex interrogare neglexerit? Certè nequaquam. Producuntur enim teſtes, vt omnia dicant, quæcunque cauſſam contingunt. argum. l. 2. D. de iuris. om. iud. & quæcunque nouerunt, Auth.
138 ſed index. C. de epiſc. & cler. † Vt autẽ cauillationi & ſubterfugijs locus non ſit, prudentis iudicis partes erunt, ita iuramentum concipere, vt teſtes religione obſtringantur, omnia quæcunque de tota controuerſia ſcire poſſunt, etiam non rogati bona fide in medium proferre, quemadmodũ hoc prudenter monet Specul. §. 1. verſ. conſulo autem. &
139 repetit in §. ſequitur. h. t. † Itaq; ſiue interrogati, ſiue per ſe, teſtes aut plura, aut alia dixerint, quàm in litigatorũ articulis poſita, vel à iudice quæſita ſunt, non ſtatim teſtimonia repudiabuntur, ſed tum demum, ſi dixerint planè ad cauſſam non pertinentia, verbi gratia, ſi productus ad probandam exceptionem dilatoriam, teſtimonium ferat de re principali. c. de teſtibus. 29. h. t. vel ad probandam proprietatem, & deponat de poſſeſsione, vel econtrà. l. 3. C. ſi à non compet. iud. Exemplum quoq; eſt in l. ſi duo patroni. 13. §. item Iulianus. D. de iureiu. vbi productus ad probandam condictionem contra eius hæredem, qui iurauit furtum à ſe factum non eſſe, ſi probare velit, eum à quo res condicitur furem eſſe, non auditur. Si igitur teſtimonium ad cauſſam planè non pertineat, repudiatur: ſin verò pertineat, nequaquam, etiamſi extra articulos & in-
140 terrogationes iudicis datum fuerit. † Atqui grauiter obſtare videtur. d. l. ſi quis libertatem. 7. in fi. D. de pet. hæred. Agitur in ea lege de liberali iudicio, & tamen, ſi quis fortè à reo teſtis productus fuerit, qui eum teſtamento manumiſſum eſſe dicat, iudex repudiare teſtimonium iubetur, cùm tamen maximè ad cauſſam pertineat, & reo libertatem defendat. Sed facilis ex ea lege reſponſio eſt. Primùm cõſtat, ſi quis libertatem teſtamento ſibi competiſſe dicat, quod non debebit iudex de libertate ſententiam dicere, ne præiudicium de teſtamento cognituro faciat, ſed differendum eſt libertatis iudicium, donec iudicium de inofficioſo aut inducatur, aut finem accipiat. Nunc verò ſi quis patiatur controuerſiam libertatis & hæreditatis, ſed ſe non ex teſtamento liberum dicat, ſed à viuo teſtatore manumiſſum, impediaturne liberalis cauſſa, ſi iudicium de inofficioſo teſtamento moueri ſperetur? nequaquam. Quia enim non ex teſtamento, ſed alio modo ſe liberum dicit, cognitioni de inofficioſo nullum fit præiudicium, etiamſi de libertate iudicatum fuerit? Sed admittunturne probationes ex teſtamento deſcendentes, vel teſtimonium eius, qui teſtamento manumiſſum dicat? minimè, ſcilicet propter præiudicium, quod futuro iudicio de cauſa inofficioſi inde exiſteret. Ex quibus intelligitur mirum non eſſe, quòd in propoſita facti ſpecie, teſtimoniũ de manumiſsione ex teſtamento non admittatur, & errare Accur. dum hinc efficere conatur, teſtes neq; interrogari, neque deponere poſſe, pręterquã de ijs quorũ probandorũ cauſſa producti ſunt. Si enim inofficioſi iudiciũ non ſperetur, de teſtamentaria manumiſsione teſtificantẽ omninò audiendũ exiſtimo, id quod & verbis & ſententiæ Iuriſconſulti & rationi conſentaneũ eſt, cùm cauſſa ceſſante, effectus ceſſare debeat. † Non obſtat etiam 141
quod paulò antè diximus, litigatores ijs omnibus renunciaſſe videri, quæ ſuis poſitionibus complexi nõ ſunt. Hoc enim ex allegatis ll. nunquam doceri poteſt. Longè enim alia ratio eſt articulorũ, & mandati procuratorij. Deinde cõſtat permiſſum eſſe iudici, imò officij ratione ipſi iniunctũ, vt ſi ad inueſtigandam veritatẽ conducere videat, etiã extra poſitionum limites egrediatur, & de omnib. circumſtantijs, etiamſi in articulis producentis, vel interrogationibus aduerſarij cõprehenſæ non ſunt, diligenter à teſtibus inquirat. c. cùm cauſſam. 37. h. tit.
† Quod verò de officio teſtium obijci ſolet, vt ad 142
ea tantum, quæ rogantur, reſpondeant, nugatoriũ eſt. Conſtat ipſorum officium multò patere latius, nimirum, vt omnia, quæcunque de re controuerſa comperta habẽt, in medium proferant. d. auth. ſed iudex. C. de epiſ. & cler. Quæ cùm ita ſint, concludo, nõ omnia teſtimonia, quæ extra articulos producẽtis & interrogationes aduerſarij dicuntur, irrita eſſe, ſed ea tantum, quæ ad probationem facti, de quo agitur, nequaquam pertinent. Itaq; & exceptio ſolum contra huiuſmodi teſtimonia vires habebit.

Decimoſextò excipitur, ſi teſtis variet, vacillet, 143
vel ſibi ipſe contradicat. Sunt enim hæc tria inter ſe diſtincta: variat, qui diſsimilia dicit, veluti, ſi quis dicat Titium mutua dediſſe Mæuio centum, idq́ue iam Spiræ, iam Francofurti factum aſſerat: Vacillat, non qui diſsimilia, ſed qui timidè dubitanterq́ue dicit, qui hæſitat, quiq́ue religione iuriſiurandi & metu periurij remoratur, quo minus præmeditatum ſermonẽ liberè poſsit efferre: quæ omnia partim ex ſermone, partim ex vultu, optimo mentis indice, deprehendi poſſunt. Eſt enim admodum difficile crimen non prodere vultu. Sibi verò ipſe contradicit, qui planè diuerſa & inter ſe pugnantia profert. His omnibus nulla fides habetur, quòd maxima cõtra eos ſuſpicio ſit, vel ignorantiæ, vel mendacij, quorũ vtrunq; teſtimoniũ reddit infirmum. Imò, ſi apertè ſibi contradicat, & planè diuerſum teſtimonium ferat, iam de mendacio certò conſtat. In altero enim mentiatur neceſſe eſt, quandoquidẽ duæ diuerſæ contrariæq; ſententiæ, ſimul veræ eſſe non poſſunt. Rectè igitur varium, vacillans, & contrarium teſtimonium reijcitur. l. 2. D. h. titu. c. licet cauſſam. 9. de probat c. literas. 14. de præſumpt. c. dilectus. de temp. ord. c. 1. vt eccleſ. benef. & argu. l. vbi pugnantia. D. de reg. iur. l. cùm precum. C. de lib. cauſ. & l. profeſsio. 6. C. de mun. patr. † Niſi 144
tamen errore lapſus, incontinenti eum correxerit, quo caſu poſterius dictum valebit. argu. l. Stichus. 21. D. de man. teſt. & l. ſi ita ſcriptum. 47. D. de hæred. inſtit. verbi cauſſa, ſi teſtis rogatus de loco, in quò negotium geſtũ ſit, ita reſpondeat, in ædibus Titij, imò Mæuij, imò Sempronij, de Sempronij ædibus fides habebitur. Videtur enim voluiſſe errorẽ emendare, in quẽ facilè potuit, fortè propter temporis

poris diuturnitatem, incidere. Quòd ſi verò ex in-
teruallo correxerit, prius dictum valebit. c. præte-
rea. in fi. de teſt. cog. Magna enim ſuſpicio eſt, ne ab
aduerſario corruptus, teſtimonium mutare volue-
145 rit. † quod multò magis verum eſſe arbitror, ſi ite-
ratò productus, diuerſum dicat ab eo, quod antè di-
xit, vt mirari ſatis non poſsim, quid Specu. in men-
tem venerit, cùm hoc caſu neutri teſtimonio fidem
tribuendam ſtatuit. §. 1. verſ. quid ſi idem teſtis. h.
t. cùm tamen paulò antè in eodem §. atque adeò ea-
dem pagina docuerit, ſi ex aliquo interuallo prius
teſtimoniũ emendatum ſit, illud nihilominus va-
lere, propterea quòd teſtis cũ aduerſario locutus te-
ſtimoniũ videatur mutaſſe. Certè conſtat, plus eſſe
periculi, ſi in altera productione prius teſtimonium
corrigat, quàm ſi in vna eademque. Maius enim eſt
interuallũ inter duas diuerſas productiones & ma-
ior cum teſtibus colloquendi facultas, quàm vnius
dilationis tempore, cùm teſtes teſtimonij dicendi
cauſſa vocati adſunt, & ferè à producente, ne cum
aduerſario verſentur, cuſtodiri & obſeruari ſolent.
Semper igitur prius teſtimonium, cùm ex interual-
lo corrigitur, valebit, ſiue hoc in alia productione,
ſiue vna eademque contigerit. Interim tamẽ minus
ei tribuendum fidei exiſtimo, propter teſtis incon-
ſtantiam & leuitatem ex l. 2. D. h. titu. quod & poſt
Inn. in d. c. præterea. in gl. vlt. Ioan. And. notauit.
146 † Sed quæritur à Specu. in §. 1. verſ. ſed quid ſi com-
pertum. h. t. & à gl. vlt. ad c. cùm cauſſam. eod. quid
iuris ſit, ſi priores atteſtationes non valeant, for-
tè quòd à non competente iudice receptæ ſint, an
poſterioribus ſit credendum? Reſpondent po-
ſterioribus fidem habendam eſſe, propterea quòd,
cùm priores non valeant, non poſsint impedimen-
to eſſe poſteriorib. arg. c. illud. 8. de iur. patr. Quam
ſententiam lubens amplecterer, ſi poſteriora teſti-
monia eam ob cauſſam reijcerentur, quòd valeant
priora. Tunc enim rectè ſequeretur, quod Spec. co-
natur inſerre. Sed quia propter teſtiũ inconſtantiã,
& ſuſpicionẽ perfidiæ reijciuntur poſteriora teſti-
monia, quòd ab aduerſario corrupti, priora mutaſ-
ſe videantur, nihil cauſſæ video, quamobrẽ diuer-
ſum ius hoc caſu ſtatui debeat. Imò cùm idẽ perfi-
diç periculũ, eademq; ſubſit ratio. ſatis vtiq; cauſſæ
eſt, cur idẽ ius retineatur. Vbicunq; enim eadẽ legis
ratio eſt, idẽ ius ſtatuatur neceſſe eſt. Aequitas pari-
bus in cauſsis, paria iura deſiderat. Quæ cùm ita ſe
habeãt, cõcludo, varians, vacillans, aut ſibijpſi non
cõueniens teſtimoniũ nullius eſſe põderis, niſi cor-
rigendi animo variatũ quid aut immutatũ ſit: quo
caſu, ſi teſtis incontinenti correxerit, quod dixit an-
tè, dictum poſterius: ſin ex interuallo, prius vale-
bit. Atque hæc ita ſe habent, ſi in vnius teſtimonio
varietas aut repugnantia appareat.

147 Quòd ſi verò pugnantia & contentio ſit in di-
uerſorum teſtimonijs, vt ſi teſtes de tempore, loco,
perſona, vel alijs cauſſæ circumſtantijs diſſenſerint,
ſimiliter de varietate & repugnantia excipi poteſt.
Sed quæ huius exceptionis vis, quodq́; pondus ſit,
iudex ſequẽti diſtinctione ob oculos poſita, exiſti-
mare & conſtituere facilè poterit. Triplex conten-
tio inter diuerſos teſtes incidere poteſt. Nam vel v-
nus vni repugnat, vel pluribus, vel multi multis.
Quantum ad priora duo membra attinet, expedita
eorum & facilis doctrina eſt. Nam ſi vnus repugnat
vni, vtriq; fides derogatur. Eſt enim vterque ſingu-
laris: & conſtat teſtimonio vnius, cuiuſcunq; etiam
dignitatis & exiſtimationis ſit, fidem habendam nõ
eſſe. l. iuriſiurandi. 8. C. h. ti. l. 1. §. ijdem. Cornelio
Proculo. & l. maritus. 20. D. de quæſt. c. licet vni-
uerſis. 23. c. nuper nobis. 51. h. t. & c. cùm cauſſam.
9. de probat. Vnde natum eſt illud, quod omnium
ſermonibus nunc vſurpatur: vocem vnius eſſe vocẽ
nullius: quod vſque adeò verum eſt, vt ne Imp. qui-
dem ſolus fidem faciat, ex Az. & Hugol. ſententia
in l. omninò. 19. C. de teſt. quam Ang. ad d. l. iuriſ-
iurandi. amplectitur. † Sin verò vnus pluribus re- 148
pugnat, nihil aliorum teſtimonijs detrahit, ob eam
ipſam cauſſam quam diximus, quòd ſolus ſit & ſin-
gularis: Niſi tamen inſtrumẽto adhibiti ſint, eiusq́;
approbandi agnoſcẽdiue cauſſa producãtur. Tunc
enim vno contradicente, & ſignum à ſe appoſitum
negante, inſtrumentum ſuſpectum redditur, præ-
ſertim ſi ex lege certus teſtium numerus in ſtrumen-
to ſcribẽdo vel negotio illi gerendo affuiſſe debuit,
qui vno deficiente completus non eſt. l. 1. in fin. D.
quemadmodum teſtam. aper. Quòd ſi verò à lege
certus teſtium numerus non ſit præſtitutus, vel ſi
is, vno recedente, nihilominus integer maneat,
quòd plures fortè teſtes, quàm ex lege neceſſe fuit,
adhibiti ſunt, vnius defectio nihil incommodat.
† Reſtat tertiũ diſtinctionis membrum, cùm mul- 149
ti teſtes inter ſe diſcrepant, ſiue illi ab vna parte, ſi-
ue ab vtraque producti ſint, & hoc maiorem ali-
quantò difficultatem habet. Hic neceſſe eſt, iudex
ingenij ſui lumen oſtendat, teſtium dicta diligen-
ter ponderet, perſonas comparet, quanta auctorita-
te, quanta fide, quantaque religione quiſque dixe-
rit, accuratè perpendat. Poteſt autem quintuplex
officium iudicis hoc loco diſtingui. Primùm enim
videbit, num teſtimonia benigna quadam interpre-
tatione adhibita conciliare, & ad concordiam ad-
ducere poſsit, vt euitetur periurij ſuſpicio. c. cùm
tu filij. 16. hoc titu. & argum. l. item videndum. 20.
§. 1. & l. illud. 43. D. de petit. hæred. verbi cauſſa, ſi
teſtes non eodem ordine factum narrauerint, faci-
lis eſt conciliatio. Nihil obſtat narrationis diuer-
ſitas, vbi eadem dicuntur. c. nihil. obſtat. 9. de ver-
borum ſignificat. † Sin verò teſtimonia ita inter ſe 150
diſsident, vt conciliatio locum habere non poſsit,
iudex diligentem perſonarum collationem inſti-
tuet. Nam vt in multis alijs iuris noſtri articulis, ita
& in teſtimonijs ſenior præfertur iuniori, amplio-
ris honoris inferiori, ſenator equiti, curiali, honore
præditus plebeio, quilibet alius ciuis opifici & ta-
bernario, mas fœminæ, ingenuus libertino, locu-
ples egeno, honeſtæ vitæ reprehenſibili, homo gra-
uis leui, cõtinentis & probatę vitę luxurioſo & pro-
digo. l. teſtium. 3. in prin. D. h. t. l. vlt. D. de fid. in-
ſtru. §. ſancimus. Nouel. de teſtib. l. ſi plures. 16. D.
de accuſ. l. nõ debet. 12. D. de dolo malo. l. in mul-
tis. 9. de ſtat. homin. l. 1. de ſenat. & 33. q. 2. c. ſi quis
acceperit: quod non tantum locum habet, quando
honeſtiores reliquis ſunt pares, ſed etiam cùm pau-
ciores. † Quia nõ multitudo conſideranda eſt, ſed 151
fides & auctoritas teſtium. l. ob carmen. in fi. D. h.
t. c. in noſtra. 32. in fi. eo. quò pertinet, quod dicitur
in d. l. teſtium. aliquando auctoritatẽ & dignitatem
rem,

152 rem,de qua quæritur, confirmare. † Neque obſtat l.
& ſuum hæredem. 8. in fin. & l. maiorem, ſeq. D. de
pact. & l. vlt. D. de bon. auct. iud. poſſ. Nam quod
maior numerus ijs locis digniorib. prǫualet, mirum
videri non debet, cùm creditores, in eo quòd credi-
tores ſunt, nihil inter ſe differãt. Tam enim vni ſuũ
debetur atq; alteri. Agunt autem in d. l. creditores,
quiſq; de ſuo conſeruando, debitumq́; repetendo,
qua in re, non eſt melior cauſſa honeſtioris, quàm
ſordidioris. Cùm verò de fide & veritate rei geſtæ
quæritur, auctoritatis & dignitatis meritò potiores
partes eſſe debẽt, quandoquidem omnium iudicio;
maiorem fidem fecerit, qui maiori præditus eſſe co-
153 gnoſcitur. † Sed ſi neq; ex perſonarum cóparatio-
ne ſtatui poſsit, quid ſequendum ſit, tum iudex te-
ſtimoniorum côtentionem faciet, eaq́; diligentiſsi-
mè ſuis momentis ponderabit, vt videat, quæ natu-
ræ negotij magis conueniant. Nam ſi omnes eiuſdé
honeſtatis & exiſtimationis ſunt, vel ſaltem non a-
deò inæquales, vt inde certi quippiam cóſtitui poſ-
ſit, tunc id credẽdum erit, quod naturæ negotij ma-
gis cóuenit, confirmabitq́; iudex motum animi ſui
ex argumentis & teſtimonijs, quæ rei aptiora & ve-
ro proximiora eſſe cóperit, quamuis ea numero pau
ciora ſint. Nam ne hic quidem ad multitudiné re-
ſpici oportet, ſed ad ſynceram teſtimoniorũ fidem,
& ad ea teſtimonia, quibus potius lux veritatis ad-
154 ſiſtit. d. l. ob carmen. 21. in fi. h. t. † Quartò, ſi teſtes
eiuſdem ſint exiſtimationis & fidei, itemq́; teſtimo-
nia ęquè rei cóueniant, tum demum, ſecundum ma-
iorem teſtium numerum, pronunciandum erit. d.
c. in noſtra. h. t. & arg. l. & ſuum hæredem. 8. in fin.
iuncta l. ſeq. D. de pact. quò pertinet illud, quod di
citur in d. l. teſtium. D. h. t. aliquando teſtium nu-
merum rem, de qua quæritur, confirmare. Cuius rei
exemplum eſt in l. 1. in prin. D. de ven. inſp. Vbi e-
nim maior numerus eſt, ibi maior præſumitur veri-
tas. c. eccleſia noſtra. 57. de elect. & integrius iudi-
cium eſſe ſolet, quod plurium ſententijs confirma-
155 tur. c. prudentiam. 21. de off. deleg. † Ad extremum
ſi omnia cunq; in vnam ęqualitatem concurrant, &
neq; ex perſonarum teſtimoniorumq; comparatio-
ne, neq; ex numeri inæqualitate iudex habeat, quid
ſequatur, ſententiam dabit ſecundum reum. Sunt
enim fauorabiliores actoribus. l. fauorabiliores. D.
de reg. iur. Et tutius eſt nocentem abſoluere, quàm
innocenté damnare, longeq́; melius lenitatis, quàm
acerbitatis [illegible]. 26. q. 7. c. alligant. Quibus con-
ſentaneũ eſt, quod dicitur in l. Arrianus. 46. de act.
& obli. quod ferè ſemper, cùm de obligãdo agitur,
propenſiores eſſe debemus ad negandum, cùm de
156 liberando, faciliores ad liberationé. † Atque hæc
ita regulariter obſeruari ſolent, ſi cauſſa non ſit fa-
uorabilis. Nam fauor cauſſæ, fauorem rei plerunq;
vincere ſolet. In fauorabilibus pro actore contra
reum pronunciatur, veluti in cauſſa libertatis, do-
tis, teſtamenti, matrimonij, pupillorum, viduarum,
pauperum, fiſci, & ſimilium. l. inter pares. 38. D. de
re iud. l. lege Iulia. 24. D. de manum. l. 1. in princ.
D. ſolut. matr. l. ſi pars iudicantium. 4. D. de inoſ.
teſt. l. vnic. C. quand. Imp. int. pup. & vid. l. vt in-
tar diuinum. 19. C. de ſacroſan. eccle. c. vlt. de ſent.
& re iud. & 33. q. 2. c. ſi quis acceperit. Atq; hæc ita
ſe habent, ſi teſtes inter ſe diſſentiant.

† Quòd ſi verò idé, vel eodé modo omnia dixe- 157
rint, ſimiliter de nimio conſenſu excipi poteſt, quò
pertinet quod dicitur in l. 3. D. h. t. Tu magis, iudex
ſcilicet, ſcire poteris, quãta fides habenda ſit teſtib.
vtrum vnũ eundemq́; meditatum ſermoné attule-
rint. Nimia enim teſtimoniorũ conuenientia con-
ſpirationis ſuſpicioné habet, cùm veriſimile nó ſit,
teſtes vnũ eundemq́; ſermoné attuliſſe, ſi præmedi-
tati nó veniſſent. aut de teſtimonio dando non có-
municaſſent. † Non tamé hæc exceptio ſemper lo- 158
cũ habet, cùm teſtimonia cóueniunt. Nam quo ma-
ior eorũ cóſenſus eſt, eò maioré quoq; arbitror eſſe
fidé. Sermonis tantũ & narrationis cóſonantia, tan-
quam ſuſpecta improbatur, nó conueniẽtia in ipſo
facto, in quo conueniant neceſſe eſt, antequã iudici
fidé faciant. † Imò accidere poteſt, vt ne in ſermone 159
quidé vlla poſsit eſſe diuerſitas, ſi de re geſta cóue-
niant. Quid enim ſi factũ ſit eiuſmodi, vt teſtimo-
niũ trib. quatuorue verbis explicetur, & longa nar-
ratione opus nó ſit? quo caſu etiamſi ijſdé verbis te-
ſtimoniũ dixerint, non videbuntur ſuſpecti, ſed tũ
demũ, cùm maior cóuenientia ſermonis eſt, q̃ natu-
ra rei geſtæ & circumſtantiarũ varietas patitur. To-
tum auté hoc ad iudicis prudentiam & officiũ per-
tinet, qui diligẽter negotij natura cóſiderata, & pon
deratis teſtimoniorũ momẽtis, melius ſcire poterit,
quanta fides teſtibus adhibenda ſit. d. l. 3. D. h. tit.

Decimononò opponitur, ſi teſtis ſingularis ſit, id
eſt, ſi reperiatur ſolus quippiã dixiſſe, cuius reliqui
mentioné nó faciunt. Quia enim vnius teſtimonio 160
cuiuſcunq; demũ auctoritatis & exiſtimationis ſit,
nó creditur, vt paulò antè oſtendimus, rectè contra
ſingulare teſtimoniũ excipitur. † Singularitas auté 161
oritur ex diuerſitate vel facti, vel loci, vel temporis.
Si ex diuerſitate factorum, cóſiderandum eſt, num
ea ad vnum eundemq́; finem pertineant. Nam ſi ad
vnum finem pertineant, ſingularitas nó obeſt, ver-
bi gratia, cùm in poſſeſsionis ꝓbatione, alius ſe vi-
diſſe dicit Titiũ in Semproniano fundo arare, alius
ſerere, alius metere, alius fruges demeſſas in horreũ
conuehere, omnes quidem de factis inter ſe diuerſis
teſtimonium dicunt, ſed quia ad vnum eundemq́;
finem cómodè referuntur, videlicet ad poſſeſsioné
probandã, tantum abeſt, vt ſingularitas teſtimonio
noceat, vt etiã diuerſi hi actus optimè poſſeſsioné
probent. Hoc auté vſuuenire ſolet, cum ex formis
ſiue ſpeciebus genus, ex partibus totum, ex effectis
cauſſa probatur. Etiamſi enim teſtes in ſpeciebus,
partibus, effectis ſingulares fuerint, nihilominus
tamen genus, totum, cauſſa rectè concluditur. Imò
pro ſingularibus nó habentur, quòd non omninò
diuerſa ſint, quæ ſub idé genus ſubijciuntur, vel ex
eadé cauſſa oriuntur, quodq; alterum ab altero iu-
uetur, confirmetur & augeatur, vt docet gl. in l. ob
carmé. D. h. t. Sin verò ad vnũ eundemq́; finem nó
pertineant, ſingularitas teſtimoniũ infirmum red-
dit. Quæ enim planè diuerſa ſunt, nihil collecta iu-
uant. l. vnic. C. qui nu. tut. & ibid. gloſſ. † Quòd 162
ſi verò ſingularitas ex diuerſitate loci vel tempo-
ris oriatur, conſiderandum eſt, num tempus & lo-
cus ſint de ſubſtantia rei, de qua agitur, quo caſu ex
temporis & loci varietate, fides teſtimonij vacil-
lat. Quia enim quodque factum loco & tempore
concluditur, neceſſe eſt, cùm teſtis in vno eodemq́;
facto

facto variè & diuerſo modo de tempore & loco di-
cunt, teſtimonium per ſe corruat. Quod enim ſe-
mel factum dicitur, quodque continuum, vel re-
deuntem aut ſimilem ad eundem finem tendentem
actum non habet, non potuit diuerſis temporibus
vno & eodem loco, vel diuerſis locis vno eodem-
que tempore fieri. Sin verò tempus & locus ad ſub-
ſtantiam actus, vel eius rei, de qua agitur, non per-
tineat, ſingularitas temporis & loci, teſtimonium
non firmat, vt rectè docet Specula. in §. iam de in-
terrogatorijs. verſ. & breuiter ſcias. hoc tit. Subſtan-
tiam autem hic, non dialecticorum more, rem quæ
proprium habet eſſe, ſed craſſo modo vocamus,
quatenus locus & tempus omnibus rebus finitis ita
connexa & coniuncta ſunt, vt ſeparari ab ijs non
163 poſsint. † Summatim igitur hic locus ita concludi
poteſt, vt dicamus ſingularitatem quandoque in
tempore & loco, quandoque in facto verſari: ſi in
tempore & loco, non obeſſe, ſi tempus aut locus
non ſint de actus ſubſtantia: ſi in facto, ſimiliter
non officere, niſi facta inter ſe planè diuerſa ſint, &
ad vnum eundemque finem referri non poſsint.
164 † ſin verò vnicus omninò teſtis in cauſſa ſit, eum
nihil probare, propter dict. l. iuriſiurandi. & alia
teſtimonia paulò antè commemorata, ſed tantum
ſemiplenam probationem facere, vt notat Accurſ.
in l. 5. hoc tit. l. admonendi. 31. D. de iureiuran. &
in l. 5. in verb. conuictus. C. ad legem Iuliam ma-
ieſt. cuius ea vis eſt, vt non ſtatim abſoluatur reus,
tanquam actore non probante, ſed vt ex dict. l. ad-
monendi. & l. in bonæ fidei. C. de iureiuran. vel
ipſi vel actori, prout iudex ex cauſſæ & perſona-
rum circumſtantijs exiſtimauerit, iuſiurandum de-
feratur. Quòd ſi verò ad vnius teſtimonium publi-
ci rumoris & famæ adminiculum accedat, fidem
faciet, ſecundum gloſſ. in verb. famam. cap. 1. de ap
pell. & conſentaneum eſt ijs, quæ dicuntur in l. 3.
D. hoc tit. aliàs conſentientem famam confirmare
rei, de qua quæritur, fidem.
165 † Viceſimò, contra verboſum teſtimonium da-
tur quoque exceptio, quod communi conſenſu tra-
dunt Doct. poſt Accurſ. in l. ſolam. C. hoc tit. ar-
gum. l. vltim. C. de precib. Impe. offer. Quia enim
ſimplex oratio veritatis amica eſt, cap. veritatis de
iureiu. quippe quæ verborum adminicula nô deſi-
deret. l. 1. C. ſi minor ab her. abſt. mendacij oritur
ſuſpicio, ſi ornatius & verboſius teſtimonium di-
catur.

† Deinde excipitur, ſi teſtimonium obſcurum & 166
ambiguum ſit. Quia enim veritas à teſtibus exigi-
tur, eius autem ſermo apertus, ſimplex & minimè
intricatus ſit, ſequitur obſcurum & ambiguum te-
ſtimonium vtique non magnam fidem facere. Qui
autem obſcurè & ambiguè dixerit, iterum interro-
gandus eſt, vt planius dicat, & prius teſtimonium
interpretetur, ſi tamen aliorum dicta non cogno-
uerit. cap. cùm clamor. 53. hoc tit. & argum. l. hære-
des. 21. §. 1. D. de teſtamen. Sin verò obierit, vel non
adſit, iudicis erit interpretatio. argumen. l. in præ-
torijs. 9. D. de præt. ſtipul. quæ ita fieri debet, vt te-
ſtimonium potius valeat, quàm pereat. argumen. l.
quoties in actionibus. 13. D. de reb. dub.

† Ad extremum, de falſitate teſtimonij exci- 167
pitur, cùm teſtis vel occultat veritatem, vel men-
dacium dicit. Vterque enim æquè culpabilis eſt,
cùm ille, dum veritati teſtimonium non perhibet,
prodeſſe nolit, hic etiam nocere deſideret. cap. 1. de
crim. falſ. & ibi. gloſſ. & CC. quæ exceptio etiam
locum habet, ſi quis in vno articulo falſum dixe-
rit. Nam qui in vno, à fide & veritate deflexit, vix
eſt, vt ei fides in reliquis habeatur, plerunque enim
partis mendacio, tota teſtimonij fides labefactatur.
3. quæſt. 9. cap. pura. quod verum eſſe puto, ſi da-
ta opera & malitioſè, & non per errorem falſum
dixerit. §. ſi verò aſtu. Nouell. de teſtibus. Volun-
tas enim & propoſitum delicta diſtinguunt. l. qui
iniuriæ cauſſa. D. de furt. † Hac autem exceptio- 168
ne obiecta teſtimonium ſuſpenditur, vſque dum
de falſo iudicatum fuerit: de quo ſi conſtiterit, te-
ſtimonio planè reiecto, teſtis ſecundum delicti ma
gnitudinem à iudice puniendus erit. Atque hæc
ſunt, quæ de teſtimoniorum refutatione breuiter
tradere volui. Etſi enim plures refutandi cauſſæ
fortè inueniantur, tamen generaliores & præcipuas
quaſque, quibus, ſi quæ ſint aliæ, commodè ſubijci
poſſunt, nos tradidiſſe, quilibet non maleuolus le-
ctor, dummodò quod noſtrum inſtitutum fuerit,
intelligat, ſatis eſſe iudicabit: qua in re ſi fallimur,
nos tamen has ſolùm commemoraſſe, & ſum-
ma tantùm totius de teſtibus doctri-
næ capita attigiſſe, con-
tenti ſumus.

FINIS.

Laus Deo ſemper.

Art 1319120


DISCITE
IVSTICIAM MONITI



F 19

Digitized by Google